Migne, Jacques Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;
DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;
INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;
CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;
OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;
DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.
EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XVIII.

S. METHODIUS EPISCOPUS ET MARTYR, SS. PETRUS ET ALEXANDER ALEXANDRINI PRÆSULES, S. EUSTATHIUS ANTIOCHENUS, ALEXANDER LYCOPOLITANUS, TITUS BOSTRENSIS, THEODORUS HERACLEENSIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

SÆCULUM IV.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΜΕΘΟΔΙΟΥ,

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

S. P. N. METHODII,

EPISCOPI ET MARTYRIS,

OPERA OMNIA.

ACCEDUNT

S. PETRI ET S. ALEXANDRI, ALEXANDRINORUM PRÆSULUM,
S. EUSTATHII ANTIOCHENI EPISCOPI ET CONFESSORIS, TITI BOSTRENSIS, THEODORI HERACLEENSIS,
ALEXANDRI LYCOPOLITANI,

SCRIPTA QUÆ SUPERSUNT,

ACCURANTE ET RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 10 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO XVIII CONTINENTUR.

MONITUM.

Sciat lector Patres quarti sæculi et sequentium qui Syriace, Armenice vel alio quocunque Orientali idiomate scripserunt, ad peculiarem seriem a nobis amandatos, cui *Patrologia Orientalis* titulum fecimus; non igitur miretur omissa in sequentibus tomis nomina S. Jacobi Nisibeni, S. Gregorii Illuminatoris, S. Ephrem, etc., qui in nova serie locum obtinebunt. Patrum etiam Armenorum scripta quæ vel prelo parata habent vel jam ediderunt doctissimi Mekitharistæ Veneti, collectioni nostræ inserendi potestatem facturos speramus.

Ex Typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

ANNO DOMINI CCCXII.

S. METHODIUS

EPISCOPUS ET MARTYR

NOTITIA HISTORICO-LITTERARIA

(GALLAND, *Vet. Patr. Biblioth.*, III, Proleg., p. LI.)

I. *Methodius, dictus et Eubulius; Olympi simul et Patarorum in Lycia, pòstea Tyri in Phœnicia episcopus, circa Christi annum 312 martyrio sublatus. Locus passionis ejus inquiritur. Sententia rejicitur, quæ ipsum sub Decio et Valeriano passum tradit.*

II. *Quantus vir Methodius ex veterum testimoniis. Unus Eusebius illum præteriit; quod nimirum sanctus Pater stylum adversus Origenem strinxerit.*

III. *Complura litterarum monumentis consignavit. Inter ea primum locum obtinet* Convivium decem virginum. *Operis præstantia atque utilitas. Inter hujus editiones eminet Combefisiana, quæ ideo hic recensita et adornata.*

IV. *Cura et studium in edendo libro* De libero arbitrio. *Unde fragmenta ejus desumpta.*

V. *Sequuntur excerpta* De resurrectione *adversus Origenem. Opus laudatum præ cæteris, Eustathio Antiocheno. Ad formam dialogi, ut et præcedens, contextum. Ex Epiphanio in primis et Photio fragmenta satis ampla deducta, et cum mss. collata. Aliud nobile excerptum propositum. Improvida Cavei censura exsufflatur.*

VI. *Reliqua Methodiana strictim exposita. Nimirum Photiana excerpta* De creatis; *laciniæ librorum* adversus Porphyrium; *fragmentum ex sermone* De martyribus: *homiliæ tres,* De Symeone et Anna, In ramos Palmarum, et De cruce Domini: *quibus aliæ complures operum Methodianorum reliquiæ subjectæ.*

Methodius, qui et Eubulius dictus Epiphanio (*a*), A primum Olympi simul et Patarorum in Lycia episcopatum gessit; priscis enim illis temporibus civitates duas aut etiam plures, ac certe in Lycia, unus antistes administrabat, ut observatum erudito Lequienio (*b*). Et Patarorum quidem episcopum fuisse Methodium, antiqui passim codices et qui ejus meminere scriptores Græci, testantur: Olympi vero, præter Hieronymum (*c*), etiam Maximus memoriæ prodidit (*d*): cujus locum, sane corruptum, inter veterum testimonia nobis infra relatum, ita restituendum censuit doctus Valesius (*e*): Ἀνάγνωθι Μεθοδίου τοῦ ἁγίου μάρτυρος, καὶ Ὀλύμπου Ἀδριανουπόλεως ἐπισκόπου τῆς Λυκίας, τὰ κατ' αὐτοῦ (Ὠριγένους) περὶ ἀναστάσεως γραφέντα. Id est: « Lege quæ adversus Origenem de resurrectione B scripsit Methodius, sanctissimus martyr et episcopus Olympi, urbis Lyciæ, quæ etiam Adrianopolis dicta est. » Tum Tyri in Phœnicia Ecclesiam regendam suscepit sanctus Pater, eodem Hieronymo teste; qui et ad extremum novissimæ persecutionis, id est circa annum Christi 312, ipsum in Chalcide Græciæ martyrium subiisse tradit. Hæc autem summatim recensens Fabricius (*f*), rescribit *in Chalcide Syriæ*: unde vero id hauserit, non refert. Atque ita fortasse legendum in textu Hieronymiano, cujus vulgata lectio Tillemontio quoque minus probatur (*g*): ut proinde vero propius videatur, sanctum Tyriorum in Phœnicia episcopum martyrio fuisse sublatum in regione contermina; atque ejusmodi erat Chalcidene in Cœlesyria, cujus caput Chalcis. Neque aliter sane accepisse Hieronymi verba Sophronius ejus interpres dignoscitur: vertit enim, ἐν Χαλκίδι τῆς Ἀνατολῆς, *in Chalcide urbe Orientis.* Eadem habet Suidas (*h*), Sophronium exscribens. Cæterum audiendi non sunt, qui Methodium sub Decio et Valeriano passum fuisse tradunt: quippe qui multa scripserit, non tantum contra Origenem, diu post Adamantii mortem; sed et contra Porphyrium, dum Tyrius ille philosophus, imperante Diocletiano, in vivis agebat. Et hanc quidem sententiam, post Ecclesiæ annalium paren-

(*a*) Epiph. *Hær.* LXIV, § 63.
(*b*) Lequien. *Or. Chr.* tom. I, p. 976 seq.
(*c*) Hieron. *De vir. illustr.*, cap. 83.
(*d*) Maxim. in schol. ad Dionys. Areop. *De eccl. hier.*, cap. 7.
(*e*) Vales. ad Euseb. *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 24.
(*f*) Fabr. *Bibl. Gr.* tom. V, pag. 255 (ed. Harles. t. VII, p. 260).
(*g*) Tillem. *Mém.* tom. V, p. 767, not. 3 *sur S. Méthod.*
(*h*) Suid. in *Lex.* v. Μεθόδιος, tom. II, pag. 520.

tem (*i*), secuti sunt viri doctissimi, quos inter Holstenius (*j*), Allatius (*k*), Vossius (*l*), atque Pearsonius (*m*).

II. Quæ cum ita sint, desinente igitur sæculo III, inclaruit sanctus Methodius, ἀνὴρ λόγιος καὶ σφόδρα περὶ τῆς ἀληθείας ἀγωνισάμενος, inquit Epiphanius (*n*), *vir apprime doctus acerrimusque veritatis patronus;* quin et *disertissimus martyr*, judice Hieronymo (*o*), qui nimirum *nitidi compositique sermonis libros confecit* (*p*). « Atque illa enimvero, ait vir doctus (*q*), propria Methodii prædicatur gloria, quod in neminem ejus æqualium liberalius concurrerunt eæ dotes, quæ præstantissimum sacræ doctrinæ magistrum omnibus possint numeris absolvere. Magnis enim ejus partæ infusæque sapientiæ divitiis respondit dicendi copia scribendique uber elegantia, cujus beneficio in seram usque posteritatem sensa ejus præclara permanarent. Uno verbo : ut nemo illo profundius sapuit, ita non facile reperietur qui uberius, disertius, ornatius scripserit. » Tantum itaque Patrem eximiumque Ecclesiæ scriptorem, merito sane inter suos *viros illustres* recensuit Doctor maximus, licet illum præterierit Eusebius. Atqui recte censuisse videtur cl. Valesius, dum ait (*r*) Eusebium propterea in sua *Historia* nullam Methodii mentionem fecisse, cum tamen plures alios ecclesiasticos scriptores commemoret, qui Methodio multo inferiores fuerunt; quod nimirum sanctus ille Tyrius episcopus styli aciem strinxisset adversus Origenem, cujus studiosissimus erat idem episcopus Cæsariensis. Hinc etiam est, subdit Valesius, quod contra Porphyrii libros post eumdem Methodium scripsit, quasi æmulatione quadam et odio adversus Methodium incitatus. Eusebius enimvero in libro sexto *Apologiæ* suæ pro *Origene*, Methodii objectionibus respondebat : *Quomodo*, inquit, *ausus est Methodius nunc contra Origenem scribere, qui hæc et hæc de Origenis locutus est dogmatibus?* Citantur hæc verba ab Hieronymo scribente adversus Rufinum (*s*).

III. Verum Methodii auctoritati atque doctrinæ nihil detrahit Eusebii silentium, nihil ejus invidia. Nam quæ sanctus Pater litterarum monumentis commendavit, tum adversus veritatis hostes, tum ad sacra dogmata exponenda, tum etiam ad religionem pietatemque fovendam comparata, veteribus qui ea perlegerunt, summis laudibus celebrata fuisse noscuntur. Atque utinam illa exstarent omnia! exigua enim sunt ac tenuia, si unum vel alterum excipias, quæ, sive temporum injuria, sive A hominum desidia, reliqua home fecerunt. Sed quæcunque demum superant, a tanto Ecclesiæ doctore ac martyre memoriæ mandata, collecta primum magnam partem a Combefisio, nunc vero ad unum aucta omnia et recensita hic proferentes, de singulis, pro rationis ordine quo illa digessimus, breviter disseremus.

In limine itaque nostræ collectionis Methodianæ comparet *Convivium decem virginum*, « primarium ac plane princeps Methodii operum, ut verbis utar Possinii (*t*), quod victoriæ a Christiana philosophia de Græca gentilique reportatæ illustre monumentum ac veluti tropæum est. Cui enim in litteris Atheniensium veterum versato non statim occurrit, æmulatum hoc opere Methodium celebre B illud Convivium Platonis? æmulatum autem; non tam ut ejus elegantiam, quod venustissime fecit, exprimeret imitando, quam ut, quod potissimum studuit, ejus nequitiam castigando abstergeret. Præcipuum autem laudationum argumentum in hoc Methodiano Convivio, divina virginitas est : cui omne choragium congruens e sacrario cœlesti depromptum apparet. » Ad hæc alia complura occurrunt, quæ summa Christianæ fidei capita in primis attingunt : ubi tamen si qua interdum aut durius enuntiata, aut fortasse minus exacte prolata de rebus divinioribus videantur, ea demum omnia diligenter excussa et dilucide exposita repetat prudens lector a viro doctissimo, qui haud ita pridem in opere illo egregio cui titulus : C *Divinitas Domini nostri Jesu Christi manifesta in Scripturis et traditione*, Patrum antenicænorum doctrinam accuratius expendit, atque obscuriora quæque loca explicavit illustravitque (*u*).

Hoc autem præclarum Methodii syntagma, quod unum integrum nobis servavit antiquitas, primus omnium, e ms. codice Vaticano Romæ, evulgavit, anno 1656, Leo Allatius; qui et notis suis illud evincere aggressus est, nihil in eo reperiri quod catholice catholicis auribus exponi non possit : si qua vero duriuscula occurrant, illa emollire omni studio contendit. Anno deinde insequente 1657, Parisiis prodiit Convivium Methodianum ex interpretatione Petri Possinii : cui accesserunt variæ D lectiones e codice Mazariniano, cum nonnullis observationibus V. C. Henrici Valesii. Denique Franciscus Combefisius ex Græcis Vaticanis et Mazarinianis, necnon Photianis excerptis, collatis etiam Allatii et Possinii versionibus, idem opus rursum edidit Parisiis anno 1672, atque tomo I *Auctarii novissimi bibliothecæ Patrum* intexuit.

(*i*) Baron. ad ann. 302, § 62 et in not. ad *Martyrol. Rom.* d. 18 sept.
(*j*) Holsten. *Dissert. de vit. et script. Porphyr.*, cap. 3.
(*k*) Allat. *Diatr. de Method.*, p. 311.
(*l*) Voss. *De Hist. Gr.* lib. II, cap. 16, pag. 245.
(*m*) Pears., opp. posth. chron., dissert. II, cap. 19, § 3, p. 365.
(*n*) Epiph. *Hær.* LXIV, § 63.
(*o*) Hieron. *Comment. in Dan.*, cap. XIII.
(*p*) Id. *De vir. ill.*, cap. 83.
(*q*) Possin. præfat. ad Method. *Convir.*
(*r*) Vales. ad Euseb. *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 24 et 35.
(*s*) Hieron. lib. I *Contr. Rufin.*, § 11.
(*t*) Possin. l. c.
(*u*) Maran. *Divin. D. N. J.-C.* lib. IV, cap. 21, p. 525-534.

Et hanc quidem Combefisianam ἔκδοσιν typis excudendam curavimus. Neque enim actum egisse videtur vir doctus, qui semel iterumque vulgatum libellum, novo cultu expolitum repræsentavit. Ejus autem adnotationes, quæ ad operis calcem incommode legebantur, textui subjecimus una cum selectioribus Valesianis : ad finem vero attexuimus quas adornavit Allatius, eas in contextu, apposito * indicantes. Denique quo facilior operis lectio et usus evaderet, unamquamque orationem Methodianam sumus in varias sectiones partiti, quarum integrum conspectum pro more nostro subdidimus.

IV. Jam vero reliqua Methodiana recensere prosequamur, ex edito Combefisiano Parisiis in vulgus emisso anno 1644 repetita. *Convivium* itaque *decem virginum* excipit liber *De libero arbitrio* adversus Valentinianos in primis et Origenem; ad quem doctus editor ista præfatur (v) : « Damus, inquit, hoc opus pene integrum, tribus seu partibus seu excerptis congestum. Exordium nonnullamque partem corporis ediderat Joannes Meursius (x), ceu librum integrum, ne leviter quidem insinuato defectu, quem titulus satis arguebat. Nam nihil erat tota oratione de libero arbitrio, cujus ille tractationem indicabat. Reliqua mutuati sumus ex Photianis (y), excepto egregio illo, ad finem, excerpto, de ipso revera libero arbitrio, quod R. P. Jacobus Sirmondus S. J. humanissime utendum dedit, cujus etiam Photius paucula exscripserat, et quo videtur Methodius clausisse librum istum; nisi forte aliquibus additis ad ornatum, quæ Photius, soli doctrinæ studens, non delibaverit. Nonnulla offenderunt in interprete Photii; ut fuerint etiam ejus de integro reddenda; et quo etiam eodem stylo interpretis decurreret tota oratio. » Hactenus ille. Est autem liber hujusmodi ad formam dialogi conscriptus inter Valentinianum et Orthodoxum, super vexatissima quæstione *de origine mali:* adeoque, quo clarius orationis contextus procedat, in editione nostra personas colloquentes distinximus : Combefisii observationes, quæ primum longe a textu distabant, suis quasque locis restituimus, notulis nonnullis alicubi inspersis. Quod quidem et in reliquis nos præstitisse, hic semel indicasse sufficiat.

V. Sequuntur excerpta ex libro *De resurrectione* contra Origenem, quem sanctus Hieronymus *opus egregium* appellat. Laudatur et ab Eustathio Antiocheno his verbis (z) : Μεθόδιος ὁ τῆς ἁγίας ἄξιος μνήμης, ἔγραψεν ἀποχρώντως εἰς τόδε τὸ θεώρημα, κ. τ. λ. Id est, Allatio interprete « : Methodius sanctæ memoriæ in illud quæsitum satis abunde scripsit, » etc. Et hunc quoque librum ad formam dialogi composuit sanctus Pater, inscripsitque, ut videtur, Theophilo cuidam, quem κράτιστον appellat (a) In eo autem inducuntur Methodius et Auxentius cum Origenistis Proclo et Aglaophonte colloquentes seu disputantes. Jam diu magnam partem deperditus dialogus iste. Ejus tamen fragmenta satis ampla exstant tum apud Epiphanium (b), tum apud Photium (c), qui et ex eodem opere *compendiosam expositionem dictorum quorumdam apostolicorum*, Methodio vere dignam, nobis servavit. Nonnulla item apud Joannem Damascenum (d) occurrunt. Plura de hoc opere erudite observat Allatius (e).

Interim vero quem sequimur editorem audiamus (f). « Quanquam, inquit, insidebat animus, ut Methodiana omnia Epiphanii, cum aliis quæ occurrissent ejusdem Methodii, in unum comportarem, nonnullamque in eis corrigendis quæ depravata admodum viderem, operam ponerem, infregit tamen conatum inopia meliorum codicum, quam quibus esset usus politissimus interpres Epiphanii Petavius S. J., eoque satis e re facturum duxi, modo ea tantum ex libro illo *De resurrectione*, quem circiter medium exscripsisse se ipse significat Epiphanius ad finem, de novo ederem, quæ vel essent nova et ἀνέκδοτα, vel ut nova, emendatione textus ope codicum meliorum, novaque quodammodo, interpretatione nostra, videri possent. Duplici ad hoc codice usi sumus, altero eminentissimi cardinalis Rupifucaldii, quo grandi volumine ac perantiquo habentur *Elementa* Damasceni; altero R. P. Sirmondi S. J. et ipso antiquo, collectore anonymo adversus Eutychianos, sua ipso manu exscribente humaniusque suggerente, pro sua illa, omni modo illustrandæ antiquitatis suo alienoque calamo, vegeta in senili corpore propensione. » Porro idem editor, ad excerpta Photiana quod attinet, hæc subdit (g) : « Videamur forte actum agere, qui Methodiana hæc jam data, dare iterum procuramus. Fuerit nihilominus, ut accuratiori opera, qualis fere est angustis terminis definita, novi aliquid illustrando Methodio nostro, aliis vel neglecta vel minus perspecta, alio festinantibus grandiusque molientibus opus, inveniamus. Itaque novam versionem (num eam inutilem, alii re inspecta collatisque omnibus censuerint) ad Græca componemus, subindeque notabimus, si quid ex aliis, præsertim Methodianis, lucis aliquid ex collatione afferre possit. Habemus præter impressa Photii, etiam exscripta olim a R. P. Sirmondo, quæ possint usui esse. »

Huc usque Combefisius : qui deinceps nobile excerptum ex eodem libro *De resurrectione*, deprom-

(v) Combef. in not. ad Method., p. 462.
(x) Meurs. in *Varior. divin.* libro.
(y) Phot. *Bibl.* cod. CCXXXVI.
(z) Eustath. *De engastr.*, p. 394.
(a) Method. apud Epiph., opp. tom. I, p. 540, 56?, 590.
(b) Epiph. *Hær.* LXIV.
(c) Phot. *Bibl.* cod. CCXXXIV.
(d) Joan. Damasc. orat. 3 *De imagin.*, opp. t. V, p. 389.
(e) Allat. *Diatr. de Method. script.* pag. 354, seqq.
(f) Combef. in not. ad Method. p. 440.
(g) Ibid. pag. 452.

ptum e Catena eminentissimi cardinalis Mazarini A et Corderiana, Latine vulgavit (*h*) in sua *Bibliotheca concionatoria*, tom. II, pag. 263, seq., qua de re ipsemet mentionem injicit in *recensitis auctoribus* ejusdem *Bibliothecæ*, tom. I, pag. 30. Id emolumenti præ cæteris ex præclaro isto fragmento emergere novimus, quod ex eo alterius loci αὐθεντία confirmatur, a Joanne Damasceno relati (*i*): utrobique enim sanctus ille martyr dogmatice arguit a principum ad sacras imagines, ut in utrisque, honori vel contumeliæ habeatur prototypon et exemplar : verbis utor editoris nostri ad prius fragmentum e Damasceno desumptum. Quod quidem eapropter observasse oportuit, ut improvidam hominis heterodoxi (*j*) censuram dilueremus, qui ne sacrarum imaginum cultum agnoscere cogeretur, jam B sæculo III desinente sancti Methodii auctoritate ac doctrina firmatum, Joannis Damasceni fidem elevare aggressus est.

VI. Subjicitur ex Photio (*k*) ἐκλογὴ περὶ τῶν γενητῶν, sive excerptum ex libro *De creatis*. Opus autem ita inscriptum litteris mandasse Methodium, haud produnt veteres. Meminit quidem Hieronymus ejus *Commentariorum in Genesin*, quorum fragmenta nonnulla in Catenis mss. adhuc superant : unde nonnullis visum ex iisdem commentariis excerptum Photianum fuisse descriptum. Utut est, in eo disputat iterum sanctus martyr adversus Origenem, quem *centaurum* appellat (*l*); atque μαργαρίτας τοῦ ξενῶνος, hoc est, sanctiora Christi Ecclesiæ dogmata ethnicis placitis ipsum intexuisse que- C ritur. Occurrit vox illa ξενῶνος sub excerpti hujus initium, ubi varia conjicit Combefisius. Verum interpres Photii eam pro *communi omnium hospitio*, sive pro cœtu fidelium, esse accipiendam recte, ut videtur, existimat. Sic enim et Suidas illam usurpat (*m*). Consulesis et viros eruditos ad Pollucem (*n*) atque Hesychium (*o*).

Præterea Methodius primus omnium ad veritatis defensionem scripsisse *adversus Porphyrium* comperitur, quem postea sunt secuti Eusebius et Apollinaris. Ejus opus, veteribus maxime celebratum, usque ad decem millia versuum processerat, teste Hieronymo (*p*) : sed interiit, paucis quibusdam laciniis exceptis, quæ post Combefisium ex Parallelis D Damascenicis in medium protulimus.

His porro subdidimus insigne plane fragmentum de Christi divinitate, quod Combefisii diligentiam effugit. Ex Methodiano sermone *De martyribus* exhibet illud Theodoretus (*q*).

Accedunt ejusdem Methodii homiliæ duæ, quarum altera, *De Symeone et Anna, quo die Domino in templo occurrerunt*, inscribitur; altera, *In ramos Palmarum*. Et ad eas quidem hæc habet Combefisius (*r*) : « Orationem in Symeonem et Annam in die Occursus, vulgatam primum Petro Pantino, repræsentamus, simulque aliqua in notis indicamus, quibus ad novam versionem post illam Pantinianam inducti sumus. Esse autem ejusdem orationem hanc luculentissimam, cujus sunt *Symposiaca de castitate*, et Methodii illius Origenianis erroribus infensissimi, ipse auctor satis expressit (*s*), ut nullus sit dubitandi locus. Inscribitur ἐπισκόπῳ Πατάρων, cui etiam Damascenus in *Elementis* non tantum *Symposia* tribuit, sed etiam librum Περὶ ἀναστάσεως. Hinc Leo Allatius Gretseri opinationem merito exsufflat (*t*), dum nulla ratione molitur eam orationem abrogare Methodio martyri ac seniori, et tribuere Constantinopolitano, cum præter eos characteres quos modo indicavimus, tanta sit majestas operis, ut vel maxime magnum Methodium deceat. » Alteri vero de Occursu, subdit idem Combefisius (*u*): « Hancce εἰς τὰ Βάϊα Orationem annectimus, uno regio codice num. 922 asserenti Methodio martyri, utique Magno illi et seniori, cujus sunt et *Symposia* et alia præclara, vel in superstitibus reliquiis, ingenii et piæ mentis monumenta. Favet etiam stylus et sententiæ affinitas cum præcedenti : quanquam alter codex, ipse forsan in Chrysostomum effusior, ei tribuat, titulo εἰς τὸν εὐλογημένον, quo Savilius Græcam edidit. Facile habent Græci, ut quævis ἀδέσποτα viro tanto tribuant. » Hactenus Combefisius.

Orationibus hisce Methodianis a Combefisio editis, adjecimus tria fragmenta ex homilia *De cruce Domini nostri Jesu Christi*, ut videtur, excerpta. Duo priora ex ms. codice bibliothecæ Augustanæ in lucem extulit Jacobus Gretserus (*v*); tertium, ex eadem bibliotheca Leo Allatius (*x*); qui et isthæc fragmenta omnia nostro Methodio asseruit. Gretsero enim dubitanti occurrit his verbis : « De horum fragmentorum auctore dubitat Gretserus, et cum eo dubitare videtur Aubertus Mireus : « Quis, « inquit, iste Methodius fuerit, pro certo affirmare « nequeo. Illud exploratum est, non fuisse veterem « illum Methodium sanctitate et martyrii gloria cla-

(*h*) Græce et Latine Simon de Magistris in *Actis martyrum ad Ostia Tiberina*. EDIT. PATR.

(*i*) Jo. Dam. orat. 3 *De imag.*, opp. tom. I, pag. 389.

(*j*) Cav. *Hist. litt.* ad ann. 290, tom. I, pag. 152.

(*k*) Phot. *Bibl.* cod. CCXXXV.

(*l*) Method. *De creat.* § 2.

(*m*) Suid. *Lex.* tom. II, p. 646, v. *Ξενῶνος*.

(*n*) Polluc. *Onom.* lib. III, cap. 4, num. 59.

(*o*) Hesych. *Lex.* tom. II, pag. 702. v. *Ξενών*.

(*p*) Hieron. epist. 70, *ad Magn. orat.* num. 3.

(*q*) Theodor. *Dial.* I Ἄτρεπτ., opp. tom. IV, pag. 37.

(*r*) Combef. in not. ad Method., pag. 469, et in recens. auctor. ad tom. I *Bibl. concion.*, p. 30.

(*s*) Method. *Orat. de Sym. et Ann.*, §§ 1 et 13.

(*t*) Allat. *Diatr. de Method. script.*, p. 341.

(*u*) Combef. in not. ad Method., p. 473.

(*v*) Grets. tom. II *De s. cruce*, p. 401-404 edit. nov. Ratisb. 1734.

(*x*) Allat. *Diatr. de Method. script.*, pag. 349 seq.

« rissimum, qui sub Diocletiano martyrii palmam « adeptus est, cum iste noster meminerit vexillorum « a Christianis imperatoribus in formam crucis com« mutatorum : de qua mutatione sub Diocletiano ne « cogitari quidem cœptum erat, omnibus adhuc pu« blicis locis ab idololatria occupatis. »

Quibus Allatius reponit : « Et nihilominus idem Gretserus apertissime dicit (y), ante Constantinum, tempore Justini, Tertulliani et Minucii Felicis, vexilla militaria jam crucis speciem retulisse : adeo ut isti tres scriptores audacter ethnicis objecerint, ipsos eodem crimine teneri cum Christianis, si crucem colere crimen esset, cum et ipsi crucem colant et adorent, colendo et adorando signa militaria. Et longe ante Constantini ætatem exstare nummos excusos, qui vexilla militaria in crucis speciem efformata continerent. Hinc conatur postmodum respondere, quomodo Constantinus dicatur Labarum in crucem commutasse, si signa militaria prius formam crucis præ se ferebant.

Quod si multo ante Constantini ætatem militaria vexilla ethnicorum figuram crucis præ se ferebant, potuit commode Patarensis Methodius eorum meminisse; neque ob hanc causam illa fragmenta Methodio deneganda sunt, cum ex ipsius verbis nullo modo eliciatur eum de Christianis imperatoribus verba facere. Locus Methodianus ejusmodi est (z) : Ἐντεῦθεν οἱ τῇδε βασιλεῖς, πάσης πονηρᾶς ἕξεως ἐπὶ σκεδασμῷ, τὸ σταυροειδὲς παραλαμβάνεσθαι αἰσθόμενοι σχῆμα, τὰ καλούμενα τῇ Ῥωμαϊκῇ διαλέκτῳ βήξιλλα ἐμηχανήσαντο, κ. τ. λ. Hoc est : *Hinc imperatores qui hisce in locis imperant*, sive etiam si vis, *nostri* (nempe qui nobis dominantur; quod potest intelligi etiam de ethnicis : Christiani enim ante Constantinum imperatoribus ethnicis subdebantur illisque obediebant), *cum viderent figuram crucis assumi ad universa mala dissipanda, quæ Romano sermone* vexilla *nuncupantur, excogitarunt*, etc. Licet ergo omnia loca sub Diocletiano idololatria occuparet, ethnici ex more suo, nescientes quid facerent, vexilla efformata in formam crucis conficiebant; quorum ope, signo nempe ac figura crucis, ut Christiani Patres interpretabantur, noxia amolirentur, et cuncta prospera consequerentur. Sic horum fragmentorum non est cur alium Methodium a Patarensi quæramus auctorem. » Hactenus Allatius. Allatio accedunt Tillemontius (a), et Caveus (b). At Fabricius hanc homiliam *De cruce* Methodio CP. attribuit (c); nullum tamen afferens argumentum, quo suam sententiam confirmet.

Atque hæc de magno Methodio episcopo et martyre satis. Ad reliqua enim subjecta fragmenta quod attinet, nihil est in promptu quod proferamus, præter auctorum ecclesiasticorum loca unde illa descripsimus, quæ unicuique præfigenda curavimus.

(y) Grets. tom. I *De cruce*, lib. II, cap. 39.
(z) Method. *hom. de cruce*.
(a) Tillem. *Mém.* tom. V, p. 472 seq.
(b) Cav. *Hist. litt.* ad ann. 290, p. 153.
(c) Fabric. *Bibl. Gr.* tom. V, p. 260.

VETERUM TESTIMONIA

DE S. METHODIO EPISCOPO ET MARTYRE.

I.

S. Hieronymus De vir. illustr. *cap.* 83, *cum vetere interprete Græco.*

Μεθόδιος (a) Ὀλύμπου Λυκίας, καὶ μετὰ ταῦτα Τύρου ἐπίσκοπος, λαμπροῦ καὶ συγκειμένου λόγου *κατὰ Πορφυρίου* συνέταξε τεύχη· καὶ *Συμπόσιον δέκα παρθένων· Περὶ ἀναστάσεως* λόγον ἄριστον κατὰ Ὠριγένους· κατὰ τοῦ αὐτοῦ *Περὶ Πυθωνίσσης*, καὶ *Περὶ αὐτεξουσίου· εἰς τὴν Γένεσίν* τε, καὶ *εἰς τὰ Ἄσματα τῶν ᾀσμάτων Ὑπομνήματα*,

Methodius, Olympi Lyciæ et postea Tyri episcopus, nitidi compositique sermonis, *adversum Porphyrium* confecit libros ; et *Symposium decem virginum; De resurrectione* opus egregium contra Origenem : et adversus eumdem *de Pythonissa*, et *Περὶ αὐτεξουσίου. In Genesim* quoque et *in Cantica canticorum commentarios;* et multa alia quæ vulgo

(a) Eadem fere ac iisdem verbis Suidas, exscribens et ipse Hieronymum : tantum adjecit ad *Ὀλύμπου Λυκίας* τὸ, *ἤτοι Πατάρων*. Significans eamdem utroque nomine notari civitatem, cujus is, priusquam transferretur Tyrum, episcopatum gesserit : nec esse alium Methodium quem Hieronymus dixerit Olympi, et quem Græci celebrant Patararum episcopum. Equidem ne vestigium potui deprehendere novi hujus Methodii Patarensis diversi a Tyrio; tribuentibus ubique codicibus Methodio Patarensi, quæ Hieronymus tribuit suo illi Methodio Olympi, ac postea Tyrio. Ita præter alios passim Damascenus in *Elementis* eminentissimi cardinalis Bonifucaldii : mirumque videatur, ut Græci, solius Patarensis obscurioris memoriam solemnem habeant, nusquam vero apud eos exstet memoria Tyrii, si quidem ille alius est. Quare æstimo levius pronuntiasse Baronium ad notas *Martyrol.* ad alterum Methodium Constantinopolitanum, 14 Jun., dum ex brevi illa citatione Damasceni, *orat.* 3 *De imag.* Methodii Patarensis et martyris, novum sibi contingit Methodium. Hesychius Pataras urbem *Patarin* vocat, quo etiam nomine montem nominat; ego eumdem puto atque Olympum, Lyciæ montem, cujus ipse Methodius ut familiaris in libro *De resurrect.* meminit, a quo et civitas Olympus dicta sit ; nec aliud ea de re certioribus monumentis hactenus occurrit. Combefis.

lectitantur. Et ad extremum novissimæ persecutionis, sive, ut alii affirmant, (*a*) sub Decio et Valeriano, in Chalcide Græciæ martyrio coronatus est.

καὶ ἕτερα πολλὰ χύδην ἀναγινωσκόμενα. Ὃς περὶ τὰ τελευταῖα τοῦ διωγμοῦ, ἢ καθώς τινες βεβαιοῦνται, ἐπὶ Δεκίου καὶ Βαλεριανοῦ ἐν Χαλκίδι τῆς Ἀνατολῆς μαρτυρήσας ἐστεφανώθη.

Idem, epist. 48, *ad Pammachium, num.* 13, *Opp. tom.* 1, *pag.* 220, *edit. Veron.*

Origenes, Methodius, Eusebius, Apollinaris, multis versuum millibus scribunt adversus Celsum et Porphyrium.

Idem, epist. 70, *ad Magnum oratorem, num.* 3, *ibid., pag.* 425.

Scripserunt contra nos Celsus atque Porphyrius: priori Origenes, alteri Methodius, Eusebius et Apollinaris fortissime responderunt. Quorum Origenes octo scripsit libros ; Methodius usque ad decem millia procedit versuum, etc.

Idem in præfat. ad Comment. in Danielem, *ibid. tom.* V, *pag.* 617.

Porphyrio solertissime responderunt Eusebius Cæsariensis episcopus tribus voluminibus, id est, octavo decimo et nono decimo et vicesimo ; Apollinarius quoque uno grandi libro, hoc est vicesimo sexto; et ante hos ex parte Methodius.

Idem in Comment. ad Daniel. *cap.* XIII, *ibid., tom.* V, *pag.* 730.

Cujus (Porphyrii) calumniæ plenius responderunt Eusebius Cæsariensis, Apollinarius Laodicenus, et ex parte disertissimus vir martyr Methodius.

Idem lib. II contra Rufinum, *num.* 33, *ibid., tom. II, pag.* 527.

Ex eo quod asserui, Porphyrium contra hunc prophetam (Danielem) multa dixisse, vocavique hujus rei testes Methodium, Eusebium et Apollinarium, qui multis versuum millibus illius vesaniæ responderunt, me accusare poterit quare non in præfatiuncula contra Porphyrii libros scripserim.

II.

S. Gregorius Nyssenus, Ex quæst. de eo quid sit, ad imaginem Dei et ad similitudinem, *Opp. tom. II, pag.* 26, *edit. Paris.* 1638.

Idcirco et animam, inquit Methodius in *Symposio*, immensa quadam et inenarrabili pulchritudine pollere; eamque ob causam quadam veluti zelotypia et amore illius flagrare spiritus adversarios, utpote quæ præstantiore quam ipsi, licet spiritales et intelligentes sint, forma sit prædita (*b*).

Ὅθεν καί φησι τὴν ψυχὴν ἐν τῷ *Συμποσίῳ* ὁ Μεθόδιος ἀμήχανον καὶ ἀδιήγητον κάλλος ἔχειν· καὶ τούτου χάριν ὥσπερ ζηλοτυπεῖσθαι καὶ ἐρᾶσθαι αὐτὴν ὑπὸ τῶν ἐναντίων πνευμάτων, ὡς κρείττονα αὐτῶν τῶν νοερῶν περικειμένην μορφήν.

III.

S. Epiphanius, hær. LXIV, *cap.* 63.

Atque hæc sunt e beati Methodii, qui et Eubulius dictus est, scriptis ordine decerpta. — Multa enim ad idem argumentum, Methodius ille, vir apprime doctus, acerrimusque veritatis patronus, in eodem libro (*contra Origenem*) disputavit.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐστιν ἀπὸ μέρους καθ' εἱρμὸν τῶν ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Μεθοδίου, τοῦ καὶ Εὐβουλίου (*c*)... Πολλὰ γὰρ καὶ ἕτερα ἐν τῇ περὶ τῆς ὑποθέσεως ἀκολουθίᾳ τῷ προειρημένῳ Μεθοδίῳ, ἀνδρὶ λογίῳ ὄντι, καὶ σφόδρα περὶ τῆς ἀληθείας ἀγωνισαμένῳ εἰρημένα εἴρηται.

(*a*) Isthæc *sub Decio et Valeriano* verba in omnium præstantissimo cod. Veronensi non sunt; ex quo venit in mentem suspicari etiam illa, *sive ut alii affirmant*, e glossatoris manu profecta, sensim in textum irrepsisse. Re autem ipsa non habet Suidas, ἢ καθώς τινες διαβεβαιοῦνται, *sive ut alii affirmant*, tametsi jungit ἐπὶ Δεκίου καὶ Βαληριανοῦ, *sub Decio et Valeriano*, quemadmodum etiam auctor *Menologii* a Sirleto editi. Sed hæc duo nomina addiderit nonnemo ad libri oram, ut qui novissimam persecutionem moverunt imperatores, suo sensu indicaret; alius vero eadem illaturus in textum, ut fucum faceret credibiliorem, præposuerit, *sive ut alii affirmant*. Utcunque se res habuerit, certum est sub hisce imperatoribus, hoc est anno 254, Methodium martyrio non fuisse coronatum; siquidem post annos quatuordecim, id est 268, Porphyrio in Christianos obtrectanti respondit. Vallars.

(*b*) Exstat locus Methodii a Nysseno laudatus sub initium *orat.* 6. Videsis Allatium in *Diatr. de Methodiorum scriptis*, pag. 316, edit. Rom. 1656.

(*c*) Ita Epiphanius. Quæ indicant *Convivium decem virginum*, in quo Eubulius personæ unius e primis nomen est, celebratissimum sui excellentia cognomen Eubulii auctori Methodio adjecisse. Nam vel primum vel inter prima Methodii hoc opus exiisse indicant illa ejusdem Patris verba in principio homiliæ *in Symeonem :* Πάλαι ἱκανῶς, ὡς οἷόν τε, διὰ βραχέων τὰ περὶ παρθενίας ἐν τοῖς περὶ ἁγνείας *Συμποσίοις* κατεστρωκότων ἡμῶν. Hoc est : *Cum jam quidem, quæ dici potuerunt de virginitate, Convivio nostro de castitate intexuerimus*, etc. Jam quidem hunc a se librum ait editum, cum illam homiliam haberet. Fuit hæc igitur ejus vel prima vel inter primas lucubratio : ex qua, sicut Clemens Alexandrinus e suis *Στρωμάτων* Commentariis, *Stromatei*, et Joannes, *Scalæ* auctor, ex illo suo libro, *Climaci :* sic Methodius *Eubulii* cognomen facile trahere potuit. Editor Lupareus.

IV.

ANDREAS CÆSARIENSIS in Apocal. *serm.* 11, *cap.* 33.

Ὁ δὲ μέγας Μεθόδιος εἰς τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν ἐξέλαβεν, ἀνάρμοστα τῇ δεσποτικῇ γεννήσει τὰ περὶ αὐτῆς ἡγησάμενος, διὰ τὸ ἤδη πρὸ πολλοῦ τετέχθαι τὸν Κύριον ἡμῶν. Καλὸν δὲ καὶ αὐτῶν τῶν ῥημάτων τοῦ μακαρίου Μεθοδίου μεμνῆσθαι, ὅς φησιν ἐν τῷ λεγομένῳ *Συμποσίῳ* ἐκ προσώπου Πρόκλης (lege Προκίλλης) οὕτως· *Ἡ γυνή*, καὶ τὰ ἑξῆς.

At magnus Methodius ad Ecclesiam retulit, in Dominicæ nativitatis mysterium parum ea convenire ratus quæ hoc loco de illo narrantur : maxime vero quod Dominus noster dudum ante patefactam libri hujus prophetiam natus fuerit. At ipsamet Methodii verba in medium afferre lubet. Hic ergo in tractatu quem *Symposion* inscripsit, ex persona Procillæ virginis ita scribit : *Mulier*, etc.

V.

ARETHAS in Apocal. *cap* 33, *pag.* 752.

Ἕτεροι δὲ καὶ πάλιν ταύτην τὴν γυναῖκα τὴν Ἐκκλησίαν ἔφασαν εἶναι, ἥτις τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον Χριστὸν περιβέβληται, καὶ τὴν σελήνην τὴν Συναγωγὴν ὑποκάτω τῶν ποδῶν ὡς ἤδη παλαιωθεῖσαν ἔθηκε. Καὶ τὰ ἑξῆς πάντα ἁρμοδίως, ὡς Ἀνδρέας καὶ Μεθόδιος.

Rursum vero alii hanc mulierem dixerunt esse Ecclesiam, quæ sole justitiæ Christo stipata est, et lunam, id est Synagogam, sub pedibus ejus, tanquam jam vetustiorem effectam posuit. Et quæ sequuntur omnia congruo modo adaptarunt, ut Andreas et Methodius.

VI.

LEONTIUS BYZANTIUS, *lib.* De sectis, *act.* III.

Ἐγένοντο δὲ ἐν τοῖς χρόνοις τοῖς ἀπὸ τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ μέχρι τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου διδάσκαλοι καὶ Πατέρες οἵδε, Ἰγνάτιος ὁ θεοφόρος, Εἰρηναῖος, Ἰουστῖνος φιλόσοφος καὶ μάρτυρ, Κλήμης, καὶ Ἱππόλυτος ἐπίσκοπος Ῥώμης, Διονύσιος Ἀρεοπαγίτης, Μεθόδιος ἐπίσκοπος Πατάρων, Γρηγόριος ὁ Θαυματουργὸς, Πέτρος ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς.

Fuerunt autem in temporibus a Christi nativitate usque ad imperium Constantini doctores hi et Patres : Ignatius Theophorus, Irenæus, Justinus, philosophus et martyr, Clemens, et Hippolytus Romæ episcopus, Dionysius Areopagita, Methodius Patarensis episcopus, Gregorius Thaumaturgus, Petrus Alexandriæ episcopus et martyr.

VII.

S. MAXIMUS *in schol. ad Dionysii Areopag. cap.* 5 De eccles. hierarch.

(*a*) Ἀνάγνωθι Μεθοδίου τοῦ ἁγίου μάρτυρος, καὶ Ὀλυμπίου Ἀδριανουπόλεως ἐπισκόπου τῆς Λυκίας τὰ κατ' αὐτοῦ Ὠριγένους ὑπ' αὐτῶν περὶ ἀναστάσεως γραφέντα, καὶ Ἀντιπάτρου τοῦ Βόστρων ἐπισκόπου, καὶ μαθήσῃ τὴν μυθώδη αὐτοῦ καὶ ἀλλόκοτον ληρῳδίαν

Lege S. Methodii martyris, et Olympii Adrianopolitani episcopi Lyciæ, nec non Antipatri Bostrorum episcopi libros quos in eum Origenem de resurrectione conscripserunt; et disces fabulosum ejus ac monstruosum deliramentum.

VIII.

JOANNES THESSALONICENSIS, *apud L. Allatium in diatr.* De Methodiorum scriptis, *pag.* 333, *edit. Rom.* 1656.

Καὶ τοῦτο πολλοὺς τῶν ἁγίων ἡμῶν Πατέρων φρονήσαντας εὑρίσκομεν· ὧν ἐστι Βασίλειος ὁ Μέγας, καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Ἀθανάσιος, καὶ ὁ μέγας Μεθόδιος, καὶ οἱ ἀμφ' αὐτούς.

Et hoc multos sanctorum Patrum sensisse invenimus; quorum est Basilius ille Magnus, et sanctæ memoriæ Athanasius, atque magnus Methodius, et qui eos sequuntur.

IX.

PHOTIUS Bibl. *cod.* CCXXXVII, *pagg.* 950-963.

Ἀνεγνώσθη τοῦ ἁγίου μάρτυρος καὶ ἐπισκόπου Μεθοδίου ἐκ τοῦ *Περὶ ἁγνείας* ὡς ἐν ὁμοίῳ συνόψεως (*b*) ἐξεδόθη τύπῳ... Σημειωτέον (*c*), ὡς ουτος

Lectus est sancti martyris et episcopi Methodii liber *De castitate* ad formam *Convivii* compositus. — Observandum est hunc Dialogum, cui titulus

(*a*) Putarem legendum, Ἀνάγνωθι Μεθοδίου τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ὀλύμπου ἐπισκόπου τῆς Λυκίας. *Lege sancti Methodii martyris Olympi Lyciæ episcopi.* Quis enim hic Olympius Adrianopolitanus episcopus Lyciæ? Quæ Adrianopolis in Lycia? ALLAT. *Diatr. de Method. script.*, p. 328.

(*b*) Ὡς... *συνόψεως*. Lege ὃς... *συμποσίου*. EDIT. LUPAR.

(*c*) Ad Photii censuram quod attinet, videbatur illa mihi paulo durior; quod præcipue non videantur Ariani admodum usi hac Methodii lucubratione, aut ex illa argumenta sumpsisse : ubi tamen paulo diligentiorem ei adhibui operam, ipseque mihi recensui, gravius laborare deprehendi, subindeque notavi quæ vel molliri possent, vel nullam excusationem, meo sane sensu, admitterent : quæ ipsa non

Symposium, sive *De castitate*, magnam partem adulteratum esse : offendes enim in illo adjectas etiam Arianicas vanasque opiniones aliasque male sentientium fabulas.

ὁ διάλογος, ᾧ ἡ ἐπιγραφὴ, *Συμπόσιον*, ἢ, *Περὶ ἁγνείας*, παραπολὺ νενοθευμένος ἐστίν· εὑρήσεις γὰρ ἐν αὐτῷ παραδεδλημένας καὶ Ἀρειανικὰς δοξοκοπίας, καὶ ἑτέρων τινῶν κακοδοξούντων μυθολογήματα.

Idem ibid., *cod.* LXII, *pag.* 347.

Confirmat deinde (Eusebius Thessalonicensis) hasce suas reprehensiones e libris sacræ Scripturæ veteris juxta ac novi Instrumenti : Patrum item lectissimorum sententiis, Athanasii, et trium Gregoriorum, admirandorum inquam illius patratoris, Theologi, et divini Nysseni, Basilii similiter Cæsareæ antistitis, et Joannis Chrysostomi, Cyrilli Alexandrini, et Proculi præsulis Constantinopolitani : sancti adhæc martyris Methodii, et Quadrati. Quorumdam enim ex his dicta quædam Andreas (Inclusus) avulserat, et perverterat : simulque malitiose aut imperite interpretando, errorem suum ex illis, ut sibi quidem persuasit, confirmarat.

Παρατίθησι δὲ τὰς κατὰ τους ἐλέγχους ἀποδείξεις ἔκ τε τῆς Γραφῆς, παλαιᾶς τε καὶ νέας, καὶ ἐκ τῶν λογάδων Πατέρων, Ἀθανασίου, καὶ τῶν τριῶν Γρηγορίων, τοῦ τε Θαυματουργοῦ λέγω, καὶ τοῦ Θεολόγου, καὶ τοῦ θεσπεσίου Νύσσης, Βασιλείου τε τοῦ Καισαρείας, καὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρείας, καὶ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως Πρόκλου· ἀλλὰ δὴ καὶ Μεθοδίου τοῦ ἱερομάρτυρος, καὶ Κοδράτου. Ὧν ἐνίων καὶ ῥήσεις τινὰς ὁ Ἀνδρέας ἀποσπαράξας καὶ παραπλασάμενος, ἃ δὲ καὶ κακούργως ἢ καὶ ἀνοήτως ἐξειληφὼς, ἐκεῖθεν, ὡς ᾤετο, τὴν οἰκείαν πλάνην ἐκράτυνεν.

X.

GRÆCI CANONIS in Sympos., ode III, *apud Allatium l. c.*, *pag.* 315.

Virginitatis decus, et castimoniæ pulchritudinem cum experimento didicisses, o gloriose, doctrina tua et sermonum venustate universam eorum pulchritudinem, divina mente prædite, et nunquam finientem hilaritatem commonstras..... Firmiori cibo spiritualium conviviorum tuorum repleti, sapientissime, veris inde lætitiis aluntur, quæ nunquam deficiunt, sed semper novis fluxibus simul cum participantibus enascuntur et augentur.

Τῆς παρθενίας τὸ σεμνὸν καὶ τῆς ἁγνείας τὸ κάλλος διὰ πείρας, ἔνδοξε, μαθὼν, σοφίᾳ τῇ σῇ καὶ λόγων χάριτι, πᾶσαν τὴν τούτων καλλονὴν ὑποδεικνύεις, θεόφρον, καὶ τὴν αἰωνίζουσαν φαιδρότητα... Στερεωτέρας ἐδωδῆς πνευματικῶν συμποσίων ἐμπλησθέντες, πάνσοφε, τῶν σῶν, τὴν ὄντως τρυφὴν ἐκεῖθεν τρέφονται τὴν διαμένουσαν, ἀεὶ συμφυομένην ἀῤῥεύστως καὶ συναυξουμένην τοῖς μετέχουσιν.

XI.

MARTYROLOGIUM ROMANUM XIV *Kal. Octobris*.

Natalis sancti Methodii, Olympi Lyciæ ac postea Tyri episcopi, sermonis nitore ac doctrina clarissimi; qui ad extremum novissimæ persecutionis, ut scribit sanctus Hieronymus, in Chalcide Græciæ martyrio coronatus est.

XII.

MENOLOGIUM GRÆCORUM, *jussu Basilii imperatoris Græce editum, ad diem* 20 *Junii, part.* III, *pag.* 138, *edit. Urbin.* 1727.

Methodius Christi sacromartyr, ab infantia Deo honorabile vas seipsum consecravit, divini Spiritus receptaculum factus. Quare Dei suffragio pontificatu dignus effectus est : creatusque Patarensis Ecclesiæ episcopus, gregem suum optime pavit. Gliscentem autem Origenis hæresim cernens, ut optimus pastor divino eloquiorum suorum igne incendit. Sed cum inimicus diabolus ejus libertatem et constantiam ferre non posset, satellites suos in ejus necem armavit. Ille vero antequam martyrio fungeretur, cum mortificationem vivificam induisset, et quotidie mortuum se reputaret secundum divinum aposto-

Μεθόδιος ὁ τοῦ Χριστοῦ ἱερομάρτυς ἐκ βρέφους ἑαυτὸν τῷ Θεῷ ἀναθεὶς, σκεῦος τίμιον καὶ δοχεῖον τοῦ θείου Πνεύματος γέγονεν. Ὅθεν καὶ ψήφῳ Θεοῦ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀξιωθεὶς, καὶ τῆς ἐν Πατάροις Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος γεγονὼς, καλῶς ἐποίμανε τὸ ποίμνιον ἑαυτοῦ. Διὸ καὶ τὴν Ὠριγένους αἵρεσιν πλεονάζουσαν ἰδὼν, ὡς ἄριστος ποιμὴν τῷ θείῳ πυρὶ τῶν αὐτοῦ λόγων κατέφλεξε. Καὶ μὴ φέρων ὁ ἐχθρὸς διάβολος τὴν αὐτοῦ παῤῥησίαν καὶ ἔνστασιν, ἐξώπλισε τοὺς αὐτοῦ ὑπουργοὺς πρὸς τὴν τούτου ἀναίρεσιν. Ὁ δὲ καὶ πρὸ τοῦ θανάτου τῆς αὐτοῦ μαρτυρίας νέκρωσιν ζωηφόρον ἐνδυσάμενος, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν νεκρὸν

aliunde aspersa, sed ab ipso Dialogi auctore inserta videantur, pro ejus ævi simplicitate, et antequam vel θεολογία vel οἰκονομία (Trinitatis scilicet et Incarnationis doctrina) conciliorum generalium luce, erudita Patrum ætate, occasione enascentium errorum ac hæreseon, satis illustrata esset. Si quid vero altius pressi stylum, indulgeat lector, nec mihi solum, sed et illis gratiam habeat qui mihi operi præiverunt, bonasque horas adornando Methodii hoc *Convivio* collocarunt ac utiliter ediderunt : nec desit forte, ubi me quoque non satis assecutum Methodii mentem ipse deprehendas; quæ mea errata candore tuo velim emendes. COMBEFIS.

ἑαυτὸν λογιζόμενος κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον Παῦλον, ξίφει τὴν ἱερὰν καὶ μακαρίαν αὐτοῦ κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησε χαίρων καὶ ἀγαλλόμενος.

A lum Paulum, ferro sanctum ac beatum caput præcidendum obtulit, et lætus gaudensque ad Dominum migravit.

XIII.

Auctor Synaxarii *in Menæo, die* 10 *Julii.*

Τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Μεθοδίου ἐπισκόπου Πατάρων.

Οὗτος ὁ μακάριος, ἐκ παίδων ἑαυτὸν τῷ Θεῷ ἀναθεὶς, σκεῦος θεῖον καὶ δοχεῖον θείου Πνεύματος γέγονεν. Ὅθεν καὶ ὑπὸ τῆς θείας χάριτος τὴν ἱερωσύνην ψήφῳ Θεοῦ λαβὼν, καλῶς καὶ θεοφιλῶς ἐποίμανε τὸ ἐμπιστευθὲν αὐτῷ ποίμνιον, λόγοις προσηνέσι καταφωτίσας τὸ τῆς Ἐκκλησίας πλήρωμα. Διὸ καὶ τὴν Ὠριγένους πλάνην ἐπιπολάζουσαν ἰδὼν, ὡς ἄριστος ποιμὴν πυρὶ θείῳ ταύτην κατέφλεξε, πᾶσαν τὴν ἀχλὺν καὶ σκοτόμαιναν ἐκμειώσας σοφίᾳ λόγων καὶ θείᾳ χάριτι. Ἡ δὲ τῶν λόγων αὐτοῦ ἀστραπὴ, καὶ ἡ τῆς γνώσεως σάλπιγξ, *εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξελήλυθεν.* Ὅθεν μὴ φέρων ὁ ἐχθρὸς τὴν παῤῥησίαν καὶ ἔνστασιν τοῦ μεγάλου, ὁπλίζει τοὺς ἑαυτοῦ ὑπουργοὺς πρὸς τὴν τούτου ἀναίρεσιν. Ὁ δὲ πρὸ τῆς μαρτυρίας νέκρωσιν ζωηφόρον ἐνδυσάμενος, ξίφει τὴν κεφαλὴν τμηθεὶς, πρὸς τὴν κρείττονα ζωὴν μετετέθη· πρῶτον μὲν ἱερουργῶν τὸν Ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ, ὕστερον δὲ θυόμενος, προσήχθη τῷ Χριστῷ θυσία ζῶσα. Ὅθεν καὶ διπλοῖς στεφάνοις κατεκοσμήθη. Ὁ δὲ γενναῖος πρόμαχος τῆς ἀληθείας, αἵμασι μαρτυρικοῖς τὸ τέλος ἀπενεγκάμενος, ἀνεπαύσατο αἰωνίως. Αὐτὸς ὁ θεῖος τῷ ὄντι τοῦ Θεοῦ ἱερεύς τε καὶ μάρτυς, καταλέλοιπεν ἡμῖν συγγράμματα τῆς αὐτοῦ φιλοπονίας, πάσης γνώσεως καὶ ὠφελείας τυγχάνοντα. Ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν μενόντων σαφέστατα προεθέσπισε, καὶ προηγόρευσεν εὐκρινέστατα· περί τε τὰς βασιλέων ἐναλλαγὰς καὶ μεταβολὰς καὶ μεταποιήσεις, καὶ ἐθνῶν ἐκδρομὰς, καὶ χωρῶν καὶ τόπων ἐρημώσεις καὶ ἀφανισμούς· περί τε ὀρθοδόξων καὶ αἱρετικῶν βασιλέων· καὶ περὶ τῆς συντελείας τοῦ κόσμου· καὶ περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου καὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας, καὶ τοῦ ἀφανισμοῦ καὶ πανολεθρίας πάσης σαρκὸς ἀνθρωπίνης. Ταῦτα πάντα σαφέστατα ὁ θεῖος οὗτος προεθέσπισε.

Sancti martyris Methodii episcopi Patarensis.

Hic beatus vir, cum a puero se Deo consecrasset, Dei vasculum ac Spiritus sancti conceptaculum factus est. Unde et divina gratia Deique suffragio, sacerdotio suscepto, creditum sibi gregem bene ac congrua pietate, Ecclesiæ cœtum suavibus illustrans eloquiis, pavit. Quare etiam, cum Origenianum errorem novum emergentem videret, tanquam
B bonus pastor, divino combussit igni, dejecta prorsus caligine et obscura nocte, sermonum sapientia ac gratia divina. Porro, sermonum ejus instar fulguris micans splendor, ac scientiæ tuba, *in omnem terram exivit.* Eoque non ferens hostis præclari viri libertatem pugnacemque adversus ipsum contentionem, suos in ejus necem armat ministros. Is autem qui ante martyrium vivificam mortificationem induisset, amputato capite, ad meliorem vitam translatus est; cumque primum Dei Agnum immolaret, ipse postmodum immolatus, oblatus est Christo hostia vivens. Unde etiam duplicem coronam consecutus est. Strenuus itaque veritatis pugil, cum martyrii sanguine gloriosam reportasset finem, sempi-
C ternum requievit. Hic plane admirabilis Dei sacerdos et martyr libros nobis abs se elaboratos reliquit, scientia omni plenos ac utilissimos. Quin et de futuris clarissime vaticinatus est, ac perquam perspicue prædixit; nempe, quod spectat ad regnorum utrinque mutationes, gentium excursiones, locorumque ac regionum vastationes. Item quod ad orthodoxos reges et hæreticos, nec non quod ad mundi consummationem, atque (*a*) ad Antichristum et ejus regnum, mundique destructionem, ac omnis humanæ carnis interitum. Hæc, inquam, omnia vir eximius clarissime vaticinatus est.

(*a*) Exstant quædam Methodii nostri de Antichristo Latine edita in *Bibl. Patrum Colon.* ac nuperrima Paris., ipsa forte ad quæ respicit auctor *Synaxarii* (*), quanquam Bellarmino videantur minus viro sancto digna. Nihil ego pronuntiaverim, re minus mihi discussa; ac nec Methodianis nostris ad-
D jicienda putavi, deficiente Græco codice, ad quem conferrem, et opus totum expenderem. Sane ut non placet nimia in hujusmodi prophetis prophetiisque extra canonem credulitas, ita nec levius spreverim, si qua præsertim velut sanctorum antiqua obtineant. Combefis.

(*) Hæc haud dubie Methodii junioris sunt, Constantinopolitani patriarchæ, anno 846 defuncti. Vide Fabricii *Bibliothecam Græcam*, ed. Harles., tom. VII, p. 273. Edit. Patr.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΜΕΘΟΔΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ ΤΩΝ ΔΕΚΑ ΠΑΡΘΕΝΩΝ

Η

ΠΕΡΙ ΑΓΝΕΙΑΣ.

—

SANCTI METHODII

EPISCOPI ET MARTYRIS

CONVIVIUM DECEM VIRGINUM

SIVE

DE CASTIMONIA.

—

PERSONÆ COLLOQUENTES.

ΕΥΒΟΥΛΙΟΝ (1).	EUBULIUM.
ΓΡΗΓΟΡΙΟΝ.	GREGORIUM.
ΑΡΕΤΗ.	ARETE.
ΜΑΡΚΕΛΛΑ	MARCELLA.
ΘΕΟΦΙΛΑ.	THEOPHILA.
ΘΑΛΙΑ.	THALIA.
ΘΕΟΠΑΤΡΑ.	THEOPATRA.
ΘΑΛΛΟΥΣΑ.	THALLUSA.
ΑΓΑΘΑ.	AGATHA.
ΠΡΟΚΙΛΛΑ.	PROCILLA.
ΘΕΚΛΑ.	THECLA.
ΤΟΥΣΙΑΝΑ.	TUSIANA.
ΔΟΜΝΙΝΑ.	DOMNINA.

—

Introductio. — *Operis consilium. Iter ad paradisum. Virtutis descriptio et prosopopœia.* Agnus, *vitex, symbolum castitatis. Marcella, inter Christi virgines senior et prima.*

EUBUL. Opportunissime ades, o Gregorium: nam et modo te quærebam, scire volens de congressu Marcellæ et Theopatræ, nec non reliquarum virginum quæ tunc ad convivium convenerunt; quales

ΕΥΒΟΥΛ *. Εὐκαιρότατα ἐπέστης, ὦ Γρηγόριον· καὶ γὰρ ἔναγχός σε ἐζήτουν, βουλόμενος μαθεῖν τὴν Μαρκέλλης συνουσίαν καὶ τῶν λοιπῶν παρθένων τῶν τότε τῷ συνδείπνῳ παραγενομένων περὶ τῶν τῆς

(1) *Εὐβούλιον.* Uterque codex primæ hujus Dialogi personæ nomen hoc modo in recto efferebat. Est ea terminatio Græcis ὑποχοριστική, nonnisi sexui aut ætati molliori conveniens. Quare cum puerum hic non induci loquentem satis appareat, restabat ut Εὐβούλιον non minus quam Γρηγόριον mulier hic esse putaretur. Verum cum Maz. codex masculina passim Eubulio adjuncta copularet, necesse fuit intelligere mulierem hoc loco *Gregorium* vocatam, cum viro *Eubulii* nomen habente fabulari. Nec in eo quidquam contra decorum est. Idonea profecto index rerum in muliebri convivio gestarum ministra ejus mensæ mulier fuit: quæ quod ministerii attentione avocata, verisimiliter nequivisset orationes convivantium virginum, præsertim sublatis ferculis, et post ministrarum recessum habitas cognoscere; apte fingitur Theopatræ, unius e sodalibus, relatu didicisse: sicut Apollodorus narrator *Convivii* Socratici, quæ retulit, ex Aristodemo qui interfuerat, se accepisse profitetur, in eo Platonis libro quem

* Hoc signo indicantur notæ Allatianæ, quæ huic operi subjiciuntur.

ἁγνείας λόγων, τίνες ἦσαν. Φασὶ γὰρ σφόδρα μεγαλοπρεπῶς οὕτως αὐτὰς καὶ ἰσχυρῶς ἠγωνίσθαι, ὡς μηδενὸς εἶναι τῶν εἰς τὸ περικείμενον ἀναγκαίων ἐπιδεεῖς. Εἰ οὖν ἑτέρου τινὸς ἕνεκα ἦλθες, τοῦτο εἰσαῦθις ἀναβαλλομένη, μὴ ὀκνήσῃς νῦν, περὶ ὧν πυνθανόμεθά σου, ἀκολούθως ἡμῖν ἅπαντα διελθεῖν.

ΓΡΗΓΟΡ. Ἤμβροτον, ὡς ἔοικε, τῆς ἐλπίδος, ἑτέρου προαναγγείλαντος ἤδη περὶ ὧν ἐρωτᾷς. Ἐγὼ γὰρ μηδέπω μηδὲν ἀκηκοέναι νομίσασά σε τῶν γεγονότων, σφόδρα μέγα ἐφρόνουν ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἐκαλλωπιζόμην ὡς πρώτη σοι μέλλουσα ἐξαγγέλλειν. Διὸ δὴ καὶ ἐσπούδαζον τάχιον δεῦρο ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, αὐτὸ δὴ τοῦτο εὐλαβηθεῖσα, τὸ μὴ προληφθῆναι ὑπ' ἄλλου.

ΕΥΒΟΥΛ. Θάρσει· καὶ γὰρ οὐδὲν ἀκριβῶς, ὦ μακαρία, πεπύσμεθα τῶν γεγονότων. Οὐ γὰρ ἔσχεν ὁ ἀγγείλας ἀφηγήσασθαι πλέον ἢ ὅτι διάλογοι γεγένηντο· τίνες δὲ, καὶ ὅπως, ἐπανερωτώμενος ἠγνόει.

ΓΡΗΓΟΡ. Οὐκοῦν βούλεσθε, ἐπειδὴ δι' αὐτὸ ἐνταῦθα παρεγενόμην, ἁπάντων ἐξ ἀρχῆς ἐπακοῦσαι τῶν εἰρημένων; ἢ τὰ μὲν παραλείψω, τῶν δὲ ἐπιμνησθῶ, ἃ ἀξιομνημόνευτα ἡγοῦμαι τυγχάνοντα;

ΕΥΒΟΥΛ. Οὕτω πάντως (2)· ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν, ὦ Γρηγόριον, πρῶτον εἰσήγησαι, τήν τε συνέλευσιν, ἔνθα ἐγενήθη, καὶ τῶν ἐδεσμάτων τὰς παρασκευάς· σεαυτήν τε πῶς ᾠνοχόησας.

..... Αἱ δὲ χρυσέοις δεπάεσσιν
Δειδέχατ' ἀλλήλας, μέγαν οὐρανὸν εἰσορόωσαι.

ΓΡΗΓΟΡ. Ἀεὶ δεινὸς ἐν ταῖς ὁμιλίαις καὶ φιλο-

A de castimonia sermones contulerunt. Aiunt enim eas magnifice adeo ac gnaviter pro se quamque in ea contentione esse versatas, ut nihil admodum omiserint, quod ad istius argumenti plenam tractationem videri necessarium possit. Si ergo venisti rei alterius causa, eam quæso in tempus aliud dilata, ne continue graveris rogantibus nobis cuncta ordine referre.

GREG. Spe, reor, frustrata sum : præripuitque mihi aliquis gratiam primi nuntii, earum rerum de quibus sciscitaris. Ego vero nihil horum te a quoquam audivisse existimans, gestiebam scilicet, placebamque non parum mihi, eo quod tibi prima nuntium allatura eram. Quare festinabam venire huc B ad vos, id ipsum verita quod accidit, ne quis adventum meum occuparet.

EUBUL. Bono animo esto : nihil enim, o bona, exacte comperimus. Nec qui nuntiavit indicare aliud potuit, quam communes sermones habitos esse : quinam vero aut quales fuerint, interrogatus nescivit.

GREG. Vultis igitur, quoniam huc ea causa veni, a principio audire cuncta quæ dicta sunt; an potius aliis omissis, eorum duntaxat meminisse quæ memoratu digna putavero?

EUBUL. Haud sane : sed nobis a principio, o Gregorium, primum insinua, et congressus ubi fuerit, et de apparatu ciborum; de te quoque, ut C vina illis fuderis.

Illæ autem pateris genialiter aureis,
Ut se invitarint oculis ad sidera versis.

GREG. Ut semper in colloquiis valde acris aggre-

hic manifeste Methodius æmulatus est. Porro Gregorium, licet mulier, citra ullam ἀπρέπειαν fingitur in familiarem reversa domum, hæc quæ partim viderat, partim rescierat, ad virorum cœtum recitasse. Alios enim cum Eubulio fuisse, non semel indicatur : ut illis verbis Eubulii ejusdem paulo post, Μὴ ὀκνήσῃς νῦν περὶ ὧν πυνθανόμεθά σου, ἀκολούθως ἡμῖν ἅπαντα διελθεῖν : et illis ipsius Gregorii mox respondentis : Διὸ δὴ καὶ ἐσπούδαζον τάχιον δεῦρο ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. Ex his conjectamur nomen verum primæ hujus personæ in recto esse Εὐβούλιος, sicque ubique rescripsimus. Neque enim exemplum ullum exstare putamus viri qui Græce Εὐβούλιον vocetur. Itaque non dubitamus Εὐβούλιος a Methodio scriptum, cæterum ex similitudine nominis, Γρηγόριον, errandi occasionem librariis oblatam. Cujus opinionis in confirmationem trahimus quod ab Epiphanio *Hær.* LXIV, *Eubulius* alterum nomen Methodio tribuitur : sive id evenerit ex libri hujus ipsius celebritate, a primo, ut sæpe fit, vocabulo denominationem nacti, et nomen adventitium, proprio notius, auctori conciliantis, ut Clemens Στρωματεύς, et Gregorius *Dialogus* cognominati sunt : sive jam antea binominis Methodius sese hic minus usitato signavit nomine. EDITOR LUPAR. — *Εὐβούλιον*. Sic habent omnes codices; proinde non facile nudaque conjectura cum Possinio, sive eo qui ejus editioni præfuit, mutandum Εὐβούλιος. Quod tamen passim masculino jungit, virum quis suspicari possit, cui Gregorium ipsa femina, referat dicta virginum ; cum illa terminatio feminam innuat, ut in Gregorio, sic in Eubulio. Nam servandi decoris causa, mulierem mulieri

loquentem inducit, quæ φιλομαθίᾳ magis virum præferret ac alumnum sapientiæ ; quo sensu ὑποκοριστικόν aliquid ea voce denotetur. Sed hæc leviora, quam ut in eis diutius immorandum sit. Hoc tamen existimem Methodium, virum ecclesiasticum, magis versasse animo evangelicas voces et apostolicas, ex quibus et denarium virginum habuerit, et non esse in eis masculum et feminam, sed novam in Christo creaturam, quam convivium Socraticum apud Platonem ; hincque feminino proclive masculinum junxisse in Εὐβούλιον, et qua hujus dramatis prima interloquente persona, Eubulii nomen Methodio hæsisse potius videatur, quam binomium jam initio fuisse. Luparæ titulus ipse diminutus : placuit D Allatianus, apud quem alios vide. COMBEF.

(2) *Οὕτω πάντως*. Sic ex conjectura restitutum est, loco οὔπω πάντως codicis Vat., quod difficile quadrat in hunc locum. Hemistichium deflexum ex Homero *Il.* Δ, vers. 3, 4, sic mendose concipiebatur in cod. Vat. :

. . . . . Αἱ δὲ χρυσέοις δεπάεσσιν
Δειδέχατ' ἀλλήλας, μέγαν εἰς οὐρανὸν ὁρόωσαι·

quæ nemo non videt, quam necessario ad numeros reduxerimus. ED. LUPAR. — *Οὔπω πάντως*. Primus Luparæ editor emendat, atque οὕτω reponit, contra sui ipsius codicis fidem et Methodii mentem. Plane enim neganter inferendum, non affirmate, non esse præcipua solum delibanda, sed singula ut dicta gestaque sunt prosequenda : sicque nec aliter dicere jubet paulo post Eubulium, ne loco quidem ac convivii dapibus suppressis. COMBEF.

diendique audaciosior exsistis, o Eubulium, omnia plane verba rimans ac pensitans, nullosque eorum pugna non superans!

EUBUL. Non est quod de his, o Gregorium, nunc jurgium moveas: sed quod te rogamus, narra nobis quæ ab initio gesta sunt; nec aliter feceris.

GREG. Sane conabor. Primum vero tu mihi responde: Nosti Areten Philosophiæ filiam?

EUBUL. Quid tum?

GREG. Hujus ad hortum ad orientem positum, invitatæ ibamus, ut mala æstivosque reliquos fructus carperemus; tum certe ego (dixit mihi Theopatra; ex hac enim percontata eram), tum et Procilla atque Tysiana, quam asperam ac difficilem, arduamque ac præruptam, o Gregorium, ambulavimus semitam! Postquam igitur (addebat Theopatra) prope jam ad locum veneramus, grandis quædam et formosa sedate decoreque gradiens nobis occurrit matrona, stolam splendidissimam, nivei plane candoris, induta: tota revera divinæ immensæque pulchritudinis fulgens radiis. Pudor gravitate mistus efflorescebat in facie. Aspectus, qualem vidisse nunquam memini, simul terribilis, simul hilari suavitate temperatus. Nativi omnia decoris: fuci juxta artisque expers erat. Hæc igitur progressa, læto admodum vultu unamquamque nostrum quasi mater filias post longam absentiam intuens, amplexibus et osculis excipiebat: O filiæ, dicens, mihi vehementer optanti in pratum incorruptionis vos inducere, vix tandem advenistis, varios, ut par est, per viam insidiantium passæ terrores reptilium. Videbam enim e specula prospiciens, de via sæpius deflectentes; et metuebam ne, pedem referentes, per abrupta laberemini. Sed gratia ei, cui vos, filiæ, Sponso aptavi [1]; qui suo numine cunctos ex voto successus dedit. Dumque hæc illa

A πείσμων (3) σφόδρα τυγχάνεις, ἅπαντας ἀτεχνῶς ἐξελέγχων.

ΕΥΒΟΥΛ. Οὐχ ἄξιον περὶ τούτων, ὦ Γρηγόριον, νῦν σε φιλονεικεῖν· ἀλλ' ὅπερ ἐδεόμεθά σου, διήγησαι ἡμῖν τὰ γεγονότα ἐξ ἀρχῆς, καὶ μὴ ἄλλως ποίει.

ΓΡΗΓΟΡ. Ἐγὼ δὲ πειράσομαι. Πρῶτον δέ μοι αὐτὸς ἀπόκριναι· Γινώσκεις δήπου τὴν θυγατέρα Φιλοσοφίας Ἀρετὴν (4);

ΕΥΒΟΥΛ. Τί οὖν;

ΓΡΗΓΟΡ. Ταύτης εἰς κῆπον κληθεῖσαι, τὸν κατ' ἀνατολάς, καρπεύεσθαι τῶν ὡραίων ἐπορευόμεθα· ἐγώ τε (ἔφη μοι ἡ Θεοπάτρα· ταύτης γὰρ ἐπυνθανόμην) καὶ ἡ Πρόκιλλα καὶ ἡ Τυσιανή, ὡς τραχεῖαν καὶ δύσβατον B ὡδεύσαμεν, ὦ Γρηγόριον, καὶ ἀνάντη τρίβον! Ἐπειδὴ οὖν ἠγγίζομεν, ἡ Θεοπάτρα ἤδη ἔφη, τῷ χώρῳ, μεγάλη τις καὶ εὐειδὴς ἡσυχῇ βαίνουσα καὶ εὐσχημόνως, ὑπήντησεν ἡμῖν γυνή, στολὴν πάνυ εὔλαμπρον, ὥσπερ ἀπὸ χιόνος, ἠμφιεσμένη· θεῖον δέ τι καὶ ἀμήχανον ἀληθῶς ἅπασα κάλλος ἦν· αἰδὼς γὰρ αὐτῇ τῷ προσώπῳ πολλὴ μετὰ σεμνότητος ἐπήνθει. Τό τε βλέμμα βλοσυρὸν μετὰ πραότητος ἱλαρῶς οὕτω κεκερασμένον οὐκ οἶδα, ἔφη, ποτὲ θεασαμένη. Πάντα γὰρ ἀκαλλώπιστος ἦν, καὶ νόθον ἔφερεν οὐδέν. Αὕτη οὖν προσελθοῦσα μετὰ πολλῆς χαρᾶς, ἑκάστην ἡμῶν, μήτηρ ὥσπερ διὰ πολλοῦ θεασαμένη, περιεπτύξατο καὶ κατεφίλει· Ὦ θυγατέρες, σφόδρα μοι ποθούσῃ, λέγουσα, εἰς τὸν λειμῶνα τῆς ἀφθαρσίας ὑμᾶς εἰσαγαγεῖν, μόλις ἐληλύθατε, C κατὰ τὴν ὁδὸν ποικίλων ὑμᾶς ἐκφοβησάντων ἑρπετῶν. Ἑώρων γὰρ ἀποσκοπεύουσα πολλάκις ἐκτρεπομένας, καὶ ἐδεδίειν μήπως ἀποπηδήσασαι κατολισθήσητε διὰ κρημνῶν. Ἀλλὰ χάρις, ᾧ ἡρμοσάμην ὑμᾶς, τέκνα, Νυμφίῳ, ἐπινεύσαντι πάντα τελεσιουργὰ ταῖς εὐχαῖς. Καὶ ἅμα ταῦτα λεγούσης, Εἰς τὸν περίβολον, ἔφη, φθάνομεν, ἀνεῳγμένων ἔτι τῶν θυρῶν (5)· εἰσελθούσας δὲ καταλαμβάνομεν ἤδη τὴν

[1] Cor. II, 2.

(3) *Ἀεὶ δεινὸν... καὶ φιλόπευστον*. Ita cod. Vat., non male. Maz., ἀεὶ δεινὸς καὶ φιλοπείσμων, quod non prætulerim. Illud ejusdem codicis Maz. magis probo, quod pro ἀτέχνους post ἅπαντας, elegantius, ni fallor, ἀτεχνῶς legit. Paulo post, illa verba, ἔφη μοι ἡ Θεοπάτρα· ταύτης γὰρ ἐπυνθανόμην, parenthesi inclusi, necessario, ut opinor. Inducitur enim illic Theopatra loquens a Gregorio recitante ipsius verbis quæ ex ipsa audierat. Sane cum fingatur Gregorium intus apud Areten fuisse, utpote pocillatricem D parati convivii futuram, non poterat ipsa vidisse quæ Theopatræ et sociis ejus postremis ad condictum venientibus per viam contigerant. Ed. Lupar. — *Καὶ φιλοπείσμων*. Amplector lectionem cod. Maz. et Allat., de qua editor Lupar.: *Non male M.*, ἀεὶ δεινὸς καὶ φιλοπείσμων, *quod non prætulerim*. Ego mihi præferendum putavi, quod magis cohæreat cum sequenti ἐξελέγχων ut notetur Eubulii non curiositas, τὸ φιλόπευστον, sed vincendi ardor et suadendi, judiciique sagacitas ac confutandi, qua deterreatur a dicendo, ex quo sic singula sciscitatur Gregorium, velut eorum quæ dixerit rationem ei redditura. Combef.

(4) *Ἀρετήν. Virtutem*, cujus mox descriptio et prosopopœia.

(5) *Καὶ ἅμα ταῦτα λέγουσα, Εἰς τὸν περίβολον, ἔφη, φθάνομεν* (sic cod. Vat., nos *φθάνωμεν* reposuimus) *ἀνεῳγμένων ἔτι τῶν θυρῶν*. Cod. Maz. aliter: Καὶ ἅμα ταῦτα λεγούσης, Εἰς τὸν περίβολον, ἔφη, φθάνομεν, ἀνεῳγμένων ἔτι τῶν θυρῶν. Nos illa priora prætulimus, ut τὸ *ἔφη* ad Areten referatur invitantem hospitas virgines ad ingrediendum in septum adhuc patens. Alludit enim ad fatuas virgines evangelicæ parabolæ, quæ serius appulsæ occlusas inexorabiliter fores repererunt. Pro eo quod sequitur, in cod. Vat., εἰσελθοῦσαι δέ, cod. Maz. habebat εἰσελθούσας, non magni momenti discrimine. Ed. Lupar. — *Φθάνομεν*. Sic omnes codd., nec bene editor Lupar., φθάνωμεν, quasi τὸ *ἔφη* sit hortantis ad ingressum, non simpliciter narrantis. Sequentia etiam meliora Maz. codicis et Allat., εἰσελθούσας δέ, *ingressas jam invenisse*, graviusque, quam quod ingressæ invenirent: estque hoc non adeo levis momenti discrimen. Alludat his nominibus Methodius ad virgines Theclam, Agatham, etc., quæ jam agone perfunctæ essent, et in Sponsi thalamum seu ejus paradisum receptæ: quibus nondum clauso thalamo illæ aliæ adjungerentur: alludendo ad Matth. XXV, ubi fatuæ virgines frustra pulsant clauso jam ostio: emenso scilicet eis vitæ curriculo ac imparatis et sine oleo repertis in adventu Sponsi in ipso mortis articulo. Combefis.

θέκλαν καὶ τὴν Ἀγάθην καὶ τὴν Μαρκέλλαν, μελλούσας δειπνεῖν. Εὐθέως οὖν τὴν Ἀρετὴν ἔφη φάναι· Δεῦτε δὴ καὶ ὑμεῖς, περὶ τὰς ὁμοτρόπους ὑμῖν ταυτασὶ ἐφεξῆς ἐνθάδε κατακλιθῆναι. Ἦμεν γὰρ, ὡς οἶμαι, πᾶσαι τὸν ἀριθμὸν ἐκεῖ δαιτυμόνες, ἔφη μοι, δέκα (6). Ἦν δὲ τὸ χωρίον περικαλλὲς ὑπερφυῶς, καὶ πολλῆς ἀναπαύσεως πεπληρωμένον. Ἀὴρ μὲν γὰρ ἐκέχυτο καθαραῖς φωτὸς βολαῖς ἀνακεκερασμένος, κούφως μετὰ πολλῆς εὐταξίας· καὶ πηγὴ κατὰ τὸ μεσαίτατον ἡσύχως ἐλαίου δίκην ἀνέβρυε γλυκύτατον πόμα· ἀφ' ἧς ὕδωρ διειδὲς καὶ καθαρὸν ῥέον ἐποίει κρήνας. Αἱ δὲ, ποταμηδὸν ὑπερχεόμεναι, ἐπότιζον ἅπαντα τὸν χῶρον, πλούσια παρέχουσαι νάματα. Δένδρα γὰρ ἦν διάφορα, νεαραῖς ὀπώραις πληθύνοντα (7) ἐκεῖ, εἰς ἓν κάλλος τῶν καρπῶν ἀπαιωρουμένων ἱλαρῶς· καὶ λειμῶνες ἀειθαλεῖς, εὐπνόοις ἄνθεσι καὶ ποικίλοις κατεστρωμένοι (8), ἀφ' ὧν προσέβαλεν ἠπίως πνεῦμα πολλὴν εὐωδίαν φέρον· ἦν δὲ ἐγγὺς ἄγνος, δένδρον ὑψηλὸν (9), ὑφ' ᾧ ἀνεπαυόμεθα διὰ τὸ λίαν ἀμφιλαφὲς αὐτὸ καὶ σύσκιον τυγχάνειν.

A loqueretur, ad septum, inquit, mox pervenimus, cum necdum fores clausæ essent : jamque ingressas Theclam et Agatham et Marcellam, ad cœnam accinctas offendimus. Statim igitur dixisse ait Areten ei : Venite et vos, ut hic ordine cum vobis studii morumque sodalibus discumbatis. Eramus enim, ni fallor, ait, omnes convivæ decem numero. Locus porro erat incredibiliter amœnus tranquillæque plenus voluptatis. Levis per eum aer mollissime diffundebatur, puræ lucis radiis suavissime contemperatus. Vivus in medio scaturiebat fons, lenissimo fluxu oleum imitans, dulcissimus ad potum; unde liquor pellucidus et purus varie in rivos divisus, passim errantibus venis universum late hortum irrigabat. Quo ebriæ humore, omnis passim B generis felices arbores compta recentibus pomis capita jactabant, in hoc late pendentibus fructibus, ut solum decus ac ornatum præberent. Jam vero prata æterni veris immortali adorea adornata, suavissime spirantibus et mire variis constrata floribus : per quos lenis aura commeans, odorem late jucundissimum spargebat. Erat autem prope agnus, arbor excelsa, sub qua nobis considentibus, locum opportunum rami ejus densi foliis et patule diffusi præbuerunt.

(6) *Ἦμεν γὰρ, οἶμαι, πᾶσαι τὸν ἀριθμὸν, ἔφη μοι, δέκα.* Ita cod. Vat. At Maz. sic : Ἦμεν γὰρ, ὡς οἶμαι, πᾶσαι τὸν ἀριθμὸν δαιτυμόνες ἔφη μοι δέκα. Recte interpres in Vaticano correxit εὔφημοι δέκα. Ait nimirum Theopatra (hæc enim sermonem resumit ab illo loco ἦμεν γάρ, etc., unde in versione reponendum : *Eramus autem*, etc.), ait inquam, cum consedissent vocatæ virgines, repertum eas esse omnino decem, auspicato et bene ominato ex evangelica parabola numero. Alludit observatas veteribus superstitiones omnibus notas in numero convivalium cœtuum. Mox opportune suggerit cod. Maz. ἡσύχως, quod in Vat. deerat. Ubi ratio similitudinis aquæ scaturientis e fonte, cum oleo, innuitur, in lenitate nimirum fluxus minime præcipitis sita. Ed. Lupar. — Ἔφη μοι. Laudat editor Luparensis Vaticanum interpretem, id est Possinium, quod εὔφημοι δέκα correxerit : ego fallentibus oculis divinasse putem, quod nusquam Methodio in mentem venit, nimisque durum exsistit. Optimum, quod omnes codd. repræsentant, ἔφη μοι : ut, quod jam semel et iterum fecit Gregorium C facitque sequentibus, suæ auctorem narrationis, Theopatram arcessat, cunctaque hæc sub ejus fide se narrare significet. Nec video quæ sit fides interpretis, qui sic plana, uno omnium codicum consensu comprobata, levi conjectura sibi mutanda et D emendanda (mihi magis quasi plagio depravanda) indulgeat atque permittat, eoque nomine eruditionis laudem aliquam præferentes viros laudatores inveniat. Combefis.

(7) *Πληθύνοντα.* Cod. Vat., πληθύοντα; Maz., melius, πληθύνοντα, uti et mox εὐπνόοις, pro ἐμπνόοις : quanquam quod inferius εὐωδίας fiat mentio, ἐμπνόοις retineri possit. At Vat. vicissim rectius versu mox sequenti κατεστεμμένοι pro κατεστρωμένοι, quod tamen et ipsum ferri posset. Item quod ἠπίως verbo προσέβαλλεν adjungit, quod adverbium in Maz. non comparet. Ed. Lupar.

(8) *Κατεστρωμένοι.* Allat. et cod. Mazar., propius ad metaphoram quam τὸ *κατεστεμμένοι* Vat., quod præfert editor Lupar. Potius enim strata floribus dicas prata quam coronata : etsi excerpti inde flores in serta cedant et coronas, his qui sibi illorum adhibent ornamenta, non etiam qui sibi eos sternunt; vel etiam triclinio, solo, lecto, mensæ insternunt : ut quod natura ruri, id illi arte faciant domi; non florum coronam, sed stratum, et quasi stragulam ac tapetem. Quod utrumque malorum verbis expressum *Sap.* II, 8 : *Coronemus nos rosis antequam marcescant; nullum sit pratum quod non pertranseat luxuria nostra.* Combefis.

(9) *Ἦν δέ.* Arboris in cod. Vat. innominatæ, sed generico tantum verbo designatæ, codex Maz. proprium vocabulum exprimit, sic locum efferens : Ἦν δὲ ἐγγὺς γὰρ δένδρον ὑψηλὸν, ἄγνος, ὑφ' ᾧ. Quæ omnia libenter recipimus, et interpretationem Latinam sic ad textum emendatum refingendam putamus : *Erat autem prope arbor excelsa, vitex.* Est ἄγνος Græcis, Latinis *vitex*, recentioribus *agnus castus*, arbor castifica, aptum ideo diversorium convivii virginalis. De ea Dioscorides, lib. I, cap. 26, sic habet ex interpretatione Marcelli Virgilii : Græca enim ad manum hæc scribenti non erant : *Agnon sunt qui agonon, qui lygon, qui tridactylum, qui amictomiæum, qui ibis sanguinem, qui piper agreste, qui ligusticum vocent. Magi semnon, Ægyptii sum, Romani salicem amerinam appellant. Arborescens frutex vitex est. Nascitur asperis et incultis locis prope profluentes torrentes, aquas et flumina. Ramulos habet longos vitilium modo lentore suo infragiles, folia oleæ, teneriora tamen. Florem alterum ejus genus candido cum purpureo, alterum purpureo tantum colore profert*, etc. Addit paulo post : *Agnus autem, id est castus frutex, hic a Græcis dictus est, quoniam in Thesmophoriis castitatem custodientes mulieres foliis ejus cubitus sibi substernebant.* Hæc ille : quæ patientius descripsimus, quod ex his intelligatur quam apte ad propositum loco alto et prærupto, vicinis aquis perfluo, fingatur excrevisse talis arbor, et opportune delectam ejus umbram instruendo celebrandoque virginum epulo. Ed. Lupar. — *Ἄγνος, δένδρον ὑψηλόν.* Ἄγνος, al. λύγος. Dictam ἄγνον arborem, quasi ἄγονον, et quod ἁγνίζειν faciat, perdendo et exstinguendo semen, communi auctorum consensu liquet : quamobrem etiam mulieres Athenis in Thesmophoriis virginitatem servantes sibi eam sternebant, ut auctor est Dioscor. lib. I, cap. 135; Plin. lib. XXIV, cap. 19. Qua de re videndus Joannes Bodæus a Stapel ad Theophrast. lib. III *Historiæ plantarum*, pag. mihi 264. Valde diminutus Vaticanus codex, in quo deesset

EUBUL. Alterum mihi videris, o beata, paradisi diversorium oraculo promere.

GREG. Vere consulteque dicis. Ut igitur omni genere ciborum et jucunditate undique varia perfusis, nihil jam voluptatis aut deliciarum desiderandum videbatur suppetere, ingressam post hæc Areten, hunc quemdam sermonem aiebat auspicatam esse: O puellæ, meæ gloria magnificentiæ! o virgines pulcherrimæ, incorrupta Christi prata innuptis legentes manibus; cibi quidem et epularum jam abunde est: cuncta enim a nobis affatim plenaque suppetunt. Quid igitur est quod demum volo, quidve exspecto? utique ut unaquæque vestrum, sermonem habeat in laudem virginitatis. Incipiat vero Marcella, quoniam et prima recumbit, et simul reliquis senior est: quam utique præclare agone perfunctam, nisi æmulandam fecerim, immarcescibilibus sapientiæ foliis coronans, ipsa mihi dedecus probrumque asciverim. Marcellam autem hinc exorsam, hunc ferme in modum locutam ferebat.

A ΕΥΒΟΥΛ. Δεύτερον δοκεῖς μοι καταγώγιον, ὦ μακαρία, τοῦ παραδείσου χρησμῳδεῖν.

ΓΡΗΓΟΡ. Ἀληθῆ προμηθεῖς. Ὡς οὖν δαιτός τε παντοδαπῆς ἤδη καὶ εὐφροσύνης ποικίλης ἐτυγχάνομεν, ὡς μηδενὸς εἶναι τῶν τερπνῶν ἐπιδεεῖς, ἔφη, τὸ μετὰ ταῦτα (10) εἰσελθοῦσαν, εἰσηγήσασθαι τὴν Ἀρετὴν τάδε· Ὦ νεάνιδες, ἐμῆς αὐχήματα μεγαλοφροσύνης· ὦ καλλιπάρθενοι, τοὺς ἀκηράτους Χριστοῦ γεωργοῦσαι λειμῶνας (11) ἀνυμφεύτοις χερσὶ, τροφῆς μὲν ἅλις ἤδη καὶ εὐωχίας· πάντα γὰρ πλήρη καὶ ἄφθονα τὰ παρ' ἡμῶν. Τί οὖν ἐστιν ὃ θέλω λοιπὸν ἤδη, καὶ τί προσδοκῶ; λόγον ἑκάστην ὑμῶν ἐγκωμιαστικὸν περὶ παρθενίας εἰπεῖν. Καταρχέτω δὲ Μαρκέλλα (11*), ἐπειδὴ καὶ πρώτη ἀνάκειται, καὶ ἔστιν ἅμα πρεσβυτέρα. Τὴν μέντοι καλῶς ἀγω- B νισαμένην, αἰσχυνοίμην ἂν ἐμαυτὴν, ἐὰν μὴ ποιήσαιμι ζηλωτὴν, τοῖς ἀμιάντοις τῆς σοφίας ἀναδήσασα πετάλοις. Τὴν μὲν οὖν Μαρκέλλαν ἐντεῦθεν, ὡς οἶμαι, ἀρξαμένην, εὐθέως ἔλεγεν εἰπεῖν

—

ORATIO I.

MARCELLA.

ΛΟΓΟΣ Α'.

ΜΑΡΚΕΛΛΑ.

Cap. I. *Virginitatis arduitas et præstantia. Doctrinæ studium virginibus necessarium.*

Magna supra modum atque miranda gloriosaque res est virginitas: ac si palam loquendum ex sacrarum Scripturarum nutu sensuque, incorruptionis uber, ejusque flos ac primitiæ est. Una hæc optima

Ὅτι μεγάλη τίς ἐστιν ὑπερφυῶς καὶ θαυμαστὴ καὶ ἔνδοξος ἡ παρθενία· καὶ εἰ χρὴ φανερῶς εἰπεῖν ἑπομένην ταῖς ἁγίαις Γραφαῖς, τὸ οὖθαρ τῆς ἀφθαρ- C σίας (12), καὶ τὸ ἄνθος καὶ ἡ ἀπαρχὴ αὐτῆς. Τοῦτο

vox propria ἄγνος, vel incuriosus scriba quem illa fugerit; potuitque Possinius supplere ex Epiphanii et Photii Methodianis excerptis. Combefis.

(10) *Μετὰ ταῦτα*. Cod. Vat. habebat: Μετὰ ταῦτα εἰσηγήσασθαι, etc. Cod. Maz., Μετὰ ταῦτα εἰσελθοῦσαν εἰσηγ. Mox ubi Vat. ἀνηρότους, non male; Maz. legebat ἀκηράτους. Et paulo post. ubi Vat., λόγον ἑκάστην ὑμῶν παρθενίας εἰπεῖν, Maz., λόγον ἑκάστην ὑμῶν ἐγκωμιαστικὸν περὶ παρθενίας εἰπεῖν. Ed. Lupar.

(11) *Ακηράτους... λειμῶνας*. Possinius, ανηρότους, *inarata, viridaria*. Combefis.

(11*) *Καταρχέτω δὲ Μαρκέλλα*. Quod Methodius omnium Christi virginum Marcellam primam facit ac cunctis seniorem, ne Thecla quidem excepta; tresque jam istas Marcellam, Theclam, Agatham in paradisum ac locum deliciarum emenso vitæ hujus itinere receptas esse, indicio est, agnovisse Methodium mulierem quamdam evangelicam, Marcellam nomine, et quidem virginitatis cultu claram, quæ illa professione reliquis, ne excepta quidem Thecla, præiverit; quam liquet, non ipsius Domini, sed Pauli apostoli, fuisse discipulam. Erat ergo jam tum illa traditio, qua mulier quæ Luc. xi, 27, exclamavit, *Beatus venter qui te portavit*, etc., Marcella dicta perhibetur, ut tradidit Petrus in *Catalogo*, lib. vi, cap. 151; Mombr. t. ii, etc., habetque nostræ Phocensis provinciæ traditio ac monumenta, quibus celebratur Marthæ pedisequa sive ancilla, cui adhæserit quoad illa vixit, ejusque vitam scripserit, ac cum ea in virginitatis proposito consenuerit: postmodumque in Illyrico consummata, dum patriam repetit, in provinciam relata, ad Magdalenæ pedes Aquis Sextiis, sive in ejus urbis agro, quietis locum invenerit. Baron. 29 Julii: *Feruntur quædam Acta nomine Marcellæ, Marthæ pedisequæ, quæ recenset Mombrit. t. II, sed quæ recentiorem præ se ferant scriptorem, licet multa contineant quæ non tantum scriptis, sed et traditione firmentur*. Acta hæc vindicare nihil hic interest. Unum certe habemus, antiquam esse traditionem Marcellæ evangelicæ, cujus nomen aliunde Methodio innotuerit quam ex ipso Evangelio; forte ex quibusdam aliis Evangeliis non receptis ab Ecclesia, seu ex aliis libris apocryphis, in quibus nihil vetat plura vera contineri; cum apocryphorum fidem nonnunquam arcessant Paulus aliique scriptores canonici; ac Ecclesia ex Jacobi ἀδελφοθέου apocrypho pleraque acceperit, quæ de sanctæ Mariæ ortu et educatione, aliisque Evangelio præviis, pie veneratur ac recolit: ipsa eadem antiquis Patribus Auctori imperfecti in Matthæum, Gregorio Nysseno, Epiphanio aliisque, non aliunde quam ex eodem ipso libro nota; quidquid moderni quidam excidisse putent, quem illi librum habuere hoc argu- D mento: nulla certe ratione, cum totidem verbis illis relata habeat, qui exstat jam dictus liber; quædam etiam non satis vulgo probata, cujusmodi est quod narrat in sanctæ ejusdem Mariæ partu de obstetrice, quod Zeno martyr non improbavit, sive quisquis auctor est sermonum ejus nomine; nec Andreas Cretensis aliique Græci, qui etiam pictis tabellis repræsentabant: sic nihil indecorum vel commissum vel præscriptum eo libro existimarunt, quod ita advocata ac castigata narretur, ut per eam nihil temeratum in tam sancto puerperio videri possit. Combefis.

(12) *Ἀφθαρ*. Pro Ἐκκλησίας codicis Vat., codex Maz. legit ἀφθαρσίας, et versu sequenti, post ἡ ἀπαρχή, addit αὐτῆς. Mox codex Vat., καὶ διὰ τοῦτο ὁ Κύριος εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, cod. Maz., εἰς τὴν βασιλείαν εἰσελάσαι τῶν οὐρ., etc. Paulo post, pro σφόδρα Vat. codicis, Maz. habet πάνυ, forte utrumque jungendum. Ed. Lupar.

τὸ ἄριστον καὶ κάλλιστον ἐπιτήδευμα μόνον τυγχάνει. A Καὶ διὰ ταῦτα καὶ ὁ Κύριος εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν τοὺς ἀποπαρθενεύσαντας σφᾶς αὐτοὺς ἐπαγγέλλεται, ἔνθα περὶ διαφορᾶς εὐνουχισμῶν ἐν Εὐαγγελίοις παρεγγυᾷ. Σπάνιον γὰρ σφόδρα καὶ δυσεπίτευκτον ἀνθρώποις ἁγνεία· καὶ ὅσῳ κορυφαιότατον καὶ μεγαλοπρεπὲς, τοσούτῳ καὶ τοὺς κινδύνους μείζονας ἔχον.

Δεῖται οὖν ἐῤῥωμένων καὶ γενναίων φύσεων, αἵτινες, ἀθρόως (12*) τῆς ἡδυπαθείας τὸ ῥεῦμα ὑπεριπτάμεναι (13), ἄνω μετέωρον ἀπευθύνουσι τὸ ὄχημα τῆς ψυχῆς, μὴ ἀπολήγουσαι τοῦ σκοποῦ, ἕως ἂν, ὑπερπηδήσασαι κούφως τὸν κόσμον ὀξυτάτῳ διανοίας τάχει, καὶ ἐπὶ τὴν οὐράνιον ἀληθῶς ἀψῖδα σταθεῖσαι, αὐτὴν εἰλικρινῶς θεάσωνται τὴν ἀφθαρσίαν, ἀπὸ τῶν ἀμιάντων τοῦ Παντοκράτορος ἀποπηδῶσαν κόλπων.

Τοῦτο τὸ πόμα γεννᾷν οὐκ ἐχώρησε γῆ· μόνος B αὐτὸ πηγάζειν οἶδεν ὁ οὐρανός. Παρθενίαν γὰρ βαίνειν μὲν ἐπὶ γῆς, ἐπιψαύειν δὲ τῶν οὐρανῶν ἡγητέον· ἧς δὴ ἐφιέμενοι, καὶ πρὸς μόνον τὸ τέλος αὐτῆς ἀφορῶντές τινες, ἀνίπτοις ποσὶν ἀτελεῖς ὑπὸ βαναυσίας προσυπελθόντες, ἐκ μέσης ἀνέκαμψαν ὁδοῦ, οὐδὲν ἄξιον φρόνημα τοῦ ἐπιτηδεύματος ἐπανῃρημένοι. Οὐ γὰρ μόνον ἄφθορα τὰ σώματα τηρεῖσθαι δεῖ, ὥσπερ οὐδὲ τοὺς ναοὺς κρείττονας ἀποφαίνεσθαι τῶν ἀγαλμάτων· ἀλλὰ τὰς ψυχὰς ἀγάλματα τῶν σωμάτων οὔσας θεραπεύεσθαι χρὴ κοσμουμένας δικαιοσύνῃ. Θεραπεύονται δὲ καὶ ἀποσμήχονται τότε μᾶλλον, ὁπόταν, ἀόκνως κατακούειν (14) τῶν θείων ἁμιλλώμεναι λόγων, μὴ ἀπολήγωσι πρὶν αὐτοῦ ἐφάψασθαι ὅ ἐστιν Ἀληθὲς, ἐπὶ σοφῶν ἀφικνούμεναι θύρας.

Ὥσπερ γὰρ ἅλατι τῶν κρεῶν οἱ ἰχῶρες ἐκτήκονται καὶ αἱ σηπεδόνες, καὶ πάντα τὰ φθοροποιά· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ τῆς παρθένου αἱ ἄλογοι πᾶσαι τοῖς μαθήμασι ἀποστύφονται τοῦ σώματος ἐπιθυμίαι. Ἀνάγκη γὰρ τὴν μὴ πασσομένην, δίκην ἅλατος, τοῦ Χριστοῦ ταῖς φωναῖς ψυχὴν, ἐπόζειν, καὶ σκώληκας (15) γεννᾷν, ὥσπερ ἀμέλει *ἐπώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου*, μετὰ δακρύων ἐξομολογούμενος ὁ Δαυῒδ ἐν τοῖς ὄρεσιν (16) ἔκραζεν ὁ βασιλεὺς, ὅτι μὴ ἀπέστυψεν ἁλίσας τοῖς σωφρονισμοῖς ἑαυτὸν, ἀλλὰ ῥᾳθυμήσας εἰς οἶστρον (17) ὑπεσύρη. καὶ ἐξ-

A honestissimaque professio. Unde et Dominus eos potissimum in regnum cœlorum ingressuros pollicetur, qui ipsi seipsos castraverunt, ubi in Evangeliis [1] eunuchorum differentias tradit. Rara quippe admodum arduaque hominibus castitas; ac quanto principalior magnificentiorque, tanto etiam majoribus obsepta periculis est.

Ergo indoles requirit fortes et generosas, quæ, acri impetu atque volatu voluptatis fluxu superato, sublime sursum mentis vehiculum dirigant, a proposito suo nunquam abscedentes, quoad alacri leviter saltu mundum supergressæ, acutissima mentis pernicitate, inque cœlesti vere constitutæ culmine, ipsam pure contemplentur incorruptionem, ab Omnipotentis impolluto sinu exsilientem.

B Hoc nectar gignere non valet terra: uni cœlo datum est illud ex se profundere. Itaque virginitatem ambulare quidem super terram, contingere vero vertice cœlos existimandum est. Cujus desiderio quidam tacti, et ad illius solummodo finem animum attendentes, illotis pedibus ex mentis sordiditate imperfecti animo accedentes, vix mediam aggressi viam pedem retulerunt, nullo scilicet pro studii institutique præstantia digno satis arrepto mentis proposito. Non enim solum incorrupta servanda sunt corpora, uti neque templorum quam statuarum major habenda est ratio; sed animabus quæ sint corporum statuæ justitia perornandis, omnis vero adhibenda diligentia. Adhibetur autem, ac tum maxime concinnantur, cum firmo constan- C tique proposito divinos sermones audire impigre certaverint, donec terendis sapientum foribus [2], ipsum quod est Verum assecutæ fuerint.

Ut enim carnium tabes ac putredines sale absumuntur, cunctaque ex eis corruptionis semina terguntur; sic in virgine, a ratione procul abhorrentes corporeæ omnes libidines, doctrinarum austero astringuntur. Neque enim fiat, ut qui, ritu salis, Christi vocibus animus non conspergitur, non feteat atque verminet, uti sane David rex ex montibus lacrymarum imbre confitens clamabat [3]: *Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ*; quod nimirum veluti sale sobriis meditationibus seipsum non defricuerat aut astrinxerat, sed segnius agens

[1] *Matth.* XIX, 12. [2] *Eccli.* VI, 36. [3] *Psal* XXXVII, 6.

(12*) Ἀθρ. Codex Vat., Ἀθρόως τῆς ἡδυπαθείας τὸ ῥεῦμα ὑπερπτάμεναι. Maz., Ἀθρόως τὸ ῥεῦμα μετοχετεύσασαι τῆς ἡδυπαθείας. Mox pro οὐράνιον, Maz. cod. legit οὐρανίαν. EDIT. LUPAR.

(13) Ὑπεριπτάμεναι. Allat. et Mazar., μετοχετεύσασαι. *Alio derivato fluxu*, ab eo se abstrahentes, omnemque libidinem coercentes: quæ utraque vox nullo incommodo servari possit. COMBEFIS.

(14) *Κατακ.* Ubi codex Vat. legit κατακούειν ἁμιλλώμεναι λόγον· Maz., melius, κατακούειν τῶν θείων ἁμιλλώμεναι λόγων. ED. LUPAR.

(15) *Σκωλ.*, Vat. σκώληκας ποιεῖν. Maz., γεννᾷν. In alterutro nimia librarii licentia. ID.

(16) *Ἐν τοῖς ὄρεσιν.* Suspecta mihi vox. Nam loquitur Methodius de Davidis luctu ab adulterio; quem non in montibus habuit, sed domi et Hierosolymis, ubi a Nathan propheta correptus fuit. D Quare potius foret ἐν βάρεσι, in palatio ac regiis ædibus, in quibus stratum suum largo lacrymarum imbre vere pœnitens rex pius perfundebat. Ante quidem et Saüle persequente sic in montibus vagus agebat ac profugus, in quem per eam fugam, non pauca illius psalmi, ut quod ait, *Amici mei et proximi mei adversum me*, etc., partimque in Absalon persecutione fuit, etsi eo brevi turbine, exstincto parricida, liber evasit, potioresque amici fidem illi servaverint. Mox pro εἰς οἶστρον, frigidius Vat. Possinii, εἰς ὕστερον, quod malim exscribentis mendum. Sic certe solet, post stimulos ad libidinem, res ipsa sequi, ut in Davide; nam prius amore exarsit ab incauto mulieris aspectu, tumque regis potentiæ adductam domum constupravit. COMBEFIS.

(17) *Εἰς οἶστρον.*— Hæc est lectio codicis Maz., ubi Vat. habet εἰς ὕστερον. Οἶστρος est stimulus carnis et cupiditas ad flagitium trahens. Etiam illud

in œstrum abreptus, adulterii quoque sordibus computruerat. Hinc omnis oblatio in Levitico [5], nisi prius sale condita fuerit, in holocaustum cedere prohibetur Domino Deo. Sal vero nobis quod mordeat et ad utilitatem astringat, spiritalis omnis Scripturarum data meditatio est : sine qua animus per rationem omnium auctori Deo grata hostia offerri non potest : *Vos* enim *estis sal terræ*, ait Dominus [6] apostolis.

Oportet igitur virginem honestarum semper rerum studio flagrare, et inter eminentes sapientiæ laude honoratum locum tenere : nihil pigrum aut molle habere, sed excellere, et heroico virginitatis proposito dignos sensus alere, quæ semper defluentis voluptatis saniem doctrinæ meditatione detergat; necubi forte latens vel minima putredo, incontinentiæ vermem progignat : *Innupta enim cogitat quæ Domini sunt, quomodo placeat Domino, ut sit sancta corpore et spiritu*, inquit beatus Paulus [7]. Multæ vero auditionem ac discendi curam, ceu rem in secundis habendam existimantes, multum sibi deberi putant, si vel modicum tempus doctrinæ aures adhibeant : quas a sacris disputationibus excludere deceat. Angustæ enim atque morosæ humilique animæ, nec non sapientiæ inanem quamdam jactanti speciem, haud impartiendæ sunt divinæ disciplinæ. Qui enim non ridiculum apud eas pluribus commentari, quæ in re quidem exigui momenti ingenii vires omnes contendant, ut perfectissime optata assequantur : in necessariis vero per quæ potissimum castitatis amor in eis augeatur, haud sane diligentiam maximi facere?

A ὤζεσε μοιχείαν. Ταύτῃ πᾶν δῶρον ἐν τῷ Λευϊτικῷ, ἐὰν μὴ ἅλατι ἁλισθῇ, ἀπαγορεύεται εἰς ὁλοκάρπωμα προσφέρεσθαι Κυρίῳ τῷ Θεῷ. Ἅλας δὲ ἡμῖν τὸ δηκτικὸν πρὸς ὠφέλειαν ἀποστύφον ἡ πνευματικὴ πᾶσα τῶν Γραφῶν ἐδόθη μελέτη· ἧς δὴ χωρὶς ἀδύνατον τῷ Παντοκράτορι διὰ τοῦ λόγου προσενεχθῆναι ψυχήν· *Ὑμεῖς γάρ ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς*, ὁ Κύριος ἔφη τοῖς ἀποστόλοις.

Χρὴ οὖν τὴν παρθένον ἀεὶ τῶν καλῶν ἐρᾷν, καὶ τοῖς πρωτεύουσιν εἰς σοφίαν ἐμπρέπειν, καὶ μηδὲν ῥᾴθυμον μηδὲ μαλθακὸν ἔχειν· ἀλλ' ἀριστεύειν, καὶ ἄξια τῆς παρθενίας φρονεῖν, ἀποσμήχουσαν τῷ λόγῳ τοὺς ἰχῶρας ἀεὶ τῆς ἡδυπαθείας, μήπως λαθοῦσα βραχεῖα σηπεδὼν γεννήσῃ τὸν σκώληκα τῆς ἀκολα-
B σίας· *Ἡ γὰρ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσῃ τῷ Κυρίῳ, ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι*, φησὶν ὁ μακάριος Παῦλος. Πολλαὶ δὲ πάρεργον ἡγούμεναι τὴν ἀκρόασιν, νομίζουσι χαρίζεσθαι μεγάλα, ἐὰν κἂν τὸ βραχὺ παράσχωσι τὰς ἀκοάς· ἃς ἐκκριτέον· μικρολόγῳ γὰρ φύσει καὶ ταπεινῇ καὶ ἐπιμορφαζομένῃ σοφίᾳ οὐ χρὴ μαθημάτων θείων κοινωνεῖν. Ἦ γὰρ οὐ γελοῖον ἐκείναις ἀδολεσχεῖν, αἵτινες ἐπὶ μὲν τοῖς μικροῦ ἀξίοις πάντα ποιεῖν συντείνονται, ὅπως ἀκριβέστατα ἕξουσι τὰ τελεσιουργούμενα· ἐπὶ δὲ τῶν ἀναγκαίων, δι' ὧν μᾶλλον αὐταῖς ὁ τῆς σωφροσύνης ἔρως αὔξεται, μὴ μεγίστας ἡγεῖσθαι (18) τὰς ἀκριβείας;

CAP. II. *Virginitas e cœlis planta, sero tandem agnita. Hominis ad perfectionem provectio, quomodo instituta.*

Magno enim revera excessu a summis cœlorum demissa venit virginitatis planta : quamobrem etiam primis hominum ætatibus haud fuit detecta. Nondum quippe numerosum erat genus humanum, decebatque ipsum prius multitudine augeri atque perfici. Quare ne proprias quidem sorores cum antiqui uxores acciperent, turpe aliquid ac indecens erat; donec lex veniens denuntiavit, idque vetando, quod primo honestum esse videbatur, peccatum esse sanxit, *maledictum eum* vocans [8] *qui turpitudinem sororis suæ revelaverit*, Deo nimirum certis paulatim temporum momentis, quod humano generi congruum esset, propense admovente auxilium; ut et parentes erga liberos pene faciunt. Non enim ab ipsis statim cunabulis pædagogos illis præficiunt; sed concesso ætati primulæ spatio quodam puerilia ludendi, ac quasi vitulorum more tantisper lasci-

C Μεγάλη γὰρ ἀληθῶς ὑπερβολῇ τὸ τῆς παρθενίας ἀνθρώποις ἀπ' οὐρανῶν κατεπέμφθη φυτόν· καὶ διὰ τοῦτο ταῖς πρώταις οὐκ ἀπεκαλύφθη γενεαῖς. Ἔτι γὰρ ἄνθρωπος ὀλιγοστὸς ἦν, καὶ ἐχρῆν αὐτὸν εἰς πλῆθος αὐξήσαντα τελειωθῆναι. Διὸ δὲ καὶ τὰς σφετέρας ἀδελφὰς οἱ παλαιοὶ λαμβάνοντες γυναῖκας, οὐδὲν ἦν ἀπρεπὲς (19), μέχρι νόμος ἐλθὼν διεστείλατο, καὶ τὸ πρῶτον δοκοῦν εἶναι καλὸν ἀπαγορεύσας, ἁμαρτίαν ἀπεφήνατο, *ἐπικατάρατον* καλῶν *τὸν ἀποκαλύπτοντα τὴν ἀσχημοσύνην τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ*, τοῦ Θεοῦ κατὰ καιρὸν τὴν ἁρμόζουσαν ἡμῶν τῷ γένει σπουδαίως προσφέροντος βοήθειαν, ὥσπερ δὴ καὶ οἱ πατέρες τοῖς υἱοῖς. Οὐ γὰρ εὐθέως ἄνωθεν ἐπιστατοῦσι τοὺς παιδαγωγούς· ἀλλὰ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν ἐάσαντες ἀθύρεσθαι μοσχαρίων δίκην, πρῶ-
D τον εἰς διδασκάλων συμψελλιζόντων ἀποστέλλουσιν, ἔστ' ἂν ἀποβαλόντες τὴν μειρακιώδη τρίχα τοῦ νοὸς,

[5] *Levit.* II, 13. [6] *Matth.* V, 13. [7] I *Cor.* VII, 34. [8] *Levit.* XVIII 9; XX, 17.

magis probo quarto post versu προσφέρεσθαι, quod Maz. cod. habet pro φέρεσθαι Κυρίῳ, quod erat in Vat. Mox recte omittitur in cod. Maz. vox αὐτῆς post præpositionem χωρίς. ED. LUPAR.

(18) *Ἡγεῖσθαι*. Componit Methodius τῷ ἀδολεσχεῖν, *operam, otium perdere serioque nugari*, in illis quæ angusti animi sunt, τὸ, μὴ μεγίστας ἡγεῖσθαι τὰς ἀκριβείας, *non maximi facere diligentiam in necessariis*; ut utrumque dicat ridiculum. Sic nihil vitii in illa voce, cujus emendation exspectandi sint alii codices; ut visum est editori Lupar. Satis est, ut qui exstant summo consensu nihil Methodio viroque prudenti sensum adversum reddant. COMBEFIS.

(19) *Οὐδὲν ἦν ἀπρεπές*. Codex Vat., οὐδὲν ἠσχημόνουν. Maz., audaci diversitate, οὐδὲν ἦν ἀπρεπές, glossemate in contextum recepto. ED. LUPAR.

εἰς τὴν τῶν μειζόνων ἄσκησιν παραπέμφθῶσι· κἀκεῖθεν αὖθις εἰς τὴν τῶν ἔτι μειζόνων. Ταύτῃ γὰρ καὶ τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα τῶν ὅλων ἡγητέον προσηνέχθαι τοῖς πρὸ ἡμῶν. Ἔτι γὰρ ὁ κόσμος, ἀνθρώπων ἀπλήρωτος ὤν, ὡς νήπιος ἦν καὶ ἐχρῆν αὐτὸν εἰς πλῆθος πρότερον, ἐκ τούτων ἀνδρωθέντα, πληθυνθῆναι. Ἀλλ' ὅτε λοιπὸν ἀπὸ περάτων ἐπὶ πέρατα κατῳκίσθη, τῆς ἀνθρωπότητος εἰς ἄπειρον κεχυμένης, οὐκ ἔτι τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένειν τὸν ἄνθρωπον ἐπέτρεπεν ὁ Θεὸς, σκοπῶν ὅπως, τῶνδε εἰς τάδε μεταβαίνοντες, πλησιαίτερον προκόπτωσιν ἔρχεσθαι τῶν οὐρανῶν, μέχρις ἂν, εἰς αὐτὸ τὸ μέγιστον μάθημα καὶ κορυφαιότατον τὴν παρθενίαν φθάσαντες, τελειωθῶσιν· ἀπὸ τῆς ἀδελφομιξίας ὁδεύσαντες πρῶτον εἰς τὸ ὀθνείας ἐπάγεσθαι γαμετάς· κἀκεῖθεν εἰς τὸ μηκέτι B πολλαῖς ἐπιβαίνειν τετραπόδων νόμῳ, καθάπερ εἰς ὀχείαν γεγονότας· κἀντεῦθεν εἰς τὸ μὴ μοιχοὺς γεγονέναι· καὶ αὖ πάλιν εἰς σωφροσύνην, καὶ ἀπὸ σωφροσύνης εἰς παρθενίαν· ἔνθα μελετήσαντες τῆς σαρκὸς ὑπερφρονεῖν, εἰς τὸν τῆς ἀφθαρσίας εὔδιον ἀφόβως ἐνορμίζονται χῶρον.

A viendi, ad magistros una cum eis balbutientes, primaque rudimenta ac elementa docentes, eos mittunt, donec infantili velut quadam mentis lanugine posita, ad majorum disciplinarum exercitamenta transmittant, atque hinc ad alia his sublimiora. Simili quoque ratione existimandum se gessisse erga majores nostros Deum universorum ac Patrem. Tum siquidem mundus, necdum hominum confertus frequentia, velut infans erat, decebatque augeri prius in multitudinem, ex qua in virum quasi adolesceret. At ubi jam ab extremis ad extrema coloniis frequentatus est, humana sobole in immensum usquequaque fusa, non amplius iisdem ac prius Deus hominem permisit insistere moribus; id nempe providens, ut sensim ex aliis ad alia gradum faB cientes, majore profectu propinquius cœlis assurgerent: quoad in maximum ipsum ac celsissimum evadentes virginitatis documentum, quod perfectum est adipiscerentur, a fratrum sororumque mistis conjugiis primum progredientes ut externas ducerent uxores: deinde, ut ne multis quadrupedum ritu, velut in unam hanc rem nati, congrederentur: inde ut adulteri non essent, atque hinc rursus ut castitatem, eaque perfuncti, virginitatem colerent: ubi se in carnis contemptu exercentes, in tranquillum incorruptionis locum, velut tutissimo portu, metu soluti appellerent.

CAP. III. *Abrahami circumcisione sublata sororum conjugia. A propheticis temporibus repudiata polygamia. Castitas conjugalis, ipsa modis coercita.*

Ἵνα δέ τις ὡς ἀμάρτυρον τῶν Γραφῶν αἰτιάσασθαι τολμήσοι τὸν λόγον, φέρε δὴ, παραθέντες καὶ τὰ τῶν προφητῶν, ἀληθέστερα μᾶλλον ἀποδείξωμεν τὰ προειρημένα. Ὁ γοῦν Ἀβραὰμ, πρῶτος ἐν διαθήκῃ τὴν περιτομὴν λαβὼν, οὐδὲν ἕτερον αἰνίσσεσθαι δοκεῖ, τὸ οἰκεῖον (20) περιτεμνόμενος τῆς σαρκὸς αὐC τοῦ μέλος, ἢ τοῦτο, τὸ μηκέτι τὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος δημιουργηθέντα παιδοσπορεῖν· ἀπὸ τῆς ἰδίας ἕκαστον διδάσκων ἀδελφῆς, οἷα σαρκὸς, ἀποτέμνειν τὴν κατὰ συνουσίαν ἡδονήν. Ὥστε τὸ πλησιάζειν, καὶ ὁμεύνοις χρῆσθαι ταῖς σφῶν ἀδελφαῖς, ἀπὸ τῶν τοῦ Ἀβραὰμ πέπαυται καιρῶν· τὸ δὲ πλειόνων συναλλαγαῖς ἁρμόζεσθαι γυναικῶν, ἀπὸ τῶν προφητικῶν ἀνῄρηται χρόνων. *Ὀπίσω γάρ σου τῶν ἐπιθυμιῶν μὴ πορευθῇς, καὶ ἀπὸ τῶν ὀρέξεών σου κωλύου· Οἶνος γὰρ καὶ γυναῖκες ἀποστήσουσι συνετούς.* Καὶ ἐν ἑτέρῳ· *Ἡ πηγή σου τοῦ ὕδατος ἔστω σοὶ*

Ne quis vero orationem ut Scripturarum testimoniis destitutam audeat cavillari, age, producamus prophetarum locos, iisque certo certius veriora, ea quæ dicta a nobis sunt, ostendemus. Primus itaque Abraham, accepto circumcisionis fœdere, nihil aliud videtur innuere, proprium carnis suæ membrum putando, quam, haud amplius licere cum ea quæ iisdem orta parentibus sit, rem maritalem habere; a propria quemque sorore, velut a carne propria, docens congressum amputare. Itaque ab Abrahami ætate, morem illum quo sorores fratribus nuptiarum fœdere jungebantur, sublatum videmus. Multas autem simul ab uno haberi uxores a propheticis temporibus perinde abolitum est. *Post concupiscentias* enim *tuas*, inquit, *ne eas, et a desideriis tuis avertere* [9]: *Vinum enim et mulieres apostatare facient sapientes* [10]. Et alio loco: *Fons tuus aquæ sit tibi pro-*

[9] *Eccli.* XVIII, 30. [10] *Eccli.* XIX, 2.

(20) *Οἰκεῖον*. Vat. codex, οἰκεῖον περιτεμνόμενος. Maz. οἰκεῖον περιστελλόμενος. Vaticani τὸ περιτεμνόμενος longe aptius est. Cæterum uterque errat in voce οἰκεῖον· agitur enim de circumcisione, et designatur membrum in quo ea fieri consueverat: ad quod nimis generica est vox οἰκεῖον, quæ manui, pedi et omnibus aliis partibus corporis convenit. Scripserit ergo Methodius ὀχεῖον: notum enim quid sit Græcis ὀχεύειν, et inde ducta ὀχεία et ὀχεῖος. Dinarcho ἵππος ὀχεῖος equus admissarius, et Aristoteli VI *Histor. Anim.* generali vocabulo ὀχεῖα, *mares*. Sic enim illic habet cap. 18: Τὰ ὀχεῖα ἐκ τῶν θηλειῶν οὐκ ἐξαίρουσι. *Mares a feminis non segregant.* ED. LUPAR. — *Τὸ οἰκεῖον περιτεμνόμενος*. Editor Lupar. pene plagio, contra omnium codicum fidem, ὀχεῖον mutat, aitque errare codices, ipse magis errans. Satis fuit Methodio, ut propriæ carnis membri amputatione diceret, significatum in Abrahamo

D deinceps illicitam fratrum cum sororibus (qui velut unum corpus censeantur, uno ex semine atque utero) copulam: nec fuit necesse, re cunctis nota, membrum ipsum virile exprimere, quadam piarum aurium offensione; illa præsertim voce, qua nusquam usa Scriptura aut Patres, ubi illis sermo est de circumcisione; quæ nec apud profanos pudenda ipsa veretrumque significet, sed ipsam quasi admissionem marisque insilientis congressionem; seu mares ipsos sic congressui destinatos. Sua suo nomine edant, licet, magni illi aristarchi, si in mundo auctoritatem inveniunt; non ea levitate ex suo ingenio veterum monumenta componant, eisque obtrudant. Longe diversa Vat. lectio a reliquis, τὸ μηκέτι εἰς τὴν ἐκ τοῦ αὐτοῦ αἵματος σάρκα δημιουργηθεῖσαν παιδοσπορεῖν· sed idem sensus, τὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ αἵματος δημιουργηθέντα. COMBEFIS.

prius, et jucundare cum uxore, quæ tibi adhæsit a juventute tua [11]; repudiata scilicet plurium uxorum licentia. Jeremias vero, *Equos amatores et emissores* eos manifeste vocat [12], qui se in diversarum mulierum amores effundunt : *Multigena* enim *impiorum multitudo non erit utilis, et adulterinæ plantationes non dabunt radices altas* [13].

Sed ne prolixi simus colligendis propheticis vocibus, age, astruamus rursum quomodo voluntaria castitas legitimo etiam usui singularis cum una conjugii successerit : tantisper scilicet subtrahens carnis libidines, dum perfecte proclivem ex consuetudine in copulam impetum ac pene effrenem represserit. Statim sane manifeste inducitur, qui hanc deinceps occupationem a se amoliatur, dum ait : *Domine, Pater et dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in consilio eorum. Extollentiam oculorum amove a me. Cordis concupiscentia et concubitus non apprehendant me* [14]. In libro autem Sapientiæ, quo omnis virtutis traduntur documenta, palam jam et sine ambage auditores ad continentiam et castitatem attrahens Spiritus sanctus, talia modulatur : *Melior est liberorum orbitas cum virtute*, inclamans; *immortalitas enim est in memoria illius, quoniam et apud Deum nota est, et apud homines. Cum præsens est, colunt illam, et desiderant eam cum se abduxerit : et in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum agone superato* [15].

A *ἰδία* (21), *καὶ συνευφραίνου μετὰ γυναικὸς τῆς ἐκ νεότητός σου*· δηλονότι παραιτούμενος τὰς πολλάς. Ὁ δὲ Ἱερεμίας, *Ἵππους θηλυμανεῖς* ἀναφανδὸν τοὺς εἰς διαφόρους μαργῶντας γυναῖκας καλεῖ. *Πολύγονον* (22) γάρ, φησίν, *ἀσεβῶν πλῆθος οὐ χρησιμεύσει, καὶ ἐκ νόθων μοσχευμάτων οὐ δώσει ῥίζαν εἰς βάθος.*

Ἀλλὰ γὰρ ἵνα μὴ μακρηγορῶμεν ἐπὶ πολὺ τὰς προφητικὰς ἀναλεγόμενοι φωνάς, φέρε δὴ συστήσωμεν πάλιν, ὅπως διαδέχεται τὴν ἐπὶ μιᾷ γυναικὶ συναλλαγὴν ἡ σωφροσύνη, μέχρις ἂν ἐκλύσῃ τελείως τὴν ἐκ τοῦ ἔθους ἐπὶ τὴν συνουσίαν καταφορὰν, πρὸς ὀλίγον ἀφαιρουμένη τὰς τῆς σαρκὸς ἡδυπαθείας. Αὐτίκα γοῦν εἰσάγεταί τις ἐμφανῶς ἤδη λοιπὸν παραιτούμενος τουτονὶ τὸν περισπασμὸν, *Κύριε*, λέγων,
B *Πάτερ καὶ δέσποτα τῆς ζωῆς μου, μὴ ἐγκαταλίπῃς με ἐν βουλῇ αὐτῶν. Μετεωρισμὸν ὀφθαλμῶν ἄφελε ἀπ' ἐμοῦ· καρδίας* (23) *ὄρεξις καὶ συνουσιασμὸς μὴ καταλαβέτωσάν με.* Καὶ ἐν τῇ παναρέτῳ δὲ Σοφίᾳ, γυμνῶς ἤδη τοὺς ἀκροατὰς εἰς ἐγκράτειαν ἐφελκόμενον καὶ σωφροσύνην τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τοιαῦτα μελῳδεῖ· *Κρεῖσσον* (24) *ἀτεκνία μετ' ἀρετῆς*, κεκραγός· *ἀθανασία γάρ ἐστιν ἐν μνήμῃ αὐτῆς, ὅτι καὶ παρὰ Θεῷ γινώσκεται καὶ παρὰ ἀνθρώποις. Παροῦσάν τε τιμῶσιν αὐτὴν, καὶ ποθοῦσιν ἀπελθοῦσαν· καὶ ἐν τῷ αἰῶνι στεφανηφοροῦσα πομπεύει, τὸν τῶν ἀμιάντων ἄθλων ἀγῶνα νικήσασα.*

Cap. IV. *Unus Christus virginitatem edocuit, aperte prædicans regnum cœlorum. Dei similitudo, divinarum virtutum luce perficienda.*

De humano itaque genere dictum est, quomodo a sororum conjugiis ad continentiam usque, sensim per ætatum gradus profecerit; superest ut et de virginitate dicamus. Hoc igitur quanta fuerit facultas, nobis connitendum Atque id in primis disquiramus necesse est, quid tandem causæ sit, cum multi prophetæ et justi multa ac præclara tum docuerint, tum ipsi præstiterint, nullus tamen virginitatem aut laudibus celebrarit, aut propositum ejus assumpserit? Soli nimirum Domino disciplina hæc sancienda servabatur, qui et solus in mundum adveniens, homines docuit in Deum transire. Decebat enim qui princeps sacerdotum esset princepsque prophetarum et princeps angelorum, eumdem etiam virginum principem audire. Antiquitus autem necdum homo perfectus erat : ac ideo virginitatem (rem utique perfectam) capere necdum poterat. Adhuc enim qui ad Dei imaginem formatus erat, id quoque quod est ad similitudinem recipere debebat. Quod ut perficeret, Verbum in mundum missum, nostram prius formam multis peccatorum

C Περὶ μὲν οὖν καιρῶν τῆς ἀνθρωπότητος, ὅπως ἀρξαμένη ἀπὸ τῆς ἀδελφομιξίας, ὥδευσεν ἐπὶ τὴν ἐγκράτειαν, εἴρηται· περὶ δὲ παρθενίας λείπεται· ὅσον οὖν δυνατὸν, πειρατέον φράσαι (25). Καὶ πρῶτον ἐξεταστέον, δι' ἣν αἰτίαν πολλῶν προφητῶν καὶ δικαίων πολλὰ καὶ καλὰ διδαξάντων καὶ ἐργασαμένων, παρθενίαν οὐδεὶς οὔτε ἐνεγκωμίασεν, οὔτε εἵλετο. Μόνῳ γὰρ ἄρα ἐφυλάσσετο τοῦτο πρεσβεῦσαι τὸ μάθημα τῷ Κυρίῳ, ἐπεὶ καὶ μόνος παρελθὼν ἄνθρωπον ἐδίδαξε χωρεῖν εἰς Θεόν. Ἔπρεπε γὰρ τῷ ἀρχιερεῖ καὶ ἀρχιπροφήτῃ καὶ ἀρχαγγέλῳ, τούτῳ καὶ ἀρχιπαρθένῳ προσαγορευθῆναι. Τὸ δὲ παλαιὸν οὐδέπω τέλειος ἄνθρωπος ἦν· καὶ διὰ τοῦτο τὸ τέλειον οὐδέπω χωρῆσαι τὴν παρθενίαν ἴσχυεν. Ἔτι γὰρ ἔχρῃζε, κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγονὼς, καὶ τὸ καθ' ὁμοίωσιν ἀπο-
D λαβεῖν· ὅπερ τελεσιουργῆσαι καταπεμφθεὶς ὁ Λόγος εἰς τὸν κόσμον, τὴν ἡμετέραν μορφὴν πρότερον ἀνέλαβε, πολλοῖς ἁμαρτήμασι κατεστιγμένην, ἵνα δὴ τὴν θείαν ἡμεῖς, δι' οὓς αὐτὸς ἐφόρεσε, πάλιν χωρῆσαι δυνηθῶμεν. Καθ' ὁμοίωσιν γὰρ ἀκριβωθῆναι τότε πάρεστι Θεοῦ, ὁπότε δὴ τοὺς αὐτοῦ χαρακτῆρας τῆς

[11] *Prov.* v, 15, 18. [12] *Cap.* v, *vers* 8. [13] *Sap.* iv 3. [14] *Eccli.* xxiii, 1, 5, 6. [15] *Sap.* iv, 1, 2.

(21) *Ἰδία.* Non bene Possinius, sive qui ei imposuit, imperitus scriba, ἡδεῖα, *dulcis*; qua voce hæc auctoritas nihil ad intentum Methodii faceret, de singularitate conjugii, non de illius seu rei maritalis dulcedine. Adde nihil ejusmodi sacrum textum sic pervium habere. Combefis.

(22) *Πολύγονον.* Vide Augustinum *De doctr. Christ.*, lib. ii, cap. 12, n. 18. Id.

(23) *Καρδίας.* Sixt., κοιλίας, *ventris.* Sic et Vulg. Id.

(24) *Κρεῖσσον.* Paulo aliter Vulg., etsi totidem verbis reddit Possinius. Id.

(25) *Φράσαι.* Cod. Vat., φάναι. Id.

κατὰ ἄνθρωπον πολιτείας, ζωγράφων δίκην ἐπιστημόνων, ἐν ἑαυτοῖς ὥσπερ σανίσιν ἐντυπωσάμενοι κατέχωμεν, ἣν αὐτὸς ἐφανέρωσε μαθητεύοντες τρίβον. Ταύτῃ γὰρ ᾑρετίσατο τὴν ἀνθρωπίνην ἐνδύσασθαι σάρκα Θεὸς ὤν, ὅπως, ὥσπερ ἐν πίνακι θεῖον ἐκτύπωμα βίου βλέποντες, ἔχωμεν καὶ ἡμεῖς τὸν γράψαντα μιμεῖσθαι. Οὐ γὰρ, ἕτερα φρονῶν, ἕτερα ἐποίει· οὐδὲ μὴν, ἕτερα νομίζων εἶναι τὰ καλὰ, ἐδίδασκεν ἕτερα· ἀλλ' ἅπερ ἦν ἀληθῶς ὠφέλιμα καὶ καλὰ, ταῦτα καὶ ἐδίδασκε καὶ ἐποίει.

A maculis compunctam suscepit, ut nos scilicet propter quos gestavit, divinam rursus capere valeremus. Ad Dei enim similitudinem accurate effingi id demum est, ejus characteres et lineamenta in vitæ humanæ consuetudinem imitando transferre: pari arte qua periti pictores, objecti oculis exemplaris ductus et colores in paratis tabulis ad vivum exprimunt; quod assequemur, dum ostensam ab eo viam ac disciplinam condiscamus atque sequamur. Eo quippe consilio placuit humanam carnem, Deus cum esset, induere, ut velut in tabula divinum vitæ exemplar propositum cernentes, nos quoque auctorem imitari possemus. Non enim alia sentiens, alia faciebat; at neque alia bona esse existimans, alia docebat: sed quæ vere utilia honestaque erant, hæc et docebat atque præstabat.

CAP. V. *Christus incorruptam carnem in virginitate servans, ad virginitatem excolendum allicit. Virginum exiguus numerus, præ multitudine aliorum sanctorum.*

(42) *Αὐτὸ τοῦτο Χριστὸν γεγονέναι.* Non videntur hæc sane dicta. Possinii expositio pia est, sed violenta. Plane enim distinguit Methodius primum Adamum ac secundum, vultque utrumque ipsum re ipsa Christum exstitisse, incessente Verbo ac illabente; primo, ex terra virgine; tumque alteri, utero virginali formato: ratione etiam firmans, quod primum Dei germen et primus archangelorum, *primum* τῆς ἀνθρωπότητος, *humani generis*, ut Allatius, vel τῶν ἀνθρώπων, *hominum*, incessere debuerit, puraque divinitate uterque ipsum quod est esse Christus, fuerit: quæ voces partim Arianici furfuris sunt, partim Nestoriani. Quod primus archangelorum ὁ Λόγος et Sapientia, qui in primum Adamum immearerit, tumque in secundum, sitque in eis primus, uti Adamus primus est in hominibus intra lineam creatorum, quantavis excellentia, eumdem Λόγον ponit, qui ipse unus angelorum sit, ut est Adamus unus hominum, idque qua Λόγος, non qua angelus, vel homo; quod nusquam angelus exstiterit, ut nec angelos, sed semen Abrahæ, Paulo auctore, apprehendit. Id vero purus putus Arianismus est; quo dato, nihil non concedebant Catholicis ad titulorum fumum et excellentias, quibus Λόγον, sic a Dei ipsa natura et οὐσίας extraneum, primumque in creatorum serie et intelligentiarum, exornare vellent, etiam Deum dicendo, sed ὁμωνύμως, Deum factitie et θέσει, non natura ipsa deitatis entisque a se necessarii, et qua unum, una substantia et virtus, cum Deo et Patre sit. Eodem sensu Arianico Eusebius passim ἀρχιστράτηγον, *principem cœlestis militiæ* vocat: quam in eo vocem perstringunt in cod. cardin. Mazar. aliisque scholiastæ, magisque in Michaelem, quam in ipsum Λόγον, qua Λόγος, quadret: quanquam illa ipsa difficilius trahantur ad sanum sensum, quod ita Methodius primum archangelorum posuit, analogia ad Adamum primum hominum: vellemque vel Allatium hic medicinæ aliquid fecisse aperiendo Methodii sensum catholicum, vel etiam Possinium, qui et ipse dissimulat; solumque excusat caput τῆς οἰκονομίας: ut dicatur primus Adam ipse re ipsa Christus, quod ipse verus Christus, ex eo carne sumpta, secundus Adamus homo factus sit; et quasi ipse jam aliqua sui parte Christus exstiterit: quod quam remotum sit, nemo non videt, extraque mentem Methodii, qui τὸν Λόγον, archangelorum primatem, primum hominem incessere debuisse congruentia assumat, quod uterque primus et caput sui ordinis. Quodque ita incessit, ipse τὸ ἀναμάρτητον (*ipsa innocentia*, ut sic vocem voce reddam) *et Sapientia*, ut tamen peccaverit, factusque tenebræ et insipiens sit, etc., argumento est, horum unionem voluntate fuisse et accidentario dono gratiæ, velut in prophetis, non natura et substantia, καθ' ὑπόστασιν, ut vocant nostri theologi, quæ omnem potentiam peccandi excludit, quod per eam Λόγος ipse auctor operationum sit ac agens C proprium, in natura quam ea unione suam fecit. Hoc discrimen tangere debuit Methodius, et quo ὁμωνύμως Christum significaret primum ac secundum Adamum: secus vero, non in incessione videtur discrimen ponere, sed in natura quam incesserit, ne priori similem labem incurreret peculiari intra claustra virginalia protectione ejusque paulatim quasi duratione; quod quid aliud sit quam profectus Nestorianus, cujus merito Christus Dei Filius evaserit, ac quæcunque de hoc homine fides docet et Scriptura loquitur, doceant me qui in Methodianis me versatiores videri volunt, omnique veterum turba, qui vel maxime Methodium numerant inter eos Patres quibus per simplicitatem obrepserunt aliqua a fide devia: quod præcipue elucere in hoc Dialogo advertit Photius in sua censura, sive ipse ita incaute locutus est, sive alii ei aspersere: quod non facile ipse contextus ac Dialogi tota compositio admitti sinit. Τὸ πρεσβύτατον τῶν αἰώνων, aliquid perinde olet fabularum hæreticorum, quibus sic celebrati Æones, ut videre est apud Irenæum et alios. Id.

(43) *Τὸ πρωτ. τοῦ Θεοῦ.* Quod Verbum hic πρωτόγονον τοῦ Θεοῦ καὶ πρῶτον βλάστημα, πρεσβύτατος τῶν αἰώνων καὶ πρῶτος τῶν ἀρχαγγέλων dicitur, intelligendum salva æternitate et consubstantialitate cum Patre Verbi ejusdem. Simul in memoriam revocandum Patres plerosque Nicæna synodo priores D minus exacte interdum de divinis personis locutos, ut singillatim demonstrat Petavius lib. I *De Trinit.* a cap. 3 ad 6, inter eos quoque Methodium numerans cap. 4, num. 12. Atque hinc occasionem Photio datam suspicor admonendi, hoc opus fuisse depravatum Arianis opinionibus immistis: quod non obstat quin utiliter edatur: si ratio similis non prohibuit, quin laudabiliter et bono publico in lucem producerentur scripta Justini Martyris, Athenagoræ, Tatiani, B. Theophili, Irenæi, Clementis utriusque Romani et Alexandrini, Origenis, Dionysii Alexandrini, Gregorii Thaumaturgi, Luciani martyris, Tertulliani, Lactantii et similium: apud quos multo duriora in hoc genere leguntur, quam apud Methodium nostrum. Ed. Lupar. — Dum ait sanctus Methodius Adamum fuisse a Verbo assumptum, non ita intelligendum hoc est, quasi totum corpus et anima, et individua natura primi hominis Christo carnem assumenti unita fuerit: sed quod

enim Primogenitum Dei, ac unigenitum germen, id est Sapientiam, primum formato primoque ac primogenito hominum generis homini admistum, hominem fieri. Id enim Christum esse, hominem pura perfectaque deitate plenum, et Deum qui in homine capiatur. Congruentissimum quippe erat antiquissimum æonum et primum archangelorum cum hominibus versaturum, in antiquissimo primoque hominum inhabitare, id est Adamo. Sic enim eum qui a principio erat, renovans, exque Virgine ac Spiritu ipsum rursus reformans, eumdem fabricatur: quandoquidem similiter a principio, terra virgine necdum aratrum passa, accepto inde luto, ex illo Deus ratione præditum animal sine semente formaverat.

A στημα καὶ μονογενὲς, τὴν σοφίαν, τῷ πρωτοπλάστῳ καὶ πρώτῳ καὶ πρωτογόνῳ τῶν ἀνθρώπων ἀνθρώπῳ κερασθεῖσαν ἐνηνθρωπηκέναι. Τοῦτο γὰρ εἶναι τὸν Χριστὸν, ἄνθρωπον ἀκράτῳ θεότητι καὶ τελείᾳ πεπληρωμένον, καὶ Θεὸν ἐν ἀνθρώπῳ κεχωρημένον· ἦν γὰρ πρεπωδέστατον, τὸν πρεσβύτατον τῶν αἰώνων (44) καὶ πρῶτον τῶν ἀρχαγγέλων, ἀνθρώποις μέλλοντα συνομιλεῖν, εἰς τὸν πρεσβύτατον καὶ πρῶτον τῶν ἀνθρώπων εἰσοικισθῆναι τὸν Ἀδάμ. Ταύτῃ γὰρ ἀναζωγραφῶν τὰ ἐξ ὑπαρχῆς, καὶ ἀναπλάσσων αὖθις ἐκ Παρθένου καὶ Πνεύματος, τεκταίνεται τὸν αὐτόν· ἐπειδὴ καὶ κατ' ἀρχὰς, οὔσης παρθένου γῆς ἔτι καὶ ἀνηρότου, λαβὼν χοῦν, τὸ λογικώτατον ἐπλάσατο ζῶον ἀπ' αὐτῆς ὁ Θεὸς ἄνευ σπορᾶς.

Cap. V. *Jeremiæ locus expensus.*

Adsit mihi hujus rei testis idoneus et disertus, propheta Jeremias: *Et descendi,* inquit [42], *in domum figuli; et ecce ipse faciebat opus super lapides. Et cecidit vas, quod ipse faciebat in suis manibus. Et rursus fecit vas illud alterum, sicut placuerat in conspectu suo facere.* Adhuc enim dum ex luto, ut sic dicamus, Adamus formaretur cum mollis et udus esset, ac necdum quasi pro testæ ritu, immortalitate excoctus et duratus fuisset, peccato guttæ instar distillante ac defluente, dissolutus est. Quare eum rursus ab integro madefaciens, exque luto vas in honorem [43], eumdem Deus formans, in virginali primum durans et compingens utero, simulque uniens ac miscens Verbo, solidum infractumque in vitam eduxit, ne rursus inundantibus corporis fluxibus, contracta tabe decideret. Uti etiam in parabola inventæ ovis cernitur Dominus docere, ubi ad astantes ait Dominus meus: *Quis ex vobis homo, qui habet centum oves: et si perdiderit unam ex illis, nonne relinquit nonaginta novem in deserto, et vadit ad illam quæ perierat, donec inveniat eam? Et cum invenerit eam, imponit in humeros suos, gaudens; et veniens domum, convocat amicos et vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam quæ perierat* [44].

B Καί μοι ἐχέγγυος μάρτυς καὶ σαφὴς ὁ προφήτης Ἱερεμίας παρήτω, *Καὶ κατέβην εἰς τὸν οἶκον τοῦ κεραμέως*, λέγων, *καὶ ἰδοὺ αὐτὸς ἐποίει ἔργον ἐπὶ τῶν λίθων. Καὶ διέπεσε τὸ ἀγγεῖον, ὃ αὐτὸς ἐποίει ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ. Καὶ πάλιν ἐποίησεν αὐτὸ ἀγγεῖον ἕτερον, καθὼς ἤρεσεν ἐνώπιον αὐτοῦ τοῦ ποιῆσαι.* Ἔτι γὰρ πηλουργούμενον τὸν Ἀδὰμ, ὡς ἔστιν εἰπεῖν, καὶ τηκτὸν ὄντα καὶ ὑδαρῆ, καὶ μηδέπω φθάσαντα, δίκην ὀστράκου, τῇ ἀφθαρσίᾳ κραταιωθῆναι, ὕδωρ ὥσπερ καταλειβομένη καὶ καταστάζουσα, διέλυσεν αὐτὸν ἡ ἁμαρτία. Διὸ δὴ πάλιν ἄνωθεν ἀναδεύων (45) καὶ πηλοπλαστῶν τὸν αὐτὸν εἰς τιμὴν ὁ Θεὸς, ἐν τῇ παρθενικῇ κραταιώσας πρῶτον καὶ πήξας μήτρᾳ, καὶ συνενώσας καὶ συγκεράσας τῷ Λόγῳ, ἄτηκτον καὶ ἄθραυστον ἐξήγαγεν εἰς τὸν C βίον· ἵνα μὴ πάλιν τοῖς τῆς φθορᾶς ἔξωθεν ἐπικλυσθεὶς ῥεύμασι τηκεδόνα γεννήσας διαπέσῃ· ὡς καὶ ἐν τῇ περὶ τῆς ἀνευρέσεως τοῦ προβάτου φαίνεται, διδάσκων ὁ Κύριος παραβολῇ· ἔνθα φησὶν ὁ Κύριός μου πρὸς τοὺς παρεστηκότας· *Τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃς ἔχει ἑκατὸν πρόβατα, κἂν ἀπολέσῃ ἓν ἐξ αὐτῶν, οὐκ ἀφίησι τὰ ἐννενήκοντα ἐννέα ἐπὶ τοῖς ὄρεσι, καὶ πορευθεὶς ἐπὶ τὸ ἀπολωλὸς, ζητεῖ αὐτὸ ἕως εὕρῃ; Καὶ εὑρὼν ἐπιτίθησιν ἐπὶ τοὺς ὤμους αὐτοῦ· καὶ ἐλθὼν εἰς οἶκον συγκαλεῖται τοὺς φίλους καὶ γείτονας, λέγων· Συγχάρητέ μοι, ὅτι εὑρέθη τὸ πρόβατόν μου τὸ ἀπολωλός.*

Cap. VI. *Spiritalium ovium integer numerus. Homo, alter ab angelis in Dei laudem chorus. Ovis perditæ parabola exposita.*

Quoniam enim ipse verissime erat atque est, qui a principio erat apud Deum et Deus erat [45], ipse imperator pastorque cœlestium, cui omnes animi obtemperant ac quem sequuntur, composito regens ordine atque numerans beatorum cœtus angelorum. Hic enim ille par est et perfectus immortalium

D Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς ὡς ἀληθῶς ἦν τε καὶ ἔστιν, ἐν ἀρχῇ ὢν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ὢν, ὁ ἀρχιστράτηγος καὶ ποιμὴν τῶν κατ' οὐρανὸν, ᾧ πάντα πείθονται καὶ ὁμαρτοῦσι τὰ λογικὰ, καὶ ποιμαίνων εὐτάκτως καὶ ἀριθμῶν τὰ πλήθη τῶν μακαρίων ἀγγέλων. Οὗτος γὰρ ἴσος καὶ τέλειος ἀριθμὸς ἀθανά-

[42] *Cap.* XVIII, *vers.* 3, 4. [43] *II Tim.* II, 20, 21. [44] *Luc.* XV, 4, 6. [45] *Joan.* I, 1.

caro ex Adamo propagata, et quæ parte sui quadam in ipso exstiterit, assumpta fuerit a Verbo se incarnante. Atque ideo Adamus ipse quodammodo secundum aliquid sui Christus fuerit. Possin.

(44) *Πρεσβύτατον τῶν αἰώνων.* Allat., *sæculorum antiquissimum*, quod magis placet. Gall.

(45) *Ἀναδεύων. Infundens, subigensque:* quod Vat. ἀναμορφῶν, *reformans* atque *instaurans.* Illud propius modum attingit, quo ex luto aliquid refingitur: etsi non videtur, quod jam testa fuit, quavis infusione in luti materiam subigi posse, ut inde vas instauretur. Combefis.

των ζώων, κατὰ γενεὰς καὶ φυλὰς διῃρημένων, συμπαραληφθέντος ἐνταῦθα τῇ ποίμνῃ καὶ τοῦ ἀνθρώπου. Δεδημιούργητο γὰρ καὶ αὐτὸς ἔξω φθορᾶς, ἵνα τὸν βασιλέα γεραίρῃ πάντων καὶ ποιητὴν, ἀντίφθογγα μελῳδῶν ταῖς τῶν ἀγγέλων ἐξ οὐρανοῦ φερομέναις βοαῖς. Ἀλλ' ἐπεὶ συνέβη παρεληλυθότα τὴν ἐντολὴν, ὀλέθριον πτῶμα καὶ δεινὸν πεσεῖν εἰς θάνατον ἀναστοιχειωθέντα· διὰ τοῦτό φησιν ὁ Κύριος, ἑαυτὸν εἰς τὸν βίον ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐληλυθέναι, καταλελοιπότα τὰς τάξεις καὶ τὰ στρατόπεδα τῶν ἀγγέλων. Ἀπεικονιστέον γὰρ τὰ μὲν ὄρη τοῖς οὐρανοῖς· τὰ δὲ ἐννενήκοντα ἐννέα πρόβατα ταῖς δυνάμεσι καὶ ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις, ἃς καταλέλοιπεν, ἀναζητῆσαι κατελθὼν τὸ ἀπολωλὸς πρόβατον, ὁ στρατηγὸς καὶ ποιμήν. Ἔλειπε γὰρ ἄνθρωπον εἰς τὴν βίβλον ἐγκαταλεχθῆναι ταύτην ἔτι καὶ τὸν ἀριθμὸν, βαστάσαντος αὐτὸν τοῦ Κυρίου καὶ ἀμφιεσαμένου· ἵνα μὴ καὶ πάλιν, ὡς ἔφην, ταῖς τρικυμίαις καὶ ταῖς ἀπάταις περικλυσθεὶς καταποντωθῇ. Ταύτῃ γὰρ τὸν ἄνθρωπον ἀνείληφεν ὁ Λόγος, ὅπως δὴ δι' αὐτοῦ καταλύσῃ τὴν ἐπ' ὀλέθρῳ γεγονυῖαν καταδίκην, ἡττήσας τὸν ὄφιν. Ἥρμοζε γὰρ μὴ δι' ἑτέρου νικηθῆναι τὸν πονηρὸν, ἀλλὰ δι' ἐκείνου, ὃν δὴ καὶ ἐκόμπαζεν ἀπατήσας αὐτὸν τετυραννηκέναι· ὅτι μὴ ἄλλως τὴν ἁμαρτίαν λυθῆναι καὶ τὴν κατάκρισιν δυνατὸν ἦν, εἰ μὴ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐκεῖνος ἄνθρωπος, δι' ὃν εἴρητο τὸ *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ*, ἀναπλασθεὶς (46) ἀνέλυσε τὴν ἀπόφασιν, τὴν δι' αὐτὸν εἰς πάντας ἐξενηνεγμένην· ὅπως, καθὼς ἐν τῷ Ἀδὰμ πρότερον πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτω δὴ πάλιν καὶ ἐν τῷ ἀνειληφότι Χριστῷ τὸν Ἀδὰμ πάντες ζωοποιηθῶσι.

A animalium numerus, per cognationes tribusque divisorum, aggregato hic tali gregi etiam homine. Nam et ipse corruptionis exsors creatus est, ut regem universorum et creatorem, altero velut choro, angelorum e cœlo clamoribus respondente, laudaret ac celebraret. Sed quia contingeret eum, violato Dei mandato, gravi ac exitioso lapsu corruere in mortem resolutum, propterea dicit Dominus, se in mundum, relictis angelicis ordinibus ac cohortibus, e cœlis venisse. Montes enim cœlos designare putandum est; per oves vero nonaginta novem, virtutes et principatus et potestates quas reliquit, descendens ipse imperator et pastor ad quærendam ovem quæ perierat. Restabat enim ut et homo in hanc matriculam et catalogum adjiceretur, quem B ipse Dominus gestaret ac induisset: ne rursus, uti dicebam, tricumanis fluctibus fraudibusque obrutus, imo pelago mergeretur. Eo namque consilio susceptus a Verbo homo est, ut, devicto serpente, suo munere atque opera, hominis exitio latam condemnationem dilueret. Consentaneum quippe fuit non ab alio vinci diabolum quam ab illo ipso quem a se seductum suæ se tyrannidi subjecisse gloriabatur. Nam neque aliter solvi peccatum et damnationem aboleri possibile erat, nisi rursus ille ipse homo ob quem dictum erat, *Terra es, et in terram reverteris* [46], reformatus, quæ ejus reatu in omnes pervaserat, sententiam antiquasset: ut sicut prius in Adam omnes moriebantur, sic et in Christo rursus qui Adamum assumpsisset, omnes vivificarentur [47]. C

Cap. VII. *Christi opera, Dei et hominis propria, ejus ipsius, qui unus sit.*

Καὶ περὶ μὲν τοῦ τὸν ἄνθρωπον, ὄργανον γεγονότα καὶ ἔνδυμα τοῦ Μονογενοῦς, τοῦτο ἀπεργάσασθαι, ὅπερ καὶ αὐτὸς ὁ εἰς αὐτὸν εἰσοικισθεὶς, σχεδὸν ἤδη μοι δοκεῖ τέλος ἔχειν· τὸ δὲ ὅτι μήτε μὴν ἀναρμοστία, πάλιν ἐξ ἀρχῆς διὰ βραχέων ἐπισκεπτέον. Τὸ γὰρ αὐτοφύσει καλὸν καὶ αὐτοφύσει δίκαιον καὶ ὅσιον, οὗ τὰ ἄλλα κατὰ μετοχὴν γίνεται καλὰ, τὴν σοφίαν ὁ λέγων τυγχάνειν μετὰ τὸν Θεὸν (47) ὀρθότατα λέγει· τὸ δὲ αὖ ἀνόσιον καὶ ἄδικον καὶ πονηρὸν τὴν ἁμαρτίαν. Δύο γὰρ τὰ εἰς ἄκρον ἀλλήλοις ἐναντία, ζωὴ καὶ θάνατος, ἀφθαρσία καὶ φθορά. Ἰσότης

Hactenus satis exposuisse mihi videor, quemadmodum homo instrumentum factus et indumentum Unigeniti hoc ipse præstiterit, quod et ille qui in eo habitavit. Quod autem neque imparitas illa sit, nec inconcinnitas dissonantiaque, rursus a capite breviter considerandum. Ipsum enim natura bonum, ipsum natura justum sanctumque, cujus reliqua participatione fiant bona; qui secundum Deum Sapientiam esse dixerit, rectissime senserit: contra vero sceleratum et impium, injustumque ac pravum, esse peccatum. Duo namque sunt summe

[46] *Gen.* III, 19. [47] *I Cor.* XV, 22.

(46) Ἀναπλασθείς. Sic Vat.; Mazar. vero et Allat., ἀναπαλαίσας, *quasi denuo lucta perfunctus*, instauratoque certamine. Probe hæc ecclesiastica, quibus ea quæ sunt Christi hominis ut capitis, totius corporis esse perhibentur, ut ejus victoria, cujusque nostrum victoria intelligatur, qui membris illius associamur, omnesque cum illo unum mystice corpus sumus: cujus perinde membrum Adamus fuit, ipse in Christo prædestinatus, et in Christo victor, instaurata illi Christi gratia, per pœnitentiam lucta, qui in se victus ceciderat. Combefis.

(47) *Τὴν Σοφίαν μετὰ Θεόν.* Cum Sapientiam ipsum Λόγον dicere videatur, cujus in Christo vult ipsa hominis opera, quod sensu optimum esse potest, de Verbo ut in natura per unionem καθ' ὑπό- D στασιν propria; non videtur post Deum auctor divinorum in nobis munerum, et quasi secundum αἴτιον, quod Ariani ponebant Verbum, cum sit unus cum Deo et Patre auctor et causa, ut est una divinitas et virtus. Sin autem hæc, divinas velit participationes, ac quasi primos Dei effectus, ex quibus reliquis est ut sint talia, sic vera doctrina est, ipsaque toties Dionysio inculcata, et qua Deum omnibus anteponit quæ de illo dici aut intelligi possunt, huicque adeo ipsi quod Deus nominatur; cum et hoc cujusdam sit actionis et effectus connotatio: non ut Palamitæ, virtus et divinitas vere ab essentia distincta, illique velut quædam emanatio ab æterno conjuncta, ut optime noster Calecas, ac reliqui ejus hæresis impugnatores. Id.

alia aliis opposita, vita et mors, incorruptio et corruptio. Paritas enim est vita, imparitas vero corruptio: et harmonia quidem, justitia et prudentia; ejus vero turbatio et dissonantia, imprudentia et injustitia. Homo autem inter hæc medius, neque ipsa justitia, at neque injustitia est: sed in incorruptionis ac corruptionis medio constitutus, ad utrumvis horum propendens deflexerit, in ejus quod obtinuerit dicitur naturam indolemque transferri. Si quidem enim in corruptionem declinaverit, corruptioni obnoxius ac mortalis evadit; sin in incorruptionem, incorruptibilis et immortalis. In confinio quippe positus arboris vitæ et scientiæ boni et mali, utriusvis poma gustaverit [48], in ejus formam commutatur, cum neque ipse lignum vitæ, neque corruptionis exsistat: sed qui corruptionis commercio et præsentia, mortalis monstretur; necessitudine vero et complexu vitæ, incorruptibilis rursum ac immortalis eniteat; sicut et Paulus docuit, dicens: *Non enim corruptio possidebit incorruptionem, neque mors vitam* [49]: corruptionem quidem et mortem merito statuens id quod corrumpit atque occidit, non quod corrumpitur autve moritur: uti et incorruptionem et vitam, ipsum quod immortale et vivum præstat, non quod immortalitate et vita donatur. Quare neque inconcinnitas nec imparitas homo est, neque item paritas et concinnitas: sed ubi inconcinnitatem (prævaricationem scilicet peccatumque) admisit, inconcinnus deformisque evasit; ubi vero harmoniam ac concinnitatem (nempe justitiam), concinnum organum decensque effectus est: quo scilicet Dominus (mortis illa victrix incorruptio) sonore resurrectionem carni moduletur, non sinens eam rursus possideri a corruptione. De hoc quoque capite satis hactenus dictum est.

A μεν γαρ εστιν ἡ ζωή, ἀνισότης δὲ ἡ φθορά· καὶ ἁρμονία μὲν ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ φρόνησις, ἀναρμοστία δὲ ἡ ἀφροσύνη καὶ ἡ ἀδικία. Ὁ δὲ ἄνθρωπος, τούτων ὢν μεταξὺ, οὔτε αὐτὸ τοῦτο δικαιοσύνη, οὔτε μὴν ἐστιν ἀδικία· ἀλλὰ τῆς ἀφθαρσίας ἐν μέσῳ βεβηκὼς καὶ τῆς φθορᾶς, εἰς ὁπότερον αὐτῶν νεύσας προσκλιθῇ (48), εἰς τὴν τοῦ κρατήσαντος μεταβάλλεσθαι λέγεται φύσιν. Ἐκκλίνας μὲν γὰρ εἰς τὴν φθορὰν, φθαρτὸς γίνεται καὶ θνητός· εἰς δὲ τὴν ἀφθαρσίαν, ἄφθαρτος (49) καὶ ἀθάνατος. Μεθόριον γὰρ τοῦ τῆς ζωῆς ξύλου, καὶ τοῦ γνωστοῦ καλοῦ τε καὶ πονηροῦ τιθεὶς, οὗπερ ἀπεγεύσατο τῶν καρπῶν, εἰς τὴν τούτου καὶ μετεβλήθη μορφήν· οὔτε τὸ τῆς ζωῆς ξύλον αὐτὸς ὢν, οὔτε τὸ τῆς φθορᾶς· ἀλλὰ μετοχῇ μὲν καὶ παρουσίᾳ φθορᾶς θνητὸς φανείς·
B προσοικειώσει δὲ καὶ ἀλοιφῇ ζωῆς ἄφθαρτος πάλιν καὶ ἀθάνατος· ὥσπερ καὶ ὁ Παῦλος ἐδίδαξε, λέγων· *Οὐ γὰρ ἡ φθορὰ κληρονομήσει τὴν ἀφθαρσίαν, οὐδὲ ὁ θάνατος τὴν ζωήν*· φθορὰν μὲν καὶ θάνατον αὐτὸ τὸ φθεῖρον ὁρισάμενος εἰκότι λόγῳ καὶ τὸ ἀποκτεῖνον, ἀλλ' οὐ τὸ φθειρόμενον καὶ θνῆσκον· ἀφθαρσίαν δὲ καὶ ζωὴν αὐτὸ τὸ ἀθανατίζον καὶ ζωοποιοῦν, ἀλλ' οὐ τὸ ἀθανατιζόμενον καὶ ζωοποιούμενον. Ὥστε οὔτε ἀναρμοστία καὶ ἀνισότης ὁ ἄνθρωπός ἐστιν, οὔτε μὴν ἰσότης καὶ εὐαρμοστία· ἀλλ' ὅτε μὲν ἐδέξατο τὴν ἀναρμοστίαν, (ὅπερ ἐστὶ τὴν παράβασιν καὶ τὴν ἁμαρτίαν,) γέγονεν ἀνάρμοστος καὶ ἀπρεπής· ὅτε δὲ τὴν ἁρμονίαν, τουτέστι τὴν δικαιοσύνην, γέγονεν εὐάρμοστον ὄργανον καὶ εὐπρεπές· ὅπως ὁ Κύριος, ἡ ἀφθαρσία νικήσασα τὸν θάνατον, εὐήχως,
C τὴν ἀνάστασιν μελῳδήσῃ τῇ σαρκὶ, μὴ ἐάσας αὐτὴν κληρονομηθῆναι πάλιν ὑπὸ τῆς φθορᾶς. Καὶ μὲν δὴ καὶ περὶ τούτων ταῦτα ἤδη λελέχθω.

CAP. VIII. *Sapientiæ ossa et caro. Costa ex quo formata spiritalis Eva, Spiritus sanctus. Adæ adjutrix mulier, desponsæ Christo virgines.*

Præstruximus enim non levibus ex Scriptura petitis rationibus, primum hominem recte in Christum referri posse, qui non jam figura et simulacrum atque imago Unigeniti sit, sed et hoc ipsum, Sapientia Verbumque evaserit. Instar enim aquæ commistus homo sapientiæ ac vitæ, hoc factus est, quod erat illa ipsa purissima lux quæ in eum venit. Unde Apostolus recte ad Christum direxit

Προγεγύμνασται γὰρ μετὰ συστάσεων οὐκ εὐκαταφρονήτων ἐκ τῆς Γραφῆς, ὡς ἄρα ὁ πρωτόπλαστος οἰκείως (50) εἰς αὐτὸν ἀναφέρεσθαι δύναται τὸν Χριστὸν, οὐκέτι τύπος ὢν (51) καὶ ἀπείκασμα μόνον καὶ εἰκὼν τοῦ Μονογενοῦς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τοῦτο σοφία γεγονὼς καὶ Λόγος. Δίκην γὰρ ὕδατος συγκερασθεὶς ὁ ἄνθρωπος τῇ σοφίᾳ καὶ τῇ ζωῇ, τοῦτο γέγονεν ὅπερ
D ἦν αὐτὸ τὸ εἰς αὐτὸν ἐγκατασκῆψαν ἄκρατον φῶς.

[48] *Gen.* II, 9. [49] *I Cor.* XV, 50.

(48) *Προσκλιθῇ*. Ita ms. cod. Mazar. et Allatius. At Vatic., περικαμφθῇ. COMBEFIS.

(49) *Ἄφθαρτος*. Allatius, ἄφθιτος. ID.

(50) *Οἰκείως*. Ms. Mazar. cum Allat., δικαίως. ID.

(51) *Οὐκέτι τύπος ὤν*. De Christo satis intelligitur, etsi nulla substantiarum confusione, sed solum τῷ καθ' ὑπόστασιν. De Adamo vero, idque necdum gratiam per Christum consecuto, sed Dei sola liberalitate, qui unus ipse ejus ordinis auctor exstiterit, quomodo non Christi figura ac repræsentatio, sed hoc ipsum quod Λόγος in ipsum adveniens ac ipse revera Christus exstiterit, ac velut hoc illi peculiare sit; hincque adeo ad Christum quasi per identitatem referatur, vel aliter quam sancti reliqui, accidentario dono gratiæ, qua dii quodammodo efficimur, divino in nobis semine in deitatem aucti secundum tenuem quamdam imitationem, unam ipsam contra unionem hypostaticam hominis possibilem, non video ut Methodius ex Scriptura habuerit, aut suadere possit. Ἀνάμνησις (id est *commemoratio*) mortis Christi ejusque passionis ipsa et in baptismo, in quo in ejus mortem intingimur, seu illam adumbramus: in Eucharistia vero augustius, in qua nostri Adæ ἔκστασις et sopor totus mystice peragitur, ac num per κοινωνίαν peculiarius Methodius indicare voluerit? in qua utique mortem Domini, ipsa ejus sumptione (quæ pridem baptismo comes erat) commemoramus, vel, ut Paulus loquitur, annuntiamus. ID.

A Ὅθεν ὁ Ἀπόστολος εὐθυβόλως εἰς Χριστὸν ἀνηκόντισε τὰ κατὰ τὸν Ἀδάμ. Οὕτως γὰρ ἂν μάλιστα ἐκ τῶν ὀστῶν αὐτοῦ καὶ τῆς σαρκὸς τὴν Ἐκκλησίαν συμφωνήσει γεγονέναι· ἧς δὴ χάριν, καταλείψας τὸν Πατέρα τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, κατῆλθεν ὁ Λόγος προσκολληθησόμενος τῇ γυναικί· καὶ ὕπνωσε τὴν ἔκστασιν τοῦ πάθους, ἑκουσίως ὑπὲρ αὐτῆς ἀποθανών· *Ὅπως αὐτὸς ἑαυτῷ παραστήσῃ τὴν Ἐκκλησίαν ἔνδοξον καὶ ἄμωμον, καθαρίσας τῷ λουτρῷ*, πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ νοητοῦ καὶ μακαρίου σπέρματος, ὃ σπείρει μὲν αὐτὸς ὑπηχῶν καὶ καταφυτεύων ἐν τῷ βάθει τοῦ νοός· ὑποδέχεται δὲ καὶ μορφοῖ δίκην γυναικὸς ἡ Ἐκκλησία εἰς τὸ γεννᾷν τὴν ἀρετὴν καὶ ἐκτρέφειν. Ταύτῃ γὰρ καὶ τὸ, *Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε*, πληροῦται προσηκόντως, εἰς μέγεθος καὶ κάλλος καὶ πλῆθος καθ' ἡμέραν αὐξανομένης αὐτῆς B διὰ τὴν σύνερξιν καὶ κοινωνίαν τοῦ Λόγου, συγκαταβαίνοντος ἡμῖν ἔτι καὶ νῦν, καὶ ἐξισταμένου κατὰ τὴν ἀνάμνησιν τοῦ πάθους. Οὐ γὰρ ἂν ἄλλως ἡ Ἐκκλησία συλλαβεῖν τοὺς πιστεύοντας καὶ ἀναγεννῆσαι διὰ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας δύναιτο, ἐὰν μὴ καὶ διὰ τούτους ὁ Χριστὸς κενώσας ἑαυτὸν, ἵνα χωρηθῇ κατὰ τὴν ἀνακεφαλαίωσιν, ὡς ἔφην, τοῦ πάθους, πάλιν ἀποθάνῃ καταβὰς ἐξ οὐρανῶν, καὶ, προσκολληθεὶς τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ, παράσχοι τῆς πλευρᾶς ἀφαιρεῖσθαι τῆς ἑαυτοῦ δύναμίν τινα, ὅπως αὐξηθῶσιν οἱ ἐν αὐτῷ οἰκοδομηθέντες ἅπαντες, οἱ γεγεννημένοι διὰ τοῦ λουτροῦ, ἐκ τῶν ὀστῶν καὶ ἐκ τῆς σαρκὸς, τουτέστιν ἐκ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῆς δόξης προσειληφότες. Ὀστᾶ γὰρ καὶ C σάρκα σοφίας ὁ λέγων εἶναι σύνεσιν καὶ ἀρετὴν, ὀρθότατα λέγει· πλευρὰν δὲ τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας τὸ Παράκλητον, ἀφ' οὗ λαμβάνοντες, εἰς ἀφθαρσίαν ἀναγεννῶνται προσηκόντως οἱ πεφωτισμένοι. Ἀδύνατον δὲ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου μετασχεῖν τινα καὶ μέλος καταλεχθῆναι Χριστοῦ, ἐὰν μὴ πρότερον, καὶ ἐπὶ τούτου συγκατελθὼν ὁ Λόγος, ἐκστῇ κοιμηθεὶς, ἵνα τὴν ἀνανέωσιν καὶ τὸν ἀνακαινισμὸν, συνεξαναστὰς τοῦ ὕπνου τῷ ὑπὲρ αὐτοῦ κεκοιμημένῳ, καὶ αὐτὸς μεταλαβεῖν δυνηθῇ Πνεύματος, ἀναπλασθείς. Τοῦτο γὰρ κυρίως ἂν ἡ πλευρὰ λέγοιτο τοῦ Λόγου, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας τὸ ἑπτάμορφον, κατὰ τὸν προφήτην· ἀφ' οὗ λαμβάνων ὁ Θεὸς κατὰ τὴν ἔκστασιν τοῦ Χριστοῦ, ὃ δή ἐστι μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν καὶ τὸ πάθος, τὴν βοηθὸν, αὐτῷ κατα- D σκευάζει· λέγω δὴ τὰς ἡρμοσμένας αὐτῷ καὶ νενυμφευμένας ψυχάς. Ἔστι γὰρ ὅτε πολλαχῶς αὐτὸ τὸ ἄθροισμα καὶ τὸ στῖφος τῶν πεπιστευκότων Ἐκκλησίαν οὕτως ὀνομάζουσιν αἱ Γραφαὶ, τῶν τελειοτέρων κατὰ προκοπὴν εἰς ἓν πρόσωπον καὶ σῶμα τὸ τῆς Ἐκκλησίας ἀναγομένων. Οἱ μὲν γὰρ κρείττονες καὶ τρανότερον σπάσαντες ἤδη τὴν ἀλήθειαν, οὗτοι διὰ τὴν τελείαν κάθαρσιν καὶ πίστιν ἀποστειρωθέντες τῶν τῆς σαρκὸς ἀτοπημάτων, Ἐκκλησία γίνονται καὶ βοηθὸς τοῦ Χριστοῦ, παρθένος ὥσπερ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, αὐτῷ καθηρμοσμένοι τε καὶ νενυμφευμένοι, ἵνα, τὴν καθαρὰν τῆς διδασκαλίας ὑποδεξά-

quæ de Adamo dicta erant. Sic enim maxime ex ossibus et ex carne ejus Ecclesiam exstitisse conveniet: cujus scilicet gratia, relicto Patre qui est in cœlis, descendit Verbum ut adhæreret uxori, et dormivit exstasim passionis, sponte pro illa moriens: *Ut ipse sibi exhiberet Ecclesiam gloriosam et immaculatam, mundans eam lavacro* [80], ad spiritale beatumque semen suscipiendum, quod seminat ipse insusurrans plantansque in mentis penetralibus: concipit vero et format instar uxoris Ecclesia, ad generandam virtutem ac enutriendam. Per eum namque modum convenienter impletur, quod ita præceptum est [81]: *Crescite et multiplicamini;* dum ipsa Ecclesia per Verbi copulam et communionem, etiamnum adhuc se nobis inclinantis, et per passionis commemorationem exstasim facientis, in magnitudinem et decorem ac multitudinem augetur. Non enim aliter Ecclesia concipere possit credentes, et per lavacrum regenerationis eos regenerare, nisi propter hos quoque Christus se ipsum exinaniens (quo nimirum per passionis recapitulationem capiatur), quemadmodum dicebam, descendendo de cœlis rursum moriatur, et adhærescens uxori suæ Ecclesiæ, vim quamdam ex suo latere auferendam præbuerit, ut augmentum sumant omnes qui in illo ædificantur; qui nimirum per lavacrum nascuntur, ex ossibus et ex carne ejus (ex illius nimirum sanctitate exque gloria) accipientes. Ossa enim et carnem Sapientiæ, qui dicat prudentiam esse atque virtutem, rectissime dixerit: costam autem, Paracletum, Spiritum veritatis, ex quo sumentes, in incorruptionem convenienter regenerantur qui fuerint illuminati. Fieri vero nequit ut quisquam Spiritus sancti particeps fiat, et membrum Christi aggregetur, nisi prius in ipso quoque sese demittens Verbum exstasi facta obdormierit, ut renovationem et instaurationem, pariter e somno exsurgens cum eo, qui pro ipso obdormivit, reformationis Spiritus percipere possit. Is enim proprie Verbi costa dicatur, septiformis scilicet veritatis Spiritus, juxta prophetam [82]; de quo accipiens Deus, post Christi exstasim, posteaquam scilicet homo factus ac mortuus est, quæ eum sit adjutura fabricatur: nempe illi aptatas ac desponsas animas. Multis enim locis sacræ litteræ congregationem ipsam cœtumque fidelium sic Ecclesiam nominant, dum nimirum perfectiores ob virtutis profectum in unam personam ac corpus Ecclesiæ referuntur. Nam meliores, et qui jam liquidius veritatem perceperunt, hi præ perfecta quam adepti sunt, munditie et fide, carnis libidinum steriles ac vitiorum, Christi Ecclesia eique adjutrix fiunt; qui virginis in morem, ut Apostolus loquitur [83], illi aptati sint atque desponsi, ut puro atque feraci doctrinæ suscepto semine, cooperentur, propensa ope ad reliquorum salutem prædicationi favendo. Qui autem imperfecti adhuc et tirones di-

[80] *Ephes.* v, 27, 26. [81] *Gen.* I, 18. [82] *Isa.* XI, 2. [83] *II Cor.* XI, 2.

sciplinis incipiunt imbui, hi a perfectioribus, ut a matribus, parturiuntur atque formantur, donec et illi maturo partu editi, in virtutis magnitudinem ac decus regenerentur : ac rursus ipsi quoque per idoneum profectum Ecclesia facti, ad aliorum partum educationemque liberorum operam conferant, uteri vice, in vase animæ, voluntatem Verbi nulla noxa ad maturitatem perducentes.

A μενοι καὶ γόνιμον σπορὰν, συνεργήσωσι βοηθοῦντες τῷ κηρύγματι πρὸς τὴν τῶν λοιπῶν σωτηρίαν. Οἱ δὲ ἀτελεῖς ἔτι καὶ ἀπαρχόμενοι τῶν μαθημάτων εἰς σωτηρίαν ὠδίνονται καὶ μορφοῦνται, ὥσπερ ὑπὸ μητράσι πρὸς τῶν τελειοτέρων, ἔστ' ἂν ἀποκυηθέντες ἀναγεννηθῶσιν εἰς μέγεθος καὶ κάλλος ἀρετῆς· καὶ πάλιν αὖ κατὰ προκοπὴν Ἐκκλησία καὶ οὗτοι γεγονότες, εἰς ἑτέρων τόκον ὑπουργήσωσι τέκνων καὶ ἀνατροφὴν, μήτρας δίκην, ἐν τῷ δοχείῳ τῆς ψυχῆς, τὸ θέλημα τελεσφορήσαντες ἀλώβητον τοῦ Λόγου.

CAP. IX. *Gratiæ œconomia in Paulo apostolo.*

Considerandum enim ut et in inclyto Paulo sese res habuerit. Cum enim is nondum in Christo perfectus esset, generatur primum atque lactatur, evangelicis documentis imbuente ac per baptisma ipsum renovante Anania, sicut in Actibus historia continet [84]. At ubi factus esset vir, jamque ædificatus, spiritali scilicet perfectione novum formatus, etiam adjutor et sponsa Verbi evasisset, qui vitæ semina et suscepisset et concepisset : tunc, qui ipse prius infans exstiterat, Ecclesia parensque efficitur, parturiens et ipse eos qui ejus opera Domino credidissent, donec in illis quoque formatus Christus pareretur. *Filioli* enim, inquit [85], *mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Et rursus [86] : *In Christo enim Jesu per Evangelium ego vos genui.*

Ἐπισκέψασθαι γὰρ χρὴ καὶ τὰ κατὰ τὸν ἀοίδιμον Παῦλον. Ὅτι ὁπότε οὐδέπω τέλειος οὗτος ἦν ἐν Χριστῷ, γεννᾶται πρότερον καὶ γαλουχεῖται, εὐαγγελι- B ζομένου καὶ ἀνακαινίζοντος αὐτὸν Ἀνανίου τῷ βαπτίσματι, καθὼς ἐν ταῖς Πράξεσιν ἡ ἱστορία περιέχει. Ὅτε δὲ ἠνδρώθη καὶ ᾠκοδομήθη, ἤδη εἰς τελειότητα πνευματικὴν ἀναπλασθεὶς, καὶ βοηθὸς ἀπειργάσθη καὶ νύμφη τοῦ Λόγου, τὰ σπέρματα τῆς ζωῆς ἀποδεξάμενος καὶ συλλαβών· τηνικαῦτα ὁ πρότερον χρηματίσας παιδίον Ἐκκλησία γίνεται καὶ μήτηρ, ὠδίνων καὶ αὐτὸς τοὺς δι' αὐτοῦ τῷ Κυρίῳ πεπιστευκότας, ἔστ' ἂν καὶ ἐν τούτοις ὁ Χριστὸς μορφωθεὶς ἀποτεχθῇ. *Τεκνία γάρ μου*, φησὶν, *οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν*· καὶ πάλιν· *Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα.*

Hinc igitur apparet, ad Christum et Ecclesiam referri quæ de Eva atque Adamo Scripturæ verbis narratio habetur. Hoc enim vere magnum illud sacramentum est, et mundi usu superius : quod ego ob imbecillitatem et mentis hebetudinem, pro ejus dignitate et magnitudine enarrare non valeo : id tamen connitendum. Restat enim ut quæ hujus loci reliqua sunt, apud vos exsequar.

Οὐκοῦν ταύτῃ συνέστηκεν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἀναφέρεσθαι καὶ τὸν Χριστὸν τὸ κατὰ τὴν Εὔαν θεώρημα C καὶ τὸν Ἀδάμ. Τοῦτο γὰρ τὸ μέγα μυστήριον ὡς ἀληθῶς, καὶ ὑπερκόσμιον, ὃ ἐγὼ δι' ἀσθένειαν καὶ ἀμβλύτητα νοὸς κατ' ἀξίαν τε καὶ μέγεθος εἰπεῖν ἀδυνατῶ· ὅμως δ' οὖν ἐπιχειρητέον. Λέγειν γὰρ ἑπόμενον ἂν εἴη. λοιπὸν δὴ καὶ τὰ ἑξῆς πρὸς ὑμᾶς.

CAP. X. *Ejusdem apostoli doctrina de castimonia.*

Paulus igitur, ad sanctimoniam et castitatem cunctos provocans, in hunc modum, quæ ad primum hominem et Evam spectant, secunda consideratione sensuque in Christum direxit et Ecclesiam, quo indoctis os obstrueret, omnem illis prætextum adimens et excusationem. Impudici enim ac libidinosi homines, ob nimios in eis voluptatum fluxus ac illecebras, etiam Scripturis vim inferre conantur, ut perverso eas sensu exponant, ac tanquam vallum defendendæ incontinentiæ illas obtendant ; tum quod ita habetur [87] : *Et dixit Deus : Crescite et multiplicamini;* tum illud aliud [88] : *Propter hoc relinquet homo patrem et matrem.* Neque ipsos pudet Spiritum incursare adversumque ire; sed tanquam in hoc nati, qui adhuc foveantur ac insideant, concupiscentiæ fomitem flatu prope eventilant ac titillationibus reaccendunt. Quare satis acriter dolosa hæc et maligna ipsorum consilia quæsitosque prætextus excutiens, cum eo processisset ut præscriberet qua ratione viros uxoribus uti condeceat, ac

Ὁ γάρ τοι Παῦλος, εἰς ἁγιασμὸν ἐκκαλούμενος πάντας καὶ σωφροσύνην, ταύτῃ τὸ κατὰ τὸν πρωτόπλαστον καὶ τὴν Εὔαν, καὶ δευτέραν ἐπαπόρησιν, εἰς Χριστὸν ἀνηκόντισε καὶ τὴν Ἐκκλησίαν, πρὸς τὸ τοὺς ἀνεπιστήμονας κατασιγᾶσθαι, γυμνουμένους προφάσεων. Ἀκολασταίνοντες γὰρ διὰ τὰς ὑπερβαλλούσας ῥύσεις ἐν αὐτοῖς τῶν ἡδυπαθειῶν, παρὰ τὸν D ὀρθόδοξον βιάζεσθαι τολμῶσι λογισμὸν τὰς Γραφὰς, ὥσπερ ἔρυμα προανατείνοντες ἀκρασίας, τό τε· *Εἶπεν ὁ Θεός· Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε*· καὶ τὸ, *Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα*· οὐδὲ αἰσχύνονται κατατρέχοντες τοῦ Πνεύματος· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τούτῳ γεγονότες, ἐντυφόμενον ἔτι καὶ ἐνθωκεύοντα τὸν οἶστρον ἀναρριπίζουσιν, ἐξάπτοντες ἐρεθισμοῖς. Διὸ δὴ καὶ μάλα δριμέως τὰς ἐπικλόπους ταύτας αὐτῶν καταφροσύνας τε καὶ πεποιημένας προφάσεις ἐκκόπτων, ἐλθὼν εἰς τὸ διατάξασθαι, πῶς δέοι προσφέρεσθαι τοὺς ἄνδρας ταῖς γυναιξὶ, ἀποφηνάμενος, ὅτι οὕτως ὥσπερ καὶ ὁ Χριστὸς τῇ Ἐκκλησίᾳ, *ἑαυτὸν παραδιδοὺς ὑπὲρ*

[84] *Act.* IX, 7. [85] *Gal.* IV, 19. [86] *I Cor.* IV, 15. [87] *Gen.* II, 18. [88] *ibid.* 24.

αὐτῆς, *ἵνα αὐτὴν ἁγιάσῃ καθαρίσας τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι*· ἀνέδραμεν εἰς τὴν Γένεσιν, ἐπιμνησθεὶς τῶν περὶ τὸν πρωτόπλαστον ῥητῶν, ἐξομαλίζων εἰς τὸν προκείμενον αὐτῷ καὶ αὐτὰ νοῦν τῆς ὑποθέσεως· ὅπως μὴ παράσχῃ λαβὴν τοῖς κεφαλαίοις καταχρήσασθαι τούτοις τοὺς πρεσβεύοντας, προφάσει τεκνογονίας, σωμάτων παρατριβάς.

A pronuntiasset, sic nimirum ut et Christus ipse se gessit, qui *se ipsum* pro Ecclesia *tradidit, ut eam sanctificaret et mundaret lavacro aquæ in verbo* [59], recurrit ad Genesim, eorum quæ illic de primo homine dicuntur mentionem inducens, exque subjecti argumenti sententia hæc eadem exponens, ne quam sacris illis verbis abutendi occasionem iis præbeat qui, liberorum procreandorum prætextu, hisce venereis immorari docent.

Cap. XI. *De eodem argumento.*

Ἐπισκέψασθε γὰρ, ὅτι σωφρονεῖν, ὦ παρθένοι, κατὰ κράτος θέλων τοὺς πεπιστευκότας, διὰ πολλῶν αὐτοῖς τεκμηρίων ὑπεμφαίνειν πειρᾶται τὸ ἀξίωμα τῆς ἁγνείας, ὁτὲ μὲν, *Περὶ δὲ ὧν ἐγράψατέ μοι*, λέγων, *Καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι*· αὐτόθεν δεικνὺς ἤδη περιφανῶς, τὸ μὴ προσψαύειν γυναικὸς εἶναι καλὸν, προτάξας αὐτὸ καὶ προεκθέμενος ἀπολελυμένως· εἶτα τὴν ἀσθένειαν αὖθις συνιδὼν καὶ τὴν ὑπέκκαυσιν τῶν ἀκρατωτέρων τὴν εἰς συνουσίαν, συνεχώρησε τοῖς μὴ δυναμένοις ἄρχειν σαρκὸς χρῆσθαι ταῖς ἑαυτῶν ὁμεύνοις μᾶλλον, ἢ παραπίπτοντας ἀσχημόνως ἐκχεῖσθαι περὶ πορνείας. Ἀμέλει μετὰ τὸ ἐπιτρέψαι ταῦτα εὐθέως παρήγαγε τόδε· *Ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν*. Ὅπερ ἐστίν· Εἰ μὴ δύνασθε, ὦ οὗτοι, παντάπασι σωφρονεῖν διὰ τὴν ὑγρότητα τῶν σωμάτων, ἐπιτρέψω μᾶλλον ταῖς σφῶν αὐτῶν κοινωνεῖν γαμεταῖς· ἵνα μὴ, καὶ ἐγκράτειαν ἐπαγγέλλεσθαι νομιζόμενοι, πειράζησθε συνεχῶς ὑπὸ τοῦ πονηροῦ εἰς ἀλλοτρίας ἐκφλεγόμενοι.

Considerate enim, o virgines, ut omnino etiamque atque etiam fideles ad castitatem inducere satagens, per multa argumenta illis insinuare conetur ejus præstantiam; ut cum modo ait [60]: *De quibus* B *autem scripsistis mihi: Bonum esse homini mulierem non tangere;* inde jam clare ostendens, honestum esse non accedere ad uxorem, cum hoc absolute præstruxisset ac proposuisset. Deinde, infirmitatis humanæ conscius, æstumque vehementem reputans quo intemperatiores in coitum rapiuntur, non valentibus carnem ex imperio coercere, suis potius uti uxoribus permisit, quam ut indecore in fornicarios congressus effundantur. Denique sic facta illa indulgentia, mox istud adjecit [61]: *Ne tentet vos Satanas, propter incontinentiam vestram.* Quod est: Si non potestis, heus vos, omnino in castitate vivere, propter insolitam corporibus vim libidinis, suadeo ac hortor ut vestris potius uxoribus consuescatis, ne dum profiteri videmini continentiam, tentemini assidue a malo dæmone, ad alienarum mulierum cu- C piditatem inflammati.

Cap. XII. *Paulus viduis exemplum, et iis qui uxoribus non uterentur.*

Φέρε γὰρ αὐτὰ κείμενα διαθρήσωμεν ἐπιμελέστερον· ὅτι μὴ ἀπολελυμένως ὁ Ἀπόστολος ἐπένευσε ταῦτα τοῖς πολλοῖς, ἀλλὰ προσθεὶς τὴν αἰτίαν πρότερον, δι' ἣν εἰς τοῦτο παρήχθη. Ἀποφηνάμενος γοῦν, *Καλὸν εἶναι ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι*, εὐθέως παρήγαγε· *Διὰ δὲ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω.* Τουτέστι, διὰ τὴν ἀνάγκην τῆς πορνείας, εἰ μὴ φέρετε κολάζειν τὴν ἡδονήν. *Καὶ ἑκάστη γυνὴ τὸν ἴδιον ἄνδρα ἐχέτω. Τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλὴν ἀποδιδότω· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί. Ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ ἀνήρ· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ἡ γυνή. Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν, ἵνα σχολάζητε τῇ προσευχῇ· καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθε, ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν. Τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγήν.* Τεθεωρημένως δὲ σφόδρα καὶ τοῦτο. *Κατὰ συγγνώμην* γὰρ ἐπεσημήνατο συμβεβουλευκέναι νῦν, οὐ κατ' ἐπιταγήν· ἐπειδὴ τὴν μὲν ἐπιταγὴν ἐπὶ τῆς σωφροσύνης, καὶ τοῦ μὴ ἅπτεσθαι γυναικὸς λαμβάνει· τὴν δὲ συγγνώμην ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων, ὡς ἔφην, κολάζειν τὴν ἐπιθυμίαν. Περὶ

Age enim, contextum ipsum diligentius inspiciamus, ac observemus non sic absolute hæc passim omnibus Apostolum concessisse, sed adjecta prius causa ex qua ad id adactus est. Cum itaque in hæc verba sententiam dixisset [62]: *Bonum esse homini mulierem non tangere*, statim subjunxit [63]: *Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat.* Hoc est, propter fornicationis necessitatem, si voluptatem cohibere non sustinetis. *Et unaquæque mulier proprium virum habeat. Uxori vir debitum reddat, similiter et uxor viro. Mulier sui cor-* D *poris potestatem non habet, sed vir; similiter et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi: et iterum revertimini in id ipsum ne tentet vos Satanas propter incontinentiam. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium* [64]. Circumspecte admodum istud etiam appositum est. *Secundum indulgentiam* enim significavit se nunc consilium dedisse, non secundum imperium. Nam imperium quidem ibi potius usurpat, ubi castitatem suadet, et tangi mulierem vetat; indulgentiam vero, uti dicebam, illis adhibet qui concupiscentiam cohibere non possunt. Ac de

[59] *Ephes.* v, 26. [60] *I Cor.* vii, 1. [61] *ibid.* 5. [62] *ibid* 1 [63] *ibid.* 2. [64] *ibid.* 2-6.

iis quidem, tam viris quam feminis, qui singulari conjugio vel jam devincti sunt, vel deinde conjungentur, ista constituit. De iis vero viris qui jam uxores amiserunt, aut mulieribus quæ amiserunt viros, deinceps diligenter examinanda est Apostoli sententia, quid de illis insinuet.

Dico autem innuptis, inquit [68], *et viduis : Bonum est illis, si sic permanserint, sicut et ego. Quod si se non continent, nubant; melius est enim nubere quam uri.* Hic quoque constanter priores partes continentiæ assignat. Se ipsum enim exemplum maximum adhibens, ad ejus conatus æmulationem quantumvis arduam, auditores provocavit; præstare docens, eum qui unius uxoris conjux exstiterit, apud se deinceps manere, sicuti et ipse faciebat. Quod si id ipsum ob æstum vimque concupiscentiæ nonnulli difficilius fuerit, eum qui ita comparatus sit, ad secundas nuptias transire secundum indulgentiam consentit. Non quod secundas nuptias bonum quid esse ac honestum decernat, sed præstare id judicans quam ut quis libidinum æstu ardeat. Velut enim si quis in die Paschæ ac jejunii graviter

A μὲν οὖν μονογάμων τε καὶ μονογαμίδων, ὧν ἡ συζυγία ἕως ἔτι καὶ αὖθις, ταῦτα νομοθετεῖ· περὶ δὲ τῶν ἀποβαλομένων ἤδη γαμετὰς (52) ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν τοὺς συζύγους πάλιν αὐτὴν ἀκριβῶς ἐξιχνευτέον τοῦ Ἀποστόλου φωνὴν, ὅ τι ποτὲ χρησμῳδεῖ.

Λέγω δὲ τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις· Καλὸν αὐτοῖς, ἐὰν οὕτω μείνωσιν, ὡς καὶ ἐγώ. Εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν· κρεῖσσον γάρ γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι. Ἐπέμεινε καὶ ἐνθάδε προκρίνων τὴν ἐγκράτειαν. Ἑαυτὸν γὰρ παράδειγμα μέγιστον λαβὼν, εἰς τὸ ζηλῶσαι τοὺς ἀκροατὰς προεκαλέσατο ταύτην τὴν ἔνστασιν· κρεῖττον εἶναι διδάξας τὸν ἐπὶ μιᾷ γαμετῇ συνεζευγμένον ἐφ' ἑαυτῷ μένειν, ὥσπερ δὴ καὶ αὐτός. Εἰ δ' αὖ τοῦτο διὰ τὴν ἐκπύ-
B ρωσιν καὶ τὴν ἀκμὴν τοῦ σώματος δυσκατόρθωτον εἴη τινὶ, εἰς δεύτερον κατὰ συγγνώμην παρελθεῖν τὸν οὕτως ἔχοντα συγκατατίθεται γάμον· οὐκ αὐτὸ τοῦτο διγαμίαν ἀποφηνάμενος εἶναι καλὸν, ἀλλ' ἄμεινον κρίνας τῆς ἐκπυρώσεως. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐν ἡμέρᾳ τοῦ Πάσχα καὶ τῆς νηστείας ἐπισφαλῶς νοσηλευομένῳ προσέφερε τροφὴν, καὶ ἐκέλευε διὰ τὴν

[68] *I Cor.* VII, 8, 9.

(52) *Περὶ τῶν ἀποβαλομένων ἤδη γαμετάς.* Textum Pauli, quod ipse aperte petit, de viduis viris et mulieribus, Methodius accipit : in quibus se maximum exemplum proponere ad contentionem virtutis, et ut sic maneant solutique a matrimonio deinceps castitatem colant, Paulum dicit. Καλὸν αὐτοῖς, ἐὰν οὕτω μείνωσιν, ὡς κἀγώ. Sicque ex mente Methodii Paulus viduus fuit : aut nisi viduus
C erat, conjugem in sororem verterat, ejus deinceps abstinens consuetudine, ne cui illa impedimento foret evangelicæ functioni : quomodo majores saltem sacerdotes et episcopi, assumpto sacerdotio, nec invitis conjugibus cælibes deinceps in Ecclesia fuere. Quæstio hæc nihil pietatem tangit : perindeque est, sive Paulus ante vocationem uxorem habuerit, haud secus ac Petrus, sive illa caruerit : quod ante Evangelium virginitatis cultus nullus apud Hebræos erat, aut quam exiguus. Quin autem argumentum longe probabile ex hoc loco trahatur Methodio, ut et Chrysostomo lib. *De virgin.*, et aliis, ad superiores Pauli nuptias astruendas, vix potest negari : quod de virginibus disserens quæ maritos non attigerunt, nunquam illas suo exemplo provocat; secus vero semel et iterum cum de viduis, sive illis, qui semel conjugati, ab uxorum se amplexibus continerent. Libet hic recentioris auctoris non ineruditi expositionem Methodianæ affinem ascribere. *Hebræi*
D *dicunt* אלמן et אלמנה. *Græci mulierem amisso conjugio, χήραν vocant : ut vir amisso conjugio χῆρος dicatur,* ἀναλογία *permittit : usus popularis non recipit : quare aliam vocem quæsivit Paulus, et ἄγαμον dixit, generis nomen pro specie usurpans. Nam ἄγαμος, ex vi vocis est tam qui nunquam in conjugio fuit quam cui conjugium periit. Sed in posteriore sensu hic usurpat Paulus, ut viduarum addita mentio nos docet, et vox ἄγαμος repetita infra* 11. Sic quoque sensit Ignatius, si tamen Ignatius, non ejus interpolator epist. ad Philadelphenos, ubi, aliorum celebrata continentia, qui virgines persliterunt, non abhorrere se a nuptiis docet, sed optare ut vel inter sanctos conjugatos, et ad eorum vestigia in regno cœlorum inveniatur; ὡς Πέτρου καὶ Παύλου, καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων τῶν γάμοις προσομιλησάντων. *Sicut Petrus et Paulus, et reliqui apostoli, qui nuptiis fuerunt sociati.* Sed nihil horum veteres codices Anglicani, in quibus exstat versio antiqua epistolarum Ignatii, qualis fere Græcus textus nuper prodiit ex codice Florentino, qui ipse verus purusque Ignatianus haberi potest, ac qualem antiqui habuerunt Eusebius, Hieronymus, Theodoretus, etc., quibus mirum si præscribat post tot sæcula Calvini tinctus veneno, uniusque ejus discipulorum, calamus. Ex vero itaque Ignatio, de Pauli nuptiis nihil haberi potest : ipse Methodius potius insinuat, explicatione Paulini textus, quam aperte asserat. Unus ergo erit auctor ejus conjugii Clemens Alexandrinus, cujus verba recitat Euseb. lib. III *Histor.* c. 30, et Niceph l. II, c. 44, ex illo scilicet loco Phil. IV, 3, καὶ ἐρωτῶ καί σε, σύζυγε γνήσιε, συλλαμβάνου αὐταῖς· qui tamen locus minus favet. Nam primo genus dissidet : γνήσιε· *germane, vere.* Quanquam enim Attici quandoque masculina jungunt femininis, non tamen tanta videtur fuisse Paulo Græci sermonis peritia aut elegantia, ut ejusmodi Atticismum sectatus sit. Deinde quantæ ac cujus auctoritatis Philippis uxor quondam Pauli tumque soror, ut ei et mulieres et viros commendaret? Ponam verba Grotii : Σύζυγος, *qui Hebraice* בר צון, *non tantum dicitur* de junctis matrimonio, *verum etiam* de collegis. *Quem autem Philippis potius* collegam *vocaret Paulus, quam* τῶν πρεσβυτέρων προεστῶτα, *cujus summa erat etiam in pecuniis elargiendis auctoritas? Ad Epaphroditum ergo per* ἀποστροφὴν *vertit se oratio, tanquam præsentem futurum ubi Epistola hæc in Ecclesia Philippensium legeretur. Nec aliud hic* σύζυγος *quam supra* συνεργός, *adjutor.* Hæc mihi satis. Unum est, nullum veterum de Pauli uxore eum locum interpretatum; nec proinde nobis interpretandum, aut Clementi sic quasi obiter ex pervio vocis usu magisque trito colligenti, assentiendum; quod nempe Paulus τὴν αὐτοῦ οὐκ ὀκνεῖ προσαγορεῦσαι σύζυγον, *suam ipsius conjugem compellare non veretur.* Atqui magis attendenti τὸν αὐτοῦ occurrisset, *suum collegam, adjutorem*, vel episcopum, vel quemvis alium præcipuæ auctoritatis in Ecclesia quæ erat Philippis, virum, ac qui viduis senioribus aliisque indigentibus sufficere posset, quod in Pauli uxorem, in ea præsertim Ecclesia, non cadit. Quid enim tantæ auctoritatis mulieri Hebrææ extra patriam in urbe Græcorum? COMBEFIS.

ἀσθένειαν ἀπογεύεσθαι τούτων τῶν προσφερομένων, A λέγων· Ὡς ἄρα τὸ μὲν ἀληθῶς, ὦ οὗτος, καλὸν, ἐχρῆν, ὥσπερ δὴ καὶ ἡμᾶς, καί σε καρτερῶς διαμείναντα, τῶν αὐτῶν μεταλαβεῖν (53)· ἀπηγόρευται γὰρ σήμερον διαίτης ἐπιμνησθῆναι τὸ σύνολον. Ἀλλ' ἐπειδὴ νόσῳ προκατασχεθεὶς ἐξησθένησας, καὶ οὐ δύνῃ φέρειν· ταύτῃ δὴ συγγνώμην νέμοντες συμβουλευόμεθα σιτίων ἐπορέξασθαί σε, ἵνα μὴ, παντάπασι διὰ τὴν νόσον οὐ δυνηθεὶς ἀντισχεῖν πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν τῆς τροφῆς, διαφθαρῇς. Οὕτω καὶ ὁ Ἀπόστολος ἐνθάδε, πρότερον εἰπὼν, ὅτι βούλοιτο πάντας οὕτω διαμεῖναι σώφρονας, ὥσπερ δὴ καὶ αὐτός· τὸ μετὰ ταῦτα τοῖς βεβαρημένοις νόσῳ τῶν παθῶν, ἵνα μὴ πορνείαις μιανθῶσιν (54), οἰστρηλατούμενοι τῶν παιδογόνων μελῶν τοῖς γαργαλισμοῖς εἰς ἐπιμιξίας ὀθνείων σπερμάτων, ἐπέτρεψε τὴν διγαμίαν· μᾶλλον B κρεῖσσον αὐτὴν εἶναι κρίνας τοῦ πυροῦσθαι καὶ ἀσχημονεῖν.

ægrotanti cuipiam cibum offerat, jubeatque, qua laborat ægritudine, gustare quæ apponantur, dicens: Bonum quidem erat, o amice, ac vere decebat, te quoque, uti et nos, fortiter perseverantem, eadem percipere: interdictum enim hodie est, cibi ullius vel prorsus meminisse: quod tamen morbo correptus es ac infirmaris, nec ferre inediam potes; idcirco secundum indulgentiam consulimus ut cibis vescaris, ne forte non valens ob ægritudinem adversus cibi cupiditatem resistere, moriaris. Sic vero hic quoque Apostolus prius dixerat optare se omnes castos perseverare, uti et ipse erat; postea tamen libidinum morbo gravatis, ne se stupris contaminarent, genitalium membrorum titillationibus, velut œstro quodam, in incestos adulterinosque congressus acti præcipites, secundas potius nuptias permisit, præstare eas judicans, quam ut quis incendio illo ardeat ac se inhoneste impudicitiis gerat.

CAP. XIII. *Pauli de virginitate doctrina expenditur.*

Καὶ περὶ μὲν ἐγκρατείας καὶ γάμων, καὶ σωφροσύνης καὶ κοινωνίας ἀνδρῶν, καὶ ἐν τίνι τούτων τὸ ὠφέλιμόν ἐστιν εἰς δικαιοσύνης κατασκευὴν, σχεδὸν ἤδη μοι τέλος ἔχει· περὶ δὲ παρθενίας εἰρῆσθαι λείπεται λοιπὸν, εἴ τι καὶ περὶ ταύτης ἄρα διαθεσμοθετεῖται. Οὐκοῦν καὶ τούτων πέρι διαληπτέον. Ἔχει γὰρ ὧδε· *Περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω· γνώμην δὲ δίδωμι, ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστὸς εἶναι. Νομίζω οὖν τοῦτο καλὸν ὑπάρχειν διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην· ὅτι καλὸν* C *ἀνθρώπῳ οὕτως εἶναι. Δέδεσαι γυναικί; μὴ ζήτει λύσιν. Λέλυσαι ἀπὸ γυναικός; μὴ ζήτει γυναῖκα. Ἐὰν δὲ καὶ λάβῃς, οὐχ ἥμαρτες. Καὶ ἐὰν γήμῃ ἡ παρθένος, οὐχ ἥμαρτε· θλίψιν δὲ ἕξουσι τῇ σαρκὶ οἱ τοιοῦτοι. Ἐγὼ δὲ ὑμῶν φείδομαι.* Λίαν εὐλαβῶς τὸν περὶ παρθενίας εἰσηγησάμενος λόγον, καὶ μέλλων συμβουλεύειν γαμίζειν τὴν ἑαυτοῦ παρθένον, ὅτῳ φίλον, ὅπως μηδὲν τῶν εἰς ἁγιασμὸν φερομένων κατ' ἀνάγκην γένοιτο καὶ βίαν, ἀλλὰ κατὰ πρόθεσιν αὐτεξούσιον ψυχῆς· (τοῦτο γὰρ πρόσφορον Θεῷ·) οὐ βούλεται ἐξ αὐθεντίας αὐτῷ ταῦτα, καὶ γνώμης λελέχθαι τοῦ Κυρίου· τουτέστι τὸ γαμίζεσθαι τὴν παρθένον. Ἀμέλει φήσας· *Ἐὰν δὲ καὶ γήμῃ ἡ παρθένος, οὐχ ἥμαρτε*· σχεδὸν πάλιν ὑπευλαβηθεὶς ἀνετάραξε τὴν συγκατάθεσιν, κατὰ συγ- D γνώμην ἀνθρωπίνην ὑπεμφαίνων ταῦτα συμβεβουλευκέναι, ἀλλ' οὐ κατὰ θείαν.

De continentia et nuptiis, deque castitate et re maritali, hactenus a me dictum sit, ac in utris horum inveniatur utilitas ad justitiæ profectum; jam superest ut de virginitate loquamur, num et de illa aliquid sancitum sit. Quare de his quoque nobis est disserendum. Ait itaque Paulus [66]: *De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a Domino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori? Noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore? Noli quærere uxorem. Si autem acceperis uxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccavit: tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi. Ego autem vobis parco.* Valde caute introducto de virginitate sermone, daturusque consilium, ut cui quisque maluerit virginem suam nuptui tradat; quo scilicet, eorum quæ ad sanctimoniam ducunt, nihil per necessitatem vimque fiat, sed liberæ voluntatis animique proposito (hoc enim Deo acceptum) non vult hæc jubentis auctoritate abs se dicta, exque Domini sententia (ut nimirum virgo nuptui tradatur). Nimirum cum dixisset [67]: *Et si nupserit virgo, non peccavit*, propemodum rursus quod dixerat veritus, assensum pene dubio turbavit, datum a se consilium indicans, secundum humanam indulgentiam, non secundum divinam.

[66] *I Cor.* VII, 25, 28. [67] *ibid.* 8.

(53) *Τῶν αὐτῶν μεταλαβεῖν. Eadem mysteria sumere*, quod præcipue in Paschate fiebat et die Resurrectionis, expleta jejuniorum observantia, de qua hic Methodius, et quam ipsam Pascha vocat, quod dies isti Paschæ proximi, ipsi quoque ita dicerentur, arctiorique jejunio et inedia peragerentur: Magno præsertim Sabbato, quando ad diei Dominicæ auroram vel gallicinium fideles jejunium tenebant, tuncque celebratis divinis mysteriis illis impertiebantur. Quem ritum hic omnis locus indicat, sonatque postcommunio (ut vocant) missæ Sabbati sancti, quam sic occupato die illa celebrant, cum pertineat ad noctem ipsam resurrectionis. Illa ergo die vel cibi meminisse piaculum erat, a quo tamen per indulgentiam infirmus immunis erat. Cespitarunt graviter interpretes, cum alter reddidit, *de oblatis abstinere*; alter, *facere quod omnes hodie faciunt*, id est in inedia perseverare, nihil attendentes scopum illius omnis inediæ, sic Methodio insinuatum; nempe τὴν μετάληψιν, *mysteriorum perceptionem*, ea die sanctis omnibus ac fidelibus communem. COMBEFIS.

(54) *Μιανθῶσιν*. Sic Allatius. Sed codex Vat., quem sequitur Possinius, λυμανθῶσιν. ID.

Ideo statim postquam dixerat, *Si nupserit virgo, non peccavit*, [68] addidit: *Tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi. Ego autem vobis parco.* Quasi dicat, Ego vobis parcens, o amici, in his assensum dedi, quod sic sentire in animum ipsi induxeritis, ne per vim ad hoc impellere videar, ac vestrum nonnullis necessitatem imponere. Sin tamen ita placet ut ad nuptias potius animum vertatis, qui castimoniæ leges ægre feratis; vel hoc modo e re vestra judico, ut carnis libidines moderemini, non abutentes nuptialis licentiæ prætextu in immunditiam, vestris ipsorum vasis. Subinfert ergo [69] : *Hoc itaque dico, fratres : Tempus breve est : reliquum est, ut et qui habent uxores, tanquam non habentes sint.* Deinde rursus insistens, et ad eadem incitans, sermonem expediit, quod sic ad virginitatem urgebat, fortius confirmans. Ubi itaque ipsissima hæc quæ sequuntur verba superioribus adjunxerat, quasi concludendo exclamat [70] : *Volo vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ sunt Domini, quomodo placeat Domino. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt uxoris, quomodo placeat uxori. Et divisa sunt et uxor et virgo. Quæ innupta est, cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore et spiritu : quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro.* Omnibus autem sine ulla dubitatione manifestum est, sollicitum esse quæ Domini sunt et placere Deo, multo melius esse quam sollicitum esse quæ sunt mundi, et placere uxori. Quis enim sic fatuus ac mente cæcus, ut statim non sentiat, Pauli adhortationem vehementer ad castimoniæ suasionem incumbere? *Porro hoc*, inquit [71], *ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis injiciam, sed ad id quod honestum est.*

A Εὐθέως γοῦν μετὰ τὸ εἰπεῖν, *Καὶ ἐὰν γήμῃ ἡ παρθένος, οὐχ ἥμαρτε*· ἐπήγαγε τὸ, *Θλίψιν δὲ ἕξουσι τῇ σαρκὶ οἱ τοιοῦτοι. Ἐγὼ δὲ ὑμῶν φείδομαι*· ὃ δή ἐστιν· Ἐγὼ φειδόμενος ὑμῶν, ὦ οὗτοι, ταῦτα συνεθέμην, ἐπειδήπερ ταῦτα οὕτω φρονεῖν εἵλεσθε, ὅπως μὴ δόξω (55) κατὰ βίαν ἐπισπέρχειν ὑμῶν εἰς τοῦτο, καὶ ἀναγκάζειν τινάς. Ὅμως δὲ, εἰ καὶ ταύτην φίλον ὑμῖν μᾶλλον τρέπεσθαι, ἀποδυσπετήσαντας ἁγνείαν βαστάζειν· καὶ οὕτω λυσιτελεῖν ἡγοῦμαι κρατεῖν ὑμᾶς τῶν τῆς σαρκὸς ἐρεθισμῶν, μὴ παραχρωμένους, διὰ τὸ γεγαμηκέναι, τοῖς ἑαυτῶν σκεύεσιν εἰς ἀκαθαρσίαν. Ἐπιφέρει γοῦν· *Τοῦτο δέ φημι, ἀδελφοί· Ὁ καιρὸς συνεσταλμένος· λοιπόν ἐστιν, ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας ὡς μὴ ἔχοντες ὦσιν.* Εἶτα αὖθις ἐπιμένων καὶ προκαλούμενος **B** ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς, ἐπεξειργάσατο τὸν λόγον, ἰσχυρῶς κρατύνων τὴν ἔνστασιν τῆς παρθενίας. Ῥητῶς γοῦν τὰ ἑξῆς ἐπισυνάψας τοῖς προειρημένοις, ἐπεφώνησε· *Θέλω ὑμᾶς ἀμερίμνους εἶναι. Ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου· ὁ δὲ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί. Καὶ μεμέρισται* (56) *καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. Ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι· ἡ δὲ γαμήσασα μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρί.* Πᾶσι γὰρ ἀναμφισβητήτως ἐστὶ καταφανὲς, ὡς ἄρα μεριμνᾷν τὰ τοῦ Κυρίου καὶ ἀρέσκειν τῷ Θεῷ πολλῷ ἄμεινον τοῦ μεριμνᾷν τὰ τοῦ κόσμου καὶ ἀρέσκειν τῇ γυναικί. Τίς γὰρ οὕτως ἠλίθιος καὶ πηρὸς τὰς ὄψεις, ὃς οὐκ **C** αὐτόθεν αἴσθεται τὴν παραίνεσιν τοῦ Παύλου τὸ πλέον ῥέπουσαν εἰς ἁγνείαν; *Τοῦτο γὰρ*, φησὶ, *πρὸς τὸ ὑμῶν συμφέρον λέγω, οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον.*

CAP. XIV. *Virginitas Dei donum, nec cuivis temere arripiendum ejus propositum.*

Adverte autem præter ea quæ dicta sunt, ut et Dei donum virginitatis institutum Paulus statuat ac admoneat. Idcirco qui, instigante inani gloria, cum libidinibus deditiores sint, illud arripiunt, rejicit, nuptias consulens, ne vigente ætate, rebelliones membrorum et æstus carnis patientes, œstro

Ἐπίστησον δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις, ὅπως καὶ θεοδώρητον εἶναι τὸ τῆς παρθενίας ἐπιτήδευμα παρεγγυᾷ· ὅθεν τοὺς κατὰ πρόφασιν κενοδοξίας τῶν ἀκρατεστέρων ἐπὶ τοῦτο παρεληλυθότας ἀποβάλλεται, συμβουλεύων γαμεῖν, ἵνα μὴ καιρῷ τῆς ἀκμῆς, σφυγμοὺς καὶ φλεγμονὰς παρεχούσης αὐτοῖς τῆς σαρ-

[68] *I Cor.* VII, 28. [69] *ibid.* 29. [70] *ibid.* 32, 34. [71] *I Cor.* VII, 35.

(55) *Ὅπως μὴ δόξω.* Adversativa sensum incommodans, mihi mota, quæ et in Lupar. clausa edita erat, ut superflua. Sequentia ut exstant in Allatii codice, glossema videntur, et explicatio vocis ἐπισπέρχειν, quod ita habet, μάχεσθαι καὶ κατατρέχειν ὑμῶν. Alia item, quæ non est necesse exscribere. Satis enim est, quod ex Vat. lucida nobis Methodii mens, ut reddidimus, nulla vi textus, constet. COMBEFIS.

(56) *Καὶ μεμέρισται.* Clara Pauli sententia, sic ut Græcis expressa est, nempe diversa instituta esse, γυναῖκα καὶ παρθένον, *uxorem et virginem* : ita ut virginis nomine intelligat quovis modo cælibem; unde statim easdem exponit voces in ἄγαμος et γαμήσασα, *in muliere innupta*, et *quæ viro collocata sit*; quarum studia sint, placere Deo et viro. Vulg. interpres aliter legit, qui τὸ καὶ μεμέρισται ad superiora referat; ad virum cogitantem quæ sunt uxoris, ut illi placeat, qua cura divisus est. D Tum sequitur, Καὶ ἡ γυνὴ ἡ ἄγαμος καὶ ἡ παρθένος. *Et mulier innupta et virgo*, etc., quæ sic diversa, Possinius non satis ex fide interpretis repræsentat ut Methodiana; cum is a communibus Græcis non dissentiat; quidquid olim vel fallente memoria, vel aliis exemplaribus, Hieronymus quæ sunt Græci textus Latina tradiderit, et contra : eadem tamen esse, nec ipse, nec quisquam doctus existimare potuit. Sic sane Vulgata editione proclive utendum sit, reddendis Patrum monumentis, cum eorum voces ab ea minime diversæ sunt aut sententiæ; qui secus faxit, is, religioso prætextu, lumina antiquitatis exstinguit, invitosque Patres cogit et ridendos exponit, nec inde Vulgatæ fidei aut majestati consulit : quam etsi maximam voluit sancta synodus Tridentina, intra limites tamen seduli interpretis, non textus ipsius originalis, et ut ex illo vel non licuerit Patribus, aut etiam nobis non liceat, alia commentari. ID.

κῶς, ἀσχημονῶσιν οἰστρηλατούμενοι τὴν ψυχήν. Τί A γὰρ παραδίδωσιν, ἐπισκεπτέον. *Εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τῆς παρθένου αὐτοῦ νομίζει*, φησὶν, *ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος, καὶ οὕτως ὀφείλει γενέσθαι· ὃ θέλει ποιείτω· οὐχ ἁμαρτάνει· γαμείτωσαν*. Οἰκείως ἐνταῦθα προκρίνων τὸν γάμον τῆς ἀσχημοσύνης ἐπὶ τῶν ἑλομένων μὲν παρθενεύειν, δυσανασχετούντων δὲ τὸ μετὰ ταῦτα καὶ ἀποκαμόντων· καὶ λόγῳ μὲν, δι' αἰδῶ τὴν πρὸς ἀνθρώπους, αὐχούντων ἐπιμένειν· ἔργῳ δὲ, οὐδὲ μακρότερον ἐνδιατρίψαι δυναμένων τῷ εὐνουχισμῷ. Τὸν μέντοι (57) αὐτοκρατορικῷ καὶ αὐθαιρέτῳ κρίνοντα προθέσει τηρεῖν τὴν ἑαυτοῦ σάρκα παρθένον, *καὶ μὴ ἔχοντα ἀνάγκην*, (ὅπερ ἐστὶ πάθος ἐκκαλούμενον τὴν ὀσφὺν εἰς συνουσίαν· εἶναι γὰρ καὶ διαφορὰς, ὡς εἰκὸς, σωμάτων·) τούτῳ διαμιλλωμένῳ καὶ διαθλοῦντι καὶ σπουδαίως ἐπιμένοντι τῇ B ἐπαγγελίᾳ, καὶ ταύτην ἄριστα διαπεραινομένῳ, παρακελεύεται μένειν καὶ τηρεῖν, τῇ παρθενίᾳ τὰ πρωτεῖα νέμων. Ὁ γὰρ δυνάμενος, φησὶ, καὶ φιλοτιμούμενος τηρεῖν τὴν ἑαυτοῦ σάρκα παρθένον, κρεῖττον ποιεῖ· ὁ δὲ μὴ δυνάμενος, γαμίζων δὲ νομίμως, καὶ μὴ λαθροφθορῶν, καλῶς. Καὶ περὶ μὲν τούτων αὐτάρκως.

Λαβέτω δὲ μετὰ χεῖρας ὁ βουλόμενος τὴν πρὸς Κορινθίους Ἐπιστολὴν, καὶ καθ' ἕκαστον ὁμιλήσας τοῖς ἐγγεγραμμένοις, τότε καὶ τὰ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενα σκεψάσθω, ἀντιπαραβάλλων, εἰ μὴ συμφωνίας πάσης ἔχονται καὶ ὁμοφροσύνης τῆς πρὸς αὐτά. Ταῦτά σοι κατὰ δύναμιν ὑπὲρ ἁγνείας, ὦ Ἀρετὴ, κἀγὼ συνεισφέρω. C

ΕΥΒΟΥΛ. Σφόδρα διὰ πολλῶν, ὦ Γρηγόριον, μόλις εἰς τὸ προκείμενον ἀφίκετο, μακρότατον ἀναμετρησαμένη, καὶ περαιωθεῖσα πέλαγος λόγων.

ΓΡΗΓ. Ἔοικεν οὕτως ἔχειν· ἀλλ' ἴθι, καὶ τὰ λοιπὰ ἐφεξῆς μνημονεύσαντες, μιμητικώτατα διέλθωμεν, ὧν ἔτι ἔναυλον ἀκρόασιν ἔχειν μοι δοκῶ, πρὶν ἀποπτῆναι καὶ διαφυγεῖν· εὐεξάλειπτοι γὰρ νέων ἀκουσμάτων μνῆμαι γερόντων.

ΕΥΒΟΥΛ. Ἀλλὰ λέγε· τούτων γὰρ καὶ ἐληλύθαμεν ἀσμένως ἀκουσόμενοι τῶν λόγων.

ΓΡΗΓ. Ναὶ μὲν δὴ, καθάπερ εἶπας, μετὰ τὸ κατασχεθῆναι τὴν Θάλειαν δρόμοις ἀκυμάντοις εἰς τὴν γῆν, ἡ Θεοπάτρα ἐφεξῆς ἀπολαβοῦσα, ἑαυτὴν ἔφη εἰπεῖν τάδε. D

A perciti, turpitudinis aliquid admittant. Quid vero tradat, examinandum. *Quod si quis turpe sibi ducit in virgine sua, si prætereat nubendi tempus, et sic oportet fieri; quod vult faciat; non peccat: jungantur matrimonio* [71]. Apposite hic nuptias præferens turpitudini, in illis qui arrepto virginitatis proposito, ægre deinde ferunt animisque fatiscunt; et sermone quidem, præ humano pudore propositum se tenere gloriantur, re autem ipsa, nec longissime salutare eunuchismum possunt. Qui tamen libero suique juris proposito eam sibi legem indixerit, ut carnem suam servet virginem; *quique non habet necessitatem* [72], (libidinem scilicet in copulam lumbos incitantem; esse enim par est varias corporum indoles), huic Paulus certanti atque pu- B gnanti, inque professione strenue perseveranti, ac stadium hoc præclare decurrenti, primas tribuit, dum cœptis manere ac servare hortatur quod generosæ indolis proposito illi constitutum sit. Qui enim potest, inquit, ambitque carnem suam servare virginem, melius facit; qui autem non potest, legitime autem nuptias init, nec se furtivis cubilibus inquinat, bene et ipse facit. Verum de his hactenus satis.

Sumat qui volet hanc ad Corinthios Pauli Epistolam, et singulis ejus loci partibus accurate inspectis, hæc quæ diximus etiam consideret, aliaque aliis componat, num per omnia consentiant atque congruant. Hæc tibi pro viribus de castimonia, o Arete, ex meis et ipsa rationibus confero.

C EUBUL. Quam multis, Gregorium, vix tandem attigit propositum, longissimum emensa atque transgressa pelagus sermonum!

GREG. Ita videtur, ut dicis: sed age, reliqua etiam servato ordine, et ut acciderunt, vestigiis perorantium insistentes percurramus, donec mihi auditio illa in auribus perstrepit, antequam fugiat avoletque: facile enim recordatio rerum auditarum ex memoria deletur senum.

EUBUL. Dic sane: talium enim sermonum auditores cupidi convenimus.

GREG. Ubi ergo, ut recte dicebas, excurso tranquillo quodam prolixi sermonis æquore, terram aliquando Thalia tenuit: eam Theopatra exci- D piens, se in hunc modum locutam ipsa referebat.

[71] *I Cor.* VII, 36. [72] *ibid.* 37.

(57) *Τὸν μέντοι*. Allatii codex, ipse istis diminutus, alia ponit quibus innuat eam indulgentiam Pauli, ut qui habet necessitatem et patitur stimulos ac ægre continet, conjugium ineat, nec illo peccet, illis duntaxat prodesse qui se voto non obstrinxerunt: aliis, nec ipsam necessitatem excusationi fore, ne suo ipsi judicio condemnati sint. Αὐτοκατάκριτοι, Tit. III, 11, ipsi sibi reatus auctores; qui non consulta sua indole et mentis ipsa firmitate, levius votum emisere. Καὶ μὴν αὐθαιρέτως κρίνονται οἱ τοιοῦτοι παρὰ τὴν ἐπαγγελίαν αὐτῶν. *Atqui sua ipsi voluntate hi tales condemnantur, propter suum votum.* Velit igitur Methodius (sive quisquis auctor est hujus quasi scholii) Pauli dispensationem non tollere; quin sacrilega conjugia sint eorum, qui voti castitatis rei, prætexta libidinis necessitate, illis inhiant: ut nec modo facile præsumenda aut credenda juvare ea indulgentia sit, ac nisi gravi admodum causa; cumque in litteris apostolicis una hæc fere exprimatur, periculum salutis animæ ob graves stimulos carnis, nescio, qui illos sic graves non patitur, et ut necessitatem habere, Paulina phrasi, intelligatur, sed alias ob causas, puta commodi temporalis, aut etiam tædii mollescentis animi, secum dispensari petit, etiam expressa veritate, per eum stylum curiæ, a periculo animæ tutus haberi possit. COMBEFIS.

ORATIO IV.
THEOPATRA.

Cap. I. *Laudandæ virtutis necessitas, cui suppetit facultas.*

Si semper iisdem, o virgines, vestigiis artis dicendi sapientia insistere deberet, et una eademque perpetuo graderetur via, fieri non posset quin molesta esset oratio mea, dum illis de rebus sermonem aggredior quas aliæ jam dicendo melioribus occupaverunt. Quoniam vero numero superiores sunt orationum viæ fluxusque, multifariam multisque modis Deo nos afflante [74], quæ mihi sors atque ratio, ut occultari ac degeneri metu deceat mussitare? Non enim extra culpam est quisquis tandem gratia præditus, ea quæ præclara sunt eucharisticis sermonibus non exornaverit, et quæ mala vitioque hærentia non difflaverit. Quare nos quoque pro modulo facultatis, purissime lucentem ac nobilissimam Christi stellam, castimoniam laudemus. Latissima enim hæc est ac liberaliter fusa Spiritus via. Unde igitur ducto initio, apta possimus et consentanea dictis jam intexere, hinc providendum.

Cap. II. *Castimoniæ virginitatisque præsidium divinitus datum hominibus, ut e vitiorum cœno emergant.*

Ego sane plane comperisse mihi videor nihil ita efficax exstitisse restituendis in paradisum hominibus, et mortalitati in incorruptionem reparandæ, reconciliandisque cum Deo mortalibus atque iis salutare (ad vitam scilicet viam instruens communiensque) ac castitatem. Cur ita sentiam, in præsentiarum exponere conabor: ut nimirum vi doni de quo agimus clare audita, omnium nobis bonorum causam exstitisse illud intelligatis. Pridem itaque postquam e paradiso ejectus transgressionis suæ reatu homo, terræ incolatu damnatus est, corruptionis late fluxus effusus est, vehementique impetu immensis vorticibus irruens ac præcipitans, non solum foris quidquid incideret transversum agebat, sed et jam intus irrumpens, animas obruebat. Hæ vero quibus continue istud obtunderet, surdæ ac mutæ peneque attonitæ ac nullo sensu ferebantur, neglecta suarum navium regendarum cura; quod nihil firmum fixumque occurreret, cui adhærerent ac applicarentur. Sensus enim animæ, ut talium rerum peritorum sententia est, postquam irruentibus foris libidinibus victi, inundantis intus dementiæ fluctus impetum vimque exceperint, statim a recto deflectunt cursu,

ΛΟΓΟΣ Δʹ.
ΘΕΟΠΑΤΡΑ.

Εἰ μὲν ἐπὶ τῶν αὐτῶν, ὦ παρθένοι, διεξιόδων ἡ σοφία τῆς λογικῆς ἵστατο τέχνης, καὶ τὴν αὐτὴν ἀεὶ διεπορεύετο τρίβον, οὐδεμία ἂν ὑπῆρχε μηχανὴ τοῦ οὐκ ἀποκναίειν, ἐπιχειροῦσαν τοῖς ἤδη προηγωνισμένοις· εἰ δὲ μυρίαι μὲν λόγων ὁρμαὶ (58) καὶ διέξοδοι, πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως ἐπεισπνέοντος ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ· τίς ἡ ἀποκλήρωσις ἐγκαλύπτεσθαι καὶ δειλιᾷν; Οὐκ ἀνυπαίτιος γὰρ ὅτῳ μέτεστι χάριτος, ἐὰν τὰ καλὰ μὴ κοσμοίη λόγοις εὐχαριστηρίοις, καὶ τὰ φαῦλα μὴ διασκεδάσοι. Διὸ φέρε καὶ ἡμεῖς ὑμνήσωμεν τῶν χαρισμάτων τὸ καλλιφεγγὲς ἄστρον καὶ τιμαλφέστατον τοῦ Χριστοῦ, τὴν ἁγνείαν. Εὐρυτάτη γὰρ ἡ τοῦ πνεύματος αὕτη καὶ ἄφθονος ὁδός. Πόθεν οὖν ἀπαρξάμεναι δὴ, πρέποντα δόξομεν καὶ εἰκότα λέγειν τοῖς προκειμένοις, ἐντεῦθεν ἐπισκεπτέον.

Ἐγὼ γὰρ ἀκριβῶς αἰσθέσθαι μοι δοκῶ, ὅτι τῆς εἰς τὸν παράδεισον ἀποκαταστάσεως, καὶ τῆς εἰς τὴν ἀφθαρσίαν μεταβολῆς, καὶ τῆς πρὸς Θεὸν καταλλαγῆς οὐδὲν οὕτως αἴτιον ἄλλο γέγονε καὶ σωτήριον ἀνθρώποις, τὸ στρατηγῆσαν ἡμᾶς εἰς ζωὴν, ὡς ἁγνεία. Πειράσομαι γὰρ, ᾗ διανοοῦμαι, περὶ τούτων ἐνδείξασθαι νῦν· ἵνα σαφῶς τὴν δύναμιν τοῦ προειρημένου χαρίσματος ἀκούσασαι, πόσων ἡμῖν παρεκτικὸν ἀγαθῶν ἐγενήθη, γνῶτε. Τὸ γοῦν ἀρχαῖον, μετὰ τὸ μετοικισθῆναι τὸν ἄνθρωπον ἐκβληθέντα διὰ τὴν παράβασιν, τὸ ῥεῦμα τῆς φθορᾶς ἐπὶ πολὺ προσεχύθη, καὶ φερόμενον σφοδρῶς συρμοῖς ἐξαισίοις, οὐ μόνον ἔξωθεν ἀτάκτως παρέφερε τὸ προστυγχάνον, ἀλλ' ἤδη καὶ ἐπιχεόμενον εἴσω κατέκλυζε τὰς ψυχάς. Καὶ αἱ δὲ, συνεχῶς τοῦτο πάσχουσαι, κωφαὶ καὶ δυσπαθεῖς (59) ἐφέροντο, κυβερνᾷν ἀπαλλαγεῖσαι τὰ σφέτερα σκάφη, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν ἐφάψασθαι βεβαίου τινός. Αἱ γὰρ αἰσθήσεις τῆς ψυχῆς, ὡς οἱ τούτων ἔφασαν ἐπιστήμονες, ἐπειδὰν, τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων παθῶν ἡττηθεῖσαι, προσδέξωνται τὰς ἐπιφορὰς τοῦ τῆς ἀνοίας ἐπικλύσαντος εἴσω κύματος, εὐθέως τῆς εὐθείας ὁρμῆς ἐμποδίζουσι, σκοτωθεῖσαι τὸ πᾶν αὐτῆς εὔδιον πορεύεσθαι (60) κατὰ φύσιν κύτος. Ὅθεν ὁ Θεὸς, οἰκτειρή-

[74] *Heb.* I, 1.

(58) *Λόγων ὁρμαί.* All., τρίβοι, aliaque diversæ lectionis, ut ἐπιπνέοντος Πνεύματος, loco Θεοῦ. Illud loco τοῦ οὐκ ἀνυπαίτιος· οὐκ ἂν ὑπ' ἀγνοίας ὀκνήσαιμεν τῆς χάριτος, mihi durius; etsi inde mutuatus sum, καὶ τὰ φαῦλα μὴ διασκεδάσοι, quod ipsum deesse poterat. Virtutis enim laus, vitii vituperium a se comes est. Combefis.

(59) *Δυσπαθεῖς.* Max. et All., δυσμαθεῖς. Illud primum videtur aptius, ut stuporem quemdam mentis attonitæ sonet, et quæ omni quasi sensu destituatur, per αὔξησιν vocis κωφαί, *surdæ et mutæ*. Possinius, *a vitiis abreptæ*, quod cum superiori voce sensu non cohæret. Id.

(60) *Εὔδιον πορεύεσθαι.* Vat., εὐήνιον, sicque reddit Possinius: at non quadrat metaphora cum voce κύτος, quæ est *sinus, capacitas, amplitudo*; qua tranquilla ac luce suffusa, sit incessus et iter ex natura: suffusis vero tenebris, atraque in ea procella, impediatur quidquid ejusmodi est. Id.

σας ἡμᾶς ἔχοντας οὕτως, καὶ οὔτε ἀνασχεῖν οὔτε ἀνασφῆλαι δυναμένοις, κατέπεμψεν ἐξ οὐρανῶν τὸ ἄριστον καὶ εὐκλεέστατον βοήθημα, τὴν ἁγνείαν· ὅπως, ἐξ αὐτῆς ἀποδήσαντες ἡμῶν τὰ σώματα, πλοίων δίκην γαλήνην ἔχωμεν, ὁρμισθέντες ἄνευ φθορᾶς, καθὼς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον μαρτυρεῖ. Τοῦτο γὰρ ἐν ἑκατοστῷ τριακοστῷ ἕκτῳ φέρεται ψαλμῷ, ἔνθα ὕμνον εὐχαριστήριον ἀναπέμπουσιν ἱλαρῶς αἱ ψυχαὶ τῷ Θεῷ, ὁπόσαι δὴ παραληφθεῖσαι καὶ κρατηθεῖσαι περιπολοῦσιν ἤδη μετὰ Χριστοῦ τὸν οὐρανὸν, ὅτι μὴ κατεσπάσθησαν ὑπὸ τῶν ὑλικῶν καὶ σωματικῶν ῥευμάτων. Ἐντεῦθεν γὰρ καὶ τὸν Φαραὼ φασι τύπον ἀπενέγκασθαι κατὰ τὴν Αἴγυπτον διαβόλου· ἐπειδὰν τὰ μὲν ἄῤῥενα ἀφειδῶς εἰς τὸν ποταμὸν ἐκέλευε ῥίπτεσθαι· τὰ δὲ θήλεα ζωογονεῖσθαι. Καὶ γὰρ καὶ ὁ διάβολος, βασιλεύων ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως τῆς μεγάλης Αἰγύπτου, τοῦ κόσμου, τὰ μὲν ἄῤῥενα καὶ νοητὰ τῆς ψυχῆς ἔκγονα, ὑπὸ τῶν ῥευστῶν παραφέρεσθαι καὶ ἀναιρεῖσθαι παθῶν σπουδὴν ἔσχε· τὰ δὲ σαρκικὰ καὶ ἀναίσθητα αὐξάνεσθαί τε καὶ πληθύνεσθαι γλίχεται.

A tenebrisque obsiti, omnem ejus tranquillum ex naturæ rationibus, incessus obturbant ac impediunt sinum. Quare Deus, nostri misertus quod sic male haberemus, optimum e cœlis eximieque clarum demisit, castitatem, auxilium, ut ex illa religatis instar navium nostris corporibus, tranquillo frueremur, a corruptione immunes in portum subducti, uti etiam Spiritus sanctus testatur. Hoc enim habetur in psalmo centesimo tricesimo sexto, ubi animæ lætantes gratulatorium hymnum concinunt, quæcunque hinc assumptæ ac apprehensæ, cum Christo jam in cœlo deambulant, quod a terrenis corporeisque vorticibus minime abreptæ sunt. Hinc enim etiam Pharaonem Ægypti tyrannum, figuram diaboli fuisse aiunt, quando mares quidem immiti B sævitia jubebat in profluentem abjici, feminas vero servari [75]. Sic enim diabolus, ab Adamo ad Moysen usque [76], magnæ hujus Ægypti (mundi scilicet) imperium regens, mares quidem ac spiritales animæ fetus, a fluxis affectibus abripi atque necari serio procurabat; carnalia vero sensusque expertia germina, hæc vero augeri ac multiplicari gliscit.

Cap. III. *Expenditur Davidicum illud « Super flumina Babylonis, » etc. Organa e salicibus suspensa, quid innuant. Salix, symbolum castitatis. Salices aquis irriguæ.*

Ἀλλὰ γὰρ ἵνα μὴ παρεκβαίνωμεν τοῦ προκειμένου, φέρε δὴ τὸν ψαλμὸν ἐξηγησώμεθα ἐν χερσὶ λαβοῦσαι τοῦτον, ὃν αἱ καθαραὶ καὶ ἀλώβητοι ψυχαὶ προσᾴδουσι τῷ Θεῷ· *Ἐπὶ τῶν ποταμῶν*, λέγουσαι, *Βαβυλῶνος, ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν καὶ ἐκλαύσαμεν, ἐν τῷ μνησθῆναι ἡμᾶς Σιών. Ἐπὶ ταῖς ἰτέαις ἐν μέσῳ αὐτῆς ἐκρεμάσαμεν τὰ ὄργανα ἡμῶν*· ὄργανα καλοῦσαι σαφῶς τὰ σκηνώματα ἑαυτῶν, ἃ ἀνεκρέμασαν ἀπὸ τῶν πεισμάτων τῆς ἁγνείας, ἐξάψαντες τοῦ ξύλου, ἵνα μὴ δυνηθῶσιν ἐξαρπασθεῖσαι πάλιν παρασυρῆναι τῷ ῥεύματι τῆς ἀκρασίας. Βαβυλὼν γὰρ, *τάραχος* ἢ *σύγχυσις* ἑρμηνευομένη, τὸν περίῤῥυτον βίον δείκνυσι τοῦτον, οὗ ἐν μέσῳ καθεσθέντες περικλυζόμεθα, καθ' ὃν ἐσμεν ἐν τῷ κόσμῳ χρόνον, τῶν ποταμῶν τῆς κακίας ἐφορμώντων ἀεί. Διὸ καὶ περιδεεῖς ἐσμεν καὶ κατολοφυρόμεθα, καὶ βοῶμεν μετὰ κλαυθμοῦ πρὸς τὸν Θεὸν, ἵνα μὴ κατολισθήσωσιν ἡμῶν ἀποῤῥηχθέντα τοῖς κύμασι τῆς ἡδονῆς ἀπὸ τοῦ φυτοῦ τῆς ἁγνείας τὰ ὄργανα (61). Ἐν τύπῳ γὰρ τῆς παρθενίας πανταχοῦ παραλαμβάνουσι τὴν ἰτέαν αἱ θεῖαι Γραφαί· ἐπειδήπερ τὸ ἄνθος αὐτῆς εἰς ὕδωρ ἀποτριβὲν, ἐὰν ποθῇ, πᾶν ὅσον εἰς ὀχείας ἀναζῇ καὶ ἐρεθισμοὺς, κατασβέννυσιν, ἔστ' ἂν εἰς ἄρδην ἀποστειρώσῃ καὶ ἄγονον ἀπεργάσηται πᾶσαν τὴν ἐπὶ παιδοποιίαν φορὰν· ὥσπερ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐμήνυσε (62), διὰ τοῦτο καλέσας *ὠλεσικάρπους* τὰς ἰτέας. Καὶ ἐν Ἠσαΐᾳ δὲ *οἱ δίκαιοι ὡς ἰτέα* λέγονται *φύειν ἐπὶ παραῤῥέον ὕδωρ*. Εἰς ὕψος γὰρ τότε τὸ τῆς παρθενίας ἔρνος μεγεθύνεται σφοδρῶς τε καὶ λαμπρῶς, ὅταν ὁ δίκαιος καὶ ἐγκεχειρισμένος τηρεῖν αὐτὴν καὶ ἐργάζεσθαι, τοῖς ἠπιωτάτοις τοῦ Χριστοῦ

Verum ne quod proposuimus nobis excidat; age, in manus sumentes psalmum, ipsum exponamus, quem puræ extraque omnem noxam animæ Deo concinunt, dicentes: *Super flumina Babylonis illic* C *sedimus et flevimus, cum recordaremur Sion. In salicibus in medio ejus, suspendimus organa nostra* [77]. Palam organa vocantes sua ipsarum corpora, quæ e rudentibus suspenderunt, alligantes castimoniæ ligno, ne rursus abreptæ, incontinentiæ fluxu trahi in transversum possent. Babylon enim, quam *turbationem* seu *confusionem* interpreteris, vitam hanc denotat aquis circumfluam: in cujus medio sedentes circumluimur, quandiu in mundo hoc versamur, malitiæ fluminibus continue ingruentibus. Propterea etiam pavidi sumus et ingemiscimus, atque ad Deum cum lacrymis clamamus, ne organa nostra, voluptatis fluctibus ab arbore castitatis avulsa, lapsu corruant. Ubique enim sacræ litteræ virginitatis typo salicem assumunt; quod nimirum D flos ejus in aquam intritus, si bibatur, quidquid titillationes intus ciet ac prurigines, exstinguat: eoque usque valet, ut steriles et ad generandum inutiles, omnes in venerem motus præstet; uti et Homerus indicavit, salices propterea *frugiperdas* vocans. In Isaia quoque, *Justi quasi salices germinare* dicuntur, *juxta præterfluentes aquas* [78]. Tunc enim alte surgit et ample specioseque amplificatur virginitatis frutex, quando justus et cui ejus servandæ atque colendæ concessum munus est, mitissimis Christi fontibus irrigabitur, sapientiæ guttis ebrius. Ut enim salix non nisi aquis affluentibus

[75] *Exod.* I, 16. [76] *Rom.* V, 14. [77] *Psal.* CXXXVI, 1, 2. [78] *Isa.* XLIV, 4.

(61) *Ὄργανα.* Sic Possinius ex cod. Vat. At Albtius, σώματα. COMBEFIS.

(62) *Ὅμηρος ἐμήνυσε.* Ὀδυσ. K', 510. ID.

viret ac crescit, sic beatæ virginitatis ea indoles est, ut sacris eam impinguari sermonibus atque doctrinis ad florendum atque vigendum necesse sit, nec aliter in eam molem firmitatemque proficiat, ex qua suum quisque organum suspendere possit.

A νάμασι ἀρδεύεται, σοφίᾳ καταψεκάζων. Ὃν γὰρ τρόπον τὸ δένδρον τοῦτο χλοηφορεῖν πέφυκεν ὕδατι καὶ βλαστάνειν· οὕτως ἐπανθεῖν ἀεὶ καὶ ἐπακμάζειν πιαινομένη λόγοις πέφυκεν ἡ παρθενία· ἵνα δὴ καὶ ἀνακρεμάσαι τὸ ὄργανον ἀπ' αὐτῆς ἑαυτοῦ δύνηταί τις.

CAP. IV. *Interpretationem ejusdem loci prosequitur auctor.*

Si ergo flumina Babylonis fluxus voluptatis sunt, ut sapientes volunt, confundentes et turbantes animam, necesse est ut castitas salicibus designetur, ex qua suspendentes sursum trahimus libidinis organa, vergentia deorsum mentemque degravantia; ne velut torrentis impetu in cloacas impudicitiæ protrusæ, vermium instar ad sanies et putres tabos adhærescant. Utilissimam enim et in primis efficacem ad consequendam incorruptionem donavit Deus virginitatem, fidam eam sociam mittens, his qui cupide ad id decus aspirant: quales Psalmista subindicat nomine Sionis, quæ vox perillustrem charitatem, et quod de illa mandatum est, denotat. Etenim vocabulum Sion si interpreteris, *mandatum speculæ* sonat. Sic enim reputamus etiam quæ deinde sequuntur.

Εἰ οὖν οἱ ποταμοὶ τῆς Βαβυλῶνος τὰ ῥεύματα τῆς ἡδυπαθείας εἰσὶν, ὡς οἱ σοφοί φασι, τὰ συγχύνοντα καὶ ταράσσοντα τὴν ψυχήν· ἀνάγκη τὰς ἰτέας εἶναι τὴν σωφροσύνην, ἀφ' ἧς ἀνακρεμῶντες ἀνέλκομεν τὰ ὄργανα τὰ παιδογόνα, ταλαντούμενα κάτω καὶ βρίθοντα τὸν νοῦν· ἵνα μὴ, κατενεχθέντα περὶ τοὺς ὀχετοὺς τῆς ἀκρασίας, σκωλήκων δίκην εἰς τοὺς ἰχῶρας ἐγχρίμπτωνται B καὶ τὰς σηπεδόνας. Χρησιμωτάτην γὰρ καὶ ἐπίκουρον εἰς ἀφθαρσίας κτῆσιν τὴν παρθενίαν ὁ Θεὸς ἐδωρήσατο, σύμμαχον ἀποστείλας τοῖς ὀρεγνυμένοις καὶ ποθοῦσι· καθὼς ὁ ψαλμὸς ὑφηγεῖται τὴν Σιὼν, ὅ δή ἐστι, τὴν ἔκλαμπρον ἀγάπην, καὶ τὴν περὶ αὐτῆς ἐντολήν. Ἐπειδήπερ ἡ Σιὼν *ἐντολὴ σκοπιᾶς* ἑρμηνεύεται. Ὧδε γὰρ ἀναλογισώμεθα πάλιν καὶ τὰ ἑξῆς.

Quid tandem est cur abs se postulatum, ab iis qui captivas duxerunt, animæ fateantur, ut canticum Domini canerent in terra aliena? Nempe hoc dicendo plane docent, Evangelium sacrum esse ac arcanum canticum, quod qui peccant et fornicantur diabolo canunt. Insultant enim et tacenda mandata produnt, voluntatem implentes spirituum nequitiæ; sanctaque projiciunt canibus, et margaritas ante porcos mittunt [79], haud secus ac illi de quibus propheta indignatus ait: *Et legerunt foris legem* [80]. Non enim utique, quod extra portas Jerusalem aut domos suas egressi, legem Judæi legerent, propterea tam acriter increpantur a propheta, gravisque sceleris reos proclamat, sed quod mandata transgredientes et in Deum impii, larvata pietate quasi religiosi Deique cultores præcepta legebant: animis vero nequaquam admittebant, per fidem ea retinentes, sed operibus abnegando, ipsa respuebant. Hinc enim canticum Domini cantant in terra aliena,

Τί δήποτε ἐπηρωτῆσθαι (63) πρὸς τῶν αἰχμαλωτιστῶν ὁμολογοῦσιν αἱ ψυχαὶ, τὴν ᾠδὴν ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας ᾆσαι Κυρίου; Ἢ πάντως ὅτι τὸ Εὐαγγέλιον ἱερὰν ᾠδὴν εἶναι καὶ ἀπόῤῥητον διδάσκουσιν, ἣν οἱ ἁμαρτάνοντες καὶ μοιχώμενοι τῷ πονηρῷ προσᾴδουσιν. Ἐξορχοῦνται (64) γὰρ τὰς ἐντολὰς, τὸ θέλημα τῶν C πνευμάτων τελοῦντες τῆς πονηρίας, καὶ ῥίπτουσι τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, καὶ τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, ὃν τρόπον κἀκεῖνοι περὶ ὧν ὁ προφήτης δυσχεραίνων φησί· *Καὶ ἀνέγνωσαν ἔξω νόμον.* Οὐ γὰρ ὅτι τῶν πυλῶν ἔξω τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἢ τῶν οἰκιῶν ἀνεγίνωσκον ἐξιόντες οἱ Ἰουδαῖοι τὸν νόμον, διὰ τοῦτο δὴ καὶ ὁ προφήτης ἰσχυρῶς αὐτῶν κατηγορεῖ καὶ ὑπευθύνους ἐγκλήματι βοᾷ γεγονέναι· ἀλλ' ὅτι παρερχόμενοι τὰς ἐντολὰς καὶ ἀσεβοῦντες εἰς τὸν Θεὸν, ἐπιμεμορφασμένως μὲν ἀνεγίνωσκον δῆθεν ὡς εὐσεβεῖς τὰ προστάγματα· κατὰ ψυχὴν δὲ οὐκ ἐδέχοντο μετὰ πίστεως ἴσχοντες, ἀλλ' ἀπέπτυον ἔργοις ἀρνούμενοι. Ἐντεῦθεν γὰρ τὴν ᾠδὴν ἐπὶ τῆς

[79] *Matth.* VII, 6. [80] *Amos* IV, 5, *juxta LXX.*

(63) *Ἐπηρωτῆσθαι.* Evangelistæ passim ea voce utuntur, et simplici ἐρωτᾷν, eodem rogandi sensu atque jubendi, non interrogandi; qui certe minus commodus hoc loco est: unde et ex Hebræo reddunt moderni, *petierunt nos*: Allat., *se postulatas animas fatentur*. Nec aliter Agellius, Dumvis, Clarius, et alii docti: velimque uti Joan. XVI, 2, mutatum est, quod veteres reddiderant, οὐ με ἐρωτήσετε, *non me interrogabitis quidquam*; *non me rogabitis*; hic quoque in psalmo mutaretur, *quia rogaverunt nos*: quod rogare, in eo qui potestate pollet, imperium est seu jussio. Sic bene Theodoretus verbo κελεύειν expressit: Chrysostomus, *instantibus barbaris et gravibus minis inducentibus*; βαρβάρων ἐπικειμένων μετὰ τοσαύτης ἀπειλῆς. Bene monet *Thesauri* auctor, etsi frequens est iste hujus vocis usus apud evangelistas, haud credendum ipsos illius auctores esse. Ego putem, vel ex loco hoc D psalmi, τοὺς Ο' illis præivisse, quorum facile voces secuti sunt alii deinceps ecclesiastici viri: in quibus magna opus diligentia, ne a sensu magnis illis senioribus intento, per eorum phraseos inscitiam, excidamus; quod etiam Græcorum disertissimis evenisse quandoque deprehendi. Multisque ἡ τῶν Ο' ἔκδοσις Hebraicæ veritati nihil dissona appareret, si et Hebraica ipsa pura nobis exstarent, qualia illi habuerunt, et eorum nos ipsi voces plene caperemus. COMBEF.

(64) *Ἐξορχοῦνται.* Maz. et All., Ἐξέρχονται τῶν ἐντολῶν, *egrediuntur ex mandatis*, quod nihil cohæret: nec Possinius nostrum illud Vaticani assecutus est, dum reddit, *transiliunt enim mandata*; imo, quasi *eis insultant, temere illa divulgant*; quæ illius vocis nota significatio est: confirmatque verbis Dominicis Methodius, quibus projicere sancta canibus prohibemur, aut ut margaritas ante porcos mittamus. ID.

ἀλλοτρίας ᾄδουσι Κυρίου· ταπεινότεροι περιέλκοντες A καὶ ἐξηγούμενοι τὸν νόμον· βασιλείαν αἰσθητὴν προσδοκῶντες, καὶ ἐπὶ γῆς ταύτης τῆς ἀλλοτρίας, ἣν παρελεύσεσθαι λόγος, τιθέμενοι τὰς ἐλπίδας· ἔνθα οἱ αἰχμαλωτισταὶ δελεάζουσιν ἡδοναῖς, λοχῶντες πρὸς ἀπάτην.

humilius legem distrahentes ac exponentes; terrenum scilicet regnum exspectantes, spesque suas in aliena hac terra, quam transituram habet divinus sermo [81], collocantes, ubi et qui diripuerunt ac captivos abduxerunt, voluptatibus illectant, insidiantes ut eos decipiant.

Cap. V. *Virginum dotes, quibus ornatæ uni viro exhibentur Christo.*

Ἐοίκασι δὲ καὶ οἱ προσᾴδοντες τὸ Εὐαγγέλιον ἄφροσιν, ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας μελῳδεῖν τὴν ᾠδὴν Κυρίου, ἧς μή ἐστιν ὁ Χριστὸς γεωργός· ἀλλ' αἱ τὸ καθαρώτατον καὶ φαιδρὸν καὶ ἀμιγὲς καὶ εὐλαβὲς καὶ εὐπρεπὲς τῆς παρθενίας ὑποδῦσαι καὶ ἀναλάμψασαι κάλλος, καὶ στεῖραι καὶ ἄγονοι τῶν ῥευστῶν καὶ ἀλγεινῶν εὑρεθεῖσαι παθῶν, ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας B οὐ μελῳδοῦσι τὴν ᾠδήν· ὅτι μὴ φέρονται τὰς ἐλπίδας τῇδε, μηδὲ προστετήκασι θνητῶν σωμάτων τρυφαῖς, μηδὲ ταπεινῶς κατασκέπτονται τὸν νοῦν τῶν ἐντολῶν· ἀλλ' εὖ καὶ γενναίως μετὰ φρονήματος ὑψηλοῦ τὰς ἐπαγγελίας ἄνω περιαθροῦσι, τὸν οὐράνιον διψῶσαι καὶ σύμφυτον τόπον. Ὅθεν ἀγάμενος αὐτῶν ὁ Θεὸς τὰ φρονήματα, μεθ' ὁρκωμοσίας ἐξαιρέτους ἐπαγγέλλεται διδόναι τιμὰς, ἐν ἀρχῇ τῆς εὐφροσύνης προανατάσσων καὶ καθιδρύων. Λέγει γὰρ ὧδε· *Ἐὰν ἐπιλάθωμαί σου, Ἱερουσαλὴμ, ἐπιλησθείη ἡ δεξιά μου. Κολληθείη ἡ γλῶσσά μου τῷ λάρυγγί μου, ἐὰν μή σου μνησθῶ· ἐὰν μὴ προανατάξωμαι τὴν Ἱερουσαλὴμ ὡς ἐν ἀρχῇ τῆς εὐφροσύνης μου.* Ἱερουσαλὴμ, τὰς ἀμιάντους αὐτὰς δὴ ταύτας, ὡς ἔφην, καὶ ἀπήμονας ψυχὰς εἶναι λέγων, αἵτινες, C ἄτρυγον τὸ τῆς παρθενίας αὐστηρῶς ἀμολύντοις χείλεσι σπασάμεναι πόμα, *Ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν καθαρμόζονται παραστῆσαι* (65) *Χριστῷ* κατ' οὐρανὸν, *τὸν τῶν ἀμιάντων ἄθλων ἀγῶνα* νικήσασαι. Ταύτῃ γὰρ καὶ Ἡσαΐας ὁ προφήτης παρεγγυᾷ· *Φωτίζου, φωτίζου*, λέγων, *Ἱερουσαλήμ· ἥκει γάρ σου τὸ φῶς, καὶ ἡ δόξα Κυρίου ἐπὶ σὲ ἀνατέταλκε.* Ταῦτα δὲ τὰ ἐπαγγέλματα μετὰ τὴν ἐξανάστασιν (66) τελεσιουργηθήσεται, δῆλον καὶ

Videntur autem etiam qui insanis Evangelium accinunt, modulari canticum Domini in terra aliena, cujus Christus non est cultor. Quæ vero animæ, purissimum, lætum, impermistum, pium, speciosum virginitatis decus induerunt ejusque luce splendescunt, sterilesque et infecundæ fluxarum ac molestarum libidinum passionumque inventæ sunt, canticum haud modulantur in terra aliena, quod nimirum non eo spes ferunt, nec mortalium corporum libidinibus intabescunt, nec humilius mandatorum sensum æstimant: sed bene ac fortiter, generoso sublimique proposito, sursum promissiones contuentur, cœlum intuentes, ut sibi aptum ac connaturalem locum. Unde pluris Deus earum nobiles sensus ac cogitata faciens, jurejurando pollicetur, eximios se illis honores concessurum, in lætitiæ capite priore illis constituta sede locoque. Sic enim ait [82]: *Si oblitus fuero tui, Jerusalem, oblivioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui: si non proposuero Jerusalem in principio lætitiæ meæ.* Nomine Jerusalem, incontaminatas istas quas dixi et noxæ expertes designans animas, quæ austero virginitatis mero impollutis hausto labiis, *uni viro* aptantur *virginem castam* in cœlo *exhibere Christo* [83], *incoinquinatorum certaminum præmio* coronatæ [84]. Hinc enim Isaias propheta denuntiat: *Illuminare, illuminare, Jerusalem, quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est* [85]. Hæc porro promissa post resurrectionem implenda [86], cuivis patet. Neque enim de Judææ illo oppidulo, toties nominato, Spiritus sanctus lo-

[81] *I Petr.* II, 10. [82] *Psal.* CXXXVI, 5, 6. [83] *II Cor.* II, 2. [84] *Sap.* IV, 2. [85] *Isa.* LX, 1. [86] *Philip.* III, 11.

(65) *Παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι.* Ut virginem castam exhibeatis, seu præsentetis, uni viro, Christo. Hæc enim nostra virginum desponsatio: hic noster Sponsus. Male Allatius, ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένῳ, *uni viro virgini*. Quasi virgo illa quam debemus exhibere, sit ipse Christus; non virgines sic illi exhibendæ, ut una sponsa uni viro. Τὸ παραστῆναι quod habet Allatius, retineri etiam posset, ut idem significetur quasi passive. Paulo ante pro μεθ' ὁρκωμοσίας, erat in eo μεθ' ὅρκου μόνας. Sic ludunt imperiti scribæ: miserque interpres est, qui sibi tam putidis et aperte mendosis fucum fieri sinat. Ipsa hæc Methodii violenta expositio, nec ejus superioribus cohærens; cum spectent hæc ad animas, sic quasi captivitatem lugentes, non ad Sponsum, qui virgines reliquis in cœlesti aula prælaturus sit, et in capite gaudii et convivii collocaturus. Combefis.

(66) *Μετὰ τὴν ἐξανάστασιν.* Juxta illud Pauli Phil. III, 11: Εἴ πως καταντήσω εἰς ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν. Quæ non est simplex resurrectio ac mortuis omnibus communis, sed virginum propria, seu præcipuorum sanctorum, qui sic exsurgent ut D Christo obviam eant in aera, eique assurgant, juxta verba Pauli I Thess. IV, 14. Longa hic disputatione Leo Allatius Methodii mentem discutit. An senserit non potituras animas beata requie ante communem resurrectionem, ac cum ita ad Christum assumentur præmia redditurum: exponitque locutum de ipso homine, non de animabus, cum eas jam superius in cœlis cum Christo versari docuerit. Sed num versari cum Christo, ipsa visio beata antiquorum phrasi fuerit, plenaque ac ultima exspectata felicitas, cui unum desit complementum corporis, ut totus ipse homo beatus dicatur, ac Deo frui, non perinde apertum est: primum enim vix est qui neget; cum alterum non pauci inficientur, nec desint loca quæ favere videantur, ex quibus illa opinionum nata perplexitas, donec per sedem apostolicam decisa quæstio est, rataque habita decisio in concilio Florentino, etsi nec modo plures Græcorum de animorum statu ante judicium recte sentiant. Τὸ, ἐκ μέρους, *ex parte*, quod exponit Leo Allat. *ab homine non integro, cum illa fruatur animus solus a corpore sejunctus*, nullus adduci possum [illegible] mente Methodii existimem, cum [illegible]

quitur, sed de cœlesti utique illa et beata Jerusalem, quam vult intelligi esse animarum cœtum, quem abs se primo ordine constitutum iri in principio lætitiæ novorum sæculorum, manifeste Deus pollicetur : qui nempe candidissimo exornatas virginitatis mundo, in pura nulloque unquam occasu obdormientium luminum domo collocet; quod utique illis in mentem non venerit, ut nuptialem mundum exuerent; ut mentis scilicet tenorem, turpium cogitationum illapsu laxarent.

A παντί. Οὐ γὰρ περὶ τῆς πολυθρυλλήτου κατὰ Ἰουδαίων πολίχνης (67) τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον χρησμῳδεῖ, ἀλλὰ περὶ τῆς οὐρανοπόλεως ἀληθῶς ἐκείνης καὶ μακαρίας Ἱερουσαλήμ· ἥν δή φησιν αὐτὴν εἶναι τὸ ἄθροισμα τῶν ψυχῶν, ἃς προανατάξασθαι πρώτας ἐν ἀρχῇ τῆς εὐφροσύνης τῶν καινῶν αἰώνων προφανῶς ὁ Θεὸς ἐπαγγέλλεται, εἰς καθαρὰν οἴκησιν ἀδύτων φώτων τῷ λευκοτάτῳ τῆς παρθενίας ἐστολισμένας κόσμῳ κατοικίζων· ὅτι μὴ ἐμνημόνευσαν τὸν κόσμον ἀποδύσασθαι (68) τὸν νυμφικὸν, τουτέστι χαυνῶσαι τὸν λογισμὸν φαντασίαις ἐκτόποις.

CAP. VI. *Virginitas omni loco ac tempore colenaa et laudanaa.*

Denique : *Non oblivisci sponsam ornatus sui, et virginem fasciæ pectoralis suæ* [87], quod apud Jeremiam dicitur, significat non remittere nec relaxare vinculum castitatis, ullis seductum illecebris aut avocationibus. Pectoris enim mentione mens nostra et cogitatio merito designari creditur; fascia vero pectoralis, zona scilicet colligens astringensque animi in castimoniam propositum, est charitas in Deum; quam mihi et vobis imperator noster et pastor Jesus, idemque præses et sponsus, o præclaræ virgines, præstet, ut infractam, velutque inviolabili sigillo munitum depositum, in finem usque servemus. Hoc enim pignore nullum facile hominibus melius auxilium quisquam usurpaverit, Deo placens ac charum. Quamobrem aio ego honori omnibus habendam virginitatem esse, omnique loco ac tempore tum colendam, tum laudandam.

Hæc tibi et a nobis primitiæ sermonum, o Arete, sufficiant, vel eruditionis vel studii gratia. — Ego vero, aiebat dixisse Areten, libens accipio quod offers, et jubeo post te Thallusam dicere. Debet enim unaquæque vestrum sermonem corrogare. Thallusam itaque paululum moratam quasi ad colligendam se commentandumque breviter aliquid, sic locutam referebat.

Ἀμέλει τὸ, *μὴ ἐπιλαθέσθαι νύμφην τὸν κό-*
B *σμον, μηδὲ παρθένον τὴν στηθοδεσμίδα αὐτῆς*, λεγόμενον ἐν Ἱερεμίᾳ, τὸ μὴ ἐνδοῦναι καὶ χαλάσαι τὸν δεσμὸν τῆς σωφροσύνης ἀπάταις δηλοῖ καὶ περισπασμοῖς. Στήθη γὰρ αἱ φρένες εἰκότι λόγῳ, καὶ ὁ νοῦς ἡμῶν εἶναι νομίζεται. Ὁ δὲ στηθόδεσμος, ἡ συνδοῦσα ζώνη καὶ συσφίγγουσα τὴν πρόθεσιν τῆς ψυχῆς εἰς ἁγνείαν, ἐστὶν ἡ πρὸς Θεὸν ἀγάπη· ἥν ἐμοί τε καὶ ὑμῖν ὁ στρατηγὸς ἡμῶν καὶ ποιμὴν Ἰησοῦς καὶ ἄρχων καὶ νυμφίος, ὦ καλλιπάρθενοι, ἄῤῥηκτον καὶ ἐσφραγισμένον μέχρι τέλους τηρῆσαι παράσχοι· τούτου γὰρ τοῦ κτήματος τοῖς ἀνθρώποις ἄμεινον βοήθημα οὐκ ἄν τις ῥᾳδίως ἕτερον λάβοι, ἀρέσκον Θεῷ καὶ προσφιλές. Διὸ ἐγὼ χρῆναι φημὶ τὴν ἁγνείαν ἅπαντας τιμᾷν, καὶ διὰ παντὸς ἀσκεῖν τε καὶ ἐγκωμιάζειν

C Αὗταί σοι καὶ παρ' ἡμῶν αἱ ἀπαρχαὶ τῶν λόγων ἀρκείσθωσαν (69), ὦ Ἀρετή· τὰ μὲν παιδείας, τὰ δὲ καὶ σπουδῆς χάριν. Ἀλλὰ δέχομαι τὸ δῶρον, ἔφη φάναι τὴν Ἀρετὴν, καὶ κελεύω μετὰ σὲ τὴν Θάλλουσαν λέγειν. Δεῖ γάρ με παρὰ μιᾶς ἑκάστης ὑμῶν ἀποδέξασθαι τὸν λόγον. Τὴν οὖν Θάλλουσαν βραχὺ ἐπισχοῦσαν, καὶ πρὸς ἑαυτήν τι σκεψαμένην, εἰπεῖν ἔφη.

[87] *Jer.* II, 32.

gat τῷ, ἐκ μέρους, et distinguat contra πρόσωπον κατὰ πρόσωπον· quod nemo dicat ipsam in se Dei visionem ac beatam; sed quia per fidem ambulamus, quæ nec animos deserit, donec Deum in se clare videant. Deinde visura Deum post resurrectionem corpus et animum, eoque simul perfectissima visione fruitura, nec nostra, nec Augustini autve Methodii habet theologia, quæ mentis solum oculum trahi posse contendit et elevari, ut divinam ipsam lucem contempletur : quæ ipsa ejus elevatio grande mysterium est, nec nisi fide cognitum; sic elevata Dei pura luce, ac quod ejus κρύφιον est (divina scilicet essentia, et quod a se Ens est) supra omnem capacitatem, etiam intellectus creati, ut vix radicalis ac remota in eo potentia sit; eo quod potentia est entis cognoscitiva, sub ejus tota latitudine analogica, intra cujus lineam ipse quoque Deus intelligatur, sed ut excedens, ad quem tota vis proxima sit divina ipsa lux communicata, seu lumen gloriæ, ut vocant, quidquid illud sit, in ani-

D ma seu intellectu vidente Deum. Oculus vero corporeus, tam potentia limitata est, quam auditus vel olfactus, seu quivis alius sensus, materiali quadam inter eos latitudine spiritalitatis; ut si illo videri Dei essentia possit, possit et audiri et olfieri vel gustari : sicque Deus ipse corpus fuerit, ensque finitum ac certo situ visibile aut qualitate, a quibus nec sensus visus sui limitatione abstrahit. COMBEFIS.

(67) *Πολίχνης*. Possinius, *primaria civitate*; sed scripserit *parvula*. ID.

(68) *Ἀποδύσασθαι*. Leo Allatius, ac si legisset ἐπενδύσασθαι, *Quod non recordatæ sunt ornamentum nuptiale induere*; imo, *exuere*, nisi hoc illi typorum mendum. Certe præmium hoc servati mundi nuptialis, est, tenoris mentis illibati; non ejus excussi, quo merito ejiciendus thalamo ac convivio, qui non indutus veste nuptiali ingressus sit.

(69) *Ἀρκείσθωσαν*. Allat., ἀνακείσθωσαν, *oblata sunt*. ID.

ΛΟΓΟΣ Ε'. A ORATIO V.

ΘΑΛΛΟΥΣΑ. THALLUSA.

Cap. I. ***Magnum votum est oblatio castitatis.***

Ἀλλ', ὦ Ἀρετὴ, συλλήπτριαν ἀξιῶ παραστῆναί σε καὶ τὰ νῦν, ὅπως πρῶτον μέν σου, καὶ τῶν παρόντων δὲ φανῶμεν ἄξια λέγειν. Τὸ γὰρ μέγιστον καὶ ἐπιφανέστατον ἀνάθημα καὶ δῶρον, (οὗ μηδὲν ἀντάξιον ἄλλο προσενέγκασθαι πάρεστιν ἀνθρώποις Θεῷ,) τὸν ἆθλον τῆς παρθενίας (70) εἶναι πέπεισμαι, διαρκῶς ἀπὸ τῶν ἱερῶν ᾐσθημένη γραμμάτων. Καὶ γὰρ ἂν πολλῶν πολλὰ κατ' εὐχὰς ἐν τῷ Νόμῳ καλὰ κατεργασαμένων, μόνοι μεγάλην εὐχὴν ἐλέγοντο πληροῦν οἱ σφᾶς αὐτοὺς αὐθαιρέτῳ βουλῇ προσενέγκασθαι βουλόμενοι. Ἔχει γὰρ τὸ ῥητὸν οὕτως· *Καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν, λέγων· Λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· Ἀνὴρ ἢ γυνὴ, ὃς μεγάλως εὔξηται εὐχὴν ἁγνίσασθαι ἁγνείαν Κυρίῳ.* Εὔχεται χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ εἰς τὸν νεὼν σκεύη προσκομίσας ἀναθεῖναί τις· ἕτερος ἀναθεῖναι τὴν δεκάτην τῶν καρπῶν, ἄλλος τῆς οὐσίας, ἕτερος τὰ κράτιστα τῶν ποιμνίων, ἄλλος τὴν ὕπαρξιν καθιεροῖ· καὶ οὐδέπω μεγάλην εὐχὴν εὔξασθαι δύναται τῷ Κυρίῳ· ἀλλ' ἐκεῖνος ὁ ἑαυτὸν ἀναθεὶς τῷ Θεῷ ὁλοτελῶς.

Ego vero te, Arete, rogo ut nunc quoque præsto auxilio sis: quo sermonem instituere, te primum, deinde etiam et reliquo cœtu non indignum videamur. Sacris videlicet instituta libris ac litteris plane mihi persuasi, maximum et spectabilissimum quod divinis appendi tholis possit (pulcherrimum, inquam, quod ab homine unquam Deo offerri possit) munus esse virginitatis. Enimvero cum multa in lege memorentur multorum cum laude vota, soli magno se voto obstrinxisse dicebantur, qui B se ipsos libera voluntate Deo offerre in animum induxissent. Sic enim se locus habet[88]: *Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, et dices ad eos: Vir sive mulier, quicunque magne voverit votum castificandi castimoniam Domino.* Vovet aliquis aurea argenteaque vasa in templi usum se consecraturum: hic fructuum, ille bonorum decimas a se offerendas; alius pinguissima quæque capita gregum et armentorum; non nemo suas omnes facultates Deo consecrat: nec tamen adhuc ullus horum consequi potest, ut magnum votum vovisse dicatur, sed ille duntaxat qui se in solidum Deo obtulit.

Cap. II. ***Abrahæ sacrificium vaccæ triennis et capræ trimæ et arietis annorum trium, quid significet? Omnis Deo consecranda ætas. Triplex vigilia et ætas nostra.***

Ἐπιχειρητέον γὰρ ἀληθεῖ λόγῳ πρὸς ὑμᾶς, ὦ παρθένοι, τὴν κατὰ τὸ προκείμενον (71) διάνοιαν δηλῶσαι τῆς Γραφῆς. Ὁ γὰρ κατά τι μόριον φυλασσόμενος καὶ προσέχων, κατά τι δὲ περισπώμενος καὶ πλημμελῶν, ὅλος οὐκ ἀνάκειται Θεῷ. Χρῆναι γὰρ τὸν τέλειον πάντα ἀναθεῖναι, καὶ τὰ τῆς ψυχῆς καὶ τὰ τῆς σαρκὸς, ὅπως ἄρτιος εἴη, καὶ μὴ ἐλλιπής. Ταύτῃ δὴ καὶ τῷ Ἀβραὰμ ὁ Θεὸς ὑφηγεῖται· *Λάβε μοι δάμαλιν τριετίζουσαν*, λέγων, *καὶ αἶγα τριετίζουσαν καὶ κριὸν τριετίζοντα, καὶ τρυγόνα καὶ περιστεράν*· ὅ ἐστιν εὐφήμως. Ἐπίστησον γὰρ, ὅτι περὶ τούτων κἀκεῖνο παρεγγυᾷ· Προσένεγκέ μοι καὶ φύλαξον ἄζυγα καὶ ἀκάκωτόν σου τὴν ψυχὴν, δαμάλεως δίκην, καὶ τὴν σάρκα καὶ τὸν λογισμόν· τὴν μὲν ὡς αἶγα, ἐπειδὴ τὰ μετέωρα καὶ κρημνώδη περιπολεῖ· τὸν δὲ ὡς κριὸν, ἵνα μηδαμῶς ἀποσκιρτήσας

C Vera enim mihi apud vos aggrediendum, o virgines, ratione, ut allati jam textus Scripturæ sensum aperiam. Nimirum qui ex parte se ipse custodit sibique attendit, ex parte vero curis distrahitur atque ab officio relaxatur, is non totus Deo addictus est. Quare necesse est ut qui perfectus esse velit, cuncta Deo consecret, tum quæ animi sunt, tum quæ carnis, ut integer sit et quem nihil deficiat. Idcirco enim Deus Abraham præcipit, dicens[89]: *Sume mihi vaccam triennem et capram trimam, et arietem annorum trium, turturem quoque et columbam.* Optime sane. Adverte enim hoc quoque de illis mandare, hancque loci sententiam esse: Offer mihi et serva, quæ sub jugum missa non sit, nec aratri laboribus subacta, primum vaccæ symD bolo, animam tuam, tum carnem, postremo men-

[88] *Num.* vi, 1. [89] *Gen.* xv, 9.

(70) *Τὸν ἆθλον τῆς παρθενίας. Virginitatis munus* libens reddidi, prout ludi et certamina, iisque obeundis labores, Latinis *munera* sunt; Græcis ἆθλος. Possinius, *virginitatis professionem*; quod sensu non abest. Sequentia, *ultro susceptum ejus causa*, inutile glossema: non enim de alia sermo virginitate viro ecclesiastico, ut opus sit hoc adnotare. Combefis.

(71) *Κατὰ τὸ προκείμενον.* Vat. habet, κατὰ τὸ πνεῦμα, quod esset *spiritualem sensum*; nec est necesse ut πνεῦμα hic loci divinus ipse Spiritus intelligatur, uti reddidit Possinius. Ἡ κατὰ τὸ πνεῦμα διάνοια, opponitur τῇ κατὰ τὸ ῥητόν, *sensus spiritalis, litterali.* Spiritali ergo sensu, votum Nazaræatus, votum quo quis magne vovet, mirificum illud opus (ut sonant Hebræa, voluerunt ol LXX exprimere voce illa, μεγάλως εὔξασθαι) de virginibus exponit Methodius, quæ Deo et animam et corpus, ac quidquid demum sunt, obtulere servantque, ut Deo sancta et separata: quod sane pro humana imbecillitate maximæ virtutis est. Post πλημμελῶν, Allatius. οὐκ εὐαρεστεῖ τῷ Θεῷ; *non placet Deo*, quod glossema videtur, nisi utrumque Methodius scripsit, id est, *non integra oblatio est, aut quæ placeat Deo.* Id.

tem : quarum hæc quidem capram referat, qua celsa abruptaque perambulat, illa arietem, ne quando resiliat atque a veri tramite excidat. Sic enim perfectus eris et a culpa immunis, o Abraham, tuis cum anima, tum sensu et mente, mihi pariter consecratis; quæ symbolice vaccam et capram et arietem triennem vocavit, tanquam quæ sanctæ Trinitatis cognitionem rectam præ se ferrent.

Nisi forte hic potius, prima et media ac postrema, vitæ nostræ ætatisque via occulte innuitur, Deo hoc agente, ut quam maxime licuerit, puerilem virilemque ac senilem ætatem caste transactas, illi offeramus. Quemadmodum et Dominus noster Jesus Christus in Evangelio [90] præcipit, ita sanciens : *Lampades vestræ ne exstinguantur, et lumbi vestri ne solvantur. Ideo et vos similes estote hominibus exspectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis, ut cum venerit et pulsaverit, confestim aperiant ei. Beati eritis, quia faciet discumbere vos, et transiens ministrabit. Et si in secunda vigilia, et si in tertia, beati eritis.* Considerate enim, quemadmodum tres noctis designando vigilias (vespertinam et secundam et tertiam) tresque suos adventus, o virgines, triplicem ætatum nostrarum vicem innuerit, puerilem scilicet, adultam ac senilem. Nempe hoc satagens, ut sive primam agentes ætatem (hoc est puerilem) ex mundo assumpturus venerit, paratos nos ac mundos nullique pravo instituto addictos inveniat; ac similiter sive alteram decurrentes, sive tertiam. Vespertina enim custodia ætatis flos est et juventus, cum mens turbari incipit vitæ alternationibus, pubescente jam carne atque in libidinem gestiente. Secunda vero in virum jam perfectum provecta, quando mens quietem ac firmitatem adversus perturbantes motus inanemque jactantiam incipit assumere. Tertia denique cum magna pars desideriorum ac cogitationum evanescit, marcescente jam carne atque in senium vergente.

A ἐκπέσῃ καὶ ἐξολισθήσῃ τῆς ἀληθείας. Οὕτω γὰρ ἐντελὴς ἔσῃ καὶ ἀνεπίληπτος, ὦ Ἀβραὰμ, ἀναθεὶς ἐμοὶ καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὴν αἴσθησιν καὶ τὸν νοῦν, ἃ συμβολικῶς δάμαλιν ἔφη καὶ αἶγα καὶ κριὸν τριετίζοντα, οἱονεὶ τὴν γνῶσιν ἀκακέμφατον τῆς Τριάδος ἐπανῃρημένα.

Τάχα δὲ καὶ τὴν πρώτην καὶ τὴν μέσην καὶ τὴν τελευταίαν τοῦ βίου καὶ τῆς ἡλικίας ἡμῶν αἰνίσσεται τρίβον, βουλόμενος, ὡς ἔνι μάλιστα, καὶ τὸν τῶν παίδων καὶ τὸν τῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν γεραιτέρων χρόνον σωφρόνως βιώσαντας, αὐτῷ προσενέγκασθαι· καθ' ὃν τρόπον καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἐν Εὐαγγελίοις παρακελεύεται Ἰησοῦς Χριστὸς, ὧδε νομοθετῶν· *Οἱ λύχνοι ὑμῶν μὴ σβεννύσθωσαν, καὶ οἱ ὀσφύες* B *ὑμῶν μὴ λυέσθωσαν. Διὰ τοῦτο καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι γίνεσθε ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν κύριον αὐτῶν, πότε ἀναλύσῃ ἐκ τῶν γάμων, ἵνα ἐλθόντι καὶ κρούσαντι αὐτῷ εὐθέως ἀνοίξωσι. Μακάριοί ἐστε, ὅτι ἀνακλινεῖ ὑμᾶς, καὶ παρελθὼν διακονήσει· κἂν τῇ δευτέρᾳ, κἂν τῇ τρίτῃ φυλακῇ, μακάριοί ἐστε.* Ἐπισκέψασθε γὰρ, ὅτι τρεῖς ὑποθέμενος φυλακὰς νυκτὸς, ἑσπερινὴν καὶ δευτέραν καὶ τρίτην, καὶ τρεῖς ἑαυτοῦ παρουσίας, ὦ παρθένοι, τὰς τρεῖς ἡμῶν τῆς ἡλικίας ἠνίξατο μεταβολὰς, τὴν μειρακιώδη καὶ τὴν πρόσηβον καὶ τὴν πρεσβυτικήν· ἵνα κἂν τὴν πρώτην ἄγοντας ἡλικίαν, τουτέστι παῖδας ὄντας, ἐὰν ἔλθῃ παραληψόμενος τοῦ κόσμου, ἑτοίμους καταλάβῃ καὶ καθαροὺς, μηδὲν ἐπιτετηδευκότας σκαιόν· C κἂν τὴν δευτέραν ὁμοίως, κἂν τὴν τρίτην. Ἑσπερινὴ γὰρ φυλακὴ ὁ καιρός ἐστι τῆς ἀκμῆς τοῦ ἀνθρώπου καὶ ἡ νεότης, καθ' ἣν ἄρχεται ταράσσεσθαι τὸ ἡγεμονικὸν, ἐπιθολούμενον ταῖς ἐξαλλαγαῖς τοῦ βίου, ἡβώσης αὐτοῦ τῆς σαρκὸς ἤδη καὶ τρεπομένης εἰς πάθος. Δευτέρα δὲ, ὁπηνίκα λοιπὸν εἰς ἄνδρα τέλειον ἐλάσας, ἄρχεται στάσιν (72) καὶ βεβαιότητα τῶν θορύβων ὁ νοῦς προσλαμβάνειν καὶ τῆς οἰήσεως. Τρίτη δὲ, ὅτε αἱ πλεῖσται φαντασίαι φθίνουσι τῶν ἐπιθυμιῶν, ἀπομαραινομένης ἤδη τῆς σαρκὸς καὶ εἰς γῆρας προκυπτούσης.

CAP. III. *A puero virtutem colere, longe optimum.*

Quamobrem convenit, accensa in corde quæ semper ardeat fidei lampade, et lumbis balteo castitatis succinctis, nos vigilare ac Dominum semper exspectare, ut sive in prima ætate nostrum aliquos ve-

Διὸ προσήκει ἄσβεστον ἐν τῇ καρδίᾳ πίστεως ἐξάψαντας D λύχνον, καὶ ὀσφὺν ἀναζωσαμένους τῆς σωφροσύνης, ἐγρηγορέναι καὶ προσδοκᾷν ἀεὶ τὸν Κύριον· ἵνα, κἂν ἐν τῇ πρώτῃ ἡλικίᾳ παραλαβεῖν ἡμῶν

[90] *Luc.* XII, 35, 38.

(72) *Ἄρχεται στάσιν.* Hic status priori contrarius describitur, quo ἄρχεται ταράσσεσθαι, *mens turbari incipit* passionibus ac libidinum æstu : altero itaque, adulta jam ætate et in virum provecta, *sedari incipit roburque nancisci* adversus turbationes ejusmodi et passiones, quæ pene evanescunt senili ætate, membris jam frigentibus. Non bene Possinius vocem στάσιν, *statu nisi quodam incipit* : est enim hic, quam Aristoteles κινήσει opponit, id est *quies* : quam qui *statum* reddit ea acceptione, plane βαρβαρίζει, nec Latina vocem Græcam exponit. Nihil felicius explicata vox οἰήσεως. Possinius, *erroribus vitæ dominari;* Allatius, *resectis opinationibus*. Est hæc alterum vitium, quo maxime laborat adolescentia, *inanis quædam jactantia et arrogantia*, τῦφος : qui ipse affectus in viro jam maturiore ætate ac sensu saniore, mitescit ac sedari incipit : idem quod οἴημα : unde οἰηματίας, *superbus*, *insolens* (a), qui de se magna concipit : ita juvenes per inexperientiam ac calore sanguinis : quæ sic docte expressa Methodio, verborum phaleris alio trahere non convenit. COMB.

(a) Ita quoque Budæus *Comment. L. G.*, v° οἰηματίας, unde sua hausisse videtur Combefisius. Adisis, Hesychium, v° οἰήσεως, noviss. edit. tom. II, pag. 725. GALL.

τινας βουληθῇ, κἂν ἐν τῇ δευτέρᾳ, κἂν ἐν τῇ τρίτῃ ἐλθὼν, καὶ εὑρὼν ἑτοιμοτάτους, καὶ ἃ προσέταξεν ἐργαζομένους, ἀνακλίνει εἰς Ἀβραὰμ κόλπους καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ. Ἱερεμίας δὲ, *Ἀγαθὸν*, φησὶν, *ἀνδρὶ, ὅταν ἄρῃ ζυγὸν ἐν νεότητι αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ Κυρίου μὴ ἀποστῇ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ*. Ἀγαθὸν γὰρ ἐκ παίδων, ὡς ἀληθῶς, ὑποθέντα τὸν αὐχένα τῇ θείᾳ προσοχῇ (73), μὴ ἀποσείσασθαι μέχρι γήρως τὸν ἐπιβάτην καθαραῖς φρεσὶν ἐποχούμενον, ἀεὶ τὸν λογισμὸν εἰς τὰ χείρω καθέλκοντος τοῦ πονηροῦ. Τίς γὰρ οὐ τὰς δι' ὀμμάτων, τίς δ' οὐ τὰς δι' ὤτων, τίς δ' οὐ τὰς διὰ γεύσεως, ὀσφρήσεώς τε καὶ ἀφῆς ἡδονὰς καὶ τέρψεις ἀποδέχεται, τὴν ἡνίοχον μὴ φέρων σωφροσύνην, εἴργουσαν καὶ καθαιμάττουσαν τὸν ἵππον τῆς κακίας; Ἕτερος μὲν οὖν εἰς ἕτερα ἐπιβλέψας ἄλλα δοξάσει· ἡμεῖς δὲ ἀνατιθέναι λέγομεν ἑαυτὸν τελείως Θεῷ, ὃς καὶ τὴν σάρκα ἄχραντον (74) ἐκ παίδων φιλοτιμεῖται φυλάττειν, παρθενίαν ἀσκῶν. Περισπουδάστους γὰρ, μεγάλας ἐλπίδων δωρεὰς τοῖς ἐφιεμένοις αὐτῆς ταχέως φέρει, τὰ λυμαντήρια τῆς ψυχῆς ἀπομαραίνουσα πάθη καὶ ὑπεκκαύματα. Φέρε γὰρ, εἰσηγήσωμαι πῶς ἀνακείμεθα τῷ Κυρίῳ.

A lit assumere, sive in secunda, sive in tertia veniens, paratissimosque inveniens et quæ mandavit exsequentes, in sinu Abrahæ, Isaac et Jacob reclinet. Jeremias vero. *Bonum*, ait, *est viro cum portaverit jugum ab adolescentia sua* [91]; *et a Domino non recesserit anima ejus* [92]. Bonum sane, a prima ætate et a puero supposita divinæ disciplinæ cervice, ad senectam usque non excutere sessorem puris mentibus insidentem, cum diabolus in deterius vitiumque animum trahere nunquam desinat. Quotus enim quisque est, qui non per oculos, qui non per aures gustumque et nares et tactum, voluptates ac delicias admittat, castitatis sessoris impatiens, quæ utique nequitiæ equum coerceat ac cruenta calce cohibeat? Erit forte qui, alio respi- B ciens, secus omnino ac alia sentiat. Nostra vero hæc sententia; hocque dicimus, perfecte Deo offerri ac consecrari, qui et carnem a puero intaminatam virginitatis cultu servare contendit. Vere enim expetendas ejus accensis desiderio, magnas munerum spes affert, quæ exitiosos animo labefaciet affectus ac incendia comprimat. Nunc explicandum quomodo nostra Deo consecratio devotioque consistat.

Cap. IV. *Perfecta Deo consecratio et devotio, quænam?*

Τὸ γοῦν, *Μεγάλως εὔξασθαι εὐχὴν*, ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς νομοθετούμενον, τοῦτο παρίστησιν, ὅπερ ἐπὶ πλέον ἐγὼ διηγησαμένη ἀποφαίνω, μεγάλην εὐχὴν εἶναι παρὰ πάσας εὐχὰς ἀποδεικνύουσα τὴν ἁγνείαν. Τότε γὰρ ἀνάκειμαι προφανῶς πᾶσα τῷ Κυρίῳ, ὁπότε μὴ μόνον τὴν σάρκα συνουσίας ἀνέπαφον, ἀλλὰ καὶ τῶν λοιπῶν ἀτοπημάτων ἄσπιλον τηρεῖν ἀγωνίζομαι. *Ἡ γὰρ ἄγαμος*, φησὶ, *μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ* οὐ μόνον ἵνα μὴ χωλὴν τῆς ἀρετῆς κατά τι μόριον ἀπενέγκηται τὴν δόξαν, ἀλλ' ἀμφω, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, *καὶ ἐν τῷ σώματι καὶ ἐν τῷ πνεύματι ἁγιάζηται*, ἀναθεῖσα τὰ μέλη Κυρίῳ. Τί γάρ ἐστι τὸ ἀναθεῖναι ἑαυτὸν τελείως Κυρίῳ, λεκτέον. Ἐὰν ἐπὶ τῶνδε μὲν ἀνοίξω τὸ στόμα, ἐπὶ τῶνδε δὲ καταχλείσω· οἷον, ἀνοίξω μὲν περὶ τὰς ἐξηγήσεις τῶν Γραφῶν, εἰς τὸ ὀρθοδόξως ὑμνῆσαι καὶ μεγαλοπρεπῶς κατὰ δύναμιν τὸν Θεόν· καταχλείσω δὲ, θύραν αὐτῷ θεμένη καὶ φυλακὴν, τοῦ μάταια μὴ λαλεῖν· ἁγνεύει μου τὸ στόμα καὶ ἀνάκειται τῷ Θεῷ· *Ἡ γλῶσσά μου κάλαμος* γέγονεν, ὄργανον σοφίας· γράφει γὰρ δι' αὐτῆς ἀριδήλοις γράμμασιν, ὑπὸ τοῦ βάθους καὶ τῆς δεινότητος τῶν Γραφῶν φωτίζων τὸν νοῦν (75), τοῦ Πνεύματος ὁ Λόγος (76), ὁ Κύριος

Quod itaque in libro Numerorum sancitur: *Magna votum vovere* [93], hoc ostendit, quod ego paulo amplius explanans, magnum votum inter omnia vota, castimoniam esse statuo ac probo. Tunc enim palam et in solidum totaque Domino consecrata sum, C cum non solum carnem a concubitu intactam, verum etiam a reliquis vitiorum sordibus omnique turpitudine illibatam servare contendo. *Nam innupta*, inquit[94], *cogitat quæ Domini sunt, quomodo placeat Domino;* non solum ut ex parte ad claudicantem virtutis opinionem laudemque referat, sed ut utroque, ut auctor Apostolus est, *et corpore* scilicet et *spiritu sancta sit*, consecratis membris Domino. Quid enim sit se Deo perfecte consecrare, id vero dicendum. Ut sub exemplo loquar: Si os meum ad quædam aperuero, ad quædam clausero. Puta, aperiam enarrandis Scripturis, ut recta fide ac magnifice, quanta facultas est, Dei laudibus incumbat; claudam vero, ostio imposito ac custodia [95], ne inania loquatur: os meum castum est ac Deo D consecratum. *Lingua mea calamus* [96] exstitit, Sapientiæ organum. Scribit enim per illam clarissimis litteris, ex alto subtilique Scripturarum vi men-

[91] *Thren.* III, 27. [92] *Jer.* XVII, 3. [93] *Num.* VI, 4. [94] *I Cor.* VII, 34. [95] *Psal.* CXL, 3. [96] *Psal.* XLIV, 2.

(73) *Τῇ θείᾳ προσοχῇ*. Virtutis diligentia est ac sedulitas; ac, quod reddebam, *disciplina*: quo argumento præclare inter reliquos Basilius. *Attentio* dicatur, per me licet; προσευχῇ quod habent Mazar. et Allatius, non placet. Et quidem oratio vel maxime virgini necessaria ut se contineat; sed huic accedant necesse est, etiam reliqua virtutis exercitia atque opera, ut sit plena sanctificatio ac oblatio. Combefis.

(74) *Τὴν σάρκα ἄχραντον*. Necessario istud assumptum ex Allatio. Hæc namque perfecta Deo consecratio est, cum ipsa caro virginitatis cultu a puero intemerata constiterit; quod certe arduum certamen. Alia supplet Possinius minus accommoda. Περισπουδάστους ex eodem Allatio suppletum, etsi τὸ, περισπούδαστος Vat. non displicet. Id.

(75) *Νοῦν*. Allatius, νόμον· qui et mox habet ἐξηγεῖται pro ἀναγράφεται. Id.

(76) *Τοῦ Πνεύματος ὁ Λόγος*. Durius videretur, nisi nota esset mens Methodii, ipso satis explicata contextu, quo τοῦ Πνεύματος voce non Spiritus personam, sed Patris, se velle significat, cujus et scriba

tem illustrans Spiritus sermo : Dominus velox sæculorum scriba ; ea scilicet ratione, quod solus cito ac velociter paternum conscribat impleatque consilium ; qui nempe audiat : *Cito prædare ; velociter spolia detrahe* [97]. Hujus scribæ lingua mea calamus est. Illi enim caste dicata devotaque est, haud secus ac speciosus calamus ; lepidiora scribens, quam vel poetæ vel oratores, qui humanis doctrinis vim dicendi ac facundiam qua pollent, impendant. Si et oculos assuefecero ne corporum formam concupiscant, nec turpibus spectaculis oblectari permisero, sed cœlestia contueri jussero ; casti erunt oculi et Deo sacri. Si rursus adversus obtrectationes atque murmura aures sepivero, Deique verbo aperuero, sapientum frequens terens limina [98], consecravi et aures Domino. Si manus a turpi et sordida nundinatione, cauponariaque ac institoria arte, ab avaritia, a percussione avertero : castæ sunt et manus ac Deo dicatæ. Si facultatem gradiendi cohibuero, ne perversas incedat vias ; pedes etiam consecravi : non ad fora, non ad convivales cœtus aut choreas vadens, ubi perditi judicii homines versantur ; verum eos adhibens, ut virtutis aliquid impleam, Dei quidpiam mandatorum præstans. Quid jam restat, si et corde casta sim, omnes illius cogitationes Domino consecrans : nihil malum mente versem, nihil ex sæculi usu animo reputem ; si penes me non superbia, non iracundia vim ullam obtineat ; si legem Domini interdiu ac noctu medite? Hoc demum est, *Magnam castificare castimoniam, eum qui magnum votum nuncupaverit* [99].

A γραμματεὺς τῶν αἰώνων ὀξυγράφος, ὅτι ταχέως καὶ ὀξέως τὴν βουλὴν ἀναγράφεται μόνος καὶ πληροῖ τοῦ Πατρὸς, Ὀξέως *σκύλευσον*, ἀκούων, *ταχέως προνόμευσον*. Τούτου κάλαμός ἐστιν ἡ γλῶσσά μου τοῦ γραμματέως. Ἡγνίσθη γὰρ αὐτῷ καὶ ἀνάκειται κάλαμος ὥσπερ ὡραῖος, ὡραιότερα γράφων τῶν τὰ ἀνθρώπινα δόγματα κρατυνόντων ποιητῶν καὶ λογογράφων. Ἐὰν ἐθίσω καὶ τὰς ὄψεις μὴ ἐπιθυμεῖν ὥρας σωμάτων, μηδὲ τέρπεσθαι θέαις ἀσχήμοσιν, ἀλλὰ τὰ ἄνω περισκοπεῖν, ἁγνεύουσι καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ καὶ ἀνάκεινται τῷ Κυρίῳ. Ἐὰν, τὰ ὦτα φράξασα ἀπὸ δυσφημίας καὶ ψιθυρισμῶν, ἀναπετάσω λόγῳ Θεοῦ, φοιτῶσα παρὰ σοφοῖς, ἀνατέθεικα καὶ τὰς ἀκοὰς τῷ Κυρίῳ. Ἐὰν ἀποστήσωμαι τὰς χεῖρας ἀπὸ καπηλείας, ἀπὸ μεταπράσεως (77), ἀπὸ φιλοχρημοσύνης, ἀπὸ B πληκτισμοῦ, ἁγνεύουσι καὶ αἱ χεῖρες Θεῷ. Ἐὰν ἐφέξω τὸ πορευτικὸν διεστραμμένας ὁδοὺς πορεύεσθαι, ἀνατέθεικα καὶ τοὺς πόδας, οὐκ εἰς δικαστήρια καὶ θιάσους παρερχομένη, ὅθι ἄνδρες ἀλιτροδίκαι (78) τελέθουσιν· ἀλλ' εἰς τὸ κατορθῶσαι πληρώσασά τι τῶν ἐντολῶν. Τί μοι λοιπὸν, ἐὰν διαγνεύω καὶ τὴν καρδίαν, πάσας τὰς διανοήσεις αὐτῆς ἀναθεῖσα Κυρίῳ· φαῦλον οὐδὲν διαλογίζομαι, τῦφος οὐκ ἐμπολιτεύεται καὶ ὀργὴ παρ' ἐμοί· τὸν νόμον καὶ ἐν ἡμέρᾳ μελετῶ Κυρίου καὶ ἐν νυκτί; Καὶ τοῦτ' ἔστι *Μεγάλην ἁγνείαν ἁγνεῦσαι, μεγάλην εὐξάμενον εὐχήν*.

[97] *Isa.* VIII, 1. [98] *Eccli.* VI, 36. [99] *Num.* VI, 1.

velox ὁ Λόγος sit : si tamen hoc ita decoquendum, C nec scribarum putre mendum existimandum, qui fallentibus oculis pro Πατρὸς, Πνεύματος legerint, levissima harum vocum distinctione in mss. ac proclivi errore, nisi quis τόν, et τόρ, quibus in eis distincte pinguntur summa affinitate, attenderit. Sicque alias me emendasse memini inspectis antiquis codd. in hac ipsa voce sic laborantia : ac utinam illorum mihi facta copia, vel modo liceret meis oculis credere, qui falli alios et fallere non incerta conjectura intelligam. Et certe alienum a Methodii simplicitate, ut nulla ratione tanta hic vocum enallage uti voluerit, atque doctrinam obscurare : etsi quod dicitur Joan. IV, 24, *Spiritus Deus est*, hanc ejus vocem posset excusare. Aliud est quod auctor *Imperfecti* Spiritum in Domini conceptione, ipsum Verbum exponat, quod ipsum a se Virgini obumbraverit eique supervenerit, suique auctor templi ac corpusculi fuerit : quanquam ipsa fabrica et effectio, ipsius deitatis ac Trinitatis opus est ; non pro- D pria aut Verbi, aut Spiritus : merito tamen Verbo appropriata, ut in quo Pater condat omnia ut in prima Ratione ; in qua ut primus, ita et secundus Adam conditus intelligatur : quippe divinæ sapientiæ eximium opus ac singulare, non minus quam bonitatis, ratione cujus Spiritui sancto communius solet appropriari. COMBEFIS. — *Τοῦ Πνεύματος ὁ Λόγος*. Hic legendum τοῦ Πατρὸς ὁ Λόγος, *Verbum Patris*, statuit doctissimus Maranus ad Justini M. *Dialogum cum Tryphone*, § 30. *Sæpe enim*, inquit, *errarunt librarii in his vocibus* Πατρός *et* Πνεύματος, *quia breviter scriptæ ad hunc modum* πρς πνς, *simillimæ sunt*. Atque hujusce errati exempla, præter hoc Methodianum, ex Justino et Tatiano depromit. GALL.

(77) *Ἀπὸ μεταπράσεως*. Bene Leo Allatius, *institoria negotiatione*, quasi revenditione ; qua res vilius emptæ paulo charius veneunt : quæ ipsa nundinatio quandoque reip. necessaria ac civitati, potestque, modo absit fraus, honesto inde lucello, pro industriæ ratione, citra omnem culpam exerceri : etsi minus deceat virginem, quæ tota sponso hærere debet, illique addicta esse cui est consecrata. Possinius, *a plagio*. At quantum ut virgo ac puella a se plagium deprecetur ? Alia hujus generis hominum proclivia crimina atque vitia ; nec tam longe viro docto arcessendum plagium, cujus vix potio in feminam, eamque Christi virginem, cadat. Multi in rep. plagiarii, si μεταπράται omnes hujus sceleris notandi. Plagii crimen est, cum quis sciens hominem liberum, aut alienum mancipium dolo malo vendit, emit, donat, celat : translata etiam vox a Martiale ad librorum fures, quod et ipsos, quasi liberos habeant, quorum curis ingenii partus sublati sunt atque editi. COMBEFIS.

(78) *Ἄνδρες ἀλιτροδίκαι*. Quasi *scelesti judices*, mali censores, qui non vitio, sed virtuti dicam inferant et pietati. Sic mihi pro ejus vocis novitate similique compositione in ἀλιτρόβιος, aliisque ejus generis. Hincque forte θιάσους judiciis junxerit (pro ejus ætatis ratione) cæremonias cœtusque intelligens in honorem deorum, quos Christi virgo maxime vitare debeat, et in eis ἀλιτροδίκας, scelestissimos judices ac censores, qui dæmonum sacra pro vero Dei cultu usurpanda suadeant. Geniales etiam cœtus seu convivales et choreæ, parum æqua virginibus, hominumque in eis corruptorum judicia ; quæ omnia Methodius complecti potuit ea vocis amplitudine. COMBEFIS.

Cap. V. *Votum castitatis ejusque ritus in lege. Vites, Christus et diabolus*

Πειράσομαι δὲ καὶ τὰ ἑξῆς ὑμῖν, παρθένοι, φράσαι τῶν διατάξεων· ἐπειδήπερ τῶν σφετέρων ἐξήρτηται καὶ αὐτὰ κατορθωμάτων, θεσμοὶ περὶ παρθενίας ὄντα, καὶ χρησμοὶ διδάσκοντες ὡς ἀπέχεσθαι προσήκει, καὶ ἀναγωγὸν εἶναι τὴν παρθένον (79). Γέγραπται γὰρ οὕτως· *Καὶ ἐλάλησε Κύριος τῷ Μωϋσῇ, λέγων· Λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· Ἀνὴρ ἢ γυνὴ, ὃς ἂν μεγάλως εὔξηται εὐχὴν ἀφαγνισθῆναι Κυρίῳ, ἀπὸ σίκερα καὶ οἴνου ἁγνισθήσεται, καὶ ὄξος ἐξ οἴνου, καὶ ὄξος ἐκ σίκερα, καὶ ὅσα κατεργάζεται ἐκ σταφυλῆς, οὐ πίεται· καὶ σταφυλὴν πρόσφατον καὶ σταφίδα οὐ φάγεται, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς εὐχῆς αὐτοῦ.* Ὅπερ ἐστίν· Ἀπὸ τοῦ φυτοῦ τῆς πονηρίας τῶν γεννωμένων ὁ κατεγγυήσας ἑαυτὸν τῷ Κυρίῳ καὶ ἀναθεὶς οὐ δρέψεται, διὰ τὸ παρεκτικὸν ἀεὶ μέθης αὐτὸ καὶ ἐκστάσεως πεφυκέναι. Δύο γὰρ ἀμπέλων διαφορὰς ἐκ τῶν Γραφῶν ᾐσθήμεθα, αἳ χωρὶς ἀλλήλων ἐγενέσθην, ἀνομοίως τε ἔχεσθον. Ἡ μὲν γὰρ ἀθανασίας τε καὶ δικαιοσύνης ἐστὶ παρεκτική· ἡ δὲ μανίας αὖ καὶ παραφροσύνης. Ἄμπελος μὲν γὰρ νηφάλιος καὶ εὐφραντικὴ, κλημάτων δίκην, ἐκ τῶν μαθημάτων τοὺς βότρυς ἱλαρῶς ἀπαιωροῦσα τῶν χαρισμάτων, καταστάζοντας ἀγάπην, ὁ Κύριος ἡμῶν ἐστιν Ἰησοῦς, ὁ λέγων διαῤῥήδην τοῖς ἀποστόλοις· *Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἀληθινὴ, ὑμεῖς τὰ κλήματα· ὁ δὲ Πατήρ μου ὁ γεωργός.* Ἀγρία δὲ καὶ θανατηφόρος ὁ διάβολος, λύσσαν καὶ ἰὸν καὶ ὀργὴν ἀποστάζων· ὥσπερ δὴ καὶ Μωϋσῆς ὑφηγεῖται διαγράφων περὶ αὐτοῦ· *Ἐκ γὰρ ἀμπέλου Σοδόμων*, φησὶν, *ἡ ἄμπελος αὐτῶν, καὶ ἡ κληματὶς αὐτῶν ἐκ Γομόῤῥας. Ἡ σταφυλὴ αὐτῶν σταφυλὴ χολῆς, βότρυς πικρίας αὐτῶν. Θυμὸς δρακόντων ὁ οἶνος αὐτῶν, καὶ θυμὸς ἀσπίδων ἀνίατος.* Ἐκ ταύτης τρυγήσαντες οἱ Σοδόμων οἰκήτορες, εἰς ἄκαρπον ἀῤῥένων ὄρεξιν οἰστρηλατήθησαν τραπῆναι παρὰ φύσιν. Ἐντεῦθεν καὶ ἐπὶ Νῶε κραιπαλήσαντες, εἰς ἀπιστίαν κατώλισθον, καὶ ὑποβρύχιοι κατεποντώθησαν κατακλυσμῷ. Ἐντεῦθεν ἀρυσάμενος ὁ Κάϊν, τὰς μισαδέλφους ἐφοίνιξε χεῖρας, καὶ ἔχρανε τὴν γῆν λύθρῳ συγγενικῷ. Ἐντεῦθεν μεθυσκόμενα τὰ ἔθνη, θήγουσιν ἑαυτῶν εἰς ἀλληλοφόνους μάχας τοὺς θυμούς· οὕτω γὰρ οὐκ ἐξίσταται (80)

A Hinc jam consequenter exponere pergam quæ isto legis loco præscribuntur; quod hæc quoque vestris annexa sint muneribus oracula, docentia a quibus virginem abstinere deceat et quæ a se arcere. Sic autem habent [1]: *Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, et dices ad eos: Vir sive mulier quicunque magne fecerit votum castificandi castitatem Domino, a sicera et vino temperabit: et acetum ex vino, et acetum ex sicera, et quæcunque ex uva fiunt, non bibet, et uvam recentem, et uvam passam non comedet, omnibus diebus voti sui.* Hoc est: Qui se Domino vovit illique consecravit, non carpit ex illis quæ ex arbore nequitiæ nascuntur, quod ea semper ebrietatem et a sana mente alienationem soleant inducere. B Duo enim vitium genera, quantum ex Scripturis intelligimus, seorsim diversaque area nascuntur ac dissimiles sunt. Harum una, immortalitatis auctor ac justitiæ; altera, furoris ac dementiæ causa exsistit. Nempe vitis quidem illa prior, sobria ac lætificans cor [2], e præceptis suis, velut ex palmitibus, lætas ostentans pendentes charismatum uvas stillantes charitatem, Dominus noster Jesus est, qui palam ait apostolis [3]: *Ego sum vitis vera, vos palmites: et Pater meus agricola est.* Agrestis vero alia et mortifera vitis, diabolus est, rabiem et venenum et iram distillans, uti et Moyses narrat, ita describens [4]: *Ex vite Sodomorum vitis eorum, et palmes eorum ex Gomorrha. Uva eorum uva fellis, botrus amaritudinis eis. Furor draconum vinum eorum, et* C *furor aspidum insanabilis.* Ex hac vite collecta vindemia Sodomorum cives [5], in sterilem masculorum concupiscentiam, œstro furiosæ libidinis contra naturam versi sunt. Indidem qui Noe temporibus crapulæ indulgebant, in infidelitatem prolapsi sunt, et submersi diluvio perierunt [6]. Inde hausto Cain poculo, parricidales manus fraterno sanguine cruentavit [7], et terram cognato cruore polluit. Inde ebriæ gentes barbaræ mentis furores suos in pugnas et mutuas cædes exacuunt: non sic enim a vino movetur homo a sede rationis et pedibus titubat, quemadmodum ab invidia ac ira. Non sic a vino ine-

[1] *Num.* VI, 1-4. [2] *Zach.* IX, 17; *Psal.* CIII, 15. [3] *Joan.* XV, 1, 5. [4] *Deut.* XXXII, 32, 33. [5] *Gen.* XVIII, 20; XIX, 4. [6] *Gen.* VI, 7. [7] *Gen.* IV, 8.

(79) *Ἀναγωγὸν εἶναι τὴν παρθένον.* Allatius, παρθενίαν, quod ipsum ferri potest; pro ἀναγωγὸν ἀναγωγὴν repræsentat, quod utrumque eodem sensu exponendum, prout ἀναγωγὸς δύναμις, *subductrix facultas* dicitur: ἀναγωγὸς πτυέλου, apud Athen. l. I, *extractiva salivæ;* ἀναγωγὴ αἵματος, *rejectio sanguinis.* Galen., Dioscor., etc. Sic ergo constituta de magno voto et nazareatu docent, quid virgo rejicere et a se removere debeat, ut sit vere sancta Domino. Altero significatu accepit Leo Allatius prout ἀναγωγὴ quasi *sursum vectio* sublimisque institutio et ratio exponitur, dum ita reddit, *et virginitatem ipsam sui institutione ad superiora homines traducere;* quæ certe remotiora videntur: cumque nazareatus omnis, deque illo latæ leges in separa- D tione et remotione quorumdam, seu abstinentia ab illis, per ejus tempus, positæ sint, ac de illis exponat Methodius, planius explicatur vox illa priore a nobis allato sensu, ut vox vocem declaret, quo nihil apud auctores vulgatius. Combefis.

(80) *Οὐκ ἐξίσταται.* Nihil opus cum Possinio interrogando legere. Major vis et emphasis in simplici comparatione, qua deterior ebrietas et titubatio significatur, quæ ex affectibus est, quam quæ a vino. Allatius pro ζήλου, ζάλης habet, quod putem mendum scribæ, ut et quod ἄσσης, pro λύπης, nova voce repræsentat. Est quidem ἄτη, *damnum*, et ἄται, ipsæ furiæ, quod noceant; sed nec sic animi affectus et πάθη hæc, per quæ animus, rationis sedes, mutatur magis quam a vino. Id.

briatur ac vestigiis vacillat, ut a mœrore, ab amore, a turpi libidine. Ex hac vite nefas virginem gustare, quo sobria ac vigil ab hujus sæculi anxietate, splendentem justitiæ luce lucernam Verbo accendat. Ait namque Dominus [a] : *Attendite ne graventur corda vestra crapula et ebrietate, et curis hujus vitæ, et supervenidt in vos dies illa, tanquam laqueus.*

A ἄνθρωπος ἀπὸ οἴνου καὶ παραπαίει, ὥσπερ ἀπὸ ζήλου καὶ ὀργῆς. Οὕτως οὐ μεθύσκεταί τις ἀπὸ οἴνου καὶ παραπαίει, ὡς ἀπὸ λύπης, ὡς ἀπὸ ἔρωτος, ὡς ἀπὸ ἀκρασίας. Ἀπὸ ταύτης προστέτακται τῆς ἀμπέλου μὴ γεύσασθαι τὴν Παρθένον, ἵνα νηφάλιος ὑπάρχουσα καὶ ἄϋπνος ἀπὸ μερίμνης βιωτικῆς, ἔκλαμπρον τὴν λαμπάδα τοῦ φωτὸς τῆς δικαιοσύνης ἐξάπτῃ τῷ Λόγῳ. *Προσέχετε* γάρ, φησὶν ὁ Κύριος, *μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι κραιπάλῃ καὶ μέθῃ καὶ μερίμναις βιωτικαῖς, και επιστῇ ἐφ' ὑμᾶς ἡ ἡμέρα ἐκείνη, ὡς παγίς.*

CAP. VI. *Sicera, vinum factitium et spurium, perinde inebrians. Cavenda virgini quæ ipsa peccato vicina. Altare incensi, virgines.*

Nec vero solum ex illis ullo prorsus modo gustare interdictum virgini, quæ ex hac vite fiunt; sed et ex illis quoque quæ eam imitantur eique affinia sunt. Sicera enim vinum omne factitium dicitur, non ex uvis natura genitum, sed arte paratum, sive ex palmis sive ex aliis pomis aut fructibus expressum sit. Quemadmodum enim vini pocula, sic et hæ potiones rationem vehementer offuscant eamque obtundunt. Et ut vobis quod res est dicam : quidquid secundum vinum e vite ebrietatem affert, et mente dejicit, siceræ vocabulo a sapientibus designatur. Ne igitur virgo, ab iis solum cavens quæ sua ipsa ratione ac generatim peccata nequitiæ sunt, iis polluatur quæ horum æmula parisque fere malitiæ sunt, aliorum victrix, et quæ ab aliis vincatur; hoc est, ne vestium versicolorum speciosis emollita texturis vel gemmis et auro, et quæ istis sumptum suggerit, avaritia similibusque corporis ornamentis capta irretitaque teneatur (quæ et ipsa animam inebriant) propterea hæc præcipit : ne scilicet excussa in muliebres effundatur levitates, inque risus et fallacias et scurrilitates, quæ quasi vertigine circumagunt turbantque animum : uti alio quoque loco significavit, ita jubens [b] : *Non comedetis hyænam, et similia ejus; et mustelam, et his similia.* Hæc enim recta demum et brevis in cœlum via est, ut nedum virgo secum non trahat quæ viæ impedimento sint (quæ scilicet præcipitare in casum valeant libidinibus ac deliciis inhiantem animum), sed et ab illis caveat quæ horum æmula sunt.

Οὐ μόνον δὲ τῶν ἐκ τῆς ἀμπέλου κατεργαζομένων ἐκείνης προστέτακται μηδαμῶς κατὰ μηδένα τρόπον προσψαύειν τὴν παρθένον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀντιμίμων αὐτῆς καὶ παραπλησίων· σίκερα γὰρ πᾶς ὁ σκευαστὸς οἶνος καλεῖται καὶ νόθος, κἂν τε ἐκ τῶν φοινίκων, B κἂν ἐκ τῶν ἄλλων ἀκροδρύων σκευαζόμενος ᾖ. Ἐπιστομίζουσι γὰρ ὃν τρόπον αἱ ἐξ οἴνου προποσίαι, καὶ ταῦτα σφοδρῶς τὸν λογισμόν. Καὶ εἰ χρὴ φάναι λόγῳ πρὸς ὑμᾶς ἀληθεῖ, πᾶν τὸ μέθην φέρον κα ἔκστασιν ψυχῆς, μετὰ τὸν οἶνον ἐξ ἀμπέλου, σίκερ κικλήσκουσιν οἱ σοφοί. Ὅπως ουν δὴ μὴ, μόνον τῶν γενικῶν ἁμαρτημάτων φυλασσομένη τῆς πονηρίας, ὑπὸ τῶν ἀντιμίμων αὐτοῖς χραίνηται καὶ ἀντιῤῥόπων, ἑτέρων μὲν κρατοῦσα, ὑφ' ἑτέρων δὲ κρατουμένη, τουτέστιν, ἱματίων διαφερόντων ὑφαῖς ἁβρυνομένη, ἢ καὶ λίθοις καὶ χρυσῷ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περὶ τὸ σῶμα καλλωπισμοῖς, ἃ δὴ καὶ αὐτὰ μεθύσκει τὴν ψυχήν· διὰ τοῦτο ταῦτα νομοθετεῖ, ἵνα μὴ εἰς γυναικισμοὺς ἐκχέηται καὶ γέλωτας καὶ ἀπάτας ἀνασοβουμένη καὶ μωρολογίας, ἃ περιδινοῦσι (81) καὶ C κυκῶσι τὸν λογισμόν· ὥσπερ καὶ ἐν ἑτέροις ἐμήνυσεν, *Οὐ φάγεσθε τὴν ὕαιναν*, εἰπών, *καὶ τὰ ὅμοια αὐτῇ· καὶ τὴν γαλῆν, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις.* Αὕτη γὰρ ὀρθὴ πρὸς οὐρανὸν καὶ σύντομος ὁδοιπορία, τὸ μὴ μόνον ἐμπόδιον ἐφέλκεσθαί τι τῶν ἐκτραχηλιζόντων τὸν ἄνθρωπον, ἐπτοημένον περὶ τὰς ἡδυπαθείας καὶ τέρψεις, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀντιμίμων αὐτοῖς.

Nam et esse Dei altare incruentum traditione accepimus, caste viventium cœtum : sic magna quædam res ac præclara virginitas videtur. Quare immaculatam illam et perfecte puram omni cura servari oportet, nullum commercium habentem cum immunditiis carnis; sed intus ante faciem testimonii sapientia deauratam in Sanctis sanctorum statuere, suffitum odoris suavissimi charitatis ex-

Καὶ γὰρ θυσιαστήριον ἀναίμακτον εἶναι παρεδόθη Θεοῦ τὸ ἄθροισμα τῶν ἁγνῶν· οὕτω μέγα τι χρῆμα D καὶ ἔνδοξον ἡ παρθενία φαίνεται. Διὸ δὴ καὶ ἄχραντον αὐτὴν καὶ καθαρὰν πάντῃ φυλακτέον, μηδὲν κοινωνοῦσαν ταῖς σαρκὸς ἀκαθαρσίαις· ἀλλ' ἔσω κατὰ πρόσωπον τοῦ μαρτυρίου, σοφίᾳ κεχρυσωμένην εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων ἱδρῦσθαι, τὴν εὐωδίαν τῆς ἀγάπης ἀναθυμιῶσαν Κυρίῳ. *Ποιήσεις* γάρ *μοι*, φησί,

[a] *Luc.* XXI, 34. [b] *Levit.* XI, 29.

(81) Ἃ *περιδινοῦσι*. Prætuli lectionem Allatii et Mazar., nec Vat. longe sensu differt; quod enim animus quasi vertigine circumagatur et turbetur, est, quod turpem cogitationem parturiat atque pariat : ἅπερ ὠδίνουσι καὶ κύουσι τὸν πονηρὸν λογισμόν. Grave sane inter ejusmodi ludicra castitatis periculum. Loco hujus Vat., ἐπτοημένον περὶ τὰς ἡδυπαθείας καὶ τέρψεις, quod ipsum interpretis diligentiam fugit, Mazar., οὐδὲ ἀπὸ τῶν χραινόντων μόνον φυλάττεσθαι· quæ prorsus diversa sunt, ac indicio magnæ interpolationis, quam præcipue passa illa veterum monumenta, quæ magis ex vulgi usu essent, hincque adeo sæpius decriberentur : per quam occasionem alii aliique ex suo gustu quædam augerent, mutarent, minuerent, aliis vocibus ac quasi scholio, quæ minus usu trita viderentur, exponerent, ac pene μεταφράσει ornarent. COMBEFIS.

μετὰ τὸ θυσιαστήριον τὸ περικεχαλκωμένον εἰς τὰ ὁλοκαυτώματα, ᾧ ἀνεκομίζοντο αἱ προσφοραὶ, ἄλλο θυσιαστήριον ἐξ ἀσήπτων ξύλων, καὶ καταχρυσώσεις αὐτὸ χρυσίῳ, καὶ δώσεις αὐτὸ ἀπέναντι τοῦ καταπετάσματος, τοῦ ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ τοῦ μαρτυρίου κατὰ πρόσωπον τοῦ ἱλαστηρίου, ὅ ἐστιν ἐπὶ τῶν μαρτυρίων, ἐν οἷς γνωσθήσομαί σοι ἐκεῖ. Καὶ θυμιάσει ἐπ' αὐτοῦ Ἀαρὼν θυμίαμα ἀρωμάτων ἐν πρωΐ, ὅτε ἀγαθύνῃ τοὺς λύχνους· θυμιάσει ἐπ' αὐτοῦ θυμίαμα διαπαντὸς ἔναντι Κυρίου εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν· οὐκ ἀνοίσεται ἐπ' αὐτοῦ θυμίαμα ἀλλότριον καὶ ὁλοκαύτωμα. Θυσίαν καὶ σπονδὴν οὐ σπείσεται ἐπ' αὐτοῦ.

A halantem Domino : *Facies* enim, inquit [10], *mihi post altare circumtectum ære, ad holocausta quo deferuntur oblationes, aliud altare ex imputribilibus lignis, et deaurabis illud auro, et dabis illud in conspectu veli, quod est super arcam testimonii, ante faciem propitiatorii, quod est supra testimonia, in quibus manifestabor tibi illic. Et adolebit super illud Aaron incensum aromatum mane, quando concinnabit lucernas : adolebit super illud incensum semper in conspectu Domini in generationes vestras : non inferet super illud incensum alienum et holocaustum. Sacrificium et libamen non libabit super ipsum.*

CAP. VII. *Ecclesia, media inter legales umbras et cœli veritates.*

Εἰ ὁ νόμος ἐστὶ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, πνευματικὸς, *τὰς εἰκόνας ἐμπεριέχων τῶν μελλόντων ἀγαθῶν*, φέρε δὴ, ἀπαμφιάσασαι τὸ ἐπ' αὐτῷ κάλυμμα τοῦ γράμματος, ἐφηπλωμένην (82) ἐπισκεψώμεθα γυμνῶς τὴν ἀκρίβειαν. Μίμημα τῆς Ἐκκλησίας ἐκελεύοντο δαιδάλειν Ἑβραῖοι τὴν σκηνὴν, ἵν' ἔχοιεν διὰ τῶν αἰσθητῶν εἰκόνα τῶν θείων προκαταγγέλλειν πραγμάτων. Τὸ γὰρ ἐν τῷ ὄρει παράδειγμα παρενεχθὲν, πρὸς ὃ βλέπων ἐτεκτήνατο τὴν σκηνὴν ὁ Μωϋσῆς, ἰδέα τις ἦν τῆς κατὰ τὸν οὐρανὸν οἰκήσεως ἀκριβής, ἣν ἡμεῖς τρανότερον μὲν τῶν τύπων, ἀμαυρότερον δὲ τῆς ἀληθείας θεραπεύομεν νῦν. Ἦλθε γὰρ ἀκραιφνὲς εἰς ἀνθρώπους, ὡς πέφυκεν, οὔπω τἀληθὲς, οἳ μηδὲ βαστάσαι φέρομεν ἄκρατον ἐνταῦθα θεάσασθαι τὴν ἀφθαρσίαν, ὁπότε μηδὲ τὰς ἡλιακὰς φέρομεν ἰδεῖν ἀκτῖνας. C Ἀλλὰ Ἰουδαῖοι μὲν τὴν σκιὰν τῆς εἰκόνος τρίτην ἀπὸ τῆς ἀληθείας κατηγγέλκασιν· ἡμεῖς δὲ τὴν εἰκόνα τῆς κατ' οὐρανὸν διοικήσεως ἐναργῶς ἐκθειάζομεν. Τὸ γὰρ ἀληθὲς ἀκριβῶς μετ' ἀνάστασιν (83) δηλωθήσεται, ὁπότε πρόσωπον κατὰ πρόσωπον τὴν ἁγίαν σκηνὴν (*τὴν πόλιν* τὴν ἐν *οὐρανοῖς, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς Θεὸς*),

B Cum lex, juxta Apostolum [11], spiritualis sit, *imagines continens futurorum bonorum*, age, reducto quod illi injectum est velo litteræ, enucleatam intueamur ad nudum veritatem. Tabernaculum quod vario cultu affabre ornare Hebræi jussi sunt, Ecclesiæ quædam expressio fuit, ut rebus informatum sensibilibus haberent simulacrum, quo divina olim eventura mysteria prænuntiarent. Nam [12] quod ostensum in monte exemplar est, ad quod intuens Moyses tabernaculum fabricatus est, exacta quædam idea erat domicilii cœlestis, cui nos quoque limpidius servimus, quam si adhuc in figuris versaremur; obscurius tamen, quam si ipsa veritatis luce potiremur. Necdum enim ipsa pura et sincera veritas, uti illi comparatum est, ad homines venit, qui ne ferre quidem valeamus quandiu vita hac mortali agimus, ut puram incorruptionem contueamur, uti neque ut micantes solis radios oculis portemus. Judæi porro umbram imaginis, tertiam a veritate, annuntiaverunt : nos vero cœlestis gubernationis imaginem clare celebramus. Veritas namque ipsa exacte post resurrectionem manifestabitur,

[10] *Exod.* xxx, 1-9. [11] *Hebr.* x, 1. [12] *Exod.* xxv, 40.

(82) *Ἐφηπλωμένην*. Codex Maz., ἐφηπλωμένον, quod magis probandum videtur, ut referatur ad *κάλυμμα*· quare tollenda est virgula præcedens, et interpretatio Latina sic Græcis, ita correctis, accommodanda : *Age, reducentes oppansum ipsi litteræ velamen, nudam coram et cominus veritatem intueamur*. ED. LUPAR. — *Ἐφηπλωμένην*. Lectionem hanc Vat. multis exagitat editor Lupar. amplectiturque alteram Maz. et Allat., ἐφηπλωμένον, quod referat, τὸ κάλυμμα, quod ita ἐπ' αὐτῷ, *supra legem* explicatum atque expansum intelligatur ac dicatur. Mihi tamen Vat. lectio magis probatur, quod ea vox relata ad velamen superflua sit, cum τὸ ἐπ' αὐτῷ, vel τιθέμενον vel κείμενον, ut Apostolus loquitur II Cor. III, rem aliunde declaret : nec alias voces subintellectas exigat phrasis illa Methodii. Ἐξηπλωμένην forte scripserit, quæ vox magis Græca, nam alterius vix exstat exemplum ; ἐφαπλώματα Aristoph. in *Acharn.*, teste Suida, vocat πεπλώματα· redduntque *culcitras*, *stragulas vestes* : tenuissima item indumenta. De velo quod obtenditur, potius ἐκπετάσαι dicitur. Veritas ἐξαπλοῦσθαι, cum ipsa explicata nudaque cernitur. Etsi sunt hæc minutiora. COMBEFIS.

(83) *Μετὰ ἀνάστασιν*. Et hic Methodius post resurrectionem differt perfectam visionem, et quæ est facie ad faciem sine ænigmatibus, et non ex parte : a qua immensum distant, quæ tribuit animabus orat. x, quod visuræ θαυμαστά τινα καὶ ἐκλάμποντα καὶ μακάρια κάλλη, καὶ ὁποῖα ἐξειπεῖν εἰς ἀνθρώπους D δυσχερές, *admirabilia quædam et splendida et beata decora, et quæ hominibus ægre verbis liceat explicare*. Esse nempe ibi ipsam justitiam, ipsam castitatem, charitatem, veritatem et reliquos pariter manifestos sapientiæ flores et stirpes, quarum hic tantum umbras habemus, etc., nam et hæc, uti eorum hic umbra, creata sunt, primique Dei effectus, purius ibi intellecti, et ut rationes, quibus non ipsa in se Dei essentia videtur, nec vero Palamitarum errore, Dei virtus essentiæ conjuncta et ab illa distincta, quæ sit multiplex, cum essentia sit una. Nempe multiplex effectibus est, ipsa una et simplicissima, ut et essentia, a qua penes sola connotata et virtualiter eminenter distinguitur. Aliis ergo locis opus, ut vindicetur Methodius, et trahatur in sententiam quam longis post temporibus probavit Ecclesia : videre jam tum animas Deum, quibus nihil ex superioris vitæ in corpore reatu purgandum. ID.

quando jam facie ad faciem [13] sanctum tabernaculum (cœlestem nimirum *civitatem, cujus artifex et conditor Deus est* [14]) non autem amplius in ænigmate et ex parte contuebimur.

A ἀλλ' οὐ δι' αἰνιγμάτων καὶ ἐκ μέρους ἐποπτεύσομεν.

Cap. VIII. *Duplex altare, viduæ et virgines. Aurum virginitatis symbolum.*

Nempe Judæi res nostras prænuntiaverunt, nos vero cœlestia prænuntiamus; quandoquidem tabernaculum quidem Ecclesiæ typum gerebat, Ecclesia vero cœlos repræsentat. Cum itaque hæc ita se habeant, et tabernaculum, uti dicebam, Ecclesiæ typo assumatur, videndum restat ad quam proprie Ecclesiæ partem spectarent duo altaria quorum meminimus. Ego sane prius quidem ære tectum, senatui septoque viduarum simile dixerim. Dei enim spirans ara sunt, ad quam passim offeruntur vituli et decimæ, et voluntariæ oblatæ, quæ in Domini sacrificium cedunt. Inauratum autem altare intus in Sanctis sanctorum repositum, ante faciem testimonii, in quo prohibitum est offerri sacrificium et libamen, ad eas quæ in statu virginum sunt, videtur referendum; incorrupto auro, imputribilibus ab omni viri congressu illorum protectis corporibus. Aurum enim duabus passim commendatur dotibus, tum quod rubiginem non admittit, tum quod fulgore innato radiorum solis speciem prope referre videtur. Aptum in utroque virginitatis symbolum, nullas admittentis sordes ac maculas, sed et Verbi semper luce resplendentis. Intusque propterea in Sanctis sanctorum vicinius stat, et ante velum intemeratis manibus incensi instar, acceptas Domino preces in odorem suavitatis submittit. Sicut et Joannes significavit [15], incensum quod in phialis viginti quatuor seniorum erat, sanctorum orationes esse dicens. Hæc tibi de castitate, prout in promptu licuit, et ego pro viribus, o Arete, confero.

Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ τὰ ἡμέτερα προανεφώνησαν· ἡμεῖς δὲ τὰ οὐράνια προαγγέλλομεν· ἐπειδήπερ ἡ μὲν σκηνὴ σύμβολον ἦν τῆς Ἐκκλησίας, ἡ δὲ Ἐκκλησία τῶν οὐρανῶν. Διὸ, τούτων οὕτως ἐχόντων, καὶ τῆς σκηνῆς ἐν τύπῳ τῆς Ἐκκλησίας, ὡς ἔφην, λαμβανομένης, χρὴ καὶ τὰ θυσιαστήρια σύνθημά τι τῶν κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν πραγμάτων φέρειν. Καὶ τὸ μὲν περικεχαλκωμένον ἀπεικάζεσθαι τῇ γερουσίᾳ καὶ τῷ περιβόλῳ τῶν χηρῶν· Θεοῦ γάρ εἰσιν ἔμψυχος βωμὸς, εἰς ὃν ἀνακομίζονται τοὺς μόσχους καὶ τὰς B δεκάτας, καὶ τὰ ἑκούσια θυσίαν τελούμενα Κυρίῳ· τὸ δὲ περίχρυσον θυσιαστήριον, ἔνδον ἐν τοῖς Ἁγίοις τῶν ἁγίων ἀνακείμενον κατὰ πρόσωπον τοῦ μαρτυρίου, εἰς ὃ ἀπείρηται θυσίαν καὶ σπονδὴν ἀναφέρεσθαι, ταῖς ἐν παρθενίᾳ παραβλητέον, τῷ ἀκηράτῳ χρυσῷ τὰ ἄσηπτα συνουσίας σώματα κατησφαλισμέναις. Δύο γὰρ τὰ εἰς ἔπαινον θρυλλοῦνται χρυσοῦ, ὅτι τε ἰὸν οὐ παραδέχεται, καὶ τὴν χροιὰν ταῖς ἡλίου μετρίως παραπλησιάζειν φαντάζεται βολαῖς· σύμβολον δὲ εἰκότως ἄρα τοῦτο τῆς ἁγνείας τῆς μὴ προσιεμένης ἐστὶ κηλῖδα καὶ σπῖλον, ἀλλὰ καὶ φωτὶ καταστραπτομένης ἀεὶ τοῦ Λόγου. Διὸ καὶ ἔνδον εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων ἕστηκε πλησιαίτερον, καὶ ἔμπροσθεν (84) τοῦ παραπετάσματος ἀχράντοις χερσὶ, θυμιαμάτων δίκην, τὰς προσευχὰς ἀναπεμπάζουσα C Κυρίῳ, δεκτὰς εἰς ὀσμὴν εὐωδίας· καθὼς καὶ Ἰωάννης ἐμήνυσε, τὰ θυμιάματα τὰ ἐν ταῖς φιάλαις τῶν εἰκοσιτεσσάρων πρεσβυτέρων, προσευχὰς ἁγίων εἶναι φράσας. Ταῦτά σοι ὡς ἐκ τοῦ παραχρῆμα κἀγὼ κατὰ δύναμιν ὑπὲρ ἁγνείας, ὦ Ἀρετὴ, συμβάλλομαι.

Hæc locuta Thallusa, aiebat Theopatra, Areten sceptro Agatham tetigisse, hancque, simul ac censit, exsurrexisse, et sic respondisse.

Εἰπούσης δὲ ταῦτα τῆς Θαλλούσης, ἡ Θεοπάτρα ἔφη τῷ σκήπτρῳ τὴν Ἀρετὴν ψαῦσαι τῆς Ἀγαθῆς, τὴν δ' αἰσθομένην εὐθέως ἀναστῆναι καὶ ἀποκρίνασθαι.

ORATIO VI.

AGATHA.

ΛΟΓΟΣ Ϛ.

ΑΓΑΘΗ.

Cap. I. *Virginis decoris tenacis præstantia. Anima ad Dei imaginis, id est Filii, imaginem. Diabolus animæ procus.*

Cum multa fiducia tum persuadendi quod dicam, tum bene ac feliciter perorandi, o Arete, suscipiam

D Ὅτι μετὰ πολλῆς εὐτολμίας καὶ πειθοῦς, καὶ τῆς τοῦ καλῶς εἰπεῖν ὑπολήψεως, ὦ Ἀρετὴ, σοῦ παρο-

[13] *I Cor.* XIII, 12. [14] *Hebr.* XI, 10. [15] *Apoc.* V, 8.

(84) *Ἔμπροσθεν*. Quod paulo superius recensendo ipsum textum sacrum scripserat, καὶ θήσεις αὐτὸ ἀπέναντι τοῦ καταπετάσματος, *constitues illud contra velum*, sive ante ac juxta illud, hic ἔμπροσθεν dicit; ubi pro καταπετάσματος, fœdo errore Allatius, Πνεύματος, Lupar. Πατρός· nulla hujus tanti vel errati vel discriminis mentione, etsi tanta in singulas paginas variantium lectionum adnotata seges, quæ sæpius scribarum potius menda sunt aut plagia quam res satis momenti. Hic satis indicasse: favetque meæ emendationi superius adnotata ad § 4 hujus orat., ubi prorsus scripsisse Methodium Λόγον Πατρός conjiciebam; inscitum vero scribam exscripsisse Πνεύματος. Nimirum contra et prope et ante velum quod arcam fœderis et sanctuarium obtegebat, constitutæ virgines, velut altare aureum, quasi in vestibulo ipsorum adytorum, iisque reliquis propinquiores; quæ laus maxima virginitatis. Ac num ea causa mei Nazaræi, id est monachi, olim, cum laici solum essent, sed tamen cælibes et cultores, fidelisque plebis pars sanctior, ad fores sanctuarii ac juxta cancellos, in capite cœtus omnis fidelium, et proxime post τοὺς ἱερατεύοντας stationem habebant? Erant certe et illi altare illud aureum ἔμπροσθεν τοῦ παραπετάσματος, atque nunc etiam exsistunt, cum jam fere au-

μαρτούσης, πειράσομαι δὴ κατὰ δύναμιν κἀγὼ εἰς A τὸ προκείμενον εἰσενέγκασθαί τι, κατ' ἐμαυτὴν μέντοι, καὶ οὐ πρὸς τὰ εἰρημένα. Οὐ γὰρ ἂν δυναίμην ἐφάμιλλα τούτοις οὕτω ποικίλως καὶ λαμπρῶς ἀπειργασμένοις φιλοσοφεῖν. Δόξω γὰρ ἀποφέρεσθαι ψόγον ἀβελτηρίας, εἰ τοῖς κατὰ σοφίαν ἐξισάζεσθαι κρείττοσι προσπηδῴην. Εἰ οὖν ἀνέξεσθε καὶ τῶν ὅπως ἂν τύχῃ ῥητορευόντων, ἐπιχειρῶ λέγειν, οὐδὲν προθυμίας καθυφειμένη. Ἀρκτέον δὲ ἐντεῦθεν.

provinciam quam imponis, si tu mihi præsto faveris. Nempe conabor et ego ad argumenti propositi tractationem conferre aliquid; accommodatum quidem illud potius ad captum tenuitatis meæ, quam debita proportione respondens iis quæ jam ab aliis perorata sunt. Non enim possim paria his quæ adeo varie et splendide elaborata sunt, disputare. Et stultitiæ profecto notam in me transferre videar, si ad id connitar eoque insiliam, ut earum dicendi laude æqualitatem mihi ipsa ambiam quæ sapientia præstant. Si quis igitur est apud vos dicendi locus iis qui mediocri et vulgari dicendi facultate instructi sunt, dicere aggredior; nihil quod ad causam hanc faciat studii ac diligentiæ prætermittens. Incipiam autem hinc.

Ἀμήχανον, ὦ παρθένοι, κάλλος, καὶ συγγενὲς τῇ σοφίᾳ καὶ πρόσφορον, ἅπαντες εἰς τὸν κόσμον κεκτημένοι τοῦτον ἀφικνούμεθα. Ἀπηκρίβωνται γὰρ αἱ B ψυχαὶ τῷ γεννήσαντι τότε μάλιστα καὶ πλασαμένῳ, ὁπότε τὴν καθ' ὁμοίωσιν ἰδέαν ἄχραντον ἐκλάμπουσαι, καὶ τοὺς χαρακτῆρας τῆς ὄψεως ἐκείνης, πρὸς ἣν ἀφορῶν ὁ Θεὸς, ἀθάνατον μορφὴν καὶ ἀνώλεθρον ἐχούσας αὐτὰς ἀπειργάζετο, τοιαῦται διαμένουσι. Τὸ γὰρ ἀγέννητον κάλλος καὶ ἀσώματον, καὶ μήτε ἀρχόμενον μήτε φθίνον, ἀλλ' ἄτρεπτον καὶ ἀγήρω καὶ ἀπροσδεὲς, αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ καὶ εἰς αὐτὸ φῶς ἐν ἀφράστοις (85) καὶ ἀπροσίτοις ἀναπαυόμενον, ἐξουσίας περιουσίᾳ πάντα περιέχων καὶ κτίζων καὶ μετασκευάζων, ἐτεκτήνατο κατ' εἰκόνα τῆς εἰκόνος ἑαυτοῦ τὴν ψυχήν. Διὸ καὶ λογικὴ καὶ ἀθάνατός ἐστι. * Κατ' εἰκόνα γὰρ δημιουργηθεῖσα τοῦ Μονογενοῦς, ὡς ἔφην, ἀνυπέρβλητον ἔχει τὸ κάλλος. Διὸ δὴ καὶ *τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας* ἐρῶσιν C αὐτῆς, καὶ ἐφεδρεύουσι χρᾶναι βιαζόμενα τὴν θεοείκελον αὐτῆς ἐκείνην καὶ ἐπέραστον ἰδέαν· ὥσπερ δὴ καὶ ὁ προφήτης Ἱερεμίας παρίστησιν, ὀνειδίζων Ἱερουσαλήμ· *Ὄψις πόρνης ἐγένετό σοι· ἀπηναισχύντησας ἀπέναντι τῶν ἐραστῶν σου·* τὴν παρασχοῦσαν ἑαυτὴν ταῖς ἀντικειμέναις δυνάμεσιν εἰς βεβήλωσιν λέγων. Ἐρασταὶ γάρ εἰσιν ὁ διάβολος καὶ οἱ περὶ αὐτὸν ἄγγελοι, οἱ τὸ λογικὸν ἡμῶν καὶ διορατικὸν τῆς φρονήσεως κάλλος μιαίνειν καὶ μολύνειν τῇ ἑαυτῶν ἐπιμιξίᾳ τεχναζόμενοι, καὶ μοιχοὶ γενέσθαι πάσης τῆς τῷ Κυρίῳ νενυμφευμένης ἐπιθυμοῦντες ψυχῆς.

Incomparabili, o virgines, cognataque atque affini sapientiæ insignitæ forma, in mundum venimus omnes. Exacte enim, ejus qui genuit atque formavit, lineamenta animæ referunt, tum maxime cum similitudinis intaminato effulgentes decore, vultusque illius ac exemplaris characteres lucidos referentes, ad quod intuens Deus, immortali eas forma atque ab interitione immuni edidit, ita permanent. Ingenita enim et incorporea pulchritudo, ac quæ nec cœperit, nec ulla unquam labe intereat, sed immutabilis sit seniique expers ac nullo laborans defectu; ipse in se ipso ac penes se Lumen, in ineffabilibus ac inaccessibilibus requiescens, potestatis affluentia omnia continens, creansque ac struens, ad imaginis suæ imaginem, animam fabricatus est. Quamobrem etiam ratione prædita est et immortalis. Ad imaginem quippe Unigeniti condita, incomparabili, uti dicebam, pollet decore. Quare *spiritalia nequitiæ* [16] eam perdite amant, nectuntque insidias, efflictim connitentes ut ejus deiformem illam amabilissimamque speciem deturpent ac polluant; uti et propheta Jeremias indicat, exprobrans Jerusalem : ***Frons meretricis facta est tibi : noluisti erubescere in conspectu amatorum tuorum*** [17], de ea loquens quæ se prostituit adversariis potestatibus in contaminationem. Amatores enim sunt diabolus et angeli ejus, qui nostrum cum ratione ingeniique perspicacitate prudentiæ decorem polluere et inquinare sui commistione machinantes, omnem Deo desponsatam animam constuprare percupiunt.

Cap. II. *Parabola decem virginum.*

Ἐὰν οὖν ἀμόλυντον τοῦτο τηρήσει τις τὸ κάλλος D καὶ ἀσινὲς, καὶ τοιοῦτον, ὁποῖον αὐτὸς ὁ συστησά-

Si ergo inviolatam custodiat quis et illæsam hane pulchritudinem, omnino talem qualem ipse qui

[16] *Ephes.* vi, 12. [17] *Jerem.* iii, 3.

cti sacerdotio, nec minus clero reliquo ἱερατεύοντες, potiores in eo partes obtinent, quod et ἀσκήσει cultuque ἁγνείας majori præstant, ejus sponte rei votoque labiorum suorum, non quod Ecclesia necessitatem ordinationibus suis indixerit. Combefis.

(85) *φῶς ἐν ἀφράστοις.* Prætuli quam lectionem repræsentat Leo Allatius, etsi is in versione alteram secutus est, quam expressit editio Lupar. tanquam ex Vat., ut nimirum τὸ *ἀφράστοις καὶ ἀπροσίτοις*, absolute ponatur. Palam enim respexit Methodius illud I *Tim.* vi, 16 : Φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, *Qui inhabitat lucem inaccessibilem;* quem is recte, eamdem ipsam lucem interpretatur, sic in ineffabilibus et inaccessibilibus quiescentem; non potestatibus, sed divinis suis bonis ac dotibus; qui potestatis abundantia sic animas ad imaginis suæ imaginem condiderit. Qui unus sensus augustus est, ac Methodio dignus : alter valde insipidus et alienus. Porro quod imaginis imaginem dicit creatas animas, secundum appropriationem debet intelligi, et quod imago Filio tribuatur ex speciali ratione suæ processionis, quod sit Patris Verbum, et expressa illius similitudo. Cæterum ut non creat Pater ut Pater, sed unus ipse Deus, cum Filio ac Spiritu sancto (id est beata Trinitas) una virtus, una potestas; sic neque ad imaginem Verbi ut Verbum est, creat, sed ad suam ipse ut Deus unus est, unusque cum Filio et Verbo ac Spiritu creator. Id.

condidit pinxitque, eam effinxit ac efformavit, æternam imitatus naturam et intelligibilem, cujus et homo character est expressaque effigies, factus velut simulacrum elegantissimum et sacrum: hinc translatus in beatorum civitatem, in cœlos scilicet, velut in templo collocabitur. Incontaminata porro nostra pulchritudo tunc optime servatur et secure, cum a virginitate protecta, exteriori corruptionis æstu infuscata non fuerit; sed ipsa in se ipsa permanens, ornatu justitiæ compta, in sponsam Filio Dei accesserit, quemadmodum ipse insinuat, admonens oportere in nostris corporibus, velut in lampadibus, lumen castitatis accendi. Siquidem [18] decem virginum numerus, animas refert credentes in Christum Jesum; denarii nota, rectam in cœlis viam quæ una solum est, repræsentans. Verum earum quinque prudentes utique et sapientes erant; quinque autem fatuæ et insipientes: non enim diligentiam curam que habuerunt, ut vasa sua oleo plena instruerent, justitia vacuæ remanentes. Per has enim illas designat quæ ad virginitatis fines evadere contendunt, cunctaque honeste atque sobrie præstant, eo conducentia ut amorem hunc expleant: quæque hoc se spectare profiteantur, atque ut hinc glorientur, negligentius tamen agant, et mundi vicissitudinibus vincantur: quæ denique velut potius inane virtutis simulacrum rudi umbrarum ductu delineant quam ipsam vivam ac spirantem veritatem efficiant.

A μενος αὐτὸ καὶ ζωγραφήσας ἀπετύπωσε, τὴν αἰώνιον ἀπομιμησάμενος φύσιν καὶ νοητὴν (86), ἧς καὶ χαρακτήρ ἐστιν ὁ ἄνθρωπος καὶ ἀπεικόνισμα, γεγονὼς οἷον ἄγαλμά τι περικαλλέστατον καὶ ἱερόν· ἐντεῦθεν μετενεχθεὶς εἰς τὴν μακάρων πόλιν τοὺς οὐρανοὺς, ὥσπερ ἐν ναῷ κατοικισθήσεται. Ἄχραντον γὰρ τὸ κάλλος ἡμῶν ἄριστα τότε τηρεῖται καὶ ἀσφαλῶς, ὁπόταν δὴ παρθενίᾳ σκεπόμενον, ὑπὸ τοῦ καύσωνος ἔξωθεν μὴ μελαίνηται τῆς φθορᾶς· ἀλλ' αὐτὸ ἐφ' ἑαυτῷ μένον δικαιοσύνῃ κοσμῆται, νυμφαγωγούμενον τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ· ὃν τρόπον δὴ καὶ αὐτὸς εἰσηγεῖται, χρῆναι παραινῶν, ὥσπερ ἐν λαμπάσι, ταῖς σφετέραις σαρξὶ, τὸ φῶς ἀνακαίεσθαι τῆς ἁγνείας. Ἐπειδήπερ ὁ τῶν δέκα παρθένων ἀριθμὸς τὰς εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν πεπιστευκυίας ἀριθμεῖσθαι B βούλεται ψυχάς· τῷ δέκα τὴν ἀπευθύνουσαν μόνην ὁδὸν εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀποτυπούμενος. Ἀλλ' αἱ μὲν πέντε ἔμφρονες ἐτύγχανον ἄρα καὶ σοφαί· αἱ δὲ πέντε μωραὶ καὶ ἄσοφοί τινες· οὐ γὰρ ἐπρομηθεύσαντο ἐλαίου σφῶν τὰ ἀγγεῖα πλήρη παρασκευάσαι, δικαιοσύνης ἀπομείνασαι κεναί. Αἰνίσσεται γὰρ διὰ τούτων τὰς ἐπὶ πέρατα παρθενίας ἐπισπερχομένας ἐλθεῖν, καὶ πάντα εἰς τὸ πληρωθῆναι συντείνοντα τὸν ἔρωτα τοῦτον κοσμίως δρώσας καὶ σωφρόνως· καὶ τὰς ἐπαγγελλομένας μὲν καὶ σεμνυνομένας τοῦτο σκοπεῖν, ὀλιγωρούσας δὲ καὶ ἡττωμένας τοῦ κόσμου ταῖς ἐξαλλαγαῖς, καὶ ὥσπερ σκιαγραφούσας μᾶλλον εἴδωλον ἀρετῆς ἢ αὐτὴν ἐργαζομένας ἔμπνουν τὴν ἀλήθειαν.

CAP. III. *Virginitatis idem conatus et aggressio, dispari exitu.*

Quod enim dicitur [19], *Simile factum esse regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obviam Sponso*, hoc sibi vult, eamdem professionis ac instituti viam omnes elegisse, quod ipsa designat elementi I vis ac denarii nota. In eam enim se pariter rem accinxerunt, assumpta professione; eamque ob rem vocantur decem, quod nimirum idem propositum ac institutum, uti dicebam, arripuerunt: nec tamen pariter etiam omnes in occursum Sponsi exierunt. Nam earum quidem aliæ, quod et in futurum sufficeret lampadibus oleo flammam alentibus, nutrimentum copiose largeque paraverant; aliæ vero, præsenti duntaxat contentæ cura, segniores exstiterant. Quare etiam pari quinario divisæ sunt, quæ decem erant: quod videlicet quinque sensus, quos plerique sapientiæ portas ap-

C Τὸ γὰρ λεγόμενον, *Ὡμοιῶσθαι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν δέκα παρθένοις, αἵτινες ἔλαβον τὰς λαμπάδας αὐτῶν, καὶ ἐξῆλθον ἀπαντήσουσαι τῷ Νυμφίῳ*, σημαίνειν βούλεται (87), τὴν αὐτὴν ὁδὸν τοῦ ἐπιτηδεύματος ἐπανῃρημένην διὰ τὴν ἔμφασιν τοῦ Ι' στοιχείου. Ἐστείλαντο μὲν γὰρ αἱ παραπλησίως ἑαυτὰς εἰς τοῦτο καθομολογήσασαι, καὶ ταύτῃ κικλήσκονται δέκα, ἐπειδὴ τὴν αὐτὴν, ὡς ἔφην, εἵλοντο πρόθεσιν· οὐκέτι δὲ ὁμοίως ἐξῆλθον ὑπαντήσουσαι τῷ Νυμφίῳ. Αἱ μὲν γὰρ τροφὴν ἄφθονον καὶ εἰσαῦθις ἐπορίσαντο ταῖς ἐλαιοθρέπτοις λαμπάσιν· αἱ δὲ κατεῤῥᾳθύμησαν, τοῦ παρόντος μόνον ἐπιμεληθεῖσαι. Διὸ δὴ καὶ ἰσάριθμοι πρὸς πέντε διαιροῦνται, ἐπειδήπερ τὰς πέντε αἰσθήσεις, αἱ μὲν αὐτῶν ἐφυλάξαντο D καθαρὰς καὶ παρθένους ἁμαρτημάτων, ἃς οἱ πλεῖστοι σοφίας προσηγόρευσαν πύλας· αἱ δὲ τοὐναντίον

[18] *Matth.* XXV. [19] *ibid.* 1.

(86) *Καὶ νοητήν.* Propriissima vox in Deo: ipse enim absolute τὸ νοητόν, quippe superior omnibus, suumque sibi et cunctis reliquis intelligibile, non qui ordinetur ad alia intelligenda, eaque ratione in secunda τῶν νοερῶν (id est intellectualium, seu intelligentium) classe statuatur. De qua voce præclare Dionysius ejusque scholiastes Maximus. Valde improprium, quod boni etiam auctores τὸ νοητόν et ἱερόν confundunt, cum alterum ipsum objectum dicat, alterum potentiam et facultatem, quæ illo quasi pascitur ac beatur: quæ in Deo simplicissima, in reliquis divisa sunt. COMBEFIS.

(87) *Σημαίνειν βούλεται.* Alia lectio Allatiana ipsa non improbanda, σημαίνει, βουληθῆναι τὴν αὐτὴν ἀνδρίαν ἐνδύσασθαι πάσας, μὴ μέντοιγε ἐξισχῦσαι τὰς πέντε, *voluisse omnes eamdem induere fortitudinem, sed quinque tamen vires defecisse*; nempe arrepto sanctioris vitæ instituto, cœptaque castitatis palæstra, ejus virtutis cultu obtorpuisse. Videntur hæc respicere illud Isa. LI, 9: Ἔνδυσαι τὴν ἰσχὺν τοῦ βραχίονός σου, *Induere fortitudinem brachii tui*. Et certe forte certamen, certamen castitatis atque ἀνδρίας, ut in omnem vitam accensis lampadibus suspensæ virgines sint in exspectatione Sponsi. ID.

πλήθεσιν ἀδικημάτων ἐλωβήσαντο, φυράσασαι κακίᾳ. Ἐγκρατεύσασαι γὰρ καὶ ἁγνεύσασαι δικαιοσύνης, εὐφόρησαν μᾶλλον παραπτώμασιν· ἐξ οὗ δὴ καὶ συνέβη τῶν θείων ἔξω περιβόλων ἀποκλεισθείσας ἀπαγορευθῆναι. Εἴτε γὰρ κατορθοῦμεν, εἴτε πλημμελοῦμεν, διὰ τούτων ἑκάτερα, καὶ τὰ ἀνδραγαθήματα κρατύνεται, καὶ τὰ κακοπραγήματα. Καὶ ὥσπερ ἡ Θάλλουσα, Καὶ ὀφθαλμῶν, ἔφη, καὶ ὤτων ἁγνείαν εἶναι, καὶ γλώσσης, καὶ τῶν λοιπῶν καθεξῆς αἰσθητηρίων· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα τὴν πίστιν ἄσυλον ἡ φυλαξαμένη τῶν πέντε διόδων τῆς ἀρετῆς, ὁράσεως, γεύσεως, ὀσφρήσεως, ἁφῆς τε καὶ ἀκοῆς, πέντε προσαγορεύεται παρθένοι, διὰ τὸ τὰς πέντε τῆς αἰσθήσεως ἁγνὰς ἀποκαταστῆσαι τῷ Χριστῷ φαντασίας, ἀφ' ἑκάστης αὐτῶν οἷα λαμπτὴρ τὴν ὁσιότητα λάμπουσα τρανῶς. B Ἡ γὰρ πεντάφωτος ἡμῶν ὡς ἀληθῶς λαμπὰς ἡ σάρξ ἐστιν, ἣν ἡ ψυχὴ βαστάζουσα δᾳδὸς δίκην, τῷ Νυμφίῳ παρίσταται Χριστῷ τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως, παραφαίνουσα διὰ πασῶν τῶν αἰσθήσεων διεκθρώσκουσαν λαμπρὰν τὴν πίστιν, καθὼς αὐτὸς ἐδίδαξεν, εἰπών· *Πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη;* γῆν ἡμῶν τὰ σκηνώματα φράσας, εἰς ἃ ἐβούλετο ταχέως ἀναφθῆναι τὴν ὀξυκίνητον τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ καὶ διάπυρον πρᾶξιν. Τὸ γὰρ ἔλαιον τῇ σοφίᾳ καὶ τῇ δικαιοσύνῃ παραβλητέον. Ἀνομβρούσης γὰρ ταῦτα τῆς ψυχῆς ἀφθόνως καὶ ἐπιχεούσης τῷ σώματι, εἰς ὕψος ἀναφλέγεται τῆς ἀρετῆς ἄσβεστον τὸ φῶς, ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων ἐκλάμπον τὰς πράξεις τὰς καλὰς, ὡς δοξασθῆναι τὸν Πατέρα τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

A pellarunt, puros atque virgines a peccatis hæ quidem servaverunt; illæ vero contra hos malitia subigentes, magno numero injustorum operum corruperunt. Continentes enim castimoniæ dispendia a justitia sibi indicentes, ingenti potius delictorum segete fertiles exstiterunt: unde et contigit ut divinis merito septis arcerentur. Nam sensuum ea vis est, ut sive recte agimus, sive peccamus, per eos tum bona opera tum mala robur nanciscantur. Et ut Thallusa dixit, Et oculorum et aurium et linguæ, et reliquorum deinceps sensuum virginitatem esse, ita et hic, quæ inviolabilem quinque virtutis meatuum fidem servarit (visus, gustus, odoratus, tactusque ac auditus), una licet, quinque virgines nuncupatur: quod nempe quinque sensus cogitationes castas exhibendo Christo, ex earum singulis velut lampas sanctitatis radiis clare effulgeat. Quinque enim lucernarum lampas vere caro est, quam velut facem gestans anima, Christo Sponso astabit in die resurrectionis, fulgurantem ex cunctis sensibus splendidam fidem magnifice ostendens, sicut ipse docuit, dicens [20]: *Ignem veni mittere in terram, et quid volo nisi ut accendatur?* terram scilicet nostra corpora appellans, in quibus vult celeriter accendi cito mobilem ignitamque doctrinæ suæ operationem. Olei autem symbolo sapientiam et justitiam designari intelligendum est. Has enim veluti imbres dum anima large suppeditat ac corpori affundit, alte sublata flamma, inexstinguibile assurgit virtutis lumen, quo luceant coram hominibus opera bona, ut C glorificetur Pater qui in cœlis est [21].

Cap. IV. *Quid oleum in lampadibus?*

Τοιοῦτον ἔλαιον ἄρα κἀκεῖνοι προσέφερον ἐν τῷ Λευϊτικῷ, *Ἄτρυγον ἔλαιον, καθαρὸν, κεκομμένον καῦσαι λύχνον ἔξω τοῦ καταπετάσματος ἔναντι Κυρίου.* Ἀλλ' ἐκείνοις μὲν βραχύτατον φῶς προσετέτακτο θεραπεύειν ἀφ' ἑσπέρας εἰς ἕω. Ὁ γάρ τοι λύχνος αὐτῶν ἔοικεν εἰκάζεσθαι τῷ λόγῳ προφητικῷ, τὴν ἐπὶ σωφροσύνῃ φαίνοντι παῤῥησίαν, τρεφόμενος ἀπὸ τῶν πράξεων καὶ τῆς πίστεως τοῦ λαοῦ· ὁ δὲ ναὸς *τῷ σχοινίσματι τῆς κληρονομίας*· ἐπειδήπερ λύχνος περὶ οἶκον ἕνα μόνον δύναται φαίνειν. Πρὸ τῆς ἡμέρας οὖν ἐχρῆν τοῦτον καίεσθαι τὸν λύχνον. *Καύσουσι* γὰρ *αὐτὸν*, φησὶν, *ἕως πρωΐ*· τουτέστιν, ἕως παρουσίας τοῦ Χριστοῦ· ὅτι, τοῦ Ἡλίου τῆς ἁγνείας ἀνατείλαντος καὶ τῆς δικαιοσύνης, οὐ χρεία λύχνου.

Ὅσον μὲν οὖν ὁ λαὸς ἐκεῖνος χρόνον ἀπεθησαύρισε τὰ τρέφοντα τὸν λύχνον, ἐπιχορηγῶν τὸ ἔλαιον διὰ τῶν ἔργων, ὁ λύχνος αὐτοῖς οὐκ ἔσβεστο τῆς σωφροσύνης, ἀλλ' ἦν φαινόμενος ἀεὶ καὶ λάμπων ἐν τῷ *σχοινίσματι τῆς κληρονομίας*. Ὅτε δὲ ἐπέλιπε τὸ ἔλαιον, ἀπὸ τῆς πίστεως εἰς ἀκολασίαν αὐτῶν ἐκτροπαλιζομένων, ὁ λύχνος ἄρδην ἀπεσβέσθη· ἵνα δὴ πάλιν ἐξαστράψωσι τὰς λαμπάδας ἐπαλλήλοις διαδοχαῖς, ἄνωθεν αἱ παρθένοι τῷ κόσμῳ πυρσεύουσαι

Tale videlicet oleum et illi offerebant in Levitico [22], *Oleum defæcatum, mundum, expressum ad lumen, ut ardeat lucerna extra velum ante Dominum.* Sed illis quidem mandatum erat ut brevissimum lumen a vespera usque mane curarent. Quare illorum lucerna propheticum sermonem similitudine quadam videtur referre, profitendæ castitatis fiduciam ostentantem, ex populi actionibus et fide alimentum habentem. Templum vero [in quo lucerna ardebat] rite ad *funiculum hæreditatis* [23] (ad domum Israel) refertur. Lucerna quippe, in una duntaxat D lucere domo potest. Ante diem igitur hanc accendi oportebat. *Accendant* enim *hanc*, ait, *usque mane* [24], hoc est usque ad adventum Christi. Virginitatis etenim et justitiæ exorto Sole [25], nihil jam lucernæ opus sit.

Quanto igitur tempore populus ille quæ erant alendæ lucernæ suggessit (nempe suppeditans oleum per opera), lucerna castitatis eis inexstincta mansit; eratque semper lucens et splendens in *funiculo hæreditatis*. Oleo autem deficiente, illis a fide ad petulantiam versis, lucerna penitus exstincta, lucere eis desiit: quo nimirum alternis rursum virgines successionibus, velut cœlitus prælata face incorruptionem mundo inferentes, læte accensis lampadibus

[20] *Luc.* XII, 49. [21] *Matth.* V, 6. [22] *Levit.* XXIV, 2. [23] *Psal.* CIV, 11. [24] *Levit.* XXIV 3. [25] *Malach.* IV, 2.

splendescerent. Subministrandum igitur nunc quoque affluenter defæcatum bonorum operum et prudentiæ oleum, ab omni deorsum gravante corruptione depurgatum, ne moram faciente Sponso, nostræ etiam pariter lampades exstinguantur. Mora videlicet Sponsi tempus est quod hinc ad Christi ultimum adventum intercedit; dormitatio vero et somnus virginum, excessus e vita; nox autem media, regnum Antichristi, quando exterminator angelus transibit per domos [26]. Clamor vero, *Ecce Sponsus venit, exite obviam ei* [27]: vox est de cœlis et tuba, quando sancti, cunctis eorum resuscitatis corporibus, in nubibus rapti procedent in occursum Domini [28]

A τὴν ἀφθαρσίαν. Χορηγητέον οὖν δὴ τὸ ἄτρυγον ἔλαιον καὶ νῦν τῶν καλῶν ἔργων ἀδεῶς καὶ τῆς συνέσεως, πάσης κάτω βριθούσης ἀφυλισμένον φθορᾶς· ἵνα μὴ χρονίσαντος τοῦ Νυμφίου, σβεσθῶσιν ὁμοίως καὶ ἡμῶν αἱ λαμπάδες. Ὁ γάρ τοι χρονισμός ἐστι τὸ πρὸ τῆς παρουσίας διάστημα τοῦ Χριστοῦ. Ὁ δὲ νυσταγμὸς καὶ ἡ κοίμησις τῶν παρθένων, ἡ ἔξοδος ἀπὸ τοῦ βίου. Τὸ δὲ μεσονύκτιον ἡ βασιλεία τοῦ ἀντιχρίστου, καθ' ἣν ὁ ὀλοθρευτὴς ἄγγελος ἐπιπορεύεται τὰς οἰκίας. Ἡ δὲ κραυγὴ ἡ γενομένη καὶ λέγουσα, *Ἰδοὺ ὁ Νυμφίος ἔρχεται, ἐξέρχεσθε εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ*, ἔστιν ἡ φωνὴ ἡ ἀπὸ τῶν οὐρανῶν καὶ ἡ σάλπιγξ, ὁπότε πάντων ἐξαναστάντων αὐτοῖς οἱ ἅγιοι τῶν σωμάτων ἐπὶ νεφελῶν οἰχήσονται εἰς τὴν ἀπάντησιν ἁρπασθέντες τοῦ Κυρίου.

Observandum enim est dixisse Scripturam, post clamorem exsurrexisse omnes virgines; post scilicet delapsum e cœlis clamorem, mortuos esse suscitandos, quemadmodum et Paulus quodam loco [29] admonet, *Ipse Dominus*, inquiens, *in jussu et in voce archangeli, et in tuba Dei descendet de cœlo, et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi*, hoc est corpora; illa enim mortua sunt, amissis animabus. *Deinde nos qui vivimus, simul rapiemur cum illis*, animas significans. Nos enim qui vere ac proprie vivimus, animæ sumus; quæ cum corporibus, iis resumptis, in nubibus occurremus, lampades ferentes ornatas, non alieno et mundano ornatu, sed quæ prudentiæ et castitatis, astrorum ritu late jubar vibrent, æthereo splendore plenissimum.

B Προσεκτέον γὰρ, ὅτι μετὰ τὴν κραυγὴν ἐγηγέρθαι πάσας ἔφη τὰς παρθένους ὁ λόγος· τουτέστι μετὰ τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐνεχθεῖσαν βοὴν ἀναστήσεσθαι τοὺς νεκροὺς, ὥς που καὶ Παῦλος παρεγγυᾷ, ὅτι *Αὐτὸς ὁ Κύριος*, λέγων, *ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτον*· τουτέστι τὰ σκηνώματα (88)· ἐνεκρώθησαν γὰρ ἀπαμφιασθέντα τῶν ψυχῶν. *Ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα*, τὰς ψυχὰς λέγων. Ἡμεῖς γὰρ κυρίως οἱ ζῶντες, ἐσμὲν αἱ ψυχαὶ, αἵτινες μετὰ τῶν σωμάτων, ἀπειληφυῖαι ταῦτα, ἐν νεφέλαις ἀπαντησόμεθα, τὰς λαμπάδας φέρουσαι κεκοσμημένας οὐκ ἀλλοτρίῳ καὶ κοσμικῷ τινι, ἀλλὰ τὸ φρονήσεως καὶ σωφροσύνης, ἄστρων δίκην ἀποστιλβόντων, σέλας αὐγῆς αἰθερίου πεπληρωμένον.

CAP. V. *Virginitatis præmium.*

Hæc nostrorum, o pulchræ virgines, orgia mysteriorum: hæ earum quæ virginitatis ritu initiantur, cærimoniæ sacrorum: ista præmia [30] immaculatorum castitatis certaminum. Verbo desponsa, æternam incorruptionis dotem, coronam ac divitias a Patre accipio; et in sæcula triumpho, splendidis et immarcescibilibus sapientiæ floribus coronata: cum Christo præmia largiente in cœlo choros duco, circa principio carentem et ab omni immunem interitu Regem. Nunquam occidentium nacta sum fa-

C Ταῦτα τῶν ἡμετέρων, ὦ καλλιπάρθενοι, τὰ ὄργια μυστηρίων· αὗται τῶν ἐν παρθενίᾳ μυσταγωγηθέντων αἱ τελεταί· ταῦτα τὰ ἐπίχειρα τῶν ἀμιάντων ἄθλων τῆς σωφροσύνης. Νυμφεύομαι τῷ Λόγῳ, καὶ τὸν ἀΐδιον τῆς ἀφθαρσίας προῖκα λαμβάνω στέφανον καὶ πλοῦτον παρὰ τοῦ Πατρός· καὶ ἐν τοῖς αἰῶσι στεφανηφοροῦσα πομπεύω τὰ λαμπρὰ καὶ ἀμάραντα τῆς σοφίας ἄνθη· συγχορεύω βραβεύοντι τῷ Χριστῷ κατ' οὐρανὸν, ἀμφὶ τὸν ἄναρχον καὶ ἀνώλεθρον Βασιλέα. Ἀδύτων γέγονα λαμπαδηφόρος φώτων (89), καὶ

[26] *Exod.* XI, 4. [27] *Matth.* XXV, 6. [28] *I Thess.* IV, 16. [29] *ibid.* IV, 15, 16. [30] *Sap.* IV, 2.

(88) *Τουτέστι τὰ σκηνώματα.* Dura hæc Methodii expositio. Verum quidem suscitanda tabernacula quæ ceciderant, id est corpora; sed illorum suscitatione resurget homo, et in occursum Christo rapietur, nec quivis homo, sed quos signate viventes vocat Apostolus, ac quorum se classis facit; sive loquatur in Christi fidelium sanctorumque persona, quorum potiores erunt partes in resurrectione; sive in eorum quos illa dies adhuc viventes offendet, qui et momento immutabuntur: quorum ipsa resurrectio et occursus, nulla temporis mora antecedet illorum resurrectionem, quorum olim resoluta in cineres corpora fuerant: sic in momento, in ictu oculi, canente tuba resurgent omnes, ac judici Christo sistentur; veri scilicet homines, non animæ; quas hominem dicere aut velle (quod hominis D nobilior pars, et ejus tota quasi hypostasis, ipsa a se subsistens, hocque nacta vi suæ productionis, Deo ejus auctore, nec materia ad ejus substantiam aliquid conferente) nimis Platonicum est, nec necessarium ad Pauli intelligentiam eo loco; ad quem videndi interpretes. COMBEFIS.

(89) *Ἀδύτων... φώτων.* Quasi ἀσβέστων. Quæ nunquam occidant aut exstinguantur; qua metaphora solis et stellarum δύσις dicitur *occusus*; et τὰ δυτικὰ μέρη, *occidentales plagæ*. Lampades ergo castitatis, quarum jubar stellarum simile paulo ante dicebat, lampades sunt luminum quæ nesciant occasum. Rudius Possinius κατὰ πρόχειρον, *inaccessibilium luminum*; quæ est altera ejus vocis significatio, Hesychio et Suidæ una notata: quod re sic proclivi, virum doctum fallere non debuit. Alterum quasi

ἐφυμνῶ τὸ καινὸν μετὰ τῆς ὁμηγύρεως ᾆσμα τῶν ἀρχαγγέλων, τὴν καινὴν χάριν ἐξαγγέλλουσα τῆς Ἐκκλησίας· ξυνέπεσθαι γὰρ ἀεὶ τὸν ὅμιλον τῶν παρθένων τῷ Κυρίῳ καὶ συνθιασωτεύειν ἔνθα εἴη, λόγος ἠχεῖ. Τοῦτο καὶ Ἰωάννης ἐν τῇ τῶν ἑκατὸν χιλιάδων καὶ τεσσαράκοντα καὶ τεσσάρων αἰνίσσεται μνήμῃ.

Ἴτε οὖν, ὦ νεολαία τῶν καινῶν αἰώνων. Ἴτε, τὰ ἀγγεῖα πληρώσατε σφῶν δικαιοσύνης· ὥρα γὰρ λοιπὸν ἐξεγείρεσθαι, καὶ ὑπαντιάζειν τῷ Νυμφίῳ. Ἴτε, τὰς ἴϋγγας καὶ τὰ θέλγητρα κούφως (90) παραμείψασαι τοῦ βίου, τὰ περιδινοῦντα καὶ γοητεύοντα τὴν ψυχήν· τεύξεσθε γὰρ τῶν ἐπαγγελμάτων.

Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρας ζωᾶς δείξαντα κέλευθον.

B Σοὶ τόνδε προφητείαις πλεκτὸν στέφανον ἐκ τῶν προφητικῶν λειμώνων, ὦ Ἀρετή, κἀγὼ κομίσασα προσφέρω.

Διαπεραναμένης οὖν ἄριστα καὶ Ἀγάθης, ἔφη, τὸν λόγον, καὶ εὐδοκιμησάσης ἐφ᾽ οἷς ἰσηγόρησε (91), πάλιν ἡ Ἀρετὴ τὴν Προκίλλαν ἐκέλευσε λέγειν. Ἡ δὲ, ἀναστᾶσα, καὶ ἔμπροσθεν παρελθοῦσα τῆς κλισιάδος, ἔλεξε τοιάδε.

A cem ferre luminum; novumque cum sodalium cœtu collaudo archangelorum canticum, novam Ecclesiæ gratiam enuntians: sequi enim Dominum semper multitudinem virginum, et ubicunque fuerit, beatos suos ab illis frequentari cœtus, Scriptura loquitur. Hoc et Joannes innuit [21], ubi centum quadraginta quatuor millium meminit.

Ite igitur, o novorum sæculorum nova ac florens virginum pubes. Ite, vasa vestra implete justitia: jam enim hora est exsurgendi, et in Sponsi occursum eundi. Ite, vitæ blanditias et illecebras expedito calle prætergressæ, quæ circumtorquent et quasi maleficiis contaminant animam; consequemini enim quæ vobis promissa sunt.

Hæc per eum qui monstrat iter mihi, juro, salutis.

Hanc tibi prophetiis textam coronam, ex propheticis collectam pratis, o Arete, et ego a me concinnatam offero.

Ubi sic optime Agatha perorasset, et magnam universi consessus laudem tulisset. Arete Procillam jussit dicere. Illa vero surgens, et ante ostium tabernaculi progressa, in hunc modum locuta est.

ΛΟΓΟΣ Ζ΄.

ΠΡΟΚΙΛΛΑ.

ORATIO VII.

PROCILLA.

Cap. I. *Quinam verus ac gravis laudandi modus. Pater major Filio auctoritate principii, non substantiæ. Virginitas, lilium. Fideles animæ ac virgines, una unius Christi sponsa.*

Ἀποῤῥᾳθυμεῖν, καὶ μετὰ τοσούτους οὐ θέμις μοι C λόγους, ὦ Ἀρετή, ἀναμφισβήτως πεπιστευκυῖαν τῇ πολυποικίλῳ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ, πλουσίως ἐχούσῃ διδόναι καὶ διαφόρως, ὅτῳ βούλεται. "Καὶ γὰρ πελάγιοι πλωτῆρές φασι, φέρεσθαι μὲν τοῖς ναυτιλλομένοις τὸ αὐτὸ πνεῦμα· ἄλλους δὲ τὰ περὶ τὸν πλοῦν ἀλλοίως αὐτῶν μεταχειριζομένους, οὐκ εἰς τὴν αὐτὴν εἰσορμίσασθαι σπεύδειν. Οἷς μὲν γὰρ τὸ πνεῦμα κατὰ πρύμναν οὔριον ἵσταται· τοὺς δὲ καὶ ἐξ ἐγκαρσίων φέρει, καὶ ὅμως ἑκατέροις ὁ πλοῦς ἀνύεται ῥᾷστα." Ἀτὰρ δὴ καὶ τὸ τῆς σοφίας νοερὸν Πνεῦμα καὶ ἅγιον καὶ μονογενὲς (92) ἀπὸ τῶν πατρῴων ἄνωθεν πρᾴως κα-

Cunctari me et ad dicendum pigram esse, post tot etiam tantosque sermones, nefas, o Arete, sit; quæ videlicet multiformi Dei sapientia indubitanter fisa, ejus noverim nutus, ut affluenter varieque donis munifica tribuat, cui libuerit. Aiunt enim rei nauticæ experientiam habentes, aspirare quidem navigantibus unum eumdemque ventum: horum tamen alios aliter navigationem suam regentes, alios ad portus orasque iter contendere. Nempe aliis a puppi ferens in directum afflat aura; aliis vero etiam obliquata implevit vela, ac tamen utrisque, ejus munere, facile navigatio succedit. Quo exemplo no-

[21] *Apoc.* VII, 4.

active dicitur de his quæ ita quasi subeundo vel terram vel quid ejusmodi, velut evanescere et interire, vel certe oculis subduci non possunt; vel lumina, vel sidera, vel homines: alterum passive, de his quæ pervadi aut penetrari non possunt, et ita inaccessa sunt, ut penetralia ac templi sacratior locus. Combefis.

(90) *Κούφως*. Editor Lupar., nulla codicum fide, Κούφως, ait, *quod legebatur, videtur per errorem factum ex* κωφῶς. Sicque intrusit in textum, redditque, *surda aure*, quasi respiciat Methodius Sirenum cantilenas, quarum se periculo Ulysses, surda transiens aure, liberaverit: non vitæ voluptates, quas velut laqueos, aut gluten, seu etiam cœnum, vel quavis alia simili metaphora, quis κούφως effugiat, *levi et expedito calle, volatu, cursu*, ac si quid ejusmodi vox illa nulla vi potest reddi; nec sine exemplo in Scriptura, cujus magis voces attendunt Patres et imitantur quam poetarum: unde et Aga- D tha offerre se hic prophetica dicit, sua oratione, non poetica. Continenda ergo manus, nec sic facile veterum monumentis quodam plagio immittenda, ubi nullum momentum, sed levis minus eruditæ mentis ludit conjectura. Meo tamen periculo, quod scriptum, ἰσηγόρησε, plane barbara voce ac nihil Græca, mutandum, ἐδημηγόρησε. Nempe laudata Agatha est a toto consessu, pro concione sic graviter presseque habita; nulla cum superioribus comparatione, sed judicio in finem usque Aretæ βραβευούσῃ, ac certaminis arbitræ, servato. Id.

(91) *Ἰσηγόρησε*. Ἐδημηγόρησε. Id.

(92) *Καὶ μονογενές*. Suspecta Leoni Allatio vox, quasi ab Arianis Methodii huic lucubrationi inserta: mihi ab ipso Methodio ex Sap. VII, 22, accepta; nec minus in eo quam in ipso sacro textu sana et orthodoxa. Verba Salomonis sunt. *Est enim in illa* (Sapientia, quæ est omnium artifex) Πνεῦμα νοερὸν ἅγιον, μονογενές, *Spiritus intelligentiæ sanctus*, uni-

bis quoque *intelligens, sanctusque et unicus sapientiæ Spiritus* [32], a paternis superne leniter aspirans thesauris nobis omnibus suave sibilantem secundam afflabit scientiæ auram, quæ dirigendo sine offensa ac molestia orationum cursus, abunde sufficiat. Mihi porro jam incidit dicendi tempus.

Unus is demum verus ac gravis laudandi modus, o virgines, est, quando laudans et re quæ laudatur, et cæteris quæ laudantur, omnibus longe præstantiorem suæ laudationis testem adhibet. Inde siquidem clare intelligere licet, neque ad gratiam, neque ex necessitate, neque juxta incertam vulgi opinionem, laudationem compositam esse: sed exactum ad veritatem continere, nec ulla adulationis suspicione laborans judicium. Etenim qui de Filio Dei, jam tum ante sæcula exsistente, plenius ac disertius prophetæ apostolique disputarunt, ac præ reliquis mortalibus ejus assertores atque præcones deitatis fuerunt, non utique angelos auctores, earum quas illi tribuebant, laudum allegarunt, sed illum ipsum

A ταπνεόμενον θησαυρῶν, πάσαις ἡμῖν λιγυρὸν οὖρον πνεῦσαν γνώσεως, ἐπαρκέσει τὸν δρόμον ἀλύπως ἀπευθῦναι τῶν λόγων. Ἐμοὶ γὰρ καιρὸς ἤδη λέγειν.

Εἷς τρόπος ἀληθὴς ἐπαίνων οὗτός ἐστιν, ὦ παρθένοι, καὶ σεμνὸς, ὁπόταν ὁ ἐπαινῶν τοῦ ἐπαινουμένου καὶ τῶν ἐπαινουμένων ἁπάντων κρείττονα παρέχῃ μάρτυρα. Πάρεστι γὰρ ἐντεῦθεν μαθεῖν ἀκριβῶς, ὅτι μὴ πρὸς χάριν, μηδὲ ἐξ ἀνάγκης, μηδὲ κατὰ δόξαν, ἡ εὐφημία γίνεται τῶν λόγων, ἀλλὰ κατὰ ἀλήθειαν καὶ ἀθώπευτον κρίσιν. Καὶ γὰρ οἱ πληρέστερον εἰσηγησάμενοι περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ προφῆται καὶ ἀπόστολοι, καὶ μᾶλλον αὐτὸν τῶν ἄλλων θεολογήσαντες ἀνθρώπων, οὐκ εἰς ἀγγελικὴν ἀνήγαγον αὐτῷ B ῥῆσιν τοὺς ἐπαίνους, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν ἀνημμένον πάντων τὸ κῦρος καὶ τὸ κράτος. Ἦν γὰρ ἐμπρεπὲς, τῶν ἁπάντων μείζονα τῶν ἄλλων μετὰ τὸν Πατέρα, μόνῳ τῷ ἑαυτοῦ μείζονι (93) Πατρὶ χρήσασθαι μάρ-

[32] *Sap.* VII, 22.

cus, etc. Sic Vulg., qui forte Allatium fefellit, cum voces Græcæ sint ipsæ Methodii; redditque ipse, *Spiritus sapientiæ intellectualis et sanctus et unigenitus*, etc., ac de Spiritus ipsa persona accepit, etsi nihil cogit, ut magis de Spiritu, quam de Filio accipiamus, vel etiam de Dono. Quod enim dicitur esse Spiritus in Sapientia reddiditque Methodius, seu explicavit, τὸ τῆς Σοφίας Πνεῦμα (quæ una illi varietas a sacro textu, mirumque si quem illa offendat) *Spiritum Sapientiæ*, rite exponatur de Dono, cujus auctor Sapientia, et quæ ipsa, ipsum suum C Donum dicatur, ut contingit in aliis attributis, in quibus Deus ex effectu noscitur et nominatur. Dicitur vero is Spiritus μονογενές, id est *unigena*, quasi unius rationis, sibique ipse similis et consentiens, non qualis mundi spiritus aut diaboli, spiritus dissensionis : proinde bene *Unicus* dictus a veteri interprete. Aliter dictus Joanni I, 18, Ὁ μονογενὴς Υἱός, *unigena Filius*, ubi vox ipsa Υἱός τὸ *μονογενής* appellat, ut loquuntur dialectici, id est determinat : ut pro vera generatione stet, qua Filius solus a solo est Patre, vere ex illo natus, non arbitraria ulla effectione editus, sicut est Donum, ipsa Sapientia quam effudit super opera omnia sua, ejusque ipsius Spiritus, ipsa nihilominus Sapientia intransitive, a Sapientia manans, Patre, Filio et Spiritu sancto, qui una Sapientia, etsi appropriate Filius Sapientia et dicatur et credatur, ac cujus πατρῷοι θησαυροί, *paterni thesauri*, unde Virginibus ac Sanctis omnibus aspiret. Nec aliter velit Jacobus D I, 17 : Πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων· *Omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum.* Plane enim Patrem luminum Deum ipsum nominat, auctorem intelligentium, angelorum et hominum, sive etiam siderum, si quis ad sensibilia trahere malit; non Filii et Spiritus, quidquid aliqui in eam rem traxerint, nam Pâter ipse Filii auctor et Spiritus, qua sic Pater et relate, Filii proprie Pater, Spiritus communiore vocabulo (id est, auctor et spirator) τῶν δωρημάτων auctor est, causa scilicet donorum, sed qua Deus absoluta deitate, ad quam Jacobus Patris nomine affectus nostros vocat, et ut grati bonorum fonti ac auctori simus; nimirum sanctæ Trinitati, quæ ipsa Pater noster est, qui est in cœlis. Quid si φῶτα, ipsa χαρίσματα voluit Jacobus; inde lumina, quod a Deo Lumine emanationes, quibus divina affundimur luce; sicque augusto nomine perfecta Dei dona (ordinis scilicet divini ac quibus in Dei filios promovemur) quæ vocat, putavit exornanda? Sic certe solent scriptores sacri, aliis aliisque vocibus eodem contextu eamdem rem illustrare : nec facile ad alia trahendæ voces, quando uni eidemque rei nullo incommodo possunt convenire; ne quasi parergon quid loqui Spiritus sanctus in eis videatur. Quid enim ad hoc quod omne donum perfectum de cœlo est, id est a Deo, esse Deum Patrem luminum; id est Filii et Spiritus sancti; vel etiam angelorum ac hominum, aut denique siderum; et non potius eorumdem donorum et gratiarum, quomodo *Pater misericordiarum* (*II Cor.* I, 3). Et, ὁ δὲ Θεὸς πάσης χάριτος (*I Petr.* V, 10), et similia quæ certe eodem respiciunt; nec substantiarum, sed donorum ac charismatum, seu gratiarum Deum auctorem innuunt, monentque officii erga ipsum eo nomine et quod ab illo accepimus. COMBEFIS.

(93) *Μόνῳ τῷ ἑαυτοῦ μείζονι.* Majorem quidem se Patrem ipse Christus profitetur Joan. XIV, 28, quod alii humanitatis ratione exponunt, qua erat iturus ad Patrem; alii etiam deitatis, seu qua Deus est ex Patre ac Filius, qua ipsa ratione Patrem ut auctorem respicit, ac proinde auctoritate principii, ut vocant majorem : quæ Athanasii, Basilii, Gregorii Theologi veterumque aliorum theologorum concors sententia est, unaque eis digna visa comparatio Filii cum Patre, ut quod unius cum illo naturæ ac substantiæ sit; nec apta sit comparatio nisi inter ea quæ sunt ejus generis. Idque mihi maximo argumento, abrogando Athanasio Symbolo illi ascripto, quod ita asserte et dogmatice, in eo omnis illa comparatio ad humanitatem referatur, contra ac verus Athanasius ad ipsam retulit deitatem : nec quin ipse aliique τοῦ ὁμοουσίου assertores referrent, obstitit Arianica impietas, qui inde vel maxime τῷ ἀνομοίῳ, et ut unum vere Deum Patrem agnoscerent, Filium vero quasi nuncupatione et titulo seu dignatione, præsidium quærebant. Sic sæpe Euseb. l. V, cap. 4 *De Demonstrat. Evang.*, et epist. ad Euphrasionem episcopum, relata in VII synod., act. 6. Methodius an et ipse male senserit, negat Allatius : velim et ego, ni superius notata obstarent, ubi secundum rerum auctorem, et archangelorum principem, et caput τὸν Λόγον statuit, velut Adamus est hominum : quæ prorsus Arianica videntur. Hic forte excusari posset, et trahi ad aliorum Patrum orthodoxum sensum, quod Leo Allatius pie conatur : sed an evincat, aliorum esto judicium; certe comparatio aliud postulare videtur,

τυρι. Καὶ δὴ καὶ τῆς ἁγνείας οὐκ εἰς ἀνθρωπίνην ἀνοίσω κἀγὼ δόξαν τοὺς ἐπαίνους, ἀλλ' εἰς αὐτὸν, ᾧ μέλομεν, καὶ ὃς τὸ πᾶν ἀνῄρηται γεωργὸν αὐτῆς ἀποδεικνύουσα τοῦτον, καὶ ἐραστὴν τῆς ὥρας ὄντα, καὶ ἀξιόχρεων μάρτυρα. Καὶ τοῦτο καὶ ἐν τῷ τῶν ᾀσμάτων Ἄσματι πάρεστι διαθρῆσαι τῷ βουλομένῳ φανερῶς, ἔνθα αὐτὸς ὁ Χριστὸς τὰς ἐν παρθενίᾳ παγίως καταγεγενημένας ἐγκωμιάζων, φησί· *Ὡς κρίνον ἐν μέσῳ ἀκανθῶν, οὕτως ἡ πλησίον μου ἐν μέσῳ τῶν θυγατέρων*· κρίνῳ παρεικάζων διὰ τὸ καθαρὸν καὶ εὔπνουν καὶ ἡδὺ καὶ ἱλαρὸν τὸ χάρισμα τῆς ἁγνείας. Ἐαρινὸν γὰρ ἡ ἁγνεία, καὶ ἐπανθοῦν ἁβρῶς ἀεὶ λευκοῖς τοῖς κάλυξι τὴν ἀφθαρσίαν. Ὅθεν δὴ καὶ ἐρᾶσθαι τοῦ κάλλους τῆς ἀκμῆς αὐτῆς ὁμολογεῖν οὐκ ἐπαισχύνεται· *Ἐκαρδίωσας ἡμᾶς*, ἐν τοῖς ἑξῆς, *ἀδελφή μου νύμφη*, λέγων, *ἐκαρδίωσας ἡμᾶς ἐνὶ ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου, ἐν μιᾷ ἐνθέματι* (94) *τραχήλου σου. Ὅτι ἐκαλλιώθησαν μαστοί σου, καὶ ὀσμὴ ἱματίων σου ὑπὲρ πάντα ἀρώματα. Κηρίον ἀποστάζουσι χείλη σου, νύμφη· μέλι καὶ γάλα ὑπὸ τὴν γλῶσσάν σου· καὶ ὀσμὴ ἱματίων σου ὡς ὀσμὴ λιβάνου. Κῆπος κεκλεισμένος, ἀδελφή μου νύμφη, κῆπος κεκλεισμένος, πηγὴ ἐσφραγισμένη.*

A ex quo omnium auctoritas pendet ac robur. Decebat enim ut, aliis omnibus secundum Patrem major, eo teste uteretur qui solus ipso major esset [33]. Et ego eorum quæ in laudem castitatis peroratura sum, non homines producam auctores, sed eum cui curæ sumus, et qui cunctis eminet omnemque tulit partem, hunc illius cultorem asseram, ipsiusque formæ amatorem ac plane idoneum testem. Idque adeo etiam in Cantico canticorum, omnibus qui velint , perspicue intelligere licet, ubi Christus ipse in virginitatis firmiter proposito constantes laudibus coronans ait [34] : *Sicut lilium in medio spinarum, sic proxima mea in medio filiarum*; lilio comparans propter puritatem odorisque fragrantiam et suavitatem ac hilaritatem virginitatis donum. Verna quippe res virginitas, B molliter efflorescentibus et semper candidis incorruptionem exhalans caliculis. Unde et se amare formam juventutis ejus fateri non erubescit, dum ita in sequentibus ait [35] : *Cor abstulisti nobis, soror mea sponsa ; cor abstulisti nobis in uno oculorum tuorum, in uno ornamento colli tui. Quam pulchræ factæ sunt mammæ tuæ, et odor vestimentorum tuorum super omnia aromata ! Favum distillant labia tua, sponsa : mel et lac sub lingua tua, et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.*

Ταῦτα Χριστὸς ταῖς ἐπὶ πέρατα παρθενίας ἐλθούσαις τὰ ἐγκώμια ψάλλει, πάσας ἑνὶ περιγράψας τῷ νύμφης ὀνόματι· ἐπειδὴ τὴν νύμφην ἡρμόσθαι μὲν δεῖ καὶ κατονομάζεσθαι τῷ μνηστευσαμένῳ· ἄχραντον δὲ ἔτι καὶ ἀμιγῆ τυγχάνειν, παράδεισον ὥσπερ ἐσφραγισμένην, ἐν ᾧ πάντα τῆς εὐωδίας τῶν οὐρανῶν φύει τὰ ἀρώματα, ἵνα μόνος ἐλθὼν αὐτὰ δρέψηται Χριστὸς, ἀσωμάτοις βλαστήσαντα σποραῖς. Ἐρᾷ γὰρ ὁ Λόγος οὐδενὸς τῶν σαρκὸς, ὅτι μὴ πέφυκεν ἀποδέχεσθαί τι τῶν φθειρομένων, οἷον χεῖρας, ἢ πρόσωπον, ἢ πόδας· ἀλλ' εἰς αὐτὸ τὸ ἄϋλον καὶ πνευματικὸν βλέπων εὐφραίνεται κάλλος, μὴ ἁπτόμενος τοῦ σώματος τῆς ὥρας.

Hæc Christus, iis quæ ad virginitatis fines evaserunt, encomia canit, cunctis nimirum uno Sponsæ C nomine circumscriptis, ea utique ratione, quod sponsam Sponso decet aptari, exque illius dici nomine; ad hæcque intemeratam incommistamque signati horti in morem exsistere, ubi omnia cœlestis fragrantiæ aromata nascuntur, ut solus veniens ea carpat Christus, incorporeis germinantia satibus. Nullius enim eorum quæ carnis sunt, amore Verbum afficitur; quod non ejus sit, ut iis delectetur quæ corruptibilia sunt; puta ut manus, aut vultum, aut pedes, insanus amator depereat : sed ad id quod incorporeum ac spiritale est respiciens, hoc jucundatur, ita ut corporis formam non attingat.

[33] *Joan.* XIV, 28. [34] *Cant.* II, 2. [35] *Cant.* IV, 9-12.

in eo posita, ut sicut se habent virgines ad Christum, sic ipse Christus ad Deum, qui ipse a Deo et Patre majore, testimonium habere debuerit, non ab angelis quibus major erat; sic virgines a Christo, ipsis majore testimonium habeant. Nisi ergo ratione humanitatis intelligitur, prorsus Arianicus sensus est; cum illa majoritas, ut stet comparatio, non auctoritatem illam, principii, sed naturam, penes quam auctoritas testimonii, respiciat. Et forte respexit Methodius illud Hebr. VI, 16 : Ἄνθρωποι κατὰ τοῦ μείζονος ὀμνύουσι. *Jurare homines, per eum qui major illis sit :* proinde Deum, cum majorem se non habeat, ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ, *per semet ipsum jurasse :* non ita Filium per Patrem, uti detorsit Methodius, et quasi Pater ad fidem præstandam, major Filio esset, quod non præstaret origo, et quod auctor est atque αἴτιον, sed naturæ in eo μείωσις, sensu vere Arianico. Major enim illa fides, a digniore natura procedat necesse est : quodque nulla dignior Deo uno et trino, per semetipsum D illi jurare licet; hincque omnino immobilem fidem facere, juxta quod impossibile est mentiri Deum, non Filio per Patrem, ut per majorem, et quasi in Filio necdum animus conquiescat, majorisque aliquid auctoritatis quærendum sit, ut finis sit πάσης ἀντιλογίας. COMBEFIS.

(94) *Ἐν μιᾷ ἐνθέματι.* Quid in mentem venerit LXX Senioribus, ut sic femininum neutro junxerint, neminem video explicasse. Putem Hebraismum esse, quodque ענק et masculini generis exstet et feminini, quasi feminini legerint, ita retinuisse. Nobis nomen torquis, teste Probo Grammatico, perinde ambigui generis, masculini et feminini ; ac proclivius feminini. Unde Pagninus : *In una torque colli tui.* Vulg., *in uno crine,* alii ἐν ἑνὶ πλοκάμῳ, *in uno cincinno.* Aut, num aliam vocem respondentem voci Hebraicæ posuerunt, quæ sic feminini generis esset, quam velut appositione, verbis his, ἐνθέματι τῶν τραχήλων, clarius exposuerint ? ID.

Cap. II. *Loci Cant.* IV, 9-12, *interpretatio.*

Cogitate enim, o virgines; quod ita sponsam alloquitur, *Abstulisti nobis cor uno oculorum tuorum*, perspicacem vim mentis intelligentiæ ostendit; postquam scilicet homo interior eam deterserit planeque mundaverit, ut liquidius veritatem intueatur. Duplicem enim esse oculum, alterum animi, atque alterum corporis, cuivis manifestum est. Haud enimvero eum qui est corporis, se amare Verbum profitetur, sed duntaxat eum qui est mentis, dum ait, *Abstulisti nobis cor in uno oculorum tuorum, et in uno ornamento colli tui.* Quasi diceret: Tu nimirum, amabilissimo prudentiæ tuæ obtutu in amorem cor nostrum incitasti, ac quasi ad te avolare fecisti, mundum ab intus castitatis evibrans splendidissimum. Jam enim colli ornamenta vocantur torques aut monilia, ex variis et pretiosis gemmis contexta. Cæterum quæ corporis cultui student animæ, sensibilem hunc mundum, exteriori carnis cervici ad fraudem contuentibus faciendam, apponunt; contra vero quæ vitam caste instituunt, interiorem sibi mundum adhibent, ex pretiosis vereque variis lapillis gemmisque (libertate, magnanimitate, sapientia, charitate) conflatum; parum curantes, istos pro sæculi usu cito diffluentes ornatus, qui foliorum ritu ad tempus florentes mutationibus corporis per statas vices contingentibus evanescunt. Duplex enim in homine mundus cernitur: quorum alterum qui interior est ac immortalis, Dominus accipit, *cor sibi ablatum*, dicens, *in uno ornamento colli sponsæ;* quasi pellectum se atque ad amorem accensum significans, splendore ab interioris hominis vestitu emicante, uti et Psalmista testatur, dum *omnem gloriam filiæ regis ab intus esse* ait [36].

A Ἐπισκέψασθε γάρ, ὅτι τὸ, *Ἐκαρδίωσας ἡμας*, ὦ παρθένοι, λεγόμενον πρὸς αὐτοῦ τῇ νύμφῃ, *ἐνὶ ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου*, τὸν διορατικὸν τῆς φρονήσεως ὀφθαλμὸν δείκνυσιν· ὁπότε δὴ τοῦτον ὁ ἔσω σμήξαι ἄνθρωπος καθαρῶς τρανότερον τὴν ἀλήθειαν ἐποπτεύει. Δισσὴν γὰρ ὄψεως εἶναι δύναμιν παντί που καταφανές· μίαν μὲν ψυχῆς, θατέραν δὲ σώματος. Ἀλλ' οὐχὶ τῆς τοῦ σώματος ἐρᾷν ὁ Λόγος ὁμολογεῖ, ἀλλὰ τῆς κατὰ διάνοιαν μόνον, *Ἐν ἑνὶ*, φάσκων, *ἐκαρδίωσας ἡμᾶς ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου, καὶ ἐν μιᾷ ἐνθέματι τραχήλου σου.* Ὅπερ ἐστίν· Ὦ αὕτη, τῷ ἐπεράστῳ σου βλέμματι τῆς συνέσεως ἀνεπτέρωσας ἡμῶν τὴν καρδίαν εἰς πόθον, ἔσωθεν τὸν ἀρίδηλον κόσμον ἐξαστράπτουσα τῆς σωφροσύνης. Ἐνθέματα γὰρ τραχήλου καλεῖται τὰ περιδέραια, τὰ ἐκ ποικί-
B λων καὶ τιμίων συντιθέμενα λίθων. Ἀλλ' αἱ μὲν σωμασκοῦσαι ψυχαὶ τὸν αἰσθητὸν τουτονὶ κόσμον ἀμφὶ τὸν τράχηλον τὸν ἔξω τῆς σαρκὸς περιτιθέασι πρὸς ἀπάτην τῶν θεωμένων· αἱ δὲ ἁγνεύουσαι ἔνδοθεν ἔμπαλιν τὸν κόσμον ἐξάπτονται, τὸν ἀπὸ τῶν τιμίων καὶ ποικίλων ὡς ἀληθῶς συγκείμενον λίθων, τῆς ἐλευθερίας, τῆς μεγαλοφροσύνης, τῆς σοφίας, τῆς ἀγάπης (95)· ὀλίγα φροντίσασαι τῶν τῇδε προσκαίρων ποικιλμάτων, ἃ φύλλων δίκην πρὸς ὥραν θάλλοντα συναφαυαίνονται τοῦ σώματος ταῖς τροπαῖς. Διπλοῦς γὰρ ὁ περὶ τὸν ἄνθρωπον φαίνεται κόσμος, ὧν τὸν ἔνδον ὁ Κύριος ἀποδέχεται, τὸν ἀκήρατον, Ἐν μιᾷ, λέγων, *τραχήλων ἐνθέματι τῆς νύμφης κεκαρδιῶσθαι*· οἱονεὶ, τοῦ ἔσωθεν ἀνθρώπου τῆς καταστολῆς αἴγλην ἀποστίλβοντος, ὠρέχθαι σημαίνων·
C ὥς που καὶ ὁ ψαλμῳδὸς μαρτυρεῖ, *Πᾶσα*, λέγων, *ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν.*

Cap. III. *Virgines, ipsæ martyres, inter Christi sodales, primæ.*

Nolim vero quispiam existimet improbari ac rejici aliam multitudinem credentium, putans nos solas virgines introductum iri, potituras bonis promissis, non intelligens, tribus quoque et cognationes, ordinesque et classes futuras, pro cujusque illorum fidei ratione. Id quod et Paulus significat dum ait [37]: *Alia claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarum. Stella differt a stella in claritate: ita et resurrectio mortuorum.* Et Dominus non eosdem omnibus se honores daturum profitetur, sed alios cœlorum regno annumerat, aliis terræ possessionem pollicetur, alios promittit visuros Patrem [38]. Quare et hic primum ordinem et chorum consecratarum ipsi virginum in requiem novorum sæculorum, tanquam in thalamum, in suo comitatu secum introducendum ex oraculo promit. Functæ enim martyrio sunt, non ad breve temporis momentum sus-

Μὴ ὑπολαμβανέτω δέ τις, ἀποκρίνεσθαι (96) τὸν ἕτερον ὅμιλον τῶν πεπιστευκότων, δόξας ἡμᾶς τὰς παρθένους μόνας εἰσηγεῖσθαι τευξομένας της ἐπαγγελίας· οὐ συννοήσας, ὅτι καὶ φυλαὶ καὶ πατριαὶ καὶ τάγματα κατ' ἀναλογίαν ἑκάστου ἔσονται τῆς πίστεως. Καὶ τοῦτο καὶ Παῦλος διαγράφει, *Ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης*, λέγων, *καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων. Ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν*
D *δόξῃ· οὕτω καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν.* Καὶ ὁ Κύριος δὲ οὐ πᾶσι τὰς αὐτὰς ὁμολογεῖ διδόναι τιμὰς, ἀλλ' ἑτέροις μὲν ἐν βασιλείᾳ (97) καταριθμεῖται τῶν οὐρανῶν, ἄλλοις κληρονομίαν ἐπαγγέλλεται γῆς ἑτέροις ὄψεσθαι τὸν Πατέρα. Καὶ δὴ καὶ ἐνταῦθα πρῶτον τὸ τάγμα καὶ τὸν χορὸν τὸν ἅγιον αὐτῷ τῶν παρθένων, ὥσπερ εἰς νυμφῶνα, τὴν ἀνάπαυσιν τῶν καινῶν αἰώνων ἐφομαρτοῦντα συνεισελεύσεσθαι χρησμῳδεῖ. Ἐμαρτύρησαν (98) γάρ, οὐ κατά τι μόριον χρόνου ἐν

[36] *Psal.* XLIV, 14. [37] *I Cor.* XV, 41. [38] *Matth.* V.

(95) *Ἀγάπης*. Ita codex Vat. et Possinius. Allatius vero cum ms. Mazar., σωφροσύνης. Combefis.

(96) *Ἀποκρίνεσθαι*. Sic Allatius; ms. Vat., cum Possinio, ἀποκρούεσθαι. Id.

(97) *Ἐν βασιλείᾳ καταριθμεῖται*. Allatius ἐπὶ τὰ βασίλεια. Lectionem nostram ex Vat. cod. expressit Possinius. Id. — Forte leg. καταριθμεῖσθαι, in infinitivo.

(98) *Ἐμαρτύρησαν*. Quasi *martyrium fecerunt*.

βραχεῖ καρτερήσασαι σωμάτων ἀχθηδόνας, ἀλλὰ διὰ (A) παντὸς πλήσασαι τοῦ βίου, μὴ ἀποδειλιάσασθαι τὸν ἀγῶνα τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀληθῶς διαθλῆσαι τῆς ἁγνείας· βασάνοις τε γὰρ ἀγρίοις ἡδονῶν καὶ φόβοις καὶ λύπαις ἀντισχοῦσαι, καὶ τοῖς ἄλλοις τῆς πονηρίας τῶν ἀνθρώπων κακοῖς, ἀποφέρονται τὰ γέρα πρῶται τῶν ἄλλων, εἰς τὸν ἀμείνω τῆς ἐπαγγελίας ἐκτασσόμεναι χῶρον. Ἀμέλει ταύτας μόνον ἐκλεκτὴν νύμφην τὰς ψυχάς, καὶ γνησίαν ὁ Λόγος ἑαυτοῦ καλεῖ· τὰς δὲ λοιπάς, παλλακὰς καὶ νεανίδας καὶ θυγατέρας, λέγων ὧδε· *Ἑξήκοντά εἰσι βασίλισσαι, καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαί· καὶ νεάνιδες, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. Μία ἐστὶ περιστερά μου, τελεία μου· μία ἐστὶ τῇ μητρὶ αὐτῆς, ἐκλεκτὴ τῇ τεκούσῃ αὐτήν· εἴδοσαν αὐτὴν θυγατέρες, καὶ μακαριοῦσιν αὐτήν· βασίλισσαι καί γε παλλακαὶ* (B) *αἰνοῦσιν αὐτήν*. Πολλῶν γὰρ οὐσῶν δηλονότι τῆς Ἐκκλησίας τῶν θυγατέρων, μία ἐστὶ μόνη ἐκλεκτὴ καὶ τιμιωτάτη ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῆς ὑπὲρ πάσας, τὸ τάγμα τῶν παρθένων.

(A) tinentes corporum gravamina, sed quoad vita superstes fuit, tolerantes laborum, Olympiacum vere castimoniæ agonem fortiter obire non formidarunt, sævisque voluptatum tormentis et pavoribus ac doloribus, aliisque hominum nequitiæ malis resistentes, primæ ante alios munera in melioribus promissionis locis collocatæ reportant. Denique has solum animas, Verbum electam sponsam atque sinceram vocat : reliquas autem, concubinas et adolescentulas atque filias, sic dicens [39] : *Sexaginta sunt reginæ, et octoginta concubinæ; et adolescentulæ quarum non est numerus. Una est columba mea, perfecta mea; una est matri suæ; electa genitrici suæ. Viderunt eam filiæ, et beatam prædicabunt eam : reginæ et concubinæ laudabunt eam.* Cum enim uti- (B) que multæ sint Ecclesiæ filiæ, una sola electa est et charissima in oculis ejus supra reliquas, ordo scilicet virginum.

CAP. IV. *Locus Cant.* VI, 7, 8, *expensus. Reginæ, sanctæ ante diluvium animæ. Concubinæ, animæ prophetarum. Divinum semen ad spiritales fetus, in prophetarum libris. Quasi clandestinæ cum prophetis, Verbi nuptiæ.*

Ἐὰν δέ τῳ περὶ τούτων ἀμφισβήτησις, ὡς οὐδέπω τῶν κεφαλαίων ἱκανῶς ἐπεξειργασμένων, καὶ ἔτι βούλοιτο κατ' ἀναγωγὴν αὐτῶν πνευματικὴν διαρθρωθῆναι πληρέστερον, τίνες εἰσὶν αἱ βασίλισσαι καὶ αἱ νεάνιδες· λέξομεν, δύνασθαι ταῦτα λελαλῆσθαι καὶ ἐπὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς κατὰ πρόβασιν χρόνων ἐν δικαιοσύνῃ διαπρεψάντων· οἷον τῶν πρὸ τοῦ κατα- (C) κλυσμοῦ, καὶ τῶν μετὰ τὸν κατακλυσμόν, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ καθεξῆς. Εἶναι γὰρ νύμφην μὲν τὴν Ἐκκλησίαν, βασιλίσσας δὲ τὰς βασιλικὰς ἐκείνας τὰς πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ψυχάς, εὐαρέστους τῷ Θεῷ γεγενημένας· τουτέστι τὰς ἀμφὶ τὸν Ἄβελ, καὶ τὸν Σὴθ καὶ τὸν Ἐνώχ· παλλακὰς δὲ τὰς μετὰ τὸν κατακλυσμόν, τῶν προφητῶν· αἷς, πρὸ τοῦ τὴν Ἐκκλησίαν ἁρμοσθῆναι τῷ Κυρίῳ, παλλακίδων δίκην συγγινόμενος, ἀληθεῖς ὑπέσπειρε λόγους ἐν ἀφθόρῳ καὶ καθαρᾷ φιλοσοφίᾳ, ἵνα γεννῶσιν αὐτῷ συλλαβοῦσαι πίστιν, πνεῦμα σωτηρίας. Τοιαῦτα γὰρ ἐκβλαστήματα φύουσιν αἱ ψυχαί, ἀείμνηστον φέροντα τὸ κλέος, ὁπόσαις ἂν ὁ Χριστὸς συναναχραθῇ. Εἰ γὰρ βούλεσθε εἰς Μωϋσέως ἀποβλέψαι βίβλους, ἢ Δαυῒδ ἢ Σολομῶνος ἢ Ἡσαΐου, ἢ τῶν καθεξῆς προ- (D) φητῶν, ὦ παρθένοι, εἴσεσθε, οἷα καταλελοίπασιν ἑαυτῶν ἔκγονα τῷ βίῳ σωτήρια διὰ τὴν πρὸς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ κοινωνίαν. Ὅθεν τεθεωρημένως παλλακὰς προσηγόρευσε τὰς ψυχὰς τὰς προφητικὰς ὁ Λόγος, ὅτι μὴ φανερῶς αὐτὰς οὕτω, καθάπερ δὴ καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἐπηγάγετο, θύσας δι' αὐτὴν τὸν μόσχον τὸν σιτευτόν.

Sin cui vero hinc hæret scrupulus, quasi hæc adhuc ad purum Scriptura nequaquam declarata sit, ac præterea ad spiritualem eam sensum referre velit, juxtaque illum distinctius exponi quænam sint reginæ, quæ vero concubinæ ac quæ adolescentulæ, dicemus fieri posse ut ista dicta sint de iis (C) qui a principio per successiones temporum in justitia claruerunt : puta, qui ante diluvium, quique post diluvium, et qui deinceps post Christum. Ecclesia videlicet sponsa est. Reginæ vero, regiæ illæ animæ quæ ante diluvium Deo placuerunt, nempe Abel, Seth, Enoch. Concubinæ, quæ post diluvium animæ fuerunt, nempe prophetarum; quibus antequam Ecclesia Domino aptaretur, concubinarum more congressus, in incorrupta mundaque philosophia veros subseminavit sermones, ut inde concepta fide, spiritum salutis ei parerent. Tales enim fetus edunt ejusmodi animæ, monumenta sui æternum mansura relinquentes, quibuscum Christus congressus fuerit. Si enim in Moysis aut Davidis, aut Salomonis, aut Isaiæ, aut aliorum subsequen- (D) tium prophetarum libros animum advertere, o virgines, volueritis, videbitis quales quamque vitæ ac mundo salutares post se fetus reliquerint, commercii illius ratione quod illis cum Filio Dei intercessit. Quare considerate admodum concubinas appellavit Verbum prophetarum animas, quod non sic eas palam, uti nimirum Ecclesiam, duxerat, occiso illius gratia vitulo saginato [40].

[39] *Cant.* VI, 7, 8. [40] *Luc.* XV, 23.

Possin. Ἐμαρτύρησε γάρ, ὡς οὐ, redditque, *attestatur enim eos*, etc., cujus tamen lectionis, nec Allatius meminit, nec qui Possinianæ Lupar. editioni præfuit. Et certe nihil congruit, et particula ὡς palam adjectitia est ad servandam syntaxim, quam tamen imperitus interpolator servare nequivit. Vult ergo arduum tenenda castitate virginibus certamen, martyribus pene compar, quod multis postea sæculis, de his qui religiosa palæstra in finem usque militant, graviter edisseruit Bernardus : quibus ad virginitatem seu castitatem, accedit etiam voluntariæ paupertatis et obedientiæ stadium. COMBEF.

CAP. V. *Sexaginta reginæ, cur sexaginta, et cur reginæ. Primi ævi sanctorum præstantia.*

Quærendum porro præterea videtur, ne quid nos dictu necessarium fugiat, quid causæ sit cur reginæ quidem sexaginta numerentur, concubinæ vero octoginta, adolescentulæ autem tam multæ inducantur, ut earum numerus propter multitudinem iniri nequeat; sponsa denique ponatur una. Incipiamus a sexaginta. Sexaginta, opinor, reginas hinc vocavit eos qui ab Adamo usque ad Noe continua successione temporum Deo placuerunt, quoniam aliis hi præceptis ac legibus ad salutem consequendam opus non habuerunt, etiamnum recente apud eos memoria creationis mundi, sex diebus conditi. Recordabantur, inquam, sex dierum spatio rerum hanc universitatem a Deo fuisse fabricatam, eorumque quæ in paradiso contigerant infixam sensibus historiam habebant: qua nempe ratione homo accepto mandato non tangendæ arboris scientiæ, impegisset, fraude inductus auctoris malitiæ [41]. Hinc eas animas quæ statim a mundo condito continua successione Deum sibi amandum delegerunt, ferme, ut sic dicam, primi sæculi soboles, et vicinas magni senarii dierum, sexaginta reginas symbolice vocat, quia, ut dicebam, a senum dierum creatione statim exstiterunt. Magno quippe honore præcelluerunt, familiari angelorum dignatæ colloquio, ac quæ Deum palam, non per somnium, sæpe sint contuitæ. Considerate enim quanta Setho familiaritas cum Deo exstiterit, quanta cum Abele, quanta cum Enoso, quanta cum Enocho, quanta cum Mathusala, quanta cum Noemo necessitudo. Primi hi amatores justitiæ, primique inter primogenitos liberos qui conscripti sunt in cœlis [42], regnum asseculi, ceu primitiæ quædam plantationum in salutem, ac qui Deo præcox fructus provenerint. Ac de his quidem satis.

A Ἐπαπορητέον δὲ καὶ τοῦτο πρὸς τούτοις, ἵνα μηδὲν ἡμᾶς τῶν ἀναγκαίων ἀποδράναι δυνηθῇ, τί δήποτε τὰς μὲν βασιλίσσας ἑξήκοντα ἔφη, τὰς δὲ παλλακὰς ὀγδοήκοντα· τὰς δὲ νεάνιδας τοσαύτας, ὅσον μηδὲ ἀριθμεῖσθαι διὰ τὴν πληθύν· τὴν δὲ νύμφην μίαν. Καὶ πρῶτον μὲν περὶ τῶν ἑξήκοντα λεκτέον. Ἑξήκοντα βασιλίσσας ἐντεῦθεν, ὡς οἶμαι δή, τοὺς ἀπὸ τοῦ πρωτοπλάστου μέχρι Νῶε κατὰ διαδοχὴν εὐαρεστήσαντας ἐκάλεσε τῷ Θεῷ· ἐπειδήπερ οὗτοι παραγγελμάτων καὶ θεσμῶν εἰς τὸ σωθῆναι χρείαν οὐκ ἐσχήκασιν, ἔτι προσφάτου τῆς κατὰ τὴν ἑξαήμερον οὔσης αὐτοῖς τοῦ κόσμου συστάσεως. Ἐμέμνηντο γὰρ οὗτοι, ὡς ἐν ἓξ ἡμέραις ὁ Θεὸς ἐτεκτήνατο τὴν κτίσιν, τά τε ἐν τῷ παραδείσῳ γεγονότα· καὶ πῶς ὁ ἄνθρωπος, ἐντολὴν ἔχων μὴ ἅψασθαι τοῦ φυτοῦ τῆς φρο- B νήσεως (99), ἐξώκειλεν, ἀποβουκολήσαντος αὐτὸν τοῦ τῆς κακίας σοφιστοῦ. Ἐντεῦθεν δὴ τὰς ἀπὸ τῆς συστάσεως εὐθέως τοῦ κόσμου κατὰ διαδοχὴν τὸν Θεὸν ποθεῖν ἑλομένας ψυχάς, καὶ σχεδόν, εἰ χρὴ φάναι, τοῦ πρώτου αἰῶνος οὔσας ἔκγονα, καὶ γείτονας τῆς μεγάλης ἑξαημέρου, ἑξήκοντα βασιλίσσας ἔφη συμβολικῶς, διὰ τὸ μετὰ τὴν ἑξαήμερον εὐθέως, ὡς ἔφην, γεγονέναι. Μεγάλην γὰρ ἐσχήκασιν οὗτοι τιμήν, ἀγγέλοις συνομιλήσαντες, καὶ τὸν Θεὸν ὕπαρ, οὐκ ὄναρ, πολλάκις θεασάμενοι. Ἐπισκέψασθε γὰρ ὅσην ἔσχε παῤῥησίαν ὁ Σὴθ πρὸς τὸν Θεόν, ὅσην ὁ Ἄβελ (1), ὅσην ὁ Ἐνώς, ὅσην ὁ Ἐνώχ, ὅσην ὁ Μαθουσάλα, ὅσην ὁ Νῶε, πρῶτοι δικαιοσύνης γεγονότες ἐρασταί, καὶ πρῶτοι τῶν πρωτοτόκων τέκνων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς, τῆς βασιλείας καταξιωθέν- C τες, ὥσπερ ἀπαρχή τις τῶν φυτευμάτων εἰς σωτηρίαν πρώϊμος τῷ Θεῷ βλαστήσαντες καρπός. Καὶ περὶ μὲν τούτων αὐτάρκως.

CAP. VI. *Octoginta concubinæ, quæ? Factæ prophetis Incarnationis notiones.*

De concubinis restat dicere. Apud eos qui post diluvium fuerunt, illa jam Dei cognitio remotior facta, pene exoleverat; aliaque eis opus doctrina erat quæ adversus enascentem ac jam serpere incipientem idololatriam mortalibus præsidio ac auxi-

Περὶ δὲ τῶν παλλακῶν πάλιν λεκτέον. Τοῖς μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἀπωτέρω (2) λοιπὸν ἡ γνῶσις ἦν τοῦ Θεοῦ· καὶ ἔχρῃζον ἑτέρας διδαχῆς, ἑρπούσης ἤδη τῆς εἰδωλολατρείας, ἥτις αὐτοῖς αὖθις ἀλεξίκακος ἔσοιτο καὶ βοηθός. Ὁ οὖν Θεός, ἵνα μὴ πάντη

[41] *Gen.* III, 3. [42] *Hebr.* XII, 23.

(99) *Μὴ ἅψασθαι τοῦ φυτοῦ τῆς φρονήσεως.* Ita junxit Possinius ac bene reddidit, *mandato accepto non tangendæ arboris scientiæ;* cujus prævaricatione sic ἐξώκειλε, *impegit;* nec opus cum illo supplere, *in exitium miser*. Sic enim Latini ea voce absolute significant, quod Græci illa altera, metaphora ducta a navibus, quæ sic in cautes et brevia ac loca aspera impingere dicuntur et allidi, dum portum tutamque stationem cogitant. Hesych. ἐξέπεσε exponit: sed ipsa exponens vox, obscurior eo sensu voce exposita, ac infrequentior, ut et quas Suidas adhibet, qui et ipse ἀπὸ νηός, *de nave* dici hanc vocem adnotat: nec opus altera explicatione Fr. Portæ. Φρόνησις ergo ἀντὶ τῆς ἐπιστήμης est, sive γνώσεως, pro intelligentia ac scientia, quomodo vertit Cicero docetque Budæus sæpe usurpari; non pro prudentia, quæ virtus est, quomodo potius ἀφροσύνης arbor dicenda videretur (*summæ* D *insipientiæ*) quam φρονήσεως, *prudentiæ*. Leo Allatius τὸ *τῆς φρονήσεως* jungit verbo ἐξώκειλε, redditque, *extra mentem ille delapsus;* attendens scilicet expositionem τοῦ *ἐξέπεσε*, ἐξωλίσθησε. Sed non videtur hæc vis metaphoræ, quasi scilicet ex portu delabi navis dicatur, et hoc sit ἐξοκέλλειν, non ejus aberratione, ita ut dictum est, impingere frangique atque allidi ad brevia et cautes. COMBEFIS.

(1) *Ὅσην ὁ Ἄβελ.* Hæc exciderunt ex edito Combefisiano, quæ tamen exhibent Allatius et Possinius. Apud Allatium vicissim ista omittuntur, ὅσην ὁ Ἐνώς, quæ leguntur ex cod. Vat. in editis Possinii et Combefisii. GALL.

(2) *Ἀπωτέρω.* Sic Allatius. Possinius vero ex cod. Vat. ἀνωτέρω..... Atque hanc Vat. lectionem retinere maluit editor Lupareus, etiamsi ms. Mazar. et excerpta Photiana ἀπωτέρω præferrent. COMBEFIS.

τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀϊστωθῇ λήθῃ τῶν καλῶν, τὸν ἴδιον Παῖδα τοῖς προφήταις ἐκέλευσεν ὑπηχῆσαι (3), τὴν ἐσομένην ἑαυτοῦ παρουσίαν διὰ σαρκὸς εἰς τὸν βίον, καθ' ἣν ἡ τῆς πνευματικῆς ὀγδοάδος χαρὰ καὶ γνῶσις κηρυχθήσεται, ἀφέσεως ἁμαρτημάτων οὖσα καὶ ἀναστάσεως παρεκτική· περιτμηθήσεσθαι γὰρ δι' αὐτῆς τῶν ἀνθρώπων τὰ πάθη καὶ τὴν φθοράν. Καὶ διὰ τοῦτο τὸν κατάλογον τῶν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ προφητῶν διὰ τὴν τῆς περιτομῆς πρεσβείαν, τὸν ὀκτὼ περιεχούσης ἀριθμὸν, ἧς ἐξήρτηται καὶ ὁ νόμος, ὀγδοήκοντα παλλακὰς ἐκάλεσεν· ὅτι πρῶτοι, πρὶν τὴν νύμφην τὴν Ἐκκλησίαν κατεγγυηθῆναι τῷ Λόγῳ, τὰ θεῖα συλλαβόντες σπέρματα, τῆς νοητῆς προεξήγγειλαν ὀγδοάδος τὴν περιτομήν.

A lio foret. Deus itaque, ne bonorum oblivione humanum genus prorsus everteretur, Filium suum mandavit, suum per carnem futurum in mundum, interiore auditu prophetis loqui adventum; per quem spiritalis octonarii gaudium ac veritatis cognitio essent prædicanda : qui nimirum peccatorum foret remissio et resurrectionem esset præstiturus; circumcidenda quippe per ipsum hominum vitia et corruptionem amputandam. Propter hoc, prophetarum qui ab Abrahamo fuerunt, subductum numerum, propter circumcisionis octonarium numerum continentis, ex qua lex ipsa pendet, augustiorem honorem, octoginta concubinas appellavit : quod nempe primi, antequam Ecclesia Verbo desponsaretur, divinis conceptis seminibus spiritalis octonarii circumcisionem prænuntiarunt.

CAP. VII. *Adolescentulæ, justi veteres. Ecclesia, una illa sponsa, reliquis præstantior.*

Νεάνιδας δὲ πάλιν εἰς ἀναρίθμητον συντελούσας ὅμιλον, τὰ ὑπὸ τοῖς κρείττοσι (4) δικαιοπραγήσαντα πλήθη, καὶ νεανικῶς καὶ γενναίως διαθλήσαντα πρὸς τὴν ἁμαρτίαν, καλεῖ. Ἀλλὰ τούτων οὔθ' αἱ βασίλισσαι, οὔθ' αἱ παλλακαὶ, οὔθ' αἱ νεάνιδες συγκρίνονται τῇ Ἐκκλησίᾳ. Ἡ γὰρ τελεία καὶ ἐκλεκτὴ παρὰ πάσας αὐτὰς νομιζομένη, ἡ ἐκ πάντων συνεστῶσά τε καὶ συνηνωμένη (5) τῶν ἀποστόλων ἐστὶν, ἡ ὑπερβάλλουσα νύμφη τῷ κάλλει τῆς ἀκμῆς καὶ τῆς παρθενίας πάσας. Διὸ καὶ μακαρίζεται καὶ αἰνεῖται πρὸς τῶν ἄλλων (6), ὅτι αὕτη καὶ εἶδε καὶ ἤκουσεν ἀφθόνως, ἃ ἐκεῖναι ἐπεπόθεισαν κἂν ἐκ βραχέως θεάσασθαι, καὶ οὐκ εἶδον· καὶ ἀκοῦσαι, καὶ οὐκ ἤκουσαν. *Μακάριοι γὰρ*, φησὶν, *οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν*, ὁ Κύριος τοῖς μαθηταῖς, *οἱ βλέποντες ἃ βλέπετε. Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι πολλοὶ προφῆται ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον· καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν.* Οὐκοῦν διὰ ταῦτα μακαρίζουσι ταύτην οἱ προφῆται καὶ θαυμάζουσιν, ὅτι ὧν αὐτοὶ μὴ ἐπέτυχον ἀκροαταὶ γενέσθαι καὶ θεάμονες, ἡ Ἐκκλησία κατηξιώθη καὶ μετείληφεν. *Ἑξήκοντα γάρ εἰσι βασίλισσαι καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαὶ, καὶ νεάνιδες ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. Μία ἐστὶ περιστερά μου, τελεία μου.*

B Adolescentulas autem, numero superiores, eam multitudinem vocat quæ inferiori a præstantioribus ordine justitiam consectata, juvenili quasi robore ac strenue adversus peccatum decertavit. Ex horum tamen omni classe neque reginæ, nec concubinæ aut adolescentulæ, cum Ecclesia comparari valent. Hæc enim perfecta ac supra omnes illas electa habita, ex omnibus conflata apostolis et in unum coagmentata, illa sponsa est, vividæ ætatis flore ac virginitatis decore cunctis longe præcellens. Quocirca etiam ab aliis beata prædicatur atque laudatur, quod ipsa affatim viderit audieritque quod illæ vel ad breve momentum videre cupierunt et non viderunt, atque audire, et non audierunt. *Beati enim*, inquit Dominus discipulis [43], *oculi vestri,* C *qui vident quæ videtis. Dico enim vobis, quod multi prophetæ cupierunt videre quæ videtis, et non viderunt : et audire quæ auditis, et non audierunt.* Ob hanc itaque causam merito prophetæ Ecclesiam beatam prædicant eamque admirantur, quod quæ ipsis videre audireque non obtigit, hæc ipsa Ecclesia percipere, eorumque gaudere commercio meruit. *Sexaginta* enim *sunt reginæ et octoginta concubinæ, et adolescentulæ quarum non est numerus. Una est columba mea, perfecta mea* [44].

[43] *Matth.* XIII 16, 17. [44] *Cant.* VI, 7.

(3) *Τὸν ἴδιον Παῖδα ὑπηχῆσαι.* Possinius, invito textu, prophetis præceptum reddit, ut sic Dei Filium insusurrarent, *prædicari curavit a prophetis suum Filium.* Sed non ita Methodius, sed ipsi Filio jussisse ait ut sic interiore auditu ipse se prophetis, suumque in mundum adventum, quo salus mundo foret, loqueretur : quod præceptum nihil læsa ejus cum Patre æqualitate potest intelligi, destinatæ causa Incarnationis. COMBEFIS.

(4) *Τὰ ὑπὸ τοῖς κρείττοσι.* Plebes nimirum intelligit, vel patriarchis vel prophetis subjectas, ac quibus majores illi Dei cultu præirent : quæ turba major est, ipsa innumerabilis, cum præstantiores sancti ipsique duces atque auspices longe pauciores sint. Nihil apte Allat. et Mazar., ὑπὸ τοῖς κριταῖς, quasi ille novus quidem status sit, non ipse circumcisionis ejusque pars, quem proinde illi con- D numerari non decuit. Nec judices dicantur universim primarii justi, vel patriarchæ vel prophetæ, sed peculiariter illi qui a Mose ad Saulem Hebræorum rempubl. gessere, et antequam illi regem exposcerent; qui jam, non quasi paterne et sub Deo quasi familiam regeret ac judicaret, sed mero imperio illis præesset. ID.

(5) *Συνηνωμένη.* Hæc est lectio codicis Vat. quam expressit Possinius. Sed ms. Mazar. et Allatius, cum Photianis excerptis, συνημμένη. ID.

(6) *Πρὸς τῶν ἄλλων.* Allatio deest præpositio, preli vitio aut pueri exscribentis. Reddit vero cum Possinio, *ante alias prædicatur*; Possinius, *præ aliis*, cum sit *ab aliis*, respondeatque sacro textui, ubi sic laudantes ac prædicantes sponsam, indicantur, ipseque sequentibus diserte exponit Methodius. ID.

CAP. VIII. *Christi natura humana, una illa ejus columba.*

Possit vero aliquis alio quoque modo incontaminatam Domini carnem sponsam interpretari, cujus gratia, relicto Patre, huc descendit eique adhæsit, ac homo factus in eam invasit. Quare etiam figurate columbam vocitavit, quod hoc animal mansuetum sit, sub tecto degens peneque nobis contubernale, atque humano convictu gaudens. Una enim profecto, ut verbo dicam, labis expers ac impolluta inventa est, cunctisque præcellens justitiæ mundo atque decore, ut nemo eorum qui vel summe Deo placuerunt, prope ad eam, si virtutis ratio ineatur, consistat. Quocirca merito in consortium regni Unigeniti ascita est, illo sibi eam adaptante atque uniente. Itaque in psalmo quadragesimo quarto, quæ inter plures a dextris Dei regina astat, aurea virtutis mundo ornata, cujus rex pulchritudinem concupivit [45], caro est, uti dicebam, intemerata illa et beata, quam ipse Deus Verbum cœlis invectam a dextris Patris collocavit auratis vestibus decoram, in studiis scilicet incorruptionis, quæ symbolice vocavit *fimbrias aureas*, quod nimirum indumentum hoc, variis ex virtutibus, puta castitate, prudentia, fide, charitate, patientia, bonisque reliquis, variegatur et quasi contexitur; quæ plane operientia carnis turpitudinem, aureo hominem mundo cultuque convestiunt.

A Δυνήσεται δέ τις ἑτέρως τὴν νύμφην φάναι τὴν σάρκα τὴν ἀμόλυντον τοῦ Κυρίου, ἧς χάριν τὸν Πατέρα καταλείψας, κατῆλθεν ἐνταῦθα, καὶ προσεκολλήθη, καὶ ἐγκατέσκηψεν (7) ἐνανθρωπήσας εἰς αὐτήν. Διὸ δὴ καὶ περιστερὰν αὐτὴν τροπικῶς ἐκάλεσεν· ἐπειδὴ τιθασσὸν τὸ ζῶον καὶ ὑπωρόφιον, καὶ διαίτῃ τῇ τῶν ἀνθρώπων ἐνασμενίζον. Μόνη γὰρ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἄσπιλος καὶ ἀμίαντος εὑρέθη, καὶ πάντας ὑπερέχουσα τῷ τῆς δικαιοσύνης κόσμῳ καὶ κάλλει· ὥστε μηδένα καὶ τῶν εἰς ἄκρον εὐαρεστησάντων τῷ Θεῷ ταύτης δυνηθῆναι πέλας, ὡς πρὸς σύγκρισιν ἀρετῆς, στῆναι. Καὶ διὰ τοῦτο κατηξιῶσθαι κοινωνὸν αὐτὴν γενέσθαι τῆς βασιλείας τοῦ Μονογενοῦς, αὐτῷ καθηρμοσμένην τε καὶ ἑνωθεῖσαν. Καὶ ἐν τεσσαρακοστῷ δὲ καὶ τετάρτῳ ψαλμῷ ἡ ἐκ τῶν πλειόνων B παρισταμένη ἐκ δεξιῶν βασίλισσα τοῦ Θεοῦ μερῶν, ἡ τῷ διαχρύσῳ τῆς ἀρετῆς κόσμῳ κατεστολισμένη, ἧς ἐπεθύμησε τοῦ κάλλους ὁ βασιλεὺς, ἡ σάρξ ἐστιν, ὡς ἔφην, ἡ ἄχραντος ἐκείνη καὶ μακαρία, ἣν αὐτὸς ἀνακομίσας ὁ Λόγος εἰς οὐρανοὺς, ἐκ δεξιῶν παρέστησε τοῦ Πατρὸς, ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ κεκοσμημένην· ὃ δή ἐστιν, ἐν ἐπιτηδεύμασι τῆς ἀφθαρσίας, ἃ συμβολικῶς ἔφησε *χρυσᾶ κροσσωτά*. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ ποικίλων ποικίλλεται τοῦτο καὶ συγκαθυφαίνεται κατορθωμάτων τὸ ἔνδυμα (οἷον ἁγνείας, φρονήσεως, πίστεως, ἀγάπης, ὑπομονῆς, καὶ τῶν λοιπῶν ἀγαθῶν)· ἃ δὴ, κατακαλύπτοντα τὴν ἀσχημοσύνην τῆς σαρκὸς, κοσμεῖ τὸν ἄνθρωπον κόσμῳ χρυσῷ.

CAP. IX. *Virgines statim post Reginam ac Sponsam.*

Restat ut quid in consequentibus psalmi post commemoratum hominem a Verbo assumptum, ad Omnipotentis dexteram collocatum, tradat Spiritus sanctus, consideremus. *Adducentur*, inquit [46], *regi virgines post eam; proximæ ejus afferentur tibi. Afferentur in lætitia et exsultatione; adducentur in templum regis.* Valde manifeste videtur hic divinus Spiritus virginitatem laudare, ac polliceri, virgines secundo post Domini sponsam loco, ut exposuimus, ad Omnipotentem accessuras in lætitia et exsultatione, ambitioso cultu comitantibus angelis ac deducentibus. Adeo enim amabile et supra modum revera desiderabile virginitatis decus, ut post reginam quam exaltavit Dominus, atque ab omni peccato

C Ἔπειτα τί δὴ πάλιν καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς τοῦ ψαλμοῦ, μετὰ τὸ τὸν ἄνθρωπον ἐκ δεξιῶν ἐνθρονισθῆναι τοῦ Πατρὸς, ὃ ἀνείληφεν ὁ Λόγος, τὸ Πνεῦμα παραδίδωσιν, ἐπισκεπτέον. *Ἀπενεχθήσονται*, φησὶ, *τῷ Βασιλεῖ παρθένοι ὀπίσω αὐτῆς· αἱ πλησίον αὐτῆς ἀπενεχθήσονταί σοι. Ἀπενεχθήσονται ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιάσει· ἀχθήσονται εἰς ναὸν τοῦ βασιλέως.* Πάνυ προφανῶς ἐνθάδε λοιπὸν ἔοικεν ἐγκωμιάζειν τὸ Πνεῦμα τὴν ἁγνείαν, μετὰ τὴν νύμφην, ὡς ἀποδεδώκαμεν, τοῦ Κυρίου, δευτέρας προσιέναι τῷ Παντοκράτορι ἐν ἀγαλλιάσει καὶ εὐφροσύνῃ τὰς παρθένους ἐπαγγελλομένου, ὑπ' ἀγγέλων δορυφορουμένας τε καὶ παραπεμπομένας. Οὕτω γὰρ ἐπέραστόν τι τὸ τῆς παρθενίας ἐστὶν ὡς ἀληθῶς καὶ περιπόθητον κλέος, ὥστε

[45] *Psal.* XLIV, 10. [46] *ibid.* 15, 16.

(7) *Ἐγκατέσκηψεν. Illapsus est, invasit.* Maz. et Allat., ἐγκατεσκήνωσεν, *in ea habitavit*, quod æque probatum. Possinius, *agglutinatus est*, quod explicatio est vocis προσεκολλήθη, non minus quam illud, *ei adhæsit*, ac ταυτολογία, non expositio novæ Methodii vocis. Illud etiam, *incarnans se in eam*, quam durum parumque theologicum! τὸ *εἰς αὐτὴν* verbum ἐγκατέσκηψε respicit; modus vero denotatur illa voce ἐνανθρωπήσας, *hominis assumptione et factus homo*: sic in eam venit atque invasit illique incubuit, quæ vis est ejus vocis. Quod tamen Methodius, singulari ea sanctitate et justitia, κατηξιῶσθαι dicit κοινωνὸν γίνεσθαι τῆς βασιλείας τοῦ Μονογενοῦς, *meruisse consortem fieri regni Unigeniti*, ægre a Nestorianis furfuribus vindicari pos- D sit, et unione honoraria, non κατὰ φύσιν et ὑπόστασιν, qua homo consecratus in Dei filium ab ipso momento creati animi, et Deus factus homo; non ullis meritis aut profectu, eo provectus ille homo, ut Dei filius ejusque regni consors diceretur. Comes igitur et quasi effectus divinæ illius unionis fuit, omnis illa Christi hominis justitia et sanctitas, non ejus ratio, ob quam meruit illam adipisci. Etiam Gregorius in Homil. hanc nuptiarum Filii Dei cum sua carne (seu humanitate) comparationem statim rejicit, ut minus accommodam, et quæ faveat Nestorio: quod nuptiarum fœdera non sint nisi inter eos, qui distinctæ personæ sunt: proinde mavult dici de Christo et Ecclesia, quæ est prima Methodii expositio. COMBEFIS.

ὀπίσω τῆς βασιλίσσης, ἣν ἀνήγαγεν ὁ Κύριος, ἀναμάρτητον ἀποτορνεύσας τῷ Πατρὶ, τὸν χορὸν τῶν παρθένων καὶ τὸ τάγμα προσκομίζεσθαι, τὰ δευτερεῖα τῆς νύμφης κεκληρωμένον. Ταῦτά σοι καὶ παρ' ἡμῶν, ὦ Ἀρετὴ, τὰ γυμνάσματα τῶν λόγων ὑπὲρ ἁγνείας ἐστηλιτεύσθω.

Εἰπούσης δὲ ταῦτα τῆς Προκίλλης, Ἐμὸς ὁ κλῆρος, ἡ Θέκλα ἔφη, μετὰ ταύτην ἐφεξῆς ἀγωνίζεσθαι· καὶ χαίρω ξυνέμπορον ἔχουσα κἀγὼ τὴν σοφίαν τῶν λόγων, αἰσθανομένη κιθάρας δίκην ἔσωθεν ἁρμοζομένην με καὶ παρασκευάζουσαν εἰς τὸ μεμελημένως εἰπεῖν καὶ εὐσχημόνως.

ΑΡΕΤ. Ἄριστα, ὦ Θέκλα, τὴν προθυμίαν ἀπεδεξάμην, ᾗ καὶ πιστεύω εἰς δύναμιν πρέποντας ἀποδοῦναί σέ μοι τοὺς λόγους· φιλοσοφίας τε γὰρ τῆς ἐγκυκλίου καὶ παιδείας οὐδενὸς ὑστερήσεις· τῆς εὐαγγελικῆς τε αὖ καὶ θείας, τί χρὴ καὶ λέγειν, παρὰ Παύλου σεσοφισμένην;

A immunem perornavit, virginum chorum atque ordinem, secundo statim post sponsam honore dignetur. Hæ tibi quoque a nobis sermonum exercitationes, o Arete, pro virginitate velut in cippo ac perenni ære insculptæ sunto.

Talia ubi Procilla perorasset, Meus jam, ait Thecla, agendi locus est : eoque gratulans occurro, quæ et ego sapientiam sermonum (vim scilicet eloquentiæ) faventem habeam; sentiamque citharæ in modum interius aptantem ac concinnantem, ut elaborate ac decore venustoque eloquio disseram

ARET. Optime, o Thecla, tuus hic ardor ac alacritas mihi accidit, qua et spero, pro data tibi facultate, sermones te habituram, qui ex argu- B menti mole ac majestate congrue instituto respondeant. Nempe philosophia variaque eruditione ac liberalium artium comprehensione cedis nemini : evangelica vero et divina doctrina quid attinet dicere, cum Paulo magistro edocta imbutaque sapientia sis?

ΛΟΓΟΣ Η'.

ΘΕΚΛΑ.

ORATIO VIII.

THECLA.

Cap. I. *Vocis*, Παρθενία, *Methodianum etymon*, pene divina. *Virtus*, Ἀρετὴ *Græce, unde dicta?*

Οὐκοῦν λέγωμεν δὴ, πρῶτον αὐτόθεν ἀπ' ἀρχῆς ἀπαρξάμεναι τῆς ἐπωνυμίας· δι' ἣν αἰτίαν ἐκλήθη *παρθενία* τοῦτο τὸ κορυφαιότατον καὶ μακάριον ἐπιτήδευμα, οἷόν τε ὂν τυγχάνει, καὶ δύναμιν ἣν ἔχει, καὶ εἰσύστερον ὁποίους καρποὺς ἀποτελεῖ. Κινδυνεύουσι γὰρ ὀλίγου σύμπαντες αὐτὴν ἠγνοηκέναι, μυρίων διαφέρουσαν τῶν ἄλλων τῆς ἀρετῆς πλεονεκτημάτων, ὁπόσα εἰς κάθαρσιν καὶ κόσμον διαπονούμεθα τῆς ψυχῆς. Παρθεία (8) γὰρ ἡ παρθενία κατὰ μίαν ὑπαλλαγὴν καλεῖται στοιχείου, ὡς δὴ μόνη τὸν ἔχοντα καὶ τετελεσμένον αὐτῆς τὰς ἀφθόρους τελετὰς Θεῷ παρεικάζουσα, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν ἀδύνατον εὑρεῖν, ἡδονῆς καὶ λύπης ἀπῳκισμένον· καὶ τὸ τῆς ψυχῆς καταρδευόμενον ἀληθῶς αὔξεταί τε

Igitur dicamus primum, ab ipsa ordientes nominis appellatione, cur scilicet principalissimum istud C beatumque quo de agimus, institutum, παρθενία vocitetur, quod Latinis *virginitas* dicitur : tum explicabimus quale id sit quamque habeat vim, ac postremo quos ex se fructus edat. Parum enim abest quin plerique hanc ignorent, cum innumeris aliis præcellat virtutis muneribus, quæcunque vel ad animæ purgationem usurpamus, vel ad ejus exornationem. Παρθεία enim (ac si dicas *Deo affinis* ac *pene divina*) παρθενία dicitur, elementi duntaxat commutatione, ut quæ sola illa præditum ejusque incorruptis sacris initiatum Deo similem reddit, qua nullum majus bonum occurrerit, a vo-

(8) *Παρθεία*. Retinuimus codicis Vat. lectionem in voce πανθεία, quam interpres qui solum illum codicem habuit, secutus est. Cæterum probabilior videtur altera, quam et codex Maz. et Photiana excerpta suggerunt, παρθεία, sive potius παρὰ θεία, duobus vocabulis, quæ in unum conflata, sola mutatione τοῦ α in υ, et hujus insitione inter ε et ι penultimæ, vocem dabunt παρθενία. *Etymologicus* quoque præpositionem παρά in παρθενίας veriloquio agnoscit, dum scribit, παρθενία, ὅτι παρὰ Θεοῦ ἐδόθη. Ed. Lupar. — *Παρθεία γάρ*. Possinius, quasi ex Vat., πανθεία, *omnino divina*, *levi*, inquit, *mutatione litteræ*; nec qui ejus Lupar. editioni præfuit, etsi reclamantibus omnibus codicibus, necnon Photio, æquum putavit illi mutare, *quod is solum illum codicem habuerit, quem secutus est*. Ego magis putem nullum secutum esse, sed vel suum, vel pueri exscribentis σφάλμα. Nam Allatius, qui variantes lectiones ex Vat. et Barb. serio collegit, nihil hujus diversitatis meminit, quam, ut videtur, nullam ejusmodi in eo codice offendit. Et certe vox πανθεία non congruit expositioni Methodii, qua sic dici παρθενίαν ait, quod illa Deo assimile-

D mur. Respexit ergo præpositionem παρά, quæ sic comparationem importat et accessum quemdam ad formæ perfectionem, quæ per vocem significatur. Sic *Etymologus*, pluribus quas affert ejus vocis notionibus, ubique præpositionem παρά assumit, ex qua *παρ'* κατὰ συγκοπὴν factum ait; eliso scilicet elemento α, quod tamen subintelligatur, illudque ipsum sit cujus mutatione παρθεία Methodio παρθενία dicatur; nempe mutato α in ν, vicissimque ejus ipsius elisione. Virgines dicuntur grandiores puellæ necdum tamen thorum expertæ : nobis, quæ ulteriori proposito Deo consecratæ atque devotæ, ab omni se venere animo ac corpore abstineant; ut nunquam sponte luxuriæ ullis illecebris aut turpis libidinis dedant animum, aut corpus mancipari (quantum animi servit nutibus) sinant. Vide *Etym. Thesauri*, append., etc. Κατὰ μίαν ὑπαλλαγὴν στοιχείου, quod reddit Allat., *una elementi ejectione*, non satis capio; nam ea vox non ejectionem significat, sed mutationem, ac qua una littera alteri substituatur, uti a nobis expositum est. Combefis.

luptate æque seu libidine atque dolore semotum. Cujus irriguo animæ penna ebria vere crescit, leviorque effecta, ab humanis studiis avolare quotidie assuescit.

A καὶ κουφίζεται πτέρωμα, τῶν ἀνθρωπίνων ἐξίπτασθαι καθ' ἡμέραν ἐθιζόμενον σπουδασμάτων.

Quoniam enim panegyrim esse vitam nostram sapientes dixerunt; nos autem quasi personas veritatis scenam (id est justitiam) in theatrum dantes, contranitentibus et ad se spectaculum trahere certantibus diabolo ac dæmonibus, in cœlum oculos tollamus necesse est, assumptisque alis in altum feramur, atque earum suavis vocis illices sonos gestusque impudicos, castitatis exterius probæque honestatis obductos specie, præ Homericis Sirenis fugiamus. Multi enim, erroris illecebris deliniti, defluentibus pennis degravantur in hanc venientes vitam, relaxatis et languida mollitie resolutis nervis, quibus alarum castitatis indoles roboratur, ea sursum levans quæ corruptioni corporum libidine deorsum vergunt. Hinc, o Arete, tibi nomen est, sic dictæ sive quod per te ipsam αἱρετή, *eligibilis es*, dignaque quæ præopteris, quod αἴρεις, id est, *attollis* et in cœlos levas, in candidissimis semper mentibus incedens : tu mihi auspex orationis esto, quam ipsa habere præcepisti.

Ἐπειδὴ γὰρ πανήγυριν τὸν βίον ἡμῶν σοφῶν παῖδες εἰρήκασιν εἶναι, ἡμᾶς δὲ τὸ δρᾶμα τῆς ἀληθείας, τὴν δικαιοσύνην, ἥκειν ὡς εἰς θέατρον ἐπιδειξομένους, ἀντιτεχνούντων ἡμῖν καὶ ἀνταγωνιζομένων τοῦ διαβόλου καὶ τῶν δαιμόνων, ἀνανεύοντας ἄνω δεῖ καὶ ἀνιπταμένους μετεωρίζεσθαι, καὶ φεύγειν τὰ θέλγητρα τῆς καλλιφωνίας αὐτῶν, καὶ τὰ σχήματα ἔξωθεν φαντασίᾳ σωφροσύνης ἐπικεχρωσμένα, ἢ τὰς Σειρῆνας μᾶλλον τὰς Ὁμηρικάς. Κηλούμενοι γὰρ ταῖς ἡδοναῖς τῆς πλάνης, πτερορρυοῦσι πολλοὶ, καὶ βαρύνονται εἰς τὸν καθ' ἡμᾶς βίον ἥκοντες, χαυνωθέντων αὐτοῖς καὶ χαλασθέντων τῶν τόνων, καθ' οὓς B ἡ τῶν πτερῶν τῆς σωφροσύνης συγκρατεῖται φύσις, κουφίζουσα τὰ κάτω νεύοντα περὶ τὴν φθορὰν τῶν σωμάτων. Ὅθεν, ὦ Ἀρετὴ, εἴτε ὅτι δι' ἑαυτὴν αἱρετὴ, εἴτε διὰ τὸ *αἴρειν* καὶ μετεωρίζειν πρὸς οὐρανὸν, ταύτην ἔσχηκας τὴν ἐπωνυμίαν, ἐπὶ λευκοτάτων ἀεὶ βαίνουσα φρενῶν· ἴθι μοι συναντιληψομένη τοῦ λόγου, ὃν αὐτὴ προσέταξας εἰπεῖν.

Cap. II. *Alta sacrarum virginum mens et constantia. Virginum in beatas sedes ante reliquos introductio.*

Qui enim defluxum, quem dixi, pennarum passi, in voluptates prolapsi sunt, non prius dolere ac laboribus conflictari desinunt quam libidinis concupiscentia intemperantiæ necessitate expleta, profani sacrisque exclusi, a veritatis scena extorres exstiterint, ut non pudore castisque nuptiis liberis procreandis ponant operam, sed sævis amorum voluptatibus furore insaniant. Quæ vero forti levique penna sæculi emergentes cœno, in locum mundum superiorem oculos mentemque extulerunt, procul aspicientes quæ nemo alius viderit, ipsa nimirum incorruptionis prata, inæstimabilia decora floresque pleno illis cornu fundentia, ad ipsa quæ illic sunt continue animo erecti sunt versantque spectacula ; quo fit ut tanquam parva despiciant quæ hic pulchra existimantur, opes, honores, nobilitatem, nuptias, nec horum quidquam majoris aliquid pretii arbitrentur. Quin et si quis earum corpora feris flammisve objicere voluerit, dirisque excarnificare suppliciis, quantamvis tormentorum acerbitatem contemnere in promptu habent, quod illorum amore ac specie quam dixi, defixæ sunt, ut quamvis in mundo versentur, non in mundo esse videantur, sed mentis sensu ac desiderii vi, in ipsum jam cœlitum cœtum assumptæ.

Οἱ γὰρ πτερορρυήσαντες καὶ πεσόντες εἰς τὰς ἡδονὰς οὐ πρότερον λήγουσι λύπης καὶ πόνων, ἔστ' ἂν, τῇ τοῦ πάθους ἐπιθυμίᾳ τὴν ἀνάγκην ἐκπληροῦντες τῆς ἀκρασίας, ἀμύητοι καὶ ἀτελεῖς τοῦ τῆς ἀληθείας C ἀπομείνωσι δράματος· ἀντὶ τῆς μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης παιδοποιήσεως ἀγρίαις ἐρώτων λυττήσαντες ἡδοναῖς. Αἱ δὲ εὔπτεροι καὶ κοῦφαι εἰς τὸν ὑπερκόσμιον τόπον ὑπερκύψασαι τοῦ βίου, καὶ ἰδοῦσαι πόρρωθεν ἃ μὴ ἕτερος ἀνθρώπων ἐθεάσατο, τοὺς λειμῶνας αὐτοὺς τῆς ἀφθαρσίας, ἀμήχανα κάλλη καὶ ἄνθη φέροντας, καὶ πεπληρωμένους, ἀεὶ πρὸς αὐταῖς εἰσιν ἀναπολοῦσαι τὰ ἐκεῖ θεάματα· καὶ διὰ τοῦτο μικρὰ ἡγοῦνται τὰ ἐνταῦθα (9) νομιζόμενα καλὰ, πλοῦτον, καὶ δόξας, καὶ γένη, καὶ γάμους, καὶ οὐδέν τι ἐκείνων περὶ πλείονος ποιοῦνται. Ἀλλὰ καὶ εἴ τις αὐτῶν θηρίοις ἢ πυρὶ βούλοιτο τὰ σώματα παραδιδόναι καὶ τιμωρεῖσθαι, ἑτοίμως ἔχουσι τῶν ἀλγηδόνων ἀφροντιστεῖν διὰ τὸν ἐκείνων πόθον καὶ D τὴν ἐκείνων ἔκπληξιν· ὥστε δοκεῖν αὐτὰς, ἐν κόσμῳ οὔσας, μὴ εἶναι ἐν κόσμῳ, ἀλλὰ τῷ φρονήματι καὶ τῇ ὁρμῇ τῆς ἐπιθυμίας εἰς τὴν ἄγυριν ἤδη τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς (10) τυγχάνειν.

(9) *Διὰ τοῦτο μικρὰ ἡγοῦνται τὰ ἐντ.* Allatius, διὰ τοῦτο μὴ ῥέπουσαι πρὸς τὰ ἐντ.... In edito Combefisiano perperam adnotatum in margine, hanc esse lectionem ms. Mazar. Gall.

(10) *Τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Importune nimis editum in Lupar., τῶν ἄστρων, de qua tamen voce is qui præfuit editioni, ac variantes lectiones adjecit, *Vox* ἄστρων, inquit, *deerat in Vat. codice.* At, si deerat, unde Fossinio ascita, qua reddenda tantis laborat verborum phaleris? Ponit Allatius inter varias lectiones ex Vat. et Barb. codd., indeque Possinius habuerit, quam tamen ipse in suo non habuit. Meo periculo quidvis aliud potius scripsit Methodius. Forte ἁγίων, vel potius ἀγγέλων, ut exprimat illud Hebr. xii, 23, ubi de illo ipso cœlitum cœtu, in quo jam versari virgines sensu mentis videantur, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, quam ipsam vocem scripserit Methodius nisi simplici maluerit reddere ἄγυριν. Perinde enim est, *concio, cœtus, multitudo collecta*, non siderum (nugæ), sed cœlestium spirituum et angelorum, quibuscum beata nobis societas in cœlis exspectatur; jamque virgini-

A Οὐ γὰρ θέμις ἐπὶ γῆς βρίθειν κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν τὸ τῆς παρθενίας πτερὸν, ἀλλ' ἄνω φέρειν εἰς οὐρανὸν, εἰς καθαρὸν αἰθέρα, καὶ τὸν τῶν ἀγγέλων γείτονα βίον. Ὅθεν καὶ πρῶται τῶν ἄλλων μετὰ τὴν ἀνάκλησιν καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν αἱ ὀρθῶς καὶ πιστῶς παρθενεύσασαι τῷ Χριστῷ τὰ νικητήρια φέρονται τῶν ἄθλων, τοῖς τῆς ἀφθαρσίας ἄνθεσι στεφθεῖσαι πρὸς αὐτοῦ. Ἅμα γὰρ τῷ καταλεῖψαι τὸν κόσμον τὰς ψυχὰς, λόγος ταῖς παρθένοις ὑπαντῶντας ἀγγέλους μετὰ πολλῆς εὐφημίας εἰς τοὺς προειρημένους παραπέμπειν λειμῶνας αὐτὰς, εἰς οὓς καὶ πρόσθεν ἐλθεῖν ἐγλίχοντο, μακρόθεν αὐτοὺς φαντασιωθεῖσαι τότε, ὁπότε, ἔτι ἐπενδημοῦσαι τοῖς σώμασιν, ἰνδάλλοντο τὰ θεῖα.

Non enim fas est virginitatis alam suapte indole in terram vergere, cujus potius muneris sit in cœlum purumque æthera ac vicinam angelorum vitam hominem tollere. Reliquis itaque priores hinc evocatæ ac emigrantes, quæ recte fideliterque Christo virgines militavere, victoriæ præmia referunt, incorruptionis ab eo floribus sertisque redimitæ. Mox enim ac animæ mundum reliquerint, præsto esse angelos ferunt, qui virginibus obviam procedentes, ambitioso famulatu ingentique præconio, ad ea quæ memoravimus prata deducant, quo et ante venire gliscebant; procul tunc animo informantes, cum adhuc in corporibus versantes, simulacro tenuique imagine divina mente repræsentabant.

CAP. III. *Virginitatis sors et hereditas.*

B Ἐνταῦθα δὴ ἐλθούσας, θαυμαστά τινα θεάσασθαι, καὶ ἔκλαμπρα καὶ μακάρια κάλλη, καὶ ὁποῖα ἐξειπεῖν εἰς ἀνθρώπους δυσχερές. Εἶναι γὰρ αὐτὴν δικαιοσύνην καὶ φρόνησιν, ἀγάπην αὐτὴν ἐκεῖ καὶ ἀλήθειαν καὶ σωφροσύνην, καὶ τὰ ἄλλα ὡσαύτως ἐπιφανῆ τῆς σοφίας ἄνθη καὶ φυτά· ὧν ἡμεῖς ἐνθάδε σκιὰς μόνας φασματώδεις ὀνειρώσσοντες, ἀπὸ τῶν πράξεων ἡγούμεθα τῶν ἀνθρωπίνων συνεστάναι, ὅτι μή ἐστιν αὐτῶν δεῦρο μηδὲν εἴδωλον καταφανὲς, ἀλλ' ἀπεικονίσματα μόνον ἀειδῆ, ἃ δὴ καὶ αὐτὰ σκοτεινῶς πολλάκις ἀπεικάζοντες αἰσθανόμεθα. Οὐ γὰρ ἄν πώποτε δικαιοσύνης αὐτῆς ἢ συνέσεως ἢ εἰρήνης ὀφθαλμοῖς ἐθεάσατό τις μέγεθος, ἢ σχῆμα ἢ κάλλος· ἐκεῖ δὲ ἐν τῷ *Ὄντι* (11), ὥς εἰσιν, ὁλοτελῆ βλέπονται καὶ σαφῆ. Εἶναι γὰρ δένδρον τι σωφροσύνης αὐτῆς, εἶναι ἀγάπης, εἶναι συνέσεως· ὥσπερ καὶ τῶν C ἐνθάδε τὰ φυτὰ καρπῶν, οἷον σταφυλῆς, ῥοιᾶς καὶ μήλων, οὕτω δὴ κἀκείνων δρέπεσθαι (12) μὲν καὶ ἐσθίεσθαι τοὺς καρποὺς, οὐ μὴν ἀπόλλυσθαι καὶ φθίνειν, ἀλλ' εἰς ἀθανασίαν αὔξειν καὶ θειότητα τοὺς δρεπομένους· καθὼς κἀκεῖνος ἐξ οὗ πάντες ἐσμὲν, πρὸ τοῦ παραπεσεῖν καὶ πηρωθῆναι τὰς ὄψεις, ἐν τῷ παραδείσῳ τυγχάνων, ἀπεκαρπεύετο, τοῦ Θεοῦ θεμιστεύοντος τὸν ἄνθρωπον τῶν τῆς σοφίας ἐργάτην τεθῆναι καὶ φύλακα φυτῶν. Τοιούτους γὰρ ἦν καρποὺς πεπιστευμένος γεωργεῖν καὶ ὁ πρῶτος Ἀδάμ. Καὶ ὁ Ἱερεμίας δὲ ταῦτα τυγχάνειν ἰδικῶς ἔν τινι τόπῳ καὶ ἀφεστῶτι μεγάλην ἀπόστασιν τῆς καθ' ἡμᾶς

Jam vero illuc perductis, miranda quædam illustrissimaque et beata, et supra quam humano eloquio exprimi facile possit fruenda offerri pulchritudinum spectacula. Ipsa quippe illic justitia, ipsa prudentia, ipsa sese palam monstrat indulgetque cum charitate veritas et castitas, aliique id genus speciosissimi sapientiæ flores ac plantæ: quorum nos hic umbras solas quasi per somnium imaginantes, putamus ex humanis constare operationibus, quod nullum nobis hic eorum conspicuum suppetat simulacrum, sed obscuræ duntaxat designationes, quas et ipsas sæpius obscure delineantes densaque caligine, sentimus. Nec enim ullus unquam ipsius justitiæ, aut prudentiæ, aut pacis, magnitudinem aut formam, autve decorem oculis usurpavit; illic vero in eo *Qui est* [47], uti vere sunt, integra ac conspicua perspiciuntur. Est enim ipsius castitatis arbor, est caritatis, est prudentiæ, uti sane et fructuum hic terrenorum plantæ (vitis scilicet, malogranati, malorum pomorumque omnium), sic et illarum carpuntur fructus atque eduntur, non qui pereant ac marcescant, sed qui legentes ad immortalitatem divinitatemque adaugeant: quemadmodum et ille cujus omnes sumus soboles, ante lapsum ac cæcata lumina, in paradiso fructuum usura gaudebat, constituto per Dei scitum homine, ut plantarum sapientiæ cultor ac custos esset. Tales namque fructus ut coleret, primus Adam in suam fidem acceperat. At-

[47] *Exod.* III, 14.

bus ac iis quorum cum Paulo conversatio, municipatus (πολίτευμα) est in cœlis, occupato præstatur. COMBEFIS.

(11) *Ἐκεῖ δὲ ἐν τῷ Ὄντι.* Sic accipio, ut Dei nomen intelligatur, quo se ipse Exod. III, 14, vocat, semelque et iterum Jer. XIV et XXXII compellat. Illic ergo ἐν τῷ Ὄντι, *in illo qui est*, in Deo fonte essendi, et qui est ipsum esse, cujus munere est quidquid est, cernunt animi primigenias istas rationes et emanationes clare et integre, non ut in nobis visuntur in esse caduco et mortali, contrariis admistæ: quæcunque tandem illa Dei visio, et τοῦ Ὄντος sit Methodio, vel ipsius in se divinæ essentiæ, vel qualem extra illam animi possunt habere. Non loqui vero Methodium de ipsa in se Dei visione, argumento est exemplum protoplasti, cui ante lapsum eamdem cognitionem videtur tribuere. Locus D item Baruch non ad ipsam Dei visionem videtur hortari, sed ad virtutes quales humana facultate ac Dei munere homo viator nancisci potest. Possinius *coram et vere* reddidit, ac si ea locutio vim solum adverbii haberet: qui sensus valde humilis est. Melius Allatius, *in ipsa veritate*, quam velim Deum Veritatem intellexisse; inde Veritatem, quod est ipse qui est, datque omnibus esse et vere esse. ID.

(12) *Δρέπεσθαι.* Proclive fuit mutare βλέπεσθαι, cum liqueat scripsisse Methodium, quod ita a me mutatum est; quod carpere sequatur τὸ ἔδεσθαι vel ἐσθίεσθαι, ut alii et alii codices habent; et quod augere ad immortalitatem et divinitatem addat τοὺς δρεπομένους, *eos qui carpant*, non qui videant, quod remotius est ad metaphoram. Vitiosa prorsus Allatii edita, ex nostris emendanda. COMBEFIS.

que hæc Jeremias quodam loco seorsum, procul ab A orbe nostro sensit exsistere. Sic namque ait, eos deplorans qui beati illius ævi bonis exciderunt : *Discite ubi sit prudentia, ubi sit virtus, ubi sit intellectus : ut sciatis simul, ubi sit longitudo vitæ et vita; ubi sit lumen oculorum et pax. Quis invenit locum ejus? et quis intravit in thesauros eorum* [48]? In horum nempe thesauros ingressæ virgines, virtutum rationes decerpunt; multis ac bene ordinatis irrigatæ luminibus, affundente illis Deo fontis instar, qui sæculum illud, nullo unquam occasu exstinguendis luminibus splendidius illustret. Hæ porro semper choros agunt modulatis vocibus laudantes Deum. Circumfusus namque illis aer purus est, et quo solis orbita nunquam invehatur.

οἰκουμένης οἶδεν, ἔνθα τοὺς ἐξολισθήσαντας τῶν αἰωνίων (13) ἀγαθῶν κατοικτίζων λέγει· *Μάθετε ποῦ ἐστι φρόνησις, ποῦ ἐστιν ἰσχύς, ποῦ ἐστιν ἡ σύνεσις, τοῦ γνῶναι ἅμα ποῦ ἐστι μακροβίωσις καὶ ζωή, ποῦ ἐστι φῶς ὀφθαλμῶν καὶ εἰρήνη· τίς εὗρε τόπον αὐτῆς, ἢ τίς εἰσῆλθεν εἰς θησαυροὺς αὐτῶν;* Τούτων οὖν διελθούσας εἰς τοὺς θησαυροὺς ἀποκαρπεύεσθαι λόγους τῶν ἀρετῶν τὰς παρθένους, εὐτάκτοις φωσὶ καὶ πολλοῖς καταρδομένας, ἃ δίκην πηγῆς αὐταῖς ὁ Θεὸς ἀνερεύγεται, καταλάμπων ἐκεῖνον τὸν αἰῶνα φωσὶν ἀδύτοις (14)· αἱ δὲ χορεύουσιν ἐμμελῶς γεραίρουσαι τὸν Θεόν. Περικέχυται γὰρ αὐταῖς ἀὴρ καθαρὸς, καὶ μὴ καθιππευόμενος ἡλίῳ.

CAP. IV. *Parænesis ad virginitatem excolendam. Proponitur excutiendus locus Apoc.* XII, 1-6.

Nunc ergo, virgines, incorruptæ castitatis filiæ, B de vita bonis omnibus beata, deque cœlorum regno studium nobis est et contentio. Eia in eamdem intemeratæ virginitatis laudem cum prioribus vos quoque alacri animo conspirate, parum curantes hoc sæculum ac mundum. Non parum enim ad felicitatem vitamque curis liberam incorruptio conducit ac castimonia, quippe quæ carnem humo levans, sublimem ferri faciat, ejus nimio exsiccato humore luteoque expresso pondere, majore trahendi vi ac impulsione. Neque vos ullæ audiendi sordes repentes in terram deprimant. Neque mœror gaudium interpolet, ipsas quæ melioribus nitantur, elidens spes : sed nulla morositate ingruentes in vos clades damnaque excutite, nullis mentis faciem funestantes querulis gemitibus. Vincat prorsus fides, C ejusque lumen, quæ circa cor volitant, mali hostis fœda simulacra depellat. Nimirum, ut quando serenam noctem luna plena illustrans, affusis ab occasu densis atrisque nubibus ad tempus occulitur, nec tamen aufertur; quippe statim vi venti difflatis nubibus, clara mundo luce redditur : sic et vos, lucem virginitatis ostendentes mundo, etsi angustiis et laboribus vexamini, ne, quæso, virgines, fatiscentes spem vestram abjicite. Aderit mox Spiritus, qui nequissimi difflet nubila, si vos quemadmodum Mater vestra, quæ in cœlo parit masculum Virginem, infensi anguis insidias minime timeatis. De qua ego muliere distinctius vobis loqui constitui, idque ut agam modo tempus exigit.

Νῦν οὖν, ὦ παρθένοι, σωφροσύνης ἀχράντου θυγατέρες, ὑπὲρ ζωῆς ἡμῖν ἀφθόνου καὶ βασιλείας οὐρανῶν ἡ σπουδή. Εἰς τὴν αὐτὴν δόξαν τῆς ἁγνείας καὶ ὑμεῖς προθύμως ταῖς πρὸ ὑμῶν συμφρονήσατε, ὀλίγα φροντίσασαι τοῦ βίου. Οὐ γὰρ μικρὸν εἰς ῥᾳστώνην ἀφθαρσία καὶ ἁγνεία, ἀνωφερῆ τὴν σάρκα πρὸς ὕψος αἴρουσα, καὶ τὸ κάθυγρον αὐτῆς ἀναξηραίνουσα καὶ πηλῶδες βάρος, ὁλκῇ μείζονι· μηδὲ βριθέτω τῆς ἀκοῆς ὁ ῥύπος, ῥέπων εἰς τὴν γῆν· μηδὲ μετακοσμείτω λύπη τὴν χαρὰν, ἐκτήκουσα τὰς ἐπὶ τοῖς κρείττοσιν ἐλπίδας· ἀλλὰ ἀτρύχως ἀποσείεσθε τὰς ἐπισυμβαινούσας ὑμῖν συμφορὰς, μὴ θολοῦσαι γόοις τὸν λογισμόν. Νικάτω γὰρ ἡ πίστις πάντη, καὶ ἀπωθείσθω τὸ φῶς αὐτῆς τὰ φερόμενα τοῦ πονηροῦ περὶ τὴν καρδίαν φάσματα. Ὥσπερ γὰρ ὅταν ἡ σελήνη τὸν οὐρανὸν αἴγλης ἐκλάμψασα πληρώσῃ, καὶ πᾶς ὁ ἀὴρ αἴθριος γενηθῇ, ἄφνω δὲ νεφέλαι ποθὲν ἐκ δυσμῶν, ὑποδραμοῦσαι βάσκανοι, τὸ φῶς αὐτῆς πρὸς ὀλίγον ἐπισκιάζουσιν, οὐ μὴν ἀφαιροῦνται, ἅτε εὐθέως τῇ ῥύμῃ τοῦ πνεύματος ἐξωθούμεναι, οὕτω δὴ καὶ ὑμεῖς, ἐν τῷ κόσμῳ λάμπουσαι τὴν ἁγνείαν, ὑπὸ θλίψεων ὀχληθεῖσαι καὶ πόνων, ὦ παρθένοι, μὴ ὀκλάσατε πρὸς τὰς ἐλπίδας. Ἐξωθοῦνται γὰρ τῷ Πνεύματι τὰ ἐκ τοῦ πονηροῦ νέφη, ἐὰν ὥσπερ ἡ Μήτηρ ὑμῶν καὶ ὑμεῖς, ἡ γεννῶσα τὸν ἄρσενα Παρθένον ἐν τῷ οὐρανῷ, μὴ δειλιάσητε λοχῶντα καὶ ἐφεδρεύοντα τὸν ὄφιν· περὶ ἧς ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς ἀμηγέπῃ διεξελεύσομαι δηλοῦσα· καιρὸς γὰρ τὰ νῦν.

Signum magnum apparuit in cœlo, ait Joannes C Apocalypsin enarrans [49], *mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus; et in capite ejus corona stellarum duodecim : et in utero habens clamabat parturiens, et cruciabatur ut pareret. Et visum est aliud signum in cœlo : et ecce draco magnus rufus, habens capita septem et cornua decem, et in capitibus ejus diademata*

Καὶ ὤφθη μέγα σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ, τὴν Ἀποκάλυψιν ὁ Ἰωάννης ἐξηγούμενος λέγει, *γυνὴ περιβεβλημένη τὸν ἥλιον· καὶ ἡ σελήνη ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτῆς· καὶ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς στέφανος ἀστέρων δώδεκα· καὶ ἐν γαστρὶ ἔχουσα κράζει ὠδίνουσα καὶ βασανιζομένη τεκεῖν. Καὶ ὤφθη ἄλλο σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ·*

[48] *Bar.* III, 14, 15. [49] *Apoc.* XII, 1-6.

(13) *Αἰωνίων.* Sic nos cum Allatio, pro αἰώνων quod alii dant. EDIT. PATROL.

(14) *Φωσὶν ἀδύτοις.* Paulo inferius, τὸ φῶς τὸ ἀνέσπερον vocat, lumen quod nulla nox excipiat, nullus occasus exstinguat; nec re sic clara potuit doceri Possinius, ut *inaccessibilem lucem* suam meliori alia voce reique apposita, mutaret. COMBEFIS.

καὶ ἰδοὺ δράκων πυῤῥὸς μέγας, ἔχων κεφαλὰς ἑπτὰ καὶ κέρατα δέκα, καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτοῦ ἑπτὰ διαδήματα· καὶ ἡ οὐρὰ αὐτοῦ σύρει τὸ τρίτον μέρος τῶν ἀστέρων τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν· καὶ ὁ δράκων ἕστηκεν ἐνώπιον τῆς γυναικὸς τῆς μελλούσης ἐκτεκεῖν, ἵνα ὅταν τέκῃ, τὸ τέκνον αὐτῆς καταφάγῃ. Καὶ ἔτεκεν υἱὸν ἄρσενα, ὃς μέλλει ποιμαίνειν πάντα τὰ ἔθνη ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ· καὶ ἡρπάγη τὸ τέκνον αὐτῆς πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ πρὸς τὸν θρόνον αὐτοῦ· καὶ ἡ γυνὴ ἔφυγεν εἰς τὴν ἔρημον, ὅπου ἔχει ἐκεῖ τόπον ἡτοιμασμένον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἵνα ἐκεῖ τρέφωσιν (15) *αὐτὴν ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα.* Τὰ μὲν οὖν περὶ τῆς γυναικὸς ἱστορούμενα καὶ τοῦ δράκοντος, ὡς ἐν ἐπιτομῇ, τέλος ἔχει· περὶ δὲ τοῦ τὴν ἐπίλυσιν αὐτῶν ἀνεύρασθαι καὶ εἰπεῖν, μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς· ὅμως τολμητέον, πιστεύσασαν τῷ κελεύσαντι τὰς Γραφὰς ἐρευνᾷν. Εἰ οὖν καὶ σφῶν τὰ λεγόμενα συνδοκεῖ, χαλεπὸν οὐδὲν ἤδη στείλασθαι. Πάντως γὰρ συγγνώσεσθε, πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τῆς Γραφῆς ἐὰν μὴ δυνηθῶ διαρκέσαι.

A *septem; et cauda sua trahebat tertiam partem stellarum cœli, et misit eas in terram: et draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, ut cum peperisset, filium ejus devoraret. Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea: et raptus est filius ejus ad Deum et ad thronum ejus: et mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum paratum a Deo, ut ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta.* Hæc ibi summatim de muliere et dracone. Horum vero solutionem nancisci verbisque exponere, majus quid est quam pro nostra facultate. Audendum tamen, de illo fretæ qui jussit scrutari Scripturas [10]. Cujus sententiæ si et vos estis, nihil verebor ad rem aggredi. Omnino enim ignoscetis, si exquisitam ejus loci intelligentiam, B pro ingenii tenuitate non satis assequi valeam.

CAP. V. ***Mulier pariens infesto dracone, Ecclesia : ejus cultus et gratia.***

Ἡ ὀφθεῖσα περιβεβλημένη τὸν ἥλιον ἐν τῷ οὐρανῷ γυνὴ, καὶ στέφανον ἐκ τῶν ἀστέρων περικειμένη δώδεκα, ἧς τὴν ἕδραν εἶχεν ἡ σελήνη πρὸς τοῖς ποσὶ, καὶ ὠδίνουσα καὶ βασανιζομένη τεκεῖν, αὕτη κυρίως ἐστὶ, κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον, ἡ μήτηρ ἡμῶν, ὦ παρθένοι, δύναμίς τις οὖσα καθ' ἑαυτὴν ἑτέρα τῶν τέκνων· ἣν ὁτὲ μὲν Ἱερουσαλὴμ οἱ προφῆται, κατὰ τὴν σύνοψιν τῶν ἐπιφερομένων, ὁτὲ δὲ νύμφην, ὁτὲ δὲ Σιὼν ὄρος, ὁτὲ δὲ ναὸν καὶ σκηνὴν Θεοῦ κεκλήκασιν. Ἡ γὰρ παρωρμημένη φωτίζεσθαι δύναμις ἐν τῷ προφήτῃ, *Φωτίζου*, κεκραγότος αὐτῇ τοῦ Πνεύματος, *Ἱερουσαλήμ· ἥκει γάρ σου τὸ φῶς, καὶ ἡ δόξα Κυρίου ἐπὶ σὲ ἀνατέταλκεν. Ἰδοὺ καλύψει* (16) *σκότος καὶ γνόφος γῆν· καλύψει ἐπ' ἔθνη· ἐπὶ δὲ σὲ φανήσεται Κύριος, καὶ ἡ δόξα Κυρίου ἐπὶ σὲ ὀφθήσεται. Καὶ πορεύσονται βασιλεῖς τῷ πυρί σου, καὶ ἔθνη τῇ λαμπρότητί σου. Ἀνάβλεψον κύκλῳ τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, καὶ ἴδε συνηγμένα τὰ τέκνα σου. Ἥκασι πάντες οἱ υἱοί σου μακρόθεν, καὶ αἱ θυγατέρες σου ἐπ' ὤμων ἀρθήσονται·* ἔστιν ἡ Ἐκκλησία, ἧς τὰ τέκνα πασσυδεὶ ἥξει μετὰ τὴν ἀνάστασιν, πάντοθεν πρὸς αὐτὴν καταθέοντα, αὐτῇ· δεχομένη τε τὸ φῶς τὸ ἀνέσπερον, τὴν λαμπρότητα στολῆς σχήματι περιβεβλημένη τοῦ Λόγου ἥδεται. Ποίῳ γὰρ ἄλλῳ τιμαλφεστέρῳ κόσμῳ ἢ τιμιωτέρῳ τὴν βασίλισσαν ἔπρεπε κοσμηθεῖσαν νυμφαγωγηθῆναι τῷ Κυρίῳ, φῶς ὡς ἱμάτιον λαβοῦσαν; διὸ καὶ αὐτὴν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἀνακληθῆναι. Ἴδε γὰρ, ἀναβᾶσαι τῷ λόγῳ, θεάσασθε ὥσπερ τὰς πρὸς γάμον παρθένους, γυναῖκα μεγάλην, καθαρὸν καὶ ἄχραντον ὅλον καὶ μόνιμον κάλλος, καὶ οὐδὲν ἐλαττούμενον τῆς λαμπρότητος τῶν φώτων, ἀποστίλβουσαν· καὶ ἀντὶ μὲν στολῆς, αὐτὸ φῶς ἠμφιεσμένην· ἀντὶ δὲ λίθων τιμίων, ἀστράσι φαιδροῖς τὴν κε-

Quæ apparuit in cœlo amicta sole mulier, et coronam habens stellarum duodecim, cui ad pedes luna subsidet, quæ parturit et cruciatur ut pariat, ipsa proprie est, exacta veri ratione ac intelligentia, o virgines, mater nostra, nempe virtus quædam in se ipsa ac vere exsistens a filiis distincta: quam prophetæ, pro conspectu ac argumento eorum quæ feruntur, quandoque quidem Hierusalem appellant, interdum vero Sponsam, aliquando Sion montem, C nonnunquam templum et tabernaculum Dei. Nam quæ virtus studet cupitque illuminari apud prophetam, clamante ad eam Spiritu [11], *Illuminare, illuminare, Hierusalem, quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est. Ecce tenebræ operient terram, et caligo populos: super te autem orietur Dominus, et gloria ejus in te videbitur. Et ambulabunt reges in lumine tuo, et gentes in splendore ortus tui. Leva in circuitu oculos tuos, et vide: omnes isti congregati sunt; venerunt tibi. Filii tui de longe venient, et filiæ tuæ super humeros sustollentur;* est Ecclesia, cujus filii magno undique concursu post resurrectionem venientes, in ejus confluent sinum. Hæc nimirum, suscepto, quod nullum novit occasum, lumine, velut stola, Verbi splendore induta D lætatur. Quo enim alio pretiosiori speciosiorive ornatu comptam decebat sponsam Domino adduci, lumen sicut vestimentum nactam, cujus et cultus gratia ad Filii nuptias a Patre vocaretur? Eia agite, ratione comite ascendentes, haud secus ac nuptui tradendas virgines atque thalamos exspectantes, mulierem magnam conspicite, puram undique et illibatam stabilemque, nec quidquam lucis radiis imparem vibrantem pulchritudinem: et pro stola quidem, ipsa luce vestitam; pro lapidibus autem

[10] *Joan.* v, 39. [11] *Isa.* LX, 1-4.

(15) *Τρέφωσιν.* Sic ambo manuscripti et optimæ quæque editiones Apocalypsis XII, 6; unde corrigendæ videntur illæ quæ legunt ἐκτρέφωσιν. ED. LUPAR.

(16) *Ἰδοὺ καλ.* Sixt. et Alex., Ἰδοὺ σκότος καλύψει γῆν καὶ γνόφος ἐπ' ἔθνη. GALL.

pretiosis, splendentibus stellis circum caput ornatam. Quod enim nobis vestis, hoc illi lux; et quod nobis aurum aut pellucidi lapilli, hoc illi stellæ. Stellæ vero non vulgares illæ quæ in aspectabili sitæ sunt loco, sed aliæ quædam potiores lucidioresque, adeo ut hæ quas cernimus, nihil nisi illarum pictæ imagines ac imperfecta simulacra esse videantur.

A φαλὴν κεκοσμημένην. Ὃ γὰρ ἡμῖν ἐσθὴς, τοῦτο ἐκείνῃ φῶς· ὃ δὲ ἡμῖν χρυσὸς ἢ διαφανεῖς λίθοι, τοῦτο ἐκείνῃ τὰ ἄστρα· ἄστρα δὲ, οὐχ ὁποῖα ταῦτα τὰ ἐν τῷ ὁρατῷ κείμενα τόπῳ, ἀλλά τινα κρείττω καὶ εὐφεγγέστερα· ὥστε εἰκόνας ἐκείνων μᾶλλον νομίζεσθαι ταῦτα καὶ ἀπεικάσματα.

CAP. VI. *Ecclesiæ opera, filiorum in baptismo parturitio. Luna in baptismo: plenilunium Christi passionis.*

Jam lunæ mulier insistere dicitur. Lunæ symbolo, illorum, ni fallor, designata fide, qui per lavacrum a corruptione mundantur: propterea quod ejus lumen aquæ tepidæ prope affine videatur, quodque ex luna humida omnis substantia pendeat. Super lunam itaque sortemque nostram ac electionem stat Ecclesia, pro lunæ quasi conspectu, interim parturiens quoad intraverit plenitudo gentium, ac animales in spiritales regenerans; quo ipso et mater est. Ut enim mulier, informi viri suscepto semine, certo mensium orbe integrum hominem concipit partuque effundit, similiter et quis dixerit eos qui ad Verbum confugiant, Ecclesiæ utero continue concipiendos et ad Christi similitudinem formamque effingendos certis temporum periodis, beatorum illorum sæculorum cives præstari. Quare astare illam lavacro necesse est, eos generantem qui illo intinguntur. Hoc enim modo et σελήνη (hoc est *luna*) vocatur ea quam circa lavacrum obtinet vis, quoniam νέον σέλας (*novum* scilicet *jubar*) renovati, qui regenerantur (hoc est, *novam lucem*) spargunt. Unde et νεοφώτιστοι (*recens* scilicet *illuminati*) per quamdam circumlocutionem vocantur: qua nimirum spiritale illis plenilunium secundum passionis periodum ac recordationem semper novum exhibet, quoad et perfectum lumen magnæ diei illi oriatur.

Βεβηκέναι τε ἐπὶ σελήνην, ὡς ἡγοῦμαι, τροπικῶς τὴν πίστιν τῶν ἀποκαθαιρομένων τὴν φθορὰν τῷ λουτρῷ λέγων, διὰ τὸ προσεοικέναι τὸ φῶς αὐτῆς μᾶλλον ὕδατι χλιαρῷ, καὶ πᾶσαν ἐξ αὐτῆς ἠρτῆσθαι τὴν ὑγρὰν οὐσίαν. B Ἐφέστηκεν οὖν ἐπὶ τῆς πίστεως καὶ προσλήψεως ἡμῶν (17) ἡ Ἐκκλησία, κατὰ τὴν τῆς σελήνης σύνοψιν, μέχριπερ ἂν εἰσέλθῃ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν, ὠδίνουσα καὶ ἀναγεννῶσα τοὺς ψυχικοὺς εἰς πνευματικούς· καθ' ὃν λόγον καὶ μήτηρ ἐστίν. Ὥσπερ γὰρ σπορὰν ἀνδρὸς ἀμόρφωτον ὑποδεξαμένη γυνὴ, περιόδοις χρόνων ἄνθρωπον ὁλόκληρον ἀποκύει· ταύτῃ δὴ καὶ τοὺς προσφεύγοντας τῷ Λόγῳ, φήσειεν ἄν τις, συλλαβοῦσαν ἀεὶ τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ τὴν καθ' ὁμοίωσιν ἰδέαν αὐτοὺς καὶ μόρφωσιν μορφοῦσαν τοῦ Χριστοῦ, περιόδοις χρόνων πολίτας μακαρίων ἐκείνων αἰώνων ἐργάζεσθαι. Ὅθεν ἐξ ἀνάγκης αὐτὴν ἐφεστάναι δεῖ τῷ λουτρῷ, τοὺς λουομένους γεννῶσαν. Τούτῳ γὰρ σελήνη κέκληται τῷ τρόπῳ ἡ περὶ τὸ λουτρὸν αὐτῆς ἐνέργεια· ἐπειδὴ C νέον σέλας ἀνανεασθέντες οἱ ἀναγεννώμενοι λάμπουσιν, ὅ ἐστι νέον φῶς· ὅθεν καὶ νεοφώτιστοι καλοῦνται, παραφραστικῶς τὴν πνευματικὴν πανσέληνον αὐτοῖς τὴν περίοδον τοῦ πάθους καὶ τὴν ἀνάμνησιν, νέαν ἀεὶ παραφαινούσης, ἔστ' ἂν ἡ αὐγὴ καὶ τὸ φῶς τὸ τέλειον ἀνατείλῃ τῆς μεγάλης ἡμέρας.

CAP. VII. *Mulieris partus in Apocalypsi, non ipse Christi, sed fidelium in lavacro.*

Sin vero quis (neque enim grave sit palam denuo loqui) ægre ferens dictis objiciat: Quæ est hæc, quamque ad mentem Scripturæ hujus expositio, o virgines, cum utique Apocalypsis masculum ab Ecclesia generari definiat: vos autem istum Ecclesiæ partum sic interpretamini, ut in iis qui per baptismum regenerantur impleri doceatis? huic ita respondebimus: Atqui ne tibi, vitilitigator argute, facile fuerit ostendere, Christum esse istum cujus

Ἐὰν δέ τις (οὐδὲν γὰρ χαλεπὸν ἔτι διαῤῥήδην εἰπεῖν) ἀγανακτήσας φράσῃ πρὸς τὰ εἰρημένα, Καὶ πῶς ὑμῖν ἡ ἐξήγησις, ὦ παρθένοι, γίνεται κατὰ νοῦν τῆς Γραφῆς, ὁπότε ἡ μὲν Ἀποκάλυψις ἄρσενα τὴν Ἐκκλησίαν διορίζεται γεννᾷν, ὑμεῖς δὲ ἀπὸ τῶν D ἀπολουομένων παρειλήφατε τὰς τελεσφόρους ὠδῖνας αὐτῆς πληροῦσθαι λουομένας; λέξομεν· Ἀλλ', ὦ φιλαίτιε, ἀλλ' οὐδέ σοι πάρεστιν ἐπιδεῖξαι τὸν Χριστὸν αὐτὸν εἶναι τὸν γεννώμενον. Πάλαι γὰρ πρὸ

(17) *Καὶ προσλήψεως ἡμῶν.* Vox theologica, de Christi humana natura sæpius usurpata, quæ sic a Verbo assumpta, nosque in illa. Hicque adeo, nostra fides et πρόσληψις, fideles sunt et qui Christo accedunt, ejusque sors et hæreditas baptismi initiatione fiunt; quam lunæ symbolo designari auctor est Methodius, ob aquarum cum ejus luce affinitatem ac necessitudinem. Fallentibus oculis Possinius ac si esset προλήψεως, *et persuasionem*; itemque Allatius, *anteceptam animo informationem*, cum ambo ediderint, quod loci ratio postulat, προσλήψεως. Fefellit τὸ πίστεως, quasi ea voce Methodius fidei assensum, non ipsos magis fideles significet, ea baptismi intinctione, quasi parturiente Ecclesia, Christo renascentes: quam proinde ministros et hierarchiam perficientem intelligat, seu sacerdotalem ordinem, in apostolis cœptum inque eorum successoribus in finem usque mundi duraturum. Lunæ ista metaphora et etymum longius arcessita videntur: planiora quæ habet Dionysius, *De eccl. hierar.*, cap. 3, aliique, exponens quod ita baptismus *lumen* vocatur, ejusque ritus *illuminatio*, et qui illo intinguntur, *recens illuminati*, Græce νεοφώτιστοι, quod est sacramentum fidei primaque illuminatio, et qua ad reliquas idonei reddimur; in cujus ipsius rei symbolum super baptizandis lampas accenditur, sive etiam gestanda illis traditur. Sed hæc alterius otii atque operæ. COMBEFIS.

τῆς Ἀποκαλύψεως ἐπεπλήρωτο μυστήριον τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Λόγου. Ὁ δὲ Ἰωάννης, περὶ παρόντων καὶ μελλόντων θεσμῳδεῖ. Ὁ δὲ Χριστὸς, πάλαι κυηθεὶς, οὐχ ἡρπάσθη, ὁπότε ἐτέχθη, πρὸς τὸν θρόνον τοῦ Θεοῦ, φόβῳ τοῦ μὴ λυμήνασθαι αὐτὸν τὸν ὄφιν· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἐγεννήθη, καὶ κατῆλθεν αὐτὸς ἀπὸ τῶν θρόνων τοῦ Πατρὸς, ἵνα τὸν δράκοντα χειρώσηται, μείνας ἐπιτρέχοντα τῇ σαρκί. Ὥστε ἀνάγκη ὁμολογεῖν δὴ καὶ σὲ, τὴν Ἐκκλησίαν εἶναι τὴν ὠδίνουσαν καὶ γεννῶσαν τοὺς ἀπολουτρουμένους (18)· ὥς που καὶ ἐν Ἡσαΐᾳ τὸ Πνεῦμά φησι· *Πρὶν τὴν ὠδίνουσαν τεκεῖν καὶ πρὶν ἐλθεῖν τὸν πόνον τῶν ὠδίνων, ἐξέφυγε, καὶ ἔτεκεν ἄρσεν. Τίς ἤκουσε τοιοῦτο; καὶ τίς ἑώρακεν οὕτως; Εἰ ὤδινεν ἡ γῆ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, καὶ εἰ ἐγέννησεν ἔθνος εἰσάπαξ, ὅτι ὤδινησε Σιὼν, καὶ ἔτεκεν ἄρσενα;* Τίνα ἐξέφυγεν; ἢ (*al.* ἢ) πάντως τὸν δράκοντα, ἵνα γεννήσῃ τὸν λαὸν ἡ νοητὴ Σιὼν, τὸν ἄρσενα, τὸν τῶν γυναικείων παθῶν καὶ τῆς ἐκλύσεως εἰς τὴν ἑνότητα τοῦ Κυρίου καταντήσαντα καὶ ἀπαρσενωθέντα τῇ σπουδῇ.

A Scripturæ verbis partus referatur. Dudum siquidem ante Apocalypsim impletum est Incarnationis Verbi mysterium. Porro Joannes de iis loquitur quæ vel tunc fierent vel quæ olim eventura essent. Præterea Christus, dudum conceptus, postquam deinde natus est, non est raptus ad thronum Dei, metu ne quid illi noxæ serpentis dolo inferretur: quin potius in hoc ipsum natus est, et e Patris ipse throno descendit, ut draconis in carnem suscepto insultu ac tolerato, draconis potiretur. Quare te quoque fateri necesse est, Ecclesiam esse quæ parturit ac parit eos qui ex lavacro suscipiuntur, uti etiam apud Isaiam Spiritus quodam loco dicit [52]: *Priusquam parturiret, peperit; et antequam venirent dolores partus, effugit, et peperit masculum. Quis audivit* B *unquam tale? aut quis vidit huic simile? Nunquid parturiit terra in die una? ac si gentem simul pepererit, quia parturiit Sion, et peperit masculum?* Quem effugit? non sane alium quam draconem, ut populum masculum pareret spiritalis Sion; qui nimirum ex muliebribus vitiis vitaque solutiore ad Domini unitatem necessitudinemque evaserit, ac virtutis concertante studio masculi robore promoverit.

CAP. VIII. *Fideles in baptismo mares, Christo configurati. Sancti, ipsi Christi.*

Λέγωμεν οὖν πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἐπαναποδίσασαι, μέχριπερ ἂν καθεξῆς πρὸς τὸ τέλος ἔλθωμεν, ἐξηγούμεναι τὰ εἰρημένα. Σκόπει οὖν ἐάν πως καὶ σοὶ δοκῇ πρὸς εὐδοξίαν ὁ λόγος πληροῦσθαι. Ἐγὼ γὰρ τὸν ἄρσενα ταύτῃ γεννᾷν εἰρῆσθαι νομίζω τὴν Ἐκκλησίαν· ἐπειδὴ τοὺς χαρακτῆρας καὶ τὴν ἐκτύπωσιν καὶ τὴν ἀῤῥενωπίαν τοῦ Χριστοῦ προσλαμβάνουσιν οἱ φωτιζόμενοι, τῆς καθ' ὁμοίωσιν μορφῆς ἐν αὐτοῖς ἐκτυπουμένης τοῦ Λόγου, καὶ ἐν αὐτοῖς γεννωμένης κατὰ τὴν ἀκριβῆ γνῶσιν καὶ πίστιν· ὥστε ἐν ἑκάστῳ γεννᾶσθαι τὸν Χριστὸν νοητῶς. Καὶ διὰ τοῦτο ἡ Ἐκκλησία σπαργᾷ καὶ ὠδίνει, μέχριπερ ἂν ὁ Χριστὸς ἐν ἡμῖν μορφωθῇ γεννηθεὶς, ὅπως ἕκαστος τῶν ἁγίων, τῷ μετέχειν Χριστοῦ, Χριστὸς γεννηθῇ. Καθ' ὃν λόγον καὶ ἔν τινι Γραφῇ φέρεται· *Μὴ ἅψησθε τῶν χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύησθε.* Οἱονεὶ χριστῶν γεγονότων τῶν κατὰ μετουσίαν τοῦ Πνεύματος εἰς Χριστὸν βεβαπτισμένων· συμβαλλούσης ἐνταῦθα τὴν ἐν τῷ Λόγῳ τράνωσιν (19) αὐτῶν καὶ μεταμόρφωσιν τῆς Ἐκκλησίας. Βεβαιοῖ δὲ καὶ ταῦτα Παῦλος, φανερῶς διδάσκων, ἔνθα φησί· *Τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται, ἵνα δῷ ὑμῖν, κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς χρηστότητος*

Dicamus ergo hæc rursus eadem, et ab initio resumentes, continua serie ad finem usque distinctius deducamus. Attende igitur, annon sic tibi ad rectam et probabilem sententiam locus hic exponi videatur. Ego enim hac de causa dictum existimo gigni marem ab Ecclesia, quod nempe ii qui illuminantur, Christi lineamenta effigiemque ac virilem C vere animum aspectumque assumunt, Verbi forma, quæ secundum similitudinem est, illis impressa, et per certam scientiam fidemque in eis progenita, ita ut in unoquoque spiritaliter nascatur Christus. Ac propterea Ecclesia velut fervet turgetque ac parturit [53], donec formetur in nobis genitus Christus: quo nimirum quisque sanctorum, qua ratione Christi particeps est, Christus nascatur. Juxta quem sensum in quadam Scriptura dicitur [54]: *Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari.* Tanquam christi evaserint, Spiritus indulto commercio, qui in Christum baptizati sunt; suas hic Ecclesia conferente partes ad eorum in Verbo clara imagine effigiem et transformationem. Confirmat autem et hæc Paulus, palam docens [55]: D *Hujus rei gratia flecto genua mea ad Deum Patrem, ex quo omnis paternitas in cœlis et in terra nominatur: ut det vobis secundum divitias bonitatis suæ vir-*

[52] *Isa.* LXVI, 7, 8. [53] *Gal.* IV, 19. [54] *Psal.* CIV, 15. [55] *Ephes.* III, 14-17.

(18) *Ἀπολουτρουμένους.* Allatius, ἀπολυτρ. COMBEFIS.

(19) *Τὴν ἐν τῷ Λόγῳ τράνωσιν.* Leo Allat. videtur legisse τελείωσιν, cum *perfectionem* reddit, etsi repræsentat et ipse τράνωσιν, nec variæ ullius lectionis meminit, uti nec Lupar. Methodii editor. Placeret illud τελείωσιν, si codices suffragarentur, et nisi brevi post eadem voce eodem fere sensu atque hic uteretur, τὴν ἐκτύπωσιν καὶ τὴν ἐκτράνωσιν τοῦ Λόγου, *expressionem et manifestationem Verbi*, ubi Allatius *imaginem* reddit, Possinius *formam*. Sic ergo hic, ἡ ἐν Λόγῳ τράνωσις καὶ μεταμόρφωσις, Verbi imitatio, qua ejus clare characteres reddimus, formaque illius imbuimur. Possinius *transitum in Verbum* reddit; viderit ipse quam recte. Vox τρανός et τρανωτικός ac τρανόω in theologia Gregorio aliisque familiaris: utque γλῶσσα τρανός, *lingua diserta*, quæ mentis sensa clare reddit, sic in imagine et expressione ductaque forma, τὸ τρανόν et τράνωσις, semel et iterum usurpatum Methodio, quasi clara expressio lucidaque repræsentatio. ID.

tute corroborari per Spiritum ipsius in interiorem hominem; habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Etenim necesse est, in regeneratorum animis, veluti sigilli ritu, Verbum veritatis exprimi et efformari.

A αὐτοῦ, *δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν.* Εἰς γὰρ τὰς ἀναγεννωμένων ψυχὰς ἀναγκαῖον ἐξομοργνύμενον ἐκτυποῦσθαι τὸν Λόγον τῆς ἀληθείας.

CAP. IX. *Filius Dei, qui ipse semper est, hodie gignitur in animis sensuque fidelium.*

Videtur autem vel maxime congruere cum dictis eique affine esse, quod ex persona Patris Christo venienti ad Jordanem ut aqua lustraretur, e cœlo oraculum defertur, *Filius meus es tu: Ego hodie genui te* [54]. Observandum enim est, Filium quidem suum esse indefinite pronuntiasse, et sine ulla temporis determinatione: *es* enim, ait, non autem fuisti, aut factus es; significans, nec cum recens esset, in adoptionem eum Filii venisse: neque rursus cum ante exstitisset, postmodum finem accepisse: sed qui ante genitus sit, eumdem et fore et esse. Quod vero addit, *Ego hodie genui te*, hoc sibi vult: Qui ante sæcula illisque antiquior in cœlis eras, volui et mundo gignere: hoc est, qui ante ignotus eras, in hominum cognitionem adducere teque illis manifestare. Denique quibus hominibus necdum sensus illatus est multiformis sapientiæ Dei, iis necdum Christus natus est, nondum scilicet cognitus est, nondum manifestatus, nondum apparuit. Si vero senserint et ipsi mysterium gratiæ, tunc et illis, cum fuerint conversi fidemque susceperint, qua scientia ac intelligentia donantur, nascitur. Quare hinc convenienter Ecclesia, in illis qui lustrantur (*qui scilicet baptismo tinguntur*) Verbum masculum semper formare ac gignere dicitur. Et quidem hactenus de illius partu pro facultate dictum sit. Deinceps de dracone, deque aliis in illa Scriptura memoratis, fides liberanda est. Quare iterum conemur ea, o virgines, quovis modo exponere, nihil ænigmatum magnitudine aut obscuritate deterritæ. Quod si quid perplexum aut difficile inciderit, ego rursum vobis quasi pontem sternam, aut portitoris quasi officio trans amnem veham.

Ἔοικε δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ τοῦτο μάλιστα προσεοικέναι καὶ συμφωνεῖν, τὸ χρησμῳδούμενον ἄνωθεν ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς τῷ Χριστῷ ἐπὶ τὸν ἁγνισμὸν ἥκοντι τοῦ ὕδατος (20) ἐν τῷ Ἰορδάνῃ· *Υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.* Παρατηρητέον γὰρ, ὅτι τὸ μὲν Υἱὸν αὐτοῦ εἶναι ἀορίστως ἀπεφήνατο καὶ ἀχρόνως· *Εἶ* γὰρ αὐτῷ ἔφη, καὶ οὐ Γέγονας· B ἐμφαίνων μήτε πρόσφατον αὐτὸν τετυχέναι τῆς υἱοθεσίας, μήτε αὖ προϋπάρξαντα, μετὰ ταῦτα τέλος ἐσχηκέναι· ἀλλὰ προγεννηθέντα, καὶ ἔσεσθαι καὶ εἶναι τὸν αὐτόν. Τὸ δὲ, *Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε*, ὅτι Προόντα ἤδη πρὸ τῶν αἰώνων ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐβουλήθην καὶ τῷ κόσμῳ γεννῆσαι· ὃ δή ἐστι, πρόσθεν ἀγνοούμενον γνωρίσαι. Ἀμέλει τοῖς μηδέπω τῶν ἀνθρώπων συνῃσθημένοις τὴν πολυποίκιλον σοφίαν τοῦ Θεοῦ ὁ Χριστὸς οὐδέπω γεγέννηται· ὅπερ ἐστὶν, οὐδέπω ἐγνώσθη, οὐδέπω πεφανέρωται, οὐδέπω ἐφάνη. Εἰ δὲ αἴσθοιντο καὶ οὗτοι τῆς χάριτος τὸ μυστήριον, τότε δὴ καὶ αὐτοῖς, ὁπότε ἐπέστρεψαν καὶ ἐπίστευσαν, κατὰ τὴν γνῶσιν καὶ τὴν σύνεσιν γεννᾶται. Διὸ προσηκόντως ἐντεῦθεν ἡ Ἐκκλησία τὸν ἄρσενα Λόγον ἐν τοῖς ἁγνιζομένοις ἀεὶ μορ- C φοῦν λέγεται καὶ γεννᾷν. Καὶ τὰ μὲν δὴ περὶ τῶν ὠδίνων αὐτῆς εἰς δύναμιν εἴρηται· τὰ δὲ περὶ τοῦ δράκοντος καὶ τῶν ἄλλων τῇδε μεταβλητέον. Οὐκοῦν πειρώμεθα πάλιν ἄλλως γέ πως δηλοῦν, ὦ παρθένοι, μηδὲν ἀποδειλιῶσαι πρὸς τὸ μέγεθος τῶν αἰνιγμάτων τῆς Γραφῆς· εἰ δέ τι δύσκολον ἐμπίπτει τοῖς λόγοις, ἐγὼ πάλιν ὑμᾶς ὥσπερ ποταμὸν διαβιβάσω.

CAP. X. *Draco, diabolus. Stellæ, draconis cauda cœlo excussæ, hæretici. Trinitatis numeri, id est personæ numeratæ: circa eas, errores.*

Draco ille, magnus, rufus, versutus, multifidus, septiceps, corniger, tertiam trahens stellarum partem, in insidiis latitans ut mulieris parturientis fi-

Ὁ δράκων, ὁ μέγας, ὁ πυῤῥὸς, ὁ πολύτροπος, ὁ πολυσχιδὴς, ὁ ἑπτακέφαλος, ὁ κερασφόρος, ὁ σύρων τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων, ὅς ἐστιν ἐφεδρεύων, ἵνα τὸ

[54] *Psal.* II, 17.

(20) *Ἐπὶ τὸν ἁγνισμὸν τοῦ ὕδατος.* Nolim σφάλμα hoc μνημονικόν Methodio dare, quasi verba psal. II ipsa evangelica putaverit: sed malim sibi indulsisse, ut prophetica verba, de Christo sic quasi ex aqua nascente, exponeret, quomodo etiam Ecclesia in ejus natali ea usurpat, velut de eo dicta sint, æternamque ejus nativitatem et temporalem, paterno quasi oraculo sonent. Τὸ, ἄνωθεν χρησμῳδούμενον, quod reddit Possinius, *oraculum antiquum*, parum mihi ecclesiasticum videtur et appositum. Nam quod ἄνωθεν dixit Methodius, id Matth. III, et Mar. I, ἐξ οὐρανῶν, Luc. III, ἐξ οὐρανοῦ, *e cœlis, de cœlo*, dixerunt, indeque delapsam Christo paternam vocem; ut sit adverbium loci, non temporis, ac ἀντὶ τοῦ, οὐρανόθεν, ut hic sumitur, quod et alii notave- D runt. Joan. III, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν; alii *denuo*, alii, forte melius, *e supernis*, sive *de cœlo* (superna scilicet et ex divino semine nativitate) exposuerunt: ubi tamen ratio aliqua est sic exponendi, id est *denuo*, quod ita crasse Nicodemus Dominica verba intellexerit, ac quasi novam ex utero senis hominis nativitatem diceret, non quæ ex Deo esset ac spiritalis; quod sic adverbio loci pro nostra ruditate, præeunte divino oraculo, explicare cogimur. Nec Joannes aliud voluerit Dominum dixisse eam nativitatem quam quod ipse eam dixit cap. I, ἐκ τοῦ Θεοῦ, *ex Deo*; quæ ipsa secunda quidem est et nova; sed ea voce, non id primo importare videtur, quod secunda et nova est, sed quod talis originis (ex Deo scilicet et e cœlis) est. COMBEFIS

τέκνον τῆς ὠδινούσης γυναικὸς καταφάγῃ, ὁ διάβολος αὐτός ἐστιν ὁ ἐνεδρεύων, ὁ λοχῶν λυμήνασθαι τῶν φωτισθέντων τὸν χριστόληπτον νοῦν, καὶ τὴν ἐκτύπωσιν καὶ τράνωσιν τὴν ἐν αὐτοῖς ἀποτεχθεῖσαν τοῦ Λόγου· ἀλλ' ἀστοχεῖ καὶ σφάλλεται τῆς ἄγρας, ἄνω πρὸς ὕψος ἁρπαζομένων τῶν ἀναγεννωμένων πρὸς τὸν θρόνον τοῦ Θεοῦ. Ὃ δή ἐστιν, ἄνω περὶ τὴν θείαν ἕδραν, καὶ τὴν ἀσκανδάλιστον ὑπόβασιν τῆς ἀληθείας, αἴρεται τὸ φρόνημα τῶν ἀνακαινισθέντων, τὰ ἐκεῖ βλέπειν καὶ τὰ ἐκεῖ φαντάζεσθαι παιδαγωγουμένων, ἵνα μὴ ἀπατηθῇ πρὸς τοῦ δράκοντος βρίθοντος κάτω. Οὐ γὰρ αὐτῷ θέμις τοὺς ἄνω νεύοντας καὶ βλέποντας ἀφανίσαι. Οἱ δὲ ἀστέρες εἰσὶν, οὓς τῷ τῆς οὐρᾶς ἄκρῳ κατὰ κορυφῆς ἐφαπτόμενος εἰς τὴν γῆν κατασπᾷ, τῶν αἱρέσεων αἱ συστροφαί. Ἀστέρας γὰρ σκοτεινοὺς, ἀμυδροὺς καὶ ταπεινοστρεφεῖς, τὰς ἐπισυνόδους τῶν ἑτεροδόξων εἶναι φραστέον· ἐπειδὴ τῶν οὐρανίων ἐπιστήμονες εἶναι δὴ βούλονται καὶ αὐτοὶ, καὶ εἰς Χριστὸν πεπιστευκέναι, καὶ τὴν ἕδραν ἔχειν τῆς ψυχῆς ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ πλησιάζειν τοῖς ἄστροις, ὡς φωτὸς τέκνα. Ἀλλὰ κατασύρονται, τοῦ δράκοντος ἐκσεισθέντες ταῖς πλοκαῖς, ὅτι μὴ τῶν τριγώνων εἴσω τῆς εὐσεβείας ἔστησαν σχημάτων, πταίσαντες αὐτῆς περὶ τὴν ὀρθόδοξον θρησκείαν· ὅθεν καὶ τρίτον τῶν ἀστέρων ἐκλήθησαν μέρος, οἷον περὶ ἕνα τῶν ἀριθμῶν τῆς Τριάδος διεσφαλμένοι, ὁτὲ μὲν τὸν τοῦ Πατρὸς, ὡς Σαβέλλιος, αὐτὸν τὸν Παντοκράτορα (21) λέξας πεπονθέναι· ὁτὲ δὲ τὸν τοῦ Υἱοῦ, ὡς Ἀρτεμᾶς, καὶ οἱ δοκήσει αὐτὸν ἀποφηνάμενοι πεφυκέναι· ὁτὲ δὲ περὶ τὸν τοῦ Πνεύματος, ὡς Ἐβιωναῖοι, ἐξ ἰδίας κινήσεως τοὺς προφήτας λελαληκέναι φιλονεικοῦντες. Μαρκίωνος γὰρ καὶ Οὐαλεντίνου, καὶ τῶν περὶ τὸν Ἐλκεσαῖον καὶ ἄλλους, καλὸν μηδὲ μνημονεῦσαι.

A lium devoret, diabolus hic est, in hoc locatus ac insidens, ut eorum qui illuminati sunt Christo afflatam destruat mentem, Verbique in eis enatam formam ac effigiem lucidosque ejus characteres aboleat. Verum frustra est, prædæque illi conatus in cassum cedunt, quod hi qui regenerantur, in sublime rapiuntur ad Dei thronum. Hoc est, eorum mens et cogitatio qui renovati sunt, cœlestiaque animo informare instituti, alte circum divinam sedem ac inoffensam veritatis basim, attollitur, ne draconis in terram gravantis ac detinentis fraude doloque decipiantur. Non enim fas illi est ut illos perdat, qui intentis sursum animis ad cœlestia enituntur. Stellæ vero, quas summa cauda draco contingens, in terram præcipites detrahit, hæresum B perversæ sectæ sunt. Stellas autem tenebrosas, obscuras, in humilia dejectas, conventicula heterodoxorum recte dixerimus : quando et ipsi cœlestium rerum sibi scientiam vindicant, et in Christum se credidisse gloriantur, stationemque in cœlis habere atque inter astra versari, ut lucis filios. Verum detrahuntur draconis excussi flexibus, quod intra triangulares pietatis figuras non se continuerunt, prolabentes ex ipsa et ex orthodoxo Dei cultu exorbitantes. Unde et tertia pars stellarum vocati sunt, veluti circa unum ex Trinitatis numeris deerrantes. Aliquando quidem circa Patris, ut Sabellius, qui ipsum Omnipotentem passum asseruit; aliquando vero circa Filii, ut Artemas, et C qui nudo spectro seu apparentia eum natum esse dixerunt; quandoque circa Spiritus sancti, ut Ebionæi, qui prophetas motu proprio locutos esse contendunt. Marcionis enim et Valentini, Elcesæique et aliorum, optimum fuerit ne meminisse quidem.

Cap. XI. *Mulier cum filio masculo in deserto, Ecclesia. Virginum, sanctorumque desertum. Numerorum perfectio ac mysteriorum. Senarii æqualitas et perfectio. Senarius in Christum relatus. Ex hoc item numero mundi creatio et harmonia tota conflata.*

Εἰ τὸ ἀλλήλους ἀδικεῖν καὶ τὸ ὑπ' ἀλλήλων ἀδικεῖσθαι γένεσις ποιεῖ, τίς χρεία νόμων; Εἰ δὲ ἵνα τοὺς ἁμαρτάνοντας ἀμύνωνται, φροντίζοντος τοῦ Θεοῦ τῶν ἀδικουμένων· ἄμεινον ἦν κακοὺς μὴ ποιῆσαι καθ' εἱμαρμένην, ἢ μετὰ τὸ ποιῆσαι, νόμοις ἐπανορθοῦσθαι. Ἀλλ' ἀγαθὸς ὁ Θεὸς καὶ σοφός, καὶ τὰ κρείσσω ποιῶν. Οὐκ ἄρα γένεσις.

Aut educationis genus contractique mores, seu imbuta indoles, causæ sunt peccatorum; aut animi perturbationes, et quæ per corpus desideria exercentur, seu cupiditates. Quidquid autem horum causa sit, certe Deus auctor ac causa minime sit.

Ἤτοι ἀνατροφαὶ καὶ τὰ ἔθη τῶν ἁμαρτημάτων εἰσὶν αἴτια, ἢ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, καὶ αἱ διὰ σώματος ἐπιθυμίαι. Ὁπότερον δ' ἂν τούτων ᾖ τὸ αἴτιον, D οἷς ἂν ᾖ αἴτιον, Θεὸς ἀναίτιος.

Si melius est justum esse quam injustum, quidni talis ab ipso protinus ortu exque genesi homo creatur? Sin autem postea, ut ad meliorem evadat frugem, disciplinis cogitur atque legibus : plane ut arbitrii facultate præditus iis cogitur et castigatur, non velut qui malus a natura sit.

Εἰ κρεῖσσόν ἐστι τὸ δίκαιον εἶναι τοῦ ἀδίκου, διὰ τί τοιοῦτος αὐτόθεν ὁ ἄνθρωπος ἀπὸ τῆς γενέσεως οὐ γίνεται; Εἰ δὲ ὕστερον, ὅπως ἀμείνων γενηθῇ, σωφρονίζεται μαθήμασι καὶ νόμοις· ὡς αὐτεξούσιος ἄρα σωφρονίζεται, καὶ οὐκ ἐκ φύσεως ὢν κακός.

Si mali, natali fatalitate, ineluctabili providentiæ decreto mali nascuntur, omni culpa vacant, nec digni sunt qui legum pœnis coerceantur; quippe qui vivant ut illis a natura comparatum est; nam nec se ipsos mutare potuerunt.

Εἰ οἱ πονηροὶ πονηροὶ κατὰ γένεσιν φύσει Προνοίας ταγαῖς, οὐκ εἰσὶ μεμπτοὶ καὶ ἄξιοι τιμωρίας τῆς ἐκ τῶν νόμων, ζῶντες κατ' αὐτὴν τὴν οἰκείαν φύσιν· ἐπεὶ μὴ δεδύνηνται μεταβληθῆναι.

Rursus, si boni, eo quod juxta naturam suam vitæ rationes instituunt, laude digni sunt, cum na-

Καὶ ἄλλως· εἰ οἱ ἀγαθοὶ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ζῶντές εἰσιν ἐπαινετοί, τῆς γενέσεως οὔσης αἰτίας

τοῦ εἶναι τοὺς ἀγαθούς· οὐδὲ οἱ πονηροὶ ἄρα, κατὰ A τὴν οἰκείαν φύσιν ζῶντες, αἰτιατέοι παρὰ δικαίῳ κριτῇ. Καὶ εἰ χρὴ διαῤῥήδην εἰπεῖν, ὁ κατὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ φύσιν ζῶν οὐδὲν ἁμαρτάνει. Οὐ γὰρ ἑαυτὸν ἐποίησε τοιοῦτον, ἀλλ' ἡ εἱμαρμένη· καὶ ζῇ κατὰ τὴν ταύτης κίνησιν, ἀγόμενος ἀφύκτοις ἀνάγκαις. Οὐδεὶς οὖν κακός. Ἀλλ' εἰσὶ κακοί· καὶ ἡ μὲν κακία ψεκτὴ, καὶ ἐχθρὰ τῷ Θεῷ, ὡς συνέστησεν ὁ λόγος· ἡ δὲ ἀρετὴ προσφιλὴς καὶ ἐπαινετὴ, Θεοῦ διατάξαντος νόμον τιμωρὸν κακῶν. Οὐκ ἄρα εἱμαρμένη.

talis fatalitas illis auctor sit ut boni sint: plane ne mali quidem, qui ipsi quoque sic vivant ut earum natura atque indoles poscit, culpandi erunt a justo judice. Etenim, si clare loquendum est, qui ita vivit ut illi ex natura inditum est, nihil ipse delinquit. Non enim ipse se ipsum, sed fatum talem fecit: exque illius motus compulsione vivit, ineluctabili necessitate tractus. Nemo igitur est malus. Atqui mali sunt. Et malitia quidem vituperium habet, ac Deo inimica est, ut superius evici: virtus vero amabilis et laude digna, cum Deus legem ulciscendis malis constituerit. Non igitur est fatum.

CAP. XVII. *Concupiscentia carnis et spiritus: vitium et virtus.*

Καὶ τί τοσοῦτον ἐπιδιατρίβουσα τοῖς ἐλέγχοις, εἰς B μῆκος ἐξάγω τὸν λόγον, τὰ ἀναγκαιότερα πρὸς πειθὼ καὶ συγκατάθεσιν τοῦ συμφέροντος ἐκθεμένη; καὶ πρόδηλον πᾶσι, καὶ ἐξ ὀλίγων, τὴν διαφωνίαν τοῦ τεχνήματος αὐτῶν ἐξεργασαμένη, ὥστε διορᾷν ἐξεῖναι καὶ ἐπαισθάνεσθαι τὴν πλάνην ἤδη καὶ παιδίῳ, ὡς ἐφ' ἡμῖν ἐστι τὸ διαπράξασθαι τὸ καλὸν, ἢ τὸ κακὸν, καὶ οὐκ ἐν τοῖς ἄστρασι. Δύο γὰρ κινήσεε ἐν ἡμῖν ἐστὸν, ἐπιθυμία πεφυκότε (34) σαρκὸς καὶ ψυχῆς, διαφέρετον ἀλλήλοιν· ὅθεν καὶ δύο λαβέτην ὀνόματε· ἡ μὲν γὰρ ἀρετῆς, ἡ δὲ κακίας. Δεῖν δὲ τῇ καλλίστῃ καὶ χρηστῇ καὶ πείθεσθαι τῆς ἀρετῆς ἀγωγῇ, τὰ βέλτιστα πρὸ τῶν φαύλων αἱρουμένους. Ἀλλὰ περὶ τούτων ἅλις ἤδη, καὶ ἐφέξω τὸν λόγον. Αἰδοῦμαι γὰρ μετὰ τοὺς τῆς ἁγνείας λόγους, καὶ ἐγκαλύπτομαι, τὰς τῶν μετεωρολόγων ἢ ματαιοσκόπων ἀνθρώπων C ἀναγκαζομένη δόξας ἐξηγήσασθαι, οἳ τὸν τῆς ζωῆς μετ' οἰήσεως ἀναλίσκουσι χρόνον, οὐδενὶ ἢ μυθικοῖς ἐνδιατρίβοντες πλάσμασι. Ταῦτά σοι καὶ τῶν ἡμῶν, ὦ δέσποινα Ἀρετὴ, ἀπὸ θεοῤῥήτων συγκαθυφασμένα λόγων, προσκομιζέσθω τὰ δῶρα.

At quid ego stringendis elenchorum machinis diutius immoror, cum ad suadendum ac præstandum assensum magis necessaria commodioraque ediderim; artisque vanissimæ a se ipsa dissensionem, quamvis paucis ex capitibus nemini non manifestam reddiderim: ut jam errorem istorum plane sentire ac perspicere vel pueri possint; intelligereque, in nostra omnino situm libera facultate esse, non autem in stellis, bonum aut malum efficere? Duo quippe motus in nobis sunt, uterque concupiscentia vocati: altera carnis, altera spiritus [64]: unde et nominibus discriminantur, virtutis atque vitii. Operæ pretium autem est ut pulcherrimæ et aureæ obtemperemus virtutis institutioni, optima pro malis, et quæ vitæ hæreant, eligendo. Sed de his jam satis. Tenebo enim me ne plura dicam, verecundia quadam ducta, ne hactenus habitos de virginitate sermones, hac parum congruente nugarum commemoratione contaminem. Et certe pudet, quod hominum meteororum cœlestiumque scientiam (seu magis inanem observationem) profitentium, opiniones referre necesse habuerim; qui videlicet solis fabulis atque figmentis dantes operam, inani fastu ac jactantia, vitæ tempus insumunt. Atque hæc tibi a nobis, o domina Arete, ex divinis contexta sermonibus, en tibi sistantur dona.

ΕΥΒΟΥΛ. Ὡς λίαν ἀγωνιστικῶς ἡ Θέκλα καὶ ἐνδόξως, ὦ Γρηγόριον;

ΓΡΗΓΟΡ. Τί οὖν, ἢ αὐτῆς ἐκείνης ἀκηκόεις, ῥύδην καὶ εὐτρόχῳ τῇ γλώττῃ μετὰ πολλῆς χάριτος καὶ ἡδονῆς διαλεγομένης; ὥστε ἀγασθῆναί τινα προσέχοντα, καὶ τῆς μορφῆς ἐπανθούσης τοῖς λόγοις, ὡς D ἐνδιαθέτως καὶ τῷ ὄντι φανταζομένως περὶ ὧν ἀφηγεῖτο διετέλει, ὑπερυθραινομένης αὐτῇ αἰδοῖ τῆς ὄψεως· ὅλη γὰρ εἶναι πέφυκε λευκὴ καὶ σῶμα καὶ ψυχήν.

ΕΥΒΟΥΛ. Ὀρθῶς, ὦ Γρηγόριον, ταῦτα φῄς. καὶ οὐδὲν αὐτῶν ψεῦδος. Ἔγνων γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἀνδραγαθημάτων μῆτιν αὐτῆς, καὶ λέγειν ὅσα καὶ

EUBUL. Quam pugnaciter, o Gregorium, quamque magnifice disputavit Thecla?

GREG. Quid si eam ipsam copiosa versatilique eloquentia, cum summa gratia et voluptate conjuncta, edisserentem audiisses? ut admirationi attendentibus esset, splendor omni ornatu efflorescentis dictionis; ita ex animo ac mentis penu, verisque imaginibus sermonem exsequebatur, de quibus narrationem instituerat, cum interim illius quoque facies ob verecundiam rubore suffunderetur: tota namque et corpore et animo candore collucebat.

EUBUL. Recte hæc effaris, Gregorium, neque hic mendacii prehendi poteris. Novi enim et ex cæteris heroicis actis illius sapientiam, et quæ qua-

[64] *Gal.* v, 17.

(34) *Πεφυκότε.* Sic aliquando ex conjectura corrigebamus πεφυκότε; ut genere congrueret cum duali præcedente ἐπιθυμία. Sed post, Mazarino codice et ipso πεφυκότε præferente, animadvertimus ejusmodi σολοικοφανῆ antiquis non displicere. Ita Photius primo *Bibliothecæ* suæ codice scribit αὐξηθέντων παραδόσεων. Quem in locum Hœschelius in notis suis similia probatorum auctorum exempla colligit. Paulo post δεῖν positum pro δεῖ, ut sæpe alias in hoc opere infinitivus pro præsenti. ED. LUPAR.

linque illam perorare contigerit, excellentis semper in Christum charitatis documenta luculentissima edenti : utque decus una multiplicis martyrii sæpius iteratis ingentium certaminum claris victoriis gloriose tulerit, in quibus et magnanimitas aggrediendi et ardor rem gerendi, paria fuerunt, magnitudinique consiliorum et mentis, ex æquo semper respondit firmitas roburque corporis.

GREG. Verissima et tu narras; sed ne his immoremur. Nam de talibus et alias sæpe, cum licebit, agere inter nos poterimus. Nunc ante omnia reddere me tibi decet, quos promisi, reliquarum quoque virginum sermones, nimirum Tysianæ Domninæque : hæ siquidem restant solæ. Ut igitur finem dicendi Thecla fecit, iis tam multis quæ recensui peroratis, referebat Theopatra imperasse Areten Tysianæ, ut locum orandi caperet; hanc vero levius subridentem ante ipsam progressam, in hæc verba dixisse.

A οἷα κατώρθωσεν, ὑπερβαλλούσης ἀγάπης ἐπίδειξιν ποιουμένη Χριστῷ· καὶ ὡς διαπρεπὴς πολλάκις ἐφάνη τοῖς μεγάλοις καὶ πρώτοις ἄθλοις ὑπαντῶσα, τῶν μαρτύρων ἴσην τῇ προθυμίᾳ τὴν σπουδὴν κεκτημένη, καὶ τῇ ἀκμῇ τῶν βουλευμάτων τὴν ῥώμην τοῦ σώματος.

ΓΡΗΓΟΡ. Ἀληθέστατα καὶ σὺ φῄς· ἀλλὰ μὴ διατρίβωμεν. Τούτων γὰρ πέρι καὶ τῶν αὖθις ἔσται πολλάκις ἡμᾶς διαλέξασθαι. Νῦν δὲ πρῶτον καὶ τῶν ἑξῆς παρθένων ἐξαγγεῖλαί με δεῖ σοι τοὺς λόγους, καθὼς ὑπέστην· μᾶλλον δὲ Τυσιανῆς καὶ Δομνίνης· αὗται γὰρ ἔτι περιλείπονται. Ὡς οὖν ἀπεπαύσατο καὶ ἡ Θέκλα τοσαῦτα εἰποῦσα, ἔφη προστάξαι τὴν
B Ἀρετὴν ἡ Θεοπάτρα τῇ Τυσιανῇ λέγειν· τὴν δὲ, μειδιάσασαν, ἔμπροσθεν αὐτῆς παρελθεῖν, καὶ φάναι.

ORATIO IX.
TYSIANA.

ΛΟΓΟΣ Θ.
ΤΥΣΙΑΝΗ.

CAP. I. *Castitas, veri tabernaculi ornatus præcipuus. Ad tabernaculorum festum celebrandum, septem dies indicti Judæis, quid significent. Septenarii hujus incerta summa : nec ulli liquet, quando futura mundi consummatio sit. Mundi fabrica etiamnum completur.*

O Arete, amabilissima virginitatis amatoribus gloriatio, ego quoque auxilium tuum in rem quam jubes, imploro : ne mihi quod dicam desit, exhausto tot tamque copiosis aliorum orationibus subjectæ laudationis argumento. Quare in proœmiis sermonisque insinuationibus tempus equidem operamque non perdam, ne dum exornandis quæ illis congruant moram traxero, quod præcipuum est elabatur, accessoria supervacanee captanti, adeo nimirum gloriosa, præclaraque ac magnifica res est virginitas.

Deus, cum celebrandæ veræ festivitatis Tabernaculorum veris Israelitis legitimum ritum in Levitico præscriberet, præ reliquis exornandum cuique tabernaculum suum castitate sancit. Apponam ipsa Scripturæ verba, ex quibus sine ulla dubitatione demonstrabitur quam Deo conveniens illique acceptum sit hoc virginitatis munus. *Quinto decimo die mensis septimi, quando consummaveritis genimina terræ, festum celebrabitis Domino septem diebus : et die octavo erit requies. Et sumetis die primo fructum ligni speciosum, et spatulas palmarum, et ramos ligni densos, et salices, et ramos agni de torrente, ad lætandum coram Domino Deo vestro septem diebus anni : legitimum sempiternum in progenies vestras. Mense septimo celebrabitis solemnitatem istam. Septem diebus in tabernaculis habitabitis. Omnis indigena in Israel habitabit in tabernaculis : ut sciant progenies vestræ, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Ægypti. Ego Dominus Deus vester* [44].

Ὦ Ἀρετὴ, παρθενίας ἐρασταῖς ἐπέραστον καύχημα (35), κἀγὼ συναντιληψομένην μοι παραστῆναί σε παρακαλῶ, μήπως ἀπορήσω λόγων, ἅτε πολλῶν
C ἤδη καὶ παντοδαπῶν εἰρημένων. Διὸ καὶ παραιτοῦμαι τὰ προοιμιώδη ταῦτα καὶ προκατασκευαστικὰ τῶν λόγων, ἵνα μὴ, χρονίζουσα προσήκοντα τούτοις ἐφαρμόττειν, αὐτῶν ἐκπέσω τῶν προκειμένων· οὕτως ἔνδοξόν ἐστιν ἡ παρθενία καὶ τίμιον καὶ μεγαλοπρεπές.

Ὁ Θεὸς τὴν ἑορτὴν τῆς Σκηνοπηγίας διδάσκων τῆς ἀληθινῆς τοὺς ἀληθινοὺς Ἰσραηλίτας, πῶς ἑορτάζειν δεῖ καὶ τιμᾷν, ἐν τῷ Λευϊτικῷ παρίστησι μᾶλλον τῶν ἄλλων ἁγνείᾳ φάσκων δεῖν τὴν ἑαυτοῦ σκηνὴν ἕκαστον κοσμεῖν. Παραθήσομαι δὲ καὶ τὰ ἀπὸ τῆς Γραφῆς, ἀφ' ὧν ἀναμφισβητήτως δειχθήσεται πᾶσιν, ὅσον καὶ Θεῷ πρόσφορόν ἐστι καὶ προσφιλὲς τὸ κατόρθωμα τοῦτο τῆς ἁγνείας. *Καὶ τῇ πεντεκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς τοῦ ἑβδόμου, ὅταν*
D *συντελέσητε τὰ γεννήματα τῆς γῆς, ἑορτάσετε Κυρίῳ ἑπτὰ ἡμέρας· καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ ἀνάπαυσις ἔσται. Καὶ λήψεσθε τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ καρπὸν ξύλου ὡραῖον, καὶ κάλλυντρα φοινίκων, καὶ κλάδους ξύλου δασεῖς, καὶ ἰτέας, καὶ ἄγνου κλάδους ἐκ χειμάῤῥου, εὐφρανθῆναι ἔναντι Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν ἑπτὰ ἡμέρας τοῦ ἐνιαυτοῦ· νόμιμον αἰώνιον εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν. Ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἑβδόμῳ ἑορτάσετε αὐτήν. Ἐν σκηναῖς κατοικήσετε ἑπτὰ ἡμέρας. Πᾶς αὐτόχθων ἐν Ἰσραὴλ κατοικήσουσιν ἐν σκηναῖς, ὅπως ἴδωσιν αἱ γενεαὶ ὑμῶν, ὅτι ἐν σκηναῖς κατῴκισα τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, ἐν ἐξαγαγεῖν με ὑμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν.*

[44] *Levit.* XXIII, 39-43.

(35) *Καύχημα*. Sic Allatius. Vat. codex et Possinius, κάλλος. COMBEFIS.

A Πάντως ὑπολήψονται (36) οἱ Ἰουδαῖοι (ψιλῷ τῆς Γραφῆς τῷ γράμματι περιπετόμενοι, ὥσπερ καὶ τὰ καλούμενα φύκια, τῶν λαχάνων τοῖς φύλλοις, ἀλλὰ μὴ τοῖς ἄνθεσι καὶ καρποῖς, ὡς ἡ μέλισσα,) τούτους τοὺς λόγους καὶ τὰς νομοθεσίας περὶ σκηνῆς τοιαύτης, οἵας οὗτοι τεκταίνονται, λελέχθαι, ὡς τοῦ Θεοῦ χαίροντος ταῖς ἐξιτήλοις κατακοσμήσεσιν, αἷς αὐτοὶ κατακοσμοῦντες συσκευάζουσιν ἐκ τῶν ἀκροδρύων, οὐ συνῃσθημένοι τῶν μελλόντων ἀγαθῶν τὸν πλοῦτον· ὡς αὖρα ταῦτα καὶ σκιαὶ φασματώδεις, προεξαγγέλλουσαι τὴν ἀνάστασιν καὶ πῆξιν τοῦ πεπτωκότος εἰς γῆν ἡμῶν σκηνώματος· ὃ τῇ ἑβδόμῃ χιλιονταετηρίδι πάλιν ἀθάνατον ἀπειληφότες, ἑορτάσομεν τὴν μεγάλην ἑορτὴν τῆς ἀληθινῆς Σκηνοπηγίας ἐν τῇ καινῇ καὶ ἀλύτῳ κτίσει (37), συντελεσθέντων τῶν τῆς γῆς καρπῶν, καὶ τῶν ἀνθρώπων μηκέτι γεννώντων καὶ γεννωμένων· ἀλλὰ καταπαύσαντος ἀπὸ τῶν ἔργων τῆς κοσμοποιίας τοῦ Θεοῦ. B

Ἐπειδὴ γὰρ ἐν ἓξ ἡμέραις ὁ Θεος κατεσκεύασε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ συνετέλεσε πάντα τὸν κόσμον, καὶ κατέπαυσε τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ ὧν ἐποίησε, καὶ εὐλόγησε τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην, καὶ ἡγίασεν αὐτήν· ἐντεῦθεν συμβολικῶς τῷ μηνὶ ἑβδόμῳ, ὁπόταν ἤδη συντελεσθῶσιν οἱ καρποὶ τῆς γῆς, ἑορτάζειν προστασσόμεθα τῷ Κυρίῳ· ὃ δή ἐστιν, ὁπόταν ὁ κόσμος οὗτος συντελεσθῇ τῇ ἑβδόμῃ χιλιονταετηρίδι· ὅτε, ὡς ἀληθῶς ὁ Θεὸς συντελέσας τὴν οἰκουμένην, ἐφ' ἡμῖν εὐφρανθήσεται. Νῦν γὰρ ἀκμὴν ἔτι τὰ πάντα δημιουργεῖται τῇ διαρκεῖ βουλήσει αὐτοῦ καὶ ἀνεννοήτῳ δυνάμει, ἀναδιδούσης ἔτι τῆς γῆς τοὺς καρπούς, καὶ τῶν ὑδάτων συναγομένων εἰς τὰς συναγωγάς· καὶ τοῦ φωτὸς ἔτι διαχωριζομένου, καὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἀνθρώπων ἔτι δημιουργουμένου· καὶ τοῦ ἡλίου εἰς ἀρχὰς ἀνατέλλοντος τῆς ἡμέρας, καὶ τῆς σελήνης εἰς ἀρχὰς ἔτι τῆς νυκτός· καὶ τῶν τετραπόδων καὶ θηρίων καὶ ἑρπετῶν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδομένων, καὶ πτηνῶν καὶ νηκτῶν ἐκ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας. Τότε δὴ ὁπόταν συντελε- C

Hic prorsus Judæi (circa nudam Scripturæ litteram volitantes, velut fuci circa olerum folia: non ut apis circa flores et fructus operi sedula) existimabunt, verba hæc hasque præscriptiones ad ejus generis tabernaculum spectare, quale ipsi construunt: quasi Deus exilibus istis frondium ramorumque ornamentis qualia illi ex arboribus concinnant, delectetur, non intelligentes futurorum bonorum divitias: et ista nihil esse nisi levem auram umbrasque imaginarias prænuntiantes resurrectionem, erectionemque stabilem lapsi prius in terram nostri tabernaculi: quod septimo demum millenario annorum rursus immortale resumentes, magnam veræ Scenopegiæ solemnitatem, in nova ac insolubili creatione, consummatis collectisque terræ fructibus, celebrabimus; nemine hominum amplius aut gignente aut qui gignatur, sed Deo jam plene feriante a mundi fabricæ opere.

Quoniam enim Deus sex diebus cœlum et terram fabricatus est, ac mundum universum absolvit, requievitque die septimo ab operibus suis quæ fecerat, et benedixit die septimo, et sanctificavit eum [66]: inde symbolice mense septimo, quando jam consummati collectique sunt fructus terræ, ferias agere jubemur Domino; hoc est cum mundus ipse septimo annorum millenario consummatus fuerit: quando Deus absoluto vere mundi opere, in nobis lætabitur [67]. Nunc enim adhuc omnia præpotente nutu illius procreantur, omnemque mentis cogitatum superante potentia in lucem eduntur, terra huc usque fructus producente aquisque intra sua conceptacula et paratos alveolos se recipientibus: lucis quoque divisione a tenebris hactenus durante, numeroque statuto hominum nondum expleto, sed aliis aliisque quotidie ad summam absolvendam subnascentibus: sole quoque diei ortui, et luna noctis præsidentibus: e terra item prodeuntibus quadrupedibus bestiisque et reptilibus, volucribusque et natatilibus ex humi-

[66] *Gen.* II, 1. [67] *Psal.* CIII, 31.

(36) *Πάντως ὑπολήψονται.* Meo periculo mutavi, quod ediderunt ac reddiderunt ambo interpretes, πάντες. Nec enim sic inscitus Methodius, ut omnium id Judæorum velit, non omnino Judæorum quibus necdum affulsit lumen Christi. Unaque hæc illi apta expressio, τὰ καλούμενα φύκια, *fuci, quos vocant:* notum insecti genus, ipsum iners, et apis laboribus infestum. Allatius, τὰ καλούμενα ψυχία, redditque, *quæ psychia nuncupamus;* in quo non satis laudo viri religionem. Nullius hic sensus ea vox, nec nisi pueri exscribentis, seu etiam antiquarii σφάλμα. Ψυχεῖα, seu etiam ψυχία et ψυγεῖα alio spectant, nec sunt animalium, sed loci, vel etiam fomenti nomina. COMBEFIS.

(37) *Καὶ ἀλύτῳ κτίσει.* Et hic, meo periculo, ἀλύτῳ muto pro ἀλύπῳ. De tabernaculi enim instauratione sermo est, et nova creatione ad quam τὸ ἄλυτον, sive ἀκατάλυτον per se spectat, oppositum τῷ καταπεπτωκότι, insolubile et immortale, mortali et ei quod decidit, Amos IX, 11; Act. XV, 16, non ita τὸ ἄλυπον, sed quasi ex consequenti: et ut Apostolus loquitur Hebr. VII, 16, κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου, *secundum virtutem vitæ insolubilis, ac sicut dies æternitatis:* καθὼς αἱ ἡμέραι τοῦ αἰῶνος. Amos citatus. Sic ipse postmodum Methodius re- D cepturos nos dicit, αἰωνίους σκηνὰς οὐκέτι θνηξομένας ἢ λυθησομένας εἰς γῆν χώματος: quæ est ejus hic ἄλυτος creatio; ipsa ἄλυπος, in his duntaxat, quorum erunt ornata tabernacula, et qui digni erunt cum Christo feriari, præeunte judicio: aliis plena tormento. De septimo millenario, quo suscitanda nostra tabernacula ac futuram resurrectionem auguratur Methodius ex mysterio et requie diei septimæ, humana conjectura est, cui ipse Dominus occurrit, dum tempus illud ignotum esse decrevit, ejusque noscendi desiderium in apostolis repressit. Certe quod illos Deus celavit, humana temere disquirit sedulitas. Fore dies illos non cum observatione, ipse Dominus præmonuit; sed tunc cum nihil mundus de illis cogitabit, sed totus terrenis addictus erit, uti se res in diluvio habuit. Nostrum est, ut ejus adventus exspectatione semper suspensi simus, quod etsi forte mundi consummatio nos non apprehendet; at apprehendet proxima mors, qua demum subruta nostra tabernacula, id nanciscentur, ut vel ad vitam ἄλυτον, vel ad mortem æternosque cruciatus sint reparanda, quo tempore Deus præfinivit, ac ubi jam electorum mundus absolutus erit. Io

da substantia. Tunc vero cum consummata fuerint statuta tempora, ac creationis opus hoc adornare Deus cessaverit, septimo mense, magna resurrectionis die, festum Domino celebrandum indicitur nostræ Scenopegiæ, cujus symbola ac figuræ, dicta hæc in Levitico: quæ sedulo investigantes, nudam ipsam veritatem consideremus, operæ pretium est. *Hæc enim*, inquit [68], *sapiens audiens, sapientior erit, intelligetque parabolam et obscurum sermonem: dicta quoque sapientium et ænigmata.*

A σθῶσιν οἱ καιροί, καὶ παύσεται ὁ Θεὸς ἐργαζόμενος ταύτην τὴν κτίσιν, τῷ ἑβδόμῳ μηνί, τῇ μεγάλῃ τῆς ἀναστάσεως ἡμέρᾳ, ἑορτὴ συγκροτεῖται τῷ Κυρίῳ τῆς Σκηνοπηγίας ἡμῶν, ἧς εἰσιν ἐν τῷ Λευϊτικῷ τὰ λεγόμενα σύμβολα καὶ τύποι· ἃ ἐξιχνεύοντας, χρὴ νοεῖν τὴν ἀλήθειαν γυμνήν. *Τῶν δὲ γὰρ ἀκούσας*, φησί, *σοφὸς, σοφώτερος ἔσται· νοήσει τε παραβολὴν καὶ σκοτεινὸν λόγον· ῥήσεις τε σοφῶν καὶ αἰνίγματα.*

Quare pudeat Judæos, quod profundos Scripturarum sensus non penetrant, existimantes nihil nisi corporalia legis ac prophetarum oraculis contineri; quippe terrenis ipsi rebus inhiantes, potioreque loco mundi divitias, quam animi thesaurum censumque habentes. Cum enim divinæ Scripturæ, hoc divisæ sint, ut aliæ præteritarum rerum, aliæ earum quæ sunt futuræ typum exhibeant; miseri illi resilientes, futurorum figuras agunt, ac si jam transiissent. Velut etiam in Agni immolatione, cujus mysterium in sola recordatione liberationis patrum ex Ægypto sentiunt, tunc facta, quando percussis primogenitis Ægypti, servati sunt ipsi, superliminaribus domorum suarum sanguine rubricatis. Nec intelligunt eo etiam præsignari necem Christi, cujus sanguine communitæ animæ ac consignatæ, in orbis conflagratione, ac primogenitis, filiis Satanæ, internecione deletis, ab ira servabuntur, angelis ultoribus reverentibus divini sanguinis impressum illis sigillum.

Ὅθεν αἰσχυνέσθωσαν οἱ Ἰουδαῖοι, τὰ βάθη τῶν Γραφῶν μὴ συνῃσθημένοι, καὶ πάντα σωματικὰ τὸν νόμον ἡγούμενοι καὶ τοὺς προφήτας εἰρηκέναι· ἅτε τῶν κοσμικῶν ἐφιέμενοι, καὶ τὸν ἔξωθεν πλοῦτον τοῦ περὶ ψυχὴν προκρίνοντες. Διαιρουμένων γὰρ τῶν B Γραφῶν εἰς τὸν περὶ τῶν παρῳχηκότων καὶ μελλόντων τύπον, ἀποπηδήσαντες οἱ σχέτλιοι, τῶν μελλόντων ὡς παρῳχηκότων ἤδη τελοῦσι τοὺς τύπους· καθάπερ καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ προβάτου σφαγῆς, ἀνάμνησιν τῆς κατ' Αἴγυπτον τῶν πατέρων αὐτῶν γεγενημένης σωτηρίας ἡγούμενοι μόνην εἶναι τὸ μυστήριον τοῦ προβάτου· ὁπότε, πατασσομένων τῶν πρωτοτόκων τῆς Αἰγύπτου, αὐτοὶ διεσώθησαν, τὰς φλιὰς τῶν σφετέρων οἴκων φοινίξαντες τῷ αἵματι· οὐκ ἔτι δὲ καὶ τῆς σφαγῆς τύπον ἡγήσαντο τοῦτο προδηλωτικὸν γεγονέναι Χριστοῦ, οὗ αἱ κατησφαλισμέναι τῷ αἵματι καὶ σφραγισθεῖσαι ψυχαί, τῆς οἰκουμένης ἐκπυρουμένης, καὶ τῶν πρωτοτόκων ὀλοθρευομένων, τέκνων τοῦ Σατανᾶ (38), περισωθήσονται τῆς ὀργῆς, τῶν τιμωρητικῶν ἀγγέλων ἐκτραπησομένων τὴν ἀπὸ τοῦ αἵματος ἐπ' αὐτοῖς ἐκτετυπωμένην σφραγῖδα.

C

CAP. II. *Figura, imago; veritas: lex, gratia, gloria. Homo immortalis conditus: mors invecta destruendo peccato.*

Et hæc exempli causa dicta, ad demonstrandum, Judæos hinc nimirum spe excidisse futurorum bonorum, quod ea quæ tractant, figuras solummodo rerum jam gestarum esse existimant; dum nec figuras, imaginum; nec imagines, veritatis prænuntias esse agnoscunt [69]. Nam lex quidem imaginis figura est et umbra, nempe Evangelii; veritatis autem imago, nempe Evangelium. Prisci enim illi homines atque lex Ecclesiæ nobis characteres prænuntiavere, Ecclesia vero ipsas repræsentat novorum sæculorum formas. Unde et nos, qui Christum suscepimus, dicentem, *Ego sum veritas* [70], umbras quidem et figuras scimus desiisse: ad veritatem autem festinamus, illustres ipsius imagines prænuntiantes. *Ex parte* enim adhuc, *et veluti per speculum cognoscimus* [71]; quod necdum venerit quod

Καὶ ταῦτα μὲν ὡς ἐπὶ παραδείγματος εἰρήσθω, δεικνυούσης, ὅτι, τὰ παρόντα τύπους ἡγούμενοι τῶν ἤδη γεγονότων οἱ Ἰουδαῖοι, τῆς ἐλπίδος τῶν μελλόντων ἐξώκειλαν (39) ἀγαθῶν, μηδὲ τοὺς τύπους τῶν εἰκόνων βουληθέντες εἶναι προκαταγγελτικούς, μηδὲ τὰς εἰκόνας τῆς ἀληθείας. Ὁ μὲν γὰρ νόμος τῆς εἰκόνος ἐστὶ τύπος καὶ σκιά, τουτέστι τοῦ Εὐαγγελίου· ἡ δὲ εἰκών, τὸ Εὐαγγέλιον, αὐτῆς τῆς ἀληθείας. Οἱ γὰρ παλαιότεροι καὶ ὁ νόμος τοὺς τῆς Ἐκκλησίας προεξήγγειλαν ἡμῖν προφητεύοντες χαρακτῆρας· ἡ δὲ Ἐκκλησία τοὺς τῶν καινῶν αἰώνων. Ὅθεν ἡμεῖς, οἱ τὸν εἰπόντα Χριστόν, *Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια*, δεξά- D μενοι, τὰς μὲν σκιὰς καὶ τοὺς τύπους ἴσμεν πεπαυμένους· ἐπὶ δὲ τὴν ἀλήθειαν σπεύδομεν, τὰς ἐναργεῖς αὐτῆς εἰκόνας προκαταγγέλλοντες. *Ἐκ μέρους* γὰρ ἔτι, *καὶ ὡς δι' ἐσόπτρου γινώσκομεν*· ἐπεὶ μη-

[68] *Prov.* I, 5, 6. [69] *Hebr.* X, 1. [70] *Joan.* XIV, 16. [71] *I Cor.* XIII, 12.

(38) *Τέκνων τοῦ Σατανᾶ.* Ita recte Allatius; nec quod aliter suadeat quidquam est. Filii Satanæ, omnes reprobi, imitatione; ipsi Ægypti ac mundi primogeniti, extra sortem filiorum Dei ejusque populi; per Dei iram, non Satanæ, exterminandi; quidquid absurde Possinius junxerit, τοῦ Σατανᾶ περισωθήσονται τῆς ὀργῆς, *servabuntur ab ira Satanæ*. Nam, rogo, quis eum docuit, aut etiam Methodium, exterminatorem angelum Satanam fuisse, vel ejus ministrum? Potuit Deus et per eos ulcisci Ægyptum; at Scriptura non loquitur Deum fecisse, nec ad Methodium attinebat istiusmodi insinuare, vel alterius quam Dei, iræ meminisse: qua ipsa reprobi æternis pœnis in judicio addicentur, evacuato jam omni principatu et potestate, singuli pro reatus merito illi pœnas dantes. COMBEFIS.

(39) *Ἐξώκειλαν.* Vocis hujus hic clara acceptio, quam supra vindicamus, ut sit *excidere*, frustrata

οὔπω τὸ τέλειον ἧκεν (ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν καὶ ἡ ἀνάστασις,) εἰς ἡμᾶς, ὅτε *καταργήσεται τὸ ἐκ μέρους*. Τότε γὰρ αἱ σκηναὶ πήγνυνται πάντων ἡμῶν, ὁπότε, τῶν ὀστῶν συγκολλωμένων καὶ συμπηγνυμένων ταῖς σαρξὶν, ἀνίσταται σῶμα. Τότε τὴν ἡμέραν τῆς χαρᾶς ἑορτάζομεν Κυρίῳ εἰλικρινῶς, ὁπότε τὰς σκηνὰς αἰωνίους ἀποληψόμεθα, οὐκέτι θνηξομένας ἢ λυθησομένας εἰς γῆν χώματος. Ἦν γὰρ ἡμῶν καὶ πρόσθεν ἄπτωτος ἡ σκηνή (40)· ἀλλὰ διὰ τὴν παράβασιν ἐσαλεύθη καὶ ἐκλίθη, τοῦ Θεοῦ τὸ ἁμάρτημα λύσαντος θανάτῳ, ἵνα μὴ, ἀθανάτως ἁμαρτωλὸς ὁ ἄνθρωπος ὢν, ζώσης ἐν αὐτῷ τῆς ἁμαρτίας, αἰωνίως κατάκριτος γενηθῇ. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ τέθνηκεν οὐ γενόμενος θνητὸς ἢ φθαρτὸς, καὶ διεκρίθη τῆς σαρκὸς ἡ ψυχὴ, ἵνα νεκρωθῇ διὰ τοῦ θανάτου τὸ παράπτωμα, μηκέτι δυνάμενον ζῆν ἐν τῷ τεθνηκότι. Ὅθεν, ἀποθανόντος τοῦ παραπτώματος καὶ διεφθαρμένου, πάλιν ἀθάνατος ἀνίσταμαι, καὶ ὑμνῶ τὸν Θεὸν, τὸν διὰ θανάτου τὰ τέκνα ἐκ θανάτου σώζοντα· καὶ ἑορτάζω νομίμως αὐτῷ, κοσμήσασα τὴν σκηνήν μου, τὴν σάρκα, τοῖς καλοῖς, ὥσπερ κἀκεῖ ταῖς πενταφώτοις αἱ παρθένοι λαμπάσιν (41).

A perfectum est (nimirum cœlorum regnum et resurrectio) *quando evacuabitur quod ex parte est*. Tunc enim firma basi erigenda omnium nostrum tabernacula, quando, iterum agglutinatis et compactis cum carne ossibus, resurget corpus. Tunc festam gaudii lucem sincere Domino celebrabimus, cum æterna tabernacula receperimus, non amplius moritura aut dissolvenda in pulverem tumuli [72]. Erat enim nostrum immobili prius statu fixum tabernaculum : sed per transgressionem motum, et in terram inclinatum est ; Deo per mortem peccatum dissolvente, ne immortalis homo peccator vivens, vivente in eo peccato, in sempiternum maledicto obnoxius foret. Propterea etiam mortem obiit, cum morti obnoxius creatus non fuisset aut corruptioni : B sejunctaque est a carne anima, ut interiret per mortem peccatum, non valens amplius in demortuo vivere. Unde mortuo peccato et corrupto, rursus immortalis resurgo, Deumque laudo, qui per mortem filios a morte liberet : inque ejus honorem legitime diem festum celebro, ornans tabernaculum meum (carnem scilicet) operibus bonis, ut et illic virgines, quinque lucernarum accensis lampadibus [73].

CAP. III. *Quomodo se quisque ad futuram resurrectionem comparare debeat.*

Ἐξεταζομένη τῇ πρώτῃ τῆς ἀναστάσεως ἡμέρᾳ, εἰ φέρω τὰ προστεταγμένα· εἰ κεκόσμημαι τοῖς τῆς ἀρετῆς καρποῖς· εἰ τοῖς κλάδοις τῆς ἁγνείας κατασκιάζομαι. Νόει γάρ μοι τὴν ἀνάστασιν εἶναι τὴν σκηνοπηγίαν. Νόει μοι καὶ τὰ εἰς τὴν σύνθεσιν παραλαμβανόμενα τῆς σκηνῆς τὰς πράξεις εἶναι τῆς δικαιοσύνης. Λαμβάνω οὖν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πρώτῃ τὰ ὑποτεταγμένα· οἱονεὶ τῇ ἡμέρᾳ ᾗ κρίνομαι, εἰ τὴν σκηνήν ἐκόσμησά μου τοῖς προστεταγμένοις· εἰ εὑρίσκονται ταῦτα ἐν αὐτῇ, ἅπερ ἐνταῦθα μὲν ἐν τῷ κόσμῳ κτήσασθαι προστασσόμεθα· ἐκεῖ δὲ προσφέρειν τῷ Θεῷ. Ἴτε γὰρ, καὶ τὰ ἑξῆς ἐπισκεψώμεθα.

Καὶ λήψεσθε ἑαυτοῖς τῇ πρώτῃ, φησὶν, *ἡμέρᾳ, καρπὸν ξύλου ὡραῖον, καὶ κλάδους ξύλου δασεῖς καὶ ἰτέας, καὶ ἄγνου κλάδους ἐκ χειμάῤῥου, εὐφρανθῆναι ἐναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν*. Καρπὸν ὡραιότατον ξύλου οἱ τὴν καρδίαν ἀπερίτμητοι Ἰουδαῖοι διὰ τὸ μέγεθος τὸ κίτριον ἡγοῦνται τυγχάνειν· οὐδὲ ἐγκαλύπτονται κιτρίῳ τὸν Θεὸν λέγοντες τιμᾶσθαι, ᾧ τὰ τετράποδα πάντα τῆς γῆς οὐκ εἰσὶν

Prima resurrectionis die in examen adducta, an ea afferam quæ sunt imperata : an virtutis operibus decorata sim, an ramis castitatis opacer. Reputa enim resurrectionem, tabernaculi erectionem esse. Reputa quæ in tabernaculi compositionem assumun- C tur, justitiæ esse opera. Sumo igitur prima die quæ subduntur, nempe quo die in judicio sistor, si tabernaculum meum præceptis ornavi : si hæc in illo inveniuntur quæ hic in sæculo comparare jubemur, ac ibi offerre Deo. Agite enim, et quæ deinceps sequuntur consideremus.

Sumetis, inquit, *vobis prima die fructum ligni speciosum, et ramos ligni densos, et salices, et agni ramos de torrente, ad lætandum coram Domino Deo vestro* [74]. Fructum ligni pulcherrimum incircumcisi corde Judæi, ob sui magnitudinem, citrum esse arbitrantur; neque eos pudet dicere, Deum citro coli : cui ne omnia quidem terræ quadrupeda in holocaustum ipso dignum suffecerint, aut thus in

[72] *Dan.* XII, 2. [73] *Matth.* XXV, 7. [74] *Levit.* XXIII, 40.

scilicet spe, metaphora illorum qui se portum assecutos putantes, illo impingunt ac pereunt, seu naufragium faciunt. COMBEFIS.

(40) *Ἦν ἄπτωτος ἡ σκηνή*. Refert Leo Allatius Michaelis Glycæ epistolam, qua ait probare multis sanctorum dictis, fuisse hominem animo et corpore creatum immortalem, quibus ipse Methodium adjungit, id clare hoc loco asserentem. Et certe id docere Methodium negari non potest; at qua immortalitate, nec ipse satis explicat, nec alii Patres. Sane si ἄπτωτος ἡ σκηνή, unde quod corruit? nisi quod subjecta Adami arbitrio ejus immortalitas, quam servaret si vellet, ut et fecit. Non erat ergo immortalitas quasi positiva, et ex principiis intrinsecis, qualis erit a resurrectione, per quam αἰωνίους σκη- D νάς recipiemus, *corpora in sempiternum conjuncta*, nec unquam intermoritura, sed quasi parata extrinsece Deique munere, qui hominem creaverat ut immortalis esset; et qui ipse *mortem non fecit*, ut dicitur Sap. I, 13. Congruentia Methodii inductæ mortis, ut ea peccatum moreretur, in vi congruentiæ valet, non rationis quæ cogat, cum præcipue reatus culpæ non in corpore sit, sed in animo qui immortalis est ; et quem ipsum aboleri necesse esset, ut quasi abolito subjecto, aboleri peccatum censeretur ac deficere. Alia ergo quærenda peccati destructio, animi in Deum conversione et infusione gratiæ, extra quam nulla corporis mors peccatum abolet. ID.

(41) *Ταῖς πενταφώτοις... λαμπάσι*. Nempe om-

incensum. Prorsusque, o dura ac ferrea pectora! si citrus pulcher vobis videtur, quidni et uva potius pulchra? quidni et malum granatum cæterique arborum fructus et poma multo citro præstantiora? Sane in Cantico canticorum [75] Salomon, horum omnium pulchrorum fructuum mentione facta, unum duntaxat malum citrum silentio præteriit. Sed hoc imprudentes decipit, quod non intellexerunt, lignum vitæ quod prius paradisus ferebat [76], nunc iterum Ecclesiam omnibus germinasse, quod pulchrum ac decorum fidei fructum faciat.

Talem nos fructum ad tribunal Christi accedentes afferre necesse est primo solemnitatis die: quo si nos quoque destituamur, non poterimus cum Deo feriari, nec partem nanciscemur, ut auctor est Joannes [77], *in resurrectione prima.* Lignum enim vitæ est omnium primogenita Sapientia: *Lignum vitæ est iis qui apprehenderint eam,* ait propheta, *et eis qui innituntur super ipsam quasi super Dominum secura* [78]. *Lignum plantatum secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo* [79]: doctrina est et charitas et prudentia, tempore opportuno illis dispertita qui ad aquas redemptionis accedunt.

Qui non credidit Christo, neque eum esse principium et lignum vitæ intellexit, is cum non possit Deo ostendere tabernaculum suum pulchrorum fructuum speciosissimo ornatum, quomodo festum colebrabit? quomodo lætabitur? Vis nosse pulchrum ligni fructum? Considera sermones Domini nostri Jesu Christi, ut sunt *speciosi forma præ filiis hominum* [80]. Pulcher fructus germinavit per Moysem, nempe lex; sed non ita pulcher ut Evangelium. Lex enim

A εἰς ὁλοκαύτωσιν ἱκανὰ, καὶ ὁ λίβανος εἰς καῦσιν (42). Καὶ ὅλως εἰ τὸ κίτριον, ὦ ἀτεράμονες! ὡραῖον (43), διατί μὴ καὶ ἡ σταφυλὴ μᾶλλον ὡραία; διατί μὴ καὶ ἡ ῥοιά; διατί μὴ καὶ τὸ μῆλον καὶ τὰ ἄλλα ἀκρόδρυα, τὰ μᾶλλον διαφέροντα τοῦ κιτρίου; Ἀμέλει ἐν τῷ Ἄσματι τῶν ᾀσμάτων, πάντων ὁ Σολομῶν τούτων ὡραίων μνημονεύσας, τὸ κίτριον ἀπεσιώπησε μόνον. Ἀλλὰ τούτων ἀπεβουκολήθησαν οἱ ἄφρονες, μὴ νοήσαντες τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, ὃ πρόσθεν μὲν ὁ παράδεισος ἔφερε, νῦν δὲ πᾶσιν ἀνεβλάστησεν ἡ Ἐκκλησία, τὸν ὡραῖον καὶ εὐπρεπῆ τῆς πίστεως ποιοῦν καρπόν.

Τοιοῦτον ἐληλυθότας καρπὸν τῇ πρώτῃ τῆς ἑορτῆς ἡμέρᾳ εἰς τὸ δικαστήριον ἡμᾶς κομίζειν δεῖ Χριστοῦ. ἐὰν μὴ τοιοῦτον σχῶμεν καὶ ἡμεῖς καρπὸν, οὐ δυνησόμεθα συνεορτάσαι Θεῷ· οὐ τευξόμεθα, κατὰ τὸν B Ἰωάννην, *τῆς πρώτης ἀναστάσεως.* Τὸ γὰρ ξύλον ζωῆς ἐστιν ἡ πρωτότοκος πάντων σοφία· *Ξύλον ζωῆς ἐστι τοῖς ἀντεχομένοις αὐτῆς,* φησὶν ὁ προφήτης, *καὶ τοῖς ἐπερειδομένοις ἐπ' αὐτὴν, ὡς ἐπὶ Κύριον, ἀσφαλής. Ξύλον παρὰ τὰς διεξόδους πεφυτευμένον τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ,* διδασκαλία καὶ σύνεσίς ἐστιν, ἐν καιρῷ προσήκοντι τοῖς τῆς ἐπὶ τὰ ὕδατα ἀπολυτρώσεως ἀφικνουμένοις διδομένη.

Ὁ μὴ πιστεύσας Χριστῷ, μηδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτὴν εἶναι καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ᾐσθημένος, οὐκ ἔχων δεῖξαι τῷ Θεῷ τῷ ὡραιοτέρῳ τῶν ὡραίων καρπῶν τὴν σκηνὴν αὐτοῦ κεκοσμημένην, πῶς ἑορτάσει; πῶς εὐφρανθήσεται; Θέλεις γνῶναι τὸν ὡραῖον καρπὸν τοῦ ξύλου; ἐπίσκεψον τοὺς λόγους τοῦ Κυρίου ἡμῶν C Ἰησοῦ Χριστοῦ, πῶς εἰσιν *ὡραῖοι παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων.* Ὡραῖος καρπὸς ἐβλάστησε διὰ Μωϋσέως, ὁ νόμος· ἀλλ' οὐχ οὕτως ἦν ὡραῖος ὡς τὸ

[75] *Cant.* IV, 13. [76] *Gen.* II, 9. [77] *Apoc.* XX, 6. [78] *Prov.* III, 18. [79] *Psal.* I, 3. [80] *Psal.* XLIV, 5.

nibus sensibus in morem lampadum accensis in cultum virginitatis; ita scilicet ut singuli illi sensus studeant, nihilque libidinosum aut abhorrens a castitatis legibus sua quisque operatione admittant, uti in superioribus Methodius ipse exposuit, debuitque meminisse Possinius ne παντοφώτοις legeret ac detorqueret, *plene lucentibus*, ut ipse reddit. COMBEFIS.

(42) *Καὶ ὁ λίβανος εἰς καῦσιν.* Κατὰ κοινοῦ, πᾶς ὁ λίβανος τῆς γῆς. *Quidquid thuris et incensi habet terra*, uti de pecudibus dixerat; utrumque genus oblationum significans, utroque altari, holocaustorum et thymiamatum quæ in Dei cultum, quidquid demum offeratur, nunquam sufficiant. Quod jam illi omnia debita; et ab eo, pro ejus majestate, infinite remota. At, quid Possinius? Libanum ejusque nemora sibi commentus est, qui ipse in altare verteretur, et unde ad comburendum holocausto sufficeretur: sic enim amica paraphrasi, sæpius auctori minus officiosa *Cujus mons totus Libanus altare, et cunctæ illius silvæ, pyræ forent.* At, quid Libano cum altari, quæve ejus religio, aut quæ in illo antiquo ritu, oblata Deo holocausta, ut sic ex eo debuerit Methodius exemplum petere, et non ex suis Lyciæ aliisque vicinioribus montibus, quibus nec silvæ desint; etsi forte deest thus, uti et Libano; Sabæorum regione proveniens, non Libano monte; mirumque, quod unum attendit Methodius, fido interpreti ὁμωνυμίᾳ decepto, nec in mentem venisse. ID.

(43) *Εἰ τὸ κίτριον... ὡραῖον.* Possinius, quod D ubique textus sacer, et interpretes et Methodius fructum dicunt, citrum, repente in arborem mutavit; ut et sequentia quibus aliis comparatur, quæ videantur vel æquare vel etiam superare ejus pulchritudinem; uvas, malogranata, mala pomaque; nova certe, nimiæque in interprete licentiæ metamorphosi. Fructum speciosum, sive etiam, ut alii malunt, arboris speciosæ, citrus est, ut communiter tradunt Hebræi; præiveritque Targum. Onkelos, qui illud Hebræi textus, *fructum ligni decoris*, exposuerit, *fructum ligni citri.* Manahem et Gerund Rabbini, ipsam volunt arborem, cujus esu Adamo interdictum, penes quos sit fides: nam quis revelavit? *Auream arborem* vocat interpres Arabicus. Josephus ἐκ φοινίκων καὶ κιτρίων, *ex palmis et citris*, (quibus conferta Palæstina) instruere solitos refert Judæos sua hæc tabernacula: et modo instruunt, quibus locis suo ritu sinuntur vivere, ambitioso sane apparatu, quoad per facultatem licet. Methodius, quod negare videtur, fructum illum ὡραῖον, *speciosum*, vel (ut schol.) ἔνδοξον, *gloriosum*, fuisse citrum, rem non conficit: sed quod Judæi non alio mentem ferant, nec intelligant aliquid spiritale horum symbolo designari. Commodior citri ornatus tabernaculo, quam vel uvarum, vel aliorum quæ ille refert, quod ipsa arbor et folia ramique non facile marcescant, ipsaque decorem malo augeant, et ab illo hauriant: quodque ipsum malum dies non paucos integrum perseveret et odoratum. ID.

Εὐαγγέλιον. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ τύπος τις ἦν καὶ σκιὰ τῶν μελλόντων πραγμάτων· τοῦτο δὲ ἀλήθεια καὶ ζωῆς χάρις. Ὡραῖος ἦν τῶν προφητῶν ὁ καρπός· ἀλλ' οὐχ οὕτως ὡραῖος, ὡς ὁ ἐξ αὐτοῦ γεωργούμενος, τῆς ἀφθαρσίας.

A figura quædam erat et umbra futurarum rerum; Evangelium autem veritas est, et vitæ gratia. Pulcher erat prophetarum fructus, sed non ita pulcher, ut qui ex ipso legitur, incorruptionis fructus.

CAP. IV. *Mens depurgatis vitiis perspicacior. Animi ornatus ac virtutum series. Charitas densa et constipata Castitas, omnium postremus ornatus. Ipse matrimonii castigandus usus.*

Καὶ λήψεσθε ἑαυτοῖς τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ καρπὸν ξύλου ὡραῖον, καὶ κάλλυντρα φοινίκων· λέγων τὴν ἄσκησιν τῶν θείων μαθημάτων, οἷς ἐκκαθαίρεται καὶ κοσμεῖται ψυχὴ νικῶσα τὰ πάθη, ἀποσαρουμένων (44) ἐξ αὐτῆς καὶ ἐκβαλλομένων τῶν ἁμαρτημάτων. Δεῖ γὰρ καθαροὺς καὶ κεκοσμημένους ἥκειν εἰς τὴν ἑορτὴν, ὥσπερ κοσμήτρῳ ταῖς ἀσκήσεσι καὶ μελέταις τῆς ἀρετῆς πεφιλοπονουμένους· ὅτι μελέταις ἐπιπόνοις καὶ ἀσκήσεσι καθαιρόμενος ὁ νοῦς τῶν ἐπικαλυπτόντων αὐτὸν ἀλλοίων διανοημάτων, ὀξυδερκεῖ πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Καθάπερ καὶ ἡ χήρα τὸν κοδράντην ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἀνεύρατο, μετὰ τὸ σαρῶσαι τὸν οἶκον καὶ ῥίψαι τὰ κόπρια, τὰ ἐπισκοτοῦντα καὶ καλύπτοντα πάθη τὴν ψυχὴν, τὰ ἀπὸ τῆς θρύψεως ἡμῶν καὶ τῆς ἀμελείας πληθύνοντα.

Et sumetis vobis prima die fructum ligni speciosum, et spatulas palmarum [81]. Nempe divinarum disciplinarum exercitationem significans, quibus emundatur et ornatur animus vitiorum victor, everritis ex ipsa ejectisque peccatis. Mundos enim atque ornatos ad festum venire necesse est, tanquam mangonio quodam, religiosis operibus virtutisque B exercitiis magnifice comptos ac expolitos. Laboriosis enim id genus exercitamentis depurgata mens, a diversarum cogitationum illam obtundentium offusa nebula, acute veritatem cernit. Uti etiam vidua in Evangeliis [82] quadrantem invenit, cum domum everrisset et sordes ejecisset; vitia scilicet obscurantia animum ac obnubentia, quæ per nostram mollitiem ac socordiam ingenti nobis segete augescunt.

Καὶ τοίνυν ὁ σπουδάζων εἰς τὴν ἑορτὴν τῶν Σκηνῶν ἐκείνων φθάσαι, καὶ τοῖς ἁγίοις συγκαταλεχθῆναι, πρῶτον τὸν ὡραῖον τὴν πίστιν κτησάσθω καρπόν· εἶτα τὰ κάλλυντρα, τὴν ἄσκησιν καὶ μελέτην τῶν Γραφῶν· εἶτα τοὺς ἐριθηλέας ἐφεξῆς κλάδους τῆς ἀγάπης καὶ δασεῖς, οὓς καὶ μετὰ τὰ κάλλυντρα παρεγγυᾷ λαμβάνεσθαι, κλάδους δασεῖς εὐθυβολώτατα, τὴν ἀγάπην φράσας· τὸ γὰρ δασὺ κατάκαρπον ὅλον ἐστὶ καὶ πυκνὸν, μηδὲν ψιλὸν ἢ διάκενον ἔχον, ἀλλὰ πάντα πεπληρωμένον, καὶ τοὺς ὄρπηκας καὶ τὰ στελέχη. Τοιοῦτον γάρ ἐστιν ἡ ἀγάπη, μηδαμόθεν ὑπόκενος ἢ ἄκαρπος οὖσα. Ἢ γὰρ, *ἐὰν πωλήσω τὰ ὑπάρχοντά μου, καὶ δώσω πτωχοῖς· καὶ ἐὰν τὸ σῶμά μου πυρὶ παραδώσω, καὶ ἐὰν τοσαύτην πίστιν, ὥστε ὄρη μεθιστᾷν, κτήσωμαι, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδέν εἰμι.* Ἀγάπη ἄρα τὸ κατάκαρπόν ἐστι καὶ δασύτατον ξύλον πάντων, ἡ γέμουσα καὶ πεπληρωμένη τῶν χαρίτων.

Qui igitur ad Tabernaculorum illorum festum cupit evadere, inque sanctorum censum referri studet, primum speciosum fructum, id est fidem, sibi comparet: tum spatulas, attentam scilicet Scripturarum meditationem ac in eis exercitatio- C nem: postea late frondentes densosque charitatis ramos, quos post spatulas jubet sumi; ramos densos aptissime charitatem vocans; quod enim dense viret, fere idem copiose fructuosum totumque frugiferum est, nihil exile exsuccumque habens, sed omnia plena, et ramos et truncos. Talis quippe est charitas, nulla parte vacua aut infructuosa. Nam *si vendidero omnes facultates meas, et distribuero in cibos pauperum; et si corpus meum igni tradidero; et si tantam fidem habuero ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum* [83]. Charitas igitur arbor est fructibus longe uberrima omniumque densissima; gratiis scilicet abunde scatens iisque plena.

Εἶτα τί παραλαμβάνεσθαι βούλεται καὶ ἕτερον; τοὺς κλάδους ἐκείνους, φησὶ, τὴν δικαιοσύνην κλάδους ἐκείνους κικλήσκων, ἀνθ' ὧν οἱ δίκαιοι, κατὰ τὸν προφήτην, *ὡς ἀναμέσον ὕδατος ἀνατέλλουσι χόρτος, καὶ ὡς ἰτέα ἐπὶ παραῤῥέον ὕδωρ*, θάλλοντες τῷ λόγῳ. Καὶ ἐπὶ πᾶσι, τοὺς ἀγνίνους ἐπικοσμοῦντας τὴν σκηνὴν παρακελεύεται προσφέρεσθαι κλάδους,

Exinde quid et aliud nos vult assumere? Ramos D scilicet salicum, isto symbolo justitiam indicans; idcirco nimirum quod *justi*, ut auctor est propheta [84], *velut gramen inter aquas germinant, et quasi salix juxta præterfluentem aquam*, verbo doctrinaque florentes. Omnium denique cumulo, agni arboris ramos ad tabernaculum condecorandum ju-

[81] *Levit.* XXIII, 40. [82] *Marc.* XII, 42. [83] *I Cor.* XIII, 2, 3. [84] *Isa.* XLIV, 4.

(44) Ἀποσαρουμένων. Hic item, meo periculo, vocis monstrum ejicio, quod attinet ad Methodii propositum, ἀποσαρκουμένων. Conati quidem reddere Leo Allatius, *a suis carnibus divulsis*; Possinius, *evulsis*. Verum non hæc illius vocis acceptio, sed *in carnem concretis*, ut cum cicatrix obducitur, et caro enascitur: quod nemo non videt, quam non apte jungatur ejectioni peccatorum. Est ergo ἀποσαρουμένων, *ita ut everrantur peccata et ejiciantur; sive everritis ejectisque peccatis*; quam postmodum vocem ex Evangelio in viduæ exemplo repetit, μετὰ τὸ σαρῶσαι τὸν οἶκον· *postquam domum everrisset.* Ubi pari inscitia in Vulgatam irrepserat *evertit*, pro *everrit*, sed emendavit sequentium sedulitas. Facit quod Methodius ad vocem κάλλυντρα alludit, quam Hesychius aliique σπάθας exponunt, quasi *scopas*. Plutarchus in Dionys., σαίρουσι δὲ καλλύντρῳ τινὶ τὴν οἰκίαν, *domum scopis verrunt.* Clara ergo Methodii mens, cui sic illusit inficetus scriba alioque detorsit. COMBEFIS.

bet afferri, quod nempe arbor hæc ipso nomine castimoniam referat; cujus auctoramentum dictis reliquis ornamentum ac decus præstat. Eant jam lascivi qui, suarum libidinum fœda mancipia, castitatem rejiciunt. Qui enim fiat ut cum Christo ad festum ingrediantur, qui castitatis ramis (deifica illa beataque arbore) tabernaculum suum non ornaverint? qua omnes festinantes ad illam celebritatem ac nuptiale convivium succingi oportet ac lumbos obumbrare. Agite enim, pulchræ virgines, Scripturam ipsam et mandata considerate; qua ratione ad earum quæ dictæ sunt virtutum officiorumque coronidem, castitatem divinus sermo assumpserit, ostendens quam illa deceat resurrectionem, quamque ad illam expetibilis sit: ac sine illa neminem compotem forte promissionum: quam eximie colimus nos virginitatem professæ, et offerimus Domino. Usurpant quoque, qui cum suis uxoribus caste vivunt, et veluti circa truncum, humiles ejus castitate nitentes ferunt surculos, haud valentes, quemadmodum nos, ad excelsos magnosque illius ramos evadere, ac vel eos contingere: tametsi minores, et ipsi offerunt castitatis surculos. At libidinosi, effuso impetu indulgentes lasciviæ, etiamsi non fornicentur, sed licitis quidem legitimæ uxoris, indomitæ tamen concupiscentiæ æstu, amplexibus assidui: quomodo diem festum agent? quomodo lætabuntur? qui tabernaculum suum, id est, carnem suam, agni ramis, habitu scilicet castitatis, non exornaverint; neque audierint monentem, *ut qui habent uxores, tanquam nos habentes sint* [88].

A διὰ τὸ φερώνυμον εἶναι τὸ δένδρον τῆς ἁγνείας, ᾧ καταχοσμεῖται τὰ προειρημένα. Ἐῤῥέτωσαν οἱ ἀκολασταίνοντες νῦν, καὶ διὰ τὰς ἑαυτῶν ἡδυπαθείας ἁγνείαν ἀποδιωθούμενοι. Πῶς γὰρ εἰς τὴν ἑορτὴν συνεισελεύσονται Χριστῷ, μὴ κοσμήσαντες ἑαυτῶν τὴν σκηνὴν κλάδοις ἁγνείας, τῷ θεοποιῷ μακαρίῳ φυτῷ; ᾧ τοὺς εἰς τὴν ἄγυριν σπεύδοντας ἐκείνην καὶ τὸν γάμον ἀναδεῖσθαι δεῖ καὶ κατασκιάζεσθαι τὰς ὀσφύας. Ἴτε γὰρ, καλλιπάρθενοι, τὴν Γραφὴν αὐτὴν ἐπισκέψασθε καὶ τὰς ἐντολὰς, πῶς, ὡς ἐπὶ συμπληρώματος τῶν προειρημένων κατορθωμάτων παρέλαβεν ὁ λόγος τὴν ἁγνείαν, διδάσκων ὅσον διαπρεπὴς καὶ τριπόθητος ἔσται τῇ ἀναστάσει, καὶ ὅτι χωρὶς (45) αὐτῆς οὐδεὶς τεύξεται τῶν ἐπαγγελμάτων· ἣν ἐξαιρέτως γεωργοῦμεν ἡμεῖς αἱ παρθενεύουσαι, καὶ
B προσφέρομεν Κυρίῳ. Χρῶνται δὲ καὶ οἱ πρὸς τὰς ἑαυτῶν ἁγνεύοντες γαμετὰς, καὶ ὥσπερ ἀμφὶ τὸ στέλεχος κλῶνας αὐτῆς φέρουσι βλαστήσαντας σωφροσύνην, τῶν ἄνω μὴ ἐφικνούμενοι καὶ μεγάλων αὐτῆς ἐπιψαῦσαι κλάδων, καθάπερ ἡμεῖς· ὅμως, εἰ καὶ μικροὺς, οὐδὲν ἧσσον προσφέρουσι δὴ καὶ αὐτοὶ κλῶνας ἁγνείας. Οἱ δὲ οἰστρηλατούμενοι, κἂν μὴ πορνεύσωσιν, ἀλλὰ καὶ εἰς μόνην καὶ ἔννομον ἀδιαστόλως ἐπιμίγνυσθαι θελγόντων γαμετὴν, πῶς ἑορτάσουσιν; πῶς εὐφρανθήσονται; μὴ κοσμήσαντες τὴν σκηνὴν ἑαυτῶν τὴν σάρκα τοῖς κλάδοις τῆς ἄγνου, μηδὲ εἰσακούσαντες τοῦ εἰρημένου, *Ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας, ὡς οἱ μὴ ἔχοντες ὦσι;*

Cap. V. *Mysterium tabernaculorum.*

Propterea præ reliquis omnibus, his qui certaminibus inhiant quique ingenti sunt animo, citra omnem cunctationem colendam esse castitatem, tanquam summe utilem et gloriosam, pronuntio. In novo enim et indissolubili mundo, quisquis castimoniæ ramis ornatus repertus non fuerit, nec requiem consequetur, ut qui Dei mandatum juxta legem minime impleverit; neque in terram promissam ingredietur, quippe qui festum Tabernaculorum non ante celebraverit. Illi enim duntaxat qui Scenopegiam festum egerint, ab iis quæ vocant taber-

Διὰ τοῦτο πάντων μάλιστα τοὺς τῶν ἀγώνων ἐφιε-
C μένους, καὶ μεγάλῃ φρονήσει χρωμένους, τὴν ἁγνείαν ἀμελητί φημι δεῖν καὶ τιμᾷν, ὡς ὠφελιμωτάτην καὶ ἐπίδοξον. Ἐν γὰρ τῇ καινῇ καὶ ἀλύτῳ κτίσει (46), ὃς ἂν ἁγνείας μὴ εὑρεθῇ κλάδοις κεκοσμημένος, οὐ τεύξεται τῆς ἀναπαύσεως, μὴ πληρώσας τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν νόμον· οὐδὲ εἰς τὴν γῆν ἐπιδημήσει τῆς ἐπαγγελίας, μὴ ἑορτάσας πρῶτον τὰς σκηνάς. Οἱ γὰρ ἑορτάσαντες μόνοι τὴν Σκηνοπηγίαν εἰς τὴν ἁγίαν καταίρουσι γῆν, ἀπαιρούμενοι ἀπὸ τῶν καλουμένων Σκηνῶν, ἔστ' ἂν εἰς τὸν νεὼν φθάσωσιν ἐλθεῖν

[88] *I Cor.* VII, 29.

(45) *Χωρὶς αὐτῆς οὐδεὶς τεύξεται.* De castitate communius dicta hic sermo Methodio, qualem et conjugum esse necesse sit: quæ et ipsa Deo placeat, etsi non ea excellentia qua virginitas: jamque altera oratione, quidquid hinc scrupuli videbatur ex superioris Marcellæ profusiore virginitatis laudatione, exemerat; seduloque rem maritalem ex Dei mandato et legitimam esse ostenderat: hic solum moderandum illius usum admonet, ne et illis pro suo modulo desit castitatis ornamentum; sin ut ipsa alta arbor, at certe ut adnascentes surculi, cui et ipsi animo conjuges afficiantur, etsi eos jugum trahere, ipsa status necessitas cogit, et prolis amor: vel etiam (quod infirmiorum) ipsa cupiditas; cui ipsi suæ præscribendæ leges, ne vel conjugalis castitatis metas excedens, in effrenem luxuriam œstrumque vergat, novæ creationis et insolubilis tabernaculo haud satis comparatum et quale Christi thalamum, vel inter concubinas aut adolescentulas, dedeceat. Combefis.

D (46) *Καὶ ἀλύτῳ κτίσει.* Et hic quoque, haud secus ac § I hujus orat. IX, not. 37, ita repono, pro ἀλύπῳ, *mundo insolubili*, seu *creatione*, quæ erit communis omnibus judicandis: non ipsa ἄλυπος κτίσις, *omnis expers doloris creatio* et status, sed illis propria, quorum tabernacula inventa fuerint ornata virtutum cultu, prima die Scenopegiæ, sive Resurrectionis, id est, ἐν τῇ κρίσει, *in judicio*, uti exponit ipse Methodius. Vult ergo omnes tunc suscitandos, ac forte discretionem bonorum a malis, feriantibus bonis cum Christo in terra hactenus constitutis, donec impleatur illorum septenarium, quasi in tabernaculis et antequam in Dei domum et sanctam civitatem (id est in cœlos) introducantur. Quæ fuit veterum simplicior theologia, non satis probata. Id.

A καὶ τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ, εἰς τὴν μείζονα καὶ ἐνδοξοτέραν προκόψαντες χαράν, καθὼς καὶ οἱ τύποι συνιστᾶσιν, οἱ γεγονότες ἐπὶ Ἰουδαίων. Ὥσπερ γὰρ, ἐξελθόντες τῶν ὅρων ἐκείνων τῆς Αἰγύπτου, ὥδευσαν πρῶτον, καὶ ἦλθον εἰς τὰς Σκηνὰς, κἀκεῖθεν ἀπάραντες πάλιν, ἦλθον εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας· οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς. Ὁδεύσασα γὰρ ἐντεῦθεν καὶ ἐξελθοῦσα κἀγὼ τῆς Αἰγύπτου τούτου τοῦ βίου, ἔρχομαι πρῶτον εἰς τὴν ἀνάστασιν, τὴν ἀληθινὴν Σκηνοπηγίαν· κἀκεῖ τοῖς καρποῖς τῆς ἀρετῆς πήξασα τὴν σκηνήν μου κεκοσμημένην, τῇ πρώτῃ τῆς ἑορτῆς ἀναστάσεως ἡμέρᾳ, τῇ κρίσει, συνεορτάζω τῷ Χριστῷ τὴν χιλιονταετηρίδα τῆς ἀναπαύσεως, τὰς ἑπτὰ καλουμένας ἡμέρας, τὰ σάββατα τὰ ἀληθινά. Εἶτα αὖθις ἑπομένη τῷ *διεληλυθότι τοὺς οὐρανοὺς* Ἰησοῦ, B ἔρχομαι πάλιν, καθάπερ κἀκεῖνοι, μετὰ τὴν ἀνάπαυσιν τῆς Σκηνοπηγίας, εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, τοὺς οὐρανοὺς, ἐν σκηναῖς μὴ ἀπομείνασα, τουτέστι τοῦ σκηνώματός μου μὴ ἀπομείναντος τοιούτου· ἀλλὰ μετὰ τὴν χιλιονταετηρίδα μεταβληθέντος ἀπὸ τοῦ σχήματος τοῦ ἀνθρωπίνου καὶ τῆς φθορᾶς (47), εἰς ἀγγελικὸν μέγεθος καὶ κάλλος· ἔνθα λοιπὸν *ἀπὸ τοῦ θαυμαστοῦ τῆς σκηνῆς* αἱ παρθένοι *τόπου*, μετὰ τὸ συμπερασθῆναι τὴν ἑορτὴν τῆς ἀναστάσεως, εἰς τὰ μείζω καὶ κρείττω διερχόμεθα, *εἰς τὸν οἶκον αὐτὸν* ἀναβαίνουσαι τὸν ὑπὲρ τοὺς οὐρανοὺς *τοῦ Θεοῦ*, *ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως καὶ ἐξομολογήσεως, ἤχους ἑορτάζοντος*, καθώς φησιν ὁ ψαλμῳδός. Τούτῳ κἀγὼ, ὦ Ἀρετὴ, κατὰ τὴν ἐμαυτῆς, δέσποινα, δύναμιν, δωροῦμαί σε τῷ C πέπλῳ.

nacula profecti, ad sanctam contendunt terram, donec illo evaserint, ut in templum Deique civitatem ingrediantur; ad majus scilicet majorisque claritatis gaudium proficientes, sicut figuræ indicant quæ in Judæis prius præcesserunt. Quemadmodum enim Israelitæ ex Ægypti finibus illis egressi, suscepto primum itinere, in Tabernacula (*Soccoth* Hebræi vocant) venerunt [86], hincque rursus profecti, venerunt in terram promissionis: ita et nos. Nam et ego iter habens, exque mundi hujus Ægypto egressa, venio primum ad resurrectionem, quæ vera Scenopegia est: et ibi fructibus virtutis exstructo specioseque ornato tabernaculo meo, prima festi resurrectionis die, quæ dies est judicii, simul cum Christo millenarium annorum requiei, B celebro; quæ septem dicuntur dies, vera nimirum Sabbata. Inde rursus Jesu comes, *qui penetravit cœlos* [87] (ut et illi post Scenopegiæ requiem in terram promissionis) in cœlos venio, non remanens in tabernaculis, hoc est, non remanente meo corpore, quale prius erat: sed post mille annorum spatium mutato, ex humani forma corporis et corruptione, in angelicam molem et pulchritudinem: ubi demum nos virgines *a loco tabernaculi admirabilis*, consummato jam resurrectionis festo, ad majora et meliora transibimus, *in ipsam domum Dei* supracœlestem ascendentes, *in voce exsultationis et confessionis, soni festivitatem agentis*, ut Psalmodus ait [88]. Hoc ipsa quoque, o domina Arete, qualicunque elaboratum C facultate, pro munere peplum offero.

[86] *Num.* XXXV, 5. [87] *Hebr.* IV, 14. [88] *Psal.* XLI, 5.

(47) *Καὶ τῆς φθορᾶς.* Videtur Methodius admittere sic suscitatorum sanctorum corpora nedum malorum, corruptioni obnoxia, et humana forma quæ in angelicam formam mutanda sint, transacto septenario, et cum in secretam Dei aulam (id est in cœlos) recipientur. Quæ non satis cohærere videntur cum superioribus, et nova illa atque ἀλύτῳ creatione, ut jam explicavimus. Et certe quæ ibi corruptio, cum nullæ jam erunt generationes, uti ipse Methodius indicat, sed summa requies, in illis qui ea requie digni erunt? quorum felicitatem abjectius forte ex usu quasi humano intellexit Methodius, necdum illis bona cœlestia consecutis, aut Dei conspectu donatis, quod fides non admittit: cum sit D ille sanctorum cœtus, non cui hæreant peccatorum sordes, per eas ferias expiandæ. Denique dura prorsus propositio, Ἀπὸ τοῦ σχήματος τοῦ ἀνθρωπίνου καὶ φθορᾶς εἰς ἀγγελικὸν μέγεθος καὶ κάλλος. Certe ægre intelligitur abolita humani corporis forma, transire in angelicam magnitudinem et molem, quin aboleatur carnis ipsa substantia, et fiat corpus humanum, quale prisci illi, pluresque alii, angelicum existimaverunt; corpus ἄϋλον et spiritale; nempe subtilissimum, aere puro igneoque concretum, quod ipsum tantæ molis, et supra humanam molem Methodius voluerit: qui forte error fuit Eutychii patriarchæ Constantinopolitani, ex his ipsis fontibus haustus, a quo Gregorius Romanus, hominem, ipsum sanctitatis luce clarum, revocavit. Esto ea sint angelorum corpora, quod et Joannes Thessalonicensis in VII synodo sensit, atque hinc pictis coloribus, repræsentari posse angelos statuit, nec clare hactenus Ecclesia proscripsit, ipso Doctore Angelico auctore in expositione I Decret., unde quod humana corpora pro illorum mole fundenda sint et dilatanda. Erunt quidem illa suis dotibus prædita, subtilia, agilia, ac si libet, Pauli phrasi, πνευματικά, *corpora spiritualia*, I Cor. XV, sed integra illorum substantia, vere ipsa carnibus ossibusque ac humoribus concreta, nulloque jam cibo, ut vitam tueantur, statuminanda, quam forte illorum corruptionem arbitratus est Methodius, pro illo suo sabbatismo et millenaria requie in terra. Et certe si adhuc necessarius illis cibus, necdum plene depulsa corruptio, necdum corporum beatorum attributæ dotes, adhuc vel frugum vel animantium generationes, unde pro eo statu illis sollicitatur. Arrepta semel humani sensus simplicitate ejus status opinione, ea ipsa proclive fuit multa divinare, quibus nos solidior theologia exemit; quæ nec angelis aliam tribuat molem quam virtutis, qua eis liceat, majori minorive spatio applicari; nec homines a judicio admittat, nisi aut beatos corpore et animo cum Christo regnantes, eique in cœlis asseclas, aut cum diabolo et angelis ejus inferno addictos, utrisque vita insolubili: si tamen vita dicenda, eorum, quos ibi mors depascet, ipsa immortalis nullumque finem habitura miseria. Ἀνθρώπινον σχῆμα oppositum angelicæ moli et magnitudini, nescio an apte satis *habitum humanum*, superiores reddiderint, et non clarius, *humani corporis forma* (totum ipsum corpus, quale hominis est, ante eam mutationem ac quasi totius hominis θέωσιν) a me redditum sit; in qua non video ut Methodius non exorbitaverit. COMBEFIS.

EUBUL. Multum æstuo apud me, o Gregorium, reputans mecum in quanta mentis anxietate per istam sermonum vicem Domnina versaretur, ipsa in præcordiis fluctuans, ac jure metuens ne sibi aqua hæreret, jejuniusque aliquid reliquis virginibus, cum illæ tanta jam sicque varia occupassent, peroraret. Si ergo non dissimulavit talem hunc animi sui motum, age et istud quoque transige. Miror enim si quid habuerit quod diceret, ultimum nacta habendi sermonis locum.

GREG. Turbatam sane ipsam majorem in modum, o Eubulium, dixit mihi Theopatra, non tamen laborasse penuria sermonum. In eam ergo, postquam Tysiana finem fecit, injecto Arete oculo, Age tu quoque, ait, filia, sermonem redde, ut convivium omni ex parte perfectum compleamus. His erubescens Domnina, vixque post longam moram oculos vultumque tollens, exsurgensque ad orandum se vertit, ac Sapientiæ præsens auxilium implorandum. Qua oratione perfunctæ, visam aiebat subito novam creatam audaciam, et divinam quamdam incidisse fiduciam; eaque fretam dixisse.

A ΕΥΒΟΥΛ. Λίαν ἀγωνιῶ, ὦ Γρηγόριον, κατ' ἐμαυτὴν (48) ἐννοουμένη, ὁποίῳ θορύβῳ νῦν ἄρα ἡ Δομνίνα ἦν, ταρασσομένης αὐτῇ τῆς καρδίας, καὶ φοβουμένης μὴ ἀπορήσῃ λόγων, καὶ ἐνδεέστερόν τι τῶν ἄλλων παρθένων ἀποφθέγξηται, τοσούτων ἤδη ῥηθέντων εἰς τὸ προκείμενον καὶ ποικίλων. Εἰ οὖν εὔδηλος ἐγένετο κεκινημένη, φέρε καὶ τοῦτο περαίωσον. Θαυμάζω γὰρ εἴ τι ἔσχεν εἰπεῖν, τελευταία κεκληρωμένη.

ΓΡΗΓΟΡ. Τεταράχθαι μὲν αὐτὴν, ὦ Εὐβούλιον, καὶ σφόδρα, ἔφη μοι ἡ Θεοπάτρα· οὐ μὴν ἠπορηκέναι λόγων. Μετὰ τὸ παύσασθαι τὴν Τυσιανὴν, ἡ Ἀρετὴ τὸν ὀφθαλμὸν εἰς αὐτὴν ἐπιβαλοῦσα, Δεῦρο δὴ καὶ θύγατερ, ἔφη, τὸν λόγον ἀπόδος, ἵνα πληρώσωμεν B ἐντελῆ τὴν εὐωχίαν. Τὴν οὖν Δομνίναν, ἐρυθριάσασαν ἐπὶ πολὺ, μόλις ἀνανεῦσαι, καὶ εἰς εὐχὴν ἐξαναστᾶσαν τραπῆναι, καὶ καλεῖν τὴν Σοφίαν παραστῆναί οἱ βοηθόν. Εὐξαμένῃ δὲ αὐτῇ, θάρσος φησὶν εὐθέως ἐγγίνεσθαι, καί τις αὐτὴν θεία ἀνακωχὴ κατέλαβε, καὶ ἔφη.

—

ORATIO X.

DOMNINA.

ΛΟΓΟΣ Ι.

ΔΟΜΝΙΝΑ.

Cap. I. *Sola efficit ac præstat castitas, ut anima laudatissime gubernetur.*

O Arete, omissis et ego exordiorum ambagibus, protinus rem ipsam aggredi conabor pro viribus, ne iis immorando quæ extra rem sunt, longius quam pro earum ratione ac pene superflue orationem traham. Numero enim in magna prudentiæ parte non indulgere verbis inaniter aures mulcentibus, diffundique dicendo, antequam ad caput ipsum quæsiti veniatur; sed ex ipso statim puncto quæstionis incipere. Hinc igitur ordior : tempus enim est.

Nihil tam prodesse homini ad honestatem ac virtutis bonum, o illustres virgines, poterit quam castitas. Ut enim summa honestate ac laudatissime gubernetur anima, utque a malis et inquinamentis pura mundo solvatur ac dimittatur, sola hæc efficit ac præstat. Ex quo siquidem Christus eam nos colere docuit, excellentissimamque illius pulchritudinem aperuit, regnum diaboli destructum est, cum prius universum hominum genus captivum trahe-

Ὦ Ἀρετὴ, κἀγὼ, παραλείψασα τὰς μακρολογίας C τῶν προεξηγημάτων, εἰς αὐτὰ τὰ προκείμενα κατὰ δύναμιν εἰπεῖν πειράσομαι· ἵνα δὴ μὴ, τῷ μηκύνεσθαι τὰ πάρεργα, πλείονα χρόνον ὧν ἕνεκα λέγονται παράσχω. Ἡγοῦμαι γὰρ μέγιστον μέρος φρονήσεως εἶναι τὸ μὴ μακροὺς ἐκ περιόδων πρὸ τῶν ἐρωτηθέντων ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, κηλοῦντας τὰ ὦτα· ἀλλ' αὐτόθεν εὐθέως περὶ ὅτου τὸ ἐπερώτημά ἐστιν ἄρχεσθαι. Διὸ ἐνθένδε κἀγώ· καιρὸς γάρ.

Οὐδὲν οὕτως ὀνῆσαι δυνήσεται πρὸς τὸ καλὸν τὸν ἄνθρωπον, ὦ καλλιπάρθενοι, ὡς ἁγνεία. Τὸ γὰρ κάλλιστα καὶ ἄριστα διακυβερνηθῆναι τὴν ψυχὴν, καὶ κηλίδων καὶ μιασμάτων καθαρὰν ἀπολυθῆναι τοῦ κόσμου, μόνη ποιεῖ τοῦτο καὶ ἐργάζεται ἁγνεία. Ἀφ' οὗ γὰρ ὁ Χριστὸς ἐδίδασκεν αὐτὴν ἀσκεῖν ἡμᾶς, D καὶ ἐμήνυσεν ἡμῖν τὸ ἀνυπέρβλητον κάλλος αὐτῆς, ἡ βασιλεία τοῦ πονηροῦ καθῃρέθη, πρότερον ἀεὶ πάντας αἰχμαλωτίζοντος καὶ δουλουμένου· ὡς μὴ (49)

(48) *Κατ' ἐμαυτήν*. Hinc liquet Eubulium perinde feminæ personam esse ac Gregorium : nec tanta puellam apud virum deponere, decorum visum Methodio cui in Symposio virginum, earumque habito relatoque colloquio, magna pudoris et honestatis sexus habenda fuit ratio. Combefis.

(49) *Μὴ τῶν παλαιοτέρων τινά*. Dura hæc ut sonant, nec Apostolo aut fidei consona ; neminem veterum Deo placuisse. Certe placuerunt multi, magnaque sanctitate claruerunt, ut et his, qui sub gratia vivunt, exemplo esse possint : uti etiam Paulus exemplo producit, quos tantos numerat ad Hebr. XI. Glossema Possinii, *omni ex parte* : velut placuerint quidem ac justi fuerint, sed non prorsus placuerint, ac partim justi, partim peccatores fuerint et mali, nos in lege gratiæ non simus ; antiquis sanctis injurium est, nihilque accommodum. Nusquam vel illis vel nobis defuerunt, quibus non omni ex parte perfecti sumus, quandiu vitam mortalem vivimus : sicque nec dilectus discipulus placuisset, qui se ipse ac reliquos fideles agnoscit, non omni ex parte justum, sed peccatum habere ; ac qui negaverit, quantumvis apostolus, et in apostolis prædilectus, ipsum se seducere, et veritatem in eo non esse sentit (*I Joan.* I, 8). Neminem ergo placuisse dixerit Methodius Scripturæ phrasi, quod pauci placuerint, quodque ii ipsi qui placuerunt, non ex legis merito placuerunt, sed ex Christi gratia, jam tum ex fide operante, cui tantas sanctorum virtutes ac facinora ascribit Paulus relatus ad Hebræos, et

τῶν παλαιοτέρων εὐάρεστον γεγονέναι Κυρίῳ τινά, ἀλλὰ πάντας ἐπικρατηθῆναι πταίσμασιν, οὐ σφόδρα τοῦ νόμου τῆς φθορᾶς ἀρκέσαντος ἐλευθερῶσαι τὴν ἀνθρωπότητα, μέχρις ἡ παρθενία διαδεξαμένη τὸν νόμον, Χριστοῦ ταγαῖς τῶν ἀνθρώπων ἐβασίλευσεν. Οὐ γὰρ ἂν οὕτως οἱ πρόσθεν εἰς μάχας καὶ φόνους, καὶ ἔρωτας καὶ εἰδωλολατρείας συνελαύνοντο πολλάκις, εἰ ἦν αὐτοῖς ἡ ἐκ τῶν νόμων αὐτάρκης πρὸς σωτηρίαν δικαιοσύνη. Νυνὶ δὲ τότε μὲν μεγάλαις καὶ πολλαῖς πολλάκις ἐνεφύροντο συμφοραῖς· ἀφ' οὗ δὲ Χριστὸς ἐνηνθρώπησε, καὶ παρθενίᾳ τὴν σάρκα κοσμήσας ὥπλισεν, ὁ ὠμοτύραννος ἄρχων τῆς ἀκρασίας ᾐρέθη, καὶ εἰρήνη καὶ πίστις κρατεῖ, οὐκέτι τῶν ἀνθρώπων ὡσαύτως τρεπομένων εἰς εἰδωλολατρείαν, ὥσπερ καὶ πάλαι.

ret et addiceret : adeo ut nullus antiquiorum Domino placuerit, sed omnes in offensiones incurrerint; cum lex non ipsa valde ad liberandum genus humanum a corruptione potis fuerit, donec virginitas legi succedens, Christi auspiciis et decretis homines imperio regendos suscepit. Neque vero primi hominum adeo in pugnas et cædes, in amores et libidines, idolorum superstitiosum cultum præcipites sæpius cucurrissent, si justitia quæ ex legibus erat, sufficiens eis fuisset ad salutem. Jam vero, tunc quidem magnis ipsos crebrisque calamitatibus immistos fuisse videmus : ex quo autem Christus incarnatus est, et virginitate ornatam carnem armavit; crudelis tyrannus intemperantiæ princeps sublatus est, et pax fidesque viget, non jam ut ante in cultum idolorum prono humano genere.

Cap. II. *Locus Jud.* IX, 8-15, *expensus. Arborum regem exposcentium allegoria.*

Ἀλλ' ἵνα μὴ δόξω τισι σοφίζεσθαι, καὶ ἀπὸ τῶν εἰκότων τεκμαίρεσθαι ταῦτα καὶ φληναφᾷν, ἐκ τῆς παλαιᾶς ὑμῖν, ὦ Παρθένοι, κἀγὼ παρέξομαι Διαθήκης ἔγγραφον προφητείαν, ὡς ἀληθῆ λέγω, τοὺς Κριτάς· ἔνθα φανερῶς ἡ βασιλεία τῆς ἁγνείας ἤδη προκατήγγελτο. Φησὶ γάρ· *Πορευόμενα ἐπορεύθησαν τὰ ξύλα τοῦ χρῖσαι ἐφ' ἑαυτῶν βασιλέα· καὶ εἶπον τῇ Ἐλαίᾳ· Βασίλευσον ἐφ' ἡμᾶς. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ἡ Ἐλαία· Ἀφεῖσα τὴν πιότητά μου, ἣν ἐδόξασεν ὁ Θεὸς καὶ οἱ ἄνθρωποι, πορευθῶ ἄρχειν τῶν ξύλων; Καὶ εἶπον τὰ ξύλα πάντα τῇ Συκῇ· Δεῦρο, βασίλευσον ἐφ' ἡμᾶς. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ἡ Συκῆ· Ἀφεῖσα τὴν γλυκύτητά μου καὶ τὸ γέννημά μου τὸ ἀγαθὸν, πορευθῶ ἄρχειν τῶν ξύλων; Καὶ εἶπον τὰ ξύλα τῇ Ἀμπέλῳ· Βασίλευσον ἐφ' ἡμᾶς. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ἡ Ἄμπελος· Ἀφεῖσα τὸν οἶνόν μου, τὴν εὐφροσύνην τῶν ἀνθρώπων, πορευθῶ ἄρχειν τῶν ξύλων; Καὶ εἶπον τὰ ξύλα πρὸς τὴν Ῥάμνον· Δεῦρο, βασίλευσον ἐφ' ἡμᾶς. Καὶ εἶπεν ἡ Ῥάμνος πρὸς τὰ ξύλα· Εἰ ἐν ἀληθείᾳ χρίετέ με ὑμεῖς εἰς βασιλέα ἐφ' ὑμᾶς, δεῦτε, πεποίθατε ἐν τῇ σκέπῃ μου· εἰ μὴ, ἐξέλθῃ πῦρ ἐκ τῆς Ῥάμνου, καὶ καταφάγῃ τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου.*

Sed ne cui videar sophistica grassari arte, exque probabilibus hæc conjectari, ac vana jactare pro solidis, ex veteri vobis, o virgines, et ego Testamento, scriptam prophetiam, ejus quam statuo veritatis indubitatum testimonium, ex libro Judicum afferam, ubi clare castitatis regnum olim futurum prænuntiabatur. Sic enim legitur [a] : *Eundo iverunt ligna, ut ungerent super se regem : dixeruntque Olivæ : Regna super nos. Et dixit eis Oliva : Nunquid derelinquens pinguedinem meam quam glorificavit Deus et homines, ibo ut lignis imperem? Dixeruntque ligna universa ad Ficum : Veni, regna super nos. Et dixit eis Ficus : Nunquid derelinquens dulcedinem meam et genimen meum bonum, ibo ut lignis imperem? Et dixerunt ligna ad Vitem : Regna super nos. Et dixit eis Vitis : Nunquid derelinquens vinum meum quod est lætitia hominum, ibo ut imperem lignis? Dixeruntque ligna ad Rhamnum : Veni, regna super nos. Et dixit Rhamnus ad ligna : Si in veritate ungitis me in regem, venite, confidite in protectione mea; sin minus, egrediatur ignis de Rhamno, et devoret cedros Libani.*

Ταῦτα δὲ ὅτι μὴ περὶ ξύλων τῶν ἐκ γῆς φυομένων ἐλέχθη, σαφές. Οὐ γὰρ ἐν ἑαυτοῖς τὰ δένδρα τὰ ἄψυχα χειροτονήσοντα βασιλέα συνήρχοντο, ταῖς ῥίζαις εἰς τὴν γῆν κατεστηλωμένα· ἀλλὰ πάντως περὶ ψυχῶν ἱστορεῖται ταῦτα, αἳ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ, καθυλομανήσασαι τοῖς παραπτώμασι, προσιᾶσιν οἶκτον αὐτῶν ἀξιοῦσαι λαβεῖν τὸν Θεὸν, καὶ βασιλεῦσαι τὸν ἔλεον καὶ τὴν εὐσπλαγχνίαν, ἣν Ἐλαίας τύπῳ παρέλαβεν ἡ Γραφὴ, διὰ τὸ ἀρωγὸν τὸ ἔλαιον σωμάτων εἶναι, καὶ λυτήριον καμάτων καὶ πόνων, φωτός τε παρεκτικόν. Ἐλαίῳ γὰρ καταρδόμενον πᾶν τὸ λυχνιαῖον αὔξεται σέλας· λυτή-

Porro hæc de arboribus e terra nascentibus dicta non esse, cuivis manifestum est. Neque enim stirpes inanimes in concilium cogi potuere, deque rege eligendo deliberare, quæ altis solo radicibus fixæ hæreant. Omnino autem hæc de animabus instituta narratio est, quæ ante Christi Incarnationem, gravius delictis eluxuriatæ, supplices ad Deum accedunt ac clementiam rogant; misericordiæque ac lenitatis imperio regi, quam Scriptura sub olivæ figura expressit, efflagitant; idcirco nimirum, quod oleum multum prosit corporibus, laboresque ac dolores dissolvat, et ad lumen sufficiat. Quidquid

[a] *Jud.* IX, 8-15.

qua ipsa ad Novum jam Testamentum spectabant : insinuatque Methodius, quibus subdit, οὐ σφόδρα τοῦ νόμου ἐκ τῆς φθορᾶς ἀρκέσαντος ἐλευθερῶσαι τὴν ἀνθρωπότητα, *cum lex non valde potis fuisset ad liberandum humanum genus a corruptione :* hoc uno conducens, quod ad Christum dirigeret, ejusque una gratia liberatum iri hominem doceret.

enim lucernarum luminis est, id vero irrorati olei pabulo concrescit. Dei quoque prorsus miserationes mortem et peccata dissolvunt, humanoque generi proclive opitulantur, ac alimenta præbent luci cordis. Ac, quæso, considerate num leges a primo homine condito ad Christum deinceps Scriptura illis verbis significare voluerit, quibus diabolus contrariis figmentis humanum genus seduxit. Ac Ficum quidem præcepto comparavit, quod in paradiso datum est homini, quod is seductus, nuditatem ficus foliis contexit [90]. Vitem autem ad id retulit, quod diluvii tempore Noe datum est, eo quod ille vino sopitus, irrisus est [91]. Oliva Mosaicam legem significat, datam in deserto; quod videlicet prophetica gratia, sanctum utique oleum, improbis illorum actibus ab hæreditate (*id est a Judæis*) defecerit. Denique rhamnum non inepte refert ad eam legem quæ apostolis data est ad mundi salutem, quia per illorum institutionem virginitatem didicimus, cujus unius inane ac fallax simulacrum diabolus struere nequivit. Idcirco etiam quatuor tradita sunt Evangelia, quod Deus quater humano generi faustas illas annuntiationes miserit, ac quaternis promulgatis legibus ipsum instituerit : quarum tempora ex fructuum diversitate perspicue noscuntur. Nam ficus, quod mite ac dulce formosumque pomum est, delicias paradisi vitæque voluptariæ repræsentat, in qua homo ante lapsum fuit. Sane non raro, ut postea demonstrabimus, ficus fructum Spiritus sanctus in virtutis partem sumit [92]. Vitis autem propter vini hilaritatem eorumque lætitiam qui a diluvii ira, Dei indulgentia, evaserant [93], mutatos illorum animos a timore anxiaque cura in gaudium obscure significat. Oliva porro, propter olei quod producit naturam, Dei misericordiam designat; qui iterum post diluvium, versis in impietatem hominibus, patienter tulerit, ut legem daret, ac se quibusdam manifestaret, jamque prope exstinguendam virtutis lucem olei pinguedine foverit.

A ριοι δὲ πάντως καὶ οἱ τοῦ Θεοῦ οἰκτιρμοὶ θανάτου, καὶ ἀρωγοὶ τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ τοῦ τῆς καρδίας φωτὸς θρεπτικοί. Καὶ ἐπισκέψασθε μήποτε τὰς ἀπὸ τοῦ πρωτοπλάστου μέχρι τοῦ Χριστοῦ καθεξῆς ἡ Γραφὴ νομοθεσίας δηλοῖ, ὧν ὁ διάβολος ἀντίμιμος ἐξηπάτησε πλάσμασι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος· τὴν μὲν Συκῆν ἀπεικάζουσα τῇ κατὰ τὸν παράδεισον δοθείσῃ τῷ ἀνθρώπῳ ἐντολῇ· ἐπειδὴ τὴν γύμνωσιν ἀπατηθεὶς οὗτος πετάλοις ἀπεκάλυψε συκῆς. Τὴν δὲ Ἄμπελον, τῇ ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τῷ Νῶε, διὰ τὸ οἴνῳ κοιμηθέντα, χλευασθῆναι. Τὴν δὲ Ἐλαίαν, τῇ κατὰ τὴν ἔρημον τῷ Μωϋσεῖ· ἐπειδὴ τὸ χάρισμα τὸ προφητικὸν, ἔλαιον τὸ ἅγιον, ἀνομησάντων αὐτῶν, ἐκλελοίπει τῆς κληρονομίας. Τὴν δὲ Ῥάμνον, τῇ ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ κόσμου τοῖς ἀποστόλοις· ἐπειδὴ γὰρ δι' αὐτῶν B ἐδιδάχθημεν ἁγνείαν, ἧς ἀπατηλὸν μόνης εἴδωλον οὐκ ἴσχυσεν ὁ διάβολος σκευάσαι. Διὰ τοῦτο καὶ Εὐαγγέλια (50) τέσσαρα παραδέδοται, τετράκις εὐαγγελισαμένου τοῦ Θεοῦ τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ παιδαγωγήσαντος τέσσαρσι νόμοις, ὧν οἱ καιροὶ σαφῶς ἀπὸ τῆς διαφορότητος δηλοῦνται τῶν καρπῶν. Ἡ μὲν γὰρ συκῆ, διὰ τὴν γλυκασίαν καὶ τὸν ὡραϊσμὸν, τὴν τρυφὴν τὴν πρὸ τῆς παραβάσεως ἐν παραδείσῳ τοῦ ἀνθρώπου παρίστησι γεγενημένην. Ἔστι γὰρ ὅτε δὴ καὶ σφόδρα πολλαχῶς τῆς συκῆς τὸν καρπὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ τοῦ κρείττονος λαμβάνει, καθὼς ἀποδείξομεν ὕστερον. Ἡ δὲ ἄμπελος διὰ τὴν ἱλαρότητα τὴν ἐκ τοῦ οἴνου, καὶ τὴν εὐφροσύνην τῶν περισωθέντων τῆς ὀργῆς καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ, τὴν ἀπὸ τοῦ φόβου καὶ τῆς φροντίδος, τὴν εἰς τὴν χαρὰν C αὐτῶν μεταβολὴν αἰνίσσεται. Ἡ δὲ ἐλαία, διὰ τὸν καρπὸν τοῦ ἐλαίου, τὴν εὐσπλαγχνίαν τοῦ Θεοῦ μηνύει, πάλιν ἀνεξικακήσαντος μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, τῶν ἀνθρώπων ἐκτραπέντων εἰς ἀθεότητα, δοῦναι νόμον καὶ ἐμφανισθῆναί τισι, καὶ ὥσπερ ἀποσβεννυμένην ἤδη τὴν αὐγὴν τῆς ἀρετῆς ἐλαίῳ λιπᾶναι.

Cap. III. *Rhamnus et agnus, castitatis symbolum. Quatuor Evangelia, id est, prædicationes sive leges ad salutem instituentes.*

Rhamnus autem, idem qui agnus est, quo utroque promiscue nomine aliis aliisque vocatur. Forte etiam quod planta hæc virginitati affinis sit, ut rhamnus et agnus nuncuparetur obtinuit : rhamnus quidem, propter soliditatem et adversus voluptates firmitatem : agnus vero, hoc est casta, quod talis semper duret. Hinc et Eliam a facie Jezabelis mulieris fugientem Scriptura refert [94] ad rhamni primum umbram secessisse, ibique exauditum robur accepisse, ac cibum sumpsisse : quod nimirum ei qui libidinis fugit œstrum, seque a muliere eximit, hoc est, a voluptate, hospitio sit ac umbracu-

Ἡ δὲ Ῥάμνος καὶ Ἄγνος ἐστὶν, ὑφ' ὧν μὲν ῥάμνος καλούμενος, ὑφ' ὧν δὲ ἄγνος· καὶ τάχα διὰ τὸ συγγενὲς φυτὸν τοῦτο τῇ παρθενίᾳ πεφυκέναι, ταύτῃ D ῥάμνος καὶ ἄγνος προσηγορεύθη· ῥάμνος μὲν, παρὰ τὸ στερέμνιον καὶ καρτερὸν πρὸς τὰς ἡδονάς· ἄγνος δὲ, παρὰ τὸ διαπαντὸς ἁγνεύειν. Ὅθεν καὶ τὸν Ἠλίαν ἐκ προσώπου τῆς Ἰεζάβελ γυναικὸς φεύγοντα λόγος ὑπὸ ῥάμνον ἐλθεῖν πρῶτον, καὶ εἰσακουσθέντα ἐνισχῦσαι καὶ λαβεῖν τροφὴν, ὅτι τῶν φευγόντων (51) οἶστρον, καὶ τὴν γυναῖκα, τὴν ἡδονὴν, τὸ καταγώγιον καὶ ἡ σκέπη, τὸ τῆς ἁγνείας ἐβλάστησε ξύλον, ἀπὸ τῆς παρουσίας τοῦ ἀρχιπαρθένου Χριστοῦ βασιλεῦ-

[90] *Gen.* III, 7. [91] *Gen.* IX, 22. [92] *Jer.* VIII, 13. [93] *Joel.* II, 22. [94] *III Reg.* XIX, 4.

(50) *Εὐαγγέλια*. Ἀντὶ τοῦ, κηρύγματα, *prædicationes*, leges ad salutem instituentes. Combefis.

(51) *Τῶν φευγόντων*. Allatius, τὸν φεύγοντα. Ad quem locum hæc editor Lupareus : Τῶν φευγόντων rescriptum ex Photio. Nam noster habebat πρὸς τὸν φεύγοντα. Gall.

σαν τῶν ἀνθρώπων. Τῶν γὰρ πρώτων ἀδυνατησάντων σῶσαι νομοθετημάτων τὸν ἄνθρωπον, τῶν ἐπὶ τοῦ Ἀδὰμ καὶ τοῦ Νῶε, καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ Μωϋσέως, ἡ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ἔσωσε μόνη νομοθεσία πάντας.

Ἡ γὰρ συκῆ ταύτῃ λέγεται μὴ βασιλεῦσαι τῶν ξύλων, τῶν ἀνθρώπων νοουμένων· συκῆς δὲ, τῆς ἐντολῆς· ἀνθ' ὧν ὁ ἄνθρωπος μετὰ τὸ πεσεῖν ἤθελε πάλιν ἀπὸ τῆς ἀρετῆς βασιλεύεσθαι, καὶ τῆς ἀφθαρσίας τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς μὴ ἀποβληθῆναι. Ἀλλ' ἀπεχρούσθη παραβὰς, καὶ ἀπεβλήθη μακρὰν, ὡς μὴ δυνάμενος ὑπὸ τῆς ἀφθαρσίας ἔτι, μηδὲ χωρῶν βασιλεύεσθαι. Καὶ πρῶτον αὐτῷ τὸ κήρυγμα μετὰ τὴν παράβασιν πέμπεται τὸ διὰ Νῶε· ἵν' ἐὰν πρόσχῃ, κἂν τούτῳ σωθῆναι τῆς ἁμαρτίας ἰσχύσῃ, ἀνάπαυσιν ἀπαγγελλόμενον τὴν ἀπὸ τῶν κακῶν καὶ εὐφροσύνην, εἰ ἀσκήσαιεν αὐτὸ κατὰ κράτος. Ὥσπερ καὶ οἶνον ἡ ἄμπελος ἐπαγγέλλεται γεννᾷν τοῖς ἀσκοῦσι καὶ ἐργαζομένοις. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο οὐκ ἐβασίλευσε τὸ νομοθέτημα τῆς ἀνθρωπότητος, ὅτι μὴ ἐπείσθησαν αὐτῷ κηρυσσομένῳ σπουδαίως πρὸς τοῦ Νῶε. Ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ συνέχεσθαι ἤδη καὶ πνίγεσθαι τοῖς ὕδασιν ἤρξαντο μετανοεῖν, καὶ ἐπαγγέλλεσθαι παρέχειν ἑαυτοὺς πεισθησομένους ταῖς ἐντολαῖς. Ὅθεν καὶ ὑπερηφανοῦνται βασιλεύεσθαι (52), τουτέστιν ὑπὸ τοῦ κηρύγματος ὑπερηφανοῦνται βοηθεῖσθαι τῆς ἐντολῆς, ἀνταποκρινομένου τοῦ Πνεύματος αὐτοῖς καὶ ὀνειδίζοντος, ὥσπερ κατέλειψαν οἷς ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς ἀνθρώποις· Ὦ ἀτεράμονες, βοηθεῖν μὲν καὶ σώζειν τούτους καὶ εὐφραίνειν, οἷον τὸν Νῶε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, ἔλθω βοηθῆσαι, τοῖς φρονήσεως ὑμῖν ἀκάρποις καὶ ξηρῶν ξύλων οὐδὲν ἀπεοικόσι, πρότερον μὴ πιστεύσασί μοι κηρύσσοντι φύξιν τῶν παρόντων;

A lo; quæ a Christi virginum principis adventu hominum imperio potita, arbor germinavit. Nam cum leges Adami, et Noe Moysisque temporibus latæ, salutem homini præstare nequivissent, sola lex evangelica cunctos salvos fecit.

Hæc enim causa est cur ficus arborum regnum (quæ nimirum spiritali sensu, homines; ficus vero, mandatum intelligatur) non obtinuisse dicatur. Nempe optabat homo post casum etiam, virtutis imperio subjici, nec ab incorruptione paradisi voluptatis ejici. Ejus tamen illud, prævaricationis reatu, repulsum desiderium; ipseque procul exturbatus est; ut qui deinceps ab incorruptione regi non posset, nec ejus capax dominationis esset. Primaque illi post transgressionem, quæ per Noe esset, prædica-
B tio mittitur; cui si attenderet animum, posset a peccato servari: quippe cum illa cessationem a malis lætitiamque promitteret [95], si omnibus viribus eam excoluisset. Haud secus ac vitis, edendum abs se vinum haud inani spe pollicetur, si quis eam colat ac labore exerceat. Verum ne hæc quidem lex super homines regnavit, quod ei homines obsequi recusarunt, etsi eam Noe strenue promulgaret. Cæterum malis domiti, et postquam undique circumventi aquis suffocarentur, cœperunt pœnitere ac polliceri dicto se audientes fore et parituros mandatis. Quocirca spretim rejiciuntur, ne mandati prædicatione juventur; respondente illis Spiritu ac exprobrante, quod dereliquissent, quibus jusserat Deus ut illis opem ferrent, salutemque ac lætitiam
C præstarent; Noe scilicet virum sanctum ejusque progeniem. Ad vos nimirum, o contumaces, nullo prudentiæ fructu commendatos, opem vobis allaturus, veniam; et qui a lignis aridis nihil differatis; qui prius prædicanti mihi a terrenis avocandum animum, fidem non adhibueritis?

Cap. IV. *Lex inutilis ad salutem. Castitatis postrema lex sub rhamni specie.*

Καὶ δὴ καὶ τούτων οὕτω ἀπαξιωθέντων τῆς θείας κηδεμονίας, καὶ πάλιν τῆς ἀνθρωπότητος εἰς πλάνην κεχυμένης, αὖθις ὁ Θεὸς ἀπέστειλε βασιλεύσοντα νόμον, καὶ ὑπομνήσοντα δικαιοσύνην ἐπὶ Μωϋσέως. Οἱ δὲ, μακρὰν καὶ τούτῳ χαίρειν φράσαντες, εἰς εἰδωλολατρείαν μετέστησαν. Ὅθεν ὁ Θεὸς εἰς

Hisque adeo etiam per hunc modum a benignæ Dei providentiæ cura abdicatis, ac rursus postea humano genere in errores effuso; quæ regnum obtineret ac justitiæ commoneret, sub Moyse principe, a Deo lex missa est. Verum hi quoque eadem procul valere jussa, idolorum cultui adhæserunt. Hinc

[95] *Gen.* v, 29.

(52) *Ὑπερηφανοῦνται βασιλεύεσθαι.* Quasi *contempta rejiciuntur ne imperio regantur*, et ne fructum ex prædicatione consequantur; quam pridem spretam, Noe fabricante arcam, aquis jam diluvii pressi, sera pœnitentia amplexuros se pollicebantur. Hæc certe Methodii mens, quam et magis declarat, quæ sequitur, Spiritus sancti exprobratio, illi gemina quod habetur Prov. I, 24: *Quia vocavi, et renuistis, etc., ego quoque in interitu vestro ridebo.* Quæ minæ et illos manent, qui nec lege gratiæ, quoad licet, juvari student. Quocirca non bene (Allatius) qui vocem ὑπερηφανοῦνται active reddit, *superbientes imperium supra se poscunt*, etc., imo certe rejecti et spreti sunt, nec digni visi, qui illo imperio regerentur. Non bene item Possinius quæ de Noe spreta
D prædicatione alio torquet. Sic enim ille hunc locum interpretatur: « Rejecti tamen sunt et spreti, neque digni visi sunt qui regerentur illo imperio, id est, a promulgata illis lege juvarentur: responsante ipsis Spiritu et exprobrante, quod neglexissent monita eorum qui Dei jussu ac missu ad ipsos venerant; atque aiente: Illos quidem, o contumaces, quos rejecistis irrisistisque salutaria vobis suadentes; Noe videlicet ac filios ejus, ego in hoc discrimine servabo et consolabor, ultro iis suppetias veniens: vos autem malas arbores, nullo prudentiæ fructu commendatas, et nihil differentes a lignis aridis, pessum ire, ut cœpistis et digni estis, patiar, quando mihi, antea prædicanti præsentium malorum fugam, fidem adhibere noluistis. » Combefis.

Deus hos quoque in cædes mutuas tradidit, fugasque ac captivitates : lege ipsa quasi sentiente ac fatente, se illis salutem præstare non posse. Nempe malis attriti atque afflicti, lugubri gestu ac planctu, iterum se mandatis obsecuturos pollicebantur; quoad Deus quartum miseratus hominem, castitatem regno potituram legavit, quam Scriptura consequenter rhamnum nuncupavit. Hæc rigide austereque absumptis voluptatibus etiam comminatur, nisi ei omnes indubitanter obediant, et in veritate ad ipsam accedant, igni consumpturam universos. Non enim aliam postea futuram legem aut doctrinam, sed judicium et ignem. Ea denuntiatione juste deinceps homo agere cœpit, et Deo firmiter credere seque a diabolo abjungere. Sic utilissimum ac salutare Deus hominibus misit auxilium, nempe castitatem. Nimirum una hæc est, quam imitari arte mala ejusque effingere simulacrum ad seducendum, diabolus minime potuit, sicut in aliis legibus sese res habuerat.

A ἀλληλοφονίας καὶ δρασμοὺς καὶ αἰχμαλωσίας παρέδωκε καὶ τούτους, ἀποδοξήσαντος αὐτοὺς σώζειν τοῦ νόμου· οἳ, μετὰ τὸ συνελαθῆναι τοῖς κακοῖς, ποτνιώμενοι πάλιν ἐπηγγέλλοντο πειθαρχεῖν ταῖς ἐντολαῖς· μέχρις ὁ Θεὸς, τέταρτον κατελεήσας τὸν ἄνθρωπον, τὴν Ἁγνείαν ἀπέστειλε βασιλεῦσαι, ἣν Ῥάμνον ἀκολούθως ἐκάλεσεν ἡ Γραφή. Ἥτις, καταναλώσασα τὰς ἡδονὰς, καὶ ἀπειλήσασα λοιπὸν, εἰ μὴ αὐτῇ πάντες ἀνενδοιάστως καὶ ἐν ἀληθείᾳ προσέρχοιντο, πυρὶ καταδαπανῆσαι πάντας. Οὐχ ἔτι γὰρ μετὰ ταύτην ἔσεσθαι νόμον ἢ διδασκαλίαν ἑτέραν, ἀλλὰ κρίσιν καὶ πῦρ. Καὶ διὰ τοῦτο λοιπὸν ἀπεντεῦθεν δικαιοπραγεῖν ὁ ἄνθρωπος ἤρξατο, καὶ πιστεύειν βεβαίως τῷ Θεῷ, καὶ ἀποσχίζεσθαι τοῦ διαβόλου. Οὕτως ὠφελιμώτατον καὶ ἀρωγὸν κατεπέμφθη τοῖς B ἀνθρώποις ἁγνεία. Μόνης γὰρ αὐτῆς ἀντίμιμον οὐκ ἴσχυσεν ἐργάσασθαι πρὸς ἀπάτην ὁ διάβολος, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων νομοθετημάτων.

CAP. V. *Diaboli æmula in omnibus malignitas. Duo genera ficuum et vitium.*

Cum enim ficus, uti dicebam, qua præstat fructus dulcedine elegantiaque, deliciarum paradisi typo assumatur : rebus illi æmulis seductum hominem diabolus præda cepit, dum nuda corporis ejus fruticis foliis contegere persuasit : hoc nempe agens, ut molliter scabra fici folia, proritandæ essent libidini. Eos rursus qui ex diluvio incolumes fuerant, ob spiritalem lætitiæ vitem, non dissimili potu inebriatos derisit, virtutis denuo indumento hominem nudans. Indeque manifestius erit quod dico.

Adversaria potestas semper virtutis ac justitiæ speciem cultumque æmulatur, non ut exerceat ad pietatem, sed ut fraudem faciat et simulatione eludat. Ut enim eos qui mortem fugiant, ad mortem illecebra capiat, immortalitatis exterius coloribus fucatur. Atque hinc est, ut ficus aut vitis videri velit, et quæ dulcedinis ac lætitiæ fecunda parens exsistat, transformans se in angelum lucis [96], multosque religionis specie illaqueans.

Duo enim esse genera ficuum vitiumque in sacris litteris reperimus. *Ficus bonas, bonas valde,* et *ficus amaras, amaras valde* [97]. *Vinum lætificans cor hominum* [98]; et, *vinum furorem draconum, et furorem aspidum insanabilem* [99]. Verum ex quo jam castitas hominum imperium iniit, deprehensa fraus est atque devicta, evertente illam virginum principe Christo : veraque adeo ficus et vera vitis fructificant, postquam in omnes evasit castitatis dominatus, uti et Joel propheta ominate annuntiat, *Confide, terra,* dicens, *gaude et lætare, quoniam magnificavit Dominus ut faceret. Confidite, pecora campi, quoniam germinarunt campi solitudinis, quoniam lignum attulit fructum suum, vitis et ficus dederunt virtutem suam. Et filii Sion, exsultate et læ-*

Τῆς γὰρ συκῆς, ὡς ἔφην, διὰ τὴν γλυκασίαν τοῦ καρποῦ καὶ τὸν ὡραϊσμὸν ἐν τύπῳ τῆς ἐν παραδείσῳ τρυφῆς παραληφθείσης, τοῖς ἀντιμίμοις αὐτῆς ἀποβουκολήσας τὸν ἄνθρωπον ὁ διάβολος ἤγρευσε, τὴν γύμνασιν καλύψαι πείσας τοῦ σώματος πετάλοις συκῆς· ὅ ἐστι, διὰ τὸ κνησμῶδες, τρυφῇ φιληδόνῳ. Τοὺς δὲ περισωθέντας αὖθις ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ, διὰ C τὴν τῆς πνευματικῆς εὐφροσύνης ἄμπελον, ἀντιμίμῳ πόματι μεθύσας, κατεχλεύασε πάλιν, ἀπογυμνώσας τὸν ἄνθρωπον ἀρετῆς. Ἔσται δὲ σαφέστερον μᾶλλον ἐντεῦθεν ὃ λέγω.

Ἡ ἀντικειμένη δύναμις ἀεὶ μιμεῖται τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς δικαιοσύνης τὰ σχήματα, οὐ πρὸς ἄσκησιν κατὰ ἀλήθειαν, ἀλλὰ πρὸς ἀπάτην καὶ ὑπόκρισιν. Ἵνα γὰρ δελεάσῃ πρὸς θάνατον τοὺς φεύγοντας τὸν θάνατον, ἀθανασίας ἔξωθεν καλλωπίζεται σχηματισμοῖς. Καὶ ταύτῃ συκῆ βούλεται νομίζεσθαι καὶ ἄμπελος, καὶ γλυκύτητα καὶ εὐφροσύνην γεννᾷν, εἰς ἄγγελον μετασχηματιζομένη φωτὸς, καὶ προσχήματι θεοσεβείας δελεάζουσα πολλούς.

Δύο γὰρ εἶναι διαφορὰς συκέων καὶ ἀμπέλων εὑρίD σκομεν ἐν ταῖς Γραφαῖς. *Σῦκα τὰ χρηστὰ, χρηστὰ λίαν·* καὶ, *σῦκα τὰ πικρὰ, πικρὰ λίαν. Οἶνον εὐφραίνοντα καρδίαν ἀνθρώπων,* καὶ *οἶνον θυμὸν δρακόντων καὶ θυμὸν ἀσπίδων ἀνίατον.* Ἀλλ' ἀφ' οὗ λοιπὸν ἐβασίλευσεν ἁγνεία τῶν ἀνθρώπων, ἠλέγχθη ἡ πλάνη καὶ νενίκηται, τοῦ ἀρχιπαρθένου Χριστοῦ καταστρέψαντος αὐτήν· καὶ ἡ ἀληθινὴ συκῆ καὶ ἡ ἀληθινὴ ἄμπελος καρποφοροῦσι, μετὰ τὸ κρατῆσαι πάντων ἁγνείαν, καθάπερ καὶ Ἰωὴλ ὁ προφήτης εὐαγγελίζεται· *Θάρσει, γῆ,* λέγων, *καὶ χαῖρε καὶ εὐφραίνου, ὅτι ἐμεγάλυνε Κύριος τοῦ ποιῆσαι. Θαρσεῖτε, κτήνη τοῦ πεδίου, ὅτι βεβλάστηκε τὰ πεδία τῆς ἐρήμου, ὅτι ξύλον ἤνεγκε τὸν καρπὸν αὐτοῦ· ἄμπελος καὶ συκῆ ἔδωκαν τὴν ἰσχὺν αὐ-*

[96] *II Cor.* XI, 14. [97] *Jer.* XXIV, 3. [98] *Psal.* CIII, 15. [99] *Deut.* XXXII, 33.

τῶν. *Καὶ τὰ τέκνα Σιὼν, χαίρετε καὶ εὐφραίνεσθε ἐπὶ Κυρίῳ Θεῷ ὑμῶν, διότι ἔδωκεν ὑμῖν βρῶσιν εἰς δικαιοσύνην*· ἄμπελον καὶ συκῆν δένδρα, καρποὺς εἰς δικαιοσύνην βλαστήσαντα τοῖς τέκνοις τῆς νοητῆς Σιὼν, τὰς ἔμπροσθεν νομοθεσίας καλῶν, ἃ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ἐκαρποφόρησαν τοῦ Λόγου, ὁπότε ἐβασίλευσεν ἡμῶν ἡ ἁγνεία, πρόσθεν ἀποκρατήσαντα καὶ ἀπομύσαντα τὰς βλαστὰς διὰ τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὴν πολλὴν πλάνην. Οὐδὲ γὰρ ἠδύνατο τὴν εἰς ζωὴν ἀναδιδομένην ἡμῖν παρασχεῖν τροφὴν ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ, καὶ ἡ συκῆ ἡ ἀληθινὴ, ἔτι τῆς συκῆς μὴ ἀληθινῆς καὶ πρὸς ἀπάτην πεποικιλμένης, ἀνθούσης· ἀλλ' ὅτε κατεξήρανεν ὁ Κύριος τὰ νόθα καὶ ἀντιμίμητα τῶν ἀληθινῶν, ἀποφηνάμενος τῇ πικροφόρῳ συκῇ τὸ, *Μηκέτι γένηται καρπὸς ἐκ σοῦ εἰς τὸν αἰῶνα*, τότε τὰ ὄντως ἀνέθαλε καρποφόρα, καὶ ἐβλάστησε βρῶσιν εἰς δικαιοσύνην. B

Ἔστι δὲ καὶ ὅτε εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται τὸν Κύριον ἡ ἄμπελος πολλαχῶς· εἰς δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἡ συκῆ· ὡς τοῦ μὲν Κυρίου τὰς καρδίας ἱλαρύνοντος τῶν ἀνθρώπων, τοῦ δὲ Πνεύματος ἰωμένου. Καὶ διὰ τοῦτο προστάσσεται πρῶτον Ἐζεκίας παλάθη καταπλασθῆναι σύκων· ὃ δή ἐστι τῷ καρπῷ τοῦ Πνεύματος, ἵνα θεραπευθῇ, οἱονεὶ κατὰ τὸν Ἀπόστολον, τῇ ἀγάπῃ. *Ὁ γὰρ καρπὸς*, φησὶ, *τοῦ Πνεύματος ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, πίστις, πραότης, ἐγκράτεια*· ὧν διὰ τὴν πολλὴν γλυκύτητα σῦκα ὁ προφήτης ἐκάλεσε. Καὶ ὁ Μιχαίας δὲ, *Καὶ ἀναπαύσεται ἕκαστος*, φησὶν, *ὑπὸ τὴν ἄμπελον αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος ὑποκάτω τῆς συκῆς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐκφοβῶν*. Δῆλον γὰρ, ὅτι οἱ ὑπὸ τὴν τοῦ Πνεύματος προσφυγόντες καὶ ἀναπαυσάμενοι καὶ τὴν τοῦ Λόγου σκέπην, οὐ δειλιάσουσιν, οὐδὲ πτυρήσονται τὸν ταράσσοντα τὰς καρδίας. C

A *tamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis cibum in justitiam*[1]. Vitem et ficum arbores, fructum in justitiam germinantes filiis spiritalis Sion, priores leges appellat : quæ posteaquam Verbum homo factum est, fructificarunt, castitate in nos adepta imperium; cum prius ob peccatum immensumque errorem enervatæ concidissent ac surculos compressissent. Non enim poterat tale nobis alimentum, quod ad vitam proficeret, vitis vera ac ficus vera præbere, adhuc ficu non vera, et ad fraudem vario cultu ornata, florente. Sed quando arefecit Dominus falsa germina verorumque æmula, prolata sententia in ficum amarulentam, *Non amplius nascatur ex te fructus*[2], tunc quæ vere fructiferæ erant arbores, floruerunt, et germinarunt cibum in justitiam.

Quandoque vero etiam vitis, neque id paucis locis, ad Dominum refertur[3] : ficus vero ad Spiritum sanctum; tanquam nimirum Domino exhilarante corda hominum ac Spiritu sanante. Et propterea jubetur primum Ezechias[4] ficorum massa cataplasma facere ac imponere (fructu scilicet Spiritus) ut curetur : tanquam nimirum charitate, ut auctor est Apostolus[5]. *Fructus* enim, inquit, *Spiritus est charitas, gaudium, pax, lenitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia.* Quas nimirum dotes, donaque ob eximiam dulcedinem propheta ficos nuncupavit. Michæas quoque, *Et requiescet unusquisque*, inquit, *sub vite sua, et unusquisque sub ficu sua; et non erit qui exterreat*[6]. Certum enim est eos qui sub Spiritus Verbique umbraculum asylumque confugerint ac quieverint, nullo consternandos pavore, aut illius percellendos horrore qui corda conturbat.

Cap. VI. *Visionis Zachariæ mysterium.*

Ὅτι δὲ καὶ ἡ ἐλαία τὴν ἐπὶ Μωϋσέως αἰνίσσεται νομοθεσίαν, ὁ Ζαχαρίας παρίστησιν, οὕτω λέγων· *Καὶ ἐπέστρεψεν ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, καὶ ἐξήγειρέ με, ὃν τρόπον ὅταν ἐξεγερθῇ ἄνθρωπος ἐξ ὕπνου αὐτοῦ, καὶ εἶπε πρός με· Τί σὺ βλέπεις; Καὶ εἶπα· Ἑώρακα, καὶ ἰδοὺ λυχνία χρυσῆ ὅλη, καὶ τὸ λαμπάδιον ἐπάνω αὐτῆς, καὶ δύο ἐλαῖαι, μία ἐκ δεξιῶν τοῦ λαμπαδίου αὐτῆς, καὶ μία ἐξ εὐωνύμων*. Καὶ μετ' ὀλίγα· Καὶ τίνες εἰσὶν, ἐρομένου, αἱ ἐλαῖαι, τοῦ προφήτου, αἱ ἐκ δεξιῶν τῆς λυχνίας καὶ αἱ ἐξ εὐωνύμων, καὶ οἱ δύο κλάδοι τῶν ἐλαιῶν, οἱ ἐν ταῖς χερσὶ τῶν δύο μυξωτήρων· ἀπεκρίθη καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος· *Οὗτοι οἱ δύο υἱοὶ πιότητος, οἱ παρεστήκασι τῷ Κυρίῳ πάσης τῆς γῆς*· τὰς δύο λέγων ἀρχεγόνους δυνάμεις (53) εἶναι, τὰς D

Porro et Moysis legem olivæ symbolo designari ostendit Zacharias, sic dicens : *Et reversus est angelus qui loquebatur in me, et suscitavit me, quasi virum qui suscitatur de somno suo, et dixit ad me : Quid tu vides? Et dixi : Vidi, et ecce candelabrum aureum totum, et lampas super ipsum. Et duæ olivæ, una a dextris lampadis ejus, et una a sinistris*[7]. Et paucis interjectis, percontanti prophetæ, quid essent duæ olivæ ad dexteram candelabri et ad sinistram ejus; quid item duo rami olivarum, qui sint in manibus duorum rostrorum; respondit et dixit angelus : *Isti sunt duo filii pinguedinis, qui assistunt Domino universæ terræ*[8] : duas nempe primigenias virtutes significans, assistentes Deo, quæ in domo circa funiculum per ramos spiritale

[1] *Joel.* II, 21-23. [2] *Matth.* XXI, 19. [3] *Joan.* XV, 1. [4] *IV Reg.* XX, 7; *Isa.* XXXVIII, 21. [5] *Gal.* V, 22. [6] *Mich.* IV, 4. [7] *Zach.* IV, 1-3. [8] *Ibid.* 14.

(53) *Τὰς δύο ἀρχεγόνους δυνάμεις.* Eamdem hanc expositionem secutus Dionysius cap. 2 *De divin. nom.*, § 7, ita explicat divina nomina, ut Pater sit πηγαία θεότης, *origo in divinis*, ut reddit Corderius quasi *fontalis divinitas*, ut idem in Maximi scholio : Filius et Spiritus sanctus, τῆς θεογόνου θεότητος βλαστοὶ θεόφυτοι, καὶ οἷον ἄνθη καὶ φῶτα, *fecundæ deitatis divina germina ac velut flores et lumina superessentialia.* Ubi non bene Corderius τὸ τῆς θεογόνου θεότητος, *quasi Dei prolem*. Ac nam

Dei oleum subministrent, ut divinæ lumen cognitionis habeat. Duo namque rami duarum olivarum, lex sunt et prophetæ circa funiculum hæreditatis versantes, quorum auctor Christus et Spiritus sanctus; cum necdum ipsi fructum integrum harumque plantarum magnitudinem capere possemus, priusquam castitas mundi principatum arriperet, eumque imperio regeret : sed ipsarum duntaxat ramos, legem scilicet et prophetas, atque id mediocriter, sæpius nimirum prolapsi, in antecessum excoluimus. Quis enim Christum aut Spiritum perfecte unquam, nisi vitæ prius munditia fretus, capere potuit? Quæ enim ad gloriam desiderabilem ac amabilem a puero animum præparat exercitatio, et hunc illi cultum cum otio tutum importat, ac pro exiguis laboribus ingentes spes ingenerat, ipsa hæc est de qua agimus, immortalitatem corporibus nostris tribuens, castitas : quam omnes lubenter homines omnibus anteferre, et super omnia laudare decet : alios quidem, quod per eam ad honorem nuptiarum cum Verbo assumpti sunt, colendo virginitatem; alios autem, quod per illam ab ea liberati sint maledictione : *Terra es, et in terram reverteris* [a].

Hic est, o Arete, quem a me exegisti, pro virium mearum tenuitate, absolutus sermo de virginitate; quem peto, o domina, etsi mediocris exilisque sit, benigno tamen a me accipias animo, cui ultimum assignasti orandi locum.

A δορυφορούσας τὸν Θεόν· αἱ ἐν τῷ οἴκῳ περὶ τὸ σχοίνισμα διὰ τῶν κλάδων ἐπιχορηγοῦσαι τὸ πνευματικὸν ἔλαιον τοῦ Θεοῦ, ἵνα φῶς ἔχῃ θείας γνώσεως. Οἱ γὰρ δύο κλάδοι τῶν δύο ἐλαιῶν, ὁ νόμος εἰσὶ καὶ οἱ προφῆται, οἱ περὶ τὸ σχοίνισμα τῆς κληρονομίας ἐπικληθέντες, οὓς ἐβλάστησεν ὁ Χριστὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὔπω δυναμένων ἡμῶν χωρῆσαι τὸν καρπὸν ὅλον, καὶ τὸ μέγεθος τῶν φυτῶν τούτων, πρὶν ἄρξαι τοῦ κόσμου καὶ βασιλεῦσαι τὴν ἁγνείαν· ἀλλὰ τοὺς κλάδους αὐτῶν μόνον, τὸν Νόμον οἱονεὶ καὶ τὴν προφητείαν, πρόσθεν ἐγεωργήσαμεν, καὶ ταῦτα μετρίως, πολλάκις διολισθήσαντες. Τίς γὰρ Χριστὸν ἢ τὸ Πνεῦμα τέλειον ἴσχυσε χωρῆσαί ποτε, μὴ καθαρεύσας πρῶτον; Ἡ γὰρ πρὸς εὐδοξίαν ἐπιθυμητήν τε καὶ ἐραστὴν ἐκ παίδων ἐργαζομένη τὴν ψυχὴν B ἄσκησις, καὶ τὸν κόσμον αὐτῇ τοῦτον μετὰ ῥᾳστώνης ἀβασάνιστον ἐκεῖ διακομίζουσα, καὶ μικρῶν αἰρουμένη πόνων μεγάλας ἐλπίδας, ἐστὶν ἡ ἀθανατοποιὸς τῶν σωμάτων ἡμῶν ἁγνεία, ἣν δεῖ πάντας ἀσμένως ἀνθρώπους προτιμᾷν καὶ αἰνεῖν· τοὺς μὲν, ὅτι δι' αὐτὴν ἐνυμφαγωγήθησαν τῷ Λόγῳ παρθενίαν ἀσκήσαντες· τοὺς δὲ, ὅτι πρὸς αὐτῆς ἠλευθερώθησαν τῆς, *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ*, καταχρίσεως.

Οὗτος, ὦ Ἀρετή, καὶ ὁ παρ' ἐμοῦ σοι, καθόσον ἐγὼ δύναμαι, λόγος ὑπὲρ ἁγνείας· ὃν ἀξιῶ, κἂν μέτριος ᾖ, δέσποινα, καὶ ὀλίγος, προθυμότατά σε δέξασθαι παρ' ἐμοῦ, τελευταίαν εἰπεῖν ᾑρημένην.

C

ORATIO XI.

ARETE.

ΛΟΓΟΣ ΙΑ.

ΑΡΕΤΗ.

Cap. I. *Veri virgines et casti, pauci. Castitas, certamen. Thecla, virginum princeps.*

Accipio equidem (respondisse Areten referebat Theopatra) et totam probo ac laudo. Optime enim, etsi non ita clare, cæterum ingenii vi solertique opera, quæ dicta erant suscipiens, prosecuta es, non inanem demulcendis auribus instruens volup-

Ἀλλὰ δέχομαι, τὴν Ἀρετὴν ἡ Θεοπάτρα ἔφη φάναι, καὶ πᾶσαν ἐπαινῶ (54). Κράτιστα γὰρ δὴ, κἂν οὕτω μὴ φανερῶς, ἀλλὰ μετὰ σπουδῆς τὰ λεχθέντα δεχομένη διεξελήλυθας, οὐ γλυκυμυθίαν πρὸς τέρψιν τῶν ἀκουόντων συσκευασαμένη, ἀλλὰ πρὸς ἐπανόρ-

[a] *Gen.* III, 19.

satis ex dignitate divinarum personarum, quod quasi servili more δορυφοροῦσαι τὸν Θεόν, *satellitio illi adstare*, hic describuntur, ac unde lucernis oleum suppetat ac candelabro, subministrare : σχοίνισμα *funiculus hæreditatis*, ipsi Judæi, circa quem duæ olivæ per ramos suos (legem ac prophetas, quorum auctores sunt) subministrantes oleum spiritale τῷ Θεῷ (editum erat) ἵνα φῶς ἔχῃ θείας γνώσεως, *Deo, ut divinam scientiam habeat.* At quis sic putrem sensum ac lectionem ferat? Et tamen nulla animadversione præteriit ambos interpretes. Nemo sane dicat, inferre Filium et Spiritum sanctum, per legem et prophetas, Deo et Patri divinæ cognitionis lumen. Videbatur τῷ λαῷ reponendum, *populo*, qui ipse funiculus; sed minori mutatione, nullaque tautologia, τοῦ Θεοῦ, scribo. Nempe Dei oleum subministrabant, ut haberet σχοίνισμα (ipse populus) divinæ cognitionis lumen : hoc enim ex Deo, illoque auctore inferebant Judæis lex et prophetæ. Si Dionysius Methodio auctor fuit hujus sententiæ, antiquus scriptor est, et vel apostolicorum temporum vel his vicinorum. Ac quidem illi sic eosque secutus Maximus : rc

docti, nec non Rabbini, *duos filios pinguedinis*, ut οἱ Ο', vel, ut alii, *olei*, vel *splendoris*, στιλπνότητος, Jesum sacerdotem interpretantur, et Zorobabelem D principem; qui ambo, alter sacerdotali, alter quasi regali, unctione uncti essent, ac etiam Spiritus sancti gratiis delibuti; ambo præclari viri et utraque potestate principes, qui præsidio forent instaurando templo ac reipublicæ Judæorum reparandæ, astarentque Dominatori universæ terræ, divinis mandatis semper parati obtemperare : per quos candelabrum, ipsum funiculus, et populi symbolum, oleo ad lumen et claritatem non deficeretur, sive etiam ad Dei cognitionem, sacerdotis maxime opera illi præstandam; atque etiam a principe, quoad civilia, ipsa in Deum relata, ut erat Dei ipsis legibus instituta respublica; electoque in eam rem Zorobabele ut templum absolveret. Combefis.

(54) *Καὶ πᾶσαν ἐπαινῶ.* Nulla hic opus emendatione. De una sermo Domnina, quam perorantem, aliarum more Arete coronat; ac argumento rite defunctam, laudat : τὸ *πάσας* Allatii mendosum est. Id.

θῶσιν ὑπόμνημα καὶ νῆψιν. Προτάττειν γὰρ τῶν ἐμῶν ἐπιτηδευμάτων ἁγνείαν ὁ λέγων δεῖν καὶ ἀσπάζεσθαι πρώτην τῶν ἄλλων, ὀρθῶς παρακελεύεται· ἣν τιμᾷν μὲν νομίζουσι καὶ θεραπεύειν πολλοὶ, τιμῶσι δ' αὐτὴν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὀλίγοι. Οὐ γὰρ ὁπόταν τὴν ἑαυτοῦ σάρκα τῆς κατὰ συνουσίαν ἄγευστον ἡδονῆς φιλοτιμῆται τηρεῖν ἄνθρωπος, τῶν ἄλλων μὴ κρατῶν, ἁγνείαν τιμᾷ. Ἀτιμάζει μὲν οὖν αὐτὴν μᾶλλον οὐχ ἥκιστα βαναύσοις ἐπιθυμίαις, ἡδονὰς ἀντικαταλλασσόμενος ἡδοναῖς. Οὐδέ γε ὅταν πρὸς τὰς ἔξω μὲν ἐπιθυμίας διαπονῇ καρτερῶν, ὑπεραίρηται δὲ φυσιούμενος, αὐτῷ δὴ τούτῳ τῷ δύνασθαι τῶν τῆς σαρκὸς ὑπεκκαυμάτων κρατεῖν, καὶ πάντας ὡς οὐδὲν ἐξουδενῶν, ἡγεῖται ἁγνείαν τιμᾷν· ἀτιμάζει γὰρ αὐτὴν ὑβρίζων ὁ ὑψηλοφροσύνῃ, τῷ τὸ μὲν ἔξωθεν τοῦ πίνακος καθαίρειν καὶ τῆς παροψίδος, τὴν σάρκα, τὸ σῶμα· τὴν δὲ καρδίαν τύφῳ σίνεσθαι καὶ φιλοκρατίᾳ. Οὐδέ γε ὁπότε ἐναβρύνεταί τις χρήμασι, τιμᾷν αὐτὴν σπουδάζει· ἀτιμάζει μὲν οὖν παντὸς μᾶλλον δὲ οὗτος, προκρίνων αὐτῆς ὀλίγον κέρδος, ἧς οὐδὲν ἀντάξιον των ἐν τῷ βίῳ τιμίων. Πᾶς γὰρ πλοῦτος *ἐνώπιον αὐτῆς*, καὶ *χρυσὸς ὡς ψάμμος ὀλίγη*. Οὐδέ γε ὁ ἑαυτὸν ὑπερφυῶς ἡγούμενος φιλεῖν, καὶ τὸ ἑαυτῷ μόνῳ συμφέρον σπουδάζων σκοπεῖν, ἄφροντις δὲ τῶν πλησίον, ἁγνείαν τιμᾷ· ἀτιμάζει μὲν οὖν αὐτὴν καὶ οὗτος· πολὺ γὰρ λείπεται τῶν κατ' ἀξίαν ὁμιλούντων αὐτῇ, τῷ τὴν ἀγάπην αὐτῆς καὶ τὸ φιλάνθρωπον λωβήσασθαι. Οὐ γὰρ τῇδε μὲν ἁγνεύοντας παρθενεύειν δεῖ, τῇδε δὲ κακοπραγοῦντας χραίνεσθαι καὶ ἀκολασταίνειν· οὐδὲ τῇδε μὲν ἐπαγγέλλεσθαι καθαρεύειν καὶ σωφρονεῖν, τῇδε δὲ μολύνεσθαι καὶ ἁμαρτάνειν· οὐδ' αὖ τῇ μὲν ὁμολογεῖν μὴ πεφροντικέναι τῶν κοσμικῶν, τῇ δὲ κτᾶσθαι καὶ ἐν αὐτοῖς ἐξετάζεσθαι (55)· ἀλλὰ πάντα τὰ μέλη φθορᾶς ἀκοινώνητα καὶ ἀμιγῆ τηρεῖν, οὐ μόνον τὰ κνησμώδη καὶ συνουσιαστικὰ, ἀλλ' ἤδη καὶ τὰ τούτων ἐνεργέστερα (56). Χλεύη γὰρ τὰ μὲν τῆς παιδοποιήσεως ὄργανα τηρεῖν παρθένα, τὴν δὲ γλῶτταν μὴ τηρεῖν· ἢ τὴν γλῶσσαν μὲν τηρεῖν παρθένον, τὴν δὲ ὅρασιν, ἢ τὴν ἀκοὴν, ἢ τὰς χεῖρας μὴ τηρεῖν· εἰ [f. ἢ] ταῦτα μὲν ἔχειν καὶ τηρεῖν παρθένα, τὴν καρδίαν δὲ μὴ τηρεῖν, ἀλλ' ἑταιρίζεσθαι τύφῳ καὶ θυμῷ.

A tatem, sed ad morum correctionem ac sobrietatem luculentum monumentum ponens. Qui enim cæteris meis studiis ac officiis præponendam castitatem docet et præ aliis primam amplectendam, recte admonet : quam se colere et observare multi quidem existimant, at certe colunt pauci, ut verbo dicam. Non enim quicunque suam carnem a venerei congressus voluptate continere studuerit, nisi reliquos affectus coerceat, continuo castitatem colit. Quin potius ignominia traducit, cum ejus professione suscepta, sordidis nihilominus indulget cupiditatibus, voluptates ac libidines voluptatibus commutans ac libidinibus. Neque si cupiditatibus quidem sensuum fortiter obstiterit, inani autem gloria fastuque efferatur, hoc ipso quod potis sit exardescentis B in se libidinis æstus comprimere, cunctosque nihil faciat, recte censeatur castitatem colere : quam superbiæ contagie dedecore verius afficit; nempe quod exterius est lancis et paropsidis emundans [10], carnem videlicet ac corpus; animum vero tumoris ambitionisque sordibus inquinans. At neque si quis pecuniarum cupiditate captus, earum copia gloriatur, is eam colere magnifice studet; sed pro omnibus despicatui habet, lucrum exiguum illi præferens, cui tamen nihil comparabile est, eorum quæ in vita in pretio habentur. Omnes enim divitiæ et *aurum in conspectu illius arena est exigua* [11]. At neque qui se ipsum supra modum amare deprehenditur, et quod sibi soli prodest unice intuetur et curat, necessitatum proximi securus, castitatem colit : C quin ispe quoque spernit. Multum enim ab illis abest qui pro dignitate, illius utuntur necessitudine, qui ejus charitatem et misericordiam et humanitatem a se repulerit. Neque enim rectum est, hinc quidem castitatis usu virginitatem colere; illinc vero pravis facinoribus ac libidine animum polluere : neque hinc quidem profiteri puritatem et continentiam, illinc autem inquinari atque vitiis indulgere. Neque rursus, hinc quidem fateri haud sibi curæ esse res mundi, illinc autem parandis inhiare ac in illis versari. Quin membra omnia ab omni intacta corruptione servanda ac incommista, non ea duntaxat quæ pruritum ad libidinem habent, remque maritalem exercent; sed ea quoque quæ hisce sunt ad opus obeundum promptiora. Plane siquidem ridiculum fuerit, procreationis filiorum instrumenta integra servare ac intaminata, non item linguam; aut servare quidem linguam, oculum autem aut aures aut manus nequaquam : aut denique illa quoque habere ac servare integra, non vero animum, sed illum superbia iraque constuprari.

[10] *Matth.* XXIII, 25. [11] *Sap.* VII, 9.

(55) *Καὶ ἐν αὐτοῖς ἐξετάζεσθαι. In illis versari*, ac si quid ejusmodi eo sensu vox illa potest reddi : de qua plura Budæus. Passim in conciliis, οἱ ἐξεταζόμενοι in aliquo gradu vel ordine, *qui in illo merent, in ejus censu sunt* : ἐξεταζόμενος ἐν τοῖς ἱππικοῖς, eques Romanus. Hic ergo, ἐξεταζόμενος ἐν τοῖς κοσμικοῖς, *qui mundanus sit ac sæcularis* : nec bene Possinius, *studio rerum mundanarum nimio turbari*. Quod reddit Allatius non intelligo, *et in illis aliquid esse contendere*. COMBEFIS.

(56) *Τὰ τούτων ἐνεργέστερα*. Videtur legisse Possinius ἐναργέστερα, dum longa paraphrasi ita reddit : *Quin potius publicorum, ut ita dicam, et se* D *honeste ostentantium membrorum*, etc., qui et τὰ κνησμώδη reddiderat, *ea quæ pudor velat*. Verum quidem utrisque hæc membris competere; sed non eo comparat Methodius, quod alia obscena, alia honesta, hincque tecta alia, alia ut videantur exposita; sed quod sic exposita atque honesta, procliviorem actum habeant usumque, quibus proinde æqua aut major habenda diligentia, ut casta sint, ne quid habeant quod virginem dedeceat; ut sunt lingua, oculi, manus; omniumque maxime ipsi animi sensus ac cogitatus, extra quos omnis alia emundatio, carnis est et corporis, non interioris hominis, penes quem vera virginitas potissimum consistit. ID.

A Prorsus enim operæ pretium est, ut cui constitutum sit ne colenda castitate a proposito erret, membra omnia sensusque suos mundos astrictosque servet, uti fieri in navium tabulis solet, quarum juncturas navarchi diligenter agglutinant astringuntque, ne qua scilicet peccato sese infundenti in animum via atque aditus pateat. Nam ut nobilissima quæque præstantissimaque professio est, ita maximis gravissimisque offensionibus obnoxia est; ac vere bono malum magis adversatur, quam ei quod nec in bonis numerandum est. Multi itaque quibus persuasum esset, hoc potissimum præstare castitatem, ut effrenes libidinosos æstus ac cupiditates comprimat, reliqua vitæ institutione neglecta, hac quoque exciderunt; suique dedecoris partem, recto ad eam tramite nitentibus, asperserunt, uti vos, B quæ in omnibus estis regula, demonstratis : quippe cum et opere et sermone, seu eruditione virginitate perfunctæ, ejus decora protuleritis. Et virginem quidem qualem esse deceat perscripsimus. Vos autem, amplo dicendi facultate celebrato certamine quæ ipsa audiverim, victrices omnes pronuntio ac corona dono. Theclam tamen majori floridiorique, ut inter vos principem, ac quæ magnificentior cunctis claruerit.

Δεῖ γὰρ πάντως τὸν μέλλοντα μὴ ἁμαρτήσεσθαι περὶ τὴν ἄσκησιν τῆς ἁγνείας, τὰ μέλη πάντα καὶ τὰ αἰσθητήρια τηρεῖν ἑαυτοῦ καθαρὰ καὶ συνεσφιγμένα, καθάπερ δὴ καὶ πλοίων, ὧν οἱ κυβερνῆται τὰς ἁρμογὰς σφίγγουσι, πρὸς τὸ μὴ σχεῖν ἔσω δίοδον τὴν ἁμαρτίαν ἐπεισχεομένην. Τοῖς γὰρ μεγάλοις ἐξ ἀνάγκης ἐπιτηδεύμασι μεγάλα καὶ τὰ πταίσματα συμβαίνει· καὶ τῷ ὄντι τῷ ἀγαθῷ μᾶλλον ἐναντιώτερον τὸ κακὸν ἢ τῷ μὴ ἀγαθῷ. Πολλοὶ οὖν, δοξάζοντες τὸ περὶ τὰς οἰστρώδεις καρτερεῖν ἐπιθυμίας εἶναι τὴν ἁγνείαν, τῶν ἄλλων ἀμελήσαντες, αὐτῆς ἔπταισαν, καὶ τοῖς ὀρθῶς πρὸς αὐτὴν ὡρμημένοις προσῆψαν ψόγους, ὡς ὑμεῖς ἠλέγξατε, νόμος διὰ πάντων· αὐταὶ γὰρ παρθενεύουσαι καὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ. Καὶ τὰ μὲν δὴ τῆς παρθένου, ποταπὴν εἶναι προσήκει, διεγράφη· ὑμᾶς δὲ διαρκῶς ἀγωνισαμένας τῷ λόγῳ, αὐτήκοος γενομένη, πάσας ἀποφαίνομαι νικᾶν καὶ στέφω· Θέκλαν δὲ τῷ μείζονι στεφάνῳ καὶ δασυτέρῳ, ὡς πρώτην ὑμῶν καὶ μεγαλοπρεπέστερον ἐκλάμψασαν.

CAP. II. *Thecla hymnum composite canente, reliquæ virgines illi succinunt. Joannes Baptista, martyr castitatis. Ecclesia, Dei sponsa, intacta, virgo.*

Hæc locutam Aretem aiebat Theopatra, jussisse cunctas assurgere, et sub agno stantes factaque corona, gratias Domino ac laudes debita veneratione referre. Theclam auspicari, ac choro præire. Ut igitur assurrexerunt, Theclam narrabat virginem C mediam a dextris Aretes stantem, composite canere : reliquas vero in orbem, quasi circumducto choro, illi succinere ac respondere.

Ταῦτα οὖν εἰποῦσαν, ἔφη κελεῦσαι πάσας ἀναστῆναι τὴν Ἀρετὴν ἡ Θεοπάτρα, καὶ πάσας ὑπὸ τὴν ἄγνον εὐχαριστήριον ὕμνον πρεπόντως ἀναπέμψαι τῷ Κυρίῳ· ἐξάρχειν δὲ τὴν Θέκλαν καὶ προαφηγεῖσθαι. Ὡς οὖν ἀνέστησαν, τὴν Θέκλαν μέσην μὲν τῶν παρθένων, ἔφη, ἐκ δεξιῶν δὲ τῆς Ἀρετῆς στᾶσαν, κοσμίως ψάλλειν· τὰς δὲ λοιπὰς ἐν κύκλῳ, καθάπερ ἐν χοροῦ σχήματι συστάσας, ὑπακούειν αὐτῇ.

Hypacoe.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Ὑπακοή.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Psalmus.

Cœlitus, virgines, clamoris excitantis mortuos sonus venit, Sponso jubens simul omnes obviam ire in stolis albis et lampadibus, orientem versus. Expergiscimini priusquam occupet intra portas penetrare Rex.

Ψαλμός.

Ἄνωθεν, παρθένοι, βοῆς ἐγερσίνεκρος ἦχος ἦλθε, Νυμφίῳ λέγων πασσυδὶ ὑπαντάνειν λευκέσιν ἐν στολαῖς καὶ λαμπάσι, πρὸς ἀνατολάς. Ἔγρεσθε πρὶν φθάσῃ μολεῖν εἴσω θυρῶν Ἄναξ.

D Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Mortalium luctuosa nimis excussa felicitate, spretisque vitæ luxuriosæ deliciis amoreque, tuis sub ulnis salutiferis protegi desidero, et tuam videre semper, o Beate, pulchritudinem.

Βροτῶν πολυστένακτον ὄλβον ἐκφυγοῦσα, καὶ βίου τρυφῆς ἀδονάς,* ἔρωτα, σαῖς ὑπ' ἀγκάλαις ζωηφόροις ποθῶ σκέπεσθαι, καὶ βλέπειν τὸ σὸν κάλλος διηνεκῶς, Μάκαρ.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Relictis mortalium nuptiarum toris ac domo, o Rex, propter te, auri plena intaminatis in vestibus veni, ut et ego una tecum intra beatissimos thalamos admittar.

Γάμων λιποῦσα τὰ θνητὰ λέκτρα, καὶ δόμον, Ἄναξ, διὰ σὲ, πολύχρυσον, ἦλθον ἀσπίλοις ἐν εἵμασιν, ὅπως φθάσω κἀγὼ πανολβίων θαλάμων εἴσω σὺν σοὶ μολεῖν.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Δόλους δράκοντος ἐκφυγοῦσα μυρίους, Μάκαρ, θελκτηρίους, ἔτι δὲ καὶ πυρὸς φλόγα καὶ θηρίων ἀνημέρων ὁρμὰς βροτοφθόρους, σὲ προσμένουσα ἀπ' οὐρανῶν. B

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ἐλαθόμην πατρίας, ποθοῦσα σὴν χάριν, Λόγε· ἐλαθόμην παρθένων ὁμηλίκων χοροὺς, μητρός τε καὶ γένους φρύαγμα· πάντα γὰρ σύ μοι αὐτὸς, σὺ, Χριστὲ, τυγχάνεις.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ζωῆς χοραγὸς, Χριστὲ, τυγχάνεις. Χαῖρε, φῶς-ἀνέσπερον· ταύτην δέδεξο τὴν βοήν. Χορός σε παρθένων προσενέπει, τέλειον Ἄνθος, Ἀγάπη, Χαρὰ, Φρόνησις, Σοφία, Λόγε.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ἠνοιγμέναις θύραις, Ἄνασσα φαιδρόκοσμε, δέδεξο θαλάμων εἴσω χ' ἡμᾶς, ἀχραντόσωμε, καλλίνικε Νύμφα, καλλίπνους· ὁμόστολοι παρήμεθα Χριστῷ, πανόλβιον μέλπουσαι σὸν γάμον, θάλος.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Θρηνοῦσι νῦν βαρύστονοι κόραι πυλῶν πικρῶς ἔξω, καὶ βοῶσι γοερῶς, ὅτι, τὸ λαμπάδων ἀποσβέσασαι φῶς, οὐκ ἔφθασαν χαρᾶς ταμιεῖον εἰσιδεῖν (57).

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ἱερᾶς ὁδοῦ γὰρ ἐκτραπεῖσαι, πρὸς βίου πόρους κτήσασθ' ἔλαιον ἠμέλησαν ἄθλιαι πλέον· νεκρὰς δὲ φλογεροῦ πυρὸς φέρουσαι λαμπάδας, στένουσιν ἔνδον ἐκ φρενῶν.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Κρατῆρες ἀδυπλήθεες πρόκεινται νέκταρος· πίνωμεν· οὐράνιόν ἐστι πόμα, παρθένοι, ὁ Νυμφίος ὅπερ τέθεικε τοῖς μετ' ἀξίας εἰς τὸν γάμον κεκλημένοις.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Λαμπρῶς σου τὴν θάνατον Ἄβελ προεκτυπῶν, Μάκαρ, ἔλεξεν αἱματοσταγὴς βλέπων εἰς οὐρανόν· Ἀνηλεῶς με συγγόνου τετρωμένον χειρὶ δέξαι, λιτάζομαι, Λόγε.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Μέγιστον ἆθλον ἁγνείας ὁ καρτερός σου παῖς, Λόγε, Ἰωσὴφ ἀνείλετο. Γυνὴ γὰρ αὐτὸν εἰς ἄθεσμα λέκτρα βιαίως εἷλκε φλεγομένη πόθοις· ὁ δὲ, οὐδὲν ἐντραπεὶς, ἔφευγε γυμνὸς, ἐκβοῶν·

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

B Innumerabilibus blandientis draconis, o Beate, erepta dolis, ignisque flamma superata, ac immanium rictibus iraque bestiarum in mortalium perniciem natarum, te de cœlis exspecto.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Oblita sum patriæ [12], o Verbum, tuæ desiderio gratiæ: oblita sum virginum æqualium choros; matris quoque ac generis fastum: omnia enim ipse tu mihi Christus es.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Vitæ largitor, Christe, es. Salve, lumen inoccid-
B duum: hanc accipe acclamationem. Chorus te Virginum compellat, Flos perfectus, Charitas, Gaudium, Prudentia, Sapientia, Verbum.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Apertis januis, o Regina speciose ornata, nos quoque intra thalamos admitte, impolluti corporis, egregie victrix sponsa, decorem spirans; pari vestium cultu Christo astamus, tuas, fortunata pubes, cantico nuptias celebrantes.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Gemunt nunc graviter ejulantes, amaris lacrymis extra thalami fores constitutæ puellæ, ac tristi luctu clamant; quod exstincta lampadum luce [13], non mature satis in vitæ cubiculum ingressæ sunt.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens
C lampadem, Sponse, tibi occurro.

A sacra enim aversæ via, ad vitæ semitas olei copiam parare, miseræ neglexerunt: exstinctas vero ignis flammei lampades ferentes, gemunt intus ex animo ac præcordiis.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Pocula dulcis nectaris plena proposita sunt: bibamus; cœlestis enim liquor est, o virgines, quem Sponsus digne vocatis ad nuptias propinat.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Splendide tuam mortem præfigurans Abel [14], o Beate, dixit cruore stillans sublatis in cœlum ocu-
D lis: Crudeliter fraterna me manu cæsum, rogo, o Verbum, suscipe.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Maximam pudicitiæ laudem, præmiumque fortis puer tuus Joseph [15], o Verbum, retulit. Muliere enim incensa libidine in nefarios violenter trahente toros; nihil ille reveritus, fugit nudus, exclamans:

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

[12] *Psal.* XLIV, 11. [13] *Matth.* XXV, 11. [14] *Gen.* IV, 10. [15] *Gen.* XXXIX, 12.

(57) *Εἰσιδεῖν*. Quin scribendum εἰσδύειν, nullus dubitat. Id enim omnis parabolæ series petit. Lugent quippe, quod ingressis quæ paratæ erant, clausa est janua, ad quam frustra pulsant: quod ergo ingredi non licuit, ad quem ingressum sequuntur reliqua, ut videant et fruantur Sponsi conspectibus et amplexibus. COMBEFIS.

Novam Jephthe victimam Deo filiam offerebat viri A nesciam [16], aræ jam, agnæ instar, admotam : illa vero generoso mentis proposito, tuæ carnis figuram gerens, o Beate, fortiter clamabat :

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Peregrino turbarum ductore, generoso conatu Juditha ingeniosis dolis truncato [17], quem antea pulchritudinis forma illexerat, nulla membris corporis macula accepta, ovans pro victoria clamabat :

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Conspecta Susannæ decora specie ac vultus forma [18], duo judices, illius effrene capti amore, O mulier, dixerunt, occulti cubilis tui desiderio perciti adsumus. At illa tremulis clamoribus infit : B

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Multo mihi mori melius, quam vobis turpi libidine æstuantibus, viri toro prodito, Deo igni ultore, sempiternis pœnis addici. Serva me, Christe, ab horum malorum angustiis.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Fluentis lustralibus turbas mortalium lavans tuus Præcursor, improbe a viro scelerato propter castitatem ad cædem ductus est [19]; necisque cruore tingens pulverem, tibi, o Beate, clamabat :

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

C Tua quoque vitæ parens, Gratia intacta, illibata, immaculatos conceptus tuos in viri experte utero gestans Virgo, maritalis tori proditi in suspicionem venit [20] : dixit vero prægnans, o Beate :

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Tuum, o Beate, optantes videre nuptialem diem, quotquot ipse angelorum Rex cœlo vocasti [21], maxima tibi dona, o Verbum, ferentes, immaculato vestitu conspicui venerunt.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Hymnis, o beata Dei Sponsa, thalamum nos adornantes, nunc celebramus te, intacta virgo Ecclesia, niveo corpore, nigris formosa cirris, casta, irreprehensibilis, amabilis. D

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Corruptio aufugit, et morborum dolores lacrymosi : mors sublata est : periit omnis insania : mœror interiit, mentis tabes : rursus vero Christi Dei gaudium repente mortalibus illuxit.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Viduatus mortalibus paradisus est. Non enim jam

Νεοσφαγῆ ὁ Ἰεφθὰε κόρην ἀνῆγε θυσίαν Θεῷ ἄπειρον ἀνδρὸς, ἀμνάδος δίκην· ἡ δ' εὐγενῶς σου τὸν τύπον τῆς σαρκὸς, ὦ Μάκαρ, τελοῦσα ἔκραζε καρτερῶς·

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ξένον στρατηλάταν ὄχλων εὔτολμος εὐστόχοις Ἰουδὴθ δόλοις καρατομήσασα, κάλλεος τύποις θέλξασα τοῦτον, οὐδὲ χράναντα σώματος μέλη, νικηφόροις δ' ἔφη βοαῖς·

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ὁρῶντες εἶδος εὐπρεπὲς, ὑφ' ἧς δύο κριταὶ Σουσάννας ἐμμανεῖς ἔρωτι, λέξαν· Ὦ γύναι, κρυπτῶν σου γάμων λέχη ποθοῦντες ἥκομεν, φίλα. Ἡ δὲ ἐντρόμοις ἔφησε βοαῖς·

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Πολλῷ με κατθανεῖν ἄμεινόν ἐστιν, ἢ λέχη προδοῦσαν, ὦ γυναιμανεῖς, ὑμῖν, αἰωνίαν δίκην ὑπ' ἐμπυρίοις Θεοῦ τιμωρίαις παθεῖν. Σῶσόν με, Χριστὲ, τῶνδε νῦν.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ῥοαῖς καθαρσίοις λούων πλήθη βροτῶν ὁ σὸς Πρόδρομος, ἀνόμως κακοῦ πρὸς ἀνδρὸς εἰς σφαγὴν ἤχθη δι' ἁγνείαν· λύθρῳ δὲ φονίῳ κόνιν δεύων ἔκραζέ σοι, Μάκαρ·

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Σοῦ καὶ ζωητόκος Χάρις ἄθικτος, ἄτεγκτος, ἀσπίλους τὰς σὰς γονὰς ἐν ἀσπόρῳ φέρουσα νηδύϊ, μορφὴν ὑπέσχεν ὡς προδοῦσα λέκτρα, Παρθένος· Ἔλεξε δ' ἔγκυος, Μάκαρ·

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Τὴν σὴν, Μάκαρ, γαμήλιον ποθοῦντες ἁμέραν ἰδεῖν, ὅσους ἄνωθεν αὐτὸς ἀγγέλων ἄναξ κέκληκας, ἥκασι, μέγιστα δῶρά σοι, Λόγε, φέροντες ἀσπίλοις στολαῖς.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ὕμνοις, μάκαιρα Θεόνυμφε (58), θαλαμηπόλοι, αἵ σε γεραίρομεν, σὲ νῦν ἄθικτε παρθένε Ἐκκλησία, χιονόσωμε, κυανοβόστρυχε, σῶφρον, ἄμωμ', ἐρασμία.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Φθορὰ πέφευγε, καὶ νόσων πόνοι δακρυσταγεῖς· θάνατος ᾕρέθη· ὄλωλε πᾶσα ἀφροσύνη· λύπη τέθνηκε τηξίφρων· ἔλαμψε δ' ἡ τοῦ Θεοῦ Χριστοῦ χαρὰ βροτοῖς ἄφνω πάλιν.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Χῆρος ὁ βροτῶν παράδεισός ἐστιν. Οὐκέτι πάλιν

[16] *Jud.* XI, 38. [17] *Judith.* VIII, 1. [18] *Dan.* XIII, 19. [19] *Marc.* VI, 27. [20] *Matth.* I, 18. [21] *Matth.* II, 1.

(58) *Θεόνυμφε*. Sic Allatius. At Possinius, νεόνυμφε, *nova nupta*. COMBEFIS.

γὰρ αὐτὸν ἐκ θείας, ὥσπερ τὸ πρὶν, ταγῆς οἰκεῖ, τέχναις ὁ ποικίλαις δράκοντος ἐκπεσὼν, ἄφθαρτος, ἄφοβος, Μάκαρ.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ψάλλων τὸ καινὸν ᾆσμα νῦν χορός σε παρθένων καθιστάνει πρὸς οὐρανοὺς, Ἄνασσα σαφῶς ὅλη, ἐστεμμένος λευκοῖς κρίνων κάλυξι, καὶ φλόγας χερσὶ σελασφόρους φέρων.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ὁ τὰς ἀχράντους οὐρανοῦ, Μάκαρ, ναίων ἕδρας, ἄναρχε, πάντα συγκρατῶν αἰωνίῳ κράτει, δέξαι σὺν Παιδὶ σῷ, πάρεσμεν, ἔνδον εἰς ζωῆς πύλας, Πάτερ, καὶ ἡμᾶς.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

A eum amplius homo, uti prius, incolit Dei jussu : variis draconis insidiis, a corruptione metuque immunis cum esset, o Beate, illo extrusus.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Nunc te chorus virginum cœlo versus deducet, concinens canticum novum, o tota palam Regina, candidatis liliorum coronatus folliculis, flammasque gestans manibus lucis fulgoribus rutilas.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

O qui incontaminatas, Beate, cœli sedes habitas, principii expers, qui æterno cuncta robore contines, nos quoque, Pater, cum Filio tuo intra vitæ januas, ecce adsumus, suscipe.

B Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

CAP. III *Utri meliores, continentes, an qui gaudent ipsa mentis tranquillitate? Pugnæ castitatis periculum : tranquillitatis felicitas. Depurgatæ ac tranquillæ mentes, dii, Deum visuræ. Virtus tentationibus exercita, probatior.*

ΕΥΒΟΥΛ. Ἀξίως ἀπηνέγκατο τὰ πρῶτα τῶν ἄθλων ἡ Θέκλα, ὦ Γρηγόριον.

ΓΡΗΓ. Ἀξίως μὲν οὖν.

ΕΥΒΟΥΛ. Τί δὲ ἡ Τελμισιακὴ ξένη, εἰπέ μοι· κἂν ἔξωθεν οὐκ ἐπηκροᾶτο; Θαυμάζω γὰρ εἰ ἡσυχίαν εἶχεν ἐκείνη μαθοῦσα τὸ συσσίτιον τοῦτο, καὶ οὐκ εὐθέως ὥσπερ ὄρνεον ἐπὶ τροφὴν ἵπτατο, τῶν λεγομένων ἀκουσομένη. Λόγος γὰρ (59) αὐτὴν Μεθοδίῳ συμπαραγεγονέναι, αὐτὰ δὴ ταῦτα τὴν Ἀρετὴν πυνθανομένην. Ἀλλὰ καλὸν καὶ μακάριον τοιαύτῃ διδασκάλῳ χρῆσθαι καὶ ὁδηγῷ, τῇ Ἀρετῇ. Ἀτὰρ, ὦ Γρηγόριον, ποτέρους ἀμείνους λέγοιμεν, τοὺς μὴ ἐπιθυμοῦντας μὲν, κρατοῦντας δὲ τὴν ἐπιθυμίαν, ἢ τοὺς ἐπιθυμοῦντας, καὶ παρθενεύοντας;

ΓΡΗΓΟΡ. Τοὺς μὴ ἐπιθυμοῦντας, δηλονότι· ἐπειδὴ καὶ τὴν διάνοιαν οὗτοι καὶ τὴν αἴσθησιν ἀμόλυντον κέκτηνται, καὶ εἰσὶν ὁλοτελῶς ἀδιάφθοροι, κατὰ μηδὲν ἐξημαρτηκότες.

ΕΥΒΟΥΛ. Εὖγε νὴ τὴν Σωφροσύνην, ὦ Γρηγόριον, καὶ συνετῶς. Ἀτὰρ μή τι κωλύοις, ἐὰν ἀντιλαμβάνωμαι τῶν λόγων (60), ἵνα ἐῤῥωμενέστερον μάθω, καὶ μηδείς ἐξελέγξῃ με ἔτι.

EUBUL. Merito primam laudem ac præmia tulit Thecla, o Gregorium.

GREG. Plane merito.

EUBUL. Quid porro Telmisiaca advena, dic, sodes; num saltem foris aurem januæ admovebat, ut aliquid raperet? Mirum enim si quiescere potuit audita hujus convivii fama, et non statim ut avis ad escam advolavit, auditura sermones qui haberentur. Aiunt enim eam Methodio adfuisse percon-

C tanti hæc ipsa ex Arete. Cæterum bonum æque beatumque est, tali magistra uti ac duce; Arete scilicet, id est Virtute. Sed, o Gregorium, utros præstantiores dicamus, eosne qui cum non concupiscant, concupiscentiæ imperant, an eos qui, pulsante eos concupiscentia, in virginitate perseverant?

GREG. Priores equidem crediderim : cum hi nimirum et animum et sensum immaculatum obtineant, nullique culpæ obnoxii, a corruptione prorsus immunes exsistant.

EUBUL. Bene, per castitatem juro, et prudenter, o Gregorium. Sed, quæso, ne quid obstes, si argumentis in contrarium dicta vexavero, quo firmius noverim, nec jam me ullus ulla rationum vi a sententia deducat.

(59) *Λόγος γάρ, κ. τ. λ.* Allatius, Οὐ λόγος γάρ, *Neque enim aiunt.* Mendose omnino. Recte Possinius, Λόγος γάρ, absque particula negante. Minus tamen recte idem Possinius Eubulii orationem hic abrumpens, Gregorium ista narrantem inducit. Ex qua quidem male interposita distinctione occasionem arripuit editor Lupareus confirmandi suam conjecturam de Methodio binomine, quam initio *Convivii* Methodiani proposuit. Sic enim hic inquit : « Quod statim Gregorium, Eubulium alloquens, Methodii meminit, tanquam diversæ personæ, non infirmat quod alias diximus ex Epiphanio, Methodium binominem fuisse, sed potius confirmat conjecturam nostram a principio indicatam : nimirum, S. Methodium hunc inter prima sua opera librum edidisse : quo libro celebritate magna suscepto, primæ personæ in isto Dialogo loquentis nomen auctori adhæsisse, posterius inde dicto *Eubulio*, ut Clemens *Stromateus* vo-

D catus est, et cætera quæ diximus. Unde nullo modo infringi, sed potius magis confirmari putamus conjecturam, qua virilem sexum Eubulio reddidimus. » GALL.

(60) *Ἐὰν ἀντιλαμβάνωμαι τῶν λόγων.* Argumendi palam veniam petit, dictaque Gregorio argumentis petendi, quibus, ejus responsionibus elisis, firmam demum sententiam teneat, a qua nulla argumentorum vi possit deduci. Plato in *Gorg.* : Ἐὰν δὲ τῷ ὑμῶν μὴ τὰ ὄντα δοκῶ ὁμολογεῖν ἐμαυτῷ, χρὴ ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ ἐλέγχειν· *Si cui videar nolle fateri quæ ipse sentiam, coarguere licet ac corripere,* id est argumentis vexare. Nec satis apte Possinius, *si hanc plenius quæstionem capessivero jusseroque diligentius;* quæ esset altera ejus vocis acceptio, qua *fulcire, juvare,* significat : quod ipsum non directe, sed per occasionem præstat adversarius impugnando, et qua argumentis rem ventilat. Nec apte satis loquatur, qui argumentis aliquem incessurus,

GREG. Vexa ut libet: per me licet. Ego enim, Eubulium, abunde mihi suppetere arbitror quo te doceam, præstare eum qui non concupiscit: quod ni tenes, nemo erit qui non arguat.

EUBUL. Papæ! Gaudeo enim respondere te mihi magnifice, ac quanta sapientia affluas ostentare.

GREG. Cavillari, ac mecum jocari videris, o Eubulium.

EUBUL. Quid ita vero?

GREG. Quod non vere, sed mei potius irridendæ causa, talia memores.

EUBUL. Bona verba, quæso, o beata: tuam enim prudentiam exquisitæque sapientiæ vim, plurimum admiror ac colo. Hæc autem eo dixi quod de quibus multi sapientum sæpius invicem disceptant, ea non modo scire te dicis, verum etiam alios te posse docere gloriaris.

GREG. Num enim vere, dic, sodes, moleste habes, præstare omnino qui non concupiscant, iis qui concupiscentes sese continent et a cupiditatibus temperant? An prorsus per ista mihi illudis?

EUBUL. Qua vero ratione tentans loquor quæ nescire me fatear? Sed age, loquere jam, sapientissima: in quonam excellunt, qui non concupiscentes casti sunt, supra illos qui concupiscentiæ colluctantes virginitatem servant?

GREG. In eo primum quod ipsum animum purum habent, ac in eo Spiritus sanctus semper habitat, quem nullus distrahat cogitationum æstus, serenumque mentis impudici motus sensusque nulli inficiant, ut vel ea parte ullam unquam incurrat labem: qui nimirum tum carne tum animo, sedatis affectibus ac tranquillo fruentes, cupiditatem omnino non admittunt. Qui vero sensuum visis illecti, obscenis animo imaginibus turbantur, distillationemque velut per rimas in cor influentis cupiditatis recipiunt, perinde sæpius polluuntur, putantque se obniti atque pugna defungi, cum animo vincantur.

EUBUL. Ergo puros eos dicemus qui sereno gaudeant, ac quibus cupiditas seu libido nihil interturbet?

GREG. Utique. Hos enim tales, qui et deos facit in beatitudinibus, indubitata mente credentes, libere Deum visuros Deus pronuntiat [22]: quod nihil obscurans, aut mentis oculum obturbans afferunt,

A ΓΡΗΓ. Ἀλλ' ἀντιλαμβάνου ὅπη καὶ θέλεις· ἐγὼ γὰρ ἱκανῶς, ὦ Εὐβούλιον, διδάξαι σε ἔχω, ὅτι τοῦ ἐπιθυμοῦντος ὁ μὴ ἐπιθυμῶν κρείσσων ἐστί· καὶ οὐδεὶς οὐ μή σε ἐλέγξῃ.

ΕΥΒΟΥΛ. Βαβαί! Χαίρω γάρ, ὅτι μοι μεγαλοφρόνως ἀποκρίνῃ, καὶ δεικνύεις ὅσον πεπλούτηκας ἐπὶ σοφίᾳ.

ΓΡΗΓ. Κωτίλος (61) τις, ὡς ἔοικεν, ἄνθρωπος εἶναι δοκεῖς, ὦ Εὐβούλιον.

ΕΥΒΟΥΛ. Τίνος δὴ χάριν;

ΓΡΗΓ. Ὅτι τωθαζόμενός με ταῦτα λέγεις μᾶλλον, ἢ ἀληθεύων.

ΕΥΒΟΥΛ. Εὐφήμησον, ὦ μακαρία· θαυμάζω γὰρ σφόδρα σου τὸ συνετὸν καὶ μεγαλόδοξον. Ἐγὼ τοῦτο ἔφην, ὅτι περὶ ὧν πολλοὶ πρὸς ἑαυτοὺς πολλάκις ἀμ-
B φισβητοῦσι σοφοί, ταῦτα οὐ μόνον ἐπίστασθαι σὺ λέγεις, ἀλλὰ καὶ διδάσκειν ἕτερον σεμνύνῃ.

ΓΡΗΓ. Σὺ γὰρ ἐξ ἀληθείας, εἰπέ μοι, δυσχεραίνεις, εἰ διαφέρουσιν ὅλως (62) οἱ μὴ ἐπιθυμοῦντες τῶν ἐπιθυμούντων τε καὶ ἐγκρατουμένων; Ἢ πάντως ἐμοῦ ταῦτα προσπαίζεις;

ΕΥΒΟΥΛ. Καὶ πῶς ἀποπειρωμένη (63), ἢ ὁμολογῶ μὴ εἰδέναι; Ἀλλ' ἴθι, φράσον ἐμοί, ὦ σοφωτάτη, τίνι διαφέρουσιν οἱ μὴ ἐπιθυμοῦντες καὶ ἁγνεύοντες τῶν ἐπιθυμούντων τε καὶ παρθενευόντων

ΓΡΗΓ. Ὅτι πρῶτον μὲν καθαρὰν ἔχουσιν αὐτὴν τὴν ψυχήν, καὶ ἀεὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν αὐτῇ κατ-
C οικεῖ, μὴ περιελκομένης αὐτῆς καὶ ἐπιθολουμένης φαντασίαις καὶ λογισμοῖς ἀκρασίας, ὥστε καὶ τῆς ἐνθυμήσεως ἐπιλωβηθῆναί ποτε· ἀλλ' εἰσὶν ἀνεπίδεκτοι πάντη καὶ κατὰ τὴν σάρκα καὶ τὴν καρδίαν οὗτοι τῆς ἐπιθυμίας, γαλήνην ἄγοντες τῶν παθημάτων. Οἱ δὲ διὰ τῆς ὄψεως ἔξωθεν δελεαζόμενοι ταῖς φαντασίαις, καὶ ἐπεισρέουσαν δεχόμενοι τὴν ἐπιθυμίαν δίκην ῥεύματος εἰς τὴν καρδίαν, οὐδὲν ἧττον μολύνονται πολλάκις, καὶ νομίζουσιν ἀντιφιλονεικεῖν καὶ μάχεσθαι πρὸς τὰς ἡδονάς, ἡττώμενοι τὸν λογισμόν.

ΕΥΒΟΥΛ. Οὐκοῦν τοὺς γαλήνην ἄγοντας, καὶ μὴ διοχλουμένους ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας, λέξομεν καθαρούς;

ΓΡΗΓ. Καὶ μάλα. Τούτους γὰρ τοιούτους ὁ καὶ θεοὺς διὰ τῶν μακαρισμῶν ἀπεργαζόμενος τοὺς ἀνενδοιάστως αὐτῷ πιστεύοντας Θεός, ὄψεσθαι μετὰ
D παῤῥησίας ἀποφθέγγεται τὸν Θεόν· ὅτι μηδὲν ἐπι-

[22] *Matth.* v, 8.

ejus se dicta astruere ac opinionem fulcire, diceret: etsi is illi forte scopus disputationis exsistat. Comb.

(61) *Κωτίλος*. Ita Possinius. At Allatius Σχωπτίλος, *mordax*. Id.

(62) *Εἰ διαφέρουσιν ὅλως*. Bene Possinius, *præstare*, quo sensu voce διαφορώτερον usus Paulus Hebr. i, 4, ubi interpr. *differentius*; quod clarius fuisset, *præstantius*, *excellentius*. Bene autem Methodius in persona Gregorii primas tribuit his qui sunt depurgatæ mentis, et ipsam adepti sunt imperturbationis arcem, ut nec animus cogitationibus, nec corpus fœda ulla libidine sordeat, sed totus homo Dei habitaculum pacatissimum exsistat, quantum per viæ statum ejusque perfectionem necdum absolutam et in termino licet; tametsi hoc ipsum evertere videtur in persona Eubulii: quæ ipsa non arduum conciliare, penes arduum ex objecto et ex subjecti imperfectione. Id.

(63) *Πῶς ἀποπειρωμένη*. Eubulium refert, non, ut Possinius, Gregorium; apud quem male τὸ, μὴ εἰδέναι, pro, μὴ εἰδέναι. Clara sententia: ostendit non tentandi causa percontari quæ se nescire fateatur; uti etiam reddidit Allatius, apud quem est masculinum ἀποπειρώμενος: sic etiam supra promiscue, sive ab antiquario est hæc ἀδιαφορία, sive ab ipso Methodio; ratione a me jam ex Apostolo insinuata, quod in Christo, et ut sis sponsa Christi ac virgo, perinde est, sive masculus sive femina sis. Id.

σκοτοῦν ἢ συνταράσσον τὸν ὀφθαλμὸν τῆς ψυχῆς πρὸς τὴν θείαν ἐπιφέρονται θεωρίαν· ἀλλ' ἐκτὸς γεγονότες τῶν ὀρέξεων πάντῃ τῶν κοσμικῶν, τὴν σάρκα καθαρὰν οὐ μόνον, ὡς ἔφην, μίξεως τηροῦσιν, ἀλλ' ἤδη καὶ τὴν καρδίαν ἀνεπίδεκτον λογισμῶν ἀκρασίας, ἐν ᾗ μάλιστα καὶ τὸ ἅγιον, ὡς ἐν ναῷ, κατοικοῦν ἀναπαύεται Πνεῦμα.

ΕΥΒΟΥΛ. Ἔχε δή. Οἶμαι γὰρ ἐπὶ τὴν εὕρεσιν τῶν ὄντως κρειττόνων ὀρθότερον ἡμᾶς ἐντεῦθεν διελθεῖν. Καί μοι φράσον· καλεῖς τινα κυβερνήτην ἀγαθόν;

ΓΡΗΓ. Ἔγωγε.

ΕΥΒΟΥΛ. Πότερον τὸν ἐν μεγάλαις καὶ ἀμηχάνοις περισώσαντα ζάλαις τὸ σκάφος, ἢ τὸν ἐν γαλήνῃ νηνεμίᾳ;

ΓΡΗΓ. Τὸν ἐν μεγάλαις καὶ ἀμηχάνοις.

ΕΥΒΟΥΛ. Οὐκοῦν καὶ ψυχὴν τὴν περιαντλουμένην ταῖς τρικυμίαις τῶν παθημάτων, καὶ μὴ ἀποκάμνουσαν ἢ ἐκλυομένην, ἀλλὰ τὸ σκάφος, τὴν σάρκα, γενναίως εἰς λιμένα τὸν τῆς σωφροσύνης ἀπευθύνουσαν, λέξομεν τῆς ἐν εὐδίᾳ πλοϊζομένης κρείττονα καὶ δοκιμωτέραν.

ΓΡΗΓ. Λέξομεν.

ΕΥΒΟΥΛ. Τὸ γὰρ ἁρμόζεσθαι πρὸς τὰς ἐμβολὰς τῶν καταφυσημάτων τοῦ πονηροῦ πνεύματος, καὶ μὴ ἀποῤῥίπτεσθαι ἢ νικᾶσθαι, ἀλλὰ πάντα πρὸς Χριστὸν ἀνανεύοντα, καρτερῶς μάχεσθαι ταῖς ἡδοναῖς, μείζονα τὸν ἔπαινον φέρει, τοῦ μετὰ ῥᾳστώνης ἀχειμαστὶ παρθενεύοντος.

ΓΡΗΓ. Ἔοικε.

ΕΥΒΟΥΛ. Τί δὲ καὶ ὁ Κύριος; Οὐ δοκεῖ δεικνύναι διαφέρειν τὸν ἐπιθυμοῦντα μᾶλλον καὶ ἐγκρατεύοντα τοῦ μὴ ἐπιθυμοῦντός τε καὶ παρθενεύοντος;

ΓΡΗΓ. Ποῦ δή;

ΕΥΒΟΥΛ. Ἔνθα τὸν φρόνιμον παραβάλλων οἰκίᾳ τεθεμελιωμένῃ καλῶς, ἄπτωτον αὐτὸν ἀποφαίνεται, μὴ δυνάμενον ἀπὸ τῆς βροχῆς καὶ τῶν ποταμῶν καὶ τῶν ἀνέμων καταβληθῆναι· ταῖς μὲν ἐπιθυμίαις, ὡς ἔοικεν, ἀπεικάζων τοὺς χειμῶνας· τῇ δὲ πέτρᾳ τὴν ἀκίνητον ἔνστασιν καὶ ἀδιάπτωτον τῆς ψυχῆς περὶ τὴν ἁγνείαν.

ΓΡΗΓ. Ἀληθῆ λέγειν δόξαις.

ΕΥΒΟΥΛ. Τί δαὶ καὶ ἰατρόν; Οὐ τὸν ἐπὶ μεγάλαις ἤδη δεδοκιμασμένον νόσοις, καὶ πολλοὺς ἰασάμενον, ἄριστον καλεῖς;

ΓΡΗΓ. Ἔγωγε.

ΕΥΒΟΥΛ. Τὸν δὲ μηδὲν μηδέπω διαπραξάμενον, μηδὲ νοσοῦντας ὅλως ἐν χερσὶν ἐσχηκότα, οὐ πάντως ἀδοκιμώτερον ἔτι;

A quo minus in Dei visionem intendant; sed omni rerum sæcularium cupiditate eliminata, nedum carnem, uti dicebam, a libidinosi congressus turpitudine immunem servant; verum etiam ut cordis penetrale (in quo et maxime, ut in templo, Spiritus sanctus conquiescit et habitat) nullis obscenis cogitationibus pateat, sedulo navant operam.

EUBUL. Siste jam. Puto enim ad investigationem ejus quod vere præstantius est, rectius nos hinc progressuras. Dic, quæso, vocas aliquem bonum gubernatorem?

GREG. Sane.

EUBUL. Quem vero? An eum qui in magnis vehementissimisque tempestatibus navem servaverit; an qui idem in serena tranquillitate præstiterit?

B GREG. Utique qui in magnis et arduis.

EUBUL. Igitur et animum sævis perturbationum fluctibus jactatum, nec propterea conatum remittentem aut fatiscentem, sed cymbam, carnem utique, invicta generosi propositi constantia ad castitatis portum dirigentem, præstantiorem dicemus probatæque magis virtutis, eo, qui in malacia pacati maris secure jucundeque navigat.

GREG. Dicemus.

EUBUL. Nam obniti renitentibus ventorum flatibus, quos contra immittit nequam spiritus: nec inflecti tamen unquam dejicive aut vinci; quin potius animo semper in Christum intento, fortiter C repugnare voluptatibus, majorem profecto laudem affert, quam in amœno beatoque tranquillæ virginitatis portu desidere.

GREG. Apparet ita esse.

EUBUL. Quid vero et Dominus? Nonne videtur ostendere, eum qui concupiscentiæ œstro jactatus continentiam teneat, longe illi præcellere, qui hujus pugnæ securus, sedataque aut nulla concupiscentia, virginitate fulgeat?

GREG. Ubi vero hæc Dominus?

EUBUL. Ubi nimirum sapientem comparans cum domo bene fundata, inconcussæ eam firmitatis esse decernit, quam imbres irruentes et flumina ventorumque vis dejicere non potuerit [22]. Nempe hoc volens: per tempestates ventosque et pluvias, D concupiscentiæ æstus designari; petræ vero nomine, immobilem virginitatis proposito animi constantiam ac castitatis inconcussum tenorem declarari.

GREG. Videri possis vera dicere.

EUBUL. Quid vero et medicum? An non eum vocas habesque optimum, qui in magnis jam morbis periculum fecit, et plurimis sanitatem restituit?

GREG. Equidem.

EUBUL. Eum autem qui nullum dum sui experimentum dedit, nullisque prorsus ægrotis consuluit, nonne adhuc minus omnino commendabilem dicis?

[22] *Matth.* VII, 24.

GREG. Certe.

EUBUL. Ergo et animum qui mollius corpus sustinet, ejusque libidinum æstu ægritudines, castitatis medicamentis lenit et sedat, utique dicamus medicæ facultatis laudem ferre majorem, quam cui probe sanum corpus neque vitiis obnoxium obtigit regere?

GREG. Fatendum est.

EUBUL. Quid item in lucta? Uter pugil melior, qui magnos et fortes æmulos experitur, ac continue lucta defungens, non succumbit unquam; an qui nullis adversariis decertat?

GREG. Plane qui experitur.

EUBUL. Ain' tu in palæstra quoque athletam præstare, qui adversarios contranitentes sustinet?

GREG. Necesse ut dicatur.

EUBUL. Necesse igitur, ut et quisquis strenue moliatur adversus concupiscentiæ motus, nec se abripi patiatur, sed in adversum trahat ac obnitatur, fortior videatur, quam qui ejus nullam interpellationem sentiat.

GREG. Vera dicis.

EUBUL. Quid? Fortiter se habere adversus pravorum affectuum ac libidinum impetus, ad majorem, o Gregorium, fortitudinis laudem pertinere existimas?

GREG. Admodum sane.

EUBUL. Num vero fortitudo, virtutis robur ac tenor?

GREG. Plane.

EUBUL. Igitur si virtutis robur tolerantia est, nonne qui molestiis exercetur animus, fortiterque tolerans cupiditatibus atque vitiis obsistit, illi præstare fortitudinis laude putandus est, qui nullas ejusmodi molestias persentit?

GREG. Profecto.

EUBUL. Igitur si fortior, erit et præstantior.

GREG. Sane.

EUBUL. Melior ergo et præstantior est, quantum ex modo concessis evidenter sequitur, qui inter concupiscentiæ æstus continentiam tenet, quam qui nulla pulsatus libidine in castitatis secure castris meret.

GREG. Rem meram loqueris. Sed de his alias absolutius tecum sermonem conferre gestio. Si itaque tibi grave non est, cras accedam, de his auditura. Nunc enim, ut vides, tempus est ut et animum ad exterioris hominis vertamus curam.

A ΓΡΗΓ. Ναί.

ΕΥΒΟΥΛ. Οὐκοῦν καὶ ψυχὴν τὴν ἀνεχομένην ὑγροτέρου σώματος, καὶ τὰς περὶ ἡδονὰς αὐτοῦ νόσους καταπραΰνουσαν σωφροσύνης φαρμάκοις, ἰατρικωτέραν λεκτέον τῆς ὑγιεινὸν διοικεῖν κεκληρωμένης σῶμα καὶ ἀπαθές;

ΓΡΗΓ. Λεκτέον γάρ.

ΕΥΒΟΥΛ. Τί δαὶ καὶ ἐν πάλῃ; Πότερον παλαιστὴς ἀμείνων, ὁ ἀνταγωνιστὰς ἔχων μεγάλους καὶ ἰσχυροὺς, καὶ προσπαλαίων ἀεὶ καὶ μὴ καθαιρούμενος· ἢ ὁ μὴ ἔχων ἀνταγωνιστάς;

ΓΡΗΓ. Δῆλον ὡς ὁ ἔχων.

ΕΥΒΟΥΛ. Καὶ ἐν πάλῃ ἄρα δοκιμώτερος ἀθλητὴς ὁ τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἔχων;

B ΓΡΗΓ. Ἀνάγκη.

ΕΥΒΟΥΛ. Οὐκοῦν καὶ ψυχὴν ἀνάγκη πᾶσα τὴν μηχανωμένην πρὸς τὰς ἐφόδους τῆς ἐπιθυμίας, μὴ κατασπωμένην, ἀλλ' ἀνθέλκουσαν καὶ ἀντιτασσομένην, ἰσχυροτέραν φαίνεσθαι τῆς μὴ ἐπιθυμούσης.

ΓΡΗΓ. Ἀληθῆ.

ΕΥΒΟΥΛ. Τί δαί; τὸ καρτερῶς ἔχειν πρὸς τὰς ὁρμὰς, Γρηγόριον, τῶν φαύλων ὀρέξεων, δοκεῖ σοι μᾶλλον ἀνδρείας εἶναι;

ΓΡΗΓ. Καὶ σφόδρα.

ΕΥΒΟΥΛ. Ἡ δὲ ἀνδρεία αὕτη δύναμις ἀρετῆς;

ΓΡΗΓ. Δῆλον.

C ΕΥΒΟΥΛ. Οὐκοῦν εἰ δύναμις ἀρετῆς ἐστιν ἡ ὑπομονὴ, ἡ διοχλουμένη ἄρα ψυχὴ καὶ καρτεροῦσα πρὸς τὰς ἐπιθυμίας δυνατωτέρα φαίνεται τῆς μὴ ὀχλουμένης;

ΓΡΗΓ. Ναί.

ΕΥΒΟΥΛ. Εἰ δὲ δυνατωτέρα, καὶ κρείσσων (64).

ΓΡΗΓ. Ναί.

ΕΥΒΟΥΛ. Κρείσσων ἄρα ἡ ἐπιθυμοῦσα καὶ ἐγκρατευομένη τῆς μὴ ἐπιθυμούσης ἐστὶν, ἐκ τῶν προωμολογημένων, καὶ ἐγκρατευομένης.

ΓΡΗΓ. Ἀληθῆ λέγεις, καὶ ἐπιθυμήσω πληρέστε-
D ρον ἔτι περὶ τούτων διαλεχθῆναί σοι. Εἰ οὖν σοι φίλον, αὔριον ἀφίξομαι πάλιν ἀκουσομένη τούτων. Νῦν γὰρ, ὡς ὁρᾷς, ὥρα λοιπὸν τραπέσθαι καὶ περὶ τοῦ ἔξωθεν ἀσχολίαν ἡμᾶς ἀνθρώπου.

(64) *Εἰ δυνατωτέρα, καὶ κρείσσων*. Facilior manus dare Eubulio videtur Gregorium, arguenti ex non causa ad causam; quasi nimirum ipsa vitiorum vis et infestatio sit virtutis vis ac robur, non quid extrinsecum, ex se illi officiens ac remoram faciens; sola vero occasione, obnitentia animi ac contentione, juvans, dum hæc superare conatur: quibus jam superatis expurgatus animus, illisque factus superior, virtutis iter giganteo decurrit pede, ab actione et pugna cupiditatum, ad scientiam et contemplationem ac rationem, Deumque evolans; ne reputans quidem, quorum vix aspectum ferat, qui adhuc incipiens ac quasi rudimentarius est, nec virtutis lyceo satis exercitatus. Fallacia ergo consequentis est. Plane siquidem melior ac præstantior, qui ex se et qua pollet virtute fortior est ac robustior, non qui debiliore virtute graviores insultus patitur, necdum ovare doctus victoria, sed nitens serio, perturbationum oppressus colluvie, ne, frequenti eo statu, naufragio profundo demergatur; clamans cum Paulo: *Infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis hujus*? Hæc infantia ac parvuli ætas, illa viri perfectio. COMBEFIS

LEONIS ALLATII

IN SYMPOSIUM DECEM VIRGINUM S. METHODII

NOTÆ [1].

Col. 27. B. Gregorium et Eubulium nomina mulierum diminutiva pro Gregoria et Eubule, multa cum venustate formata, cum dicimus et conquirimus blanditiis benevolentiam colloquentium : more veterum tum Græcorum tum Latinorum, apud quos leges Glycerium, Philænium, Erotium, Adelphasium, Philocomasium, Philomatium et similia. Eubulium Methodius est, *Symposii* auctor ; Gregorium, quæ symposio interfuit : et quæ viderat et audiverat, Methodio ea scire ambienti narrat.

Col. 32. B. *difficilem viam.* Respicit ad illa Hesiodi in *Operibus :*

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι,
Ῥηϊδίη δὴ ἔπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.

Id est, « Ante virtutem vero sudorem disposuerunt immortales : longa vero atque ardua via est ad ipsam, primumque aspera : ubi vero ad summum ventum fuerit, facilis deinceps est, quantumvis difficilis fuerit. »

Ibid. *Ingens et decora facie.* Virtutis speciem et pulchritudinem satis eleganter expressit Aristoteles hymno in Hermiam dicto, Ἀρετὰ πολύμοχθε. In hunc vere aureum de virtute Aristotelis hymnum exstat noster fusior Commentarius, nondum editus.

Ibid. *Nam verecundia in facie.* Neque enim quælibet pulchritudo laudabilis est, sed quam et verecundia et gravitas, et virtutes aliæ masculæ consectantur. Et ut verbo expediam, ut Venus altera vulgaris, altera cœlestis ; ita et forma, et vulgaris et cœlestis fuerit.

Ibid. C. *Licet inter eundum.* Viarum ad virtutem et ad ignaviam discrimen habes ex Prodico apud Xenophontem *Rerum memorabilium* lib. v, et ex Xenophonte apud Philostratum lib. vi *De vita Apollonii*, et alios : multumque ad hæc facit Cebetis Tabula.

Col. 43. D. *Prius formam nostram multis peccatorum notis compunctam assumpsit.* S. Hieronymus explicans illud Pauli ad Roman. viii, *in similitudinem carnis peccati*, ideo dictum esse scribit, quia caro Christi fuit proclivis ad peccatum. Quidquid alii dicant, sanior sententia est, qua explicatur Hieronymus, Methodius et alii, non ideo dici, quasi Filius Dei carnem susceperit peccatis obnoxiam, vel ad peccatum proclivem ; sed quia carnem illam assumptam ab omni peccati inclinatione immunem, et peccato minime obnoxiam, de massa carnis suscepit, quæ erat ad peccandum proclivis, et peccato originis commaculata ; ideoque destituta justitia originali.

Col. 54. C. *Adjacentem montibus aditum e cœlo in corpora descensui.* Gregorius Nyssenus *De opificio hominis*, cap. 28, duplicem de animorum procreatione refert antiquorum opinionem, alteram Origenis ex comment. *De principiis*, qui asserebat animos hominum, quasi quamdam nationem seorsum quadam ex republica exsistere longe ante corpora creatos : illisque tum virtutum, tum vitiorum A proposita esse exempla, et animos virtutibus deditos corporibus non copulari ; ad vitia vero conversos, tum eos in hanc vitam prolabi, et in corpora immitti : alteram dicentium, animum corporum ortu posteriorem esse ; cum Moyses commemoret primum de terra sumpto pulvere hominem finxisse Deum, deinde per inspirationem animum ei indidisse : neutram tamen harum opinionum reprehensione carere, cum prima Græcanicas fabulas præ se ferat, altera variis difficultatibus nutet. Lege apud eumdem sequens caput, in quo fuse probat idem esse cum animo tum corpori exsistendi principium, licet quæ ad hoc insinuandum afferuntur, non æque omnibus probentur, de quo plane non una est omnium sententia. Hilarius verba illa psalmi cxxix, *Fiant aures tuæ intendentes*, exponens ait : *Prius quidem animam illam divino illo et incomprehensibili virtutis suæ opere constituit. Non enim cum ad imaginem Dei hominem fecit, tunc* B *et corpus effecit.* Nec aliud innuit Augustinus *De Genesi ad lit.* lib. vii, cap. 24 : *Humanæ opinioni tolerabilius mihi videtur, Deum in illis primis operibus, qui simul omnia creavit, animam etiam hominum creasse, quam suo corpore, membris ex limo formati corporis inspiraret.* Hanc eamdem opinionem Rufinus tribuit Hieronymo, ejus verba ex *Comment. in Epistol. ad Ephesios* referens. Philastrius cap. 99 utique hæreticos damnat, qui negant animas ante corpora creatas fuisse. Et Nyssenus addit non tantum Adami, sed omnium quoque animas ante corpus Adæ simul creatas fuisse ; idque sacrarum Scripturarum auctoritate probare contendit. Et hanc sententiam videtur amplecti Methodius *Convivii* orat. vi, cap. 1, dum Agatha dicit : Ἀπηκριβῶνται γὰρ αἱ ψυχαὶ τῷ γεννήσαντι τότε μάλιστα καὶ πλασαμένῳ, ὁπότε τὴν καθ' ὁμοίωσιν ἰδέαν ἄχραντον ἐκλάμπουσαι, καὶ τοὺς χαρακτῆρας τῆς ὄψεως ἐκείνης, πρὸς ἣν ἀφορῶν ὁ Θεὸς ἀθάνατον μορφὴν καὶ ἀνώλεθρον ἐχούσας αὐτὰς ἀπειργά- C ζετο, τοιαῦται διαμένουσι, etc. Hoc Petrus Parisiensis episcopus lib. ii *Sentent.*, distinct. 17, et alii putant defendi posse absque hæreseos periculo, dummodo non existimetur, animas antequam illabantur corporibus peccasse, et propter peccata detrusas in corpora tanquam in carcerem. His tamen refragatur Leonis I auctoritas, epistola ad episcopum Astericensem scribentis : *Catholica fides constanter prædicat atque veraciter, quod animæ hominum priusquam suis inspirarentur corporibus, non fuere.* Sed posse supradictas opiniones de creatione animarum ante corpora cum catholicis componi, judicat D. Thomas i part., quæst. 90, si dicamus animas hominum præcessisse corpora non secundum actum, sed secundum quamdam similitudinem generis, qua animæ conveniunt cum angelis intellectuali natura. Augustinus non ejusdem semper sententiæ fuit. Nam lib. ii *De Genesi* allegorice cap. 10 docuit corpus hominis non fuisse conditum ante animæ creationem, sed una cum ipsa anima, et eodem simul tempore : et apertissime lib. i *Retract.*,

(1) Notæ hujusmodi Allatianæ hoc signo * in textum immisso indicantur.

cap. 10, Origenem confutant Epiphanius et alii, et Cyrillus omnium accuratissime lib. I *Comment. in Joannem*. Asserendum nihilominus est cum D. Thoma et aliis simul, animam creari cum corpore. Quamvis enim Deus quieverit a creatione specifica cunctarum specierum, non tamen ab individua creatione animorum, qui quotidie humanis corporibus infunduntur. Similes de animorum procreatione sententias breviter ac distincte expressit Anastasius Sinaita orat. *De hominis creatione ad imaginem et similitudinem suam*. Vide etiam Nemesii episcopi *De natura hominis* cap. 2 et 3, qui de anima multas antiquorum sententias refert, et strenue refutat. Methodium porro non sequi Origenem, quamvis animorum descensum de cœlo ponat et missionem, fatebitur quicunque amborum dicta contulerit. Origenes eas ante corpora creatas in cœlo reponit liberas suique juris ad bonum et ad malum; si bonum et virtutem secutæ fuerint, corporibus non copulari; ad vitia vero conversas in corpora immitti. Qui reprobat similia et confutat, absurde dicetur Origenem sequi. At hoc facit Methodius. Sed quid hic ipse plura recolere conor? Satis sit ea exscribere quæ doctus quidam vir in margine codicis, ex quo mea hausi, pro Methodio doctissime adnotavit : « Μὴ νόμιζε, ὅτι, κατὰ τοὺς αἱρετικοὺς τοὺς λέγοντας προΰπαρξιν, φησὶ τὴν κατάβασιν καὶ παραπομπὴν τῶν ψυχῶν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν. Σαφῶς γὰρ οὗτος μάχεται τῷ τοιούτῳ δόγματι, ὡς ἔγνως ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ· ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ *Περὶ ἀναστάσεως*. Ἀλλ' ὅτι ἢ τινὲς παραχαράκται ἐπλαστογράφησαν τοῦτο τὸ χωρίον, καθὼς καὶ τὴν θείαν Γραφὴν πολλοὶ παραποιήσαντες ἠλέγχθησαν παρὰ τῶν ἁγίων· ἢ τὴν κατάβασιν νόησον αὐτὸν εἰρηκέναι ἀπὸ τῶν οὐρανῶν, ἐπειδὴ οὐρανία ἐστὶ τὴν φύσιν ἤτοι τὴν οὐσίαν ἡ ψυχή· καὶ διὰ τοῦτο κοινωνὸς αὐτὴ λέγεται τῶν ἄνω δυνάμεων. Καὶ αὗται γὰρ, ὡς ἐκεῖναι ἀσώματοι, ἀθάνατοι, ἀόρατοι. Ὅθεν οὐράνιον καὶ ἐπίγειον ζῶον λέγεται ὁ ἄνθρωπος παρὰ τῷ Διδασκάλῳ, καὶ κόσμος μικρός· δι' αὐτοῦ γὰρ ἐποίησεν ὁ Θεὸς μίαν συμφωνίαν καὶ κοινωνίαν ὁρατῆς καὶ ἀοράτου κτίσεως. Καὶ μάλιστα πάντων ὁ Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ ταῦτα διασαφεῖ ἐν τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ, μᾶλλον δὲ εἰς τοὺς περὶ τὸ Πάσχα καὶ τὰ Φῶτα λόγους. Ἄλλως τε καὶ ἐντεῦθεν ὁ σκοπὸς δείκνυται τοῦ λέγοντος μὴ τοῦτο φρονοῦντος. Ἐκεῖνοι γὰρ ὡς εἰς καταδίκην, τὸ σῶμα, φασὶ τὰς ψυχὰς πέμπεσθαι ἀπ' οὐρανῶν· οὗτος δὲ τὴν σύστασιν αὐτὴν τὴν τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως ἐκ τῆς εἰς τὴν μήτραν καταβολῆς τοῦ σπέρματός φησι. Καὶ σκόπει πῶς πρὸ δύο φύλλων, ὅπως *τὸ ἐκ τῶν ὀστέων ὀστοῦν, καὶ ἡ ἐκ τῆς σαρκὸς σὰρξ*, ἄνθρωπος, ἀοράτῳ ληφθέντα δυνάμει, πλάττεται ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ τεχνίτου δημιουργηθέν. Τί δέ ἐστιν ἕτερον ἄνθρωπος ἢ τὸ συναμφότερον ἐκ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος; Τοῦτο γὰρ ὅλον ἄνθρωπός ἐστιν, ὡς φησὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης ἐν τῷ ζ' κεφαλαίῳ τῆς *Ἐκκλησιαστικῆς Ἱεραρχίας*, καὶ Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ ἐν τῇ πρὸς Κληδόνιον ἐπιστολῇ. Τοῦτο δὲ καὶ ἡ φύσις αὐτὴ διδάσκει, ὅτι ἄνθρωπος λέγεται ψυχὴ καὶ σῶμα. Διῃρημένου γὰρ, τὸ μὲν καλεῖται ψυχὴ, τὸ δὲ σῶμα. Τοῦτο δὲ σαφῶς ἔδειξεν ὁ Κύριος εἰπὼν ἐν Εὐαγγελίοις· *Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι*· ὡς εἶναι τὸ μὲν ψυχὴν, τὸ δὲ σῶμα, συναμφότερον δὲ ἄνθρωπος. Καὶ διὰ τοῦτο εἶπε· *Φοβηθῆτε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν τῇ γεέννῃ*. Καὶ αὐτὸς δὲ ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ φησὶν ἐν κεφαλαίῳ γ'. Οὐκοῦν μὴ νομιζέτω τις κατὰ τὸ τῆς προϋπάρξεως τὸν Διδάσκαλον εἰρηκέναι ἐνταῦθα τὰ εἰρημένα· ἀλλὰ καθὼς εἴπομεν, οὕτω νοητέον τὸ χωρίον. Εἰ μὴ οὕτω νοήσωμεν, εὑρίσκεται αὐτὸς ἑαυτῷ ἐναντιούμενος· ὅπερ καὶ μωρὸν εἰπεῖν· οὐδεὶς γὰρ τοῖς ἑαυτοῦ μάχεται πώποτε. » — « Ne suspiceris hunc auctorem veluti hæreticos asserentes animorum præ-

A exsistentiam, descensum de cœlo, animorum missionem fateri. Simile namque placitum hic aperte oppugnat, ut plane vidisti in superiori libro, imo etiam quem idem edidit *De resurrectione*. Sed aut falsarii locum hunc effinxerunt, quemadmodum et divinas Scripturas plerique depravasse deprehensi sunt a sanctis : aut intelligito eum descensum de cœlo dixisse, quod natura aut substantia animus cœlestis est; propterea que dicitur virtutum superiorum consors esse. Hi siquidem, uti et illi, incorporei sunt, immortales, invisibiles. Unde et cœleste et terrestre animal, homo nuncupatur a Magistro, et mundus parvus. Per ipsum enim Deus unam concordiam et communionem visibilis atque invisibilis creaturæ effecit. Et præ omnibus aliis hæc Nazianzenus Gregorius sua oratione declarat, et præcipue iis quas in Pascha et Lumina habuit. Alia quoque ratione ostenditur propositum dictantis non esse hæc probare. Namque illi veluti in condemna-
B tionem, corpus nempe, tradunt animos de cœlo mitti : hic vero ipsam hominis constitutionem et generationis principium ex circulatione in vulvam seminis esse pronuntiat. Et animadverte quomodo ante duo folia illud, *os ex ossibus meis, et ex carne caro* [1], invisibili facultate assumptus ab eodem opifice fabrefactus effingitur. Quid porro aliud est homo quam utrumque ex animo et corpore? Hoc enim totum homo est, ut scribit Dionysius Areopagita cap. 7 *Ecclesiasticæ hierarchiæ*, et Nazianzenus Gregorius ad Cledonium epistola. Hoc præterea et natura ipsa docet, hominem dici corpus et animam simul. Nam si dividatur, hoc quidem dicitur animus, illud corpus. Quod plane Dominus etiam in Evangeliis ostendit, cum ait [2] : *Ne timeatis illos qui occidunt corpus, animam vero non possunt occidere*. Quare est hoc quidem animus, illud corpus, et utrumque homo. Ideoque dixit : *Timete autem magis eum qui potest animum et corpus occidere in*
C *gehennam*. Idem dicit in libro qui ante hunc scriptus est, cap. 3. Quare nemo suspicetur Magistrum hunc dicta in hoc loco digessisse, ut animorum præexsistentiam comprobaret, sed ut nos exposuimus, ita accipiendus locus est. Quod si is ita non intelligatur, idem ipse sibimet ipsi contraria dicere comperietur; quod stultum est dicere : nemo siquidem suis unquam adversatur. » An vero anima causetur ex semine, et quomodo uniatur corpori, vide apud S. Thomam I parte, quæst. 118.

Ibid. *Ipsa siquidem in occulto homines indumenta animi prætexens effingit*. Videtur ex opinione Platonis in *Cratylo* et *Gorgia* loqui Methodius. Plato siquidem aiebat corpora animis deservire vice sepulcrorum, dicique σῶμα quasi σῆμα. Καὶ γὰρ σῆμά τινές φασιν αὐτὸ εἶναι τῆς ψυχῆς ὡς τεθαμμένης ἐν τῷ νῦν παρόντι· καὶ διότι αὖ τούτῳ σημαίνει, ἃ ἂν σημήνῃ ἡ ψυχὴ, καὶ ταύτῃ σῆμα ὀρθῶς καλεῖσθαι. Δοκοῦσι μέντοι μοι κάλλιστα θέ-
D σθαι οἱ ἀμφὶ Ὀρφέα τοῦτο τὸ ὄνομα, ὡς δίκην διδούσης τῆς ψυχῆς, ὧν δὴ ἕνεκα δίδωσι. Τοῦτον δὲ περίβολον ἔχειν, ἵνα σώζηται δεσμωτηρίου εἰκόνα. Εἶναι οὖν τῆς ψυχῆς τοῦτο αὐτὸ, ὥσπερ ὀνομάζεται, ἕως ἂν ἐκτίσῃ τὰ ὀφειλόμενα τὸ σῶμα. « Etenim σῶμα nonnulli aiunt esse animæ σῆμα, tanquam ad hoc quidem tempus anima sit in corpore sepulta; vel recte ideo est σῆμα, quoniam corporis ministerio utitur anima ad eas res quas sibi obsignarit significandas explicandasque. Quanquam et mihi quidem rectissime videtur Orpheus ipsiusque studiosi istius vocabuli originem notasse, videlicet ut significetur anima pœnas pendere, et quidem explicari qua de causa illas pœnas pendat. Animum igitur quasi vallum claustrumque, carceris scilicet imaginem ut corpus circumferre, ut ipsa σώζηται, servetur, ac proinde illud ipsum esse animæ corpus, quod præ se fert vocabulum, donec quæ debet

[1] *Gen.* II, 23. [2] *Matth.* X, 28.

anima plane in corpore persolverit, nimirum sit τὸ σῶμα. » Et in *Gorgia* : Καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι ἴσως τέθναμεν· ὅπερ ἤδη που ἔγωγε καὶ ἤκουσα τῶν σοφῶν, ὡς νῦν ἡμεῖς τέθναμεν, καὶ τὸ μὲν σῶμά ἐστιν ἡμῶν σῆμα. « Et nos revera morimur. Illud enim a sapientibus audivi nos nunc mori, et nostrum σῶμα, *corpus*, esse σῆμα, *sepulcrum*. » Ex quo sua desumpsit Origenes, qui etiam corpus carcerem animi nuncupavit, in quo inclusus male factorum in cœlo pœnas lueret : et lib. v et VII *contra Celsum*, tabernaculum et indumentum sæpius. Late tamen sumpto vocabulo verba Methodii accipienda sunt. Cum enim animus ipse non videatur, sed actiones ipsius per corpus expressæ; ideo corpore velut involucro contegi videtur : et infra σάρκινον τῆς ψυχῆς χιτῶνα, *carneam animi vestem*, corpus appellavit; et orat. 3, § 7, hominem, Christi indumentum. Quo etiam modo intelligendus est Paulus apostolus II Corinth. cap. I, qui οἰκίαν σκήνους, *domum tabernaculi*, corpus, exteriorem hominem, ad interioris vocavit differentiam; et ad exponendum ex hoc corpore animi exitum, et incorruptibilitatis acquisitionem, *exspoliari* et *supervestiri* vocabulis usus est.

Col. 58. A. *Hinc et angelis curatoribus*. Nota, statim atque nascuntur homines, custodiæ angelorum committi.

Ibid. B. *Immortalem enim, et quod non veterascit*. His error refellitur asserentium, cum progignuntur animi, non novam substantiam, neque aliam ab ea quæ est, importari, sed eam quæ sit, per providentiam multiplicari. Hinc Eunomius illud, *Pater meus operatur* [a], non de creatione, sed de Providentia dictum esse intelligebat. Hinc Apollinarius putabat, animos ab animis gigni, ut a corporibus corpora. Progredi enim uti propagationem corporum, animum per propagationem primi hominis in omnes, qui ex illo generantur : neque enim sepositos esse et conditos animos, neque nunc gigni. Qui enim hoc dicunt, Deum mœchis operam navantem faciunt, quod ex his pueri nascantur ; et mendacii illud evinci, *Cessavit Deus ab omnibus operibus suis, quæ cœpit facere* [b], cum nunc etiam animos faciat. Errorem confutat Nemesius *De natura hominis*, cap. 2, et notat differentiam Providentiæ et creationis : Προνοίας μὲν γὰρ ἔργον ἐστὶ τὸ ἐξ ἀλληλογονίας διασώζειν τὴν τῶν φθαρτῶν ζώων οὐσίαν· λέγω δὲ τῶν μὴ κατὰ σηπεδόνα γενομένων· ἐπειδὴ τὴν τούτων διαδοχὴν σηπεδὼν πάλιν ἑτέρα διαφυλάττει· κτίσεως δὴ τὸ κράτιστον ἔργον τὸ ἐξ οὐκ ὄντων ποιεῖν. « Providentiæ enim opus est, per unius ortum ex altero conservare substantiam caducorum animalium : dico eorum quæ ex putredine non nascuntur. Nam horum propagationem alia rursus putrefactio conservat. Creationis vero præstantissimum officium est, ex nihilo aliquid efficere. » Dicta de prognatis ex putrefactione, ne ita dicta existimes, quasi ea Nemesius Providentiæ subtrahat, sed tantum ad notandum Providentiæ opus circa ea quæ ad sui generationem externo agente indigent. Et animum produci a Deo disposita materia per actionem agentis, insinuat D. Thomas I part. quæst. 118, art. I, ad 3.

Col. 62. D. *Etenim cum character ipsius*. Nota de charactere et profunditate sententiarum Pauli.

Col. 79. A. *Bonum eis est, si manserint ut et ego*. Oritur ex his verbis Pauli quæstio perdifficilis : num D. Paulus cælebs fuerit, vel uxorem duxerit? Uxorem duxisse tradit Ignatius martyr epistola ad Philadelphenses (2), cum illum inter conjugatos apostolos enumerat : Εὔχομαι γάρ, ἄξιος Θεοῦ εὑρεθείς, πρὸς τοῖς ἴχνεσιν αὐτῶν εὑρεθῆναι ἐν τῇ βασιλείᾳ, ὡς Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, ὡς Ἰωσήφ, καὶ Ἡσαΐου καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν, ὡς Πέτρου καὶ Παύλου, καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων τῶν γάμοις προσομιλησάντων. « Opto enim ut dignus sim in regno cœlorum ad horum pedes locum mihi dari, ut Abrahæ, Isaac, Jacob, ut Joseph, Isaiæ et aliorum prophetarum : ut Petri et Pauli, et aliorum apostolorum qui nuptiis operam dederunt. » Ignatius, apostolis σύγχρονος, consuetudine conjunctissimus, sanctitate illustris, veritatis amator, cujus laus apud sanctissimos et præstantissimos viros maxima est, potuit similia, uti erant, conquirere, et scire etiam in dubiis ab iisdem apostolis. In argumento simili, cum virgines conjugatis præfert, non ex apostolis præcipuos, si illi non erant, in conjugatorum numero collocasset. Ergo fuere. Ergo Paulus inter conjugatos accensendus est. Clemens Alexandrinus, falsa epistolæ Pauli interpretatione, Paulum conjugatum facit. Verba Clementis recitat Eusebius lib. II *Histor*., cap. 24, et Nicephorus Callistus lib. II, cap. 44. Cælibatum tamen illius acerrime defendunt Ambrosius, Hieronymus, Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Œcumenius et alii; probantque constantissime ex ipsius Pauli verbis : *De non nuptis et viduis bonum est illis, si sic permanserint, sicut et ego* [c]. Adducta ex Ignatio dicunt esse corrupta, et nomen Pauli additum. In margine editionis Antuerpianæ apud Christophorum Plantinum 1572, in 8°, adnotatur : *Pauli nomen in antiquissimis codicibus Anglicanis et aliis non exstare, et doctissimos plerosque oscitantiam sciolorum aut scribentium assumentum censere*. Baronius, anno Christi 57, num. 58, multis atque optimis argumentis concludit et Pauli cælibatum et nomen Pauli esse ab adversariis epistolæ additum. Prostat resolutio quæstionis de S. Paulo apostolo, an conjugatus fuerit, necne, auctore Kiliano Leib, priore Rebdorfensi, anno 1645, in-4°, non indocta. Alii quoque inter Catholicos hoc argumentum optime pertractarunt, quibus suum calculum addit noster Methodius in hoc suo *Symposio*.

Col. 94. C. *Hæ autem promissiones post resurrectionem*. Et clarius adhuc orat. v, § 7 : Ἀλλ' Ἰουδαῖοι μὲν τὴν σκιὰν ἀπὸ τῆς εἰκόνος, τρίτην ἀπὸ τῆς ἀληθείας, κατηγγέλκασιν· ἡμεῖς δὲ τὴν εἰκόνα τῆς κατ' οὐρανὸν διοικήσεως ἐναργῶς ἐκθειάζομεν. Τὸ γὰρ ἀληθὲς ἀκριβῶς μετ' ἀνάστασιν δηλωθήσεται, ὁπότε πρόσωπον κατὰ πρόσωπον τὴν ἁγίαν σκηνὴν τὴν πόλιν τὴν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεός, ἀλλ' οὐ δι' αἰνιγμάτων καὶ ἐκ μέρους ἐποπτεύσομεν. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ τὰ ἡμέτερα προανεφώνησαν· ἡμεῖς δὲ τὰ οὐράνια προαγγέλλομεν· ἐπειδήπερ ἡ μὲν σκηνὴ σύμβολον ἦν τῆς Ἐκκλησίας, ἡ δὲ Ἐκκλησία τῶν οὐρανῶν. « Sed Judæi quidem umbram ab imagine, a veritate nempe tertiam, denuntiarunt : nos vero cœlestis dispositionis imaginem palam admirantes, divinis laudibus extollimus. Nam quod verum est exacte post resurrectionem manifestabitur, cum facie ad faciem sanctum tabernaculum, civitatem nimirum cœlestem [d], cujus opifex et conditor est Deus, non per speculum in ænigmate, neque ex parte, aspectu ipso percipiemus. Judæi namque nostra prædixerunt; nos cœlestia prænuntiamus : cum tabernaculum typus esset Ecclesiæ, Ecclesia vero cœlorum. » Scribit Methodius tabernaculum apud Hebræos imaginem Ecclesiæ fuisse : sic eos per ea quæ sensibus objiciebantur, rerum divinarum species prænuntiasse, cum tabernaculum esset divinæ administrationis species. Et hæc quidem Hebræi in figuris et typis : Christianos vero figuris clarius, sed veritate et re ipsa obscurius colere quod purum et sincerum nondum ad homines pervenit, et eos non posse conspicere puram putam, nisi post resurrectionem,

[a] *Joan*. v, 17. [b] *Gen*. II, 2. [c] *I Cor*. VII, 8. [d] *Hebr*. XI, 10.

(2) Non Ignatius, sed Ignatiaster, veræ Ignatianæ epistolæ interpolator, id tradit. GALL.

immortalitatem. Hinc tres status hominum colligit, Judæorum ante Christum, qui umbram a veritate tertiam denuntiabant; Christianorum, qui cœlestis dispositionis imaginem laudant et colunt; beatorum; qui non per speculum et in ænigmate et ex parte, sed facie ad faciem Deum post resurrectionem videbunt. Quare visionem Dei post resurrectionem beatis concedendam esse astruit. Sicque videtur præstantissimus martyr favere dicentibus, visionem beatificam post judicium et resurrectionem corporum adfuturam. Nam si Judæi umbram tertiam a veritate denuntiant; nos imaginem ante resurrectionem colimus, et veritatem cœlestem profitemur, et veritas ipsa consecutura est post resurrectionem. Ergo veritatem ipsam post resurrectionem consequemur, quæ in visione beatifica consistet, cum facie ad faciem, ut ipse dicit, non per speculum in ænigmate, neque ex parte, sed aspectu ipso illam percipiemus. In hoc vero loco promissiones bonorum factas virginibus et cum Christo assistentiam in cœlo, postquam incorruptorum præmiorum certamen devicerint, post resurrectionem ad exitum perducendas esse decernit. Et quænam ante resurrectionem beatorum erit fruitio? quæ Dei visio? quod gaudium? quod bene gestorum præmium? Et interim beatæ illæ animæ quonam latent in loco? qua confidentia pro nobis Deum supplicant? Qua nos spe earum intercessionibus adjuvari singulis horis exoramus? Est hoc nugacium hominum delirium, quod fuse rejecimus tum alibi, tum epistola ad D. Boineburgium, Græcorum quibus id tribuitur, adductis testimoniis. Veruntamen verba martyris, si recte examinentur, aliud sonant. Cum enim in duobus primis statibus agat de homine, non ut anima tantummodo est, sed ut animo et corpore constat; pari modo in tertio quoque statu accipiendus est homo, nempe integer ex animo et corpore conflatus; et tum vera dicit. Ante enim resurrectionem, licet animus hominis perfecte beatitudinem possideat, non dicitur tamen homo possidere; cum pars ipsius, corpus videlicet mortuum et jacens, nondum illam assecutum sit, quam resurgens et animo unitum consequetur, cum vere tum homo eam constans animo et corpore obtinebit. Quod et ipse apertissime indicavit, cum scribit, *tum non ex parte, sed aspectu ipso percipiemus*. Ergo ante resurrectionem ex parte percipitur, nempe ab homine non integro, cum illa fruatur animus solus a corpore sejunctus. Neque dicendum est eum intellexisse beatitudinem *ex parte*, imperfecte nempe et non integram ac totam percipi. Nihil enim in Deo imperfectum est et non integrum: quod de homine dici nequit, cum sua parte destitutus, corpore nempe, integer aut perfectus dici nequit. Et quamvis primo suo dicto animis tantum, nulla facta corporis mentione, dicat post resurrectionem promissa illa persolvenda; eo in loco ex meliore ac potiore parte hominem ex corpore et anima intelligit: et cum insinuat certamina et victorias in hac vita, quorum præmium promissiones illæ sunt; necesse est juxta eumdem, cum illa certamina non fuerint animorum solum sed corporum etiam, præmia illa et certantibus et victoribus qui non alii sunt quam animi et corpora, tribuenda esse: quod non nisi post resursurrectionem eveniet. Quod et manifestius infra expressit orat. VI, § 3, cum de castimoniam servantibus sermonem inculcans, non tantum de animis, sed de toto homine certante, et qui pro certaminibus præmiis alliciendus est, verba facit: Ἡ γὰρ πεντάφωτος ἡμῶν ἀληθῶς λαμπὰς ἡ σάρξ ἐστιν, ἣν ἡ ψυχὴ βαστάζουσα δᾳδὸς δίκην τῷ νυμφίῳ παρίσταται Χριστῷ, τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως, παραφαίνουσα διὰ πασῶν τῶν αἰσθήσεων διεκθρώσκουσαν λαμπρὰν τὴν πίστιν. « Nam lampas quinis luminibus decora, A vere caro est, quam anima gestans instar facis adstat sponso Christo, resurrectionis die per omnes sensus commonstrans exsilientem splendidam fidem. » Quod si tantum hoc de animis dictum contendis, non minus ipse hæc in loco de corpore et carne absque animo et verisimilius dici contendam. Aut tu negabis omnino de corpore solummodo dici, cum post resurrectionem corpus et animus simul perfectissime visione fruentur: et ego nunc nego de animis solummodo illum intelligendum esse, qui absolutissime Deum possident: sed de corpore et animo eum verba facere, quæ nonnisi post resurrectionem beatitudine fruentur. Nec aliud sensit Methodius, ni velimus dicere, eum in paucissimis verbis sibi pugnantia pronuntiasse. Hic enim beatos visione beata frui palam pronuntiat orat. IV, § 2: Τοῦτο γὰρ ἐν τῷ ἑκατοστῷ καὶ τριακοστῷ ἕκτῳ δηλοῦται ψαλμῷ, ἔνθα ὕμνον εὐχαριστήριον ἀναπέμπουσιν ἱλαρῶς αἱ ψυχαὶ τῷ Θεῷ, ὁπόσαι δὴ παρα-B ληφθεῖσαι καὶ κρατηθεῖσαι περιπολοῦσιν ἤδη μετὰ Χριστοῦ τὸν οὐρανὸν, ὅτι μὴ κατεσπάσθησαν ὑπὸ τῶν ὑλικῶν καὶ σωματικῶν ῥευμάτων. « Et satis aperte in sexto et tricesimo supra centesimum psalmo cecinit, in quo pro gratiarum actione hilariter animæ, quæ apprehensæ detentæque nunc cum Christo cœlum circumeunt, quod a materiatis et corporeis fluctibus abreptæ non sunt, laudem Deo transmittunt. » In quo notandæ particulæ δὴ et ἤδη, quæ *sane*, *jam*, *certe*, *nunc*, *nempe*, et similia significant. Quare cum asseveranter dicat, animos jam in hilaritate constitutos hymnum Deo canere, et detentos apprehensosque cum Christo cœlum circumire, decernit plane nunc in beatitate illos collocatos, visione beatifica frui. Nemo quod anxie exspectat, si non possideat, hilaris est: quin illa exspectatione et desiderio boni quod sperat aliquando futurum, indolet et contabescit. Et quis gratias agit, si non receperit beneficium, nec labo-C rum præmium? Et quænam major excogitari poterit beatitudo, quam una cum Christo esse et cum eo cœlum circumire? Non aliam suorum certaminum coronam, non aliud præmium poscebat Paulus: *Cupio dissolvi et esse cum Christo* [1]. Et dicto Methodii jam dissoluti corpore animi apprehensique detentique, status nempe sui securitate quam nunquam amittent, cum Christo sunt lætitia exsultantes et Deum collaudantes. Et orat. VIII, § 2: Ὅθεν καὶ πρῶται τῶν ἄλλων μετὰ τὴν ἀνάκλησιν καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν αἱ ὀρθῶς καὶ πιστῶς παρθενεύσασαι τῷ Χριστῷ τὰ νικητήρια φέρονται τῶν ἄθλων, τοῖς τῆς ἀφθαρσίας ἄνθεσι στεφθεῖσαι παρ' ἑαυτοῦ. Ἅμα γὰρ τῷ καταλεῖψαι τὸν κόσμον τὰς ψυχὰς, λόγος ταῖς παρθένοις ὑπαντῶντας ἀγγέλους μετὰ πολλῆς εὐφημίας εἰς τοὺς προειρημένους παραπέμπειν λειμῶνας αὐτὰς, εἰς οὓς καὶ πρόσθεν ἐλθεῖν ἐγλίχοντο, μακρόθεν αὐτοὺς φαντασιωθεῖσαι τότε, ὁπότε ἔτι ἐπενδημοῦσαι τοῖς σώμασιν ἰνδάλλοντο τὰ θεῖα. Ἐνταῦθα οὖν δὴ ἐλθούσας θεάσασθαι D θαυμαστά τινα, καὶ ἐκλάμποντα, καὶ μακάρια κάλλη, καὶ ὁποῖα ἐξειπεῖν εἰς ἀνθρώπους δυσχερές. Εἶναι γὰρ αὐτὴν δικαιοσύνην, καὶ αὐτὴν σωφροσύνην, ἀγάπην αὐτὴν ἐκεῖ, καὶ ἀλήθειαν, καὶ φρόνησιν, καὶ τὰ ἄλλα ὡσαύτως ἐπιφανῆ τῆς σοφίας ἄνθη καὶ φυτῶν ἡμεῖς ἐνθάδε σκιὰς μόνας φασματιώδεις ὀνειρώσσοντες, ἀπὸ τῶν πράξεων ἡγούμεθα τῶν ἀνθρωπίνων συνίστασθαι, ὅτι μὴ ἔστιν αὐτῶν δεῦρο μηδὲν εἴδωλον καταφανὲς, ἀλλ' ἀπεικονίσματα μόνον ἀειδῆ, ἃ δὴ καὶ αὐτὰ σκοτεινῶς πολλάκις ἀπεικονίζοντες αἰσθανόμεθα. « Hinc et ante alias post vocationem et ex hac vita exitum, rectæ fidelesque Christo virginitatis conservatrices, ab eodem incorruptibilitatis floribus redimitæ victoriæ præmia referunt. Simul enim atque mundum animæ deseruerint, dicitur, virginibus angelos obviam factos, non sine laudum ingenti præconio in prædicta prata dedu-

[1] *Philipp.* I, 23

cere, in quæ antea pervenire appetebant, procul illa imaginatione complexæ tum, cum adhuc in corporibus degentes res divinas sibi repræsentabant. Eo itaque ubi pervenerint, admirabilia quædam et splendida et beata decora, et quæ hominibus verbo exprimere perquam difficile est, intueri. Esse enim ibidem loci ipsam justitiam et ipsam prudentiam, et ipsam dilectionem, et veritatem, et castitatem, et reliqua omnia; similiter præclarissimos sapientiæ flores et plantas : quorum nos hic umbras tantummodo imaginatione confictas somniantes, ex humanis actionibus consistere arbitramur; quod nullum sit eorum hic simulacrum clarum, sed figuræ solum obscuræ et species, quas etiam sæpius subobscure nos effingentes intelligimus. » Et clariora de visione beatifica animorum ante resurrectionem post hanc vitam in Methodio conquirimus?

Col. 98. D. *Nam secundum Unigeniti effigiem facta.* Hujusce rei satis amplam expositionem vide apud Anastasium Sinaitam, orat. *De eo quod homo factus est ad imaginem et similitudinem Dei.*

Col. 103. C. *Nam qui in alto navigant tradunt eodem vento non in eadem loca vehi.* Hoc nos sic expressimus in nostro *Anachronismo Græco :*

Οὐ πέλαγος διάνυσιν ὁμὸς πνόος, οὐδ' ἴος οὖρος·
Παντοίων δ' ἀνέμων αὖρα τάραξεν ἅλα.
Πνεῦμα δὲ τοῖς μὲν ἔην ἀντίπνοον, ἴκμενον ἄλλοις,
Χρειὼ δ' αὖ ἀνέμῳ τῷ παρεόντι τρέχειν·
Αὐτῷ γὰρ διέπλευσε κατάῤῥοον ὁκλὰς ἀήτῃ,
Αὐτῷ νηῦς ἑτέρη δύσσοον οἶδμα θέει.

Col. 125. D. *Sic et sapientiæ Spiritus intellectualis, et sanctus, et unigenitus.* Filium μονογενῆ, *Unigenitum* dici, verum et catholicum est, cum ante eum Filius concipiatur nostro modo intelligendi : at Spiritum sanctum generari cum procedat, et processio aliud a generatione sit, catholicæ aures audire non sustinebunt. Possem hic dicere, id ab hæreticis additum, auctoritate Photii fultus, qui multa ab hæreticis in hoc Dialogo addita esse adnotavit. Et insulse concluderet, Spiritum esse genitum, quia multi defendunt, solum Patrem esse ingenitum, cum et ipse dicatur ingenitus negative, nempe non genitus; qui licet ab alio sit ut persona subsistens per processionem non per generationem, quo modo etiam ad relationem pertinet, sicuti non homo ad genus substantiæ, et non album ad genus qualitatis reducitur. Quare dicimus Methodium locutum generationis vocabulo late sumpto, quemadmodum et alii Patres antiqui, ut indicaret nempe principium et fontem Deitatis Spiritum non habere ex se sed ab alio. Sic ante Methodium Jacobus apostolus epistola catholica cap. I : Πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων. « Omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum. » Hoc testimonio utitur Dionysius Areopagita *De cœlesti hierarch.* cap. 1. Pater originale lumen est, Filius et Spiritus sanctus ex illius substantia, lumina de lumine : quod expressius Damascenus in Carminibus, *Lumen*, inquit, *immutabile, Verbum luminis Patris ingeniti, in lumine tuo hodie viso in Thabor, lumen videmus Patrem, lumen et Spiritum illuminantem omnem creaturam.* Dionysius Areopagita cap. 2 *De divinis nominibus*, Filium et Spiritum sanctum nuncupavit Τῆς θεογόνου θεότητος, εἰ οὕτω χρὴ φάναι, βλαστοὺς θεοφύτους, καὶ οἷον ἄνθη, καὶ ὑπερούσια φῶτα. « Deigenæ divinitatis, si ita dicendum sit, germina Deo orienda, floresque ac lumina supersubstantialia. » Quam supra dixerat πηγαίαν θεότητα, ex qua nempe tanquam origine, fonte et principio prosiliunt et emanant veluti germina, Filius et Spiritus. Nec aliter exponunt Dionysium Maximus Homologeta, et Georgius Pachymerius. Hinc ductus Synesius non alia mente Spiritum et Filium filios appellavit hymno 1 :

Ὑπερούσιος δὲ παγὰ
Στέφεται κάλλει παίδων
Ἀπὸ κέντρου τε θορόντων,
Περὶ κέντρον τε ῥυέντων.

« Supersubstantialis vero fons coronatur pulchritudine filiorum, qui ex centro profluxerunt, et circa centrum defluxerunt. » *Processio enim in divinis*, ut ait D. Thomas I part., quæst. 17, art. 4 ad 3, *non habet proprium vel speciale nomen nisi generationis. Unde processio quæ non est generatio, remansit sine speciali nomine, sed potest nominari spiratio, quia est processio Spiritus.* Et hæc quidem plana sunt. Illud videtur difficultatem augere, quomodo Spiritus unigenitus sit, cum illud tantummodo Filio conveniat. Basilius in *Antirrheticis :* Μονογενὴς ὁ Υἱὸς, διὰ τὸ μόνος ἐκ μόνου γεννᾶσθαι. « Unigenitus Filius, quod solus ex solo generetur. » Gregorius Theologus orat. 2, de Filio : Μονογενὴς δὲ οὐχ ὅτι μόνος ἐκ μόνου καὶ μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ μονοτρόπως. « Unigenitus enim non quod solus ex solo et solum, sed quod etiam singulariter. » Maximus in *Colloquio* contra Anomœum : Ἐπειδὴ μόνος ἐκ μόνου. « Quandoquidem solus ex solo. » Gregorius Thaumaturgus : Εἷς Θεὸς Πατὴρ Λόγου, καὶ εἷς Κύριος μόνος ἐκ μόνου. « Unus Deus Pater Verbi, et unus Dominus solus ex solo. » Damascenus orat. *De Triade :* Μόνος ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, μόνος ἐγεννήθη. « Solus ex solo Patre Filius generatus est. » Sic Gregorius Nyssenus ad Ablabium, postquam causæ et causati, nec non ex causato causati differentiam expressit, concludit : Ὥστε καὶ τὸ μονογενὲς ἀναμφίβολον ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ μένειν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸ Πνεῦμα μὴ ἀμφιβάλλειν, τῆς τοῦ Υἱοῦ μεσιτείας καὶ ἑαυτῷ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς φυσικῆς πρὸς τὸν Πατέρα σχέσεως μὴ ἀπειργούσης. « Ita ut unigenitum sine ulla hæsitatione in Filio maneat, et ex Patre esse Spiritum minime dubitetur, Filii mediatione et ipsi unigenitum conservante, et Spiritum a naturali erga Patrem relatione non arcente. » Similia habent Anastasius Sinaita, et plerique alii Patres Græci. Chrysostomus : Ἰδιότητα γὰρ ὅταν εἴπω, τὸν Πατέρα Πατέρα νόησον, τὸν Υἱὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἅγιον· αὗται γὰρ αἱ ἰδιότητες οὐκ ἀντιστρέφονται. Οὐ δύναται γὰρ ὁ Πατὴρ ἢ Υἱὸς εἶναι, ἢ ὁ Υἱὸς Πατὴρ, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι Πατὴρ ἢ Υἱός. « Proprietatem enim cum dixero, Patrem Patrem intellige, et Filium Filium, et Spiritum sanctum, Spiritum sanctum : hæ enim proprietates non convertuntur. Nam non potest Pater Filius esse, aut Filius Pater, aut Spiritus sanctus aut Pater aut Filius. » Et Theodorus Raithenus : Ταῦτα τὰ τρία οὐδὲν ἀλλήλων διαφέρουσιν ἢ (f. εἰ) μὴ μόνον κατὰ τὰ ἰδιώματα, καὶ τῷ τὸ μὲν εἶναι Πατέρα, τὸ δὲ Υἱὸν, τὸ δὲ Πνεῦμα. « Hæc tria nihilo inter se discordant, nisi solummodo proprietate, et quod hoc Pater est, hoc Filius, hoc Spiritus sanctus. » His tamen non obstantibus, quod postmodum docuerat D. Thomas antea expressit Methodius, cum ait hunc Spiritum unigenitum a paternis thesauris spirari : Καὶ μονογενὲς ἀπὸ τῶν πατρῴων ἄνωθεν πράως καταπνεόμενον θησαυρῶν. « Et Unigenitus, qui ex paternis thesauris desuper placide perflatur, *vel* spiratur. » En quomodo processionem emanationemque quæ non est generatio, generationis nomine inculcatam, spirationis nomine explanavit. Itaque uti supra de genito, ita et de unigenito intelligendus est : cum enim processio amoris non habeat nomen proprium, communiori vocabulo, et quo principium ab alio, et originem suam agnoscit, generationis scilicet explicavit; quam tamen non esse vere generationem, addito alio spirationis nomine indicavit. Ita etiam ut hanc spirationem, et hunc Spiritum unum esse, quemadmodum et genitum unum significaret,

unigeniti nomine, quasi diceret *unispirati* usus est. Unus siquidem est Pater, unus Filius, unus Spiritus sanctus.

Col. 31. C. *Addecebat siquidem reliquis aliis præstantiorem majoremque*. Ergo Pater major est Filio, cujus testimonio ad sua comprobanda Filius utitur. Hoc vero dogma Arii est. Dictionum μείζονος, μεγίστου, καὶ μεγάλου, *majoris*, *maximi*, *et magni*, in Trinitate inventorem facit Apollinarium Theodoretus, *De fab. hæret.* lib. IV, cap. 8: Ἐν ἐνίοις δὲ βαθμοὺς ἀξιωμάτων ὡρίσατο, ἑαυτὸν διανομέα τῆς θείας χειροτονήσας νομῆς. Αὐτοῦ γάρ ἐστιν εὕρεμα τὸ *μέγα, μεῖζον, μέγιστον*· ὡς μεγάλου μὲν ὄντος τοῦ Πνεύματος, τοῦ δὲ Υἱοῦ μείζονος, μεγίστου δὲ τοῦ Πατρός· τί δ' ἂν τούτου γένοιτο γελοιότερον; Εἰ γὰρ μίαν εἶναι τῆς Τριάδος τὴν οὐσίαν τῷ ὄντι φησὶ, πῶς τὴν αὐτὴν καὶ σμικρὰν καὶ μεγάλην ὑπείληφεν; — « In nonnullis vero gradus dignitatum decrevit, semet ipsum divinæ distributionis dispensatorem constituens. Ipsius enim inventum est illud, magnum, majus, et maximum: quasi vero Spiritus magnus exsistat, Filius major, et maximus Pater; quo excogitarine potest magis ridiculum? Etenim si unam esse Trinitatis essentiam vere ait, quomodo eamdem et parvam et magnam existimavit? » Et Eusebius Cæsariensis lib. V, cap. 4, *De demonstratione evangelica*, scribit Filium, τῶν δευτερείων ἠξιῶσθαι, « Secundas obtinere partes. » Et cap. 2, præstantiorem quidem Filium omni angelica natura esse, *inferiorem* tamen, μείονα, *prima causa*. Et clarius ad Euphrasionem episcopum epistola, uti legitur in septima synodo, Act. 6: Οὐ γὰρ συνυπάρχειν φαμὲν τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, προϋπάρχειν δὲ τὸν Πατέρα τοῦ Υἱοῦ· πλὴν αὐτὸς ὁ πάντων μᾶλλον ἀκριβῶς ἐπιστάμενος Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἕτερον ἑαυτὸν εἰδὼς τοῦ Πατρὸς, καὶ μείω, καὶ ὑποβεβηκότα, εὖ μάλα εὐσεβῶς τοῦτο καὶ ἡμᾶς διδάσκει λέγων· Ὁ Πατὴρ ὁ πέμψας με μείζων μου ἐστίν. — « Non enim simul cum Patre Filium fuisse fatemur: verumtamen ipse Filius Dei qui magis omnia liquido novit, alium se a Patre, et minorem, atque inferiorem sciens, admodum pie hoc etiam nos docet dicens: Pater qui misit me, major est me [8]. » Isidorus Pelusiota lib. I, epist. 422: Τὸ μεῖζον καὶ ἔλαττον ἐπὶ τῶν ὁμοουσίων ζητεῖται, καὶ κρίνεται, pag. 108. Hinc Aetius insulse argumentabatur, quod Spiritus secundas partes a Filio teneret, et dignitate et ordine tertius esset, natura quoque tertium illum esse. Verum enimvero has easdem dictiones non in Methodio orthodoxe de Trinitate sentiente reperiri tantum, sed in aliis quoque Patribus et scriptoribus antiquis, qui in illis exercitus est, minime dubitabit. Athanasius orat. I *contra Arianos*: Τοῖς μαθηταῖς ὁ Κύριος τὴν θεότητα καὶ μεγαλειότητα δεικνὺς ἑαυτοῦ, οὐκέτι ἐλάττονα ἑαυτὸν τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ μείζονα καὶ ἴσον ὄντα σημαίνων, ἐδίδου μὲν τὸ Πνεῦμα καὶ ἔλεγεν· Ἐγὼ αὐτὸ ἀποστέλλω, κἀκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, καὶ ὅσα ἀκούσει λαλήσει. — « Discipulis vero deitatem et magnitudinem suam ostentans, non minorem semet ipsum Spiritu, sed majorem et æqualem denotans, elargiebatur Spiritum, aiebatque: Ego illum mittam, et ille me glorificabit, et quæcunque audiet, loquetur [9]. » Basilius oratione III, δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, plane fatetur; quemadmodum Filius δευτερεύει τοῦ Πατρός. Christus quoque in Evangelio de Patre sermonem habens, eum vocat se ipso *majorem* [10]. Non me fugit sub Emmanuele Comneno coactam synodum de humanitate Christi et divinitate Patris verba Christi, *Pater major me est*, exposuisse, et quod non bene illa exponerent, Constantinum Bulgariæ, metropolitam Corcyrensem, et Joannem Irenicum eorum scriptis condemnasse, de qua nos fusius volumine *De consensione utriusque Ecclesiæ* disseruimus. Ne vero prolixiores simus, et Methodiana verba contra atque ea exponebant Arius et alii, sensu vero catholico interpretemur, ut alii se Patres interpretantur, apud Athanasium in divinis, ut supra vidimus, hæc eadem formula dicitur, major et æqualis Filius Spiritu, quæ Arianos ipsos atque Sabellianos jugulat, si originem et causam, ut Græci loquuntur, respicias. Georgius Trapezuntius *De processione Spiritus sancti* ad Joannem Cubloclesium: Ὁ δὲ Υἱὸς οὐ μόνον μείζων τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ καὶ ἴσος. Λείπεται ἄρα τὴν ὑπόστασιν νοεῖν τοῦ Πνεύματος. Ταύτῃ δὲ ἴσος ὁ Υἱὸς τῇ θεότητι, καὶ μείζων τῷ αἰτίῳ. Τὸ γὰρ μεῖζον οὐ δυνάμενον ἐν τῇ Τριάδι τῇ οὐσίᾳ λέγεσθαι, ἀνάγκη τοῖς διακριτικοῖς ἀπονέμεσθαι. Μόνῳ δὲ τῷ αἰτίῳ καὶ τῷ αἰτιατῷ τὰ θεῖα πρόσωπα διακρίνεται. Μείζων ἄρα ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος μόνῳ τῷ αἰτίῳ. « Filius vero non tantum Spiritu major est, sed et æqualis. Reliquum est igitur, ut hypostasis Spiritus intelligatur: illi enim æqualis est Filius divinitate, et major causa. Nam cum majus in Trinitate essentia nihil dici possit, necesse est illud discernentibus attribui. Sola vero causa et effectu divinæ personæ discernuntur. Major ergo Filius Spiritu, causa tantummodo. » Joannes Plusiadenus *Dialogo de concilio Florentino*: Ἔγνως ἄρα τί δηλοῦν βούλεται τὸ μείζονα καὶ ἴσον αὐτὸν εἶναι τοῦ Πνεύματος; ἴσον μὲν κατὰ τὸ ὁμοούσιον· οὐδὲν γὰρ τῶν τριῶν προσώπων μεῖζον καὶ ἔλαττον τῇ οὐσίᾳ καὶ τῇ θεότητι, ἀλλ' ἄκρα ἰσότης· μείζονα δὲ, ὅτι ἀπ' ἐκείνου τὸ εἶναι ἔχει. « Cognovisti itaque quid innuere vult majorem et æqualem esse ipsum Spiritu; æqualem quidem secundum substantiam: ex tribus enim personis nulla major aut minor aut essentia aut divinitate est, sed summa in illis æqualitas: majorem quod ab eo habeat, quod sit. » Simon Byzantius *De processione Spiritus sancti* ad Sophoniam Athrescum verba Basilii ex tertio *Antirrhetico* exponens: Ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν, πρόδηλον, ὡς ἐπὶ τῆς ὑπερουσίου Τριάδος τὸ ἀξίωμα, εἴπερ ἐστὶν ἐκ τῶν οὐσιωδῶν ἰδιωμάτων, ἐξ ἴσου κοινόν ἐστι ταῖς τρισὶ θεαρχικαῖς ὑποστάσεσι. Τί οὖν ἐστιν ὃ λέγει ἐνταῦθα ὁ μέγας Βασίλειος, ὅτι τὸ Πνεῦμα, ὥσπερ τῇ τάξει, οὕτω καὶ τῷ ἀξιώματι δεύτερόν ἐστι τοῦ Υἱοῦ; Δοκεῖ γὰρ ἐκ τούτου εἰσάγειν τῇ Τριάδι αὐτὸς βαθμοὺς ἀξιωμάτων, καὶ ἐπακολούθως φύσεων. Καὶ γὰρ εἰ τῷ ἀξιώματι τὸ Πνεῦμα δεύτερόν ἐστι τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοὔμπαλιν ὁ Υἱὸς ἔσται τοῦ Πνεύματος μείζων τῇ ὑπεροχῇ τοῦ ἀξιώματος, καὶ ὁ Πατὴρ ἀκολούθως τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἰδίου· ὅπερ ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς *κατ' Εὐνομίου Ἀντιῤῥητικοῖς* οὐδαμῶς καταδέχεται. Τί τὸ λοιπόν ἐστιν ὅ φησι; Δοκεῖ γὰρ αὐτὸς ἑαυτῷ ἀντιλέγειν ἐν τούτῳ τῷ μέρει. Ἀλλ' εἰς λύσιν τοῦ τοιοῦδε ζητήματος προσεκτέον, ὡς ὁ Εὐνόμιος ἐν τοῖς ψευδοέπεσιν αὐτοῦ συγγράμμασιν, εἰπὼν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὡς ὁ αὐτὸς καὶ οἱ αὐτοῦ ὁμόφρονες τὴν τῶν ἁγίων ἐν ἅπασι διδασκαλίαν φυλάσσοντες, παρ' ὧν αὐτὸ τρίτον τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει μαθόντες, τρίτον εἶναι καὶ τῇ φύσει πεπιστεύκασιν· ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ εἰρημένῳ περὶ τοῦ Πνεύματος τρίτῳ λόγῳ αὐτοῦ ἀποκριθεὶς αὐτῷ δύο ποιεῖ· πρῶτον μὲν ἐλέγχει Εὐνόμιον, ὡς ἐψεύσατο ταῦτα εἰπὼν, διὸ καὶ λέγει· « Τίνες οἱ ἅγιοι καὶ ἐν ποίοις λόγοις τὴν διδασκαλίαν πεποίηνται, εἰπεῖν οὐκ ἔχει. Ἆρα γέγονεν οὕτω τολμηρὸς ἄνθρωπος τὰς περὶ τῶν θείων δογμάτων καινοτομίας εἰσηγούμενος! » Τὸ δεύτερον, εἰδὼς ὁ μέγας Βασίλειος, ὅτι τὸ ἀξίωμα ἐπὶ τῆς ὑπερουσίου Τριάδος διχῶς ἐκλαμβάνεται, οὐσιωδῶς τε καὶ προσωπικῶς, συγχωρεῖ Εὐνομίῳ, ὡς ἐκ τῶν ἀνωτέρω δῆλον καθίσταται, τοῦ ἀξιώματος τὴν φωνήν· διὸ καὶ κατ' ἐκείνου φησί· « Τίς γὰρ ἀνάγκη, εἰ τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει τρίτον ὑπάρχει τὸ Πνεῦμα, τρίτον εἶναι αὐτὸ καὶ τῇ φύσει; ἀξιώματι μὲν γὰρ, οὐ τῷ οὐσιώδει, ἄπαγε! Κατὰ γὰρ τὸ αὐτὸ οὐδεμία τῶν τριῶν θείων ὑποστάσεων προσεπιθεωρεῖται, ἢ προθεωρεῖται τῆς ἄλλης· ταυτίζονται γὰρ τῇ αὐτῇ· ἀλλὰ τῷ ἰδίῳ προσ-

[8] *Joan.* XIV, 28. [9] *Joan.* XVI, 23. [10] *Joan.* XIV, 28.

ωπικῷ αὐτοῦ ἀξιώματι δεύτερον χρηματίζει Υἱοῦ· καίτοιγε, ὥς φασιν, πρόσωπόν ἐστιν ὄνομα ἀξιώματος. « Sed forte quispiam dixerit : manifestum est in supersubstantiali Triade dignitatem, siquidem est ex essentialibus proprietatibus, eodem modo communem esse tribus divinitatis principibus hypostasibus. Quid igitur est, quod hic magnus Basilius asserit, Spiritum uti ordine, ita et dignitate secundum esse a Filio? Videtur enim hisce insinuare in Trinitate gradus dignitatum, et consequenter naturarum. Namque si dignitate Spiritus secundus a Filio est, erit item Filius excellentia dignitatis major Spiritu, et Pater consequenter proprio Filio : quod ipse in *Antirrheticis adversus Eunomium* nullo modo admittit. Quid ergo est quod ipse dicit? namque ipse contraria hoc in loco videtur insinuare. Verumtamen pro resolutione hujusmodi quæstionis attendendum est, Eunomium in suis mendaciloquis commentariis, cum dixisset de Spiritu sancto, semetipsum et reliquos qui una cum eo sentirent, sanctorum in omnibus doctrinam servare, a quibus cum didicerimus tertium ipsum esse dignitate et ordine, tertium itidem natura ipsum esse credere; magnus Basilius in jam laudato tertio suo *De Spiritu sancto* libro respondens, duo peragit : Primum quidem, Eunomium uti mendacem cum similia asserit, redarguit, quare et subdit : Quinam vero isti sancti sunt, et quibus verbis id docuerunt, dicere non potest. An vero quispiam unquam sese novis divinis placitis introducendis tam audacem præbuit? Secundum, cum sciret magnus Basilius dignitatem in supersubstantiali Triade dupliciter sumi, essentialiter et personaliter; concedit Eunomio, ut ex supra jam allatis manifestum fit, dignitatis vocem; ideoque adversus eumdem dicit : Quæ ergo necessitas est, Spiritum sanctum tertium esse natura, etiamsi ordine et dignitate tertius est? Nam dignitate quidem, non essentiali, absit! secundum enim illam rationem nulla ex divinis personis aut intelligitur aut præintelligitur : namque una sunt *illa*; sed propria sui ipsius dignitate secundus est a Filio, licet, ut inquiunt, persona est nomen dignitatis. » Sed hi recentiores sunt. Fateor. Antiquiores advocemus. Constantinus Meliteniota orat. II *De processione Spiritus sancti* : Ὥσπερ γάρ, ἵνα κατ' αὐτὸν τὰ θεῖα πολὺν καὶ αὖθις ἐρῶ, τάξει καὶ ἀξιώματι τοῦ Πατρός ἐστιν ὁ Υἱὸς δεύτερον, ὅτι παρ' αὐτοῦ κέκτηται μεθ' ὧν ἄλλων πλουτεῖ καὶ τὴν αἰτίαν καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑπάρξεως, οὐ κατ' ἔννοιαν ἑτέραν τινὰ τοῦ ἀξιώματός τε καὶ τῆς τάξεως· οὐδαμῶς· ἐπειδήπερ αἱ λοιπαὶ πᾶσαι χωρὶς ταύτης ἀποφέρονται πολύ τι τὸ βλάσφημον· οὕτω δεύτερον τάξει, καὶ τοῦτ' αὐτὸ τοῦ θεηγόρου Πατρὸς καὶ ἀξιώματι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατ' οὐδεμίαν αὐτῶν ἔννοιαν, ἀλλ' ᾗ πέφυκε τοῦ Μονογενοῦς, πλὴν ὅτι σοι παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχει, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνει, καὶ ἀναγγέλλει ἡμῖν, καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξῆπται. « Quemadmodum enim, ut juxta divinissimum hunc virum denuo sermonem instituam, ordine et dignitate a Patre Filius secundum quod est, et quod ab eo pendeat, tum rebus aliis omnibus quibus abundat; et causam et principium suæ exsistentiæ, non secundum aliam quampiam dignitatis aut ordinis intelligentiam, cum reliquæ aliæ omnes præter hanc unam solam multum in se blasphemiæ contineant : sic secundum quid ordine; quod ipsius diviniloqui Patris est, Spiritus sanctus est, secundum nullam aliam intelligentiam, nisi quod ex eo est, et ab eo quod sit habeat, et ab eo accipiat, et nobis annuntiet, et omnino ab ea causa dependeat. » Nicetas Maroniæ archiepiscopus Thessalonicensis, oratione secunda *de processione Spiritus sancti*, cum Græcis opposuisset, si Spiritus a Filio procederet, majus quid haberent Pater et Filius ipso Spiritu, cum a Spiritu nihil procedat; et illi haberent aliquid,

A quod Spiritus non haberet, respondet Latinus, et optime : Ἀλλ' οὐ κατ' οὐσίαν, ὦ οὗτος, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ τὸ μεῖζον πρὸς τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' ἢ ἄρα κατὰ τὴν ἰδιότητα, ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα· οὐ μὲν ὁ Πατὴρ ἢ ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πνεύματος. Καὶ ὅτι τοῦ Πνεύματος ἰδιότης οὐ τὸ γεννᾶν ἢ προβάλλεσθαι, ἀλλὰ τὸ ἐκπορεύεσθαι. Οὕτω δὲ τὸ μεῖζόν ἐστι καὶ τῷ Πατρὶ πρὸς τὸν Υἱόν· μείζων γὰρ ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, καθά φησιν αὐτὸς ὁ Κύριος, *Ὁ Πατήρ μου μείζων μου ἐστίν*, ἀλλὰ τῷ αἰτίῳ, ἢ ἑτέρῳ λόγῳ τινί, οὐ τῇ οὐσίᾳ. Καὶ γὰρ ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρός, καὶ οὐχ ὁ Πατὴρ ἐκ τοῦ Υἱοῦ· ἡ δὲ οὐσία μία καὶ ἡ αὐτή, καὶ κατ' αὐτὴν ἀπαραλλαξία καὶ ἰσότης ἐστίν· ἢ ταυτότης τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ οὐδεμία διαφορά. Ὥσπερ οὖν ἐπὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν ταυτότης ἐστὶν ἀπαράλλακτος, κατὰ τὸ αἴτιον δὲ μείζων ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ὡς γεννήτωρ οὐχ ὡς Θεός, καὶ τοῦτο οὐκ ἄτοπον· οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος,
B κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν αὐτὸ ἴσον καὶ τὸ ταυτόν, κατὰ δὲ τὸ εἶναι τὸν μὲν Υἱὸν προβολέα τοῦ Πνεύματος, τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, καὶ τὸ μὲν Πνεῦμα εἶναι ἐκ τοῦ Υἱοῦ, οὐ μὴν τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πνεύματος, τὸ μεῖζον ἴσως ἁρμόσει τῷ Υἱῷ. Ὅτι δὲ ὡς ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ καὶ μείζων καὶ ἴσος, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς καὶ μείζων τοῦ Πνεύματος καὶ ἴσος, ὁ μέγας τῆς Ἀλεξανδρέων ἀρχιερεύς φησιν Ἀθανάσιος ἐν τῷ πρώτῳ κατ' Ἀρειανῶν λόγῳ. Καὶ πάλιν· Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ ἅγιος. Δῆλος δέ ἐστι λέγων, ὅτι κατὰ μὲν τὴν τῆς θεότητος οὐσίαν ἴσος τῷ Πνεύματι ὁ Υἱός· μείζων δὲ πάλιν κατ' ἄλλο τι· καὶ δῆλον, ὅτι ἴσως κατὰ τὴν τῆς ἑαυτοῦ θεϊκῆς ὑποστάσεως ἰδιότητα· ὥσπερ καὶ ὁ Πατὴρ μείζων τοῦ Υἱοῦ λέγεται, οὐ κατὰ τὴν φύσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἰδιότητα, ἢ ὡς κατὰ τὸ αἴτιον. Καὶ γοῦν καὶ ὁ Υἱὸς μείζων τοῦ Πνεύματος, ὅτι χορηγεῖ τὸ Πνεῦμα πρὸς ἡμᾶς καὶ ἀποστέλλει, καθὼς καὶ αὐτὸς ἀποστέλλεται παρὰ τοῦ Πατρός. Τάχα δέ, ὅτι καὶ προβολεύς
C ἐστι τοῦ Πνεύματος, ὥσπερ λέγομεν. « Sed non secundum essentiam, o amice, Patri et Filio respectu Spiritus majus inest, sed secundum proprietatem, quod ex Patre et ex Filio Spiritus est, non vero Pater aut Filius ex Spiritu; et quod Spiritus proprietas est non generare aut producere, sed procedere. Pari ratione Patri quoque inest majus respectu Filii : major enim est Pater Filio, ut ipse Dominus ait, *Pater meus major me est* [11]; sed causa aut alia quapiam ratione, non essentia. Namque Filius ex Patre est, et non Pater ex Filio : essentia vero una et eadem, et in ipsa immutabilitas et æqualitas est; aut etiam unum idemque Patri et Filio, nullumque discrimen. Quemadmodum enim in Patre et Filio secundum essentiam quidem unum idemque immutabile est; secundum causam autem major Pater Filio, sed ut genitor, non ut Deus; neque hoc inconveniens, sic et in Filio et Spiritu secundum essentiam quidem unum æqualeque; secundum vero quod Filius
D producit Spiritum, et Spiritus ex Filio procedit, et Spiritus ex Filio est, non vero Filius ex Spiritu; majus Filio adaptabitur. Uti vero Filio Pater major est et æqualis, ita et Filius major æqualisque Spiritui fuerit. Magnus Alexandrinæ Ecclesiæ præsul Athanasius *prima contra Arianos orat.* I affirmat et (*relatis Athanasii verbis, a nobis quoque supra adductis*) subdit : Et hæc quidem sanctus ea mente profert, secundum Deitatis essentiam æqualem Spiritui esse Filium : majorem vero rursus secundum aliud; et manifestum est esse secundum divinæ ipsius hypostaseos proprietatem : quemadmodum et Pater major Filio dicitur, non natura, sed proprietate, causa videlicet. Quare Filius major erit Spiritu, quod nobis Spiritum exhibet mittitque, uti et ipse mittitur a Patre. Forte etiam quod productor est Spiritus sancti, ut dicimus. » Et his Græcus

[11] *Joan.* XIV, 28.

acquiescens, ad alia se Græcorum confert argumenta. Non dici potuit clarius. Non placet? Ad ipsius Ecclesiæ lumina recurramus. Gregorius Nazianzenus, orat. II, *de Filio*, quæ est XXXVI, pag. 582 : Πῶς συμϐήσεται τὰ ἀσύμϐατα; τὸ γὰρ αὐτὸ τοῦ αὐτοῦ μεῖζον καὶ ἴσον εἶναι τῶν ἀδυνάτων. Ἢ δῆλον, ὅτι τὸ *μεῖζον* μέν ἐστι τῆς αἰτίας, τὸ δὲ *ἴσον* τῆς φύσεως; Καὶ τοῦτο ὑπὸ πολλῆς εὐγνωμοσύνης ὁμολογοῦμεν ἡμεῖς. Τάχα δ' ἂν εἴποι τις ἄλλος τῷ ἡμετέρῳ λόγῳ προσφιλονεικῶν, μὴ ἔλαττον εἶναι τὸ ἐκ τοιαύτης αἰτίας εἶναι τοῦ ἀναιτίου· τῆς τε γὰρ τοῦ ἀνάρχου δόξης μετέχοι ἄν, ὅτι καὶ ἐκ τοῦ ἀνάρχου· καὶ πρόσεστιν ἡ γέννησις, πρᾶγμα τοσοῦτο τοῖς γε νοῦν ἔχουσι, καὶ οὕτω σεϐάσμιον. Τὸ γὰρ δὲ λέγειν, ὅτι τοῦ κατὰ τὸν ἄνθρωπον νοουμένου μείζων, ἀληθὲς μὲν, οὐ μέγα δέ. Τί γὰρ θαυμαστὸν, εἰ μείζων ἀνθρώπου Θεός; Ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω πρὸς τοὺς τὸ *μεῖζον* κομπάζοντας. « Quomodo convenient, quæ convenire nequeunt? Idem enim ut se ipso majus sit sibique ipsi æquale, qui fieri possit? Nonne ergo perspicuum est, *majoris* vocem ad causam, *æqualis* autem ad naturam referendam esse? Ac nos istud ingenue admodum et candide confitemur. Fortasse autem dixerit alius quispiam, sermonem nostrum acriori animi contentione prosequens, inferius habendum non esse, ab hujusmodi causa, causæ omnis experte, proficisci. Nam et quia ab eo qui principio caret originem trahit, ejus quoque gloriæ partem sibi vindicat, et accedit insuper generationis prærogativa, res tanta tamque veneranda, iis quidem certe qui mente præditi sunt. Nam quod ratione humanitatis Pater Filio major intelligendus sit, vere quidem dici potest, sed non perinde honorifice. Quid enim mirum, Deum homine majorem esse? Atque hæc mihi dicta sint adversus eos, qui *majoris* vocem insolentius jactant. » Et, orat. *in sanctum baptismum*, quæ est XL, pag. 669 : Οὐ γὰρ δόξα τῷ ἐξ οὗ ἡ τῶν ἐξ αὐτοῦ ταπείνωσις. Πρὸς τὸ δὲ καὶ ὑφορῶμαι τὴν σὴν ἀπληστίαν, μὴ τὸ *μεῖζον* λαϐὼν διχοτομήσῃς τὴν φύσιν, κατὰ πάντα τῷ *μείζονι* χρώμενος. Οὐ γὰρ κατὰ τὴν φύσιν τὸ *μεῖζον*, τὴν αἰτίαν δέ· οὐδὲν γὰρ τῶν ὁμοουσίων οὐσίᾳ μεῖζον ἢ ἔλαττον. « Neque enim ei (Patri) gloria est, eorum quæ ex ipso sunt, depressio. Ac præterea inexplebilem tuam aviditatem suspectam habeo, ne arrepta hac voce, *majus*, naturam seces, atque hac voce ad omnia abutaris. Non enim hæc dictio, *majus*, ad naturam, sed ad causam referenda est. Neque enim quidquam eorum quæ eamdem substantiam habent, substantia majus aut minus est. » Nec aliter sentit Basilius, orat. tertia, adversus Eunomium disputans; (3) Τίς γὰρ ἀνάγκη, εἰ τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει τρίτον ὑπάρχει τὸ Πνεῦμα, τρίτον εἶναι αὐτὸ καὶ τῇ φύσει; Ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμϐάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξημμένον, παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεϐείας λόγος. Φύσει δὲ τρίτῃ χρῆσθαι οὔτε παρὰ τῶν ἁγίων Γραφῶν δεδιδάγμεθα, οὔτε ἐκ τῶν εἰρημένων κατὰ τὸ ἀκόλουθον δυνατόν ἐστι συλλογίζεσθαι. Ὡς γὰρ ὁ Υἱὸς, τάξει μὲν δεύτερος τοῦ Πατρὸς, ὅτι ἀπ' ἐκείνου, καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἀρχὴ καὶ αἰτία, τῷ εἶναι Πατέρα αὐτοῦ καὶ ὅτι δι' αὐτοῦ ἡ πρόσοδος καὶ προσαγωγὴ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα· φύσει οὐκέτι δεύτερος, διότι ἡ θεότης ἐν ἑκατέρῳ μία· οὕτω δηλονότι καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ καὶ ὑποϐέϐηκε τὸν Υἱὸν τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, οὐκέτι ἂν εἰκότως ὡς ἀλλοτρίας ὑπάρχον φύσεως ἀκολουθεῖν εἴποιμεν. « Quæ enim necessitas est, si dignitate et ordine tertius est Spiritus, tertium quoque esse eumdem natura? Dignitate enim secundum esse a Filio, cum habeat esse ab ipso, atque ab ipso accipiat et annuntiet nobis, et omnino ab illa causa dependeat, tradit pietatis ratio : sed natura tertia uti, neque a sanctis Litteris edocemur, neque ex his quæ dicta sunt, recta ducta sequela possumus demonstrare. Quemadmodum enim Filius ordine quidem secundus est a Patre, quoniam ex illo; et dignitate, quod principium et causa Pater illius est, et quod per ipsum accessus et adductio ad Deum et Patrem; natura vero neutiquam secundus, quod Deitas in utroque una : ita videlicet et Spiritus sanctus, etsi ordine Filio inferior est et dignitate, nunquam tamen rite dicemus sequi, eum alterius esse naturæ. » Isidorus Pelusiota, lib. III, epist. 333 : Εἰ τοίνυν ταύτης τῆς ἀληθοῦς ἐννοίας οὐκ ἐφικνεῖσθε, ἀφεστάναι δὲ τῆς τῶν Ἀνομοίων ἀσεϐείας προῄρησθε, δύνασθε λέγειν, ὃ ἔφησέ τις πρὸς αὐτοὺς διαλεγόμενος, ὅτι καὶ τὸ μεῖζον ἵσταται, ᾗ γεννήτωρ· καὶ τὸ ἴσον, καθὸ Θεὸς καὶ ὁμοούσιος. « Quocirca si veram hanc sententiam haud assequimini, atque interim tamen ab Anomœorum impietate absistere constituistis; illud vobis dicere licet quod a quodam, dum adversus eos dissereret, allatum est : nempe quod majus consistit, qua ratione genitor est; et æquale, quatenus Deus est ejusdemque substantiæ. » Nec ad aliud videtur respexisse Nicephorus patriarcha Constantinopolitanus tractatu *De immaculata et pura Christianorum fide*, cap. 19 : Τὸ ὑπερϐάλλον ἐν τούτοις, ἢ μειονεκτούμενον ἀποπεμπόμενοι· τὸ γὰρ μεῖζον ἢ ἔλαττον, ὥσπερ ἐν τῇ οὐσίᾳ θεωρῆσαι οὐκ ἐνὸν, οὐδὲ ἐν τῇ Τριάδι κατὰ τὴν οὐσίαν, ἢ τὴν θεότητα, ἵνα τὴν Ἀρειανικὴν λύσσαν, ἐξ ἧς καὶ πρὸς ἣν ἡμῖν ὁ νῦν πόλεμος, κατασϐέσωμεν. « Supereminens in his aut imminutum rejicientes : majus enim et minus, quemadmodum in essentia considerari nequit, sic et in Triade secundum essentiam et divinitatem, ut Arianam rabiem ex qua et contra quam præsens hæc pugna nobis est, exterminemus. » Hinc Theophylacti argumentum pro Græcis contra Latinos de processione Spiritus sancti eluditur : *Si major est Pater Filio causa, si et Filius est causa Spiritus, esset et hic Spiritu major*, quo veluti ariete Italum impetit, clamans : *Ubi unquam invenisti, majorem Filium Spiritu dici?* An non negligenter Theophylactus sanctorum dicta pertractavit, qui similia efflagitat, et solem in meridie quærit? Ipse plane nec Athanasium, nec Nazianzenum, nec Basilium, nec alios observavit. Nam si observasset, probe invenisset, Filium majorem Spiritu dici, quia Spiritus ex eo est, et ex eo originem suam et principium agnoscit, non quia natura inferior est. Cum itaque doctores similes dicta sua catholice explicent, ne dicamus Methodium vel Arianæ hæreseos semina suis Commentariis inspersisse, vel locum postmodum ab Arianis corruptum, non dubitamus dicere eum non alio sensu neque alia mente similia dictasse : Ἦν γὰρ ἐμπρεπὲς μείζονα τῶν ἄλλων μετὰ τὸν Πατέρα μόνῳ τῷ ἑαυτοῦ μείζονι χρήσασθαι μάρτυρι. « Addecebat siquidem reliquis aliis præstantiorem, etiam Spiritu sancto, ratione nempe originis et causæ, et eadem ratione causæ et originis, solum Patrem sui majorem in testimonium adducere. » Nunquam enim de divinitate Filii et Spiritus, quos essentia et natura et substantia æquales semper fassus est, dubitavit : in Triade siquidem sicuti essentiam unam, ita tres personas earumque unius ab alia productionem, et originem Filii et Spiritus a Patre, et cum majorem Spiritu Filium prædicat, Spiritus quoque originem a Filio, hoc ipso *De castitate* tractatu, agnoscit. Plures aliæ expositiones adduci possent : sed ista ex sanctorum

(3) Locus iste celeberrimus de processione Spiritus sancti ex Filio, exstat in noviss. edit. Paris. an. 1721, tom. I, p. 272, sed mutilus. Huic autem incommodo occurrit doctissimus Prudentius Maranus in præfat. ad tom. III ejusdem editionis pag. 17, § 4. Allatius vero hic eumdem locum recitat, quemadmodum proferebant illum Latini ex codice vetustissimo, in concilio Florentino, ut patet ex sess. 20.

Patrum deprompta commentariis, licet non nemini nova videri poterant, pro dicto Methodiano sufficiant.

Col. 147. A. *Ideoque nove illuminati nuncupantur.* Inter alia baptismi nomina hoc quoque et præcipuum fuit. Hinc φωτισμός est, et φώτισμα, apud antiquos Patres baptismus ipse, et apud Paulum : *Qui semel sunt illuminati* [12], et, *Quibus illuminati magnum certamen sustinuistis* [13]. Et νεοφώτιστοι sunt *recens et nuper illuminati.* Habentur Cyrilli Hierosolymitani *πρὸς τοὺς νεοφωτίστους* catecheses quinque. Eosdem *novella germina* nuncupavit Augustinus. Appellationis causam diversam a Methodiana reddidit Dionysius Areopagita *De ecclesiastica hierarchia*, cap. 3 : Οὕτω δὴ καὶ τὴν ἱερὰν τῆς θεογενεσίας τελετὴν, ἐπειδὴ πρώτου φωτὸς μεταδίδωσι, καὶ πασῶν ἐστιν ἀρχὴ τῶν θείων φωταγωγιῶν, ἐκ τοῦ τελουμένου τὴν ἀληθῆ τοῦ φωτίσματος ἐπωνυμίαν ὑμνοῦμεν. Εἰ γὰρ καὶ πᾶσι κοινὸν τοῖς ἱεραρχικοῖς τὸ φωτὸς ἱεροῦ μεταδιδόναι τοῖς τελουμένοις, ἀλλ' αὕτη τὸ πρώτως ἰδεῖν ἐδωρήσατό μοι, καὶ διὰ τοῦ ταύτης ἀρχικωτάτου φωτὸς ἐπὶ τὴν τῶν ἄλλων ἱερῶν ἐποψίαν φωταγωγοῦμαι. » Ita quoque sacram divinæ regenerationis initiationem, quod primam lucem conferat, omniumque divinarum illustrationum principium exsistat, ex effectu, vero illustrationis nomine celebramus. Quamvis enim etiam aliis hierarchicis functionibus commune sit, eos qui initiantur sacræ lucis consortes facere ; attamen hæc illa est, quæ primum mihi visum impertivit, perque illius lucem principaliorem, ad cætera quoque sacra contuenda lumen accipio. » Dionysium sequuntur Maximus, et Pachymeres in *Expositione*. Aliam Proclus Constantinopolitanus, orat. *in sanctam Pentecosten :* Τοῦτο γὰρ τὸ Πνεῦμα συναναμίγνυται τῷ ὕδατι, καὶ χωνεύει τὰς ἁμαρτίας ὡς πῦρ, καὶ τοὺς νεοφωτίστους λαμπρύνει ὡς φῶς, καὶ ἡμᾶς ἐλεεῖ ὡς Θεός. « Hic namque Spiritus commiscetur aqua, et peccata nostra non secus ac in fornace ignis consumit et conflat, et nuperos baptizatos ut lux illuminat, nostrique miseretur ut Deus. » Aliam Michael Glycas epistola 18 : Ἀλλὰ καὶ λαμπὰς ἐπὶ τοῖς βαπτιζομένοις ἀνάπτεσθαι εἴωθεν, τὴν φωταγωγίαν αὐτὴν ὑπεμφαίνουσα, μεθ' ἧς κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν φωνήν τε καὶ παραβολὴν ὡς νυμφίῳ τῷ Χριστῷ ὑπαντήσομεν. Τοιούτων μὲν οὖν μυστηρίων τεκμήριον ἡ λαμπάς· ὁ γὰρ βαπτιζόμενος θείαν τινὰ ἔλλαμψιν παρ' αὐτοῦ τοῦ ἱερέως ἐξ ἀνάγκης εἰσδέχεται, καθ' ὃν δὴ τρόπον αἱ ἄνω δυνάμεις παρ' αὐτοῦ τοῦ πρώτου ἀρχιερέως ἀμέσως φωτίζονται. « Sed et cereus super eos qui baptizantur accendi assuevit, illuminationem ipsam indicans, cum quo secundum evangelicam vocem et parabolam uti sponso Christo obviam exibimus. Horum arcanorum indicium cereus est : qui enim baptizatur, divinam quamdam illuminationem a sacerdote necessario suscipit, qua ratione superiores virtutes ab ipso primo sacerdotum principe immediate illuminantur. » Multa alia baptismi nomina recenset et explicat Vasquez tom. II in III part., disputat. 140, cap. 1.

Col. 162. C. *Secundum Ægyptiorum et Chaldæorum principia et hypotheses.* De his Chaldæorum et Ægyptiorum principiis et hypothesibus recolenda sunt, quæ tradit Sextus Empiricus *adversus Mathematicos* lib. V et excerpta Photii ex Theodori, sive Diodori, Tarsensis libris *De fato*, cod. 223. Multum enim ad ea quæ Thecla hic dixerat, conducent.

Col. 163. B. *Hinc qui vere Christum cognoverunt, non semper pueri.* Respexit ad illa Platonis, quæ Soloni dixit sacerdos Ægyptius in *Timæo :* Ὦ Σόλων, Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν. « O Solon, Solon, Græci semper pueri estis ; senex Græcorum est nullus. »

Col. 178. A. *Prænuntiantes resurrectionem.* Opinionem, præsentis sæculi durationem ab orbe condito usque ad diem judicii sex millium annorum spatio concludendam, multi ex antiquioribus Patribus et Græcis et Latinis tenuerunt. Vide quæ adnotabamus nostris in Eustathii Antiocheni *Hexameron* notis, pag. 248. Si Latinorum computum sequaris, qui ad annos quatuor mille plus minus nativitatem Christi referunt, cum millenarius iste annorum terminus nondum prætergressus est, sed a præscripto termino plurimum distet, adhuc in dubio est, an uti Patres isti asseruerunt, eveniet. Verum ex Græcorum sententia annorum hic terminus præteriisse videtur. Sive enim Christus natus est ex Eusebio anno 5190, sive ex Theophilo Antiocheno ad Autolycum anno 5476, sive ex Eustathio Antiocheno 5531, sive ex Niceta 5503, sive ex Cedreno 5506, sive ex Græcorum communi calculo 5508, sextus iste annorum millenarius terminum durationis mundi ab Elia propheta et reliquis decretus, plurimos annos excessit, ut cuique, si illos computet detrahatque, patebit. Quare Eliæ prophetæ vaticinium, quod in Bibliis nusquam exstat, *Sex millia annorum mundi, et postea destructio, duo millia inane, duo millia lex, duo millia Christus*, nihili faciendum est ; et condonandum illis qui Eliæ propter in Ecclesiam Dei sævam dominantium tyrannidem, et piorum hominum crudelissimas strages, necnon hæreticorum continuas, et singulis momentis exorientes novas opiniones, et in Deum verum blasphemias, adde etiam Catholicorum crebra et pernicialia dissidia, assensum præbuere, et mundi finem non diu post adfuturum opinati sunt. Nisi cum nostro hoc Methodio dicere cautius velimus, non concludi hoc millenario annorum, sed eo expleto in septenario consummationem futuram, et humanarum rerum statum in melius reformandum, cum scribat : *Prænuntiantes resurrectionem, et nostri in terram delapsi tabernaculi concreationem quod septimo millenario rursus immortale nos resumentes, magnum diem festum celebrabimus*, etc. Et infra orat. IX, § 5 : *Non remanens in tabernaculis, tum meum tabernaculum, non ut erat prius permaneat, sed post millenarium ab habitu humano et corruptione, in angelicam magnitudinem et pulchritudinem immutetur*, etc. Quod an ita futurum sit, adhuc in occultissima Dei providentia latet. Et forte etiam ante quam septenarium hoc finem habuerit, succedet. Sed *quis novit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit* [14] ?

Col 183. D. *Erat quippe nostrum tabernaculum, et antea casus ignarum.* Et supra dixerat orat. III, § 8 : *Nam et ille procreatus erat extra corruptionem*, etc. Exstat Michaelis Glycæ ad Maximum Smeniotam epistola satis prolixa et docta, apud me inter alias ejusdem epistolas. nondum, quod ipse sciam, edita, in qua multis rationibus et testimoniis ex veterum Patrum Joannis Damasceni, synodi Carthaginiensis, Joannis Chrysostomi, Andreæ Cretensis, Anastasii Synaitæ, Gregorii Nazianzeni, Cyrilli, Basilii Cæsariensis, Athanasii Alexandrini, Gregorii Nysseni, Theodori Studitæ, Maximi Confessoris, Barsanuphii, Macarii Ægyptii et aliorum commentariis probat, Adamum ante peccatum, immortalem et anima et corpore fuisse ; post peccatum, corpus illius corruptioni traditum. Dictis Patribus potest addi et hic noster Methodius.

Col. 187. B. *Et absque illa neminem futurum, qui promissionum illarum compos evadit.* Et infra repetit : *Absque illa*, nempe castimonia, *neminem futurum, qui promissionum illarum compos evadet.* Quasi vero nemo nisi castus et virgo cœlorum regnum ingrediatur. Verumtamen ipse semetipsum explicat : namque cum supra dixisset, et infra virtus inculcet, nomine castimoniæ et virginitatis non tantum intelligere a voluptatibus venereis, sed ab omnibus aliis vitiis abstinentiam, et vitam integram

[12] *Hebr.* VI, 4. [13] *Hebr.* X, 30. [14] *Rom.* XI, 34.

et puram et ab omni peccato disjunctam; consequenter intelligitur, cum dicit tantum castos et virgines possidere promissiones, sub nomine illo intelligi reliquos omnes, qui, licet virgines non sint, nec castimoniam coluerint, fuerunt tamen et sanctitate vitæ, et pietate in Deum, et virtutibus aliis instructi atque ornati. Justorum enim, quomodocunque justi sunt, est regnum cœlorum.

Col. 194. A. *Cum non ita commode lex a corruptio-* A *ne genus humanum liberare potis esset.* Hisce Methodii verbis opinio refellitur asseverantium, ante Christi adventum plerosque, neque a Christo, neque per Christum, æternam salutem consecutos. De qua opinione nos alibi fuse disputavimus, et quomodo ea intelligenda sit, ne dicta Patrum id asserentia condemnare cogamur. Vide etiam quæ de paganorum animabus libris quinque Franciscus Collius copiosissime disseruit.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΜΕΘΟΔΙΟΥ

ΕΚΛΟΓΑΙ ΚΑΙ ΛΟΓΟΙ ΤΙΝΕΣ.

—

SANCTI METHODII

MARTYRIS

EXCERPTA AC ORATIONES ALIQUOT.

—

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΥΤΕΞΟΥΣΙΟΥ.

LIBER

DE LIBERO ARBITRIO.

Hoc primum excerptum Methodianum *de libero arbitrio*, primus Græce vulgavit Joannes Meursius in *Variorum divinorum* libro; Joannes autem Lamius V. C. Latine vertit, excudendumque curavit in sua luculenta Meursianorum operum collectione, tom. VIII, pag. 725-758. Nos vero primum interpretem Combefisium ejusque notas exhibemus. (GALLAND.)

—

Senex quidem Ithacensis, cum, ut Græci fabulantur, voluptatis auditus incontinens, Sirenum cantum audire vellet, navigavit vinctus ipse in Siciliam, sociorumque obstruxit aures : non quasi vel illis invideret auditum, vel se ipse vinculis libens insereret, sed quod cantilenam ejusmodi audientibus mors tandem immineret. Tales quippe Græcis sunt Sirenum voluptates. Enimvero, haudquaquam ego talis cantionis auditor fio ; nec Sirenas funebre carmen hominum concinentes, quarum silentium plus voce hominibus prosit, audire desidero : cupio autem divina quadam voce frui, cujus sæpius repetita auditio desiderium accumulat ; non velut impudicæ vocis voluptas superaverit, sed ut qui sacramenta divina habeam addiscere, et ad extremum, non mortem, sed salutem æternam exspectem. Siquidem concinunt cantilenam, non Græcorum Sirenes mortiferæ, sed divinus quidam au-

B Ὁ μὲν (1) Ἰθακήσιος γέρων, κατὰ τὸν τῶν Ἑλλήνων μῦθον, τῆς Σειρήνων βουλόμενος ἀκοῦσαι ᾠδῆς, διὰ τὴν τῆς φωνῆς ἀκόλαστον ἡδονὴν, δεσμώτης ἔπλει εἰς τὴν Σικελίαν, καὶ τὰς τῶν ἑταίρων ἐνέφραττεν ἀκοάς· οὐχ ἐκείνοις ἕνεκα τῆς ἀκροάσεως φθονῶν, οὐδὲ ἑαυτὸν δεσμῷ περιβάλλειν ἐπιθυμῶν· ἀλλ' ὅτι τέλος τῆς ἐκείνων ᾠδῆς τοῖς ἀκούουσι θάνατος ἦν. Τοιαῦται γὰρ παρ' Ἕλλησιν ἡδοναὶ Σειρήνων. Ἐγὼ δὲ, τοιαύτης μὲν ᾠδῆς ἀκροατὴς οὐ γίνομαι· οὐδὲ ἀκούειν ἐπιθυμῶ Σειρήνων, ἐπιτάφιον ἀνθρώπων ᾀδουσῶν, ὧν ἡ σιγὴ τῆς φωνῆς ἀνθρώποις χρησιμωτέρα γίνεται· θείας δέ τινος ἀπολαύειν φωνῆς εὔχομαι, ἧς κἂν πολλάκις ἀκούσω, πάλιν ἀκούειν ἐπιθυμῶ· οὐχ ἀκολάστου φωνῆς ἡδονῇ νενικημένος, ἀλλὰ θεῖα διδασκόμενος μυστήρια· καὶ τὸ τέλος οὐ θάνατον, ἀλλ' αἰώνιον ἀπεκδεχόμενος σωτηρίαν. Ἄδουσι γὰρ τὴν ᾠδὴν οὐχ αἱ θανατηφόροι Σειρῆνες Ἑλλήνων, ἀλλὰ θεῖός τις χορὸς προφητῶν, ἐφ' ὧν

(1) *Μέν.* Ita Combefisius. Meursius tamen edit. Florent. μήν.

οὐκ ἔστι ἀποφράττειν τῶν ἑταίρων τὰς ἀκοὰς, οὐδὲ ἑαυτόν τινι δεσμῷ περιβάλλειν, δεδοικότα τὴν ἐκ τῆς ἀκροάσεως τιμωρίαν. Τῶν μὲν γὰρ μετὰ τῆς φωνῆς ὁ ἀκροατὴς τοῦ ζῆν παύεται· τῶν δὲ ἐπὶ πλεῖον ἀκούων, τοῦ κρείττονος ἀπολαύσει βίου, ὑπὸ θείου Πνεύματος χειραγωγούμενος. Ἡχέτω τοίνυν σύμπας, καὶ ἀκουέτω τῆς θείας ᾠδῆς, μηδὲν πεφοβημένος. Οὐκ εἰσὶ παρ' ἡμῖν αἱ παρὰ Σικελίαν Σειρῆνες, οὐδὲ τὰ Ὀδυσσέως δεσμὰ, οὐ κηρὸς τηκόμενος εἰς ἀνθρώπων ἀκοάς· ἀλλὰ δεσμῶν μὲν ἄνεσις πᾶσα, ἐλευθερία δ' ἀκοῆς παρ' ἑκάστῳ τῶν προσιόντων. Τοιαύτης γὰρ ᾠδῆς ἀκούειν ἄξιον, τοιούτους ᾄδοντας ἔχειν, εὐκτέον εἶναί μοι δοκεῖ. Εἰ δέ τις καὶ τοῦ τῶν ἀποστόλων χοροῦ ἀκούειν ἐθέλοι, εὑρήσει τὴν αὐτὴν τῆς ᾠδῆς συμφωνίαν. Οἱ μὲν γὰρ προῇδον μυστικῶς τὴν θείαν οἰκονομίαν· οἱ δ' ᾄδουσιν ἑρμηνεύοντες τὰ ὑπ' ἐκείνων μυστικῶς ἀπηγγελμένα. Ὢ συμφώνου ἁρμονίας, ὑπὸ θείου Πνεύματος συγκειμένης! Ὢ καλοῦ τῶν ᾀδόντων τὰ μυστήρια! Τούτοις καὶ συνᾴδειν εὔχομαι. Ἄσωμεν τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς τὴν ὁμοίαν ᾠδὴν, καὶ τὸν ὕμνον ἀναπέμψωμεν τῷ ἁγίῳ Πατρὶ, Πνεύματι δοξάζοντες Ἰησοῦν, *τὸν ἐν κόλποις αὐτοῦ*. Μὴ φύγῃς, ἄνθρωπε, ὕμνον πνευματικὸν, μηδὲ ἀπεχθῶς πρὸς τὴν ἀκρόασιν διατεθῇς. Θάνατον οὐκ ἔχει· σωτηρίας ἐστὶ διήγημα ἡ παρ' ἡμῖν ᾠδή. Ἐγὼ μὲν οὖν ἤδη καὶ τῶν κρειττόνων ἀπολαύειν δοκῶ, περὶ τοιούτων διαλεγόμενος· καὶ μάλιστα, ὅτε ὁ τοιοῦτός μοι πάρεστιν ἀνθέων λειμών· τουτέστιν ἡ ἡμετέρα σύνοδος, τῶν ἅμα τε καὶ ἀκουόντων καὶ συνᾳδόντων τὰ θεῖα μυστήρια. Ἐφ' ὧν καὶ τὸ λέγειν θαῤῥῶ, ὅτι μοι παντὸς φθόνου καθαρὰς παρέχετε τὰς ἀκοὰς, οὐ τὸν ζῆλον τὸν τοῦ Κάϊν μιμούμενοι· οὐχ ὁμοίως τοῦ Ἠσαῦ διώκοντες τὸν ἀδελφὸν, οὐ τοῦ Ἰωσὴφ ἐπαινοῦντες ἀδελφοὺς, ὅτι ἐφ' οἷς ἔλεγεν ἐμίσουν τὸν ἀδελφόν· ἀλλὰ τούτων ἁπάντων μακρὸν ἀφεστῶτες, διόπερ ἕκαστος ὑμῶν τὸ τοῦ πλησίον νομίζει λέγειν. Καὶ διὰ τοῦτο ζῆλος πονηρὸς οὐκ ἔστιν ἐν ὑμῖν, τὰ λείποντα τῷ ἀδελφῷ ἀναπληροῦν δεδεγμένοις. Ὢ ἀκροατηρίου καλοῦ, καὶ συμποσίου σεμνοῦ, καὶ πνευματικῶν ἐδεσμάτων! Τοιούτοις ἀεὶ συνεῖναι δικαίοις (2) εὐξαίμην.

ΟΥΑΛ. Χθὲς τὸ δειλινὸν περιπατῶν, ὦ φίλε, παρὰ τὸν τῆς θαλάσσης αἰγιαλὸν, καὶ ὀξέως πως ἀτενίζων εἰς αὐτὴν, ἑώρων, ὑπερβολήν τινα θείας δυνάμεως, καὶ σοφῆς ἐπιστήμης τέχνην· εἴ γε καὶ τέχνην τὸ τοιοῦτο καλεῖν χρή. Ὥσπερ γὰρ ὁ Ὁμηρικὸς στίχος φθέγγεται ἐκεῖνος·

Ὡς δ' ἄνεμοι (3) δύο πόντον ὀρίνετον ἰχθυόεντα,
Βορέης καὶ Ζέφυρος, τώτε Θρήκηθεν ἄητον
Ἐλθόντ' ἐξαπίνης· ἄμυδις δέ τε κῦμα κελαινὸν
Κορθύεται· πολλὸν δὲ παρὲξ ἅλα φῦκος ἔχευαν·

οὕτω μοι καὶ χθὲς γεγονέναι δοκεῖ. Κορυφαῖς γὰρ

A gustusque chorus prophetarum; in quibus nec opus fuerit ut quis sociorum obturet aures, neque ut ipse, auditionis veritus pœnam, in vincula se conjecerit. Illic quidem auditor, mox ut audivit, vivere desinit; hic autem, qui multum audierit, divino Spiritu duce, vitæ melioris felicitatem acquiret. Omnes ergo simul accedant, audiantque, nihil veriti, cantionem divinam. Absunt a nobis Sirenes Siciliæ, Ulyssisque vincula, ac cera humanis auribus liquata. Potius vero omnimoda vinculorum remissio, suusque liber cuique auditus, adest. Plane enim meretur auditum ejusmodi cantio, deprecandique videntur musici tales. Quod si quis etiam apostolorum chorum velit audire, eamdem cantionis consonantiam offendet. Nam illi quidem occulte B præcinuerunt dispensationem divinam; hi autem, occulte ab illis annuntiata, canendo explicant. O consonam harmoniam, componente divino Spiritu! O decorem canentium Dei sacramenta! Desiderat animus una concinere. Canamus ergo et ipsi eamdem cantionem, hymnumque submittamus Patri sancto; Jesum *qui in ejus sinu est* [1], Spiritu glorificantes. Ne, homo, canticum spiritale fugeris, neve auditionem fueris aversatus. Mortem non habet. Salutis narratio, nostra cantio est. Sane quidem mihi ipse jam videor melioribus frui, qui de talibus disseram: idque in primis, cum tale talibusque florens pratum coram habeam: dico autem vestram concionem, qui et auditores et concentores sacramentorum cœlestium considetis. Propterea etiam C audeo dicere, quod livore omni mundis auribus auscultetis, nec Caininam æmulationem imitemini [2], aut sicut Esau [3] fratrem persequamini, vel fratres Joseph [4] probetis, fratri propter sermones ipsius infensos: sed ab his omnibus longe remoti sitis, existimantibus singulis dicere, quod proximus dicit. Quare etiam desideratur in vobis mala æmulatio, qui fratris defectus adimplendos susceperitis. O pulchram concionem, honestumque convivium, et spirituales epulas! Talibus ego semper interesse, merito optaverim.

VAL. (4). Cum, amice, heri sero, ad maris littus ambularem, atque in ipsum aciem oculorum intenderem, statim se, virtutis divinæ præstantia, arsque D sapientis scientiæ, objecit oculis: si quidem res ejusmodi ars vocanda sit. Ut enim habet versus ille Homericus:

Sicut autem venti duo pontum commovent piscosum,
Boreas et Zephyrus, qui e Thracia spirant
Ruentes repente: simul autem et unda nigra
Attollitur: multam autem extra mare algam fun-
[dunt;

ita et heri mihi fieri videbatur. Videbam enim

[1] *Joan.* I, 18. [2] *Gen.* IV, 5. [3] *Gen.* XXVII, 41. [4] *Gen.* XXXVII, 4.

(2) *Δικαίοις*. Forte δικαίως.
(3) *Ὡς δ' ἄν*. Iliad. IX, 4.
(4) VAL. Assumptam personam Valentiniani seu Gnostici inducit, qui eadem atque Manichæi de mali principio sentiret; ponendo ingenitum aliud a Deo, et materiam, ex cujus concretione mala in homines provenirent. Agit multis in hunc errorem Irenæus lib. II *Adversus hæres.*; Tertullianus lib. *De præscript.* et *Contra Marcionem.* Solidissime etiam Chrysostomus hom. 2 *in Act.*

fluctus montanis superciliis proximos, atque ut rem dicam, ad ipsum pertingentes cœlum : nec mihi inde aliud exspectandum occurrebat, quam ut universam terram submergerent, veniebatque in mentem fugæ locus, et arcam Noe animo effingebam. Cæterum secus erat ac opinabar. Mox quippe mare, ut intumuerat, in se ipsum resolvebatur, non transgrediens locum suum, reveritum, ut verbo dicam, divinum mandatum [a]. Ac quemadmodum, haud raro, servus aliquis cogente domino invitum quiddam facere, mandato quidem timore obsequitur : nec quidquam tamen, quod reluctantia sentit animo, audet dicere : sed plenus ira quadam, secum immurmurat : sic certe et mihi videbar videre, velut iratum mare, secumque ipsum claudens iram ac se continens, veritum Domino prodere. Hæc ita habentia, tacitus, intentis oculis, aspicere cœperam ; volebamque cœlum animo metiri, et orbem ejus : quærebam ego unde inciperet quove desineret : quali item cieretur motu : num transitivo, hoc est, ab uno in alium locum, vel in orbem ferretur : sed et quomodo statim consisteret. Atqui etiam de sole quærendum videbatur, quo is modo positionis in cœlo habeat : quis vero terminus sit cursus illius : quo item brevi esset concessurus ; ac neque ipse transgrediatur cursum proprium : sed et ipse, quod verum liceat loqui, melioris præceptum aliquod custodiat ; tuncque nobis conspicuus appareat, cum est concessum ; rursum vero, ceu vocatus abscedat. Interim ergo dum hæc exquiro, videbam solis jubar occidere, dieique lumen deficere ; ac statim adesse tenebras, lunamque soli succedere : ac primum quidem minutam oriri ; postmodum vero, cursu promoventem, majori specie apparere. Ac neque de illa quærere cessabam, causamque minutionis et accretionis scrutabar ; quod ipsa nihilominus circulum dierum teneat : indeque mihi quandam divinam providentiam ac vim meliorum omnia continentem, quam et Deum jure dicimus, colligere videbar. Cæterum vero cœpi laudare Opificem, qui terram fixam, animaliumque differentias ac varios plantarum flores aspicerem. Enimvero, haudquaquam animus in hisce et solis constitit : sed de cætero, quærere cœpi unde hæc constituta essent : num ex aliquo quod semper coexsistat Deo, vel ex ipso soloque Deo, nulla ei re coexsistente, consisterent. Nam nihil ex nihilo fecisse, ratione non omnino improbabili suppetente considerandum duxi. Habent enim quæ fiunt, ex aliquo fieri ac constitui. Similiter etiam vere dicendum videbatur, nihil Deo præter ipsum coexsistere ; esseque res, ipso creante : siquidem id suaserat compositus elementorum ordo, naturæque in eis concinnitas. Sic vero, bene statuisse arbitrans, domum redibam. Cæterum, cum sequenti, nempe hodierna die, exissem, duos quosdam, eodem genere, homines, in-

A ὀρέων παραπλήσιον ἑώρων κύματα, καὶ (ὡς λόγον εἰπεῖν,) αὐτοῦ ἐφικνούμενα τοῦ οὐρανοῦ· τὸ δ' ἐντεῦθεν οὐδὲν ἕτερον προσεδόκων ἢ ἅπασαν ἐπικλυσθήσεσθαι τὴν γῆν· καί μοι φυγῆς ἐν τῷ νοΐ τόπον, καὶ τὴν τοῦ Νῶε ἀνέπλαττον κιβωτόν. Τὸ δ' οὐχ ἦν ὃ ἐνόμιζον. Ἀλλὰ γὰρ ἅμα κυρτωθῆναι τὴν θάλασσαν, πάλιν ἀνελύετο εἰς ἑαυτήν, οὐχ ὑπερβαίνουσα τὸν οἰκεῖον τόπον, (ὡς ἔπος εἰπεῖν,) θεῖόν τι πρόσταγμα πεφοβημένη. Καὶ καθάπερ πολλάκις τῶν οἰκετῶν τις, ἄκον τι πρὸς τοῦ δεσπότου πράττειν ἀναγκαζόμενος, τῷ μὲν προστάγματι διὰ τὸν φόβον πείθεται· ὃ δὲ πάσχει, πράττειν μὴ θέλων, λέγειν τι οὐ τολμᾷ· τονθορύζει δὲ ἐν ἑαυτῷ, θυμοῦ τινος πληρούμενος· οὕτω μοί πως ἐφαίνετο καὶ τὴν θάλασσαν, ὡσπερεὶ θυμουμένην, καὶ ἐν ἑαυτῇ φράττουσαν
B τὴν ὀργήν, κρατοῦσάν τε ἑαυτῆς, οὐ βουλομένην τῷ δεσπότῃ φανερὸν ποιῆσαι τὸν θυμόν. Ταῦτα οὕτω γινόμενα σιωπῶν ἀτενίζειν ἠρχόμην, καὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν κύκλον αὐτοῦ, τῷ νοΐ καταμετρεῖν ἤθελον· πόθεν τε ἄρχεται, καὶ ποῦ καταπαύει, ἀνεζήτουν ἐγώ· ποίαν τε κίνησιν ἔχει· πότερον τὴν μεταβατικήν, τουτέστι τὴν ἀπὸ τόπου εἰς τόπον, ἢ τὴν κύκλῳ φοράν· πῶς δὲ καὶ τὴν ἐπίμονον βάσιν ἔχει. Ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ τοῦ ἡλίου ζητεῖν ἐδόκει, τίς τε ὁ τρόπος αὐτοῦ τῆς ἐν οὐρανῷ θέσεως· τίς δὲ καὶ ἡ περίοδος τοῦ δρόμου· ποῦ δὲ καὶ μετ' ὀλίγον χωρεῖ, καὶ ὅτι μηδὲ οὗτος παρέρχεται τὸν οἰκεῖον δρόμον· ἀλλὰ καὶ αὐτός, ὡς ἔνεστιν εἰπεῖν, ἐντολήν τινα φυλάττει κρείττονος· καὶ φαίνει μὲν τότε παρ' ἡμῖν, ὅτε ἔξεστιν αὐτῷ· ἀπέρχεται δέ, ὡς καλούμενος. Καὶ τούτων τοίνυν τὴν
C ἐξέτασιν ποιούμενος, ἑώρων παυόμενον μὲν τὸ τοῦ ἡλίου φέγγος, ἐπιλεῖπον δὲ καὶ τῆς ἡμέρας τὸ φῶς· εὐθέως δὲ γινόμενον σκότος, καὶ σελήνην διαδεχομένην τὸν ἥλιον· καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἀνιοῦσαν μείονα, μετέπειτα δὲ προκόπτουσαν τῷ δρόμῳ, φαντασίαν παρέχουσαν μείζονος. Οὐχ ἐπαυόμην δὲ καὶ περὶ ταύτης ζητῶν, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἀφαιρέσεως καὶ τῆς προσθέσεως ἀνηρεύνων, ὅτι τε καὶ αὐτὴ τηρεῖ τὸν κύκλον τῶν ἡμερῶν· καί μοι ἐδόκει τὸ ἐντεῦθεν, ὡς θεία τις ὑπάρχει οἰκονομία καὶ δύναμις κρειττόνων, ἡ συνέχουσα τὰ ὅλα, ἣν καὶ Θεὸν δικαίως ἂν εἴπομεν. Καὶ τὸ λοιπὸν τὸν Δημιουργὸν ἐπαινεῖν ἠρχόμην, τήν τε γῆν πεπηγυῖαν ὁρῶν, καὶ ζώων διαφοράς, καὶ ποικίλα φυτῶν τὰ ἐξανθήματα. Οὐχ ἵστατο δέ μοι ἐπὶ τούτοις καὶ μόνοις ὁ νοῦς· ἀλλὰ τὸ
D λοιπόν, ὅθεν ταῦτα τὴν σύστασιν ἔχει, ζητεῖν ἠρχόμην· πότερον ἔκ τινος συνόντος ἀεὶ τῷ Θεῷ, ἢ ἐξ αὐτοῦ καὶ μόνου, συνυπάρχοντος αὐτῷ οὐδενός· τὸ γὰρ ἐξ οὐκ ὄντος πεποιηκέναι οὐδὲν σκοπεῖν μοι καλῶς ἐδόκει, μὴ τέλεον ἀπιθάνου ὑπάρχοντος τοῦ λόγου. Τὰ γὰρ γινόμενα ἐξ ὄντων πέφυκε τὴν σύστασιν ἔχειν. Καὶ ὁμοίως ἀληθῶς ἐδόκει μηδὲν λέγειν ἀεὶ συνεῖναι τῷ Θεῷ ἕτερόν τι παρ' αὐτόν, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ τὰ ὄντα γεγονέναι· καὶ γάρ πως ἔπειθέ με τὸν εὔτακτον τῶν στοιχείων, καὶ ἡ περὶ αὐτὰ τῆς φύσεως εὐκοσμία. Οὑτωσὶ δέ πως εὖ διατεθεῖσθαι νο-

[a] *Job* XXXVIII, 11.

μίζων, ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἐχώρουν τὴν ἐμήν. Τῇ δ' ἐπιούσῃ, τουτέστι σήμερον, ἐλθὼν ἑώρων δύο τινὰς ὁμογενεῖς (ἀνθρώπους δὲ λέγω,) διαπληκτιζομένους καὶ διαλοιδορουμένους ἀλλήλοις· ἕτερον δ' αὖ πάλιν ἀφιματῶσαι βουλόμενον τὸν πλησίον· ἤδη δέ τινες καὶ δεινότερον τολμᾷν ἤρχοντο. Ὁ μὲν γὰρ ἐσκύλευσε νεκρὸν, καὶ τὸ κρυφθὲν ἤδη σῶμα τῇ γῇ πάλιν ἐδείκνυεν ἡλίῳ, καὶ τὴν ὁμοίαν οὕτως ἐνύβριζεν εἰκόνα, βορὰν κυσὶ καταλείπων τὸν νεκρόν· ὁ δὲ ξίφος ἐγύμνου, καὶ ἐπὶ τὸν ὅμοιον ἄνθρωπον ἐχώρει. Καὶ ὁ μὲν φυγῇ τὴν σωτηρίαν πορίζειν ἤθελεν· ὁ δὲ διώκων οὐκ ἐπαύετο, οὐδὲ τοῦ θυμοῦ κρατεῖν ἤθελε. Καὶ τί δεῖ πλείονα λέγειν; Ἀλλ' ὅτι χωρήσας ἐπ' αὐτὸν εὐθέως ἔπαιε τῷ ξίφει. Ὁ δὲ ἱκέτης τοῦ πλησίον ἐγίνετο, καὶ χεῖρας ἱκεσίας ὤρεγε· καὶ τὴν μὲν ἐσθῆτα διδόναι ἤθελε, μόνον δὲ τὸ ζῆν ἔχειν ἠξίου. Ὁ δὲ οὐκ ἔθραυε τὸν θυμὸν, οὐδ' ἠλέει τὸν ὁμογενῆ, οὐδὲ ἑαυτὸν διὰ τῆς εἰκόνος ἐν ἐκείνῳ βλέπειν ἤθελεν, ἀλλ' ὡς ἄγριος θὴρ, τῷ ξίφει τῆς βορᾶς ἤρχετο. Ἤδη δὲ καὶ τὸ στόμα τῷ ὁμοίῳ προσέφερε σώματι· τοσοῦτος γὰρ ἦν τῷ θυμῷ. Καὶ ἦν ἰδεῖν, τὸν μὲν ἠδικημένον, τὸν δὲ λοιπὸν σκυλεύοντα, καὶ μηδὲ γῇ σκεπάζοντα τὸ σῶμα, ὃ τῆς ἐσθῆτος ἐγύμνωσε. Πρὸς δὲ τούτοις ἕτερος προσῆν, ὃς τοῦ πλησίον γυναῖκα παίζειν ἤθελε, λῃστεύων γάμον ἀλλότριον, καὶ ἐπὶ παράνομον κοίτην τραπῆναι παρορμῶν, τὸν γεγαμηκότα γνήσιον πατέρα (5) γίνεσθαι θέλων. Ἐντεῦθεν δὲ ταῖς τραγῳδίαις πιστεύειν ἠρχόμην, καὶ τὸ Θυέστειον δεῖπνον ἀληθῶς ἐδόκει μοι γεγονέναι· πιστεύειν δὲ καὶ τῇ Οἰνομαίου παρανόμῳ ἐπιθυμίᾳ, καὶ τῇ τῶν ἀδελφῶν διὰ ξίφους φιλονεικίᾳ οὐκ ἀπιστεῖν. Τοσούτων τοίνυν καὶ τοιούτων θεατὴς γενόμενος ἐγὼ, πόθεν ταῦτα ἀναζητεῖν ἠρχόμην· τίς δὲ καὶ ἡ τῆς κινήσεως αὐτῶν ἀρχὴ, καὶ τίς ὁ τοσαῦτα κατ' ἀνθρώπων μηχανησάμενος· πόθεν τε ἡ εὕρησις αὐτῶν, καὶ τίς ὁ τούτων διδάσκαλος. Καὶ τὸν μὲν Θεὸν τούτων ποιητὴν λέγειν τολμᾷν οὐχ οἷόν τε ἦν, ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἐξ αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν ἔχειν, οὐδὲ τὴν τοῦ εἶναι σύστασιν. Πῶς γὰρ οἷόν τε ἦν ταῦτα περὶ Θεοῦ νοεῖν; ὃς μὲν γάρ ἐστιν ἀγαθὸς, καὶ τῶν κρειττόνων ποιητὴς, τῶν δὲ φαύλων αὐτῷ πρόσεστιν οὐδέν· ἀλλ' οὐδὲ τοῖς τοιούτοις χαίρειν πέφυκεν· ἀπαγορεύει δὲ καὶ τὴν γένεσιν αὐτῶν· καὶ τοὺς μὲν χαίροντας τούτοις ἀποβάλλεται, τοὺς δὲ

A quam, contendentes invicem, seque conviciis proscindentes aspexi: alterum item, qui vellet exspoliare proximum: sed et qui jam gravius aliquid præsumere inciperent. Hic siquidem deprædatus est mortuum, corpusque jam terra occultatum iterum exhibuit soli; atque ita, mortuo canibus laniatum vorandumque relicto, cognatam imaginem contumelia affecit. Ille autem, nudato strictoque gladio, in similis naturæ hominem irruit. Atque hic quidem volebat fuga saluti consulere: at persequens, nihil desistebat, aut iram moderari studebat. Quid vero necessum est plura dicere? Hoc satis; irruentem illum, statim alterum gladio cecidisse. Atque is quidem supplex orabat proximum, manusque supplices tendebat. Ac quidem offerebat B vestem, solumque vitæ remissionem poscebat. At ille perstitit infracto animo, nec eodem secum genere est miseratus; vel se ipsum, ratione imaginis, in eo voluit inspectare: imo tanquam immanis bellua, gladio laniare cœpit (6). Sed et jam, corpori sui simili os admoverat: tanto siquidem furore exarserat, eratque videre, alterum quidem injuriam passum; alterum vero, deinceps spoliantem, ac neque terra operientem corpus, quod veste nudaverat. Ad hæc autem erat alius, qui, furatus alienas nuptias, uxori proximi illuderet, quique cubile iniquum perrumpens, maritum legitimum patrem fieri vellet. Hinc tragœdiis etiam fidem habere cœpi, putavique fuisse revera cœnam Thyestæam (7): C credidi vero iniquæ Œnomæi cupiditati (8), nec fraternæ (9) per ferrum contentioni fidem subtraxi. Tantarum ergo taliumque rerum spectator factus, cœpi requirere unde hæc essent: quodnam vero etiam ea principium habuissent; quisve tanta in homines molitus esset: unde etiam eorum inventio, quisve talium doctor fuisset. Ac nemo quidem talium auctorem Deum habuerit dicere; sed neque ab eo habere, quo sint et consistant. Qui enim talia de Deo cogitare licuerit? qui sane bonus est auctorque meliorum; cui nec quidquam vitii insit; sed neque talibus suapte ipse natura gaudere possit, fieri vero prohibeat: iisque gaudentes, rejiciat; fugientes autem, acceptos habeat. Qui vero non absurdum, ut eorum Deus auctor audiat, quæ ipse

(5) *Γνήσιον πατέρα.* Menaosum existimat hunc locum Cotelerius ad *Clement. hom.* XIII, § 19, legendumque ἀγνήσιον, vel μὴ γνήσιον, quæ quidem sive littera sive particula facile potuit excidisse. Sic autem locum integrum reddit: *Aderat alius, qui proximi uxori cupiebat illudere, alienum matrimonium prædatus, et incitans eam ut ad concubitum illicitum verteretur, e marito volens facere patrem non verum.* GALL.

(6) *Gladio laniare cœpit.* Τῷ ξίφει τῆς βορᾶς ἤρχετο, velut vorandum conscindere. Forte etiam fuerit εἴχετο. Significatur supra belluinam feritas, qua sæpe homines inhumani in se invicem furunt, ut vel os tanquam devorandis admoveant, ut statim additur: ἤδη δὲ καὶ τὸ στόμα τῷ ὁμοίῳ προσέφερε σώματι. Sic Maragnenses barbari, non tam ventri quam furori exsaturando, laniatos hostes, etiam stomacho respuente, antequam Galli nostri dedoce- D rent, ceu præcipuas epulas, convivio vorabant, ut in relatione rerum ipsorum Claudius Abbavilar., Ord. Min. capucinus.

(7) *Cœnam Thyestæam.* Τὸ Θυέστειον δεῖπνον. Sic Ovid. XV *Metam.*:

Neve Thyestæis cumulemus viscera mensis.

De hoc Thyeste et Atreo fratre, Servius ad I et II *Æneid.*

(8) *Iniquæ Œnomæi cupiditati.* Forte *Œnomai.* Fuit is Hippodamiæ pater, a cujus marito cum se occidendum ex oraculo didicisset, eaque a multis ambiretur, proposito certamine curuli, tredecim occidit ejus procos, donec victus ipse est et occisus a Pelope, Tantali filio, Myrtilo auriga pretio corrupto et subnectente infirmos axes, etc. Strab. l. VIII. Alium Homerus commemorat occisum ab Hectore.

(9) *Nec fraternæ,* etc. Videtur Remum et Romulum, quorum alter mortem fratri conscivit, referre.

aversatur et repudiat? Neque enim non voluerit esse, si quidem primus ipse opifex fuit. Vult siquidem ut, ad ipsum accedentes, ipsius imitatores fiant. Quare alienum a ratione duxi, illa Deo affingere; aut tanquam ab eo facta accipere : quanquam maxime concedendum sit (10), posse aliquid ex nihilo fieri, si quidem Deus (ex illo) fecit mala. Nam qui fecit ex nihilo, non jam ultra in nihilum redigeret. Iterumque necessitate dicendum, fuisse, quando Deus malis delectaretur, quæ modo non placent. Quare non arbitror, posse hoc dici de Deo. Alienum quippe est ab ejus natura, ut hoc illi conveniat. Existimavi ergo esse aliquid quod ei coexsistat, dictum *materia;* ex qua sapienti arte discernens ac pulchre exornans, res condiderit; ex qua et mala videntur orta. Cum enim illa et sine qualitate et informis exsisteret; ad hæc vero, etiam inordinate ferretur Deique arte indigeret, non invidit ipse, neque ita semper permisit ferri, sed elaborare cœpit, optimaque ab ejus pessimis secernere voluit; atque ita, quæcunque Deum ex illa procreare decebat, procreavit; quæcunque vero, ut verbo dicam, habuit fæculenta, ceu inepta opificio, qualia erant, nihil ipsi utilia, dereliquit : ex quibus modo apud homines mala influere (11) arbitror. Sic bene visum est sentire. Tu vero, amice, si quid minus recte dictum videatur, suggerens loquere; plane enim ea audire desidero.

A φεύγοντας αὐτὰ προσίεται. Καὶ πῶς οὐκ ἄτοπον ἦν τὸν Θεὸν τούτων λέγειν εἶναι δημιουργὸν, τὸν ταῦτα παραιτούμενον; Οὐδὲ γὰρ ἂν ἐβούλετο μὴ εἶναι αὐτὰ, εἰ πρῶτος αὐτῶν ποιητὴς ὑπῆρχεν αὐτός. Τοὺς γὰρ προσιόντας αὐτῷ μιμητὰς αὐτοῦ γίνεσθαι θέλει. Ὅθεν ἄλογον ἔδοξεν εἶναί μοι ταῦτα προσάπτειν τῷ Θεῷ, ἢ ὡς ἐξ αὐτοῦ γεγονότα.... εἰ καὶ τὰ μάλιστα συγχωρῆσαι δεῖ, ἐξ οὐκ ὄντων δυνατὸν εἶναί τι γίνεσθαι, ὅτι καὶ τὰ κακὰ ἐποίησεν αὐτός· ὁ γὰρ ἐκ τοῦ οὐκ εἶναι εἰς τὸ εἶναι αὐτὰ ποιήσας οὐκ ἂν ἐκ τοῦ εἶναι εἰς τὸ μηκέτι εἶναι αὐτά. Πάλιν τέ που ἀνάγκη λέγειν, ὡς ἦν ποτε καιρὸς, ὅτε τοῖς κακοῖς ἔχαιρεν ὁ Θεός· νῦν δὲ οὐκ ἔστι. Διόπερ ἀδύνατον εἶναί μοι δοκεῖ λέγειν τοῦτο περὶ Θεοῦ. Ἀνοίκειον γὰρ τῆς φύσεως αὐτοῦ τοῦτο προσαρμόζειν αὐτῷ. Διόπερ B ἔδοξέ (12) μοι συνυπάρχειν τι αὐτῷ ᾧ τοὔνομα *ὕλη*, ἐξ ἧς τὰ ὄντα ἐδημιούργησε, τέχνῃ σοφῇ διακρίνας, καὶ διακοσμήσας καλῶς, ἐξ ἧς καὶ τὰ κακὰ εἶναι δοκεῖ. Ἀποίου τε γὰρ καὶ ἀσχηματίστου οὔσης αὐτῆς, πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἀτάκτως φερομένης, δεομένης τε τῆς τοῦ Θεοῦ τέχνης, οὐκ ἐφθόνησεν οὗτος, οὔτε διὰ παντὸς κατέλιπεν αὐτὴν οὕτω φέρεσθαι, ἀλλὰ δημιουργεῖν ἤρχετο, καὶ ἀπὸ τῶν χειρίστων αὐτῆς τὰ κάλλιστα διακρίνειν ἤθελε· καὶ οὕτως ἐδημιούργησεν, ὅσα ἐξ αὐτῆς ἥρμοζε Θεῷ δημιουργεῖν· τὰ δ' ὅσα ἐξ αὐτῆς (ὡς ἔπος εἰπεῖν,) τρυγώδη ἐτύγχανε, ταῦτα, ἀνάρμοστα ὄντα πρὸς δημιουργίαν, ὡς εἶχε, κατέλιπε, κατ' οὐδὲν αὐτῷ προσήκοντα· ἐξ ὧν δοκεῖ μοι νῦν παρὰ ἀνθρώποις ἐπαίρειν τὰ κακά (13). Οὕτως ἔδοξέ μοι εὖ ἔχειν φρονεῖν. Σὺ δὲ, ὦ φίλε, εἴ τινά σοι δοκεῖ μὴ καλῶς εἰρῆσθαι πρὸς ἐμοῦ, ἀναφέρων λέγε, καὶ πάνυ περὶ τούτων ἀκούειν ποθῶ.

ORTH. Equidem acceptam habeo, amice, alacritatem tuam, studiumque illud tuum circa doctrinam laudo. Quod porro ita de rebus existimasti, ut eas Deus ex præjacenti aliqua substantia creaverit, non prorsus reprehenderim. Revera enim ita habet, ut ortus malorum, in id sensus multos impulerit. Etenim ante ambos, viri plures sufficienti doctrina, maximam ea de re quæstionem moverunt. Atque alii quidem, tibi similia existimaverunt; alii vero Deum, eorum auctorem pronuntiarunt, coævam ei substantiam assignare veriti : illi contra, quod Deum malorum auctorem dicere vererentur, concedendam putarunt materiam coævam. Contigit vero, ut neutri secundum veri scientiam Deum timentes, bene dixerint. Alii autem, principio etiam, de ea re quæstionem vitandam duxerunt, velut ea non haberet finem. Cæterum non sinit communis amicitiæ debitum, ut ipse amoliar, ubi maxime quid tibi sit animi tu ipse annuntias : quod nimirum minime teneat præsumptio (quanquam

C ΟΡΘΟΔ. Τὴν μὲν προθυμίαν ἀποδέχομαι τὴν σὴν, ὦ φίλε, καὶ σοῦ περὶ τὸν λόγον σπουδὴν ἐπαινῶ· ὃ δὲ περὶ τῶν ὄντων οὕτω διετέθης, ὡς ἄρα ἐξ ὑποκειμένης τινὸς οὐσίας ταῦτα ἐδημιούργησεν ὁ Θεὸς, οὐ πάνυ τι μέμφομαι. Ὡς ἀληθῶς γὰρ ἡ τῶν κακῶν γένεσις τοὺς πολλοὺς διατεθῆναι ποιεῖ. Καὶ γὰρ πρὸ σοῦ τε καὶ ἐμοῦ πολλοί τινες ἄνδρες ἱκανοὶ περὶ τούτου τὴν μεγίστην ζήτησιν ἐποιήσαντο. Καὶ οἱ μὲν ὁμοίως διετέθησάν σοι· οἱ δ' αὖ πάλιν τὸν Θεὸν τούτων δημιουργὸν ἀπεφήναντο, σύγχρονον αὐτῷ ὑπόστασιν δοῦναι πεφοβημένοι· κἀκεῖνοι, ἐκ τοῦ φοβηθῆναι τῶν κακῶν ποιητὴν εἰπεῖν τὸν Θεὸν, σύγχρονον αὐτῷ δοῦναι τὴν ὕλην ἔδοξαν. Καὶ συνέβη ἀμφοτέροις, ἐκ τοῦ μὴ κατ' ἐπιστήμην τοῦ ἀληθοῦς φοβηθῆναι τὸν Θεὸν, τὸ μὴ καλῶς εἰπεῖν. Ἕτεροι δὲ D τὴν ἀρχὴν καὶ περὶ τοῦ τοιούτου ζητεῖν παρῃτήσαντο, ὡς οὐκ ἔχοντος τέλος τοῦ τοιούτου ζητήματος. Ἐμὲ δὲ τὰ κοινὰ τῆς πρὸς σὲ φιλίας παραιτεῖσθαι τὸ ζητούμενον οὐκ ἐᾷ, καὶ μάλιστα ὅτε τὴν προαίρεσιν ἀπαγγέλλεις τὴν σήν· ὡς οὐ προλήψει κρατούμενος

(10) *Quanquam maxime concedendum sit*, etc. Videtur littera minus sana : nisi sit ratio peculiaris clausa parenthesi, a qua statim redeat ad probationem præmissæ illius, quod mala non debeant tribui Deo ut auctori; qui ipse auctor exsistens, non ageret ad malorum destructionem. Voluerit ergo, ad sua incommoda, neque hoc vitari, ut ne dicantur mala ex nihilo, si quidem Deus est eorum auctor.

(11) *Influere*. Ἐπιῤῥεῖν. Sic Photius : vox aptissima, significandæ illi in genus humanum veluti invectioni malorum, ex contagione materiæ. Τὸ ἐπαίρειν, videtur mendosum : nisi sit, *oriri, enasci, surgere*.

(12) *Διόπερ ἔδ.* Hæc habes apud Photium cod. CCXXXVI, sub init. GALL.

(13) *Τὰ κακά.* Huc usque primum Photianum excerptum, ubi tamen ita efferiur hic locus : ἐξ ὧν δοκεῖ μοι νῦν ἐπιῤῥεῖν τὰ κακά. ID.

(εἰ καὶ τὰ μάλιστα οὕτω πως ἐξ ὧν ὑπενόησας, ἔδοξας ἔχειν τὰ πράγματα), ἀλλ' ἐν ἐπιθυμίᾳ τῆς τοῦ ἀληθοῦς γνώσεως καθεστάναι λέγεις. Ὅθεν προθύμως κἀγὼ ἐπὶ τὸν τῆς ζητήσεως τραπήσομαι λόγον. Βούλομαι δὲ καὶ τουτονὶ τὸν ἑταῖρον ἀκροατὴν γενέσθαι τῶν ἡμετέρων λόγων. Καὶ γὰρ δοκεῖ πως κατά τι περὶ τούτων ὁμοίως σοι δοξάζειν καὶ αὐτός· διὸ κοινὸν πρὸς ἀμφοτέρους τὸν λόγον ποιεῖσθαι βούλομαι. Ἃ γὰρ ἂν εἴποιμι πρὸς σὲ οὕτως ἔχοντα, ταῦτα καὶ πρὸς τοῦτον ὁμοίως λέξω. Εἴ σοι τοίνυν ἀληθῶς περὶ τοῦ κρείττονος λέγειν εὐγνωμόνως δοκῶ, πρὸς ἕκαστον ἀπόκριναι ὧν ἐρωτῶ· ἐκ γὰρ τούτων γενήσεται καὶ σὲ μὲν τὸ ἀληθὲς μανθάνειν, κἀμὲ δὲ μὴ μάτην τοὺς λόγους ποιεῖσθαι πρὸς σέ.

ΟΥΑΛ. Ταῦθ', ἅπερ εἶπας, πράττειν ἑτοίμως ἔχω. Καὶ διὰ τοῦτο μετὰ πάσης προθυμίας ἐκεῖνα πυνθάνου, ἐξ ὧνπερ νομίζεις δύνασθαί με τὴν ἐπιστήμην τοῦ κρείττονος μαθεῖν. Οὐ γάρ μοι τὸ νικῆσαι πρόκειται κακῶς, ἀλλὰ τὸ ἀληθὲς ἐκμαθεῖν. Ὅθεν ἔχου τὸ λοιπὸν τοῦ λόγου.

ΟΡΘΟΔ. Ὅτι μὲν οὖν (14) ὑπάρχειν ἀδύνατον ἀγένητα δύο ἅμα, οὐδέ σε ἀγνοεῖν νομίζω, εἰ καὶ τὰ μάλιστα δοκεῖς προλαβὼν τοῦτο προτεθεικέναι τῷ λόγῳ. Ὡς πάντως ἐξ ἀνάγκης τὸ ἕτερον δεῖ λέγειν, ἢ ὅτι κεχώρισται τῆς ὕλης ὁ Θεός, ἢ αὖ πάλιν, ὅτι ἀμέριστος αὐτῆς τυγχάνει. Εἰ μὲν οὖν ἡνῶσθαί τις εἰπεῖν αὐτὰ ἐθέλοι, ἓν τὸ ἀγένητον λέξει· (ἕκαστον γὰρ τούτων μέρος ἔσται τοῦ πλησίον·) ἀλλήλων δὲ μέρη τυγχάνοντα, οὐκ ἔσται ἀγένητα δύο, ἀλλ' ἓν ἐκ διαφόρων συνεστός. Οὐδὲ γὰρ τὸν ἄνθρωπον ἔχοντα διάφορα μέλη κατακερματίζομεν εἰς πολλὰ γενητά. Ἀλλ' ἥ, ὡς ὁ λόγος ἀπαιτεῖ, ἕν τι γενητόν, τὸν ἄνθρωπον, πολυμερές, πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι φαμέν. Οὕτως ἀνάγκη, εἰ μὲν μὴ κεχώρισται τῆς ὕλης ὁ Θεός, ἓν τὸ ἀγένητον εἶναι λέγειν· εἰ δὲ κεχωρίσθαι φήσει τις, ἀνάγκη εἶναί τι τὸ ἀναμέσον ἀμφοτέρων, ὅπερ καὶ τὸν χωρισμὸν αὐτῶν δείκνυσιν. Ἀδύνατον γὰρ ἐν διαστάσει ἐξετάσθαι τι ἀπό τινος, οὐκ ὄντος ἑτέρου, καθ' ὃ ἡ διάστασις ἑκατέρου γίνεται. Ὅπερ οὐ μέχρι τούτου ἵσταται καὶ μόνου, ἀλλὰ καὶ πλείστων ὅσων. Ὃν γὰρ ἐπὶ τῶν δύο ἀγενήτων εἴπαμεν λόγον, τοῦτον ἐξ ἀνάγκης ὁμοίως προχωρεῖν, εἰ τὰ ἀγένητα δοθείη τρία. Καὶ γὰρ περὶ τούτων ἐροίμην ἄν, εἰ κεχώρισται ἀπ' ἀλλήλων, ἢ αὖ πάλιν ἕκαστον ἥνωται τῷ πλησίον. Εἰ μὲν γὰρ ἡνῶσθαί τις εἰπεῖν θέλοι, τὸν αὐτὸν ἀκούσει τῷ πρώτῳ λόγον· εἰ δ' αὖ πάλιν κεχωρίσθαι, οὐ φεύξεται τὴν ἐξ ἀνάγκης τοῦ χωρίζοντος ἀπόστασιν. Ἂν δ' ἄρα τις καὶ τρίτον εἶναι λέξοι λόγον ἁρμόζοντα περὶ τῶν ἀγενήτων λελέχθαι, τουτέστι τὸ μήτε κεχωρίσθαι τὸν Θεὸν τῆς ὕλης, μήτ' αὖ πάλιν

A maxime, ex iis quæ considerasti, ita res habere visum sit), sed scientiæ veri desiderium habeat. Quare etiam ego libens alacrisque ad quæstionem accedam. Placet vero, ut et hic amicus susceptæ disputationis auditor fiat. Nam et ipse, eadem quadamtenus tibi videtur opinione : quare volo communi cum utroque oratione conferre. Quæ enim tibi sic affecto dixerim, eadem et illi similiter dixero. Si igitur vere tibi videor ac sincere quod est melius dicere, responde ad singula quæ percontor : sic enim fiet, ut et ipse addiscas verum, nec ego frustra disserens insumam sermones.

VAL. Promptum mihi est, ut quæ dicis faciam. B Quare omni alacritate ea percontare, ex quibus arbitraris posse me discere quod est melius. Neque enim propositum habeo ut male vincam, sed ut verum edocear. Jam itaque sermonem prosequere.

ORTH. Sane igitur, quod nullo modo (15) fieri possit, ut sint duo simul increata, nec te quidem ignorare puto, quanquam id maxime videaris sermone jam habito statuisse. Plane siquidem duorum alterum necessum fuerit dicere; vel quod Deus separatus sit a materia, vel contra quod indivisus illi cohæreat. Si quis igitur unita velit dicere, unum increatum dixerit. (Erit siquidem unumquodque horum propinqui pars (16).) Porro quæ sunt invicem partes, non duo increata, sed unum diversis consi- C stens, increatum erunt. Nam neque hominem, multis constantem membris, dividimus in multa creata. Quin, ita exigente ratione, hominem, unum quid creatum dicimus, multarum partium, a Deo factum. Atque adeo necesse est, ut nisi Deus separatus sit a materia, unum increatum esse dicatur. Sin vero divisa et separata aliquis dixerit, necesse est intercedere aliquod medium, quod separata exhibeat. Nequit enim fieri ut aliquid ab aliquo distans consideretur, nisi exsistente alio secundum quod fiat discretorum distantia. Neque id in uno hoc soloque sistit, sed extenditur ad innumera ejusmodi. Quam enim in duobus increatis rationem diximus, similiter oportet procedere, si concessum D fuerit illa esse tria. Nam et de illis quæsierim, sintne ab invicem separata, vel unumquodque propinquo unitum sit? Si quidem vero velit aliquis dicere unita, id ipsum ac prius auditurus est. Sin contra dixerit separata, non effugiet, ut ne necessario desit quod separet (17). Quod si quis etiam tertiam

(14) Ὅτι μὲν οὖν. Hæc item occurrunt apud Photium l. c., iis statim subjecta, quorum modo meminimus. GALL.

(15) *Sane igitur, quod nullo modo*, etc. Ὅτι μὲν οὖν ἀδύνατον. Incipit hic Methodii doctrina, ubi Photii vel interpres vel librarius : *Quod si fieri nullo modo possit*, etc., conditionali adjecta totum sensum perimente.

(16) *Erit siquidem unumquodque horum propinqui pars*. Μέρος τοῦ πλησίον. Sola enim ad hoc videtur sufficere ἕνωσις et continuitas. Interpres Photii : *Unaquæque enim pars horum erit alteri similis*, etc. Quibus nec Methodium reddit, nec ejus rationi aliam ipse probabilem substituit : aliquorum enim similitudo non arguit, esse alterum partem alterius. Quod ibi sequitur, ita punctandum : ἀλλήλων δὲ μέρη τυγχάνοντα, ἀγένητον· ἀλλ'. Ubi interpres *partes inter se pares*, etc., quod tamen fuerit mendum typographi pro, *partes inter se partes*, etc.

(17) *Non effugiet, ut ne necessario desit quod separet*. Οὐ φεύξεται τὴν τοῦ χωρίζοντος ἀπόστασιν, quia nimirum ipsum separans, oporteat esse uni-

sententiam, quæ in increata congruat, dictam voluerit; nempe, neque Deum a materia separatum esse, ac neque rursum ambo ut partes uniri (18): sed esse Deum in materia ut in loco: materiamque, habere in Deo rationem continentis: noverit ille, fore, ut si materiam Dei locum dixerimus, necessario etiam dicendus sit comprehensibilis, et qui a materia circumscribatur. Quin et simili, atque materia, ratione, circumferatur oportet. Nec vero consistere potest, aut in se ipso manere, eo temere moto, in quo est. Præterea fatendum necessario est, fuisse Deum in deterioribus. Nam si materia quandoque ornatu caruit; Deus vero, volens ad statum meliorem reducere, ornatum contulit: fuit aliquando, cum Deus in inornatis incultisque exsisteret. Sed et illud jure quæsierim: Totamne materiam Deus occuparet, an solum in parte aliqua exsisteret? Sane quidem, si quis Deum in parte tantum materiæ affirmare velit, perquam angustiorem minoremque materia dicit; quando pars ejus totum capere potuit. Sin dixerit esse in tota, totamque pervasisse materiam, quomodo eam elaboravit (19)? Necesse est enim ut dicamus, fuisse Deum aliquo modo in se retractum ut, contractione facta, illam partem componeret, a qua se retraxisset; vel etiam una cum materia effinxisse, non habentem locum quo se interim reciperet. Si vero quis asserat materiam in Deo fuisse, similiter exquirendum restat: utrum scilicet, velut ipso diviso a se ipso (20), ac sicut animalium genera in aere exsistunt; diviso ipso sectoque ad ea suscipienda quæ in eo sunt: vel sicut in loco hoc est, eo modo quo aqua in terra est. Si quidem eo modo dixerimus quo res sunt in aere; necesse est, ut Deum divisibilem dicamus. Sin autem eo modo quo aqua est in terra: cum materia indigesta esset et incomposita; ad hæc etiam, mala contineret; necessitate conficitur, ut

ὡς μέρη ἡνῶσθαι· εἶναι δὲ, καθάπερ ἐν τόπῳ, τῇ ὕλῃ τὸν Θεὸν, καὶ τὴν ὕλην ἐν τῷ Θεῷ τὸ συνέχον· ἀκουέτω, ὅτι, ἐὰν τόπον τοῦ Θεοῦ τὴν ὕλην λέγωμεν, ἐξ ἀνάγκης αὐτὸν καὶ χωρητὸν λέγειν δεῖ, καὶ πρὸς τῆς ὕλης περιγραφόμενον. Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁμοίως αὐτὸν τῇ ὕλῃ ἀτάκτως φέρεσθαι δεῖ. Μὴ ἵστασθαι δὲ, μηδὲ μένειν αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ, ἀνάγκη, τοῦ ἐν ᾧ ἐστιν ἄλλοτε ἄλλως φερομένου. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἐν χείροσι γεγονέναι τὸν Θεὸν εἰπεῖν ἀνάγκη. Εἰ γάρ ποτε ἄκοσμος ἦν ἡ ὕλη, ἐκόσμησε δὲ αὐτὴν, εἰς τὸ κρεῖττον τρέψαι προαιρούμενος, ἦν ποτε ὅτ' ἐν ἀκοσμήτοις ἦν ὁ Θεός. Δικαίως δ' ἂν καὶ τοῦτο ἐροίμην, πότερον ἐπλήρου τὴν ὕλην ὁ Θεὸς, ἢ ἐν μέρει τινὶ τῆς ὕλης ὑπῆρχεν αὐτῆς. Εἰ μὲν γὰρ ἐν μέρει τινὶ τῆς ὕλης εἰπεῖν τις θέλοι τὸν Θεὸν, πλεῖστον ὅσον μικρότερον αὐτὸν τῆς ὕλης λέγει· εἴ γε δὴ μέρος αὐτῆς ὅλον ἐχώρησε τὸν Θεόν. Εἰ δὲ ἐν πάσῃ εἶναι λέγοι, καὶ δι' ὅλης κεχωρηκέναι τῆς ὕλης, πῶς ταύτην ἐδημιούργησε φρασάτω. Ἀνάγκη γὰρ συστολήν τινα τοῦ Θεοῦ λέγειν, ἧς γενομένης ἐδημιούργει ἐκεῖνο ἀφ' οὗ ὑπεχώρησεν, ἢ καὶ αὐτὸν τῇ ὕλῃ συνδημιουργεῖν, οὐκ ἔχοντα ὑποχωρήσεως τόπον. Εἰ δὲ τὴν ὕλην ἐν τῷ Θεῷ εἶναί τις λέξοι, ὁμοίως ἐξετάζειν δεῖ· πότερον ὡς διισταμένου αὐτοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ ὥσπερ ἐν ἀέρι ὑπάρχει γένη, διαιρουμένου καὶ μεριζομένου αὐτοῦ εἰς ὑποδοχὴν τῶν γινομένων ἐν αὐτῷ, ἢ ὡς ἐν τόπῳ, τουτέστιν, ὥσπερ ἐν γῇ ὕδωρ· εἰ μὲν γὰρ εἴποιμεν, ὡς ἐν ἀέρι, μεριστὸν ἀνάγκη τὸν Θεὸν εἰπεῖν· εἰ δ' ὥσπερ ἐν γῇ ὕδωρ· ἦν δὲ ἄτακτος ἡ ὕλη καὶ ἀκόσμητος, πρὸς δὲ τούτοις ἔχουσα καὶ κακά· τὸν Θεὸν λέγειν ἀνάγκη τόπον εἶναι ἀκοσμήτων καὶ τῶν κακῶν. Ὅπερ οὐκ εὔφημον εἶναί μοι δοκεῖ, ἐπισφαλὲς δὲ μᾶλλον. Ὕλην γὰρ εἶναι θέλεις, ἵνα μὴ τῶν κακῶν ποιητὴν εἴπῃς τὸν Θεόν· καὶ τοῦτο φυγεῖν προαιρούμενος, δοχεῖον αὐτὸν τῶν κακῶν εἶναι λέγεις. Εἰ μὲν οὖν, τὴν ὕλην ἐκ τῶν (21) ὑποστάντων γενητῶν ὑπονοῶν, ἀγένητον ὑπάρχειν ἔλεγες, πολὺν ἂν περὶ ταύ-

tum extremis, eoque illis idem, identitate scilicet partium in toto. Paulo aliter formatur hæc ratio apud Photium: post verba enim non longe superius posita, ὅπερ καὶ τὸν χωρισμὸν αὐτῶν δείκνυσι: ita arguit, τοῦτο δὲ, ἤτοι ταυτὸν ὄν, ἥνωται θατέρῳ τῶν δύο· καὶ ἀνάγκη πάλιν ἢ ἕνωσιν ἢ χωρισμὸν πρὸς τὸ ἕτερον ζητεῖν. Ἕνωσιν γὰρ ἀδύνατον ἰδεῖν, εἴπερ θατέρῳ ταυτὸν εἶναι καὶ ἡνῶσθαι δέδοται· ἡνοῦτο γὰρ οὕτως ἂν καὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς, ᾧ ταυτὸν εἶναι τοῦτο ἐδόθη. Εἰ δὲ κεχωρίσθαι ἀπαιτεῖ ὁ λόγος, πάλιν τὸ χωρίζον ἀπαιτητέον, ἕως ἂν ἀπείρων ἡμῖν ἀγενήτων ἑσμὸς ἀναφανῇ. Ego sic redderem: *Hoc autem* (nempe separans) *velut quod sit idem alteri duorum, illi unitum est: rursumque necesse erit quærere aut conjunctionem aut separationem ab altero. Unionem enim videre, impossibile fuerit, si quidem concessum est, esse idem cum altero, et illi unitum. Sic enim uniretur etiam primum illud, cum quo istud idem esse concessum fuit. Quod si ratio docet separatum: rursus quærendum est quo separetur, donec infinitorum ingenitorum nobis copia occurrat.* Est hæc ratio satis facilis et consequens: nisi quod ubique minus probabiliter videtur supponere, distingui aliqua necessario, non se ipsis, sed per alia. Valet nihilominus illa ad hominem, et supposita crassa illa æstimatione de Deo, in qua erant Valentiniani.

(18) *Ac neque rursum ambo ut partes uniri.* Μήτ' αὖ πάλιν, ὡς μέρη ἡνῶσθαι Photiana, μηδ' αὖ πάλιν [ὡς] ἐν μέρει ἡνῶσθαι, nempe Deum uniri vel ut in parte: vel, ut pars unitur parti. Est altera probatio ab altero modo unionis, per modum contigui: locatique et loci: quæ et ipsa ad hominem procedit.

(19) *Quomodo eam elaboravit?* Πῶς ταύτην ἐδημιούργησε, similitudine artificum, quos oportet esse nonnihil loco discretos a materia quam componunt et perficiunt; sic Archimedes nonnullum locum extra universum quærebat, toti illi ciendo et sede movendo. Interpres passim τὸ δημιουργεῖν reddit *creare*, quod hoc loco non congruit, ubi agitur de formatione materiæ, adversus eos qui ipsam a se et ingenitam dicebant. Ut ergo non tulerint aures, ut faber dicatur creare ferrum, ita neque ut Deus, eo sensu, dicatur creare materiam.

(20) *Velut ipso diviso a se ipso.* Velut in loco communi et proprio, ut quovis modo sequatur aliquid absonum vel divisio Dei; vel indigni et turpis, ceu in vase et loco proprio, continentia, cum probro continentis: unde quod sequitur ἢ ὡς ἐν τόπῳ, videtur supplendum addito ἰδίῳ, nisi legendum est ἀγγείῳ, cujus continentiæ exemplum statim in terra ponat, hoc est, vase terreo et fictili continente aquam: qua continentia, vas dicitur, vel in honorem, vel in contumeliam, I Tim. II.

(21) *Ἐκ τῶν.* Forte ἔξω τῶν.

της ἐποιησάμην λόγον εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ὅτι ἀδύνατον ὑπάρχειν αὐτὴν ἀγένητον· ἐπεὶ δὲ τὴν τῶν κακῶν γένεσιν αἰτίαν φῇς εἶναι τῆς τοιαύτης ὑπονοίας, διὰ τοῦτο ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τούτων ἔρχεσθαί μοι δοκεῖ. Φανεροῦ γὰρ γινομένου τοῦ λόγου, καθ' ὃν τρόπον ἐστὶ τὰ κακὰ, καὶ ὅτι οὐχ οἷόν τε ἐστὶν αἴτιον τῶν κακῶν εἰπεῖν τὸν Θεὸν, ἐκ τοῦ ὕλην αὐτῷ ὑποτιθέναι τὴν τοιαύτην ὑπόνοιαν, ἀναιρεῖσθαί μοι δοκεῖ· ὅτι, εἰ τὰς ποιότητας μὴ οὔσας ἐδημιούργησεν ὁ Θεὸς, καὶ τὰς οὐσίας ὁμοίως. Φῂς τοίνυν ἄποιον ὕλην συνυπάρχειν τῷ Θεῷ, ἐξ ἧς τὴν τοῦ κόσμου γένεσιν ἐδημιούργησεν;

A Deum, locum dicamus (24) incompositorum et turpium, atque malorum : quod minus decens mihi videtur, quin etiam periculosum. Nam ideo vis esse materiam, ut ne Deum malorum auctorem affirmaveris : cumque hoc velis cavere, malorum conceptaculum, eum dicis. Quod si materiam extra subsistentia creata existimans, increatam dixisses exsistere, multis de ea locutus essem, probando non posse fieri, ut ea increata sit. Quia vero malorum ortum, ejuscemodi opinionis dicis causam, propterea visum est, ut ad istorum examen progrediar. Declarato enim, quomodo fiant mala, quodque Deus malorum auctor dici nequeat, suggerente materia ejusmodi opinionem, mihi confici videtur, ut si Deus qualitates quæ non erant, creavit, simili etiam ratione substantias crearit. Ain' ergo materiam nudam qualitate et informem, Deo coexsistere, ex qua mundum creaverit?

ΟΥΑΛ. Οὕτω μοι δοκεῖ.

ΟΡΘΟΔ. Οὐκοῦν εἰ ἄποιος ἐτύγχανεν ἡ ὕλη, γέγονε δὲ κόσμος πρὸς τοῦ Θεοῦ, ἐν δὲ τῷ κόσμῳ αἱ ποιότητες· τῶν ποιοτήτων γέγονε ποιητὴς ὁ Θεός.

ΟΥΑΛ. Οὕτως ἔχει.

ΟΡΘΟΔ. Ἐπεὶ δέ σου καὶ λέγοντος πρόσθεν ἤκουσα, ὡς ἀδύνατον ἐξ οὐκ ὄντων γίνεσθαί τι, πρὸς ἐρώτησιν ἀπόκριναι τὴν ἐμήν· δοκεῖ σοι τὰς τοῦ κόσμου ποιότητας μὴ ἐξ ὑποκειμένων ποιοτήτων γεγονέναι;

ΟΥΑΛ. Δοκεῖ.

ΟΡΘΟΔ. Ἕτερον δέ τι παρὰ τὰς οὐσίας ὑπάρχειν αὐτάς;

ΟΥΑΛ. Οὕτως ἔχει.

ΟΡΘΟΔ. Οὐκοῦν εἰ μήτε ἐξ ὑποκειμένων ποιοτήτων τὰς ποιότητας ἐδημιούργησεν ὁ Θεὸς, μήτε ἐκ τῶν οὐσιῶν ὑπάρχουσι, τῷ μηδὲ οὐσίας αὐτὰς εἶναι· ἐκ μὴ ὄντων αὐτὰς ὑπὸ Θεοῦ γεγονέναι ἀνάγκη εἰπεῖν. Ὅθεν περιττῶς ἐδόκεις μοι λέγειν, ἀδύνατον δοξάζειν ἐξ οὐκ ὄντων γεγονέναι τι πρὸς τοῦ Θεοῦ. Ἀλλ' ὁ μὲν περὶ τούτου λόγος ὧδε ἐχέτω. Καὶ γὰρ παρ' ἡμῖν ὁρῶμεν ἀνθρώπους ἐξ οὐκ ὄντων ποιοῦντάς τινα, εἰ καὶ τὰ μάλιστα δοκοῦσιν οὗτοι ποιεῖν ἔν τινι. Οἷον ἐπὶ τῶν ἀρχιτεκτόνων τὸ παράδειγμα λάβωμεν· καὶ γὰρ οὗτοι ποιοῦσι πόλεις οὐκ ἐκ πόλεων, καὶ ναοὺς ὁμοίως οὐκ ἐκ ναῶν (22). Ἀτελής.

B VAL. Ita mihi videtur.

ORTH. Ergo si materia sine qualitate et informis fuit, mundus vero factus est a Deo; in mundo autem sunt qualitates; utique qualitatum conditor fuit Deus.

VAL. Ita est.

ORTH. Quia porro in superioribus dicentem audivi, non posse aliquid ex nihilo fieri, responde ad meam quæstionem : Videnturne tibi qualitates mundi, ex non subjectis qualitatibus factæ?

VAL. Videntur.

ORTH. Et has esse aliquid aliud a substantia existimas?

VAL. Ita, aliud.

C ORTH. Cum ergo Deus qualitates ex non subjectis qualitatibus condiderit, nec illæ sint factæ ex substantiis, cum non sint substantiæ : necesse erit dicere, illas ex nihilo a Deo creatas esse. Quare videbaris superflue dicere esse inopinabile, quod Deus aliquid ex nihilo creaverit. Enimvero ea sit ejus rei decisio. Nam etiam apud nos, quædam videmus hominum opera fieri ex nihilo, quanquam ipsi maxime videantur facere in aliquo. Ut si exemplum ab architectis capiamus : nam et illi urbes condunt ex non urbibus, et templa ex non templis. *Imperfectus.*

ΛΟΙΠΑ ΕΚ ΤΩΝ ΦΩΤΙΟΥ.

RELIQUA EX PHOTIO.

(*Biblioth.* cod. CCXXXVI.)

Εἰ δ', ὅτι τούτοις οὐσίαι ὑπόκεινται, οἴει ἐξ (οὐκ) ὄντων (23) αὐτὰς ταῦτα ποιεῖν, τῷ λόγῳ σφάλλῃ. Οὐδὲ γὰρ ἡ οὐσία ἐστὶν ἡ ποιοῦσα τὴν πόλιν, ἢ τοὺς ναοὺς, ἀλλ' ἡ περὶ τὴν οὐσίαν τέχνη, ἣ οὐκ ἐξ ὑποκειμένης τινὸς τέχνης ἐν ταῖς οὐσίαις γίνεται· ἀλλ' ἐξ οὐκ οὔσης ἐν αὐταῖς γίνεται. Ἀπαντήσειν δέ μοι δοκεῖς οὕτω τῷ λόγῳ· ὅτι τεχνίτης τῇ ἐν τῇ οὐσίᾳ

D Quod si, quia his substantiæ subjectæ sint, existimas (eos) non hæc facere ex nihilo, verbo falleris. Neque enim substantia condit civitatem aut templa, sed ars quæ versatur circa substantiam : eaque, non ex subjecta aliqua arte quæ sit in substantiis, sed ex non arte in illis, procreatur. Videris tamen ita rationi posse occurrere : ut nimirum

(22) Ἐκ ναῶν. Huc usque Meursii editio. Photius vero l. c. post verba οὐκ ἐκ ναῶν, subdit statim quæ sequuntur : Εἰ δ' ὅτι, κ. τ. λ. Quæ quidem doctissimus Lamius, una cum tertio operis Methodiani excerpto ex codice Sirmondi descripto, hausit ex edito Combefisiano, et in præfatione ad vol. VIII operum Meursii exhibuit, pag. V-X, quo nimirum ab eodem Meursio Methodiana evulgata compleret. GALL.

(23) Ἐξ (οὐκ) ὄντων. Deest μὴ, aut supervacaneum τὸ οὐκ. Statim vero forte legendum αὐτούς, ut referatur ad *architectos*, de quibus paulo superius.

(24) *Locum dicamus.* Τόπον εἶναι. Photiana, mendose, αἴτιον, tota enim argumentatio in loco est, a quo arguit ad causam; ut quorum Deus nequierit esse causa. nec debeat esse locus et conceptaculum, δοχεῖον, ut statim subditur.

artificem arte quam in substantia habeat, dicas operari (25). Ad hoc respondeo : Neque homini adnasci artem ex subjecta arte; nam neque concedi potest, ipsam in se substantiam, artem esse. Ars enim accidentibus adcensetur, iisque, quorum tunc sit esse, cum in substantia aliqua procreata fuerint. Homo quidem, sine etiam tectonica fuerit : at illa, nisi prius exsistente homine, nulla erit. Quare dicendum necessario, habere artes natura, ut ex nihilo fiant in hominibus. Ergo si ita habere ostendimus in hominibus; quomodo non æquum erit dicere, posse a Deo, non solum qualitates, sed et substantias, fieri ex nihilo? Dum enim possibile videtur ut aliquod ex nihilo fiat, posse etiam substantias ex nihilo fieri ostenditur.

Iterum vero instituta de malis disputatio resumatur. Mala, utrum substantiæ videntur vel qualitates substantiarum?

VAL. Qualitates.

ORTH. Materia vero, eratne sine qualitatibus et informis?

VAL. Maxime.

ORTH. Hæc ergo nomina substantiæ junguntur ex iis quæ ipsi accidunt. Neque enim homicidium est substantia, neque quidquam aliorum malorum; sed agnominatur ab operationibus. Nam neque homicidium est homo; sed is, ob illud perpetratum quadam velut nominis deflexione, homicida agnominatur; cum ipse haudquaquam sit homicidium: atque, ut compendio dicam, nihil quidquam ex aliis malis est substantia : sed potest dici mala, quod malorum quidpiam egerit. Simili modo ratiocinare, si quid aliud quod sit causa malorum, mente confinxeris : nempe etiam illud malum esse, quod hominibus cooperetur, et suggerat ut mala faciant. Est enim et ipse malus, ob ea quæ facit. Propterea enim dicitur esse malus, quod sit auctor malorum. Porro, quod quis facit, non ipse est qui facit, sed ejus operatio, unde sibi cognomen mali asciscit. Nam si id ipsum dixerimus esse quod facit; cum faciat cædes et adulteria et hoc genus similia, ipse illa erit. Quod si ipse, illa est; habet suum esse, cum illa sunt : ubi autem non fuerint, etiam ipse desinit esse. Fiunt autem hæc ab hominibus : erunt ergo homines horum auctores; et ut sint vel non sint, causæ. Atqui si ob ea quæ quisque facit, malus est, quæ autem facit, principium habent; consequens fit, ut et ille cœperit esse malus, cœperintque etiam ista mala. Quod si verum est, nemo igitur ante omne principium æternumque malus est, ac neque mala sunt increata.

A τέχνῃ ποιεῖ. Φημὶ δὲ πρὸς τοῦτο, ὅτι οὐδὲ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἔκ τινος ὑποκειμένης τέχνης προσγίνεται· οὐδὲ γὰρ ἔνεστι τὴν ἐφ' ἑαυτῆς οὐσίαν δοῦναι τὴν τέχνην. Τῶν γὰρ συμβεβηκότων ἐστὶ, καὶ τῶν τότε τὸ εἶναι ἐχόντων, ὁπόταν ἐν οὐσίᾳ τινὶ γένηται. Ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος καὶ χωρὶς τῆς τεκτονικῆς ἔσται, ἡ δὲ οὐκ ἔσται, ἐὰν μὴ πρότερον ἄνθρωπος ᾖ. Ὅθεν, τὰς τέχνας ἐξ οὐκ ὄντων εἰς ἀνθρώπους πεφυκέναι γίνεσθαι, λέγειν ἀναγκαῖον. Εἰ τοίνυν τοῦτο οὕτως ἔχειν ἐπ' ἀνθρώπων ἐδείξαμεν, πῶς οὐχὶ προσῆκε τὸν Θεὸν μὴ μόνον ποιότητας, ἐξ οὐκ ὄντων φάναι δύνασθαι ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ οὐσίας; Τὸ γὰρ δυνατὸν φανῆναι τὸ γίνεσθαί τι ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τὰς οὐσίας οὕτως ἔχειν δείκνυται.

B Πάλιν δὲ διαληπτέον τῶν κακῶν πέρι. Τὰ κακὰ πότερον οὐσίαι σοι δοκοῦσιν εἶναι, ἢ ποιότητες οὐσιῶν;

ΟΥΑΛ. Ποιότητες.

ΟΡΘΟΔ. Ἡ δὲ ὕλη ἄποιος ἦν καὶ ἀσχημάτιστος;

ΟΥΑΛ. Οὕτω.

ΟΡΘΟΔ. Πέπλεκται ἄρα τὰ ὀνόματα ταῦτα τῇ οὐσίᾳ ἐκ τῶν συμβεβηκότων αὐτῇ. Οὔτε γάρ ἐστιν ὁ φόνος ἡ οὐσία, οὔτε τι τῶν ἄλλων κακῶν· ἀλλ' ἐκ τῶν ἐνεργειῶν παρονομάζεται. Οὔτε γὰρ φόνος ὁ ἄνθρωπος· ἀλλὰ τῷ ἐνεργηκέναι τοῦτον, παρωνύμως φονεὺς παρονομάζεται, μὴ ὢν φόνος αὐτός· οὔτε, συλλήβδην εἰπεῖν, τὶ τῶν ἄλλων κακῶν ἐστιν ἡ οὐσία· ἀλλὰ τῷ πρᾶξαί τι τῶν κακῶν κακὴ λέγεσθαι δύναται. C Ὁμοίως ἐπινόησον, εἴ τι ἕτερον ἀναπλάττεις ἐν τῷ νῷ, κακῶν τοῖς ἀνθρώποις αἴτιον, ὡς κἀκεῖνο κακὸν (26), ἐν τῷ τούτοις ἐνεργεῖν, καὶ ὑποβάλλειν ποιεῖν τὰ κακά. Ἔστι γὰρ καὶ αὐτὸς κακὸς, ἐξ ὧν ποιεῖ. Διὰ γὰρ τοῦτο κακὸς εἶναι λέγεται, ὅτι (τῶν) κακῶν ἐστι ποιητής· ἃ δέ τις ποιεῖ, οὐκ ἔστιν αὐτὸς, ἀλλ' ἐνέργεια αὐτοῦ, ἀφ' ὧν τὴν προσηγορίαν τοῦ κακὸς (27) λέγεσθαι λαμβάνει. Εἰ γὰρ αὐτὸν εἴποιμεν εἶναι ἃ ποιεῖ· ποιεῖ δὲ φόνους, καὶ μοιχείας, καὶ ὅσα ὅμοια· αὐτὸς ἔσται ταῦτα. Εἰ δὲ αὐτός ἐστι ταῦτα· ὅτε γίνεται, τὴν σύστασιν ἔχει· οὐ γινόμενα δὲ, καὶ τοῦ εἶναι παύεται. Γίνεται δὲ ταῦτα πρὸς ἀνθρώπων· ἔσονται ἄρα τούτων οἱ ἄνθρωποι ποιηταὶ, καὶ τοῦ εἶναι καὶ τοῦ μὴ εἶναι αἴτιοι. Ἀλλ' εἰ ἐξ ὧν ἐνεργεῖ ἕκαστος, ὑπάρχει κα- D κός· ἃ δὲ ἐνεργεῖ, ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαμβάνει· ἤρξατο κἀκεῖνος εἶναι κακός· ἤρξατο δὲ καὶ ταῦτα τὰ κακά. Εἰ δ' οὕτως ἔχει, οὐκ ἔστιν ἀνάρχως τις κακὸς, οὐδὲ ἀγέννητα τὰ κακά.

(25) *Ut nimirum artificem arte quam in substantia habeat, dicas operari*, τῇ ἐν τῇ οὐσίᾳ τέχνῃ ποιεῖ. Non bene interpres Photii, *per artem aliquid in substantia fieri*. Qui enim hoc ad propositum, quo quæritur, num ars ex præjacente arte fiat, in habente, vel ut ex arte quam artifex substantialiter habeat, ut ista solutio contendit; vel ex nihilo sui, tanquam verum accidens, quod tantum sit, cum in substantia aliqua fuerit factum; quod Methodius intendit, ut eo evincat, posse Deum aliquid majus, nempe ex nihilo etiam subjecti et absolute; nec solum accidentia, sed et substantias creare, eoque non habuisse opus materia adjutrice? Reliqua nihil fere felicius reddita, conati sumus restituere : et quisque adverterit, collata utraque versione, et sibi ipsa, et textui.

(26) *Κἀκεῖνο κακόν*. Al. κἀκεῖνος κακός.

(27) *Κακός*. Al. κακοῦ.

ΟΥΑΛ. Ἀλλὰ τὸν μὲν πρὸς τὸν ἕτερον λόγον ἱκανῶς, ὦ φίλε, πεποιηκέναι μοι δοκεῖς. Ἐξ ὧν γὰρ προλαβὼν ἔδωκε τῷ λόγῳ, ἐκ τούτων συνάγειν ἔδοξας καλῶς. Ὡς ἀληθῶς γὰρ, εἰ ἄποιος ἐτύγχανεν ἡ ὕλη, τῶν δὲ ποιοτήτων δημιουργὸς ὁ Θεός· ποιότητες δὲ τὰ κακά· τῶν κακῶν ἔσται ποιητὴς ὁ Θεός. Ἐμοὶ δὲ ψεῦδος δοκεῖ, τὴν ὕλην ἄποιον λέγειν· οὐδὲ γὰρ ἔνεστιν εἰπεῖν περὶ τῆς τινος οὐσίας, ὡς ἔστιν ἄποιος. Ἀλλὰ μὴν, καὶ ἐν ᾧ ἄποιον εἶναι λέγει, τὴν ποιότητα αὐτῆς εἶναι μηνύεις, ὁποία ἐστὶν ἡ ὕλη διαγραφόμενος· ὅπερ ἐστὶ ποιότητος εἶδος. Ὅθεν, εἴ σοι φίλον ἐστὶν, ἄνωθεν ἄρχου τοῦ λόγου· ἐμοὶ γὰρ ἡ ὕλη ποιότητας ἀνάρχως ἔχειν δοκεῖ. Οὕτω γὰρ καὶ τὰ κακὰ ἐκ τῆς ἀποῤῥοίας αὐτῆς εἶναι λέγω, ὦ φίλε.

ΟΡΘΟΔ. Εἰ ἔμποιος ἦν ἀνάρχως ἡ ὕλη, τίνος (ἄρα) ἔσται ποιητὴς ὁ Θεός; Εἴτε γὰρ οὐσίας ἐροῦμεν, προεῖναί φαμεν· εἴτε αὖ ποιότητας, καὶ ταύτας ὑπάρχειν λέγομεν. Οὐκοῦν οὐσίας τε οὔσης, καὶ ποιοτήτων, περιττὸν εἶναί μοι δοκεῖ, δημιουργὸν λέγειν τὸν Θεόν. Ἀλλὰ ἀπόκριναι ἐρωτώμενος· τίνι τρόπῳ δημιουργὸν εἶναι φῂς τὸν Θεόν; πότερον, ὅτι τὰς οὐσίας ἔτρεψεν ἐκείνας εἰς τὸ μηκέτι ὑπάρχειν, αἵπερ ἦσάν ποτε· ἢ ὅτι τὰς μὲν οὐσίας ἐφύλαξε, τὰς δὲ ποιότητας τούτων ἔτρεψε;

ΟΥΑΛ. Οὔτι μοι δοκεῖ ἀλλαγὴν οὐσιῶν γεγονέναι, ἀλλὰ μόνον ποιοτήτων· καθ' ἃς δημιουργὸν εἶναι λέγομεν τὸν Θεόν. Καὶ ὥσπερ εἰ τύχοι λέγειν ἐκ λίθων οἰκίαν γεγονέναι, ἐφ' ὧν οὐκ ἔνεστιν εἰπεῖν, ὡς οὐκέτι λίθοι μένουσι τῇ οὐσίᾳ, οἰκία λεγόμενοι οἱ λίθοι· τῇ γὰρ ποιότητι τῆς συνθέσεως τὴν οἰκίαν γεγονέναι φημί· οὕτω μοι δοκεῖ καὶ τὸν Θεὸν, ὑπομενούσης τῆς οὐσίας, τροπήν τινα τῶν ποιοτήτων αὐτῆς πεποιηκέναι, καθ' ἣν τὴν τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσιν πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι φημί.

ΟΡΘΟΔ. Πότερον καὶ σοὶ δοκεῖ τὰ κακὰ ποιότητες οὐσιῶν εἶναι;

ΟΥΑΛ. Δοκεῖ.

ΟΡΘΟΔ. Ἄνωθεν δὲ ἦσαν αἱ ποιότητες αὗται ἐν τῇ ὕλῃ, ἢ ἀρχὴν ἔσχον τοῦ εἶναι;

ΟΥΑΛ. Συνεῖναι φημὶ ἀγενήτως τῇ ὕλῃ ταύτας δὴ τὰς ποιότητας.

ΟΡΘΟΔ. Οὐχὶ δὲ τὸν Θεὸν φῂς τροπήν τινα τῶν ποιοτήτων πεποιηκέναι;

ΟΥΑΛ. Τοῦτό φημι.

ΟΡΘΟΔ. Εἰς τὸ κρεῖττον;

ΟΥΑΛ. Ἐμοὶ δοκεῖ.

ΟΡΘΟΔ. Οὐκοῦν εἰ ποιότητες ὕλης τὰ κακὰ, τὰς δὲ ποιότητας αὐτῆς εἰς τὸ κρεῖττον ἔτρεψεν ὁ Θεός· πόθεν τὰ κακὰ ζητεῖν ἀνάγκη. Ἢ γὰρ πᾶσαι, κακαὶ

A VAL. (28) Enimvero, amice, præsentem quidem disputationem, mihi contra alium opportunius videris instituisse. Unde enim ille prius visus est orationi concedere, inde tu bene visus es concludere. Nam verum habet, semel concesso, esse materiam sine qualitate et informem, Deumque esse qualitatum auctorem, ac qualitates esse mala; fore Deum malorum auctorem. At mihi falsum videtur esse materiam sine qualitate et informem. De nulla enim substantia possis affirmare esse qualitatis expertem. Quin hoc ipso quod sine qualitate dicis, qualitatem ejus declaras, describens qualis sit materia: quod est quædam species qualitatis. Quare, si tibi placet, altius ordire disputationem. Mihi enim materia qualitates ab æterno

B habere videtur. Ita quippe, o amice, et mala, ab ejus esse defluxu, pronuntio.

ORTHOD. Si materia suis affecta qualitatibus ab æterno fuit, cujus erit creator Deus? Sive enim substantias dixerimus, jam ante fuisse affirmamus; sive rursus qualitates, et illas exstitisse asserimus. Cum ergo sint sine Deo et substantiæ et qualitates, supervacaneum videtur, ut Deus dicatur creator. Cæterum percontanti responde: Qua ratione dicis Deum esse Creatorem? An quod substantias quæ aliquando fuerunt, in nihilum redegerit; an quod substantias quidem conservarit, sed qualitates earum mutarit?

VAL. Nulla mihi videtur substantiarum facta

C mutatio, sed tantum qualitatum, quarum causa Deum esse creatorem dicimus. Et quemadmodum si quis dicat, factam ex lapidibus domum; quo tamen minime fuerit negandum (29), manere adhuc lapides secundum substantiam, qui dicuntur domus: domum enim compositionis qualitate dico factam: ita censeo, Deum, manente substantia, mutationem quamdam qualitatum fecisse, ratione cujus mundum a Deo creatum affirmo.

ORTHOD. Videturne etiam tibi mala substantiarum esse qualitates?

VAL. Videtur.

ORTHOD. Fueruntne hæ qualitates ab æterno in materia, an principium essendi habuerunt?

VAL. Fuisse has qualitates ab æterno cum ma-

D teria existimo.

ORTH. Non arbitraris mutationem quamdam qualitatum esse a Deo factam?

VAL. Arbitror factam.

ORTH. In melius?

VAL. Mihi videtur.

ORTH. Si ergo materiæ qualitates mala sunt, Deus autem eas in melius convertit, necessario quærendum est, unde mala sint. Aut enim omnes

(28) VAL. Videtur hic esse tertius collocutor, cujus mentio initio fit, ut eadem hæresi laborantis, atque Valentinianus qui modum alium tuendi errorem, socio pene revicto, suggerat. Quia tamen Photius ejusmodi personas non refert, maluimus primum illud nomen retinere quam ex nobis aliud dare. Multum lucis affert expressio personarum in talibus dialogis.

(29) *Quo tamen minime fuerit negandum*, etc. Quod sola mutatio accidentalis accesserit, aliaque tantum et alia compositio, salva substantia lapidum. Interpres Photii totum oppositum exprimit, sed nullo sensu satis congruo.

cum bonæ essent, in melius sunt conversæ: aut cum aliæ quidem bonæ essent, aliæ malæ; malæ quidem non sunt mutatæ in melius; reliquæ vero, quæcunque erant commodæ, ornatus causa a Deo mutatæ sunt.

VAL. Sic ego jam olim sentiebam.

ORTH. Quomodo ergo malas qualitates, ut a principio fuerunt, relictas dicis? Vel ita, ut posset Deus eas tollere; vel ut voluerit quidem, sed non potuerit? Si potuisse ais, et noluisse, necesse est ut auctor horum dicatur: quod potuerit efficere ut non essent mala; et tamen illa, ut erant, esse permiserit: idque maxime, postquam cœpisset materiam formare. Si enim nullam prorsus ejus rationem habuisset, videri potuisset non auctor eorum quæ permisit manere. Postquam autem, partem quidem materiæ format et perficit, partem negligit; cum et illam posset in melius mutare, mihi videtur malorum causa, qui partem materiæ malam reliquerit. Alteram ergo partem in hujus exitium formavit: imo, et in hoc maxime, partem hanc materiæ quam disposuit, quæque jam percipiat malorum incommoda, injuria affecerit. Antequam enim ornatum reciperet (30), nullus ei aderat malorum sensus: nunc vero, ambæ partes malum sentiunt. Sit tibi ab homine exemplum. Priusquam enim fieret animal, omni prorsus malorum sensu vacabat. Ex quo autem effictus homo formatusque imagine efficitur a Deo, etiam incumbentis mali accipit sensum. Atque adeo, quod materiæ in beneficii partem a Deo collatum dicis, potius ad exitium accessisse deprehenditur. Si vero dicas, non potuisse a Deo aboleri mala: cum ejusmodi impossibilitas, aut natura imbecillum arguat, aut timore vincente fortiori alicui mancipatum, vide utrum horum omnipotenti et bono Deo velis ascribere. Porro iterum propositæ circa materiam quæstioni responde. Estne materia simplex, an composita? Nam si materia simplex fuit et uniformis, cum mundus compositus sit et ex diversis substantiis constet, non potest dici factus ex materia; quod non possint quæ sunt composita, uno aliquo informi constitui. Compositum enim, simplicium aliquorum mistionem indicat. Quod si iterum materiam dicas quid compositum, omnino debuit ex simplicibus componi; erantque olim separata simplicia, quorum compositione facta est materia; composita autem simplicibus constituuntur: erat plane cum materia non erat, prius nimirum quam simplicia coirent. Quod si erat quandoque, cum materia non erat; nunquam vero fuit, cum ingenitum non esset: non ergo materia ingenita est. Porro sequitur, ut admittenda sint plura ingenita.

A οὖσαι, ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐτράπησαν· ἢ αἱ μὲν οὖσαι καχαὶ, αἱ δὲ μή· αἱ μὲν κακαὶ οὐκ ἐτράπησαν ἐπὶ τὸ κρεῖττον· αἱ δὲ λοιπαὶ, ὅσαι διάφοροι ἐτύγχανον, τῆς διακοσμήσεως ἕνεκα πρὸς Θεοῦ ἐτράπησαν.

ΟΥΑΛ. Οὕτως ἄνωθεν εἶχον ἐγώ.

ΟΡΘΟΔ. Πῶς τοίνυν τὰς τῶν φαύλων ποιότητας, ὡς εἶχον, καταλελοιπέναι λέγεις; Πότερον, δυνάμενον μὲν ἐκείνας ἀνελεῖν· ἢ βουληθέντα μὲν, μὴ δυνάμενον δέ; Εἰ μὲν γὰρ δυνάμενον λέγεις, μὴ βουληθέντα δὲ αὐτὸν αἴτιον τούτων (31)· ὅτι δυνάμενος ποιῆσαι μὴ εἶναι κακὰ, συνεχώρησεν αὐτὰ μένειν ὡς ἦν· καὶ μάλιστα ὅτε δημιουργεῖν τὴν ὕλην ἤρξατο. Εἰ γὰρ μηδὲ ὅλως ἔμελεν αὐτῷ τῆς ὕλης, οὐκ ἂν αἴτιος ἦν, ὧν συνεχώρησε μένειν. Ἐπεὶ δὲ μέρος B μέν τι αὐτῆς δημιουργεῖ, μέρος δέ τι αὐτῇ ἐᾷ, δυνάμενος κἀκεῖνο τρέπειν εἰς τὸ κρεῖττον· αἴτιός μοι τῶν κακῶν (δοκεῖ), καταλιπὼν μέρος ὕλης πονηρόν. Ἐπ' ὀλέθρῳ οὖν ἐδημιούργησε μέρους· ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ μέγιστα, κατὰ τοῦτο, τοῦτο τὸ μέρος ἠδικῆσθαί μοι δοκεῖ, ὅπερ κατεσκεύασε τῆς ὕλης μέρος, ἀντιλαμβανόμενον τὰ ἐκ τῶν κακῶν. Πρὶν γὰρ αὐτὴν διακοσμηθῆναι, τὸ μηδὲ αἰσθάνεσθαι τῶν κακῶν παρῆν αὐτῇ· νῦν δὲ ἕκαστον τῶν μερῶν αὐτῆς αἴσθησιν λαμβάνει τῶν κακῶν. Καί μοι ἐπ' ἀνθρώπου λάβε τὸ παράδειγμα. Πρὶν (γὰρ) ζῶον γένηται, ἀναίσθητον ἦν τῶν κακῶν. Ἀφ' οὗ δὲ εἰκονισθὲν ἄνθρωπος πρὸς Θεοῦ γίνεται, τότε καὶ τὴν αἴσθησιν τοῦ προπελάζοντος κακοῦ προσλαμβάνει. Καὶ τοῦτο ὅπερ ἐπεὶ εὐεργεσίᾳ τῆς ὕλης πρὸς Θεοῦ γεγονέναι C λέγεις, εὑρίσκεται μᾶλλον ἐπὶ τῷ χείρονι προσγενόμενον αὐτῇ. Εἰ δὲ μὴ δύνασθαι παῦσαι τὰ κακὰ τὸν Θεὸν φῂς· τὸ δὲ ἀδύνατον ἤτοι τῇ φύσει ἀσθενῆ ὑπάρχειν ἐστὶν, ἢ τῷ νικᾶσθαι τῷ φόβῳ δεδουλωμένον πρός τινος κρείττονος; ὅρα ὁποῖον τούτων προσάπτειν ἐθέλοις τῷ παντοκράτορι καὶ ἀγαθῷ Θεῷ. Ἀλλὰ πάλιν περὶ τῆς ὕλης ἀπόκριναι. Πότερον ἁπλῆ τίς ἐστιν ἡ ὕλη, ἢ σύνθετος; Εἰ γὰρ ἁπλῆ τις ἐτύγχανεν ὕλη καὶ μονοειδὴς, σύνθετος δὲ ὁ κόσμος, καὶ ἐκ διαφόρων οὐσιῶν συνεστώς ἐστιν· ἀδύνατον τοῦτον ἐξ ὕλης γεγονέναι λέγειν· τῷ τὰ σύνθετα μὴ οἷόν τε ἐξ ἑνὸς ἀποίου τὴν σύστασιν ἔχειν. Τὸ γὰρ σύνθετον ἁπλῶν τινων μῖξιν μηνύει. Εἰ δ' αὖ πάλιν σύνθετον λέγεις τὴν ὕλην, πάντως ἐξ ἁπλῶν συν- D ετέθη· καὶ ἦν ποτε καθ' ἑαυτὰ ἁπλᾶ· ὧν συντεθέντων, γέγονεν ἡ ὕλη· τὰ δὲ σύνθετα ἐξ ἁπλῶν τὴν σύστασιν ἔχει. Ἦν ποτε καιρὸς, ὅτε ὕλη οὐκ ἦν· τουτέστι πλὴν τὰ ἁπλᾶ συνελθεῖν. Εἰ δὲ ἦν ποτε καιρὸς, ὅτε ἡ ὕλη οὐκ ἦν· οὐκ ἦν δέ ποτε καιρὸς, ὅτε ἀγένητον (32) οὐκ ἦν· οὐκ (ἄρα ἔσται) ἀγένητος ἡ ὕλη. Τὸ δ' ἐντεῦθεν (ἄρα ἔσται) πολλὰ τὰ ἀγένητα. Εἰ γὰρ ἦν ἀγένητος ὁ Θεὸς, ἦν δὲ ἀγένητα καὶ τὰ ἁπλᾶ, ἐξ ὧν ἡ ὕλη συνετέθη· οὐκ ἄρα (ἔσται) δύο καὶ μόνα τὰ

(30) *Antequam enim ornatum reciperet.* Πρὶν διακοσμηθῆναι. Altera lectio διακριθῆναι, quam interpres Photii magis probat: ubique tamen loquitur Methodius de ornatu, formatione et perfectione, quam materia, juxta etiam hæreticos, δημιουργίᾳ, a Deo accipiat; ad quam etiam, parte tantum perornata, sequitur ejusmodi discretio, contra quam auctor arguit.

(31) *Αὐτὸν αἴτιον τούτων.* Al. αὐτὸν τούτων ποιητὴν εἰπεῖν ἀνάγκη.

(32) *Ἀγένητον.* Ἀγένητος.

ἀγένητα· ἵνα παρήσω (33) τὸ ἐπιζητῆσαι, τί ὄντα ἐστὶν ἁπλᾶ· ὕλη, ἢ εἶδος; Πολλὰ γὰρ καὶ οὕτως ἄτοπα ἀκολουθήσειαν. Δοκεῖ δέ σοι μηδὲν τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτῷ ἀντικεῖσθαι;

ΟΥΑΛ. Δοκεῖ.

ΟΡΘΟΔ. Ἀντίκειται δὲ τῷ πυρὶ τὸ ὕδωρ· καὶ τῷ φωτὶ τὸ σκότος· καὶ τῷ ψυχρῷ τὸ θερμόν· καὶ τῷ ξηρῷ τὸ ὑγρόν.

ΟΥΑΛ. Οὕτως ἔχειν μὴ (34) δοκεῖ.

ΟΡΘΟΔ. Οὐκοῦν εἰ μηδὲν τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτῷ ἀντίκειται, ἀλλήλοις δὲ ταῦτα ἀντίκειται· οὐκ ἔσονται ὕλη μία, οὐδὲ μὴν ἐξ ὕλης μιᾶς. Πάλιν δὲ πυθέσθαι βούλομαι· Δοκεῖ σοι τὰ μέρη μὴ ἀναιρετικὰ ἀλλήλων εἶναι;

ΟΥΑΛ. Δοκεῖ.

ΟΡΘΟΔ. Εἶναι δὲ τῆς ὕλης μέρος· τό τε πῦρ καὶ τὸ ὕδωρ, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ λοιπά,

ΟΥΑΛ. Οὕτως ἔχω.

ΟΡΘΟΔ. Τί δέ; οὐ δοκεῖ σοι ἀναιρετικὸν μὲν εἶναι τοῦ πυρὸς τὸ ὕδωρ, τοῦ δὲ σκότους τὸ φῶς, καὶ τἄλλα ὅσα τούτοις παραπλήσια;

ΟΥΑΛ. Δοκεῖ.

ΟΡΘΟΔ. Οὐκοῦν, εἰ τὰ μέρη οὐκ ἔστιν ἀλλήλων ἀναιρετικά, ταῦτα δὲ ἀναιρετικὰ (35) τυγχάνει· οὐκ (ἄρα) ἔσται ἀλλήλων μέρη. Εἰ δὲ οὐκ ἔσται ἀλλήλων μέρη, οὐκ ἔσονται ὕλης μιᾶς. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἂν ἔσονται ὕλη, τῷ μηδὲν τῇ τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτοῦ ἀναιρετικὸν εἶναι. Οὕτως οὖν τῶν ἀντικειμένων ἐχόντων, τὸ μὴ εἶναι τὴν ὕλην δείκνυται. Περὶ μὲν τῆς ὕλης αὐτάρκως ἔχει.

Ἐπὶ δὲ τὴν τῶν κακῶν ἐξέτασιν ἔρχεσθαι δεῖ, καὶ ἀναγκαίως ἀναζητεῖν τὰ παρ' ἀνθρώποις. Τὰ παρὰ ἀνθρώποις κακά, πότερον εἴδη τυγχάνει κακοῦ ἢ μέρη; Εἰ γὰρ εἴδη· οὐκ (ἄρα) ἔσται ἕτερον παρὰ ταῦτα τὸν κακὸν καθ' ἑαυτό· τῷ τὰ γένη ἐν ταῖς εἴδεσιν ἐξετάζεσθαι, καὶ ὑφεστάναι. Εἰ δὲ τοῦτο, γενητὸν (ἄρα) ἔσται τὸ κακόν. Τὰ γὰρ εἴδη γενητὰ ὄντα δείκνυται· οἷον φόνος, καὶ μοιχεία, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια. Εἰ δὲ μέρη τινὸς κακοῦ ταῦτα εἶναι ἐθέλοις, ἐστὶ δὲ ταῦτα γενητά· ἀνάγκη κἀκεῖνο γενητὸν ὑπάρχειν. Ὧν γὰρ τὰ μέρη γενητά, ταῦτα ὁμοίως ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ γενητά. Τὸ γὰρ ὅλον ἐκ μερῶν συνέστηκε. Καὶ τὸ μὲν ὅλον οὐκ ἔσται, μὴ ὄντων μερῶν· ἔσται δέ (36) τινα τῶν μερῶν, κἂν μὴ τὸ ὅλον παρῇ. Οὐδενὸς δὲ τῶν ὄντων μέρος μέν ἐστι γενητόν, μέρος δὲ ἀγένητον. Εἰ δὲ καὶ τοῦτο συγχωρήσαιμι τῷ λόγῳ, ἦν ποτε τὸ κακόν, ὅτε ὁλόκληρον οὐκ ἦν· τουτέστι πρὶν δημιουργῆσαι τὴν ὕλην τὸν Θεόν. Τότε δὲ ὁλόκληρον γίνεται, ὅτε πρὸς Θεοῦ γέγονεν ἄνθρωπος· τῶν γὰρ μερῶν τοῦ κακοῦ ἄνθρωπος ὑπάρχει ποιητής. Καὶ τὸ ἐντεῦθεν ὁλόκληρον εἶναι τὸ κακὸν αἴτιος ἔσται δημιουργήσας ὁ Θεός· ὅπερ ἀσεβές. Εἰ δ' οὐδ' ὁπότερον τούτων λέγεις τὸ κακόν, πρᾶξιν δέ τινος κακοῦ (37) εἶναι λέγεις· γε-

A Nam si Deus erat ingenitus, erantque simplicia illa quibus materia composita fuit, ingenita: plane non erunt amplius duo, et sola ingenita: ut prætermittam quærere, quid fuerint illa simplicia; num materia, an forma? Nam hinc etiam sequentur multa absurda. Sed et hoc quæro: Num videtur nihil in rebus sibi ipsum esse contrarium?

VAL. Videtur.

ORTH. Atqui igni contraria est aqua; et luci tenebræ; et frigido calidum; et arido humidum.

VAL. Mihi ita videtur.

ORTH. Ergo si nulla res sibi ipsa contraria est; hæc autem sibi repugnant: non ergo erunt sola materia; imo neque ex materia sola. Rursum vero velim audire: Num putas partes non se ipsas in-B terimere?

VAL. Puto.

ORTH. Num vero existimas ignem et aquam, ac similiter reliqua, esse partes materiæ?

VAL. Ita existimo.

ORTH. Quid vero? Non videtur tibi aqua lethalis igni; luxque tenebris; et alia, si qua sunt his similia?

VAL. Videtur.

ORTH. Si ergo partes minime sibi invicem exitio sunt; hæc autem se mutuo perimunt; sequitur, ut non sint invicem partes. Si autem non sunt invicem partes; neque unius materiæ partes fuerint. Imo neque erunt materia, quod nihil sibi ipsi exi-C tio sit et contrarium. Cum ergo ita se habeant opposita, patet inde ea non esse materiam. Atque de materia satis dictum sit.

Veniendum autem est ad malorum disquisitionem, necessarioque excutienda sunt mala hominum. Quæro igitur: Mala hominum, suntne species mali, an partes? Si species; non erit ergo aliud præter hæc subsistens malum, eo quod genera in speciebus inveniantur et subsistant. Quod si ita habet, erit sane malum aliquid procreatum. Sic enim species quæ sint, factum aliquod ostendunt: puta, homicidium, adulterium et his similia. Sin autem malueris esse partes alicujus mali: cum illæ sint quid factum; plane fit necessum, ut et illud sit quid factum. Quorum enim partes sunt quid factum, D etiam ipsa similiter necessario ejusmodi sunt. Nam totum constat partibus. Ac totum quidem non erit, partibus non exsistentibus: partes vero aliquæ erunt, quanquam totum desideretur. Nullius autem rei pars altera genita est, altera ingenita. Sin vero hoc etiam orationi dedero; haud tamen negari potest, fuisse quando malum non integrum esset: hoc est, antequam Deus materiam formaret. Postquam Deus hominem creavit, jam integritatem recipit. Nam homo, partium mali auctor est: eoque, Deus qui condidit, auctor fuerit integritatis mali; quod impium dictu sit. Si vero neutrum horum ma-

(33) *Παρήσω*. Al. παρήσατο.
(34) *Μή*. Scrib. μοί.
(35) *Ἀναιρετικά*. Al. συνανετικά.

(36) *Ἔσται δέ*. Al. ἄρα δέ. Sic et paulo post, αἴτιος ἄρα ἔσται δημ.
(37) *Κακοῦ*. Al. κακόν.

lum dixeris esse, sed alicujus malam actionem : tum genitum ac quid factum, ipsum doces. Quod enim alicujus actio est, initium essendi acceptum habet. Ad hæc, nullum præterea aliud malum assignare potes. Quam enim aliam actionem, præter id quod committunt homines, assignare habueris? Nam quod is qui operatur, non sit ipse malum secundum rationem substantiæ, sed secundum ipsam mali operationem, jam ostensum fuit. Nam nihil est malum natura, sed usu fiunt mala quæ mala sunt. Quippe dico, inquit (Methodius), creatum hominem liberi arbitrii, non velut malo aliquo jam existente, cujus eligendi, si vellet, potestatem haberet : sed propter concessam facultatem obsequendi Deo vel non obsequendi. Hoc enim sibi tunc volebat, ac erat, liberum arbitrium. Porro creatus homo præceptum a Deo accipit : tumque hinc malum incipit. Non enim paret divino mandato : idque et solum malum erat, inobedientia quæ esse cœpit.

νητὸν αὐτὸν ὑπάρχειν μηνύεις. Ἡ γὰρ τοῦ τινος πρᾶξις ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαμβάνει. Πρὸς δὲ τούτοις οὐδὲν ἕτερον παρὰ ταῦτα κακὸν εἰπεῖν ἔχεις. Ποίαν γὰρ πρᾶξιν ἑτέραν παρὰ τὸ (38) ἐν ἀνθρώποις δεικνύειν ἔχεις; Ὅτι γὰρ ἐνεργῶν, οὐ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον ὑπάρχει κακία, ἀλλὰ κατ' αὐτὸ τὸ ἐνεργεῖν τὸ κακὸν ἤδη δέδεικται. Ὅτι τῇ φύσει κακὸν οὐδέν ἐστιν, ἀλλὰ τῇ χρήσει γίνεται κακὰ τὰ κακά. Ὅτι αὐτεξούσιον, φησὶ, γεγονέναι φημὶ τὸν ἄνθρωπον, οὐχ ὡς προϋποκειμένου τινὸς ἤδη κακοῦ, οὗ τὴν ἐξουσίαν, εἰ βούλοιτο, τοῦ ἑλέσθαι ἄνθρωπος ἐλάμβανεν, ἀλλὰ τὴν τοῦ ὑπακούειν (39) [τῷ Θεῷ, καὶ μὴ ὑπακούειν] αἴτιον μόνον ἦν. Τοῦτο γὰρ τὸ αὐτεξούσιον ἐβούλετο τότε. Καὶ γενόμενος ἄνθρωπος ἐντολὴν λαμβάνει παρὰ τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἐντεῦθεν ἤδη τὸ κακὸν ἄρχεται. Οὐ γὰρ πείθεται τῷ θείῳ προστάγματι· καὶ τοῦτο καὶ μόνον ἦν τὸ κακὸν, ἡ παρακοὴ, ἥτις τοῦ (40) εἶναι ἤρξατο.

METHODII EX LIBRO DE LIBERO ARBITRIO.

ΜΕΘΟΔΙΟΥ ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΥΤΕΞΟΥΣΙΟΥ.

(*Excerptum R. P. Sirmondi S. J.*)

Homo enim potestatem accepit, ut se ipse servituti addiceret, non vincente necessitate naturæ; neque facultate auferente, quod erat melius; cujus etiam gratia, dico fuisse concessam : ut nimirum accessio aliqua bonis prioribus fieret; quod ei ex obedientia a meliori accedit, et ut debitum exigitur ab auctore. Non enim dico fuisse creatum hominem in interitum, sed propter meliora. Nam si factus esset velut aliquod de elementis sive aliis sic insensate servientibus Deo, non jam proposito dignam mercedem reciperet; sed esset velut auctoris instrumentum, aliene a ratione, ob male gesta reprehensioni obnoxius. Causa enim horum esset utens. Imo neque quod est melius homo cognosceret, nisi illius cognovisset auctorem, sed illud tantum ad quod esse natus est. Quare dico, cum Deus hominem honorare et scire eum meliora vellet, dedit ei potestatem, qua posset facere quæ vellet; ejusque potestatem ad meliora hortatur, non quod rursus auferat potestatem liberam quam dedit, sed tanquam quod melius est, declarare velit. Habet siquidem potestatem, et mandatum accipit : Deus autem admonet, ut homo, voluntatem, qua potest, in bonum inflexerit. Ut enim, cum pater puerum, alioqui habentem facultatem ad perdiscendas disciplinas, et magis earum studio adhærescendum hortatur, declarans esse ei id melius, non privat puerum potestate quam habet; quanquam is nolit libens dicere : ita et Deum, cum hominem hortatur ut mandatis pareat, haudquaquam arbitror voluntatis potestatem auferre, qua is possit etiam non

Ἄνθρωπος γὰρ προσέλαβεν ἐξουσίαν, ἑαυτὸν δουλαγωγῶν, οὐχ ἀνάγκῃ τῆς φύσεως κρατούμενος, οὐδὲ τῆς δυνάμεως ἀφαιρούμενος (41), ὅπερ αὐτῷ κρεῖττον· οὗ ἕνεκα κεχαρίσθαι φημί· ἵνα τι πλέον ὧν ἔχει προσλάβῃ, ὅπερ αὐτῷ παρὰ τοῦ κρείττονος ἐκ τῆς ὑπακοῆς προσγίνεται, καὶ ὡς ὀφειλὴν ἀπαιτεῖται παρὰ τοῦ πεποιηκότος. Οὐ γὰρ ἐπὶ βλάβῃ τὸν ἄνθρωπον γεγονέναι φημί· ἕνεκα δὲ τῶν κρειττόνων. Εἰ γὰρ ὡς ἕν τι γέγονε τῶν στοιχείων, ἢ τῶν ὁμοίως δουλευόντων Θεῷ, οὐκ ἔτι μισθὸν ἄξιον τῆς προαιρέσεως λαμβάνει· ἀλλ' ὥσπερ ὄργανον ἂν ἦν τοῦ δημιουργοῦ, τὴν ἐφ' οἷς οὐ καλῶς ἔπραξεν, ἀλόγως μέμψιν ὑπομένων· τούτων γὰρ αἴτιος (42) ἦν ὁ χρώμενος. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ κρεῖττον ἄνθρωπος ἠπίστατο, μὴ τὸν αἴτιον εἰδὼς, ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον εἰς ὃ πέφυκεν εἶναι. Φημὶ τοιγαροῦν τὸν Θεὸν οὕτω τὸν ἄνθρωπον τιμῆσαι προαιρούμενον, καὶ τῶν κρειττόνων ἐπιστήμονα γίνεσθαι, τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ τοῦ δύνασθαι ποιεῖν ἃ βούλεται, δεδωκέναι· καὶ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ εἰς κρεῖττον παραινεῖν, οὐκ ἀφαιρούμενον πάλιν τὸν αὐτεξούσιον, ἀλλὰ τὸν κρεῖττον μηνύειν θέλοντα. Τὸ μὲν γὰρ δύνασθαι πάρεστιν αὐτῷ· καὶ τὴν ἐντολὴν λαμβάνει· τὴν δὲ τοῦ δύνασθαι προαίρεσιν εἰς τὸ κρεῖττον τρέπειν ὁ Θεὸς παραινεῖ. Ὥσπερ γὰρ πατὴρ παιδὶ παραινεῖ, ἐξουσίαν ἔχοντι ἐκμανθάνειν τὰ μαθήματα, καὶ μᾶλλον ἔχεσθαι τῶν μαθημάτων, ὅτι, κρεῖττον τοῦτο μηνύων, οὐ τὴν τοῦ δύνασθαι τοῦ παιδὸς ἐξουσίαν ἀφαιρεῖ, κἂν μὴ ἑκὼν μανθάνειν βούληται· οὕτω μοι καὶ τὸν Θεὸν οὐ δοκεῖ, προτρέποντα τὸν ἄνθρωπον πείθεσθαι τοῖς προστάγμασιν, ἀφαιρεῖν αὐτὸν τὴν ἐξουσίαν τῆς προαιρέσεως τοῦ

(38) *Παρὰ τό*. Al. παρὰ τοῦ.
(39) *Τὴν τοῦ ὑπ*. Præmittendum fortasse διά. Mox scribendum αἰτίαν μόνην, vel αἴτιον δύναμιν.

(40) *Τοῦ*. Al. αὐτοῦ
(41) *Ἀφαιρούμενος*. Scrib. ἀφαιρουμένης.
(42) *Τούτων γὰρ αἰτ*. Locus citatur a Fr. Turriano lib. IV *pro Epist. Pont.*, cap. 2.

δύνασθαι, καὶ μὴ ὑπακούειν τοῖς πράγμασι (43). A Καὶ γὰρ τὴν ἀρχὴν τοῦ οὕτως παραινεῖν, ὅτι μὴ ἀφεῖλε τὴν ἐξουσίαν, μηνύει. Προστάττει δὲ, ἵνα τῶν κρειττόνων ἄνθρωπος ἀπολαύειν δυνηθῇ. Τοῦτο γὰρ ἕπεται τῷ πεισθῆναι τῷ τοῦ Θεοῦ προστάγματι. Ὥστε οὐχ ἵνα τὴν ἐξουσίαν ἣν δέδωκεν ἀφέλῃ, προστάττειν βούλεται· ἀλλ' ἵνα κρεῖττον δωρήσηται, ὡς ἀξίῳ μειζόνων τυχεῖν, ἀνθ' ὧν ὑπήκουσε τῷ Θεῷ, καὶ τὴν τοῦ μὴ ὑπακούειν ἐξουσίαν ἔχων. Φημὶ ἄνθρωπον γεγονέναι [αὐτεξούσιον], οὐχ ὡς προϋποκειμένου τινὸς ἤδη κακοῦ, οὗ τὴν ἐξουσίαν τοῦ ἑλέσθαι, εἰ βούλοιτο,. ὁ ἄνθρωπος ἔλαβε . . . . ἀλλὰ τὴν τοῦ ὑπακούειν τῷ Θεῷ καὶ μὴ ὑπακούειν αἰτίαν μόνην. Τοῦτο γὰρ τὸ αὐτεξούσιον ἠβούλετο. Καὶ γενόμενος ὁ ἄνθρωπος, ἐντολὴν λαμβάνει παρὰ τοῦ Θεοῦ· καὶ ἐντεῦθεν ἤδη τὸ κακὸν ἄρχεται· οὐ B γὰρ πείθεται τῷ θείῳ προστάγματι· καὶ τοῦτο καὶ μόνον τὸ κακὸν, ἡ παρακοὴ, ἥτις τοῦ εἶναι ἤρξατο. Οὐδὲ γὰρ ἀγένητον ταύτην τις εἰπεῖν ἔχει, τοῦ ποιήσαντος αὐτὴν ὄντος γενητοῦ. Πάντως δὲ, πόθεν τοῦτο τὸ παρακοῦσαι, ἐρωτήσεις. Ἀλλὰ κεῖται σαφῶς ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ. Ὅθεν οὐδὲ τοιοῦτον τὸν ἄνθρωπον πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι φημί· κατὰ δὲ τήν τινα διδασκαλίαν τοῦτο πεπονθέναι λέγω. Οὐδὲ γὰρ τοιαύτην φύσιν εἰληφὼς ὁ ἄνθρωπος. Εἰ γὰρ οὕτως εἶχεν, οὐκ ἂν αὐτῷ κατὰ διδασκαλίαν τοῦτο προσεγίνετο, τῆς φύσεως αὐτῆς οὕτως ἐχούσης. Λέγει δέ τις θείᾳ φωνῇ, *μεμαθηκέναι* (44) τὸν ἄνθρωπον.... Διδάσκεσθαι οὖν φημι τὸ παρακούειν Θεοῦ. Τοῦτο γὰρ καὶ μόνον ἐστὶ τὸ κακὸν, ὃ παρὰ τὴν τοῦ Θεοῦ προαίρεσιν γίνεται· οὐ γὰρ ἂν καθ' ἑαυτὸ τὸ πονηρὸν ὁ ἄνθρωπος διδάσκεται. Ὁ διδάσκων τοίνυν τὸ κακόν ἐστιν ὁ δράκων, καὶ τὰ ἑξῆς. Λείπει. C

obedire mandatis. Nam et id causæ ostendit, cur ita hortetur, quod potestatem non abstulerit. Præcipit autem, ut homo potiora consequi possit. Quod quis enim divino præcepto obsequatur, ejusmodi præmium excipit. Quamobrem non vult dare præceptum, ut auferat potestatem quam dedit; sed ut melius aliquid donet, tanquam digno qui meliora adipiscatur, quia paruit Deo, cum alioqui potestatem non parendi haberet. Dico autem factum hominem liberum, non velut malo aliquo jam exsistente, cujus eligendi, si vellet, potestatem acceperit : sed propter concessam facultatem, qua pareret vel non pareret præcipienti Deo. Est hoc enim, in quo erat posita facultas arbitrii. Creatus autem homo, præceptum a Deo accipit : jamque inde inchoat malum, nam non paret divino præcepto : hocque et unum malum erat, inobedientia quæ tunc incepit. Ne quis enim eam dixerit ingenitam, genito et creato eo qui fecit. Prorsus vero quæres, unde hæc inobedientia. Enimvero perspicue in divina Scriptura positum est. Quare etiam nego talem a Deo fuisse creatum hominem : dico vero, id ipsi doctrina quadam accidisse. Non enim homo acceperat talem naturam. Nam hoc posito, ipsa natura sic comparata, haudquaquam oportuisset illud per doctrinam accedere. Porro est qui voce divina, ac ceu ex oraculo, hominem *mala didicisse* [a] dicat. Dico ergo didicisse non obedire Deo. Hoc enim et solum est malum illud, quod fit præter divinam voluntatem : non enim homo, malum addiscit secundum se. Qui ergo malum docet, draco est, etc.

Τοῦ αὐτοῦ Μεθοδίου.

Ejusdem Methodii.

(*Ex Elem. Damasc. emin. card. Rupifuc.*)

Τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν τοῦ κακοῦ τὸν φθόνον εἶπον ἔγωγε· τὸν δὲ φθόνον ἐκ τοῦ κρείττονι τιμῇ κατηξιῶσθαι τὸν ἄνθρωπον πρὸς τοῦ Θεοῦ· τὸ δὲ κακὸν, ἡ παρακοὴ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐντολῆς.

Sane vero, mali principium, dixerim ego invidiam : inde vero ortam illam, quod homo potioribus honoribus a Deo fuisset auctus. Porro malum, inobedientia est divini mandati.

[a] *Jerem.* XIII, 23.

+ ΜΕΘΟΔΙΟΥ ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ (45).

—

METHODII

EX LIBRO DE RESURRECTIONE.

—

Α'. Οὐκ ἐποίησε (46) κακὸν ὁ Θεός· οὐδέ ἐστι τὸ D σύνολον ὅλως ἐκ παντὸς τὸ παράπαν αἴτιος κακοῦ. Ἀλλὰ πᾶν ὅπερ ἂν αὐτεξούσιον οὕτως ὑπ' αὐτοῦ γεγονός· εἰ (47) πρὸς τὸ φυλάξασθαι καὶ τηρῆσαι νόμον, ὃν αὐτὸς δικαίως διεστείλατο, μὴ τηρῆσαν, λέ-

I. Malum Deus non fecit, nec ullo modo auctor illius est. Sed quidquid arbitrii sui potestate præditum ab eo factum est, ut quam is legem justissime præscripsit, servaverit, ea non servata, appellatur malum. Est autem gravissimum hoc damnum in

(43) *Πράγμασι*. Turr., προστάσι, forte προστάγμασι.

(44) Jerem. XIII, 23, μεμαθηκότες τὰ κακά.

(45) *Ἐκ τοῦ περὶ ἀναστ.* Hæc excerpta partim ex Epiphanio, sed emendata, partim nova.

(46) *Οὐκ ἐπ.* Ex Epiphanio hær. LXIV, n. 22, emend. ex *Element.* card. Rupifucald.

(47) *Εἰ*. Impr., ἤ, forte ᾗ.

primis, Dei mandata negligere, ac justitiæ quæ A adjuncta libertati est, limites præterire.

II. Illud vero jam antea disputatum est, monstratumque, *pelliceas tunicas* [7], aliud esse præter corpora. Sed nihilominus idem rursum (dicendum enim sæpius est) hoc loco repetamus. Primus igitur ipse parens, antequam eæ tunicæ consuerentur, ossa se et carnem habere confitetur; cum nimirum, perductam ad sese mulierem contemplatus, *Hoc nunc os*, inquit, *ex ossibus meis, et caro de carne mea*. Et rursum : *Hæc vocabitur mulier, quoniam de viro sumpta est. Propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem, et adhærebit uxori suæ : et erunt duo in carnem unam* [8]. Neque enim certos homines ferre possum, qui consulto nugantur ac B Scripturas impudentissime detorquent, quo suum illis de resurrectione sine carne dogma procedat : qui ideo, et ossa quædam intelligibilia, et carnes similiter intelligibiles commenti sunt, ac suis allegoriis alias aliter sursum deorsumque sese convertunt. Atqui hæc perinde ac scripta sunt, accipienda esse, Christi confirmat auctoritas; ubi interrogantibus Pharisæis de uxoris divortio, respondet : *Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum et feminam fecit eos? Et dixit : Propter hoc relinquet homo patrem et matrem* [9], etc.

III. Sed et illud perspicue absurdum est, arbitrari corpus in æterna illa vita minime cum anima futurum, quod illud tanquam vinculum ac pedica C sit; ut ne, juxta quod opinantur, sempiternis vinculis corruptionis addicti videamur, qui in lucis illo regno simus habitaturi. Cum enim abunde dissoluta ac refutata sit illa sententia, qua animæ vinculum carnem esse definiebant; etiam illud solutum est, fore ut ideo caro non resurgat, ne si eam resumpserimus, vincti propter eam in regno illo lucis futuri simus.

IV. Igitur ne immortale quoddam ac sempiternum malum esset homo, ut jam diximus, in quo peccatum potioribus auctum, dominium obtineret (48); velut quod immortali in corpore pullulasset, et immortali perinde alimento glisceret : propterea mortalem illum Deus esse voluit, ac morte D damnavit. Hoc enim scorteæ illæ tunicæ significabant, ut nimirum corpore resoluto, omne ex imo

A γεται κακόν. Βαρυτάτη δὲ βλάβη τὸ παρακοῦσαι Θεοῦ, τοὺς ὅρους τῆς κατὰ τὸ αὐτεξούσιον ὑπερβάντα δικαιοσύνης.

Β'. Προηπόρηται (49) δὲ ἤδη, καὶ ἀπεδείχθη, *τοὺς δερματίνους χιτῶνας* μὴ εἶναι τὰ σώματα. Ὅμως δὲ καὶ πάλιν (οὐ γὰρ ἅπαξ ῥητέον) φράσωμεν. Αὐτὸς πρὸ τῆς κατασκευῆς αὐτῶν ὁ πρωτόπλαστος ὁμολογεῖ καὶ ὀστᾶ ἔχειν καὶ σάρκας, ὁπότε δὴ τὴν γυναῖκα αὐτῷ προσαχθεῖσαν θεασάμενος, *Τοῦτο νῦν ὀστοῦν*, ἐφώνησεν, *ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου*· καὶ πάλιν· *Αὕτη κληθήσεται γυνή, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη. Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ* (50)· *καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς* B *σάρκα μίαν*. Οὐ γὰρ δὴ ἀνέξομαι φληναφούντων τινῶν, καὶ βιαζομένων ἀπηρυθριασμένως τὴν Γραφήν, ἵνα αὐτοῖς δίχα σαρκὸς εἶναι προχωρήσῃ (51) ἡ ἀνάστασις, ὀστᾶ νοητά, καὶ σάρκας νοητὰς ὑποτιθεμένων, καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἄνω καὶ κάτω μεταβαλλομένων ἀλληγορίαις. Καὶ ταῦτα οὕτως, ὡς γέγραπται, παραλαμβάνεσθαι, κρατύνοντος τοῦ Χριστοῦ τὴν Γραφήν, ἔνθα πυνθανομένοις τοῖς Φαρισαίοις περὶ χωρισμοῦ γυναικὸς ἀποκρίνεται· *Οὐκ ἀνέγνωτε, ὅτι ἀπ' ἀρχῆς ὁ κτίσας ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς; Καὶ εἶπεν· Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα*, καὶ τὰ ἑξῆς.

Γ'. Ἄτοπον (52) δὲ κἀκεῖνο προφανῶς, τὸ οἴεσθαι τὸ σῶμα ἐν τῇ εἰς αἰῶνας διαγωγῇ μὴ συνέσεσθαι (53) C τῇ ψυχῇ, διὰ τὸ δεσμὸν αὐτὸ καὶ πέδας εἶναι· ἵνα μὴ αἰώνιοι γενώμεθα κατάκριτοι δεσμῶται, κατ' αὐτούς, φθορᾶς (54) ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ φωτὸς ἐσόμενοι. Λελυμένου γὰρ ἱκανῶς, καὶ ἐξελεγχθέντος τοῦ λόγου, ἐν ᾧ δεσμὸν τῆς ψυχῆς ὡρίζοντο εἶναι τὴν σάρκα, λέλυται καὶ τό, ἵνα μὴ δεσμῶται ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ φωτός, εἰ ἀπολάβωμεν (55) αὐτήν, ἐσόμεθα, διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσεται.

Δ'. Ἵνα τοίνυν (56) μὴ ᾖ κακὸν ἀθάνατον ὁ ἄνθρωπος, ἢ ἀείζωον, ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὴν ἁμαρτίαν κρατιστεύουσαν, ἅτε ἐν ἀθανάτῳ βλαστήσασαν σώματι, καὶ ἀθάνατον ἔχουσαν τροφήν, ὁ Θεὸς αὐτὸν διὰ τοῦτο θνητὸν ἀπεφήνατο νεκρότητι περιβαλών. D Τοῦτο γὰρ οἱ δερμάτινοι χιτῶνες ἐβούλοντο, ἵνα δὴ διὰ τῆς ἀναλύσεως (57) τοῦ σώματος ἡ ἁμαρτία κάτωθεν αὐτόπρεμνος πᾶσα διαφθαρῇ, ὡς μηδὲ κἂν

[7] *Gen*. III, 21. [8] *Gen*. II, 23, 24. [9] *Matth*. XIX, 4, 5.

(48) *Potioribus auctum, dominium obtineret*. Sic visum est circumloqui τὸ, κρατιστεύουσαν· significat enim novam illam excellentiam peccati in homine, ex subjecti immortalitate, nisi Deus ipsum a peccato, morte damnasset.

(49) *Προηπ*. Epiph. hær. n. 23, emend. ex autogr. R. P. Sirm.

(50) *Τῇ γυναικὶ αὐτοῦ*. Al., πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.

(51) *Δίχα σαρκὸς εἶναι προχωρήσῃ*. Edit. Epiph., male, δὴ σαρκὸς μὴ εἶναι προχώρησις.

(52) *Ἄτοπ*. Ex Epiph. ibid., n. 4?, emend. ex codd. Rupif. et Sirm.

(53) *Συνέσεσθαι*. Sic edit. At Rupif. et Sirm., συνενοῦσθαι, *animæ non uniendum*.

(54) *Κατ' αὐτούς, φθορᾶς*. Impr. κατὰ τοὺς φθορέας, corrupte. Sirm., καὶ ταυτοί.

(55) *Εἰ ἀπολάβωμεν*. Impr. et Sirm., ἣν ἀπολαμβάνομεν.

(56) *Ἵνα τοίν*. Ex Epiph. l. c. num. 24, emend. ex cod. Rupif., in quo et quæ sequuntur.

(57) *Τῆς ἀναλύσεως τοῦ σώματος*. Impr., τῆς λύσεως καὶ διαιρέσεως.

βραχύτατον ῥίζης ἐαθῆναι μέρος, ἀφ' οὗ νέαι βλάσται πάλιν ἁμαρτημάτων ἀναβλύζωνται. A

peccatum stirpitus enecaretur, ac ne tenuissimæ quidem fibræ remanerent, unde nova subinde germina peccatorum erumperent.

Ε'. Καθάπερ (57*) γὰρ ἐν οἰκοδομήμασι ναῶν καλοῖς (58) συκῆ γεννηθεῖσα, καὶ εἰς ἔκστασιν καὶ μέγεθος εὐτραφήσασα, καὶ ἐπὶ πάσας τὰς ἁρμονίας πολυκλημάτοις ῥίζαις τῶν λίθων κεχυμένη, οὐ πρότερον τοῦ φύειν στέλλεται, ἕως πᾶσα ἀποσπασθῇ, λυθέντων τῶν καθ' οὓς ἐβλάστησε τόπους τῶν λίθων· δυνατὸν γὰρ εἰς τοὺς ἑαυτῶν ἐναρμοσθῆναι τόπους τοὺς λίθους, τῆς συκῆς ἀφῃρημένης, ὅπως ὁ μὲν ναὸς σώζηται, μηδὲν τῶν ἀφανιζόντων αὐτὸν κακῶν ἐν ἑαυτῷ μηκέτι φέρων, ἡ δὲ συκῆ προθέλυμνος ἀποσπασθεῖσα ἀποθάνῃ· κατὰ ταῦτα καὶ ὁ Θεὸς ὁ τεχνίτης τὸν ἑαυτοῦ νεὼ, τὸν ἄνθρωπον, δίκην ἀγρίας συκῆς, τὴν ἁμαρτίαν βλαστήσαντα, διεκώλυσε θανάτου προσκαίροις προσβολαῖς· B ἀποκτείνων, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ ζωοποιῶν· ἵνα πάλιν τῶν αὐτῶν ἡ σὰρξ μερῶν, μετὰ τὸ ξηρανθῆναι καὶ ἀποθανεῖν τὸ ἁμάρτημα, δίκην ἀνακαινοποιηθέντος ναοῦ, ἀθάνατος καὶ ἀπήμων ἐγερθῇ, τελέως ἐκ βάθρων ἀπολομένης τῆς ἁμαρτίας. Ζῶντος γὰρ ἔτι τοῦ σώματος, πρὸ τοῦ τεθνήξεσθαι, συζῆν ἀνάγκη καὶ τὴν ἁμαρτίαν, ἔνδον τὰς ῥίζας αὐτῆς ἐν ἡμῖν ἀποκρύπτουσαν, εἰ καὶ ἔξωθεν τομαῖς ταῖς ἀπὸ τῶν σωφρονισμῶν (59), καὶ τῶν νουθετήσεων ἀνεστέλλετο. Ἐπεὶ οὖν οὐκ ἂν μετὰ τὸ φωτισθῆναι συνέβαινεν ἀδικεῖν, ἅτε παντάπασιν εἰλικρινῶς ἀφῃρημένης ἀφ' ἡμῶν τῆς ἁμαρτίας. Νῦν δὲ καὶ μετὰ τὸ πιστεῦσαι, καὶ ἐπὶ τὸ ὕδωρ ἐλθεῖν τοῦ ἁγιασμοῦ, πολλάκις ἐν ἁμαρτίαις ὄντες εὑρισκόμεθα. C Οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἁμαρτίας ἐκτὸς εἶναι καυχήσεται, ὡς μηδὲ κἂν ἐνθυμηθῆναι τὸ σύνολον ὅλως τὴν ἀδικίαν. Ὥστε συμβέβηκε (60) συστέλλεσθαι μὲν, καὶ κατευνάζεσθαι τῇ πίστει νῦν τὴν ἁμαρτίαν, εἰς τὸ μὴ φῦσαι (61) καρποὺς βλαβοποιούς, οὐ μὴν ἀνασπασθῆναι καὶ τῶν ῥιζῶν ἄχρις. Νῦν μὲν ἐνταῦθα τὰς βλάστας αὐτῆς, οἷον τὰς ἐνθυμήσεις τὰς πονηρὰς, συστέλλομεν, μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνοχλήσῃ, μὴ ἐῶντες ἀναμύειν, καὶ διοίγνυσθαι τὰ μεμυκότα στόμια πρὸς τὰς ἐκφύσεις· τοῦ λόγου δίκην ἀξίνης πρὸς τὰς ῥίζας αὐτῆς τὰς κάτω φυομένας τέμνοντος. Τότε καὶ τὸ ὅλως ἐνθυμηθήσεσθαι περὶ κακίας ἀφανισθήσεται.

V. Ut enim magnificis templorum structuris caprificus crescens, atque in maximam amplitudinem adolescens, et multiplicibus radicum brachiis per omnes lapidum diffusa compages, non prius excrescere ac pullulare desinit, quam disjectis ex eo unde enata est loco lapidibus, tota penitus evulsa concidat: tum enim, sublata caprifico, lapides suis locis possunt restitui, ut et templum ipsum incolume servetur, cum nullum amplius ex iis quibus evertebatur, incommodis habeat; caprificus vero ab imis radicibus evulsa moriatur: ad eumdem plane modum artifex ille Deus, templum suum, hominem, qui peccatum, caprifici cujusdam instar, produxerat, mortis ad tempus impressione, fruticatione inhibuit (63): qui juxta quod scriptum est [10], occidat et vivere faciat: ut iisdem partibus caro, exsiccato intermortuoque peccato, velut templum quoddam instauratum, immortalis illæsaque, sublato a fundamentis profligatoque peccato, resurgeret. Etenim quandiu corpus vivit, nec adhuc mortuum est, cum eo vivere peccatum necesse est, et occultas in nobis radices agere, quantumvis quibusdam velut castigationum reprehensionumque putationibus coerceatur. Alioquin post baptismum nullum jam scelus perpetramus, posteaquam peccatum a nobis funditus esset sublatum. Atqui etiam post susceptam fidem, ac postquam ad aquam illam sanctificantem accessimus, sæpe peccatis obnoxii invenimur. Neque enim adeo se immunem ab omni peccato gloriari quispiam potest, ut ne cogitatione quidem scelus ullum admittat. Quare accidit, ut modo quidem peccatum fide reprimatur et consopiatur, ut ne perniciosos fructus emittat; non tamen ut omnino ac radicitus exstinguatur. Quocirca, nunc quidem illius germina, pravas nimirum cogitationes, inhibemus; *ne qua radix amaritudinis sursum germinans* [11], molestiam nobis afferat: ac nec apertas ad pullulandum vias ac spiramenta dehiscere ac patefieri sinimus, divino Verbo, securis instar, fruticantes identidem ab radice stirpes excidente. At in futuro illo statu, mali omnis vel futura cogitatio tolletur.

Ϛ'. Φέρε (62) γὰρ, ἐπειδὰν πολλῶν δεῖ τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα παραδειγμάτων, ἐντεῦθεν αὐτὰ μάλιστα σκεπτώμεθα, μὴ ἀφιστάμενοι πρὶν ἂν εἰς εὐδηλοτέραν ἑρμηνείαν ἀποτελευτήσει καὶ ἀπόδειξιν ὁ λόγος. Φαίνεται τοίνυν ὥσπερ εἴ τις δημιουργὸς ἄκρος, D

VI. Age enim, quoniam multis rerum ejuscemodi exemplis opus est (64), hinc potissimum ista consideremus; neque prius ab eo argumento discedamus, quam in clariorem explicationem ac probationem nostra desierit oratio. Perinde igitur congruit.

[10] *Deut.* XXXII, 39. [11] *Heb.* XII, 5.

(57*) *Καθάπ.* Ex Epiph. hær. n. 25.
(58) *Καλοῖς.* Edit., χαλῶν. Et mox, εὐτροφήσασα.
(59) *Σωφρονισμῶν.* Ms. Rupif., συμφορῶν.
(60) *Συμβέβηκε.* Edit., συνέστηκε. Mox pro κατευνάζεσθαι, cod. Rup., κατευνάζειν.
(61) *Φῦσαι.* Edit., οἶσαι.
(62) *Φέρε*, κ. τ. λ. Ex Epiph. n. 27.
(63) *Fruticatione inhibuit.* Διεκώλυσε, nempe τοῦ βλαστάνειν. Alia lectio Epiphan. διέλυσε etiam congruit.
(64) *Quoniam multis rerum ejuscemodi exemplis opus est.* Ἐπειδὰν πολλῶν δεῖ τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα παραδειγμάτων. Transitio est ab exemplo caprifici et templi ad exemplum simile, vitii labisque, et simulacri; in quibus ambobus destrui oporteat subjectum iterum instaurandum, ut pereat quod malum accessit. Non satis videtur exprimere interpres Epiphanii: *Quoniam multis ad id exemplis opus est.*

tigisse mihi videtur, ac si peritissimus quispiam artifex egregiam ex auro vel alia materia statuam a se fabricatam, ac membris omnibus concinne eleganterque perpolitam, alteram conflet; ubi subinde a nequissimo aliquo fœdatam animadvertit, qui hanc statuæ pulchritudinem præ invidia non ferens, labem aliquam, inanem ex invidia voluptatem percepturus, intulerit. Animadverte enim, sapientissime Aglaophon: Si nullo prorsus modo voluerit artifex habere deturpatam statuam quam tanto studio elegantiaque elaboravit, rursum plane inducet in animum, ut conflatam illam, qualis antea erat, reficiat. Quod si fundere denuo, atque ab integro restituere et instaurare non placeat: sed medicans tantum et corrigens, ita uti se habet, relinquat; necesse est, ut igni candefacta atque arte fabrili retractata effigies, non jam eadem conservetur, sed commutata ac subdistracta appareat. Quare si præclarum et omnis labis expers totum simulacrum velit, confingi conflarique iterum oportet; ut quidquid malevolorum fraude atque invidia turpitudinis ac vitii est allatum, instauratione ac conflatione tollatur, ipsum vero simulacrum, in eadem rursus specie integrum et illæsum, sibi quam simillimum reddatur. Ita enim contingit, non ut statua, ab eodem ipso artifice pereat, tametsi fusa rursus solvatur in materiam, sed ut in integrum restituatur: utque labes omnes et fœditates pereant; siquidem illæ absumuntur; non ut instaurentur et amplius redeant: propterea quod in omni arte præstantissimus opifex non eo respiciat ut suum opus turpitudinis aliquid vel offensionis habeat, sed ut aptissime modulatum affabreque factum exeat. Idem igitur in nobis fecisse mihi Deus et administrasse videtur. Cum enim hominem, elegantissimum opus suum, fraudulentis artibus atque invidia perspiceret male habitum, talem pro sua benignitate relinquere noluit, ne in omnem æternitatem infectum macula, immortale illud secum adveheret vituperium, sed in materiam denuo resolvit, ut quidquid in eo vitiosum erat, reformatione ipsa velut eliquatum atque exstinctum periret. Quod enim illic est statuæ conflatio, idem hic mors est, dissolutioque corporis: ac quod illic est, iterum conformari materiam atque in pristinum nitorem restitui, idem hic est, post mortem resurgere: quemadmodum etiam Jeremias propheta [ait Judæis]. Sic enim et ille jam tum eis denuntiat spondetque dicens: *Et descendi in domum figuli; et ecce ille faciebat opus super lapidibus: et intercidit vas* (65) *quod ipse faciebat in*

A ἄγαλμα καλὸν ἀπὸ χρυσοῦ (66) κατεσκευασμένον ἢ ὕλης ἑτέρας αὐτῷ, καὶ πάντα τὰ μέλη συμμέτρως εἰς κάλλος διακεκοσμημένον, πάλιν χωνεύοι, λελωβημένον ἄφνω θεασάμενος ὑπό τινος ἀνθρώπου πονηροτάτου, ὃς οὐκ ἐνεγκὼν ὑπὸ βασκανίας εὐπρεπὲς εἶναι τὸ ἄγαλμα, ἐσίνατο, ματαίαν ἡδονὴν καρπούμενος (67) τοῦ φθόνου. Πρόσχες γάρ, ὦ σοφώτατε Ἀγλαοφῶν, ὅτι, εἰ βούλοιτο μὴ εἶναι σεσινωμένον ὅλως ὁ δημιουργὸς καὶ ψεκτὸν τὸ μετὰ τοσαύτης αὐτῷ σπουδῆς τε καὶ φροντίδος πεπονημένον (68), πάλιν προτραπήσεται συγχωνεύσας αὐτὸ, τοιοῦτο ποιεῖν, οἷον καὶ πρόσθεν ἦν. Εἰ δὲ μὴ ἀναχωνεύοι, μηδὲ ἀνασκευάζοι (69), (ἐᾷ δὲ οὕτως μένειν) θεραπεύων αὐτὸ καὶ ἐπανορθούμενος, ἀνάγκη δή, πυρακτούμενον καὶ χαλκευόμενον τὸ ἄγαλμα, μηκέτι B δύνασθαι διατηρηθῆναι τὸ αὐτὸ, ἀλλὰ διηλλαγμένον (70) ἔσεσθαι καὶ ὑπεσπασμένον. Διὰ τοῦτο, εἰ βούλοιτο καλὸν καὶ ἄμωμον ὅλον αὐτὸ εἶναι, ἀναθλάσθαι αὐτὸ, καὶ ἀναχωνεύεσθαι δεῖ· ὅπως τὰ μὲν αἴσχη καὶ τὰ ἀλλοιώματα πάντα τὰ ἐξ ἐπιβουλῆς αὐτῷ καὶ φθόνου ὑπάρξαντα, αὐτὰ μὲν διὰ τῆς ἀνασκευῆς καὶ ἀναχωνεύσεως ἀπόληται· τὸ δὲ εἰς τὸ αὐτὸ εἶδος ἀσινὲς καὶ ἀκίβδηλον αὖθις ἄγαλμα ὁμοιότατον ἑαυτοῦ κατασταθῇ. Τῷ μὲν γὰρ ἀγάλματι ἀπολέσθαι οὐκ ἔστιν ὑπὸ τῷ αὐτῷ (71) τεχνίτῃ, κἂν πάλιν εἰς ὕλην χυθῇ· ἀποκατασταθῆναι δὲ ἔστι· τοῖς δὲ αἴσχεσι καὶ λωβήμασι ἀπολέσθαι μὲν ἔστι, τήκονται γάρ· ἀποκατασταθῆναι δὲ οὐκ ἔστι· διὰ τὸ ἐν πάσῃ τέχνῃ τὸν ἄριστον δημιουργὸν μὴ πρὸς τὸ αἴσχιον ἢ ἐπιτευχθησόμενον (72) ὁρᾷν, ἀλλὰ πρὸς τὸ C σύμμετρον καὶ εὐθὲς τοῦ δημιουργουμένου. Ταυτὸν γὰρ φαίνεταί δή μοι καὶ ἐφ' ἡμῶν ὁ Θεὸς διῳκονομηκέναι. Τὸν γὰρ ἄνθρωπον, τὸ εὐπρεπέστατον ἑαυτοῦ τέχνημα, βασκάνοις ἐπιβουλαῖς φθόνου κεκακωμένον ἰδὼν, οὐκ ἠνέσχετο τοιοῦτον καταλεῖψαι φιλάνθρωπος ὢν, ὅπως μὴ δι' αἰῶνος εἴη μεμωμημένον, ἀθάνατον ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν ψόγον· ἀλλὰ διέλυσεν εἰς ὕλην πάλιν, ἵνα διὰ τῆς ἀναπλάσεως ἐκτακῶσι, καὶ ἐξαφανισθῶσι πάντα τὰ ἐν αὐτῷ μωμήματα. Τὸ γὰρ ἐκεῖ ἀναχωνευθῆναι τὸν ἀνδριάντα τοῦτον, τὸ ἐνταῦθα ἀποθανεῖν καὶ διαλυθῆναι τὸ σῶμα· τὸ δὲ ἐκεῖ ἀναμορφοποιηθῆναι (73) τὴν ὕλην, ἢ ἀνακοσμοποιηθῆναι, τοῦτο ἐνταῦθα (μετὰ τὸ ἀποθανεῖν) τὸ ἀναστῆναι· ὥσπερ καὶ ὁ προφήτης Ἱερεμίας. Τού- D τοις γὰρ ἤδη καὶ αὐτὸς ὧδε ταῦτα παρεγγυᾷ· *Καὶ κατέβην, λέγων, εἰς τὸν οἶκον τοῦ κεραμέως· καὶ ἰδοὺ αὐτὸς ἐποίει ἔργον ἐπὶ τῶν λίθων· καὶ διέπεσε τὸ ἀγγεῖον, ὃ αὐτὸς ἐποίει ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ· καὶ πάλιν ἐποίησεν αὐτὸς ἀγγεῖον ἕτερον, καθὼς ἤρεσεν ἐνώπιον αὐτοῦ τοῦ ποιῆσαι* (74).

(65) *Et intercidit vas.* Διέπεσε, quomodo notat Nobilius habere aliquos codices: minus tamen apte videtur exponere, *cadendo dissipatum est.* Melius alii, *dilapsum est*, ac velut inter digitos et quasi casu, ut in ejusmodi solet, defluxit ac intercidit. Petavius solum reddit simplex ἔπεσε, quod Sixtina habent.

(66) *Ἀπὸ χρ.* Edit., ὑπὸ χρ.

(67) *Καρπούμενος.* Codex Rup., καρποζόμενος.

(68) *Πεπον.* Id. codex, πεπονημένος; neque præfert subsequens αὐτό.

(69) *Ἀνασκευάζοι.* Editi, ἀναγκάζοι, et mox omittunt οὕτως.

(70) *Διηλλαγμένον.* Ms. Rup., διηγαλμένον.

(71) *Ὑπὸ τῷ αὐτ.* Impr., male, κατὰ τῷ αὐτ. Mox ibid. λυθῇ, pro χυθῇ.

(72) *Ἐπιτευχθ.* Scribe ἀποτευχθ.

(73) *Ἀναμορφοπ.* Rup., ἀναμορφωθῆναι, et paulo post, ἀνακοσμηθῆναι.

(74) *Τοῦ ποιῆσαι.* Rup., ποιεῖν. Mox vero, ποιεῖν ὑμῖν.

Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρὸς μὲ, λέγων· Εἰ καθὼς ὁ κεραμεὺς οὗτος οὐ δυνήσομαι τοῦτο ποιῆσαι ὑμᾶς, οἶκος Ἰσραήλ; Ἰδοὺ ὡς ὁ πηλὸς τοῦ κεραμέως ὑμεῖς ἐστε ἐν ταῖς χερσί μου.

Ζ'. Πρόσχες (74*) γὰρ ὅπως, ὡς ἔφην, μετὰ τὸ παραβῆναι τὸν ἄνθρωπον, ἡ μεγάλη χεὶρ εἰς νῖκος καταλεῖψαι τὸ ἑαυτῆς ἔργον οὐκ ηὐδόκησε ὡς κίβδηλον τῷ πονηρῷ ἀδίκως αὐτὸ λυμηναμένῳ βασκάνοις αἰτίαις· ἀλλὰ ἀνατήξας ἀνέδευσεν αὖθις εἰς πηλὸν, οἷα κεραμεὺς ἄγγος ἀνακλάσας, πρὸς τὸ ἀφανισθῆναι μὲν διὰ τῆς ἀναπλάσεως πάντα τὰ ἐν αὐτῷ αἴσχη καὶ θλάσματα, γενηθῆναι δὲ τὸ πᾶν ἄνωθεν ἀμέμπτως ἀρεστόν.

Η'. Οὐκ ἀρεστὸν (75) δὲ ἐκεῖνο, τὸ λέγειν εἰς ἄρδην ἀπολεῖσθαι τὸ πᾶν· καὶ γῆν, καὶ ἀέρα, καὶ οὐρανὸν, μὴ ἔσεσθαι. Ἐκπυρωθήσεται μὲν γὰρ πρὸς κάθαρσιν καὶ ἀνακαινισμὸν, καταβασίῳ πᾶς ὁ κόσμος κατακλυζόμενος πυρί (76)· οὐ μὴν εἰς ἀπώλειαν ἐλεύσεται παντελῆ καὶ φθοράν. Εἰ γὰρ κρεῖττον τὸ μὴ εἶναι τοῦ εἶναι τὸν κόσμον, διὰ τί τὸ χεῖρον ᾑρεῖτο ποιήσας τὸν κόσμον ὁ Θεός; Ἀλλ' οὐδὲ ὁ Θεὸς ματαίως ἢ χεῖρον ἐποίει (77). Οὐκοῦν εἰς τὸ εἶναι καὶ μένειν τὴν κτίσιν ὁ Θεὸς διεκοσμήσατο, καθάπερ καὶ ἡ Σοφία συνίστησιν, *Ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι*, λέγουσα *τὰ πάντα, ὁ Θεός· καὶ σωτήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου· καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς φάρμακον ὀλέθρου.* Καὶ ὁ Παῦλος δὲ σαφῶς μαρτυρεῖ, λέγων· *Ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται. Τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη, οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδι· ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ. Τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη*, φησίν. Ἐλευθερωθήσεσθαι δὲ τῆς τοιαύτης δουλείας προσδοκᾷ, κτίσιν τὸν κόσμον τοῦτον βουλόμενος καλεῖν (78). Οὐ γὰρ τὰ μὴ βλεπόμενα τῇ φθορᾷ δουλεύει, ἀλλὰ ταῦτα δὴ τὰ βλεπόμενα. Μένει ἄρα ἡ κτίσις εἰς τὸ ἄμεινον ἀνακαινοποιηθεῖσα, καὶ εὐπρεπέστερον ἀγαλλομένη, καὶ χαίρουσα ἐπὶ τοῖς τέκνοις τοῦ Θεοῦ, τῇ ἀναστάσει *στενάζει* (79), *καὶ συνωδίνει νῦν*, τὴν ἀπολύτρωσιν ἡμῶν ἀπὸ τῆς φθορᾶς καὶ αὐτὴ τοῦ σώματος ἀπεκδεχομένη· ὅπως ἡμῶν ἐξεγερθέντων καὶ ἀποτιναξαμένων τὴν νεκρότητα τῆς σαρκὸς, κατὰ τὸ γεγραμμένον, *Ἐκτίναξαι τὸν χοῦν, καὶ ἀνάστηθι*, [*καὶ*] *κάθισον, Ἱερουσαλὴμ*, ἐλευθερωθέντων τε τῆς ἁμαρτίας, ἐλευθερωθήσεται

A *manibus suis; et rursum finxit ille vas alterum, quemadmodum placuit illi ut faceret. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Si, quemadmodum figulus iste, non potero vos facere, domus Israel? Ecce, sicut lutum figuli vos estis in manibus meis* [12].

VII. Illud enim, uti dicebam, velim attendas: ut, post hominis transgressionem, noluerit ingens illa manus opus suum tanquam adulterinum, nefario illi qui ex invidia per injuriam illud violasset, ad victoriam ac ceu triumpho agendum relinquere (80): sed rursus eliquatum subegerit in lutum, ac si figulus vas confringat, ut nova fictione, quidquid in eo fœdatum est ac contusione deformatum, penitus tollat, totumque opificium, ut a principio, irreprehensibile acceptumque exsistat.

B VIII. Sed nec illud magnopere probo, ut universum hoc funditus periturum dicamus; ac terram, aeremque et cœlum quandoque desitura. Sane quidem mundus hic totus ut purgari possit et instaurari, exundantibus de cœlo flammis, incendio conflagrabit; non tamen interibit ac corrumpetur omnino. Etenim si mundum non esse quam esse, melius est; cur quod deterius est, mundum fabricando, Deus eligeret? At neque Deus frustra, vel quod deterius est, unquam crearet. Quamobrem ut essent ac manerent, conditas a se res Deus constituit; quemadmodum etiam Sapientia astruit his verbis: *Creavit enim, ut essent omnia, Deus; et salutares sunt mundi generationes: et non est in illis medicamentum exterminii* [13]. Cui et perspicue Paulus

C astipulatur, ita loquens: *Nam exspectatio creaturæ revelationem filiorum Dei exspectat. Vanitati enim creatura subjecta est, non volens, sed propter eum qui subjecit eam in spe: quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei* [14]. *Vanitati enim*, inquit, *creatura subjecta est*; ab hac vero servitute illa exspectat liberatum iri: quo creaturæ nomine mundum hunc significare voluit. Non enim quæ videri nequeunt, sed hæc quæ adspectabilia sunt, corruptelæ serviunt. Manet igitur creatura in statum meliorem decentioremque renovata, gaudens exsultansque pro resurgentibus filiis Dei: quapropter *ingemiscit et parturit modo*, exspectans et ipsa redemptionem no-

D stram a corruptione corporis; ut cum fuerimus excitati a mortuis, ac carnis mortalitatem excusserimus, pro eo ac scriptum est: *Excute pulverem et sede: surge, Jerusalem* [15]: fuerimusque liberati a peccatis, ipsa quoque liberetur a corruptione: nec

[12] *Jerem.* XVIII, 3-6. [13] *Sap.* I, 14. [14] *Rom.* VIII, 19-20. [15] *Isa.* LII, 2.

(74*) *Πρόσχ.* Ex Epiph., hær. num. 28.
(75) *Οὐκ ἀρεστόν.* Ex Epiph. ibid. num. 31.
(76) *Καταβασίῳ... πυρί.* Mendose impr., καταβὰς, ᾧ πᾶς.
(77) *Ἀλλ' οὐδὲ... ἐποίει.* Hic editi mutili et mendosi. Nam post τὸν κόσμον ὁ Θεός, habent ματαίως ἐγειροποιεῖ. Οὐκοῦν, κ. τ. λ.
(78) *Καλεῖν.* Rup., φιλοκαλεῖν.
(79) *Διὸ στ.* Impr., δι' οὓς στ.
(80) *Ad victoriam ac ceu triumpho agendum relinquere*, εἰς νῖκος καταλεῖψαι. Alludit ad verba Pauli I Cor. XV, 54, *Absorpta est mors in victoria*, εἰς νῖκος, quanquam habent aliqui codices νεῖκος, ut testatur Estius multis excurrens ad eum locum. Non video cur Epiphanii interpres suspicatus sit legendum τὸ, νεῖκος, ἀντὶ τοῦ, νίκους, ac neque ut alterutrum significet: in tanta contumelia probroque. Composuimus ex editis, et Rupifucaldii codice, textum unum, sanum satis et clarum, cum utrobique luxatus exstet minusque sanus.

iam vanitati, sed justitiæ serviat. Sed et Isaias : *Sicut enim*, inquit, *cœlum novum, et terra nova, quæ ego facio, permanent in conspectu meo, dicit Dominus : sic erit semen vestrum et nomen vestrum* [16]. Et iterum : *Sic dicit Dominus, qui fecit cœlum : hic qui terram condidit, et fecit illam, ipse discrevit illam. Non in vanum (fecit eam), sed ut habitaretur (plasmavit eam* [17]). Nam revera non frustra, neque inaniter ad exitium, ut qui inania sapiunt ineptique homines arbitrantur, universum hoc condidit Deus, sed ut esset et ut habitaretur et ut permaneret. Unde et terram necesse est, et cœlum, post illam rerum omnium conflagrationem et æstum exsistere.

IX. Sin autem adversarii objiciant : Qui ergo nisi universum hoc sit periturum? Dominus quidem, *cœlum ac terram transitura* [18], ait; propheta autem, *cœlum instar fumi esse periturum* (81)*: terram autem quasi vestimentum esse veteraturam* [19]. Nos ideo responderimus, quod id moris Scripturæ sit, ut mundi ab statu hoc in melius præstantiusque mutationem, interitum appellet; velut nimirum pereunte priore illa forma, conversione in jucundissimum statum. Nam nihil in Scripturis sacris contrarium est et absurdum. Quippe dictum est : *Præterit figura hujus mundi* [20], non mundus : sic Scripturis usitatum est, ut antecedentis in id quod melius ac formosius est, figuræ mutationem, interitum vocitent. Perinde ac si quis transitum ac mutationem infantilis figuræ in virum perfectum, interitum nominet, infantis ætate in magnitudinem pulchritudinemque mutata. Et vero putandum est fore, ut velut moritura in ea conflagratione, creatura renovanda prætereat; non tamen ut pereat exstinguaturque, ut renovati et instaurati ipsi, in mundo instaurato renovatoque habitemus doloris expertes : juxta quod dictum est [21] : *Emittes spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ :* nimirum Deo deinceps providente, ut temperatissimum sit continens. Nam cum post hujus sæculi exitum, terra adhuc perseveratura sit, omnino necesse est ut etiam sint qui inhabitent ; iique qui

A καὶ αὐτὴ τῆς φθορᾶς, μηκέτι τῇ ματαιότητι δουλεύουσα, ἀλλὰ τῇ δικαιοσύνῃ. Καὶ ὁ Ἡσαΐας δὲ, *Ὃν τρόπον γὰρ ὁ οὐρανὸς καινὸς καὶ ἡ γῆ καινή, ἃ ἐγὼ*, φησὶ, *ποιῶ, μένει ἐνώπιόν μου, λέγει Κύριος· οὕτως ἔσται* (82) *τὸ σπέρμα ὑμῶν, καὶ τὸ ὄνομα ὑμῶν·* καὶ πάλιν· *Οὕτω λέγει Κύριος ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, οὗτος ὁ κατασκευάσας τὴν γῆν, καὶ ποιήσας αὐτήν· αὐτὸς διώρισεν αὐτήν. Οὐκ εἰς κενὸν* [*ἐποίησεν αὐτὴν,*] *ἀλλὰ κατοικεῖσθαι* [*ἔπλασεν αὐτήν*]. Ὄντως γὰρ οὐχ εἰς κενὸν, οὐδὲ εἰς μάτην πρὸς ἀπώλειαν ἔκτισε, κατὰ τοὺς φρονοῦντας μάταια, τὸ πᾶν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ εἰς τὸ εἶναί τε καὶ οἰκεῖσθαι καὶ διαμένειν. Διὸ ἀνάγκη δὴ καὶ τὴν γῆν αὖθις καὶ τὸν οὐρανὸν, μετὰ τὴν ἐκφλόγωσιν ἔσεσθαι πάντων καὶ τὸν βρασμόν.

B Θ'. Ἐὰν δὲ (83), Πῶς οὖν, εἰ μὴ ἀπόλλυται τὸ πᾶν; οἱ ἐξ ἐναντίας εἴπωσι, ὁ μὲν Κύριος (84), *τὸν οὐρανὸν παρελεύσεσθαι*, ἔφη, *καὶ τὴν γῆν·* ὁ δὲ προφήτης, *ἀπολεῖσθαι μὲν τὸν οὐρανὸν ὡς καπνὸν, τὴν δὲ γῆν ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσεσθαι*, ἐπειδὴ ἔθος ταῖς Γραφαῖς, λέξομεν, τὴν εἰς τὸ κρεῖττον καὶ ἐνδοξότερον ἀπὸ ταύτης τῆς καταστάσεως τοῦ κόσμου (85) μεταβολὴν, ἀπώλειαν λέγειν· οἷον τοῦ πρόσθεν σχήματος ἀπολλυμένου κατὰ τὴν εἰς τὸ φαιδρότερον (86) ἁπάντων ἐξαλλαγήν· ὅτι μηδεμία ὑπεναντίωσις ἢ ἀτοπία ἐν τοῖς θείοις λόγοις. *Παράγει* γὰρ *τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου*, καὶ οὐχ ὁ κόσμος, εἴρηται· οὕτως ἔθος ἀπώλειαν καλεῖν τὰς Γραφὰς, τὴν πρὸς τὸ ἄμεινον, ἔσθ' ὅτε, καὶ εὐμορφότερον τροπὴν τοῦ πρόσθεν σχήματος· οἷον ὥσπερ ὁπότ' ἄν τις
C ἀπώλειαν λέγει τοῦ κατὰ τὸν νήπιον σχήματος τὴν εἰς τὸν ἄνδρα τὸν τέλειον μεταλλαγὴν, τρεπομένης εἰς μέγεθος καὶ κάλλος τῆς ἡλικίας τοῦ νηπίου. Παραχθήσεσθαι (87) μὲν γὰρ τὴν κτίσιν ὥσπερ τεθνηξομένην κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν, ἵνα ἀνακαινισθῇ· οὐ μὴν ἀπολεῖσθαι προσδοκητέον· ὅπως οἱ ἀνακαινοποιηθέντες ἐν ἀνακαινοποιηθέντι κόσμῳ ἄγευστοι λύπης κατοικήσωμεν, κατὰ τὸ λεχθέν· *Ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται· καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς·* τοῦ περιέχοντος τῆς εὐκρασίας ἐπιτροπεύοντος λοιπὸν τοῦ Θεοῦ. Ἐσομένης γὰρ καὶ μετὰ τοῦτον τὸν αἰῶνα γῆς, ἀνάγκη πᾶσα ἔσεσθαι καὶ τοὺς οἰκήσοντας, οὐκέτι τεθνηξο-

[16] *Isa.* LXVI, 21. [17] *Isa.* XLV, 18. [18] *Matth.* XXIV, 35. [19] *Isa.* LI, 6. [20] I *Cor.* VII, 3. [21] *Psal.* CIII, 30.

(81) *Cœlum instar fumi esse periturum*, etc. Quanquam in marg. erat ascriptus apud Epiphan. v. 27 psal. CI, potius tamen videtur respicere Isa. LI, 6, ubi habetur illa fumi similitudo, verbumque non absimile. Septuaginta, ἐστερεώθη, *firmatum est :* quod Hieronymus exponit, ut omnis cœlorum firmitas et robur, vento inanissimo et fumo qui in auras solvitur, coæquetur, juxta Ecclesiastem : *Vanitas vanitatum*, etc. Clarius vero Symmachus, οὐρανοὶ ἀλιώσονται, *instar salis liquescent;* Aquila, οὐρανὸς μειωθήσεται, *comminuetur in nihilum :* quod hæc ejus species et forma sit annihilanda, dandaque ei nova longe augustior et splendidior, ut exponit Hieronymus post nostrum Methodium. Hebr. est נמלחו, *consumpti sunt;* a מלח, quod est *sal*, in cujus modum fumi instar, cœli evanescere dicantur, et, ut Dominus loquitur, *transire*, παρελεύσεσθαι, seu, ut
D Paulus, παραχθήσεσθαι, quomodo restituimus paulo inferius, ex Rupif. codice, pro ταραχθήσεσθαι. Ex eo loco colligit Basilius *in Hexaem.* cœlorum substantiam subtilissimam et aeream; fereque alii Patres quintam illam essentiam Aristotelis incorruptibilem impugnant.

(82) *Ἔσται*. LXX, στήσεται. Et mox, ὁ καταδείξας τὴν γῆν. Paulo post, uncis inclusa, ex textu LXX.

(83) *Ἐὰν δὲ*, κ. τ. λ. Ex Epiph. hær. n. 32.

(84) *Ὁ μὲν Κύριος*. Codex Rup., ὅμως Χριστός.

(85) *Ἀπὸ ταύτης τῆς καταστάσεως τοῦ κ*. Impr., mendose, ἀποκατάστασιν ταύτης τοῦ κ.

(86) *Φαιδρότερον*. Impr., φαιδρότατον.

(87) *Παραχθήσεσθαι*. Editi, vitiose, ταραχθ. Paulo post iidem, ἀνακτισθῇ pro ἀνακαινισθῇ.

μένους, ἢ γαμήσοντας, ἢ γεννησομένους, ἀλλ' ὡς ἀγγέλους ἀμεταστρόφως ἐν ἀφθαρσίᾳ τὰ ἄριστα πράξοντας. Διὸ ληρῶδες τὸ ἐν ποίᾳ διαγωγῇ τότε δὴ τὰ σώματα ἔσονται λέγεσθαι, μήτε ἀέρος, μήτε γῆς, μήτε τῶν ἄλλων ἐσομένων.

A nec morituri sint amplius, nec copulandi nuptiis, aut procreandæ soboli operam daturi, sed angelorum more, sine ulla mutatione, immortali statu felicissime victuri (90). Proindeque est stultum quærere, quanam vitæ ratione usura sint corpora, cum neque aer, neque terra, neque quidquam cæterorum sit amplius futurum.

Ι'. Ἄξιον δὲ (88) κἀκεῖνο πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἐπισκοπεῖν, ὡς ἔχει πολλὴν διάπτωσιν, εἰ δεῖ παῤῥησίαν ἄγειν περὶ τηλικούτων, Ἀγλαοφῶν. Ἔφρασας γὰρ ἀποφήνασθαι τὸν Κύριον, ὡς οἱ τῆς ἀναστάσεως τευξόμενοι *ἔσονται τότε ὡς ἄγγελοι*, ἔνθα πειράζουσιν αὐτὸν οἱ Σαδδουκαῖοι. Ἐπέφερες οὖν· Οἱ δὲ ἄγγελοι, ἐκτὸς ὄντες σαρκὸς, ἐν μακαριότητος ἀκρότητι, διὰ τοῦτο καὶ δόξης εἰσί· καὶ ἡμᾶς δὲ ἄρα, ἐξισάζεσθαι μέλλοντας ἀγγέλοις, ἀνάγκη δὴ, σαρκῶν B ὡσαύτως ἐκείνοις γυμνοὺς, ἀγγέλους ἔσεσθαι δεῖν· οὐκ ἐπιστήσας, ὦ ἄριστε, ὡς ὁ ποιήσας καὶ διακοσμήσας ἐξ οὐκ ὄντων τὸ πᾶν, τὴν τῶν ἀθανάτων φύσιν, οὐ μόνον εἰς ἀγγέλους καὶ λειτουργοὺς διανείμας διεκόσμησεν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀρχὰς, καὶ θρόνους, καὶ ἐξουσίας. Ἄλλο γὰρ γένος τὸ τῶν ἀγγέλων, καὶ ἄλλο τὸ τῶν ἀρχῶν καὶ ἐξουσιῶν· ὅτι μὴ τάγμα ἓν, καὶ μία σύστασις, καὶ φυλὴ, καὶ πατριὰ τῶν ἀθανάτων· ἀλλὰ γένη, καὶ φυλαὶ, καὶ διαφοραί· καὶ οὔτε τὰ χερουβὶμ, τῆς ἰδίας ἐξιστάμενα φύσεως, εἰς τὴν τῶν ἀγγέλων ἰδέαν μετασκευάζονται· οὔτ' αὖ πάλιν εἰς ἑτέραν (89) οἱ ἄγγελοι. Εἶναι γὰρ αὐτὰ χρὴ καὶ ὅ εἰσι, καὶ ὃ γεγόνασιν. Ἀτὰρ καὶ ὁ ἄνθρωπος τὸν κόσμον οἰκεῖν, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ πάντων ἡγεμονεύειν ταχθεὶς, τῆς ἐξ ἀρχῆς διακοσμήσεως, C ἀθάνατος ὢν, τοῦ εἶναι ἄνθρωπος οὔποτε μεταβληθήσεται· οὔτε εἰς τὴν τῶν ἀγγέλων οὔτε εἰς τὴν τῶν ἑτέρων μορφήν· ὅτι μηδὲ οἱ ἄγγελοι εἰς τὴν ἄλλην τῆς ἐξ ἀρχῆς ἰδέας μετακοσμούμενοι μεταβάλλονται. Ὁ γὰρ Χριστὸς ἧκεν οὐκ εἰς ἑτέραν μεταπλασθῆναι κηρύσσων ἢ μετασκευασθῆναι τὴν ἀνθρωπείαν φύ-

X. Ad hæc vero est et illud merito considerandum, ut nimirum habeat multam ruinam (91), atque a vero incautum abducat : siquidem est in rebus tantis audacter loquendum, o Aglaophon. Nam dixisti respondisse Dominum Sadducæis tentantibus, fore, ut qui resurrectionis compotes erunt, *sint sicut angeli*[22]. Intulisti ergo : Atqui angeli, quia carnis expertes, in summa degunt felicitate et gloria : quare et nos quos æquari oportet angelis, necesse est ad eumdem modum carne nudatos, angelos fieri. Nec illud, optime virorum, animadvertisti ; eum, qui ex nihilo mundum fabricavit ac constituit, non angelis modo et administris (92) ; sed et principatibus et thronis et potestatibus eamdem immortalitatis naturam impertisse. Aliud enim angelorum genus, aliudque principatuum et aliud potestatum ; eo quod non unus ordo, unusve cœtus ac tribus familiaque sit immortalium : sed generum, ac velut tribuum et nationum divortia. Ac neque cherubim, desciscentia a natura sua, in angelorum speciem transeunt ; neque contra in naturam aliam angeli commutantur. Quippe, esse illa quod sunt, et cujusmodi producta sunt, necesse est. Quamobrem etiam homo (93), qui ut habitaret mundum omnibusque in eo rebus præesset, ex prima dispositione constitutus est, velut immortalis, nunquam in angelorum aut alterius cujuslibet formam ex homine convertendus est ; quando nec angeli ab ea quam initio sortiti sunt specie et natura, transformari et mutari possunt. Et vero Christus,

[22] *Matth.* XXII, 30.

(88) Ἄξιον δέ. Ex Epiph. hær., n. 33.

(89) *Εἰς ἑτέραν*. Editi, εἰς (τὴν τῶν) ἑτέρων. Mox iidem, vitiose, εἰ γάρ post γεγόνασιν.

(90) *Felicissime victuri*, τὰ ἄριστα πράξοντας. Phrasis nihil nova, rudiusque expressa illis verbis, *optima quæque facturi*.

(91) *Ut nimirum habeat multam ruinam*, etc. Cogimur longa hac paraphrasi pauca illa verba exprimere, ὡς ἔχει πολλὴν διάπτωσιν, ubi τὸ, ἔχει accipio ut absolutum, quomodo est Græcis elegantissimum. Est littera minus sana : τὸ, διαλεγόμενος in impressis propalam vitiosum est : omisimusque cum sequenti πραγμάτων, secuti alium codicem Rupif., ex quo et editis unam nobis litteram composuimus. Impressa velut Origenis et in tertia persona, referunt ; nos cum ms. ut Aglaophontis, et in secunda, quod magis consonat reliquis. Impugnatur novus Origenianorum error, ex priore illo resurrectionis absque carne ortus, nempe mutationis animarum in angelos, in quo est multa illa eorum παράπτωσις, *offensio* ; velut impingentibus, semel a veritate deviis hominibus.

(92) *Et administris*, καὶ λειτουργούς. Accipit ut ordinem angelico superiorem, ut ex sequenti locatione creaturarum pro cujusque gradu liquet ; qua cœlos assignat angelis ; lumina vero, potiora in cœlis, et respondentia purioribus illis luminibus assignatis supremis spiritibus, nempe seraphinis ; ut et sedibus thronisque potestatum, respondent cœli. Ministris illis : respiciens forte illud psal. CIII, 4 : *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis :* quæ est purior spiritu seu vento et D flatu illic significato, propiusque accedit ad naturam luminum igneam, vel formaliter, juxta plerosque Patres, vel saltem virtute, juxta Peripateticos et invehentes quintam illam essentiam. Videri possunt ista minus Dionysiana : sed nihil mirum ignoto Dionysio non solum Methodio, sed etiam Chrysostomo, qui et ipse nihil Dionysiane de angelis sentit et docet, cum præter notos nobis eorum populos, ἄπειρα ἔθνη καὶ φῦλα ἀμύθητα, nec ex nomine nota contendit, et probat ex illo Ephes., *Et omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed*, etc., hom. 4, *De incompr.* et 3, cherubin velut thronos Dei, eoque illi conjunctiores, præfert seraphin.

(93) *Quamobrem etiam homo*, ἀτὰρ καὶ ὁ ἄνθρωπος. Sic clare procedit Methodiana argumentatio, quam impressa omnino obscurabant conditionali illa εἰ. Interpr., *Etenim et homo*, etc., quo significatur ut antecedens, quod Methodius assumit ut consequens.

adveniens, non in alteram demutari vertique naturam hominis oportere prædicavit; sed in id redire quod initio fuerat, antequam excideret, tum cum esset immortalis. Siquidem necesse est, ut unumquodque creatum, suæ constitutioni naturæque congruo loco persistat; ut omnibus omnia repleantur; cœli quidem, angelis; throni autem, potestatibus (94); ministris, lumina: diviniores porro sedes, purioraque et sinceriora lumina, seraphinis, qui magno illi consilio assistentes, universum conservant; mundus denique hominibus. Atque si homines in angelos mutari dederimus, consequens est ut et angelos in potestates, et has in aliud et aliud transituras dicere, oratio processu periculum incurrat.

A σιν, ἀλλὰ εἰς ὃ ἦν ἐξ ἀρχῆς πρὸ τοῦ ἐκπεσεῖν, ἀθάνατος ὤν. Χρὴ γὰρ ἐν τῷ ἰδίῳ τῆς ἕξεως αὐτῶν τόπῳ (96) τῶν γεννητῶν ἕκαστον μένειν, ἵνα πάντα πάντων ὦσι πεπληρωμένα· οὐρανοὶ μὲν ἀγγέλων· θρόνοι δὲ ἐξουσιῶν· φῶτα δὲ λειτουργῶν· καὶ οἱ θειότεροι τόποι, καὶ τὰ ἀκράτητα καὶ ἀκραιφνῆ φῶτα τῶν σεραφὶμ, ἃ παρεστήκασι τῇ μεγάλῃ βουλῇ διακρατοῦντα (97) τὸ πᾶν· ὁ δὲ κόσμος ἀνθρώπων. Ἐὰν δὲ μεταβάλλεσθαι δῶμεν τοὺς ἀνθρώπους εἰς ἀγγέλους, ὥρα μεταβάλλεσθαι λέγειν καὶ τοὺς ἀγγέλους εἰς ἐξουσίας, καὶ ταύτας εἰς ἄλλο καὶ ἄλλο, ἔστ' ἂν ὁ λόγος ἀναβὰς εἰς κίνδυνον ἐμπέσῃ.

XI. Neque vero quod velut malum hominem fabricaverit Deus, aut in eo fingendo aberrarit, angelum postea facere illum voluit, quasi ipsum, vilissimorum opificum instar, pœnitentia cepisset. Neque cum angelum principio facere constituisset, neque id esset assecutus, hominem procreavit. Nimirum istud imbecillum est. Cur igitur hominem faciebat non angelum, si angelum hominem facere, non hominem cogitabat? An quia non poterat? Est hoc blasphemum. An in deteriore occupatus, quod præstantius est differebat? Est et illud absurdum. Neque enim in moliendo bono vel aberrat Deus, vel in aliud tempus rejicit, vel destitutus viribus est: sed et utcunque libuerit, et quando libuerit, agendi potestate est præditus, qui sit ipsa potentia. Quamobrem hominem esse hominem volens, initio produxit. Quod si id volens fecit; vult autem quod bonum est; homo vero bonum est; idemque ex anima constat et corpore: sequitur extra corpus hominem minime fore, sed in corpore: ne alius præter hominem homo producatur. Opus enim est, uti Deo immortalia genera omnia conserventur: atqui homo est immortalis. *Creavit enim*, inquit Sapientia [23], *hominem inexterminabilem* (95), *et imaginem æternitatis suæ fecit illum.* Corpus itaque non prorsus exstinguitur et perit; nam homo ex anima et corpore consistit.

B ΙΑ'. Ἀλλ' οὔτε ὡς φαῦλον τεχτηνάμενος ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἢ διαμαρτήσας αὐτοῦ περὶ τὴν διάπλασιν (98), ἄγγελον αὐτὸν ὕστερον ἐπενόησε ποιῆσαι, μεταγνοὺς, ὥσπερ οἱ φαυλότατοι τῶν δημιουργῶν· οὔτε ἄγγελον κατ' ἀρχὰς θελήσας ποιῆσαι, καὶ μὴ δυνηθεὶς, ἄνθρωπον ἔπλασεν· ἀσθενὲς τοῦτο γάρ. Τί δήποτε οὖν τὸν ἄνθρωπον ἐποίει, καὶ οὐκ ἄγγελον, εἴγε ἄγγελον τὸν ἄνθρωπον, καὶ οὐκ ἄνθρωπον γενέσθαι ἠθέλησεν; Ὡς οὐ δυνάμενος; Βλάσφημον. Ἀλλ' ἀνεβάλλετο περὶ τοῦ κρείττονος τὸ χεῖρον ποιῶν; Καὶ τοῦτο ἄτοπον. Οὔτε γὰρ διασφάλλεται περὶ τὸ ποιεῖν τὸ καλὸν, οὔτε ἀναβάλλεται, οὔτε ἀδυνατεῖ· ἀλλὰ καὶ ὡς θέλει, καὶ ὅτε θέλει, τὸ δύνασθαι ἔχει, δύναμις ὤν. Οὐκοῦν εἶναι τὸν ἄνθρωπον ἄνθρωπον θέλων ἐξ ἀρχῆς ἔκτισεν. Εἰ δὲ θέλων· θέλει δὲ τὸ καλόν· καC λὸν δὲ ὁ ἄνθρωπος· ἄνθρωπος δὲ τὸ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος λέγεται συντεθέν· οὐκ ἔσται ἄρα ἐκτὸς σώματος ὁ ἄνθρωπος, ἀλλὰ μετὰ σώματος, ἵνα μὴ ἄλλος ἄνθρωπος παρὰ τὸν ἄνθρωπον γεννηθῇ. Δεῖ γὰρ τῷ Θεῷ τὰ ἀθάνατα γένη πάντα σώζεσθαι· ἀθάνατον δὲ ὁ ἄνθρωπος. *Ἔκτισε γὰρ*, φησὶν ἡ Σοφία, *τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ, καὶ εἰκόνα τῆς ἰδίας ἀϊδιότητος ἐποίησεν αὐτόν.* Οὐκ ἄρα ἀπόλλυται τὸ σῶμα· ὁ γὰρ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος.

[23] *Sap.* II, 23.

(94) *Throni autem, potestatibus.* Videtur difficile, quid in corporeis intelligat eo nomine præter cœlos et lumina, sive illa nobis conspicua quæ ministris assignat, sive diviniora ἀκράτητα illa καὶ ἀκραιφνῆ assignata seraphinis, quæ videntur ipsum immobile et invisibile nobis empyreum, influens seraphica assistentia universo huic permanentiam, ut tandem visum est meo Thomæ, significatque Methodius illis verbis διακρατοῦντα τὸ πᾶν, juxta lectionem Rupif. quam sumus secuti. Forte voluit thronos ac sedes in empyreo, quod respondeat cœlis, assignatis spiritibus ministris, præter puriora illa in eo seraphinis assignata lumina. Quanta porro hæc probabilitate nitantur, ut et quod statim sequitur, de futura post judicii conflagrationem hominum habitatione, terra hac nova per Isaiam promissa, cœloque et aere novo; operosius fuerit discutere, alteriusque et otii et operæ. Hoc saltem constiterit, abesse Methodium in sua illa opinione ab errore Millenariorum, nec ita ponere paradisum sensibilem in sensibili terra, ut divinæ interim visionis gratiam neget, qua simus vere beati, et animo; conferente mundo instaurato, ad nonnullam instauratorum corpore incolarum felicitatem, mirabili illa εὐκρασίᾳ sua et temperatione, quam Deus, ceu amantissimus pater, administrare et cuD rare habeat: ἐπιτροπεύοντος. Mihi enimvero melius esse cum Christo, et ut tanquam membrum quandoque sequar in cœlum etiam corpore, exaltatum super omnes cœlos divinissimum illud caput meum.

(95) *Inexterminabilem*, ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ. Sic Vulg. et Sixt. Non male Tigur. et eodem sensu, *immortalitati*, hoc est, ut immortalis esset. Minus exprimit interpr. Epiphan., *in incorruptione*. Τὸ, καὶ εἰκόνα suspicatur legendum κατ' εἰκόνα. Habent nihilominus etiam Sixt., quanquam interpres videatur legisse καὶ κατ' εἰκόνα, *et ad imaginem*, nisi voluit glossare, aut sequi Vulg. Non video ipse quid ibi sit scrupuli, nec reddi possit, *et imaginem æternitatis;* quando et Paulus I Cor. XI, hominem dicit, *Dei imaginem et gloriam*, non ad imaginem. Quidam pro ἀϊδιότητος legunt ἰδιότητος.

(96) *Τόπῳ*. Impr., τύπῳ.

(97) *Διακρατοῦντα*. Editi, διακρατούσῃ.

(98) *Διάπλασιν*. Al. πλάσιν.

ΙΒʹ. Διὸ ἐπίστησον (99), ὡς ὁ Κύριος τὰ αὐτὰ ταῦτα διδάσκειν θέλων, μὴ πιστευόντων Σαδδουκαίων εἰς τὴν ἀνάστασιν τῆς σαρκός. Δόγμα γὰρ τοῦτο Σαδδουκαίων. Ὅθεν συσκευασάμενοι τὴν κατὰ τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς ἑπτὰ ἀδελφοὺς παραβολήν, ἵνα τὸν περὶ ἀναστάσεως τῆς σαρκὸς λόγον ἀπορήσωσι, *Προσῆλθον αὐτῷ*, φησί, *καὶ Σαδδουκαῖοι, λέγοντες, ἀνάστασιν μὴ εἶναι*. Ὁ οὖν Χριστός, εἰ μὴ ἦν ἀνάστασις σαρκός, ἀλλὰ μόνον ἐσώζετο ψυχή, συνέθετο ἂν αὐτοῖς, ὡς καλῶς καὶ ὀρθῶς φρονοῦσι. Νυνὶ δὲ ἀποκρίνεται, λέγων· *Ἐν τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται, ἀλλ' ὡς ἄγγελοι ἐν οὐρανῷ εἰσιν*· οὐ τῷ σάρκα μὴ ἔχειν, ἀλλὰ τῷ μὴ γαμεῖν καὶ γαμεῖσθαι, ἀλλὰ εἶναι λοιπὸν ἐν ἀφθαρσίᾳ. Καί φησιν, ἀγγέλοις κατὰ τοῦτο πλησιάζοντας, ἵνα ὥσπερ οἱ ἄγγελοι ἐν τῷ οὐρανῷ, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ παραδείσῳ, μήτε γάμοις ἢ εἰλαπίναις ἔτι σχολάζοντες, ἀλλὰ τοῦ βλέπειν (1) τὸν Θεόν, καὶ γεωργεῖν τὴν ζωήν, πρυτανεύοντος ἡμῖν τοῦ Χριστοῦ. Οὐ γὰρ εἶπεν, *ἔσονται ἄγγελοι*, ἀλλ' ὡς *ἄγγελοι*, οἷον *δόξῃ μὲν καὶ τιμῇ*, κατὰ τὸ γεγραμμένον, *ἐστεφανωμένοι, βραχὺ δέ τι παρὰ τοὺς ἀγγέλους διαλλάσσοντες*, καὶ ἐγγὺς ὄντες τοῦ εἶναι ἄγγελοι. Καθάπερ εἰ ἔλεγεν, οὔσης εὐταξίας κατὰ τὸν ἀέρα, καὶ γαλήνης νυκτός, καὶ πάντων τῷ τῆς σελήνης αἰθερίῳ φωτὶ κεκοσμημένων, ἡ σελήνη φαίνει ὡς ὁ ἥλιος. Καὶ οὐ πάντως ἂν ἥλιον εἶναι τὴν σελήνην ἀπομαρτυρεῖν αὐτὸν λέγομεν (f. λέγοιμεν), ἀλλ' ὡς ἥλιον. Ὥσπερ καὶ τὸ μὴ ὑπάρχον χρυσός, ἐγγὺς δὲ τοῦ εἶναι χρυσὸς πεφυκός, ὡς χρυσὸς λέγεται, καὶ οὐ χρυσός· εἰ δὲ ἦν χρυσός, οὐκ ἐλέγετο ἂν ὡς χρυσός, ἀλλὰ χρυσός. Ἐπεὶ δὲ μὴ ἔστι χρυσός, ἀλλὰ τοῦ εἶναι (2) χρυσός, καὶ φαντάζεσθαι τὸν χρυσόν, ὡς χρυσὸς λέγεται· οὕτω καὶ ὡς ἀγγέλους ἔσεσθαι λέγοντος τοὺς ἁγίους ἐν τῇ ἀναστάσει, οὐκ αὐτὸ τοῦτο ἀγγέλους αὐτὸν ἐπαγγέλλεσθαι ἀκούομεν τοὺς ἁγίους ἐν τῇ ἀναστάσει ἔσεσθαι, ἀλλὰ ἐγγὺς τοῦ εἶναι ἀγγέλους. Ὥστε ἀλογώτατον λέγειν· Ἐπειδὴ ὁ Χριστὸς ἀπεφήνατο τοὺς ἁγίους ὀφθῆναι ὡς ἀγγέλους ἐν τῇ ἀναστάσει, τὰ σώματα διὰ τοῦτο ταῦτα μὴ ἀνίστασθαι· καίτοι τῆς λέξεως αὐτῆς τὴν παράδειξιν δηλούσης σαφῶς τοῦ συμβαίνοντος. Ἀνάστασις γὰρ οὐκ ἐπὶ τοῦ μὴ πεπτωκότος, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ πεπτωκότος λέγεται, καὶ ἀνισταμένου· ὥσπερ ὁπόταν λέγει καὶ ὁ προφήτης· *Καὶ ἀναστήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν*. Ἔπεσε δὲ ὀκλάσασα ἡ ποθητὴ σκηνὴ τῆς ψυχῆς *εἰς γῆν χώματος*. Οὐ γὰρ τὸ μὴ θνῆσκον, ἀλλὰ τὸ θνῆσκον κλίνεται. Θνήσκει δὲ ἡ σάρξ· ψυχὴ δὲ (3) ἀθάνατος. Καὶ τοίνυν, εἰ ἡ ψυχὴ ἀθάνατος, σῶμα δὲ ὁ νεκρός, οἱ λέγοντες ἀνάστασιν μὲν εἶναι, σαρκὸς δὲ μὴ εἶναι, ἀρνοῦνται ἀνάστασιν· ὅτι μὴ τὸ ἑστός, ἀλλὰ τὸ πεπτωκὸς καὶ κλιθὲν διαν-

A XII. Ac vide, quæso, quemadmodum Dominus, eadem illa tradere Sadducæis resurrectionem negantibus, voluerit. Est enim hoc Sadducæorum dogma. Unde composita illa, de muliere deque septem fratribus, parabola, quam adversus resurrectionis corporum dogma proponerent : *Accesserunt ad eum*, inquit [24], *Sadducæi, dicentes resurrectionem non esse.* Proinde Christus, si nulla carnis esset resurrectio, sed anima duntaxat salutem consequeretur, illis utique utpote recte ac præclare sentientibus, suam auctoritatem adjungeret. Atqui aliа omnia respondens ait [25] : *In resurrectione neque ducunt uxores, neque nubunt, sed ut angeli in cœlo sunt :* non quod carnem non habeant, sed quod mutuas nuptias nullas contrahant, sed dein- B ceps sint corruptionis expertes. Addit vero, ea nos parte angelis proximos ; ut quemadmodum angeli in cœlo, sic nos in paradiso neque nuptiis amplius neque conviviis indulgeamus, sed in contemplando Deo excolendaque vita simus occupati, præside ac moderatore Christo. Nam non dixit, *erunt angeli*, sed, *sicut angeli*, velut nimirum *gloria et honore coronati*, ut scriptum est, *paululum vero ab angelis differentes* [26], atque illorum naturæ proximi. Quasi ita diceret : tranquillo per noctem ac sereno aere, cum cœlesti luce lunæ omnia collustrantur, luna sicut sol splendet. Tum enim, non omnino solem esse lunam ex illius testimonio colligeremus, sed ad solem accedere. Sicut etiam quod aurum non est, auro tamen natura sua propinquius est, C velut aurum dicitur, non aurum : nam si esset aurum, non tanquam aurum, sed aurum dici oporteret. Quia vero aurum non est, sed auro proximum, et ut mentiatur speciem auri, sicut aurum dicitur : eodem plane modo, quod in resurrectione, fore sanctos sicut angelos pronuntiavit, non sic accipiendum est, ut eos angelos fore voluerit, sed eorum tantum conditioni propinquos. Quamobrem stultissimum est ita colligere : Quoniam Christus sanctos in resurrectione tanquam angelos visum iri pronuntiavit, idcirco fore ut corpora hæc non resurrexerint, præsertim cum vox ipsa, velut collatione (4), ejus quod contingit, rationem perspicue ostendat. Nam resurrectio non de eo dicitur quod D nunquam cecidit ; sed de eo quod cecidit, et iterum assurgit. Velut cum propheta dicit : *Et suscitabo tabernaculum David quod ceciderat* [27]. Cecidit porro desideratum illud tabernaculum collapsum *in terram aggeris* [28]. Non enim quod non moritur, sed quod moritur, inclinare dicitur. At moritur caro : anima quippe immortalis. Quapropter si immortalis est anima, corpus vero cadaver est ; qui ita resur-

[24] *Matth.* XXII, 23. [25] *Ibid.* [26] *Psal.* VIII, 6. [27] *Amos* IX, 11. [28] *Dan.* XII, 2.

(99) *Διὸ ἐπίστ.* Ex Epiph. hær., n. 35.
(1) *Τοῦ βλ.* Forte τῷ βλ.
(2) *Ἀλλὰ τοῦ εἶν.* Post ἀλλά deest ἐγγύς. Sic enim legimus paulo post.
(3) *Ψυχὴ δέ.* Editi, ψυχὴ γάρ.

(4) *Velut collatione*, etc. Editi, πρᾶξιν. At παράδειξιν, vox aptissima. Posset forte uno verbo reddi, *contentionem :* quomodo τὸ, παραδεικνύειν dicimus *contendere* seu *ex adverso conferre et contraponere.*

rectionem esse confitentur, ut eam nihil ad carnem pertinere putent, resurrectionem penitus negant. Quandoquidem non illud quod stat, sed quod cecidit et inclinavit, exsurgere dicitur et suscitari, juxta ac scriptum est [29]: *Nunquid qui cadit non resurgit, aut qui avertit se non revertitur?*

XIII. Quoniam caro inter confinia corruptionis et incorruptionis, ac nec corruptio nec incorruptio creata erat; victa vero est a corruptione propter voluptatem, quanquam esset incorruptionis opus et possessio: idcirco facta est corruptioni obnoxia, inclinavitque *in terram aggeris* [30]. Postquam ergo victa fuisset a corruptione, mortique propter prævaricationem tradita, noluit Deus ipsam ceu hæreditatem corruptioni ad victoriam relinquere; sed rursum victa per resurrectionem morte, incorruptioni reddidit, ut ne corruptio incorruptionem, sed magis incorruptio, quod est corruptibile, in hæreditatem acciperet. Ad hæc itaque respondet Apostolus: *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem* [31]. Corruptibile autem et mortale hoc induere immortalitatem et incorruptionem, quid aliud sit, quam ut *quod seminatur in corruptione, surgat in incorruptione* [32] (non enim anima corruptibilis est aut mortalis; corruptibile vero et quod corrumpitur, ista caro est)? ut *sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem cœlestis* [33]. Nam imago terreni quam portavimus, illud est: *Terra es, et in terram reverteris* [34]. Imago autem cœlestis est resurrectio ex mortuis et incorruptio: *Ut sicut Christus surrexit per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitæ ambulemus* [35]. Quod si quis terrenam imaginem, carnem istam dici existimet, cœlestem vero imaginem, corpus aliud spiritale præter carnem; hic prius cogitet, ut Christus, cœlestis ille homo, eamdem membrorum formam, eamdemque imaginem ac carnem nostri similem gestans, visus sit; propter quam etiam, ipse non homo, homo factus sit: ut *sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificentur* [36]. Non enim ideo carnem portavit et induit, ut non liberaret et resuscitaret carnem. Nam quid frustra carnem induebat, quam nec salvam facere statuisset nec resuscitare? At nihil Dei Filius frustra facit. Non ergo inaniter nullaque utilitate servi formam assumpsit, sed ut resurrectione donaret ac salvos faceret. Vere siquidem homo factus et mortuus est, non apparentia inanique specie, sed ut veritate, *primogenitum mortuorum* [37], terreno homine in cœlestem, mortalique in immortalem mutato, sese exhiberet. Cum ergo ait Paulus [38]: *Caro et sanguis regnum Dei non possunt possidere*, non velut carnis regenerationem neget ita effert, sed quo doceat, non posse regnum Dei, quod sit vita æterna, possideri a corpore, sed corpus a vita. Si enim regnum Dei, cum sit vita, a corpore possideretur, eveniret vitam absorberi a

A ἵσταται, κατὰ τὸ γεγραμμένον· *Μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται, ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἀναστρέφει;*

ΙΓ'. Ἐπειδὴ μεθόριος (4*) τῆς ἀφθαρσίας ἐγένετο καὶ τῆς φθορᾶς ἡ σάρξ, οὐκ οὖσα οὔτε φθορὰ οὔτε ἀφθαρσία, ἐκρατήθη δὲ διὰ τὴν ἡδονὴν ὑπὸ τῆς φθορᾶς, ποίημα τῆς ἀφθαρσίας καὶ κτῆμα ὑπάρχουσα· διὰ τοῦτο ἐγένετο φθαρτὴ καὶ *εἰς γῆν* ἐκλίθη *χώματος*. Καὶ ἐπεὶ οὖν ἐκρατήθη ὑπὸ τῆς φθορᾶς, καὶ θανάτῳ διὰ παρακοὴν παρεδόθη, εἰς νῖκος αὐτὴν ὁ Θεὸς τῇ φθορᾷ καθάπερ κληρονομίαν οὐ κατέλιπεν· ἀλλὰ πάλιν, διὰ τῆς ἀναστάσεως νικήσας τὸν θάνατον, παρέδωκε τῇ ἀφθαρσίᾳ, ἵνα μὴ κληρονομήσῃ B ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν, ἀλλ' ἡ ἀφθαρσία τὸ φθαρτόν. Ἐπαποκρίνεται γοῦν ὁ Ἀπόστολος· *Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν*. Φθαρτὸν δὲ καὶ θνητὸν ἐνδυόμενον ἀθανασίαν τί ἄλλο ἂν εἴη παρὰ *τὸ σπειρόμενον ἐν φθορᾷ καὶ ἀνιστάμενον ἐν ἀφθαρσίᾳ* (ὅτι μὴ φθαρτή ἐστιν ἡ θνητὴ ἡ ψυχὴ ἀλλὰ τὸ θνητὸν τοῦτο καὶ φθειρόμενον σαρκίον); ἵνα, *καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου*. Ἡ γὰρ εἰκὼν τοῦ χοϊκοῦ ἣν ἐφορέσαμεν, τὸ, *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ*, ἐστίν· ἡ δὲ εἰκὼν τοῦ ἐπουρανίου ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις καὶ ἡ ἀφθαρσία· ἵνα, *Ὥσπερ ἠγέρθη ὁ Χριστὸς διὰ τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς, οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν.* C Εἰ δέ τις εἰκόνα μὲν χοϊκὴν τὴν σάρκα αὐτὴν οἴοιτο λέγεσθαι, εἰκόνα δὲ ἐπουράνιον ἄλλο παρὰ τὴν σάρκα σῶμα πνευματικόν· ἐνθυμηθήτω δὴ οὗτος πρότερον, ὅτι Χριστὸς, ὁ οὐράνιος ἄνθρωπος, τὸ αὐτὸ σχῆμα τῶν μελῶν, καὶ εἰκόνα καὶ σάρκα τὴν αὐτὴν τῇ ἡμετέρᾳ φορέσας ἐφάνη· δι' ἣν καὶ, ἄνθρωπος οὐκ ὤν, ἄνθρωπος ἐγένετο· ἵνα, *καθάπερ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτως καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσωνται*. Εἰ γὰρ, διὰ τὸ μὴ ἐλευθερῶσαι τὴν σάρκα καὶ ἀναστῆσαι, σάρκα ἐφόρεσεν, τί καὶ περισσῶς σάρκα ἐφόρει, ἣν οὔτε σῶσαι, οὔτε ἀναστῆσαι προῄρητο; Ἀλλ' οὐδὲν περισσῶς ποιεῖ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Οὐκ ἄρα ἀνωφελῶς τὴν μορφὴν τοῦ δούλου ἀνέλαβεν, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀναστῆσαι καὶ σῶσαι. Ἀληθῶς γὰρ ἄνθρωπος ἐγένετο καὶ ἀπέθανε, καὶ οὐ D τῷ δοκεῖν, ἀλλ' ἵνα ἀληθῶς *πρωτότοκος* ἀναφανῇ *τῶν νεκρῶν*, τὸν χοϊκὸν μεταβαλὼν εἰς οὐράνιον, καὶ τὸν θνητὸν εἰς ἀθάνατον. Ὁπόταν οὖν *σάρκα* ὁ Παῦλος *καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι μὴ δύνασθαι* λέγῃ, οὐχ ὡς ἐκ φαύλης (5) τῆς σαρκὸς τὴν παλιγγενεσίαν ἀποφαίνεται, ἀλλ' ὡς διδάσκων οὐ κληρονομεῖσθαι βασιλείαν Θεοῦ, αἰώνιον ὑπάρχουσαν ζωήν, ὑπὸ τοῦ σώματος, ἀλλὰ τὸ σῶμα ὑπὸ τῆς ζωῆς. Εἰ γὰρ ἐκληρονομεῖτο ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ὑπὸ τοῦ σώματος, ζωὴ ὑπάρχουσα, συνέβαινεν ἂν τὴν ζωὴν ὑπὸ τῆς φθορᾶς καταπίνεσθαι. Νῦν δὲ τὸ

[29] *Jerem.* VIII, 4. [30] *Dan.* XII, 2. [31] I *Cor.* XV, 53. [32] *ibid.* 42. [33] I *Cor.* XV, 49. [34] *Gen.* III, 19. [35] *Rom.* VI, 4. [36] I *Cor.* XV, 22. [37] *Apoc.* I, 5. [38] I *Cor.* XV, 50.

(4*) *Ἐπειδὴ μεθ.* Ex cod Rupif.

(5) *Ἐκ φαύλης.* Scrib. ἐκφαυλίζων ex Photianis.

A θνῆσκον ἡ ζωὴ κληρονομεῖ· ἵνα *εἰς νῖκος ὁ θάνατος καταποθῇ ὑπὸ τῆς ζωῆς*, καὶ τὸ φθαρτὸν τῆς ἀφθαρσίας κτῆμα καὶ τῆς ἀθανασίας φανῇ, ἄφετον μὲν καὶ ἐλεύθερον θανάτου γενόμενον καὶ ἁμαρτίας, δοῦλον δὲ καὶ ὑπήκοον ἀθανασίας· ὅπως τῆς ἀφθαρσίας εἴη τὸ σῶμα κτῆμα, καὶ μὴ τοῦ σώματος ἡ ἀφθαρσία.

ΙΔ'. Εἰ ἐκ τοιαύτης (6) σταγόνος βραχείας καὶ μηδέπω οὔσης τὸ σύνολον, μηδὲ ἐν ὑγρασίᾳ τοιαύτῃ καὶ συνοχῇ καὶ πυγμῷ, ἐκ τοῦ μηδενὸς ἄνθρωπος γίνεται, πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἐκ τοῦ ἤδη ὑπάρξαντος ἀνθρώπου ἄνθρωπος ἔσται αὖθις ὁ ἄνθρωπος; Οὐ γὰρ οὕτω (7) μετὰ τὸ ἤδη γεγενημένον καὶ διαλυθὲν ποιῆσαι πάλιν, ὡς μηδέπω γεγενημένον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος κατασκευάσαι. Ἐὰν οὖν ἐθελήσωμεν δεῖξαι τὴν γονὴν τὴν ἀπὸ τοῦ ἄρρενος ἀποκρινομένην, παραγάγωμεν δὲ, αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ, καὶ τεθνηκότος σῶμα· ποῖον πιστεύσουσιν ἡμῖν οἱ θεωροὶ, εἰς τὸ φανερὸν ἑκατέρων κειμένων, ἔσεσθαι ἄνθρωπον; ἆρα τὴν σταγόνα ἐκείνην τὴν ὅλως οὐδὲν ὑπάρχουσαν, ἢ τὸν ἤδη σχῆμα καὶ μέγεθος καὶ ὑπόστασιν ἔχοντα; Εἰ γὰρ ἐκεῖνο τὸ ὅλως οὐδὲν, μόνον ἐθελήσαντος Θεοῦ, πάλιν τὸ αὐτὸ ἄνθρωπος γίνεται, πολλῷ μᾶλλον τὸ ἤδη ὑπάρχον καὶ τετελειωμένον, ἐθελήσαντος τοῦ Θεοῦ, τὸ αὐτὸ πάλιν ἄνθρωπος γενέσθαι (8). Ἐπεὶ τί βουλόμενος (9) ὁ θεολόγος Μωϋσῆς, τὴν κατὰ τὴν σκηνοπηγίαν ἑορτὴν ἐν τῷ Λευϊτικῷ μυστικῶς εἰσηγήσατο; Ἆρα γὰρ ἵνα οὕτως ἑορτάσωμεν τῷ Θεῷ, καθάπερ ἐξηγοῦνται χυδαιότερον οἱ Ἰουδαῖοι νοοῦντες τὰς Γραφάς; ὡς τοῦ Θεοῦ σκηναῖς τοιαύταις ἐκ καρπῶν, καὶ κλάδων καὶ φύλλων κατεσκευασμέναις ἀρεσκομένου, ἃ εὐθέως μαραίνονται τὴν χλόην ἀποσυλώμενα. Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Τίνος μὲν ἡ Σκηνοπηγία, φράσατε; εἰσήχθη μήνυμα τῆς ἀληθινῆς ἡμῶν ταύτης σκηνῆς, ἣν καταπεσοῦσαν εἰς φθορὰν διὰ τὴν παράβασιν, καὶ λελυμένην τῇ ἁμαρτίᾳ, αὖθις συμπήξασαν ἀνώλεθρον ἀναστήσειν ὁ Θεὸς ἀπηγγείλατο (*f.* ἐπ-)· ὅπως ἑορτάσωμεν αὐτῷ ἀληθῶς τὴν μεγάλην ἑορτὴν καὶ πολυθρύλλητον τῆς Σκηνοπηγίας ἐν τῇ ἀναστάσει· ὁπότε συμπηγνύμενα ἡμῶν εἰς κατακόσμησιν τῆς ἀθανασίας καὶ συμφωνίας τὰ σκηνώματα, ἐκ τοῦ χοὸς ἄφθαρτα ἀνίστανται· ὁπότε ἀκούσουσι τὰ ὀστᾶ τὰ ξηρὰ κατὰ τὴν ἀψευδεστάτην προφητείαν, προσαγόμενα πρὸς τὰς ἁρμονίας αὐτῶν, ὑπὸ τοῦ ζωοπλάστου Θεοῦ καὶ ἀριστοτέχνου ἀνακαινοποιοῦντος αὖθις τὴν σάρκα καὶ συμμιγνύντος, οὐ τοιούτοις ἔτι δεσμοῖς, οἷς καὶ πρῶτον συνείχετο, ἀλλ' ἀκηράτοις πάμπαν λοιπὸν καὶ ἀλύτοις. Ἐθεασάμην γὰρ ἐν Ὀλύμπῳ ἐγὼ (ὄρος δέ ἐστι τῆς Λυκίας) πῦρ αὐτομάτως κατὰ τὴν ἀκρώρειαν τοῦ ὄρους κάτωθεν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδόμενον· περὶ ὃ πῦρ ἄγνου φυτὸν ἑστὸς, οὕτω μὲν

corruptione. Nunc vero vita mortuum possidet, ut *mors in victoriam absorbeatur a vita* [39]: utque obnoxium illud corruptioni, incorruptionis immortalitatisque possessio fiat: solutumque et liberum a morte et peccato, immortalitati servum subditumque concedat: ut sit corpus, incorruptionis possessio; non incorruptio, corporis.

XIV. Cum ex tam modica stillula ac necdum prorsus exsistente, ne quidem in ejusmodi humido, arctitudineque, ac parvitate (10); denique ex nihilo, homo fiat: qui non potius ex homine qui fuit, fuerit rursus resurrectione homo? Minus quippe videtur difficile, ut quod fuit et est dissolutum, denuo componatur et reparatum fiat, quam ut quod nondum fuit, ex nihilo prodeat. Quare, si lubeat, ex- B cretam a masculo feturam; ipsam nimirum seorsim: defunctique cadaver, in medium producamus. Tum rogo, ambobus palam expositis propositisque, quodnam spectatores hominem fore credituri sunt? num stillulam illam, quæ nihil prorsus sit? an mortuum figura jam moleque et substantia præditum? Si enim illud quod plane nihil videatur, Deo tantum volente ipsum iterum homo procreatur: potiori jure, quod est jam et fuit consummatum, accedente divina voluntate, id ipsum denuo homo fiet. Nam alioqui, quid volens theologus ille Moyses, festum tabernaculorum spiritaliter edixit sanxitque celebrandum, in Levitico [40]? Num enim ut ita Deum festo colamus, quemadmodum Judæi C vilius vulgariusque Scripturas intelligentes, exponunt? velut nimirum Deo placeant ejusmodi ex fructibus ramisque et foliis adornata tabernacula, quæ statim despoliata virore marcescant. Haud plane fuerit dicendum. Sane, rogo, cujusnam sit Scenopegia? instituta est ut veri tabernaculi nostri signum, quod in corruptionem prævaricatione prolapsum, peccatoque solutum, se Deus denuo compactum compositumque, incolume excitaturum promisit; quo ei veritate, magnam illam decantatissimamque Scenopegiæ solemnitatem celebremus in resurrectione; quando compacta ad immortalitatis consonantiæque ornatum nostra tabernacula, immunia a corruptione [41] de pulvere resurgent; quando auditura sunt, ut verissime habet pro- D pheta [42], ossa arida, suis iterum commissuris reddita, admovente vivifico plaste optimoque opifice Deo, carnem denuo renovante commiscenteque et astringente, non jam qualibus etiam initio continebatur vinculis, sed plane deinceps immortalibus atque insolubilibus. Nam vidi ego in Olympo (is porro mons est Lyciæ) ignem sponte sua, in montis ca-

[39] I *Cor.* xv, 54. [40] *Levit.* xxiii, 39 seq. [41] *Dan.* xii, 2. [42] *Ezech.* xxxvii, 4.

(6) *Εἰ ἐκ τ.* Ex eodem cod. Rupif.
(7) *Οὐ γὰρ οὕτω.* Deest ἄπορον, aut quid simile.
(8) *Γενέσθαι.* Forte γενήσεται.
(9) *Ἐπεὶ τί βουλόμ.* Idem argumentum pertractat S. Pater in *Convivio decem Virg.* Orat. ix, § 1, seqq. Gall.
(10) *Ac parvitate,* καὶ πυγμῷ. Mihi valde suspecta vox est. Illud clarum, elevare istis omnibus feturam, qua proles primo concipitur, velut rem pene nihili: ex qua tamen Deus suum illud opus, hominem, quia vult solum, eruat; id ipsum facilius præstiturus ex prædefunctis corporibus, majori mole, etc.

caminae, ex imo terræ erumpentem; juxta quem exstat arbor *Agnus* nomine (11), adeo florida, virens et opaca, ut jugibus potius aquis irrigua nasci videatur. Quam igitur ob causam, cum naturæ corruptibiles sint, et corpora igni consumantur, nec fieri possit ut igni illæsa permaneant, quæ semel per naturam sunt combustibilia : tantum abest ut hæc arbor exuratur, ut etiam, quanquam nata comburi, virentior exsistat atque florentior; idque, cum ad ipsius ejus radices ignis foveatur et eructet. Sane ego decerptos e circumjacente silva arborum, ramos, in ignem illic erumpentem conjeci; qui subito flammis correpti, in cinerem redacti sunt. Rogo itaque, quamobrem quod neque solis æstum ferre potest, sed nisi irrigetur poteturque, arescit, coarctante tanto incendio, non consumitur; quin vivit et floret? Quid sibi ergo vult hoc miraculum? Posuit Deus futuræ diei illius indicium quoddam et initium, ut sciamus, fore ut igne cœlitus pluente, omnibus obrutis absumptisque, corpora illa quæ claruerunt in castitate et justitia, per ignem non secus ac per aquam frigidam, sine aliquo dolore ac molestia ab ipso deducantur. Vere enim nostrorum commodorum, studiosissime et magnifice Domine, *tibi factori serviens creatura in ultionem adversus iniquos intenditur obrigescitque : atque ad beneficium pro iis qui confidunt in te, remissa emollitur* [43] : volenteque te, ignis quidem refrigerium facit, iis nihil læsis quorum ipse saluti consultum decreveris ; contra vero aqua vehementius acriusque igne comburit, nec quidquam immortali tuo imperio et virtuti resistit. Omnia siquidem ex nihilo creasti : quare etiam omnia, cum tua sint, ut libuerit, in formam aliam rationemque convertis et mutas, qui solus Deus exsistis.

XV. Apostolus ergo, cum plantare et rigare, arti ac terræ et aquæ tribuisset, Deo soli accretionem concessit, cum ait : *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed qui dat incrementum, Deus* [44]. Noverat enim divinam illam, ante omnia genitam, omnia progignentem omniumque artificem Dei Sapientiam, universa in mundum producere; quam etiam antiqui naturam vocaverunt et providentiam, quod semper providens curansque, omnibus det ut nascantur et crescant. Nam, inquit [45], *Pater meus usque modo operatur, et ego operor*. Quamobrem etiam Salomon, *artificem omnium*, appellavit [46] : quippe cum nulla sit in Deo indigentia, sed omnia opulenter et creare et facere et variare et augere valeat.

A εὐθαλὲς καὶ χλοερὸν, οὕτω δὲ σύσκιον, ὡς ὑποτοπάσαι ὕδωρ μᾶλλον ἀέναον αὐτὸ βεβλαστηκέναι. Δι' ἣν αἰτίαν οὖν, εἰ φύσεις εἰσὶ φθαρτῶν, καὶ ὑπὸ πυρὸς καταναλισκομένων σωμάτων, καὶ ἀδύνατον ἄκαυστα διαμεῖναι τὰ ἅπαξ φύσεως ὑπάρχοντα τῆς καυστικῆς· οὐ μόνον οὐ καταφλέγεται τὸ φυτὸν τοῦτο, ἀλλ' ἀκμαιότερον μᾶλλον ὑπάρχει καὶ χλοηρότερον, ὃ τῇ φύσει ἐστὶ καυστὸν, καὶ ταῦτα περὶ αὐτὰς αὐτοῦ τὰς ῥίζας τοῦ πυρὸς ἐντυφομένου. Κλάδους γοῦν ἐγὼ δένδρων ἐκ τῆς παρακειμένης ὕλης ἔῤῥιψα καθ' ὃν ἀνερεύγεται τὸ πῦρ τόπον, καὶ εὐθέως εἰς φλόγα ἀρθέντες ἐτεφρώθησαν. Φράσατε οὖν δὴ, δι' ἣν αἰτίαν τὸ μὴ ὑποφέρον μηδὲ τὴν ἐξ ἡλίου δέξασθαι ἔκκαυσιν, ἀλλὰ ξηραινόμενον ἐὰν μὴ ἀρδευθῇ βραχὲν, τοσούτῳ πυρὸς φλογμῷ συνεχόμενον οὐ καταναλίσκεται, ἀλλὰ B ζῇ τε καὶ θάλλει; Τί οὖν βούλεται τὸ παράδοξον; Δεῖγμα τοῦτο τῆς μελλούσης ὁ Θεὸς ἡμέρας καὶ προοίμιον ἔθετο, ἵνα γινώσκωμεν εὐδηλότερον, ὅτι, πάντων πυρὶ καταβασίῳ κατομβρουμένων, τὰ ἐν ἁγνείᾳ σώματα καὶ δικαιοσύνῃ διαπρέψαντα, καθάπερ ψυχρῷ ὕδατι τῷ πυρὶ οὐδὲν ἀλγυνόμενα, πρὸς αὐτοῦ ἐπιβήσονται. Ἀληθῶς γὰρ, ὦ μεγαλωφελὴ καὶ μεγαλόδωρε Δέσποτα, *ἡ κτίσις σοι τῷ ποιήσαντι ὑπηρετοῦσα, ἐπιτείνεται εἰς κόλασιν κατὰ τῶν ἀδίκων· καὶ ἀνίεται εἰς εὐεργεσίαν ὑπὲρ τῶν ἐπὶ σοὶ πεποιθότων*· καὶ θέλοντός σου, πῦρ μὲν καταψύχει, λυμαινόμενον οὐδὲν ὧν αὐτὸς κρίνεις διασώζεσθαι· ὕδωρ καὶ ἔμπαλιν δριμυτέραις καταφλέγει πυρὸς προσβολαῖς· καὶ οὐδὲν ἀντιτάσσεταί σου τῷ ἀνικήτῳ κράτει, καὶ τῇ σῇ ἰσχύϊ. Πάντα γὰρ ἔκτισας ἐξ οὐκ C ὄντων· διὸ καὶ πάντα μεταλλεύεις, σὰ ὑπάρχοντα, καὶ μετασκευάζεις, μόνος ὑπάρχων Θεὸς, ὡς θέλεις.

ΙΕ'. Ὁ γοῦν Ἀπόστολος (12), τὸ φυτεύεσθαι καὶ ποτίζεσθαι τέχνῃ καὶ γῇ καὶ ὕδατι δοὺς, τῷ Θεῷ τὸ αὐξάνειν συνεχώρησε μόνῳ· ἔνθα, *οὔτε ὁ φυτεύων· οὔτε ὁ ποτίζων ἐστί τι, ἀλλ' ὁ αὐξάνων Θεὸς*, ἔφη. Ἠπίστατο γὰρ πάντα γεννῶσαν τὴν πρωτόγονον σοφίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ πάντων τεχνῖτιδα, πάντα εἰς τὸν κόσμον προφέρειν· ἣν γὰρ (13) παλαιοὶ ἄνδρες φύσιν ἐκάλεσαν καὶ πρόνοιαν, παρὰ τὸ φύειν αὐτὴν ἅπαντα καὶ αὔξειν, προνοουμένην ἀεὶ καὶ φροντίζουσαν· *Ὁ γὰρ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται*, D φησὶ, *κἀγὼ ἐργάζομαι*. Ὅθεν διὰ ταῦτα δὴ καὶ ὁ Σολομῶν *ἁπάντων* αὐτὴν *τεχνῖτιδα* ἐκάλεσεν· εἰς οὐδὲν πτωχεύοντος τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ πλουσίως πάντα καὶ κτίζειν, καὶ ποιεῖν, καὶ ποικίλλειν, καὶ αὔξειν δυναμένου.

[43] *Sap.* XVI, 24. [44] I *Cor.* III, 7. [45] *Joan.* V, 17. [46] *Sap.* VII, 21.

(11) *Arbor Agnus nomine*, ἄγνου φυτόν. Hieronymus Levit. XXXIII, 40, *salicem torrentis* dicit, ubi etiam LXX ad vocem ἄγνου addunt τοῦ χειμάῤῥου, ad significandum gaudere ejusmodi arborem aquis, videmusque passim luxuriantes ad ripas fluminum locisque palustribus : quo magis augetur Methodianum istud vere grande miraculum : cui tamen astruunt fidem nives illæ ad ipsas fauces flammivomas similium montium in Italia, olimque in Sicilia, ubi bituminea materia velut exhausta ad flammas illas terribiles videtur. Job quoque cap. XL, ubi Sixt., κλῶνες ἀγροῦ, et Aquila, ἰτέαι χειμάῤῥου, *salices torrentis*, notat Nobilius in aliis libris esse ἄγνου· forte scribendum ἄγνου. Catena Londiniana in Job, ad eum versum marg., γρ. ἄγνου, *et sic in ms. Theclæ*. Eamdem arborem etiam ex profanis docet Dioscor. l. I, c. 116, ejusque expositor Matthiolus. — Hujusce arboris meminit item S. Martyr in *Convivio decem virgin.* sub initium, et Orat. X, § 3. GALL.

(12) *Ὁ γοῦν Ἀπ.* Ex eodem cod. Rupif.

(13) *Ἣν γάρ.* Pro γὰρ scrib. καί.

Ις'. Τὰ πάντα (14) δημιουργῶν ὁ Θεὸς, καὶ πάντων φροντίζων καὶ προνοούμενος· λαβὼν χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, τὸν ἔξωθεν ἡμῶν ἔπλασεν ἄνθρωπον.

A XVI. Qui creavit omnia Deus, omniaque curat, et omnibus providet, accepto de terra pulvere, exteriorem nostrum formavit hominem.

—

Τοῦ ἁγίου Μεθοδίου ἐπισκόπου Πατάρων περὶ ἀναστάσεως λόγος β'.

Sancti Methodii Patarensium episcopi orat. II de resurrectione.

(*Ex S. Joan. Damasc. orat.* II De imagin. *tom.* I *pag.* 389, *edit. Paris.* 1712.)

Αὐτίκα γοῦν, τῶν τῇδε βασιλέων αἱ εἰκόνες, κἂν μὴ ἀπὸ τῆς πολὺ τιμιωτέρας [ὕλης] χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ὦσι κατεσκευασμέναι, τιμὴν ἔχουσι πρὸς ἁπάντων. Οὐ γὰρ, τὰς μὲν ἀπὸ τῆς πολὺ τιμιωτέρας ὕλης θεραπεύοντες οἱ ἄνθρωποι, ἐξολιγωροῦσι τῶν ἐξ ἀτιμωτέρας (15)· ἀλλὰ πᾶσαν ἐπὶ γῆς τιμῶσιν, εἰ καὶ ἀπὸ γύψου ἢ χαλκοῦ ὑπάρχουσι. Καὶ ὁ δυσφημήσας εἰς ὁποτέραν, οὔτε ὡς εἰς πηλὸν, ἀφίεται, οὔτε ὡς χρυσὸν ἐξευτελίσας, κρίνεται, ἀλλ' ὡς εἰς αὐτὸν B ἀσεβήσας τὸν βασιλέα καὶ κύριον. Τὰς μὲν ἀπὸ χρυσοῦ κατεσκευασμένας εἰκόνας τῶν αὐτοῦ ἀγγέλων, τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, εἰς τιμὴν καὶ δόξαν αὐτοῦ ποιοῦμεν.

Protinus ergo terrenorum imperatorum imagines (16), quanquam minime ex pretiosa admodum auri vel argenti materia consistant, ab omnibus tamen honorantur. Neque enim, si quæ ex pretiosiori materia conflatæ sunt, homines duntaxat colunt; si quæ vero ex vili, contemnunt et aspernantur: sed universim omnem in terra imaginem colunt, tametsi ex gypso vel ære confectam. Quisquis vero in earum aliquam, qualiscunque illa sit, maledicta conjecerit, is, neque velut in lutum injurius fuerit, absolutus dimittitur, neque tanquam aurum spreverit condemnatur (18); sed velut qui in ipsum imperatorem et dominum impie egerit. Quas quidem angelorum Dei principatuumque (18) et potestatum imagines ex auro conflamus, eas ad ipsius honorem gloriamque conficimus.

—

Τοῦ ἁγίου Μεθοδίου ἐκ τοῦ περὶ ἀναστάσεως λόγου.

Sancti Methodii ex libro de resurrectione.

(*Apud Photium* Bibl. *cod.* CCXXXIV, *pag.* 907.)

Α'. Ἀνεγνώσθη τοῦ ἁγίου Μεθοδίου, ἐπισκόπου C καὶ μάρτυρος, ἐκ τοῦ *Περὶ ἀναστάσεως* λόγου, οὗ ἡ ἐκλογὴ τὰ ὑποκείμενα λέγει. Ὅτι οὐ δεσμόν φησι τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς εἶναι, ὡς Ὠριγένης ᾤετο, οὐδὲ

I. Lectum est ex libro *De resurrectione* S. Methodii, episcopi et martyris; cujus compendii hoc est argumentum. Corpus non esse vinculum animæ (19), ut Origenes existimavit: neque corporibus

(14) *Τὰ πάντα.* Ex laudato cod. Rupif.

(15) *Ἐξ ἀτιμωτέρας.* Sic exemplar Combefisianum. At Lequienii editio, ἐξ ἀτίμων τιμιωτέρας. Et statim, ἀλλὰ πᾶσαν ἐπίσης, *sed omnes perinde colunt.* Atque ita quidem legendum videtur. GALL.

(16) *Terrenorum imperatorum imagines.* Τῶν τῇδε βασιλέων αἱ εἰκόνες. Nihil clarius. Confundit tamen Zinus, earum Damasceni orationum interpres, *quæ sunt hic regum imagines.* Arguit Methodius a principum ad sacras imagines, ut in utrisque, honori vel contumeliæ habeatur prototypon et exemplar. Liquet ex hoc aliisque fragmentis quantum beatissimus martyr Methodius, quamque egregie et D dogmatice scripserit.

(17) *Neque tanquam aurum spreverit, condemnatur,* οὔτε ὡς χρυσὸν ἐξευτελίσας, κρίνεται. Non video qui possit clarius antithesis exprimi, in contemptu luteæ vel aureæ statuæ, qua utraque censeatur majestas violari. Interpres tamen, etiam ista ad præcedens ἀφίεται, sensu et antithesi non patiente refert: *Tanquam lutum spreverit, aurumve contempserit, absolvitur,* etc. Enimvero quid mirum, cui χειρόχυτος γραφὴ semel et iterum sit, *sincera pictura;* βαλεῖν μετάνοιαν, *agere pœnitentiam,* etc., plane castiganda proxima Damasceni editione?

(18) *Principatuumque,* etc. Satis patet esse ita legendum τῶν τε ἀρχῶν καὶ τῶν ἐξουσιῶν, atque ita reddendum, tum ex ipsa textus serie, tum ex iis quæ ipse Methodius altera orat. seu libro *De resurr.* de illis spiritibus eorumque distinctione apud Epiphanium, nonnihilque digestius in his ipsis nostris excerptis, disputat. — Locus iste, aliter ac visum Combefisio, in edito Lequieniano ita legitur absque distinctione: τῶν αὐτοῦ ἀγγέλων τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας. *Imagines quidem ex auro conflatas, quibus principatus et potestates angelicæ designantur,* etc. GALL.

(19) *Corpus non est vinculum animæ.* Ipso statim ἐπιλογῆς suæ initio, ostendit Photius, quæ statim a lacuna illa n. 17 apud Epiphanium hær. LXIV, sequuntur, non Procli esse, seu agentis partes vel Origenis vel Platonis, sed Methodii, et agentis partes orthodoxi, ut titulus antecedens, *Πρόκλου τοῦ αὐτοῦ*, tantum spectet ad pauca illa interjecta, quæ sunt vere Origeniana: videturque is positus, ut cautio quædam, ut ne quis subjuncta verba velut Methodii acciperet: nec primum forte aliud fuit quam nota marginalis, qualem adhibuit Andr. Schottus ejusdem excerptis ex libro *Περὶ αὐτεξουσίου*, initio operis, ubi is inducit loquentem Valentinianum; cujus tamen verba Photius velut Methodii una serie contexit. Sic etiam codices ex quibus habuimus excerpta nostra, ut Methodii habent. Illum vero titulum ultimo positum, num. 40, *Λοιπὸν Μεθοδίου,* regius F. I. non habet: quanquam indicet inchoari novam materiam; constetque ex textu, etiam ibi Origenianum prælocutum, suæ illi hæresi patronum egisse; cujus verba Epiphanius compendio agens noluerit exscribere. Primus ille titulus, vel prelo vel manu currente minus apte fuit redditus: *Πρόκλου τοῦ αὐτοῦ, ex eodem Proclo,* palam reddendum, *ex ejusdem Proclo.* Nempe ex Proclo quem Methodius interlocutorem adhibet, et ut agentem personam Origeniani.

ligatas animas a Jeremia propheta dici [67], eo A quod in corporibus sint. Neque enim animæ operationes a corpore impediri affirmat; imo corpus circumferri potius, et cooperari ad ea ad quæ anima invitat. Enimvero, quomodo hac in parte intelligendus Gregorius (20-21) Theologus, et alii plures?

II. Quod Origenes, post prævaricationem, corpus animæ vinculi loco adjunctum dixerit, cum prius sine corpore viveret. Sed et hoc adjecerit, corpus quod gestamus, causam esse peccatorum: quare etiam vinculum appellavit, ut quod animam a bonis operibus prohibere possit.

III. Quod si corpus datum est animæ ut vinculum post prævaricationem, vel est datum ipsi ut malorum vinculum (22), vel ut bonorum. Sane vero nequit fieri ut bonorum vinculum: nullus enim B medicus aliusve artifex remedium peccanti porrigit, ut plus peccet: multo minus Deus. Superest ergo ut sit datum tanquam vinculum malorum. Atqui videmus, ut primum Cain hoc corpore vestitus, homicidium fecerit: posteri vero ad quæ scelera prolapsi sint, est manifestum. Ergo neque corpus est vinculum malorum: ergo neque ullo modo vinculum; neque illud anima post prævaricationem primum induit.

IV. Homo, inquit, si ejus naturam species, verissime dicitur, neque anima sine corpore, neque contra, corpus sine anima; sed illud quod ex coalitione animæ et corporis, in unam pulchri bonique formam conflatur. Origenes vero, ut Plato (23), C solam animam dixit constituere hominem.

V. Differentiam inter hominem et cætera animalia esse dicit: atque his quidem esse datas diversas naturæ species formasque, quantas nimirum solida (24) et oculis subjecta natura Deo jubente produxit: homini vero datum esse, ut esset Deo similis et deiformis, utque omnia, ad exactam illam exemplarem Patris Unigenitique imaginem spectantia, haberet. Fuerit vero considerandum (25), qua sanctus ratione id dicat.

VI. Phidiam statuarium ait, cum Pisæam statuam ex ebore formasset, imperasse ante statuam (26)

δεσμώτιδας τὰς ψυχὰς [καὶ] παρὰ τοῦ προφήτου Ἱερεμίου καλεῖσθαι, διὰ τὸ ἐν σώμασιν αὐτὰς τυγχάνειν. Οὐ γὰρ ἐμποδίζειν τὰς τῆς ψυχῆς ἐνεργείας τὸ σῶμα τίθεται· συμπεριάγεσθαι δὲ μᾶλλον τὸ σῶμα, καὶ συνενεργεῖν πρὸς ἃ ἡ ψυχὴ ἐπιτρέπει. Ἀλλὰ πῶς τὸ τοῦ θεολόγου Γρηγορίου νοητέον, καὶ ἄλλων πολλῶν;

Β'. Ὅτι Ὠριγένης δεσμὸν τὸ σῶμα ἔλεγε δεδόσθαι τῇ ψυχῇ μετὰ τὴν παράβασιν, πρὶν δὲ ἀσωμάτως (27) αὐτὴν βιοτεύειν· ἀλλὰ καὶ τοῦτο τὸ σῶμα, ὃ περικείμεθα, αἴτιον εἶναι τῶν ἁμαρτιῶν· διὰ τοῦτο καὶ δεσμὸν ἔλεγεν, ὡς ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν ἔργων κωλύειν δυνάμενον τὴν ψυχήν.

Γ'. Ὅτι εἰ δεσμὸς ἐδόθη τὸ σῶμα μετὰ τὴν παράβασιν, ἢ τῶν κακῶν, ἢ τῶν ἀγαθῶν ἐδόθη τῇ ψυχῇ. Τῶν μὲν οὖν ἀγαθῶν, ἀδύνατον· οὐδὲ γὰρ ἰατρῶν ἢ τεχνιτῶν ἄλλος τῷ ἁμαρτήσαντι δίδωσι φάρμακον, ὥστε πλέον ἐξαμαρτῆσαι, μὴ ὅτι γε Θεός. Λείπεται δὴ τῶν κακῶν. Ἀλλὰ μὴν ὁρῶμεν, ὡς κατ' ἀρχὰς ὁ μὲν Κάϊν, περικείμενος τοῦτο τὸ σῶμα, ἐφόνευσεν· οἱ δὲ ἐφεξῆς πρὸς ἃς ἀθεμιτουργίας ἐξώκειλαν, δῆλον. Οὐδὲ τῶν κακῶν ἄρα δεσμὸς τὸ σῶμα, οὐδ' ὅλως ἄρα δεσμός· οὐδ' ὕστερον αὐτὸ ἠμφιέσατο μετὰ τὴν παράβασιν ἡ ψυχή.

Δ'. Ὅτι ἄνθρωπος, φησὶ, λέγεται κατὰ φύσιν ἀληθέστατα οὔτε ψυχὴ χωρὶς σώματος, οὔτ' αὖ πάλιν σῶμα χωρὶς ψυχῆς· ἀλλὰ τὸ ἐκ συστάσεως ψυχῆς καὶ σώματος εἰς μίαν τὴν τοῦ καλοῦ μορφὴν συντεθέν. Ὁ δ' Ὠριγένης τὴν ψυχὴν μόνην ἔλεγεν ἄνθρωπον, ὡς ὁ Πλάτων.

Ε'. Ὅτι διαφορὰν ἀνθρώπου καὶ τῶν ἄλλων ζώων φησί· καὶ τοῖς μὲν διάφορα σχήματα φύσεως δέδοται, καὶ μορφαὶ, ὁπόσας ἡ στερέμνιος καὶ ὁρατὴ φύσις κελεύοντος ἐγέννησε Θεοῦ· τῷ δὲ τὸ θεοειδὲς καὶ θεοείκελον, καὶ πάντα πρὸς ἐκείνην ἀπηκριβωμένην (f. ἀπηκριβωμένα) τὴν πρωτότυπον τοῦ Πατρὸς καὶ Μονογενοῦς εἰκόνα. Καὶ πῶς τοῦτο λέγει ὁ ἅγιος ἐπισκεπτέον.

Ϛ'. Ὅτι φησὶ Φειδίαν τὸν ἀγαλματοποιὸν, τὸ Πισαῖον εἴδωλον ποιήσαντα ἐξ ἐλέφαντος (28), προσ-

[67] *Thren.* III, 34.

(20-21) *Quomodo hac in parte intelligendus Gregorius*, etc. πῶς νοητέον τὸ τοῦ θεολόγου Γρηγορίου; Jejunius interseritur, ac velut concesso viro tanto Origenianis, cujus ab Origene, in errore hoc pessimo, non occurrat discrimen. Melius certe Maximus ille, vere maximus Gregorii expositor propediem edendus, ad orationem *De amore pauperum*, ubi Gregorius nonnullam difficultatem præfert.

(22) *Vel est datum ipsi ut malorum vinculum.* Velut nimirum ab illis prohibens: ut ex sequenti probatione, non prohibiti mali in Caino et posteris liquet; quæ pluribus prosequitur ipse Methodius apud Epiphanium n. 45.

(23) *Origenes vero, ut Plato.* Alia lectio, οὐδ' Ὠριγένης, minus congruit: plane enim consensisse videtur Origenes Platoni, dogmate quod spectat ad animas; ut ipsæ essent homo; quanquam non reciperent eam denominationem, nisi in ordine ad corpus, et illud connotando ut proprium mobile. Videntur vero esse hæc verba Photii, priora autem sunt Methodii n. 18 apud Epiphanium.

D (24) *Solida*, στερέμνιος. Nempe terra et aqua, quæ ipsa sunt ἡ ὁρατὴ φύσις, ex qua sacer textus producta refert animalia. Minus vero quadrat, quod reddiderat interpres *valida*.

(25) *Fuerit vero considerandum*, etc. Planum est esse Photii verba, remittentis ad ipsum Methodium; quanquam interpres violenta et punctatione et versione ad Methodium referat. Fuit codex Sirmundi ut repræsentamus. Potest ergo videri ipse Methodius plenius edisserens n. 18 et 19 apud Epiphanium.

(26) *Ante statuam*, ἔμπροσθεν τοῦ ἀγάλματος. Sic etiam apud Epiphanium n. 19, ἀμφὶ πόδας ἔμπροσθεν τοῦ ἀγάλματος, ubi bene Petavius, *ad pedes*

(27) Ἀσωμάτως. Al. ἀσώματον.
(28) Ἐλέφ. Al. ἐλεφάντου

τάξαι ἔλαιον ἔμπροσθεν τοῦ ἀγάλματος ἐκχέειν, ὥστε ἀθάνατον εἰς δύναμιν αὐτὸ φυλάσσεσθαι.

A oleum effundi, ut vim illi immortalem ea ratione conciliaret.

Ζʹ. Ὅτι, φησὶν, ὁ διάβολός ἐστι πνεῦμα περὶ τὴν ὕλην γενόμενον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καθάπερ καὶ Ἀθηναγόρᾳ ἐλέχθη (ὥσπερ δὴ καὶ οἱ λοιποὶ γεγόνασιν ὑπ' αὐτοῦ ἄγγελοι), καὶ τὴν ἐπὶ τῇ ὕλῃ καὶ τοῖς τῆς ὕλης εἴδεσι πεπιστευμένον διοίκησιν. Τοῦτο γὰρ ἡ τῶν ἀγγέλων σύστασις, τῷ Θεῷ ἐπὶ προνοίᾳ γεγονέναι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ διακεκοσμημένοις· ἵνα, τὴν μὲν παντελικὴν καὶ γενικὴν ὁ Θεὸς ἔχων τῶν ὅλων πρόνοιαν, ᾗ τὸ κῦρος καὶ τὸ κράτος ἁπάντων αὐτὸς (29) ἀνηρτημένος· [τὴν δὲ διὰ μέρους οἱ ἐπὶ τοῦτο ταχθέντες ἄγγελοι.] Ἀλλ' οἱ μὲν λοιποὶ, ἐφ' ὧν αὐτὸς ἐποίησε καὶ διετάξατο ὁ Θεὸς, ἔμειναν· αὐτὸς δὲ ἐνύβρισε, καὶ πονηρὸς περὶ τὴν τῶν πεπιστευμένων ἐγένετο διοίκησιν, φθόνον ἐγκισσήσας καθ' ἡμῶν· B ὥσπερ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα σαρκῶν ἐρασθέντες, καὶ ταῖς τῶν ἀνθρώπων εἰς φιλοτησίαν ὁμιλήσαντες θυγατράσιν. Αὐθαίρετον γὰρ καὶ αὐτοῖς ἔχειν πρὸς ἑκάτερα διετάξατο βούλησιν ὁ Θεὸς, οἷα καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων. Καὶ πῶς τοῦτο ληπτέον;

VII. Diabolus, inquit, est spiritus, circa materiam, a Deo factus, ut et Athenagoræ placuit (30), quemadmodum et reliqui angeli ab eodem facti sunt, cui et materia (31), et formarum in materia administratio procuratioque commissa sit. Ea enim productionis angelorum ratio fuit, ut in iis quæ a Deo condita essent, providentia moderandis, vicariam Deo operam navarent; uti nimirum, communem ac generalem omnium curam gerens Deus, omnium ipse dominium (32) imperiumque, pendente ab ipso omnium virtute firmamentoque, teneret, [cum interim singularem functionem atque curam præpositi ad hoc angeli sustinerent.] At vero cæteri quidem in ea statione persliterunt, cujus gratia a Deo conditi, et in quam præfecti erant: diabolus vero petulanter egit, et in eorum quæ sibi fuerant commissa, procuratione, concepta adversus nos invidia pessimum se præbuit. Quemadmodum et illi qui postea corporum concupiscentia flagrantes, cum filiabus hominum stupri consuetudinem habuerunt [88]. Etenim quod hominibus, idem et illis concessum, ut utique liberum haberent voluntatis consilium. Qui vero hoc accipiendum?

Ηʹ. Ὅτι δερματίνους χιτῶνας τὸν θάνατόν φησι. Λέγει γὰρ περὶ τοῦ Ἀδὰμ, ὃν ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ ἀθάνατον κακὸν ἐξ ἐπιβουλῆς ἰδὼν γεγενημένον, καθάπερ καὶ ὁ πλανήσας αὐτὸν διάβολος ἦν, τοὺς δερματίνους χιτῶνας διὰ τοῦτο κατεσκεύασεν, οἱονεὶ νεκρότητι περιβαλὼν αὐτὸν, ὅπως διὰ τῆς λύσεως C τοῦ σώματος πᾶν τὸ ἐν αὐτῷ γενηθὲν κακὸν ἀποθάνῃ.

VIII. Per pelliceas tunicas mortem intelligit. Narrat enim de Adam cum Deus omnipotens malum æternum ex insidiis dæmonis factum videret, et qualis erat impostor diabolus, fecisse pelliceas tunicas quo velut mortalitate eum indueret: ut nimirum corporis dissolutione intermoreretur, quidquid in eo mali productum esset.

Θʹ. Ὅτι δύο ἀποκαλύψεις φησὶ γεγονέναι τῷ ἁγίῳ

IX. Binas S. Paulo (33) revelationes contigisse

[88] *Gen.* vi, 2.

pedes ante statuam. Male ergo hic interpres, *ut oleum interius infusum semper ex statua promanaret.* Plin. l. xv, c. 17: *Existimatur oleum vindicando a carie utile esse. Certe simulacrum Saturni Romæ lutus oleo repletum est.* Restitui facile potest textus Epiphanii præfixo ex Photianis ὥστε, ut scriptum fuerit ὥστε φυλάσσειν, quod hic ὥστε φυλάσσεσθαι.

(29) *Αὐτός.* Forte αὐτοῦ. Quæ vero mox sequuntur uncis clausa, ex Epiphanio desumpta n. 21, hær. LXIV.

(30) *Ut et Athenagoræ placuit,* Ἀθηναγόρᾳ ἐλέχθη. Sic etiam restituendus textus Epiphanii, n. 21, ubi est ὦ Ἀθηναγόρα. Nam Methodius ex ejus *Oratione pro Christianis* verba ista descripsit, et quæ sequuntur minus sana de angelis adamantibus mulieres et cum eis congressis; in quo errore præfatus Athenagoras multos habuit antiquorum sequaces. Videndi expositores ad vi Genes., D. Thom. I p., q. 51, a. 3; Sixt. an. 73, etc. Τὸ, γενετικὴν apud eumdem Epiphanium restituendum ex Photio et Athenagora γενικήν. Ἀντὶ τούτων restituimus ipsi τοῦτο, ex Epiphanio et Athenagora.

(31) *Cui et materia,* etc. Sunt et ista Athenagoræ, quibus significatur non fuisse diabolum supremi ordinis, sed ad summum, supremum inter angelos præfectos istis corporeis, in quo præter Damascenum nostrumque Methodium, etiam Chrysostomum sequacem habuit; qui censuit, retinere adhuc priorem principatum, eoque dici *principem tenebrarum aeris,* etc. Sic enim ad eum locum hom. 4: Ἐμοὶ δοκεῖ γενόμενος ἄρχων ὑπὸ τὸν οὐρανὸν μὴ μεταπεπτωκέναι τῆς ἀρχῆς, καὶ μετὰ παράβασιν, *cum esset præfectus rebus subcœlestibus, nec post transgressionem amisisse principatum.* Modestissimus Thomas, sola Damasceni auctoritate, suam huic sententiæ probabilitatem: quanquam Gregorii, cujus vere Magni natalitia Ecclesiæ faciem nunc diei qua scribo recreant, prælata: salvam voluit; majori fiducia asserturus, si Patrum illud agmen subiisset animum: quanquam nec sic, acerrimi virum judicii, a nostri Gregorii solidiori sententia, arbitror recessurum.

D (32) *Omnium ipse dominium,* etc., ᾗ τὸ κῦρος καὶ τὸ κράτος ἁπάντων αὐτὸς ἀνηρτημένος. Plus videtur velle, quam interpretes expresserint. Nempe, præter universale dominium, vim illam conservatricem omnium, διακρατοῦσαν τὸ πᾶν, qua sibi omnium robur firmamentumque devinxerit, pendensque ipse a se teneat, quod vox illa ἀνηρτημένος, maxime restituto αὐτοῦ, plane indicat. Qua ergo concessimus aliis, qua nobis satisfecimus, utrumque complexi. In Epiphanio corrigendum τὸ ἧ.

(33) *Binas S. Paulo.* Videtur non usque adeo solidum, ut nec cujus causa inducitur, futurus ille terrestris paradisus beatorum, in quem bene notat Photius impulsum Methodium, ad fugiendum aliud extremum Origenianum, futuræ resurrectionis sine corporibus: sed veritas media consistit. Grandi saltu Photius, a n. 24, cujus est præcedens ἐκλογή, transit ad 47, cujus sunt ista apud Epiphanium cui ante ἀναληφθέντι restituendum, οὐρανόν.

dicit. Neque enim Apostolus, inquit, paradisum in tertio cœlo collocat, si quis illius verba subtili quadam intelligentia percipiat : *Scio enim*, inquit [49], *hujusmodi hominem raptum usque ad tertium cœlum. Et scio hujusmodi hominem, sive in corpore, sive extra corpus, Deus scit; quoniam raptus est in paradisum.* Quibus verbis, duas se illustres revelationes vidisse significat; bis manifeste raptus : semel quidem usque ad tertium cœlum; semel autem, in paradisum. Hæc enim verba : *Scio raptum hujusmodi usque ad tertium cœlum*, peculiare quiddam, cum ad tertium cœlum esset evectus, ostensum illi esse demonstrant. Illud vero quod subjicitur : *Et scio hujusmodi hominem, sive in corpore, sive extra corpus, Deus scit; quoniam raptus est in paradisum :* aliud rursus in paradiso illi patefactum et revelatum ostendit. Hæc autem eo dicit, quod contrarium sentientes, paradisum tantum spiritalem ponerent ex apostolico dicto, velut supra cœlum; ut inde futuram in paradiso vitam sine corpore concluderent.

A Παύλῳ· λέγει γάρ· Ἀλλ' οὐδὲ ὁ Ἀπόστολος ὑποτίθεται εἶναι τὸν παράδεισον ἐν τῷ τρίτῳ οὐρανῷ, τοῖς λεπτῶν ἀκροᾶσθαι λόγων ἐπισταμένοις, *Οἶδα γὰρ τὸν τοιοῦτον ἁρπαγέντα ἕως τρίτου οὐρανοῦ*, λέγων. *Καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, εἴτε ἐν τῷ σώματι, εἴτε χωρὶς τοῦ σώματος, ὁ Θεὸς οἶδεν· ὅτι ἡρπάγη εἰς τὸν παράδεισον.* Δύο ἀποκαλύψεις μεγάλας ἑωρακέναι μηνύει, δὶς ἀναληφθεὶς ἐναργῶς· ἅπαξ μὲν ἕως τρίτου οὐρανοῦ, ἅπαξ δ' εἰς τὸν παράδεισον. Τὸ γάρ, *Οἶδα ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον ἕως τρίτου οὐρανοῦ*, ἰδίως ἀποκάλυψιν αὐτῷ κατὰ τὸν τρίτον οὐρανὸν πεφηνέναι συνίστησι. Τὸ δέ, *Καὶ οἶδα*, πάλιν ἐπιφερόμενον, *τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, εἴτε ἐν σώματι, εἴτε ἐκτὸς σώματος, ὁ Θεὸς οἶδεν, ὅτι ἡρπάγη εἰς τὸν παράδεισον*, ἑτέραν αὖθις αὐτῷ B πεφανερῶσθαι κατὰ τὸν παράδεισον ἀποκάλυψιν δείκνυσι. Ταῦτα δὲ λέγει, ἐπεὶ οἱ δι' ἐναντίας τὸν παράδεισον νοητὸν ἔθεντο ἐκ τοῦ ἀποστολικοῦ ῥητοῦ, ὡς ὄντα ὑπὲρ τὸν οὐρανόν· ἵνα τὸ ἀσωμάτως γενέσθαι τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ διαγωγὴν συνάξωσιν.

X. Docet etiam, malum facere aut non facere, esse in nostra potestate : nam alioquin non pœnas lueremus pro male actis, nec præmia reciperemus (34) pro meritis : at cogitare, vel non cogitare mala, non esse in nostra positum potestate. Quamobrem ait divinum Paulum dicere : *Non enim quod volo, hoc ago; sed quod nolo, hoc facio* [50]. Hoc est : Non quod volo cogitare, hoc cogito, sed quod nolo. Porro eradicatum ait malæ cogitationis vitium, adveniente naturali morte : nam et ideo mors peccatori inflicta est, ut ne malum æternum foret. Cæterum qua id ratione intelligendum? Sciendum (35) hoc etiam ab aliis nostris Patribus fuisse traditum. Mors certe per illud tempus quo quis illa defungitur, neque accessio peccatorum, neque subtractio fuerit.

Ι'. Ὅτι φησὶ τὸ μὲν πρᾶξαι, ἢ μὴ πρᾶξαι τὰ κακά, ἐφ' ἡμῖν· ἐπεὶ οὐκ ἂν δίκας ἐδίδομεν τῶν κακῶς δρωμένων, οὐδ'· ἀμοιβὰς ἐλαμβάνομεν τῶν καλῶς· τὸ δ' ἐνθυμηθῆναι τὰ κακά, ἢ μή, οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Διὰ τοῦτο καὶ τὸν θεῖον Παῦλόν φησι λέγειν· *Οὐ γὰρ ὃ θέλω, τοῦτο πράσσω· ἀλλ' ὃ οὐ θέλω, τοῦτο ποιῶ·* τουτέστιν, οὐχ ὃ θέλω ἐννοεῖν, τοῦτο ἐννοῶ· ἀλλ' ὃ μὴ θέλω. Ἐκριζωθῆναι δέ φησι καὶ τὸ τὰ κακὰ ἐνθυμεῖσθαι διὰ τῆς τοῦ φυσικοῦ θανάτου C παρουσίας· ἐπεὶ καὶ διὰ τοῦτο ὁ θάνατος ἐδόθη παρὰ Θεοῦ τῷ ἐξημαρτηκότι, ἵνα μὴ ἀθάνατον μείνῃ τὸ κακόν. Ἀλλὰ πῶς τοῦτο εἴρηται (σημειωτέον, ὅτι καὶ ἄλλοις ἡμῶν Πατράσιν εἴρηται), εἴπερ ὁ θάνατος τοῖς τοῦτον μετερχομένοις κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον οὔτε προσθήκη οὔτε ὑφαίρεσις (37) ἁμαρτημάτων γίνεται;

—

Compendiosa Expositio dictorum quorumdam apostolicorum, ex eodem S. Methodii libro.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, ἀποστολικῶν ῥητῶν ἑρμηνεία κατὰ σύνοψιν.

(*Apud Photium ibid.*, pag. 909.)

I. Lecta est ex eodem illius libro compendiosa dictorum quorumdam apostolicorum explanatio. Videamus vero quod primum in Apostolum dicere (36) aggressi fueramus. Nam quod ait [51] : *Ego au-*

Α'. Ἀνεγνώσθη τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, ἀποστολικῶν ῥητῶν ἑρμηνεία κατὰ σύνοψιν. Ἴδωμεν δέ, τί ἦν ὅπερ πρῶτον εἰς τὸν Ἀπόστολον προήχθη- D μεν εἰπεῖν. Τὸ γάρ, *Ἐγὼ δὲ ἔζων*, λεχθὲν αὐτῷ,

[49] II *Cor.* XII, 2, 3. [50] *Rom.* VII, 15. [51] *Rom.* VII, 9.

(34) *Nec præmia reciperemus*, etc. Apud Photium ἢ ἀμοιβ. Restituimus οὐδέ ex codice Sirmundi. Tractat ista Methodius n. 56 apud Epiphanium.

(35) *Sciendum*, etc. Ita passim Chrysostomus et alii. Indicat etiam propheta illis verbis : *Supervenit mansuetudo et corripiemur*, etc. Acceleratas mortes quorumdam singulari beneficio legimus, ut Josiæ, etc. Interpres male ista sequentibus copulat : velut illa dicant alii Patres, non priora illa Methodii. Est plane illud εἴπερ epiphonema Photii, qualia passim auctorum dictis ceu censor annectit.

(36) *Quod primum in Apostolum dicere*, etc. τί ἦν ὅπερ πρῶτον... προήχθημεν εἰπεῖν. Plura jam in eum locum disputaverat, velut Origeniana destruens, quibus jam subjicit sua. Exstant ista apud Epiphanium n. 55. Litteram male interpunctione in impressis depravatam, nec bene redditam restituimus, ut ipsa per se clara procedat. Quod porro spectat ad istam Methodii expositionem, video adversantes plures juniores, quorum leviora videantur argumenta. Ego cum soliditate subtilissimam arbitror, quam etiam amplexus est noster Cajetanus, vir certe acris ingenii in venando sensu litterali, quem unum fere sectatur. Puto tamen non esse restringendam apostolicam sententiam, ad solam illam Methodianam expositionem, neque id contendisse Metho-

(37) Ὑφαίρ. Al. ὕφεσις.

χωρὶς νόμου ποτέ· τὴν ἄνω ἐν τῷ παραδείσῳ, A καθάπερ ἐξ ἀρχῆς ὑπεθέμεθα, πρὸ τῆς ἐντολῆς, οὐκ ἐκτὸς σώματος, ἀλλὰ μετὰ σώματος ἡμῶν, ἐν τοῖς πρωτοπλάστοις διαγωγὴν παρεγγυᾷ. Ἐκτὸς δὲ ἐπιθυμίας διήγομεν, οὐ γινώσκοντες ὅλως ἐπιθυμίας προσβολάς. Τὸ γὰρ μὴ ἔχειν διορισμὸν, καθ' ὃν δεῖ πολιτεύεσθαι· μηδὲ ἐξουσίαν αὐτοδέσποτον λογίου, ποίῳ δεῖ χρῆσθαι πολιτεύματι, ἵνα δικαίως ἢ τιμηθῇ ἢ ψεχθῇ, ἀνυπεύθυνον παντὸς λέλεκται ὑπάρχειν τοῦτο ἐγκλήματος. Ὅτι μὴ δύναταί τούτων τις ἐπιθυμῆσαι, ὧν μὴ κεκώλυται· κἂν ἐπιθυμήσῃ δὲ, οὐκ αἰτιαθήσεται. Τὸ γὰρ ἐπιθυμῆσαι οὐκ ἐπὶ τῶν παρόντων καὶ ὑποκειμένων ἐν ἐξουσίᾳ πίπτει, ἀλλὰ ἐπὶ τῶν παρόντων μὲν, μὴ ὄντων δ' ἐν ἐξουσίᾳ. Πῶς γὰρ οὗ μὴ κεκώλυταί τις, μηδὲ ἐνδεής ἐστι, τούτου ἐρᾷ; ὅθεν διὰ τοῦτο *τὴν ἐπιθυμίαν οὐκ ᾔδειν, εἰ* B *μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν· Οὐκ ἐπιθυμήσεις.* Ἀκούσαντες γάρ· *Ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ. Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε·* τότε τὸ ἐπιθυμῆσαι συνέλαβον, καὶ ἐκίσσησαν. Διὸ δὴ *Τὴν ἐπιθυμίαν* καλῶς *οὐκ ᾔδειν* ἐλέχθη, *εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν· Οὐκ ἐπιθυμήσεις·* οὐδὲ ἐσθίειν, εἰ μὴ εἴρητο· *Μὴ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ.* Ἐντεῦθεν γὰρ ἐκτήσατο ἀφορμὴν εἰς τὸ διαπαῖξαί με ἡ ἁμαρτία. Δοθείσης γὰρ τῆς ἐντολῆς, ἔσχε λαβὴν ὁ διάβολος κατεργάσασθαι ἐν ἐμοὶ τὴν ἐπιθυμίαν· *Χωρὶς γὰρ νόμου ἡ ἁμαρτία νεκρά.* Οἷα· Οὐ δοθείσης γὰρ τῆς ἐντολῆς, ἄπρακτος ἦν ἡ ἁμαρτία. Ἐγὼ δὲ ἔζων πρὸ τῆς ἐντολῆς ἀμέμπτως (37*), οὐκ ἔχων ἐπιταγὴν, καθ' ἣν ἔδει πολιτεύεσθαι. *Ἐλθούσης δὲ* C *τῆς ἐντολῆς, ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν. Ἐγὼ δὲ ἀπέθανον· καὶ εὑρέθη ἡ ἐντολὴ, ἡ εἰς ζωὴν, αὕτη εἰς θάνατον.* Ὅτι μετὰ τὸ νομοθετῆσαι τὸν Θεὸν, καὶ διαστείλασθαί μοι ἃ ποιητέον, καὶ μὴ ποιητέον, κατειργάσατο ἐν ἐμοὶ τὴν ἐπιθυμίαν ὁ διάβολος. Ἡ γὰρ ἐπαγγελία τοῦ Θεοῦ ἡ δοθεῖσά μοι, αὕτη εἰς ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν, ἵνα, πειθόμενος αὐτῇ, θειθάλλοντα πρὸς ἀθανασίαν βίον ἔχω, καὶ χαράν· ἀθετήσαντι αὐτὴν, εἰς θάνατον ἀπέβη. Ἐπειδὴ ὁ διάβολος, ὃν ἁμαρτίαν νῦν οὗτος ἐκάλεσε διὰ τὸ δημιουργὸν αὐ-

A *tem vivebam sine lege aliquando :* quam olim in paradiso, in primis parentibus, ante præceptum, non corporis expertes, sed cum corpore, ducebamus vitam, significat, quemadmodum docuimus in superioribus. Porro immunes agebamus a concupiscentia, ne ullo quidem modo insultus ejus vimque scientes. Etenim non habere ad cujus præscriptum vivas, neque explicandi jussi divini (quo pacto vivendum sit, ut vel debito præmio afficiaris, vel damneris) absolutam omnino potestatem, hoc ab omni crimine absolvit. Nam nemo concupierit, quod non est vetitum : nec vero etsi concupierit, crimini dabitur. Cupere enim non in ea cadit, quæ præsentia, in nostra potestate sunt : sed in ea quæ quidem præsentia sunt, non tamen sunt in nostra B potestate. Quomodo enim ejus quispiam desiderio exardescat, a quo non arcetur, et quod minime necessarium habeat? Ideo igitur, *concupiscentiam nescivissem, nisi lex dixisset · Non concupisces* [51]. Nam cum audivissent : *De ligno autem cognoscendi bonum et malum, non edetis de illo. Qua die autem ederitis ex eo, morte moriemini* [52]; tunc conceperunt concupiscentiam, improbeque ac instar prægnantis appetierunt. Ideo bene dictum est : *Concupiscentiam nescivissem, nisi lex dixisset : Non concupisces.* Neque desiderassem comedere, nisi fuisset dictum : *Non comedetis ex eo.* Hinc enim peccatum mihi illudendi occasionem accepit. Dato enim mandato, habuit diabolus quo in me concupiscentiam operetur. *Sine lege enim peccatum mortuum erat* [53]. C Velut dicat : Non data enim lege peccatum velut inefficax erat. Ego autem ante præceptum latum, irreprehensibilem vitam agebam, ut qui normam non haberem secundum quam viverem. *Sed cum venisset mandatum, peccatum revixit. Ego autem mortuus sum : et inventum est mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem* [54]. Nam post legem a Deo latam, et postquam fuit in mandatis datum quid faciendum esset quove abstinendum, operatus est in me concupiscentiam diabolus. Quod enim a Deo ad vitam et incorruptionem mandatum

[51] *Rom.* VII, 7. [52] *Gen.* II, 17. [53] *Rom.* VII, 8. [54] *ibid.* 9, 10.

Methodium, ut neque Chrysostomum et alios contendisse existimo, restringenda ad suum ipsorum sensum verba apostolica. Fuerit ergo locutus Paulus universim de exlege, qualis fuit primus parens, ante illud præceptum non comedendi de ligno scientiæ, quod nimirum spectat ad legem positivam : fueruntque homines ante Moysis legem, quod etiam spectat ad multa juris naturæ minus nota. Iis omnibus, quod spectat ad ejusmodi non præcepta, mortuum erat peccatum; sive diabolum, incentorem illum extrinsecum sensu Methodiano intelligamus, sive concupiscentiam et fomitem, incentorem domesticum : νεκρὰ ἁμαρτία, ἄπρακτος, inquit Methodius, *inefficax*, ut nihil posset : eoque ignotum formaliter, nec nisi occasione legis cognoscendum. Sic enim revera cognovimus diabolum, cognovitque maxime primus parens, ut nihil in istis minus consequens habeat Methodius, nihilique sit Justiniani, quam D pluris facit, impugnatio ex illo capite. Solum video Achillem cui uni et Estius et alii secus opinantes fidunt, nondum prostratum : nempe dissonantiam alterius loci ejusdem Apostoli, quo ait, non fuisse Adam seductum : non ergo hic seductum dicit : non ergo de se ipso loquitur ut in Adamo ante peccatum exlege. Enimvero facile responderi potest, loqui hoc loco Paulum absolute; altero autem comparatione ad Evam : atque ita verissime, seductum, et non seductum, dicere. Fuit certe velut mediate seductus, qui errore practico judicaverit acquiescendum serpentinæ ac diabolicæ suggestioni, per Evam propositæ, quanquam νοητῶς et speculative, non nesciret suggeri falsa, in quo velut non seductus, videri potest, et dicitur a Paulo, præferente virum ut majori a natura, sapientia mulieri ; cui in Eva serpens sic facile illuserit, falsumque et divinitatem existimatum persuaserit.

(37*) Ἀμέμπτως. Al., βίον ἄμεμπτον.

acceperam, ut illi obediens virentem semper ad immortalitatem et gaudium vitam haberem, contemnenti mihi, cessit in mortem. Quippe diabolus quem hic Paulus peccatum appellavit, eo quod ipse architectus sit et auctor peccati, occasione a peccato accepta, ut per inobedientiam deciperet, deceptum occidit; sententiæque illius peregit reum: *In qua autem die comederitis ex eo, morte moriemini. Itaque lex quidem sancta et mandatum sanctum, et justum, et bonum* [55]: velut nimirum ad salutem, non ad exitium datum. Nihil enim credamus fieri a Deo inutile et noxium. Qui ergo? *Quod bonum est mihi factum est mors* [56]? id nimirum, quod summi ac præcipui cujusdam boni causa futurum, mihi fuerat lege præceptum? *Absit.* Neque enim Dei mandatum mihi causa fuit, ut corruptionis jugo manciparer, sed diabolus (38): ut palam proderetur, qui per bonum mihi esset molitus malum; fieretque et convinceretur inventor peccati, supra modum peccator. *Scimus enim quia lex spiritualis est* [57]: eoque, nulli ullius damni est causa. Spiritualia enim, procul a cupiditate aliena a ratione, procul a peccato habitant. *Ego autem carnalis sum, venumdatus sub peccato.* Quasi diceret: Ego autem carnalis sum, et in boni malique confinio, velut liberi arbitrii, positus; ut in mea sit potestate, quid velim eligere. *Posui enim*, inquit, *ante faciem tuam vitam et mortem* [58]. Cum itaque annuissem, ut legi quidem spiritali, mandato, inquam, non obsequerer; obsequerer vero legi carnali, serpentis nimirum consilio, propter ejusmodi electionem lapsus in peccatum, diabolo *venumdatus sum.* Hinc malum velut obsidens, mihi adhærescit, atque in carne mea tanquam in domo habitat; hac violati præcepti multa imposita, uti malo venderer. Unde et quod dicitur: *Non cognosco quod operor:* et: *Quod odi facio* [59]: non sic accipi debet, quasi de malo opere intelligatur, sed dumtaxat de cogitatione. Non enim in nostra est potestate, ut cogitemus vel non cogitemus absona, sed ut utamur vel non utamur cogitatis. Nam, ne nobis istiusmodi cogitationes obrepant, quæ probandi nostri causa intrinsecus immittuntur, prohibere non possumus; non assentiri et non uti, possumus. Quocirca, ejusmodi ne cogitare quidem velle, nostræ est potestatis: id autem assequi ut penitus exstinguantur neque nobis amplius occurrant, minime. Nam, ut dixi, haud-

A τὸν ἁμαρτίας ὑπάρχειν, διὰ τῆς ἐντολῆς ἀφορμὴν λαβὼν πρὸς παρακοὴν ἀπατῆσαί με, ἀπατήσας ἀπέκτεινε· τῷ, *Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε*, κατακρίματι ὑπεύθυνον γενέσθαι κατεργασάμενος. *Ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ τοῦ Θεοῦ ἁγία, καὶ δικαία, καὶ ἀγαθή*· ὅτι μὴ ἐπὶ τὸ βλάψαι, ἀλλ' ἐπὶ τὸ σῶσαι ἐδόθη. Μὴ γὰρ οἰώμεθα ἀνωφελές τι ἢ βλαβερὸν ποιεῖν τὸν Θεόν. Τί οὖν; *Τὸ ἀγαθὸν ἐμοὶ ἐγένετο θάνατος;* ὃ τοῦ μεγίστου μοι ὡς αἴτιον ἐσόμενον ἀγαθοῦ, νομοθέτημα ἐδόθη; *Μὴ γένοιτο!* Ὅτι μὴ ἡ ἐντολὴ τοῦ Θεοῦ εἰς τὸ καταδουλωθῆναί με ἐγένετο τῇ φθορᾷ αἰτία, ἀλλ' ὁ διάβολος· ἵνα φανερωθῇ διὰ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ κακὸν κατασκευάσας· ἵνα γένηται καὶ ἐλεγχθῇ καθ' ὑπερβολὴν ὁ εὑρετὴς τῆς ἁμαρτίας
B ἁμαρτωλός. *Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι ὁ νόμος ἐστὶ πνευματικός*· διὸ καὶ οὐδὲν αἴτιος βλάβης οὐδενί. Πόῤῥω γὰρ ἐπιθυμίας ἀλόγου καὶ ἁμαρτίας ἐσκήνηται τὰ πνευματικά. *Ἐγὼ δὲ σάρκινός εἰμι, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν.* Οἷον· Ἐγὼ δὲ σάρκινος ὢν, καὶ ἐν μέσῳ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ πονηροῦ κατασταθεὶς ὡς αὐτεξούσιος, ἵνα ἐπ' ἐμοὶ ἑλέσθαι ὃ βούλομαι ᾖ. *Τέθεικα γὰρ πρὸ προσώπου σου*, φησὶ, *τὴν ζωὴν καὶ τὸν θάνατον.* Νεύσας πρὸς τὸ παρακοῦσαι μὲν τοῦ πνευματικοῦ νόμου· οἷα τῆς ἐντολῆς· ἐπακοῦσαι δὲ τοῦ ὑλικοῦ· οἷα τοῦ ὄφεως τῆς συμβουλίας· *πέπραμαι* διὰ τὴν τοιαύτην αἵρεσιν, πεσὼν ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, τῷ διαβόλῳ. Ὅθεν ἐντεῦθεν πολιορκῆσάν με τὸ κακὸν ἐνιζάνει καὶ ἐμπολιτεύεται εἰσοικίσθαι (39) ἐν τῇ σαρκί μου, δίκης ἐντεθείσης μοι, τὴν ἐντολὴν
C ἀθετήσαντι, πραθῆναι τῷ κακῷ. Διὸ καὶ τὸ, *Οὐ γινώσκω ὃ κατεργάζομαι*· καὶ, *Ποιῶ ὃ μισῶ*, λεγόμενον· οὐκ ἐπὶ τοῦ δρᾶσαι τὸ φαῦλον παραληπτέον, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ μόνον ἐνθυμηθῆναι. Οὐ γὰρ ἐφ' ἡμῖν τὸ ἐνθυμεῖσθαι, ἢ μὴ ἐνθυμεῖσθαι, κεῖται τὰ ἄτοπα, ἀλλὰ τὸ χρῆσθαι ἢ μὴ χρῆσθαι τοῖς ἐνθυμήμασι. Κωλῦσαι μὲν γὰρ πίπτειν εἰς ἡμᾶς τοὺς λογισμοὺς οὐ δυνάμεθα, προσδεχομένων (40) ἡμῶν ἔξωθεν εἰσπνεομένους· μὴ πεισθῆναι μέντοι, ἢ μὴ χρῆσθαι δυνάμεθα. Διὸ τὸ μὲν θέλειν αὐτὰ μὴ ἐνθυμηθῆναι παράκειται· τὸ δὲ κατεργάσασθαι εἰς τὸ ἀφανίσαι, ἵνα μὴ αὖθις περὶ τὸν λογισμὸν ἀνέλθωσιν, οὔ· ὅτι μὴ κεῖται τοῦτο ἐφ' ἡμῖν, ὡς ἔφην· ὡς εἶναι τὸν νοῦν τοιοῦτον τοῦ ῥητοῦ· *Οὐ γὰρ ὃ θέλω, ποιῶ ἀγαθόν*· θέλω γὰρ
D μὴ ἐνθυμεῖσθαι ἃ βλάπτει με. Ἐπειδὴ τοῦτο τὸ ἀγαθὸν πανάμωμον. *Καὶ τοῦτο μὲν, ὃ θέλω ἀγαθὸν, οὐ ποιῶ· ὃ δὲ μὴ θέλω, πράσσω κακόν*· οὐ θέλων

[55] *Rom.* VII, 12. [56] *ibid.* 13. [57] *ibid.* 14. [58] *Eccli.* XV, 18; *Jer.* XXI, 8. [59] *Rom.* VII, 15.

(38) *Sed diabolus.* Quem ubique dicit Pauli illud *peccatum.* Est paraphrasis velut continua, sequiturque Græcam punctationem, qua verba illa, ἀλλὰ ἡ ἁμαρτία, referuntur ad priora: Latini autem ad sequentia referunt, sensu non ita plano. Vult ergo, non legem, sed peccatum occasione legis, mortem induxisse, ut ostendatur convincaturque maxima ejus improbitas et malitia; quod malum tantum, bono illo conciliaverit: egregieque quadrat Methodianæ in diabolum, vere γενόμενον καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλόν· Paulina phrasis: Qui sit factus seu ostensus eo abusu bonique perversione, excellenter peccator: seu maximus peccator. Apud Epiphanium tamen n. 56 habetur Latina punctatio: sed potest vitiosa esse, non minus quam τὸ αἰτίας, ἀντὶ τοῦ, αἰτία, quod immediate præcedit: possentque illic plura restitui ex nostris Photianis; puta, n. 55, initio, ἴδωμεν, ἀντὶ τοῦ, ἴωμεν· ἐνεκίσσησαν, ἀντὶ τοῦ ἐνεκίσσησα.

(39) *Εἰσοικίσθαι.* Epiph. hær. LXIV, num. 56 sub finem, εἰσοικεῖσθαι.

(40) *Προσδεχομένων.* Lego πρὸς δοκιμὴν ex Epiphanio n. 57.

ἐννοεῖσθαι, καὶ ἐννοούμενος, ἃ μὴ θέλω. Καὶ ἐπισκέψασθαι (41), εἰ μὴ διὰ ταῦτα αὐτὰ καὶ ὁ Δαυῒδ ἐνετύγχανε τῷ Θεῷ, δυσχεραίνων ἐπὶ τῷ λογίζεσθαι καὶ αὐτὸν, ἃ μὴ ἤθελεν· *Ἀπὸ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με, καὶ ἀπὸ ἀλλοτρίων φεῖσαι τοῦ δούλου σου. Ἐὰν μή μου κατακυριεύσωσι, τότε ἄμωμος ἔσομαι, καὶ καθαρισθήσομαι ἀπὸ ἁμαρτίας μεγάλης.* Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Ἀπόστολος ἐν ἑτέρᾳ (42)· *Λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ· καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ*

A quaquam id positum est in nostra facultate : ut hæc sit illius loci sententia, *Non enim quod volo, facio bonum.* Volo enim minime cogitare, quæ mihi noceant. Nam est hoc bonum perquam irreprehensibile et purum (45). Cæterum, *bonum illud quod volo, non facio; quod autem nolo, ago malum :* qui nimirum, nolim cogitare, et cogitem, quæ nolo. Atque illud quæso videte, num eamdem ob causam David Deo supplicaret, ægre ferens, quod et ipse cogitaret quæ minus vellet : *Ab occultis,* inquit, *meis munda me, et ab alienis parce servo tuo. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, et emundabor a peccato magno* [60]. Sed et Apostolus in Epistola alia [61] : *Cogitationes destruentes, et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.*

B'. Εἰ δέ τις ὁμόσε τῷ λόγῳ ἰέναι τολμῶν ἀποκρίνοιτο, ὡς ἄρα διδάσκει ὁ Ἀπόστολος, ὡς οὐ μόνον ἐν τῷ λογίζεσθαι τὸ κακὸν μισοῦμεν, καὶ ὃ οὐ θέλομεν, πράττομεν· ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ κατεργάζεσθαι αὐτὸ, διὰ τό· *Οὐ γὰρ ὃ θέλω, ποιῶ ἀγαθὸν,* λελέχθαι· *ἀλλ' ὃ οὐ θέλω κακὸν, τοῦτο πράσσω·* ἀξιώσωμέν που εἰ ἀληθῆ (43) λέγει ὁ ταῦτα λέγων, διασαφῆσαι· Τί ἦν τὸ κακὸν, ὃ ἐμίσει μὲν ὁ Ἀπόστολος, καὶ οὐκ ἐβούλετο ποιεῖν, ἐποίει δέ· καὶ τὸ ἀγαθὸν ὃ ἐβούλετο μὲν ποιεῖν, οὐκ ἐποίει δέ· ἀλλ' ἀντιστρόφως· ὁσάκις μὲν ἤθελε ποιῆσαι τὸ ἀγαθὸν, τοσαυτάκις οὐ τὸ ἀγαθὸν, ὃ ἤθελεν, ἐποίει· ἀλλὰ τὸ πονηρὸν, ὃ μὴ ἤθελεν, ἐποίει; Πῶς δὲ καὶ ἡμᾶς, εἰς τὸ παντάπασιν ἀποτινάξασθαι τὸ ἁμαρτάνειν προτρεπόμενος, *Μιμηταί μου,* ἀποφαίνεται, *γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ;* Οὕτως οὐ τῷ ποιεῖν ἃ μὴ ἤθε- C λεν, ὑπέθετο τὰ προειρημένα, ἀλλὰ τῷ μόνον λογίζεσθαι. Ἐπεὶ πῶς ἂν ἦν μιμητὴς Χριστοῦ ἀκριβής; Καλὸν μὲν οὖν, εἰ μὴ εἴχομεν, ἦν ἂν καὶ χαρμιώτατον, τοὺς ἀντιπράσσοντας ἡμῖν καὶ μαχομένους· ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἀδύνατον, καὶ ὃ θέλομεν οὐ δυνάμεθα. Θέλομεν γὰρ μὴ ἔχειν τοὺς ἐξέλκοντας εἰς πάθη· ἦν γὰρ ἀνιδρωτὶ σωθῆναι· καὶ ὃ θέλομεν, τοῦτο οὐ γίνεται, ἀλλ' ὃ οὐ θέλομεν. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς δοκιμάζεσθαι, ὡς ἐχρῆν (44). Μὴ ἐνδιδῶμεν [οὖν], ὦ ψυχὴ, μὴ ἐνδιδῶμεν ἐν τῷ πονηρῷ· ἀλλ', *Ἀναλαβόντες τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, ὑπερασπίζουσαν ἡμῶν, ἐνδυσώμεθα τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, καὶ ὑποδυσώμεθα τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ Εὐαγγελίου.*

B II. Quod si quis, his dictis refragari ausus, objiciat : haberi ex Apostolo, quod non solum cogitando malum oderimus, et quod nolumus faciamus; verum etiam ipso opere, eo quod dicat : *Non enim quod volo bonum, hoc facio : sed quod nolo malum, hoc ago* [62]; hunc sane, qui ita dicat et ratiocinetur, si modo vera dicit, explicare jubeamus : quodnam esset illud malum, quod cum Apostolus odisset nec vellet facere, nihilominus faceret : aut illud e contrario bonum, quod cum vellet præstare, non posset : imo vero quoties patrare bonum vellet, non quod vellet bonum; sed malum quod nollet, patraret? Qua enimvero ratione, hortando ad excutiendum omnimodo peccatum, *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi* [63], pronuntiat? Sic sane C non in agendo quæ nollet, sed in sola cogitatione, præmissa docuit. Alioqui enim, qui ipse sedulus erat imitator Christi? Illud quidem optandum erat, lætitiæque plenissimum, ut adversarios nullos ac hostes haberemus; sed quoniam fieri istud non potest, hinc quoque est ut quod volumus, non possimus. Volumus enim, non habere aliquem qui ad passiones vitiaque detrahat : nam esset ea salus, sudoris expers : cæterum non evenit quod sic volumus, sed quod nolumus. Uti enim diximus, oportet nos probari. Ne ergo, anima, ne, rogo, concedamus in malo : sed *assumentes armaturam Dei* qua protegamur et tuti simus, *justitiæ loricam induamus, et calceemus pedes in præparatione Evan-*

[60] *Psal.* XVIII, 13, 14. [61] *II Cor.* X, 4, 5. [62] *Rom.* VII, 19. [63] *I Cor.* XI, 1.

(41) *Ἐπισκέψασθαι.* Forte ἐπισκέψασθε.
(42) *Ἑτέρᾳ.* Al., ἑτέρῳ.
(43) *Ἀληθῆ.* Al., ἀληθῶς. Et mox, ὃ βεβούλητο.
(44) *Ἐχρῆν.* Leg. ἔφην, ex Epiphanio n. 59
(45) *Nam est hoc bonum perquam irreprehensibile et purum.* Πανάμωμον, velut ἀπάθεια illa ita Patribus et theologis mysticis decantata, paucisque concessa. Fuit in ea insignis, cujus hodie octavam diem solemni officio, Prædicatores, colimus, noster ille Thomas, *qui nunquam pestiferæ superbiæ,* tantis et gratiæ et naturæ donis auctus, *persenserit stimulum : omnique postea,* a miraculose cinctis renibus, *libidinis sensu caruerit :* sic divina gratia, menti vere angelicæ, aptante vasculum. Emendandus ex istis textus Epiphanii, quam etiam emendationem subjuncti in eo iambi, plane exigunt. Plane vero, so- D lida hæc, Paulinæ illius sententiæ explicatio; ut ipse jam justus justorum agat personam, et in ea, vim illam, ex mala suggestione dæmonis, aut etiam ex virium inferiorum seditione et contumacia, immissis pravis cogitationibus, quarum non possit non habere sensum, queratur et lugeat. Si autem cum aliis, in persona hominis non justi et in gratia, admiserimus loqui, fuerit etiam in operibus nonnulla ejusmodi vis concedenda; etsi non omnino absoluta, et qualis est in cogitationibus : quam tamen ipse sibi, sic diaboli captivus, actusque ad ipsius voluntatem in scelus omne, ascripserit; qui et Deum deseruerit, nec adhuc conciliare volenti, acquiescere velit. Egregia sunt quæ Amphilochius noster prosequitur hom. *de pœnitentia* in hujusmodi cogitationes, magnæque et eruditionis et consolationis.

gelii. In omnibus autem assumamus scutum fidei, in qua possimus omnia tela nequissimi ignea exstinguere : et galeam salutis, et gladium spiritus, quod est verbum Dei : ut possimus stare adversus insidias diaboli [64] *: cogitationes item destruere, et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Christi* [65]. *Quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem* [66]. *Non enim quod volo bonum, hoc ago; sed quod odi, illud facio. Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi, quoniam bona est. Nunc autem jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum* [67]. Præclare istud quidem. Meministis enim, quod superius fuit constitutum : ut ex quo primum homo seductus, Dei mandatum violavit, inde, ex inobedientia ortum peccatum, sedem in eo posuerit. Sic enim seditio conflari cœpit (46) : ac turbulentis agitationibus cogitationibusque incongruis sumus repleti, divino afflatu vacui, rerumque in materia et corporearum, quam callidus nobis serpens insufflaret, cupiditate pleni. Hinc Deus, mortem qua deleret peccatum, nostri causa excogitavit, ut ne in nobis immortalibus, quemadmodum dictum est, reflorescens, etiam ipsum immortale esset. Cum ergo ait Apostolus : *Scio enim quod non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum*, peccatum voluit significare, quod ex illa divini mandati transgressione, per cupiditatem in nos invectum est : ex quo, ceu novi quidam surculi voluptariæ nos cogitationes, ceu agmine, circumstant semper et obsident. Est enim in nobis duplex cogitationum genus : aliud quod ex cupiditate illa, latitante in corpore excitari solet; quæ nimirum, ut dixi, a fraude artificioque procedit, addicti materiæ spiritus (47); aliud autem, quod ex lege mandati derivatur : lege, inquam, illa, quam insitam et a natura ingenitam hausimus : in id animum excitantem provocantemque, quod est honestum. Eo fit, ut mente quidem condelectemur legi Dei : hoc enim est homo ille interior : cupiditate autem quæ habitat in carne, legi diaboli. Hæc enim ea lex est (48), cum divina pugnans, eique resistens; illi nimirum mentis in bonum, impulsioni; quæ vitiosas fæculentasque, et ad improbitatem dissipatas cogitationes producit.

III. Siquidem Apostolus tres omnino leges hoc in loco distinxisse manifeste videtur. Una illa est, juxta insitum nobis bonum, quam aperte legem

A *Ἐπὶ πᾶσί τε ἀναλάβωμεν τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, ἐν ᾗ δυνησόμεθα πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι· καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ· πρὸς τὸ δύνασθαι στῆναι πρὸς τὴν μεθοδείαν τοῦ διαβόλου· λογισμούς τε καθελεῖν, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ. Ὅτι μή ἐστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα. Οὐ γὰρ ὃ θέλω πράσσω, ἀλλ' ὃ μισῶ, τοῦτο ποιῶ. Εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω, τοῦτο ποιῶ, σύμφημι τῷ νόμῳ ὅτι καλός* (49). *Νυνὶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτὸ, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία. Οἶδα γὰρ, ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τουτέστι ἐν τῇ σαρκί μου, τὸ ἀγαθόν·* ὀρθῶς λέγων. Μέμνησθε γὰρ, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν διωριζόμεθα, ἀφ' οὗ τὸν ἄνθρωπον πλανηθέντα τὴν B ἐντολὴν ἀθετῆσαι συνέβη, ἐντεῦθεν ἐκ τῆς παρακοῆς τὴν ἁμαρτίαν λαβοῦσαν γένεσιν, εἰς αὐτὸν εἰσῳκηκέναι. Οὕτω γὰρ στάσις ἐνέπεσε, σφαδασμῶν τε καὶ λογισμῶν ἀνοικείων ἐπληρώθημεν· κενωθέντες μὲν τοῦ ἐμφυσήματος τοῦ Θεοῦ, πληρωθέντες δὲ ἐπιθυμίας ὑλικῆς, ἣν ὁ πολύτροπος (50) ἐνεφύσησεν εἰς ἡμᾶς ὄφις. Διὸ καὶ τὸν θάνατον ὁ Θεὸς πρὸς ἀναίρεσιν τῆς ἁμαρτίας ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεύρετο· ἵνα μὴ ἐν ἀθανάτοις ἡμῖν ἀνατεῖλασα, ὡς ἔφην, ἀθάνατος ᾖ. Ὅθεν ὁ Ἀπόστολος· *Οἶδα γὰρ, ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τουτέστιν ἐν τῇ σαρκί μου, τὸ ἀγαθὸν*, λέγων, τὴν ἀπὸ τῆς παραβάσεως διὰ τῆς ἐπιθυμίας εἰσοικισθεῖσαν εἰς ἡμᾶς ἁμαρτίαν βούλεται μηνύειν· ἧς δὴ, καθάπερ βλαστήματα νέα, οἱ φιλήδονοι περὶ ἡμᾶς ἀεὶ λογισμοὶ συνίστανται. Δισσὰ γὰρ ἐν ἡμῖν C λογισμῶν γένη· τὸ μὲν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας τῆς ἐμφωλευούσης ἐν τῷ σώματι συνιστάμενον, ἥτις ἐξ ἐπινοίας, ὡς ἔφην, συνέστη τοῦ ὑλικοῦ πνεύματος· τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ κατὰ τὴν ἐντολὴν, ὃν ἔμφυτον ἐλάβομεν ἔχειν καὶ φυσικὸν νόμον πρὸς τὸ καλὸν ἡμῶν ἐξεγείροντα τὸν λογισμόν. Ὅθεν τῇ μὲν νομοθεσίᾳ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν νοῦν συνηδόμεθα· τοῦτο γὰρ ὁ ἔσω ἄνθρωπος· τῇ δὲ νομοθεσίᾳ τοῦ διαβόλου κατὰ τὴν ἐνοικοῦσαν ἐπιθυμίαν ἐν τῇ σαρκί. Ὁ γὰρ ἀντιστρατευόμενος καὶ ἀντιπράσσων τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ, οἷον τῇ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ὁρμῇ τοῦ νοὸς, αὐτός ἐστιν, ὁ τοὺς ἐμπαθεῖς ἀναφύων ἀεὶ καὶ ὑλικοὺς πρὸς ἀνομίαν περισπασμούς.

D

Γ'. Τρεῖς γὰρ νόμους ὑποτιθέμενος ὁ Παῦλος ἀναφανδὸν ἐνταῦθά μοι καταφαίνεται. Ἕνα μὲν κατὰ τὸ ἔμφυτον ἐν ἡμῖν ἀγαθὸν, ὃν καὶ νόμον σαφῶς ἐκάλεσε

[64] *Ephes.* VI, 11, 13-17. [65] *II Cor.* X, 5. [66] *Ephes.* VI, 12. [67] *Rom.* VII, 15-17.

(46) *Sic enim seditio conflari cœpit.* Στάσις ἐνέπεσε· velut irruit : justum plane præmium rebellionis in Deum. Interpres Photii aliter accepit τὸ στάσις, pro statu : sed minus congruit.

(47) *A fraude artificioque procedit addicti materiæ spiritus.* Ἐξ ἐπινοίας τοῦ ὑλικοῦ πνεύματος. Intelligit diabolum, quem superius cum Athenagora dixit πνεῦμα περὶ τὴν ὕλην γενόμενον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Velut cum quadam habitudine ad materiam, et illi addictum, a creatione. Plusculum forte dicit illud, *concreti cum materia*, Petavii; ut et *corporalis*, Schotti.

(48) *Hæc enim ea lex est.* Referre legem, et ipse contextus, et littera Epiphanii qua exprimitur, satis docent : eoque Schottus minus bene retulit ad diabolum sub diaboli nomine : hactenus enim legem legi opponit, subinde expositurus et divisione declaraturus, hujusmodi leges.

(49) *Καλός.* Al. καλόν.

(50) *Πολύτροπος.* Epiph., n. 60, πολύπλοκος.

νοός. Ἕνα δὲ τὸν ἐκ προσβολῆς συνιστάμενον νόμον A τοῦ πονηροῦ, καὶ εἰς τὰς ἐμπαθεῖς ἐξέλκοντα πολλάκις φαντασίας τὴν ψυχὴν, ὃν ἐπιστρατεύεσθαι τῷ *νόμῳ τοῦ νοὸς* ἔφη. Καὶ τρίτον κατὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐκ τῆς ἐπιθυμίας σκιρώσαντα (51) ἐν τῇ σαρκὶ, ὃν *ἁμαρτίας νόμον οἰκοῦντα ἐν τοῖς μέλεσιν* ἐκάλεσεν· ᾧ ἐποχούμενος πολλάκις καθ' ἡμῶν ἐγκελεύεται, πρὸς ἀδικίαν καὶ πράξεις συνελαύνων κακάς. Φαίνεται γὰρ ὡς ἑαυτοῖς ἡμῖν τὸ μὲν βέλτιον, τὸ δὲ χεῖρον ὄν. Καὶ ὅταν μέλλῃ τὸ βέλτιον φύσει τοῦ χείρονος ἐγκρατέστερον γενηθῆναι, φέρεται ὅλος πρὸς τὸ ἀγαθὸν ὁ νοῦς· ὅταν δὲ τὸ χεῖρον ἐπιβρίσῃ πλεονάσαν, ἄγεται πάλιν ἀντιστρόφως πρὸς λογισμοὺς χείρονας ὁ ἄνθρωπος. Οὗ δὴ καὶ χάριν ὁ Ἀπόστολος εὔχεται ῥυσθῆναι, θάνατον αὐτὸ καὶ ὄλεθρον ἡγούμενος· ὥσπερ δὴ καὶ ὁ προφήτης· *Ἀπὸ τῶν κρυφίων μου* B *καθάρισόν με*, λέγων. Αὐτὰ οὖν τὰ ῥήματα τοῦτο συνιστῶσι· *Συνήδομαι γὰρ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω*, λέγοντος, *ἄνθρωπον· βλέπω δ' ἕτερον νόμον τοῖς μέλεσί μου, ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας, τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσί μου. Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος! Τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου;* Οὐ τὸ σῶμα θάνατον ἀποφαινόμενος, ἀλλὰ τὸν νόμον τῆς ἁμαρτίας τὸν ἐν τοῖς μέλεσι, διὰ τῆς παραβάσεως ἐν ἡμῖν ἐμφωλεύοντα, καὶ πρὸς θάνατον ἀεὶ [τὸν] τῆς ἀδικίας τὴν ψυχὴν ἐμφαντάζοντα. Ἐπιφέρει γοῦν εὐθέως, ἀμέλει διαλυόμενος, ὁποίου θανάτου ἐγλίχετο ῥυσθῆναι, καὶ τίς αὐτὸν ὁ ῥυόμενος ἦν· *Χάρις δὲ τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ*. Προσεκτέον δὲ, εἰ τὸ σῶμα θάνατον C τοῦτο, ὦ Ἀγλαοφῶν (52), ὡς ὑπειλήφατε, ἔλεγεν, οὐκ ἂν τὸν Χριστὸν, ὡς ῥυόμενον αὐτὸν ὕστερον ἐκ τοῦ τοιούτου κακοῦ, παρελάμβανεν. Ἐπεὶ τί παράδοξον ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ τῆς παρουσίας ἐσχήκαμεν; Τί δὲ καὶ ὁ Ἀπόστολος ὅλως, ὡς διὰ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ δυναμούμενος τοῦ θανάτου ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐλευθερωθῆναι, τοῦτο ἐφθέγγετο· ὁπότε πᾶσι καὶ πρὸ τοῦ τὸν Χριστὸν ἐλθεῖν εἰς τὸν κόσμον συνέβαινε θνήσκειν; Ὥστε οὐ τὸ σῶμα τοῦτο, ὦ Ἀγλαοφῶν, θάνατον, ἀλλὰ τὴν

mentis appellat. Altera est quæ ex nequissimi impressione conflata, in vitiosas sæpius cogitationes et phantasias animum conjicit, quam *legi mentis adversari* dixit. Tertia demum, quæ per peccatum ex cupiditate carni occalluit; quam ille, *legem peccati habitantem in membris nostris*, vocavit : cui etiam improbus ille hostis insidens (53), sæpe adversum nos excitat, atque ad injustitiam scelestaque facinora compellit. Nam quasi nobis ipsis (54) aliud esse videtur, quod sit melius, aliud quod deterius sit. Cumque id quod natura melius, deteriori potentius esse debuerit, mens tota ipso impetu in bonum fertur. Cum autem id quod est pejus, exuberans suo pondere depresserit, tum demum ex adverso in deteriores cogitationes præceps agitur ac trahitur. Atque ea causa est cur Apostolus, mortem quamdam et exitium rem arbitratus, liberari se optet; quemadmodum etiam Propheta, cum ait [66] : *Ab occultis meis munda me.* Illud enim verba ipsa præ se ferunt : *Condelector enim*, inquit [69], *legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me legi peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo! Quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Quibus non corpus mortem pronuntiat, sed peccati legem quæ est in membris, in quibus a violato mandato ceu latibulum habet, nec animum ad injustitiæ mortem, variis imaginibus illudendo, trahere desinit. Statim ergo infert : nimirum quæstionem dissolvens declaransque (55) qua morte cuperet liberari, et a quo liberandus esset : *Gratia*, inquit, *Deo* (56) *per Jesum Christum* [70]. Quippe diligenter animadversum velim : si corpus hoc, ut existimatis, o Aglaophon, mortem dixisset, haudquaquam Christi, ut sui postmodum ab ejusmodi malo liberatoris, mentionem facturum. Alioqui enim quid nobis singulare accessisset Christi adventu? Quid vero omnino Apostolus, quasi Christi præsentia confirmatus, ut Dei beneficio mortem liber evaderet, istud pronun-

[66] *Psal.* XVIII, 13. [69] *Rom.* VII, 22-24. [70] *ibid.* 25.

(51) *Σκιρώσ*. Σκιῤῥώσαντα. Epiph. n. 61, ἐνσκιρώσαντα.

(52) Ἀγλ. Sirm., Ἀγλαόφρων, ut paulo post. At Epiphanius ubique, Ἀγλαοφῶν.

(53) *Cui etiam improbus ille hostis insidens.* Sic clare apud Epiphanium, referendo diabolum, qui invadat, ac velut inequitet cupiditati, ejus in nos motus inordinatos succendens. Male ergo Schottus retulit ad hominem, ipso etiam repugnante Photiano contextu.

(54) *Nam quasi nobis ipsis.* Ὡς ἑαυτοῖς, vel, ut apud Epiph., ὡς ἐν ἡμῖν αὐτοῖς, quod in idem redit. Significatur ista bonitas vel malitia, ut in nobis ac penes judicium nostrum. Sequentibus vero exponit discrimen motus animi in id quod natura bonum est, et id quod tantum ab effectione hic et nunc boni rationem induit : ut in illud totus feratur, velut suo ipse pondere; in illud velut trahatur ac vi quadam agatur : sic enim illa φέρεται et ἄγεται, delectu significant; sive postremum referat τὸν νοῦν, ut potest commode apud Photium : sive τὸν ἄνθρωπον, ut est apud Epiphanium. Nam et homini violentum est, quod ejus potiori parti, καὶ τῷ ἐν αὐτῷ ἡγεμονικῷ vim facit. Neuter interpres satis videtur hanc Methodianæ phrasis ad intentum D Apostoli, proprietatem expressisse.

(55) *Nimirum quæstionem dissolvens declaransque*, etc. Ἀμέλει διαλυόμενος. In idem redit apud Epiphanium n. 62, τὸ διαλεγόμενος, velut *edisserens*. Schottus vero nescio qua parenthesi totum involvit, jamque repente liberatum Paulum quem hactenus captivitatem querentem habuimus, inducit.

(56) *Gratia Deo.* Habent modo Græca εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ, nec est verisimile fuisse in illis quidquam mutatum : ac nec nostrum interpretem sibi indulsisse, quod hic Schottus, ut grati animi expressionem illam, in beneficii assertionem mutaverit. Crediderim ergo reddidisse, ut Methodiana ad verbum habent : *Gratia Deo*, quod subinde, scriptorum imperitia mutato *o* in *i*, *Gratia Dei* factum sit. Nam et Hieronymus quæst. 8, ad Algasiam ita legit; pro quo postea reperit, *Gratias ago Deo*. Plura F. Lucas Brugensis, Estius et alii.

tiasset, cum omnibus, priusquam etiam Christus veniret in mundum, mori contingeret? Itaque non corpus hoc, o Aglaophon, mortem appellat, sed peccatum quod per cupiditatem in corpore residet; a quo Deus Christi adventu ipsum eripuit. *Lex enim* [71] *spiritus vitæ in Christo Jesu, liberavit nos a lege peccati et mortis : ut qui suscitavit Jesum a mortuis, propter inhabitantem Spiritum ejus in nobis, vivificet et mortalia corpora nostra, damnato peccato* quod est in corpore, ad abolitionem : *Ut iustificatio legis* naturalis, consentanea præcepto qua trahimur in bonum, ceu recens accensa novoque aucta lumine (57), refulgeret. *Etenim quod* naturalis *lex* nobis insita *præstare non poterat, qua parte imbecilla erat*, vincente insita corpori cupiditate, confirmavit corroboravitque *Deus, misso Filio suo, carne assumpta simili carni peccati :* ut adjudicato neci peccato, ut ne ullos amplius in carne fructus ederet, *justificatio legis* naturæ *impleretur*, obedientiæ merito iis exuberans, qui non ex carnis cupiditate, sed ex spiritus desiderio præscriptoque incederent. *Lex enim spiritus vitæ*, hoc est Evangelium, ab superioribus legibus nova lex (58), prædicatione, ad obedientiam peccatorumque remissionem posita, a lege nos peccati et mortis, peccato quod in carne regnabat prorsus devicto, liberos fecit.

IV. Plantas ait [Methodius] nec ali e terra nec augeri. Nam, inquit, dubitet quispiam, quomodo immutata terra, in tantam arborum amplitudinem assumi possit? Oportebat enim locum in quo arbor excrevit, circumjacente terra, exsurgentibus radicibus, in ligni naturam totam subducta, excavari. Quare inanis est illorum talis de corporum fluxu consideratio. Nam qui, rogo, sese terra per radices in plantarum truncos insinuans, perque meatus in omnes earum distributa ramos, in folia et fructus commutetur? Sunt quidem proceræ arbores, cedrus, vel pinus, vel abietes, et multas frondes fructusque quotannis ferunt : plane tamen perspicuum est, nihil eas de subjecta terra in silvescentis substantiæ molem (59) insumere. Oportebat enim, si vere

A ἁμαρτίαν τὴν κατοικήσασαν διὰ τῆς ἐπιθυμίας ἐν τῷ σώματι, λέγειν· ἧς ὁ Θεὸς αὐτὸν διὰ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ ἐῤῥύσατο. *Ὁ γὰρ νόμος τῆς ζωῆς τοῦ πνεύματος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἠλευθέρωσεν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου· ὅπως ὁ ἐγείρας ἐκ νεκρῶν Ἰησοῦν, διὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτοῦ Πνεῦμα ἐν ὑμῖν, ζωοποιήσῃ καὶ τὰ θνητὰ σώματα ἡμῶν τῆς ἁμαρτίας* τῆς ἐν τῷ σώματι *κατακριθείσης* πρὸς ἀναίρεσιν· *Ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ* κατὰ τὴν ἐντολὴν πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἡμᾶς ἐφελκομένου φυσικοῦ *νόμου* φανερωθῇ ἐξαφθέν. *Τὸ γὰρ ἀδύνατον* τοῦ ἐν ἡμῖν φυσικοῦ *ἀγαθοῦ* (60), *ἐν ᾧ ἠσθένει* ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας ἡττώμενον, τῆς ἐγκειμένης ἐν τῷ σώματι, ὁ Θεὸς ἀνεῤῥώσατο, *πέμψας τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, τὴν ὁμοίαν τῆς σαρκὸς τῆς ἁμαρ-*
B *τίας σάρκα* ἀνειληφότα· ἵνα, τῆς ἁμαρτίας κατακεκριμένης, πρὸς ἀναίρεσιν, εἰς τὸ μηκέτι καρποφορῆσαι ἐν τῇ σαρκὶ, τὸ ἰδίωμα τοῦ φυσικοῦ νόμου πληρωθῇ, πλεονάσαν τῇ ὑπακοῇ τοῖς μὴ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν τῆς σαρκὸς περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ πνεύματος, καὶ τὴν ὑφήγησιν. *Ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς*, ὃ δή ἐστι τὸ Εὐαγγέλιον, ἕτερος ὢν τῶν προειρημένων νόμων, διὰ τοῦ κηρύγματος εἰς ὑπακοὴν τεθεὶς καὶ ἄφεσιν ἁμαρτημάτων, ἠλευθέρωσεν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου, νικήσας ἐκ παντὸς τὴν ἁμαρτίαν βασιλεύουσαν, [καὶ] τῆς σαρκός.

Δ'. Ὅτι φησὶ μὴ τρέφεσθαι ἢ αὐξάνειν ἀπὸ τῆς γῆς τὰ φυτά. Λέγει γὰρ, διαπορήσαι δ' ἄν τις, πῶς
C εἰς τὸν ὄγκον ἀναλαμβάνεσθαι δύναται τῶν δένδρων ἡ γῆ μεταλλοιουμένη; Ἐχρῆν γὰρ, ἅτε τῆς ὑποκειμένης γῆς ἀναρπαζομένης ἀεὶ διὰ τῶν ῥιζῶν, εἰς ὅλην τὴν ἕξιν τοῦ ξύλου τὸν τρόπον, καθ' ὃν τὸ ξύλον βεβλάστηκε, κοιλαίνεσθαι. Ὥστε μάταιος αὐτῶν ὁ τοιοῦτος τῆς περὶ τὰ σώματα ῥυήσεως ἀναλογισμός. Πῶς γὰρ ὅλως ἡ γῆ διὰ τῶν ῥιζῶν εἰς τοὺς κορμοὺς τῶν φυτῶν εἰσδυομένη, καὶ διὰ τῶν πόρων εἰς πάντας αὐτῶν κατακερματιζομένη τοὺς κλάδους, εἰς φύλλα καὶ καρπὸν μεταβάλλεται; Εὐμήκη μὲν οὖν δένδρα, κέδρος, ἢ πίτυες, ἢ ἐλάται, καὶ πολλὴν φέροντα κατ' ἔτος κόμην καὶ καρπόν. Ἰδεῖν γὰρ (61) ἔστιν, ὡς οὐδὲν τῆς ὑποκειμένης γῆς εἰς τὸν αὐτῆς

[71] *Rom.* VIII, 2, 11, 3, 4.

(57) *Ceu recens accensa novòque aucta lumine.* Sic multis Methodianam illam paraphrasim circumloqui cogimur. Est ergo τὸ ἐξαφθὲν δικαίωμα *legis* Methodio, quod Paulo, πληρωθέν, Christi nimirum gratia, et nova, præter omnes jam assignatas, Evangelii lege : sine qua, insita illa in bonum propensio, et lex mentis, cæca et insufficiens est. Cornarius non videtur legisse illam vocem; novusque alter Epiphanii interpres, clausam repræsentat, ac ceu inutilem, non redditam transcurrit. Ego cum Photio, potiorem sequentibus apud eumdem Epiphanium arbitror, necessariamque tum ad illorum antithesim, tum ad Paulini textus paraphrasim, cujus versio illa nova plane antiphrasis est. Forte tamen est genuinum magis αὖθις, quomodo Cornarius videtur legisse.

(58) *Ab superioribus legibus nova lex.* Ἕτερος ὢν τῶν προειρημένων νόμων. Non male Schottus, *quæ alia est ab antedictis legibus :* ipsa etiam lege spi-
D ritus et mentis cui subsidio advenit. Quare minus apte novus Epiphanii interpres, *ab superioribus legibus discrepans*, quod videtur contrarium sonare.

(59) *In silvescentis substantiæ molem.* Εἰς τὸν αὐτὸν ὄγκον τῆς δρυάδος. Schottus, *in vastitatem quercus*, quod videtur nonnihil barbarum. Refert proceras arbores proxime relatas, quas contendit, nihil de terra in suam substantiam convertere, quo in molem tantam excrescant : quæ sane doctrina, pace tanti viri, nisi exponatur; ut nihil, pro modico, acceperit, videtur parum philosophica : nec instantiæ omnes aliud evincunt, quam ut valde modicum quid terræ depereat, in arborum frugumque alimoniam, quod subinde aliis crementis instauretur

(60) Ἀγαθοῦ. Lege, ut apud Epiph. n. 62, νόμου. Et mox δικαίωμα pro ἰδίωμα.

(61) *Ἰδεῖν γάρ.* Scrib. ἰδεῖν δέ.

ὄγκον τῆς δρυάδος καταναλίσκουσιν. Ἐχρῆν γάρ, εἰ ἀληθὲς ἦν, διὰ τῶν ῥιζῶν ἀνερχομένην ἀποξυλοῦσθαι (62) τὴν γῆν, ἅπαντα τὸν περὶ αὐτὰ τόπον τῆς γῆς κοιλαίνεσθαι, ὅτι μὴ ἐπιῤῥέειν πέφυκε τὸ ξηρὸν, καθάπερ καὶ τὸ ὑγρὸν, ἀεὶ πρὸς τὸ κινούμενον. Ἤδη δὲ καὶ συκαί, καὶ ἄλλα τοιαῦτα φυτὰ, μνημείων ἐν οἰκοδομήμασι πολλάκις βλαστήσαντα, οὐδὲν εἰς ἑαυτὰ τῆς οἰκοδομῆς ὅλως ἱστοροῦνται κατηναλωκέναι. Εἰ γοῦν ἐτῶν πολλῶν συλλογίσασθαί τις τὸν καρπὸν αὐτῶν καὶ τὰ φύλλα βουληθείη, κατίδοι ἂν πολλαπλασίονα τῆς ἐπὶ τῶν μνημείων γῆς τὸν ὄγκον αὐτῶν γεγενημένον. Ὅθεν ἀτοπώτατον ἡγεῖσθαι τὴν γῆν, εἰς καρπῶν φορὰν μεταβαλλομένην καὶ φύλλα καταναλίσκεσθαι· κἂν δι' αὐτῆς ἅπαντα γίνεται (63), ἕδρᾳ αὐτῇ χρώμενοι καὶ τόπῳ. Οὐδὲ γὰρ ἄρτος δίχα μύλου καὶ τόπου, καὶ χρόνου, καὶ πυρὸς γίνεται· καὶ οὐδέν ἐστιν ἢ γίνεται τούτων ὁ ἄρτος. Καὶ ἐπὶ ἄλλων μυρίων ὡσαύτως.

Ε΄. Ὅτι τό, *Οἴδαμεν γάρ, ὡς, ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ*, καὶ ἑξῆς· οἱ Ὠριγενισταὶ εἰς ἀναίρεσιν τῆς τῶν σωμάτων ἀναστάσεως προβάλλονται, σκῆνος τὸ σῶμα, καὶ ἀχειροποίητον ἐν οὐρανοῖς οἰκίαν, τὰ παρ' αὐτῶν πνευματικὰ ἐνδύματα λέγοντες. Διὸ, φησὶν ὁ ἅγιος Μεθόδιος, ἐπίγειον οἰκίαν τὴν ἐνταῦθα βραχύβιον ζωὴν καταχρηστικῶς ληπτέον, καὶ οὐ τὸ σκῆνος τοῦτο. Εἰ γὰρ ἐπίγειον οἰκίαν καταλυομένην τὸ σῶμα τίθεσθαι αὐτὸν νομίζετε· φράσατε, τὸ σκῆνος τί ἐστιν, οὗ ἡ οἰκία καταλύεται; Ἕτερον γὰρ τὸ σκῆνος, καὶ ἄλλο τοῦ σκήνους ἡ οἰκία· καὶ ἕτερον ἡμεῖς, ὧν ἐστι τὸ σκῆνος. *Ἐὰν γὰρ ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία*, φησί, *τοῦ σκήνους καταλυθῇ*· οἷον ἡμᾶς μὲν τὰς ψυχὰς εἶναι δηλώσας· σκῆνος δὲ τὸ σῶμα· οἰκίαν δὲ τοῦ σκήνους τὴν κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν ἀπόλαυσιν τῆς σαρκὸς, τροπικῶς. Ἐὰν οὖν ἡ νῦν δὴ αὕτη ἡ τοῦ σώματος ζωὴ δίκην οἰκίας καταλυθῇ, ἕξομεν τὴν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀχειροποίητον. *Ἀχειροποίητον*, φησί, διὰ τὸ χειροποίητον ταύτην λέγεσθαι τὴν ζωὴν, κατὰ ἀντιδιαστολὴν, παρὰ τὸ πάντα ἡμῶν τὰ κοσμήματα καὶ σπουδάσματα τοῦ βίου χερσὶ παλαμᾶσθαι ἀνθρώπων. Τὸ γὰρ σῶμα, δημιούργημα ὑπάρχον Θεοῦ, χειροποίητον οὐ λέγεται, ὅτι μὴ ἐπαλαμήθη τέχναις ἀνθρώπων. Εἰ δὲ, διότι ὑπὸ Θεοῦ ἐδημιουργήθη, χειροποίητον αὐτὸ λέξουσι· χειροποίητοι ἄρα καὶ αἱ ψυχαί, [καὶ] οἱ ἄγγελοι, καὶ τὰ ἐνδύματα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Θεοῦ γὰρ αὐτουργήματα καὶ ταῦτα. Τίς οὖν ἐστιν ἡ χειροποίητος οἰκία; Ἡ βραχύβιος,

A a radicibus ascendens terra, lignesceret, ut omnis circumquaque locus cavaretur; quod nequeat corpus aridum, instar substantiæ humidæ, ad id quod movetur et cedit loco, continuo velut affluxu, contendere. Jam vero etiam ficus videmus (64) aliasque ejusmodi stirpes, exstructis monumentis adnascentes, ut nihil omnino ædificii in se ipsas convertant. Si quis sane editos multis annis fructus foliaque colligere statuerit, multis partibus auctiorem molem, terra monumentis aggesta perspexerit. Absurdissimum ergo est, existimare, terram in fructuum ubertatem foliaque consumi; quanquam per hanc fiant omnia, sedem ipsa et locum præstante. Nam neque panis sine mola fit, sine loco, sine tempore et igni: nec tamen horum aliquid est aut fit panis. Quod ipsum in sexcentis aliis contingit.

B V. Hoc Pauli: *Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra tabernaculi dissolvatur* [11], etc. Origenistæ ad tollendam corporum resurrectionem proferunt, dicentes, tabernaculum esse corpus; domum autem non manu factam in cœlis, quæ illi comminiscuntur spiritalia indumenta. Hinc dicit S. Methodius, per terrestrem domum, brevem hanc vitam abusive intelligendam; non vero esse hoc tabernaculum. Si enim, inquit, per terrestrem domum dissolvendam, corpus nostrum ab eo intelligi putatis; quid tabernaculum sit, docete, cujus domus sit dissolvenda? Aliud enim est tabernaculum, aliud tabernaculi domus: et aliud nos, quorum est tabernaculum. *Si enim*, inquit, *terrestris domus nostra tabernaculi dissolvatur*: velut, esse nos, animas; C tabernaculum auteur, corpus; tabernaculi vero domum, carnis usuram in vita præsenti, moraliter et sensu spiritali significaverit. Si ergo hæc corporis vita instar domus dissolvatur, habituri sumus domum illam non manu factam in cœlis. Vocat *non manu factam*, differentiæ causa; quod vita hæc ideo manu facta dicatur, quod omnis ejus cultus et studia, hominum manibus administrentur et gerantur. Nam corpus, cum sit Dei opificium, non dicitur manu factum, quod non sit arte humana manibus efformatum. Quod si ideo corpus dixerint manu factum, quod illud Deus sit operatus, plane sequitur, ut et animæ, et angeli, ipsaque in cœlis spiritalia indumenta, manu facta dicantur. Nam et illa, D

[11] *II Cor.* v, 1.

tur, aut certe minus percipiatur subtractum. Videmus quam paucos cineres, quæ fere terrena substantia in combustibilibus est, ingens silva relinquat: inesse vero plurimum aeris arboribus, indicat levitas, qua etiam aquis supernatant; aquam vero præter alia ostendit earum virens luxuries, maturatumque augmentum, quibus locis aquæ copia manant.

(62) Ἀποξ. Sirm. ἀναξυλοῦσθαι.

(63) *Γίνεται*. Al., γίνωνται. Et mox forte, χρώμενα.

(64) *Ficus videmus*, etc. Accipere aliquid e parietibus quibus adnascuntur, hujusmodi sive caprificos, sive stirpes alias, præter alia, etiam ruina ostendit, quam tandem ædificio afferunt, disjectis lapidibus intrusisque in locum cæmenti radicibus, ejusque exsucto terreo pinguiore; ut debeat quandoque paries infesta plantatione depurgandus dirui, novusque instaurari; quod ipse Methodius exemplum, in nostram, stirpitus evellendo peccato, mortem, seculuramque resurrectionem, egregie in superioribus deducit.

suis velut manibus, is ipse operatus, fecit. Quæ est ergo domus manu facta? Utique brevis hæc vita, quemadmodum dicebam, humanis manibus velut affecta et sustentata. Nam inquit, *In sudore vultus tui vesceris pane tuo* [73]: qua dissoluta, immortalem illam vitam non manu factam occupamus: quemadmodum ipse Dominus declaravit, cum dixit [74]: *Facite vobis amicos de mammona iniquo* (65), *ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Quod enim illic Dominus *tabernacula* vocavit, hic Apostolus vocat *indumenta*. Quod illic *amicos de iniquitate*, hic Apostolus *domos dissolvendas*. Quemadmodum ergo, cum præsentis vitæ nostræ dies defecerint, nostras animas sunt acceptura beneficentiæ merita, si qua, iniqua hac vita, comparavimus; eo iniqua, quod *mundus sit positus in maligno* [75]: ita cito peritura vita hac dissoluta, habitationem apud Deum quæ est ante resurrectionem, ipsi, hoc est animæ, sumus habituri (66), donec nobis instauratam domum illam, numquam casuram recipiamus. *Unde et ingemiscimus, eo quod nolumus exspoliari* corpus, *sed* retento illo, vitam reliquam *supervestiri* [76]. Illud enim *de cœlo domicilium, quod superindui cupimus,* immortalitas est: quam cum fuerimus superinduti, *absorbebitur* penitus quidquid in ea infirmum est et *mortale, ab* æterna *vita* consumptum. *Per fidem enim ambulamus, et non per speciem* [77]. Hoc est: Nam adhuc per fidem incedimus, statum illum obscurissima consideratione aspicientes, et non clare; ut videre, frui et esse in illo possimus. *Hoc autem dico, fratres, quia caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt; neque corruptio incorruptionem possidebit* [78]. Carnis nomine non ipsam carnem significavit, sed brutum appetitum in lascivas animæ voluptates. Ubi ergo dixisset, *quod caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt*, consequenter pronuntiavit, *neque corruptio incorruptionem possidebit*. Atqui corruptio non res ipsa est quæ corrumpitur, sed quod corrumpit. Prævalente quidem morte, vergit corpus in corruptionem: contra vero, permanente in eo vita, stat illabefactatum. Quare cum caro inter confinia corruptionis et incorruptionis, ac nec corruptio nec incorruptio facta esset; victa vero propter voluptatem, quanquam incorruptionis opus et possessio, fuisset a corruptione: propterea cor-

ὡς ἔφην, αὕτη ζωὴ, ἡ ἀπ' ἀνθρωπίνων χειρῶν δραματουργημένη. *Φάγῃ* γὰρ, φησὶν, *ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου σου τὸν ἄρτον σου*· ἧς καταλυθείσης, ἐκείνην τὴν ἀχειροποίητον ζωὴν ἔχομεν. Καθάπερ καὶ ὁ Κύριος εἰπὼν, ἐδήλωσε· *Ποιήσατε φίλους ἐκ τῆς ἀδικίας τοῦ μαμμωνᾶ, ἵνα, ὅταν ἐκλίπητε, δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς.* Ὃ γὰρ ἐκεῖ *σκηνὰς* ὁ Κύριος ἐκάλεσε, τοῦτο ἐνταῦθα ὁ Ἀπόστολος *ἐνδύματα*. Οὓς δὲ ἐκεῖ *φίλους ἐκ τῆς ἀδικίας*, ἐνταῦθα *καταλυομένας* ὁ Ἀπόστολος *οἰκίας*. Καθάπερ γοῦν, ἐὰν ἐλλείψωσιν αἱ τῆς παρούσης ζωῆς ἡμῶν ἡμέραι, τὰ πρὸς εὐποιίαν τὰς ψυχὰς ἡμῶν ὑποδέξονται ἀγαθοεργήματα, ἃ ἀπὸ τῆς ἐν τῇ ἀδικίᾳ ζωῆς ἐκτησάμεθα, τῷ *τὸν κόσμον ἐν τῷ πονηρῷ κεῖσθαι*· οὕτω, τῆς ζωῆς καταλυθείσης τῆς ὠκυμόρου, τὴν πρὸ τῆς ἀναστάσεως ἕξομεν οἴκησιν, αἱ ψυχαὶ, παρὰ τῷ Θεῷ (67), εἰς τ' ἀνακαινοποιηθεῖσαν ἡμῖν ἄπτωτον ἀναλάβωμεν τὴν οἰκίαν. *Ὅθεν καὶ στενάζομεν, μὴ θέλοντες* τὸ σῶμα *ἀπεκδύσασθαι, ἀλλ'* ἐπ' αὐτῷ τὴν λοιπὴν *ἐπενδύσασθαι* ζωήν. Τὸ γὰρ *οἰκητήριον τὸ ἐξ οὐρανοῦ, ὃ ἐπενδύσασθαι ἐπιθυμοῦμεν*, ἡ ἀθανασία ἐστίν· ἣν ἐὰν ἐπενδυσώμεθα, *καταποθήσεται* πᾶν τὸ ἐν αὐτῇ ὁλοσχερῶς ἀσθενὲς, *ὑπὸ* τῆς ἀχρόνου ζωῆς καταναλωθὲν, καὶ *θνητόν*. *Διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους.* Τουτέστι· Διὰ πίστεως γὰρ ἐπιβαίνομεν ἔτι, ἀτρανωτάτῳ λογισμῷ τὰ ἐκεῖ πράγματα κατοπτεύοντες, καὶ οὐ σαφῶς· ὥστε καὶ ὁρᾷν, καὶ ἀπολαύειν, καὶ ἐν αὐτοῖς εἶναι. *Τοῦτο δέ φημι, ἀδελφοὶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα κληρονομῆσαι βασιλείαν Θεοῦ οὐ δύνανται, οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ.* Σάρκα, φησὶν, οὐ τὴν σάρκα αὐτὴν ἐδήλωσεν, ἀλλὰ τὴν ἄλογον πρὸς τὰς μαχλώσας τῆς ψυχῆς ὁρμὴν ἡδονάς. Εἰπὼν οὖν· *Ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύνανται*· ἐπαπεφήνατο· *Οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ.* Φθορὰ δὲ οὐχ αὐτό ἐστι τὸ φθειρόμενον, ἀλλὰ τὸ φθεῖρον. Ἐπικρατήσαντος μὲν γὰρ τοῦ θανάτου, κλίνεται τὸ σῶμα εἰς φθοράν· ἐπιμενούσης δὲ ἔμπαλιν τῆς ζωῆς ἐν αὐτῷ, ἕστηκε μὴ καθαιρούμενον. Διὸ ἐπειδὴ μεθόριον τῆς ἀφθαρσίας ἐγενήθη καὶ τῆς φθορᾶς ἡ σὰρξ, οὐκ οὖσα οὐδὲ φθορὰ οὐδὲ ἀφθαρσία, ἐκρατήθη δὲ διὰ τὴν ἡδονὴν ὑπὸ τῆς φθορᾶς, ποίημα τῆς ἀφθαρσίας καὶ κτῆμα ὑπάρχουσα· διὰ τοῦτο γεγένηται εἰς φθοράν. Καὶ ἐπεὶ συνεκροτήθη (68) ὑπὸ τῆς φθορᾶς, καὶ θανάτῳ διὰ

[73] *Gen.* III, 19. [74] *Luc.* XVI, 9. [75] I *Joan.* V, 19. [76] II *Cor.* V, 2, 3. [77] *ibid.* 7. [78] I *Cor.* XV, 50.

(65) *De mammona iniquo.* Ἐκ τῆς ἀδικίας τοῦ μαμμωνᾶ, velut ex injustitia mammonæ: quod magnam habet expressionem: quanquam habent Græca Luc. ut reddidit noster interpres, ἐκ τοῦ μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας: nec forte illud Methodii aliud est quam ὑπερβατόν, qualia passim illius exstant, ac velut affectata.

(66) *Ipsi, hoc est animæ, sumus habituri,* ἕξομεν οἴκησιν, *αἱ ψυχαί*. Sic paulo inferius n. 7: Ἡμεῖς γὰρ οἱ ζῶντες *αἱ ψυχαί* ἐσμεν, *nos qui vivimus, animæ sumus*, velut totum hominem, unam animam Platonice agnoscat, et velit a Paulo significatum: quod nihil Viennensi et Lateranensi conciliis adversatur, pronuntiantibus adversus Averroistas vel etiam Origenianos quos hic Methodius impugnat, ponentes corpus velut omnino extraneum homini, nec a creatione acceptum, sed carceris loco in pœnam datum; non damnatam plerisque Patribus ἐντελέχειαν illam Aristotelis, velut animæ immortalitati infestam, ac plus justo materiæ immergentem, nec satis absolutam servantem, ceu divinum dogma et ab Spiritu sancto, definientibus. Interpres videtur dissimulasse, mutata prima persona in tertiam, *animæ habebunt*: sed non licuit in reliquis. Ipse tamen palam Methodius initio horum excerptorum, hominem non solam esse animam statuit. Quare hic metonymice loquitur, et denominatione sumpta a potiori.

(67) *Εἰς τ' ἀνακ.* Editi, ἔστ' ἂν ἀνακ.

(68) *Συνεκροτήθη.* Scribe συνεκρατήθη ex Rupif.

παιδείαν παρεδόθη, εἰς νῖκος αὐτὴν τῇ φθορᾷ καθάπερ κληρονομίαν οὐ κατέλιπεν· ἀλλὰ πάλιν, διὰ τῆς ἀναστάσεως νικήσας τὸν θάνατον, ἀπέδωκε τῇ ἀφθαρσίᾳ, ἵνα μὴ κληρονομήσῃ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν, ἀλλ' ἡ ἀφθαρσία τὸ φθαρτόν. Ἐπαποκρίνεται γοῦν· *Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τὴν ἀθανασίαν*. Φθαρτὸν δὲ καὶ θνητὸν ἐνδυόμενον ἀθανασίαν καὶ ἀφθαρσίαν, τί ἂν ἕτερον εἴη παρὰ τὸ *σπειρόμενον ἐν φθορᾷ, καὶ ἀνιστάμενον ἐν ἀφθαρσίᾳ*; ἵνα, *καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου*. Ἡ γὰρ εἰκὼν τοῦ χοϊκοῦ, ἣν ἐφορέσαμεν· τὸ, *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ*, ἐστίν. Ἡ δὲ εἰκὼν τοῦ ἐπουρανίου ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις καὶ ἡ ἀφθαρσία.

A ruptioni mancipata est. Postquam ergo victa fuisset a corruptione, mortique propter castigationem (71) tradita, noluit Deus, ceu hæreditatem, corruptioni ad victoriam relinquere : sed victa rursum morte per resurrectionem, incorruptioni reddidit, ut ne corruptio incorruptionem, sed magis incorruptio, quod est corruptibile in hæreditatem acciperet. Ad hæc itaque respondet Apostolus [79] : *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale, immortalitatem*. Corruptibile autem et mortale hoc induere immortalitatem et incorruptionem, quid aliud sit, quam ut *quod seminatur in corruptione, surgat in incorruptione* [80] ? Ut *sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem cœlestis* [81]. Nam imago terreni quam portavimus, illud est : *Terra es, et in terram reverteris* [82]. Imago autem cœlestis, resurrectio est ex mortuis et incorruptio.

ϛ'. Ἰουστῖνος δὲ ὁ Νεαπολίτης, ἀνὴρ οὔτε τῷ χρόνῳ πόῤῥω ὢν τῶν ἀποστόλων οὔτε τῇ ἀρετῇ, κληρονομεῖσθαι μὲν τὸ ἀποθνῆσκον, κληρονομεῖν δὴ τὴν ζωὴν (69), λέγει. Καὶ ἀποθνήσκειν μὲν σάρκα, ζῆν δὲ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ὁπόταν δὴ *σάρκα* ὁ Παῦλος *καὶ αἷμα μὴ δύνασθαι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ κληρονομῆσαι* λέγῃ· οὐχ ὡς ἐκφαυλίζων, φησὶ, τῆς σαρκὸς τὴν παλιγγενεσίαν ἀποφαίνεται, ἀλλὰ διδάσκων, οὐ κληρονομεῖσθαι βασιλείαν Θεοῦ, αἰώνιον ὑπάρχουσαν ζωὴν, ὑπὸ τοῦ σώματος, ἀλλὰ τὸ σῶμα ὑπὸ τῆς ζωῆς. Εἰ γὰρ ἐκληρονομεῖτο ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ὑπὸ τοῦ σώματος ζωὴ ὑπάρχουσα, συνέβαινεν ἂν τὴν ζωὴν ὑπὸ τῆς φθορᾶς καταπίνεσθαι. Νῦν δὲ τὸ τεθνηκὸς ἡ ζωὴ κληρονομεῖ, ἵνα εἰς νῖκος καταποθῇ ὁ θάνατος ὑπὸ τῆς ζωῆς, καὶ τὸ φθαρτὸν τῆς ἀφθαρσίας κτῆμα ἀναφανῇ· C ἐλεύθερον μὲν θανάτου καὶ ἁμαρτίας γεγενημένον, δοῦλον δὲ καὶ ὑπήκοον ἀθανασίας· ὅπως τῆς ἀφθαρσίας τὸ σῶμα ᾖ, καὶ μὴ τοῦ σώματος ἡ ἀφθαρσία.

B VI. Justinus vero Neapolitanus (72), vir haud longe ab apostolorum temporibus et virtutibus remotus, quod quidem mortale est, possideri dicit, vitam autem possidere. Et carnem quidem mori, cœlorum autem regnum vivere. Cum itaque ait Paulus [83], *non posse carnem et sanguinem, regnum Dei possidere :* non eo, inquit, dicit, ut carnis regenerationem videatur negare ; sed ut doceat, non possideri regnum Dei quod est vita æterna, a corpore, sed corpus a vita. Si enim regnum Dei, cum sit vita, a corpore possideretur ; eveniret ut vita a corruptione absorberetur. Nunc contra, id quod est mortuum, a vita possidetur, ut mors in victoria absorbeatur a vita : corruptibileque illud incorruptioni possessio cedat ; liberatum quidem a morte et peccato, factum autem immortalitati subjectum et servum ; ut corpus quidem sit incorruptionis, non incorruptio corporis.

Ζ'. Ὅτι, *Καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτον, ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες*· ὁ ἅγιος Μεθόδιος οὕτω φησί. Τουτέστι· αὐτὰ ἡμῶν ταῦτα τὰ σώματα· ἡμεῖς γὰρ οἱ ζῶντες αἱ ψυχαὶ ἐσμεν, οἱ ἀπολαμβάνοντες ἐγερθέντες (70) ἐκ τῆς γῆς τοὺς νεκρούς· ἵνα, εἰς ἀπάντησιν ἅμα αὐτοῖς ἁρπασθέντες τοῦ Κυρίου,

VII. Illud : *Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primum, deinde nos qui vivimus* [84] : sic edisserit S. Methodius. Hoc est : Ipsa nostra hæc corpora : Nos enim qui vivimus (73), animæ sumus, qui resumimus excitata a terra corpora mortua ; ut in occursum Domini, una cum illis rapti, gloriose

[79] I *Cor.* xv, 53. [80] *ibid.* 42. [81] *ibid.* 49. [82] *Gen.* iii, 19. [83] I *Cor.* xv, 50. [84] I *Thess.* iv, 16.

(69) *Τὴν ζωήν*. Editi, τὸ ζῶν. Fortasse rectius. *Hæreditari id quod mortale est dicit, hæreditare autem id quod vivit.* Hoc dictum refert inter opera deperdita S. Justini M. doctissimus Maranus pag. 596, ubi hæc adnotat : Similis sententia apud Irenæum : qui quidem mihi videtur accuratius dicere *carnem hæreditate possideri in regno*, ea in Spiritum sanctum transferens, quæ Methodius de ipso regno cœlorum dixit. Gall.

(70) *Ἐγερθέντες*. Al. ἐγερθέντας.

(71) *Propter castigationem*. Διὰ παίδευσιν. Rupifucald. habet, διὰ παρακοήν. Neutra lectio spernenda. Ut enim fuerit a prævaricatione et inobedientia, castigatio nihilominus fuit, pœnaque inducta, non perdendo homini, sed erudiendo.

(72) *Justinus vero Neapolitanus*. Neapoleos, non celebris illius Campaniæ in Italia, sed quæ est D Συρίας τῆς Παλαιστίνης, *Syriæ Palæstinæ*, ut Euseb. l. iv, c. 11, et ut Photius noster in sua hac Μυριοβίβλῳ· Πατρίδα εἶχε Νεάπολιν, τὴν ὑπὸ τὴν ἐπαρχίαν τελοῦσαν Παλαιστίνης, *patriam habuit Neapolim, Palæstinæ accensum oppidum.* Sic Latine satis interpres apud Justinum Parisinæ editionis 1615, utinam æque Christiane in titulo egisset, ac vel non fecisset fucum, vel sibi fieri a Græculo schismatico, prænotante *sanctum*, diri schismatis antesignanum, non permisisset. Locum ex quo Methodius ista descripsit, mala numeri ascriptio in Justino celavit.

(73) *Nos enim qui vivimus*. Subtilior videtur quam solidior dicti apostolici expositio, satis alioquin difficilis ; quo tamen Paulus magni rem sacramenti contineri innuit. Communis expositio, ut loquatur de iis qui tunc superstites erunt, et in eorum persona ; qua de re ibi interpretes.

ipsi celebremus festum resurrectionis: eo quod æterna nostra tabernacula, nunquam amplius interitura vel dissolvenda, acceperimus.

VIII. Vidi, inquit, in Olympo monte Lyciæ, ignem sponte sua in montis cacumine enascentem; juxta quem, stirps, pyragnus nomine, exsistit, adeo florida virens et opaca, ut e fonte potius nata videatur. Quam igitur ob causam, cum naturæ corruptibiles sint, et corpora ab igne consumantur; hæc nihilominus stirps, non modo non exuritur, sed etiam magis efflorescit, quamvis natura facile exuri possit, præsertim ad ipsius radices igne eructante? Ramos ergo ex circumjacentis silvæ arboribus in ignem illic erumpentem conjeci; qui subito flammis correpti, in cinerem redacti sunt. Quid ergo sibi vult hoc miraculum? Signum et indicium futuræ illius diei Deus hoc exhibuit, uti sciamus, fore ut igne obruente omnia ac consumente, corpora quæ in castitate et justitia versata sunt, per ignem incedant haud secus ac per frigidam aquam.

IX. Vide, inquit, utrum non B. Joannes, cum dicit [85]: *Dedit mare mortuos suos, qui in eo erant: et mors et infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant;* partes ab elementis redditas ad uniuscujusque reparationem, ostenderit? Ut mare quidem, intelligatur substantia humida: infernus autem, aer, quod obscurus non videatur, quemadmodum Origenes ipse explicat: mors denique terra accipiatur, eo quod mortuus in ea reponatur: unde et *pulvis mortis* appellatur in Psalmis [86], Christo dicente, *se in pulverem mortis deductum esse.*

X. Quidquid enim, inquit, ex puro aere et puro igne componitur, ejusdem cum angelicis concretionibus (74) et corporibus substantiæ est, haudquaquam terræ ac aquæ qualitate præditum est; quia necessario ipsum esset terrestre. Tale et talibus constans, resurrecturum corpus finxit Origenes, quod etiam spirituale appellavit.

XI. Atqui, inquit, quæ species erit resurgentis, si forma hæc humana, velut sententia ipsius inutilis, abolenda sit; longe illa ex omnibus amabilior, quæ in animalia concrescunt: qua et Numen ipsum ut imagine utitur (75), quemadmodum etiam ex-

A ἐνδόξως ἑορτάσωμεν αὐτῷ τὴν φαιδρὰν τῆς ἀναστάσεως ἑορτὴν, ἀνθ' ὧν αἰωνίους ἡμῶν τὰς σκηνὰς οὐκέτι τεθνηξομένας ἢ λυθησομένας ἀπειλήφαμεν.

Η'. Ὅτι, φησὶν, ἐθεασάμην ἐν Ὀλύμπῳ ἐγὼ (ὄρος δέ ἐστιν ὁ Ὄλυμπος τῆς Λυκίας·) πῦρ αὐτομάτως κατὰ τὴν ἀκρώρειαν τοῦ ὄρους κάτωθεν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδόμενον, περὶ ὃ πύραγνος φυτόν ἐστιν, οὕτω μὲν εὐθαλὲς καὶ χλοερὸν, οὕτω δὲ σύσκιον, ὡς ὑπὸ πηγῆς μᾶλλον αὐτὸ βεβλαστηκέναι. Δι' ἥντινα οὖν αἰτίαν, εἰ φύσεις εἰσὶ φθαρτῶν, καὶ ὑπὸ πυρὸς καταναλισκομένων σωμάτων, οὐ μόνον οὐ καταφλέγεται τὸ φυτὸν τοῦτο, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀκμαιότερον ὑπάρχει, εἰ τῇ φύσει ἐστὶν εὔκαυστον, καὶ ταῦτα περὶ αὐτὰς αὐτοῦ ῥίζας τοῦ πυρὸς ἐντυφωμένου; Κλάδους γοῦν ἐγὼ δένδρων ἐκ τῆς παρακειμένης ὕλης ἐπέρ-B ῥιψα, καθ' ὃν ἐρεύγεται τὸ πῦρ τόπον· καὶ εὐθέως εἰς φλόγα ἀρθέντες, ἐτεφρώθησαν. Τί οὖν βούλεται τὸ παράδοξον; Δεῖγμα τοῦτο τῆς μελλούσης ὁ Θεὸς ἡμέρας καὶ προοίμιον ἔθετο· ἵνα γινώσκωμεν, ὅτι, πάντων πυρὶ κατομβρουμένων, τὰ ἐν ἁγνείᾳ σώματα διατρίψαντα (76) καὶ δικαιοσύνῃ, καθάπερ ψυχρῷ ὕδατι ἐπιβήσονται.

Θ'. Ὅτι, φησὶν, ἐπίστησον δὲ μήποτε καὶ ὁ μακάριος Ἰωάννης, *Ἔδωκεν ἡ θάλασσα τοὺς νεκροὺς τοὺς ἐν αὐτῇ*, λέγων· *καὶ ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης ἔδωκαν τοὺς νεκροὺς τοὺς ἐν αὐτοῖς*· τὰ ἀπὸ τῶν στοιχείων ἀναδιδόμενα πρὸς ἀποκατάστασιν ἑκάστου μόρια ἐδήλωσε; Τὴν μὲν γὰρ θάλασσαν εἶναι τὴν ὑγρὰν οὐσίαν· ᾅδην δὲ τὸν ἀέρα, παρὰ τὸ ἀειδές· διὰ τὸ μὴ ὁρᾶσθαι, καθάπερ ἐλέχθη καὶ Ὠριγένει· καὶ C θάνατον τὴν γῆν, παρὰ τὸ ἐν αὐτῇ κλίνεσθαι τὸν θνήσκοντα· ὅθεν καὶ χοῦς ἐκλήθη *θανάτου* ἐν ψαλμοῖς· *εἰς χοῦν θανάτου κατῆχθαι*, εἰρηκότος Χριστοῦ.

Ι'. Ὅτι, φησὶ, πᾶν γὰρ τὸ ἐκ καθαροῦ ἀέρος καὶ καθαροῦ πυρὸς συνιστάμενον σύγκριμα, καὶ τοῖς ἀγγελικοῖς ὁμοούσιον ὑπάρχον, οὐ δύναται γῆς ἔχειν ποιότητα καὶ ὕδατος· ἐπειδὴ συμβήσεται ἔσεσθαι αὐτὸ γεῶδες. Τοιοῦτον καὶ ἐκ τούτων τὸ ἀναστῆναι μέλλον σῶμα ἀνθρώπου Ὠριγένης ἐφαντάζετο· ὃ καὶ πνευματικὸν ἔφη (77).

ΙΑ'. Ὅτι, φησὶ, ποταπὸν ἄρα ἔσται (78) καὶ σχῆμα τὸ ἀνιστάμενον, εἰ ὅλως τὸ ἀνθρωποειδὲς τοῦτο, ὡς ἄχρηστον ὂν κατ' αὐτὸν, ἐξαφανίζεται· ὃ πάντων ἐστὶ τῶν εἰς ζῶα συγκεκριμένων σχημάτων ἐρασμιώτατον· ᾧ καὶ τὸ Θεῖον χρῆται εἰκόνι (79), καθάπερ καὶ

[85] *Apoc.* XX, 3. [86] *Psal.* XXI, 16.

(74) *Cum angelicis concretionibus et corporibus.* Refert enim τὸ σύγκριμα ex aere et igne, puris illis, ab impuriorum terræ et aquæ mistione: quale plurimi veteres angelicum σύγκριμα et corpus posuerunt; quos etiam Cajetanus ad cap. VI ad Ephes. secutus est, in hoc ipse minime sequendus. Hic ipse Origenis error, ille Eutychii patriarchæ videtur, negantis olim tractabilem corporum resurrectionem; quo eum errore, Gregorius noster, ut eo nihil ei decesserit sanctitatis, absolvit. Sic passim, successione temporum, recrudescunt potius veteres hæreses, quam novæ oriantur: quod utinam paulo superius, nostrumque ipsum ævum, in tanta hæreseon colluvie non esset expertum.

(75) *Qua et Numen ipsum ut imagine utitur.* D Omisit interpres vel librarius τὸ εἰκόνι vel εἰκόνα, quod utrumque probatum est. Utitur, inquam; non quasi ipsum sit figurabile, sed tanquam velut perfectissimo repræsentari in quolibet vel sexu vel genere: qua eadem ratione, incorporeos angelos nobisque natura præstantes, non nisi virili exhibemus figura. De quibus tamen velut corporeis Methodius noster, nostro statim modo; attributa, ratione etiam corporis, imagine, philosophatur.

(76) *Διατρίψαντα.* Cod. Rupif., διατρέψαντα.

(77) *Ὃ καὶ πνευματικὸν ἔφη.* Editi; ὃ πν. ἔφησε.

(78) *Ἔσται.* Al., ὃ ἐστι.

(79) *Εἰκόνι.* Sirm. εἰκόνα.

ὁ σοφώτατος Παῦλος δηλοῖ· *Ἀνὴρ μὲν γὰρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλὴν, εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων*· εἰς ὃ καὶ τὰ νοερὰ τῶν ἀγγέλων σώματα διεκοσμήθησαν; Ἆρα κυκλοτερὲς, ἢ πολυγώνιον, ἢ κυβικὸν, ἢ πυραμοειδές; Πλεῖσται γὰρ τῶν σχημάτων αἱ παραλλαγαί· ἀλλὰ τοῦτο ἀμήχανον. Οὐκοῦν τίς ἡ ἀποκλήρωσις, τὸ μὲν θεοείκελον σχῆμα (ὁμολογεῖ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁμοειδῆ εἶναι τὴν ψυχὴν τῷ σώματι) ἀπαγορεύεσθαι ὡς ἀκλεέστερον, ἄπουν δὲ καὶ ἄχειρον ἀνίστασθαι;

ΙΒʹ. Ὅτι, φησὶν, ὁ μετασχηματισμὸς ἡ εἰς τὸ ἀπαθὲς καὶ ἔνδοξόν ἐστιν ἀποκατάστασις. Νῦν μὲν γὰρ τὸ *σῶμα* ἐπιθυμίας ἐστὶ καὶ *ταπεινώσεως*· διὸ καὶ Δανιὴλ *ἀνὴρ ἐπιθυμίας* ἤκουε (80). Τότε δὲ μετασχηματίσεται εἰς σῶμα ἀπαθές· οὐ τῇ ἐξαλλαγῇ τῆς διακοσμήσεως τῶν μελῶν, ἀλλὰ τῷ μὴ ἐπιθυμεῖν τῶν ὑλικῶν ἡδονῶν.

Ὅτι φησὶν, ἐξελέγχων τὸν Ὠριγένην· Βούλεται τοίνυν ὁ Ὠριγένης τὴν μὲν αὐτὴν σάρκα οὐκ ἀποκαθίστασθαι τῇ ψυχῇ, τὴν δὲ ποίαν ἑκάστου μορφὴν, κατὰ τὸ εἶδος, τὸ τὴν σάρκα καὶ νῦν χαρακτηρίζον, ἐν ἑτέρῳ πνευματικῷ ἐντετυπωμένην ἀναστήσεσθαι σώματι· ἵνα ἕκαστος πάλιν ὁ αὐτὸς φανῇ κατὰ τὴν μορφήν· καὶ τοῦτο εἶναι τὴν ἐπαγγελλομένην ἀνάστασιν. Ῥευστοῦ γὰρ, φησὶν, ὑπάρχοντος τοῦ ὑλικοῦ σώματος, καὶ μηδέποτε μένοντος ἐφ' ἑαυτῷ, ἀλλὰ ἀπογινομένου καὶ ἐπιγινομένου περὶ τὸ εἶδος τὸ χαρακτηρίζον τὴν μορφὴν, ὑφ' οὗ καὶ συγκρατεῖται τὸ σχῆμα· ἀνάγκη δὴ τὴν ἀνάστασιν ἐπὶ μόνου εἴδους ἔσεσθαι.

ΙΓʹ. Εἶτα μετ' ὀλίγον φησίν· Οὐκοῦν, ὦ Ὠρίγενες, εἰ ἐπὶ τοῦ εἴδους μόνον προσδοκᾶσθαι διισχυρίζῃ τὴν ἀνάστασιν ἐν πνευματικῷ μεταθησομένου σώματι, ἀπόδειξίν τε δοκιμωτάτην τὴν κατὰ τὸν Ἠλίαν ἡμῖν ὀπτασίαν καὶ Μωσέα παρέχεις· ὥσπερ ἐκεῖνοι, φάμενος, μετὰ τὴν ἀπὸ τοῦ βίου ἔξοδον ὤφθησαν, οὐχ ἕτερον παρ' ὃ εἶχον εἶδος ἐξ ἀρχῆς διασώζοντες· κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ἡ πάντων ἔσται ἀνάστασις (81). Ὁ Μωσῆς δὲ καὶ Ἠλίας, πρὸ τοῦ τὸν Χριστὸν παθεῖν καὶ ἀναστῆναι, ἤδη τὸ εἶδος τοῦτο, ὃ φῄς, ἔχοντες ἀνέστησαν καὶ ὤφθησαν· πῶς δὴ ἔτι ὁ Χριστὸς *Πρωτότοκος* εἶναι *τῶν νεκρῶν* ὑπὸ τῶν προφητῶν καὶ τῶν ἀποστόλων ᾄδεται; Εἰ γὰρ Πρωτότοκος τῶν νεκρῶν Χριστὸς εἶναι πεπίστευται, πρωτότοκος δέ ἐστι τῶν νεκρῶν ὁ πρὸ πάντων ἀναστάς· ὁ δὲ Μωσῆς ἤδη καὶ πρὸ τοῦ τὸν Χριστὸν παθεῖν ἔχων τὸ εἶδος τοῦτο ἐφάνη τοῖς ἀποστόλοις, περὶ ὃ πληροῦσθαι φῄς αὐτὸς τὴν ἀνάστασιν· οὐκ ἄρα τοῦ εἴδους χωρὶς τῆς σαρκός

A planat sapientissimus Paulus [87]: *Vir quidem non debet velare caput suum, quoniam imago et gloria Dei est;* ad quod etiam, intelligendi facultate prædita angelorum corpora, exornata sunt et digesta? Num ergo figura ejusmodi rotundior erit aut multangula, aut cubica, aut pyramidalis? Variæ enim sunt figurarum species: sed est hoc impossibile. Ecqua vero distributio, ut forma quidem Dei similis (similem enim animam esse corpori ipse quoque fatetur) ceu ignobilior abjiciatur; sine vero pedibus manibusque homo resurgat?

XII. Transformatio, inquit, est in statum immunem a passione, ac gloriæ in integrum restitutio. Nunc quippe *corpus* desiderii est et *humilitatis* (82); unde et Daniel *vir desideriorum* appellatus est [88]: B tunc autem transfigurabitur in corpus impassibile; non membrorum ornatu mutato, sed corporalium voluptatum exstincto desiderio.

Tum ait, coarguens Origenem: Existimat itaque Origenes non eamdem animæ carnem instauratum iri; sed fore, ut qualis est singulorum forma in specie, quæ et modo carnem ceu obsignat distinguitque, spiritali alii corpori impressa, resurgat; ut iterum idem quisque, secundum speciem formamque appareat: atque hanc esse promissam nobis resurrectionem. Cum enim, inquit, corpus materiale fluxum sit, neque in se ipso unquam consistat, sed decedat accedatque circa speciem distinguentem formam, qua etiam figura continetur; C plane necessarium conficitur, ut resurrectio in sola specie et forma fiat.

XIII. Deinde post pauca dicit: Si igitur, o Origenes, resurrectionem in sola specie et forma, in spiritale corpus mutata, exspectandam contendis, et visionem Eliæ et Moysis pro certissima nobis demonstratione exhibes: quemadmodum illi, inquis, post mortem, non alia quam viventes olim habebant, specie formaque apparuerunt; ita et nos omnes resurgemus. Atqui Moyses Eliasque, jam ante Christi passionem ac resurrectionem, formam hanc quam ais, habentes resurrexerunt et apparuerunt: qui ergo Christus *Primogenitus mortuorum* [89] prophetico apostolicoque præconio celebratur? Nam si Christus Primogenitus mortuorum creditus est, est D vero primogenitus mortuorum, qui omnes resurgendo præcessit: Moyses autem jam ante Christi passionem ea forma apostolis visus est, in qua resurrectionem implendam dicis: utique sequitur (83), ut forma non resurgat sine carne. Nam

[87] I *Cor.* XI, 7. [88] *Dan.* IX, 23. [89] *Apoc.* I, 5.

(80) *Ἤκουε*. Al., ἤκουσε.

(81) *Ἔσται ἀνάστ.* Al., σοι ἀνάστ.

(82) *Corpus desiderii et humilitatis.* Alterum habet Paulus *Philipp.* III, 21, alterum ipse aliique passim insinuant, dum carnis et corporis desideria loquuntur: vixque nisi in malam partem. At in Daniele summæ virtutis probatio est, ut *vir desideriorum* audierit, quanquam nec ipse male affertur in exemplum; sunt enim etiam ejusmodi cordis contriti sancta desideria, aliena ab supera illa ἀπαθείᾳ, et statu gloriæ, quo sola est, vel ut sola beata desiderata possessio.

(83) *Utique sequitur, ut forma non resurgat sine carne.* Οὐκ ἄρα τοῦ εἴδους χωρὶς τῆς σαρκός ἐστιν ἡ ἀνάστασις. Clara conclusio, quam Schottus male assumptionem facit: sequensque dilemma assumptionis specie obscurat plane et confundit; ut vero reddidimus, nihil habet difficultatis; ipseque se ipsum Methodius, quam ἐπιχειρηματικὸς sit nervosusque argutor ostendit. Ubique in istis τὸ

vel resurrectio solius, ut doces, formæ est; * eoque nequit jam Christus esse Primogenitus mortuorum, quod ea forma ante ipsum apparuerint defunctorum animæ: aut re vera, Primogenitus est, ut est; tumque, nullo prorsus modo, ut aliqui ante ipsum eam consecuti sint resurrectionem, qua ne amplius morerentur, fieri potest. Quod si nemo ante illum resurrexit; Moses autem et Elias non induti carnem, sed solam formam habentes apparuerunt apostolis: perspicue futura in carne resurrectio ostenditur. Enimvero absurdissimum est, ut in sola forma resurrectio definiatur, cum palam sit, animas (84), postquam etiam sunt carne egressæ, speciem illam formamque quam ait resurrecturam, nunquam deponere. Quod si illa irrevocabilis adest, ut in anima Mosis et Eliæ; ac neque, ut existimas, corrumpitur peritve, ubique individe adhærens; plane sequitur, non resurgere formam ejusmodi quæ nunquam cecidit.

XIV. Quod si quis indigne ferens, dicat: Si nemo, priusquam Christus ad inferos descenderet, resurrexit, quomodo referuntur aliqui ante ipsum surrexisse; inter quos filius viduæ Sareptanæ [90], et Sunamitidis filius [91], itemque Lazarus [92]? Respondendum, ita resurrexisse, ut iterum essent morituri: nos autem de iis pronuntiamus, qui post resurrectionem nunquam sunt morituri. Quod si etiam de anima Eliæ dubius dixerit, quasi Scripturis affirmantibus illum in carne assumptum esse, nos autem doceamus illum apostolis absque carne apparuisse: respondendum, atqui, quod apparuisse apostolis in carne dicamus, huic nostræ sententiæ magis favet. Res enim, corpus quoque nostrum capax esse immortalitatis probat, sicut et fuit probatum in Enoch translato [93]. Si enim incorruptionis capax non esset, haudquaquam tanto tempore, immune a corruptionis labe mansisset. Si quidem

A ἐστιν ἡ ἀνάστασις. Ἤτοι γὰρ τοῦ εἴδους ἐστὶν, ὡς παρεγγυᾷς (85), μόνου ἡ ἀνάστασις *, καὶ οὐ δύναται ἔτι Πρωτότοκος εἶναι ὁ Χριστὸς τῶν νεκρῶν, τῷ πρὸ αὐτοῦ ἐχούσας τοῦτο μετὰ τὴν τελευτὴν τὸ εἶδος πεφηνέναι ψυχάς· ἢ Πρωτότοκος ἀληθῶς ὥσπερ ἐστὶ, καὶ ἀδύνατον ὅλως ἠξιῶσθαι πρὸ αὐτοῦ τινας τῆς εἰς τὸ μὴ αὖθις ἀποθανεῖν ἀναστάσεως. Εἰ δὲ ἀνέστη οὐδεὶς πρὸ αὐτοῦ, οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Μωϋσέα καὶ τὸν Ἠλίαν σάρκας μὲν ἔχοντες τοῖς ἀποστόλοις οὐχ ὤφθησαν, μόνον δὲ τὸ εἶδος· ἡ ἄρα ἀνάστασις ἐπὶ τῆς σαρκὸς προφανῶς δηλοῦται. Καὶ γὰρ ἀτοπώτατον ἐπὶ μόνου τοῦ εἴδους τὴν ἀνάστασιν διορίζεσθαι, ὁπότε αἱ ψυχαὶ, καὶ μετὰ τὴν σαρκῶν ἔξοδον, οὐδέποτε φαίνονται τὸ εἶδος, ὅ φησιν ἀνίστασθαι, ἀποτιθέμεναι. Εἰ δὲ συμπαρέσται (86) αὐτοῖς B τοῦτο ἀναφαίρετον, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῇ Μωϋσέως καὶ Ἠλίου ψυχῇ· καὶ οὔτε φθείρεται, κατὰ σὲ, οὔτε ἀπόλλυται, σὺν αὐταῖς πανταχοῦ συμπαρόν· οὐκ ἄρα τὸ εἶδος ἀνίσταται, ὃ μηδέποτε πέπτωκεν.

ΙΔʹ. Ἐὰν δέ τις, δυσχεράνας, Καὶ πῶς δὴ, ἀποκριθῇ, εἰ μηδεὶς ἀνέστη πρὸ τοῦ κατελθεῖν εἰς τὸν ᾅδην τὸν Χριστὸν, ἀναστάντες ἤδη τινὲς ἱστορήθησαν πρὸ αὐτοῦ· ἐν οἷς τῆς Σαραφθίνης χήρας ὁ υἱὸς, καὶ τῆς Σουναμίτιδος, καὶ ὁ Λάζαρος; λεκτέον· Ἀλλ' οὗτοι εἰς τὸ καὶ αὖθις ἀποθανεῖν ἀνέστησαν· ἡμεῖς δὲ περὶ τῶν μηκέτι μετὰ τὴν ἔγερσιν διοριζόμεθα τεθνηξομένων. Ἐὰν δὲ καὶ περὶ τῆς ψυχῆς διαπορήσας φράσῃ τοῦ Ἠλίου, ὡς τῶν μὲν Γραφῶν ἀνειλῆφθαι αὐτὸν λεγουσῶν ἐν σαρκὶ, ἡμῶν δὲ ἀσύμπλοκον σαρκὸς τοῖς ἀποστόλοις ὦφθαι φασκόντων· C λεκτέον, ὅτι καὶ μὴν μᾶλλον τὸ λέγειν αὐτὸν ὦφθαι τοῖς ἀποστόλοις ἐν σαρκὶ πρὸς ἡμῶν ἐστι. Δείκνυται γὰρ καὶ διὰ τοῦτο ἀφθαρσίας ἡμῶν ὑπάρχον, τὸ σῶμα δεκτικὸν, καθάπερ ἐδείχθη καὶ ἐπὶ τοῦ Ἐνὼχ μετατιθεμένου. Εἰ μὴ γὰρ ἀφθαρσίαν ἠδύνατο δέξασθαι, οὐκ ἂν οὐδὲ διέμεινεν ἐν ἀπαθείᾳ τοσούτῳ χρόνῳ. Εἰ τοίνυν ὤφθη μετὰ τοῦ σώματος, καὶ ἦν

* *Scholion*. Not. Esse hoc minoris momenti. Quanquam enim non de specie et forma, sed de composito corpore contendat; nihil minus sequitur hoc vel illud. Alterum quidem eo solvitur, quod illud iterum moriturum sit; quomodo non proprie et absolute statua resurgit: alterum autem nequit solvi; siquidem non potest forma iterum esse moritura, cum nullo modo moriatur.

* *Σχόλ*. Σημείωσαι. Οὐ παρὰ τοῦτο· καὶ γὰρ εἰ καὶ μὴ ἐπὶ τοῦ εἴδους, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ συνθέτου σώματος τείνεται, οὐδὲν ἧττον τὸ αὐτὸ ἕπεται ἢ τὸ αὐτό. Τὸ μὲν γὰρ ἔχει λύσιν, ὅτι πάλιν θνήξει, ὅπως οὐκ ἔστι κυρίως ἀνδριάντος ἀνάστασις· τὸ οὔ· εἴπερ τὸ εἶδος οὐ θνήξει πάλιν, ὅτι μηδ' ὅλως θνήσκει.

[90] III *Reg*. XVII, 22. [91] IV *Reg*. IV, 35. [92] *Joan*. XI, 44. [93] *Gen*. V, 24.

εἶδος, est velut distinctiva proprietas, qua possit dici et agnosci, hic talis, Petrus, Paulus: ipse idem qui fuerat in carne; quomodo fuerunt agniti Moyses et Elias: divesque Lazarum agnovit. Explicat non procul a fine ipse Methodius.

(84) *Cum palam sit, animas*, etc. Crassius loquitur de animabus, tanquam velit suum illud spiritale corpus, in quo resurrecturas volebant Origeniani, nunquam deponere; eoque fictitiam esse in eo resurrectionem, vel jam esse factam; ut ii olim docebant quos Paulus tradidit Satanæ II *Tim*. I, v. 15, ut doceret non blasphemare. Possent nihilominus hæc exponi ut ad hominem dicta; nisi sequentia obstarent in quibus est expressior: quanquam non magnum videatur, ut qui angelis æetherea corpora et spiritalia affingit, etiam animabus affingat, D quæ sunt minus spiritales: quomodo etiam alii plures, iique perquam alieni a damnatis erroribus Origenis in materia animarum, videntur sensisse. Num sit modo error in fide, ista sive de angelis sive de humanis animabus sententia, controvertunt theologi I p. q. 50. Mitiorem ego et negantem cum nostris Caranza, Sixto, Cajetano, exque aliis Meratio, etc., amplexatus fuerim, nullo adhuc occurrente, ubi is satis sit expressus, vel ex intentione damnatus error: Patribus Lateranensibus, alio plane, et ad prædamnatas Origenis hæreses, non ad Patrum opiniones hactenus obtinentes, respicientibus: qua de re videndus ad primam *De creat.* vere angelus pacis, Præceptor Angelicus.

(85) *Ὡς παρεγγυᾷς*. Al., ὥσπερ ἐγγυᾷς.

(86) *Συμπαρέσται*. Forte συμπάρεστι.

τελευτήσας μὲν, ἀναστὰς δὲ ἤδη ἐκ νεκρῶν οὐδέπω. Καὶ ταῦτα ἵνα δὴ συγχωρήσωμεν τῷ Ὠριγένει, καθ' ἑαυτὸ τὸ εἶδος λέγοντι μετὰ τὴν τελευτὴν ἀποζευγνύμενον ἀπὸ τοῦ σώματος τῇ ψυχῇ δίδοσθαι, ὅπερ ἐστὶν ἁπάντων ἀδύνατον, τῷ προαπόλλυσθαι τὸ εἶδος τῶν σαρκῶν ἐν ταῖς ἀλλοιώσεσι, καθάπερ καὶ τὸ σχῆμα τοῦ συγχωνευομένου ἀνδριάντος πρὸ τῆς διαλύσεως τοῦ ὅλου. Ὅτι μὴ δύναται χωρίζεσθαι καθ' ὑπόστασιν ἀπὸ τῆς ὕλης ἡ ποιότης· χωρίζεται μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ ἀνδριάντος χωνευθέντος ἡ περὶ τῷ χαλκῷ μορφὴ ἀφανιζομένη, οὐ μὴν ὑφεστῶσα ἔτι κατ' οὐσίαν.

ΙΕ'. Ἐπεὶ δὲ λέγεται ἐν τῷ θανάτῳ τὸ εἶδος χωρίζεσθαι ἀπὸ τῆς σαρκὸς, φέρε, τὸ χωριζόμενον ποσαχῶς λέγεται χωρίζεσθαι, ἐπισκεψώμεθα. Λέγεται τοίνυν χωρίζεσθαί τι ἀπό τινος ἢ ἐνεργείᾳ καὶ ὑποστάσει, ἢ ἐπινοίᾳ· ἢ ἐνεργείᾳ, οὐ μὴν καὶ ὑποστάσει. Ὡς εἰ πυροὺς τις καὶ κριθὰς μεμιγμένα χωρίσειεν ἀπ' ἀλλήλων· ᾗ μὲν γὰρ κατὰ κίνησιν χωρίζεται, ἐνέργεια λέγεται· ᾗ δὲ χωρισθέντα ὑφέστηκεν, ὑποστάσει λέγεται κεχωρίσθαι. Ἐπινοίᾳ δὲ, ὅταν τὴν ὕλην ἀπὸ τῶν ποιοτήτων χωρίζωμεν, καὶ τὰς ποιότητας ἀπὸ τῆς ὕλης, ἐνεργείᾳ δὲ, οὐ μὴν καὶ ὑποστάσει, ὅταν χωρισθέν τι ἀπό τινος μηκέτι ὑπάρχοι, ὑπόστασιν οὐσίας οὐκ ἔχων. Γνοίη δ' ἄν τις καὶ ἐν τοῖς χειροτεχνήμασι ὡς ἔχει, ἀνδριάντα ἰδὼν, ἢ ἵππον χαλκοῦν. Ταῦτα γὰρ λογιζόμενος, ὄψεται τὴν ἔμφυτον μορφὴν διαλλάττοντα· εἰς δὲ ἑτέραν ὄψιν μεθιστάμενα ὑφ' ἧς (87) τὸ ξυγγενόμενον εἶδος ἀφανίζεται. Εἰ γάρ τις τὰ ἔργα τὰ σχηματιζόμενα εἰς εἶδος ἀνθρώπου ἢ ἵππου συντήκοι, εὑρήσει τὸ μὲν τοῦ σχήματος εἶδος ἀφανιζόμενον, αὐτὴν δὲ τὴν ὕλην μένουσαν. Ὥστε ἀσύστατον τὸ λέγειν τὸ μὲν εἶδος ἀνίστασθαι ἠμαυρωμένον μηδὲν, τὸ δὲ σῶμα ἐν ᾧ ἦν τὸ εἶδος ἐντετυπωμένον, διαφθείρεσθαι.

ΙϚ'. Ἀλλὰ ναὶ, φησίν· ἐν πνευματικῷ γὰρ μετατεθήσεται σώματι. Οὐκοῦν ἀνάγκη τὸ μὲν εἶδος ἰδίως ὁμολογεῖν αὐτὸ τὸ πρῶτον μὴ ἀνίστασθαι, τῷ συνεκλλαχῶσθαι αὐτὸ συμφθίνον τῇ σαρκί· κἂν γὰρ ἐν πνευματικῷ μεταπλασθῇ σώματι, αὐτὸ μὲν ἰδίως τὸ πρῶτον ὑποκείμενον ἐκεῖνο οὐκ ἔσται, ὁμοιότης δέ τις ἐκείνου ἐν λεπτομερεῖ μετακεπλασμένη σώματι· εἰ δὲ μήτε τὸ εἶδος τὸ αὐτὸ, μήτε τὸ σῶμα ἀνίσταται, ἀλλ' ἕτερον ἀντὶ τοῦ προτέρου. Τὸ γὰρ ὅμοιον, ἕτερον τοῦ ἑαυτοῦ ὁμοίου ὂν, αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ πρῶτον, πρὸς ὃ ἐγένετο, εἶναι οὐ δύναται.

A ergo (88) apparuit cum corpore, eratque mortuus; at non velut jam ex mortuis resurrexisset. Et hæc ut demus aliquid Origeni, qui ipsam per se formam, post mortem a corpore sejunctam, animæ reddi dicit, quod præ omnibus minus videtur possibile; eo quod in alterationibus, prior forma (89) quam carnes corrumpatur; ut et figura fusæ statuæ prius quam totum dissolutione intereat. Non enim potest qualitas a materia separari, ita ut per se exsistat: separatur quidem a fusa statua quæ in ære est, deleta forma, sic tamen ut non amplius secundum substantiam subsistat.

XV. Quia vero forma a carne in morte separari dicitur; age, quot modis unum ab altero separari dicatur, videamus. Dicitur ergo unum ab alio separari,
B rari, vel actu et subsistentia, vel cogitatione: vel actu, non item subsistentia. Ut si quis triticum et hordeum mista inter se, secernat: quatenus quidem per motum separantur, dicitur separatio actu atque re; quatenus vero separata seorsim subsistunt, dicitur separatio, subsistentia. Cogitatione autem et ratione, velut si materiam a qualitatibus separemus, ac qualitates a materia. Actu denique, at non subsistentia, cum separatum aliquid ab alio, non amplius fuerit, non habens quo subsistat. Noverit ut hæc habeant etiam in mechanicis, si quis statuam equumve ære fusum aspiciat. Videbit enim, dum advertat animum, ut immutent formam innatam, atque in figuram aliam a qua deleatur forma congenita, transferant. Nam si quis signa in hominis
C aut equi figuram effigiata conflaverit, formæ quidem figuram exstinctam, materiam vero superstitem inventurus est. Itaque absurdum est, ut quis formam quæ nihil fuit exstincta resurrecturam dicat, corpusque cui illa fuit impressa, corruptum iri contendat.

XVI. Maxime enimvero, inquit; transferetur enim in corpus spiritale. Ergo fateri necesse est, eamdem proprie formam primam non resurgere, eo quod mutata sit et corrupta, una cum carne. Etsi enim in spiritale corpus translata sit, ipsa tamen eadem non erit primum proprie subjectum, sed quædam illius in subtili corpore transformata similitudo. Si autem non eadem forma; nec idem corpus resurgit,
D sed aliud pro alio. Nam simile, cum sit aliud ab eo (90) quod ipsi simile est, illud ipsum primum, ad quod fuit factum et quod imitatur, esse non potest.

(87) *Μεθ. ὑφ' ἧς*. Al., μεθιστάμενος, ἐφ' ἧς.

(88) *Si quidem ergo*. Clara conclusio: ut sive in corpore, sive sola anima, sive adhuc superstes, sive redivivus visus sit Elias, nihil ejus apparitio obsit speratæ resurrectioni carnis. Schottus aliter effert, velut mortuum affirmet Methodius: quod re ipsa non facit; sed permittit Origeni quidquid malit, ejusque undequaque inconsonum dogma arguit. Spectat huc scholion, quod paulo ante, secuti notas Hœschelii, ascripsimus, ascribente hic apographo Sirmundi; estque ejus sensus facilis, si quis cum ipso Methodiano textu, ut fuit a nobis redditus, vel ut ipse habet, contulerit.

(89) ***Eo quod in alterationibus prior forma***, etc. Τῷ προαπόλλυσθαι τὸ εἶδος τῶν σαρκῶν, vel, ut Sirm., σαρκικῶν, eodem sensu. Arguit contra formam illam Origenianam, ut non possit illa restitui animæ, carne perempta, cum pereat ipsa prior carne, in qua velut subsistebat, eo modo quo figura et forma equi in ære. Male ergo Schottus *eo quod forma carnis*, etc., pluraque alia quisque perspexerit minus apte vel fideliter reddita.

(90) *Cum sit aliud ab eo*, etc. Sic plane legendum, ἕτερον τοῦ ἑαυτῷ ὁμοίου ὄν, suadet ipse contextus et inducta probatio; quæ aliter concepta, inepta est. Valet vero in creatis, ubi nulla forma, multis re vera et individue communis est. In divinis est saltem alter alteri similis, eoque singularis quædam

XVII. Ait εἶδος et formam esse, quod membrorum identitatem, in figura formæ propriisque uniuscujusque distinctivis, exhibet.

XVIII. Exponente Origene sensu allegorico, quod ab Ezechiele propheta dictum fuit, de resurrectione, atque ad Israelitarum e Babylonica captivitate reditum detorquente, post multa, eum arguens Sanctus, hoc adjicit : Ac neque ipsi Judæi plenam sinceramque libertatem assecuti sunt, neque majori potestate devictis hostibus, Hierosolymam incoluerunt : ac cum sæpius statuissent templum ædificare, ab aliis gentibus prohibiti sunt. Unde etiam vix illud intra annos XLVI absolverunt, cum Salomon annis septem a fundamentis excitatum perfecisset. Quid vero necesse sit plura dicere, cum a Nabuchodonosore et successoribus ejus in Babylone regnantibus, usque ad Persarum in Assyrios expeditionem et Alexandri imperium et bellum cum Romanis commissum, sexies ab hostibus Hierosolyma in potestatem redacta sint? Narratque Josephus, dicens : [*Capta est Hierosolyma*] *anno secundo Vespasiani imperatoris. Capta et ante jam quinquies, tunc iterum vastata est. Asochæus enim Ægypti rex, et hujus successor Antiochus; deinde Pompeius, et post hos cum Herode Sosius, captam urbem servavere* (91). *Ante vero rex Babyloniorum ea potitus, exciderat.*

A IZʹ. Ὅτι εἶδός φησιν εἶναι τὸ τὴν ταυτότητα τῶν μελῶν ἐν τῷ χαρακτῆρι τῆς μορφῆς ἑκάστου ἐμφαῖνον.

IHʹ. Ὅτι, τὸ παρὰ τοῦ προφήτου Ἰεζεκιὴλ περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν ῥητὸν εἰρημένον, τοῦ Ὠριγένους ἀλληγοροῦντος, καὶ εἰς τὴν τῶν εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωτισθέντων Ἰσραηλιτῶν ἐπάνοδον ἐκβιαζομένου εἰρῆσθαι, ἐξελέγχων μετὰ πολλὰ ὁ Ἅγιος, καὶ τοῦτό φησιν· Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ αὐτοὶ πρὸς ἐλευθερίαν ἀνέσφηλαν καθαράν, οὐδὲ τῶν ἐχθρῶν κατακρατήσαντες ἐξουσιαστικώτερον (93) κατῴκησαν τὴν Ἰερουσαλήμ. Εἴργοντο γοῦν ὑπὸ τῶν ἀλλοεθνῶν (94) πολλάκις οἰκοδομῆσαι θελήσαντες μᾶλλον (95). Ὅθεν καὶ ἐν μϛʹ αὐτὸν καὶ ἓξ ἔτεσι μόλις ἠδυνήθησαν δείμασθαι, τοῦ Σολομῶντος ἐν ἑπταετεῖ χρόνῳ ἐκ B θεμελίων αὐτὸν συμπληρώσαντος. Καὶ τί χρὴ λέγειν; ἀπὸ γὰρ δὴ Ναβουχοδονόσορ καὶ τῶν μετ' αὐτὸν Βαβυλῶνος βασιλευσάντων ἄχρι τῆς Περσῶν ἐπὶ τοὺς Ἀσσυρίους καθόδου, τῆς τε Ἀλεξάνδρου ἡγεμονίας, καὶ τοῦ Ῥωμαίων τοῦ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους συῤῥαγέντος πολέμου, ἑξάκις κατεστράφησαν ὑπὸ τῶν πολεμίων τὰ Ἱεροσόλυμα. Καὶ τοῦτο Ἰώσηππος ἱστορεῖ λέγων· *Ἔτει δευτέρῳ* (96) *τῆς Οὐεσπασιανοῦ ἡγεμονίας. Ἁλοῦσα δὲ καὶ πρότερον πεντάκις, τοῦτο δεύτερον ἠρημώθη. Ἀσωχαῖος μὲν γὰρ ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς, καὶ μετ' αὐτὸν Ἀντίοχος, ἔπειτα Πομπήϊος, καὶ ἐπὶ τούτοις σὺν Ἡρώδῃ Σώσιος ἑλόντες, ἐνέπρησαν τὴν πόλιν. Πρὸ δὲ τούτων, ὁ τῶν Βαβυλωνίων βασιλεὺς, κρατήσας, ἠρήμωσεν αὐτήν.*

XIX. Hæc, inquit, ait Origenes. Atqui potest moveri dubium de Lazaro et divite : aliis quidem simplicius dictum putantibus, quasi ambo in corporibus, digna factis in vita receperint : aliis autem subtilius; cum post resurrectionem (92) nullus in vita relinquatur; non existimantibus hæc in resurrectione contigisse. Nam ait dives [94] : *Habeo quinque*

IΘʹ. Ὅτι Ὠριγένης τάδε φησί· Περὶ δὲ τοῦ Λαζάρου καὶ τοῦ πλουσίου ἀπορεῖσθαι δύναται· τῶν μὲν ἁπλουστέρων (97) οἰομένων ταῦτα λελέχθαι, ὡς C ἀμφοτέρων μετὰ τῶν σωμάτων λαμβανόντων τὰ ἄξια τῶν (ἐν) τῷ βίῳ πεπραγμένων· τῶν δὲ ἀκριβεστέρων· ἐπεὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν οὐδεὶς ἐν βίῳ καταλείπεται, οὐχ ἐν τῇ ἀναστάσει οἰομένων ταῦτα γεγο-

[94] *Luc.* XVI, 28.

similitudo, quam aptius identitatem dicimus. Græci, ὁμοουσιότητα· ταυτότητα vero, ut qua Sabellianismus explicetur, omni extremorum distinctione sublata, reprobat Epiphanius. De hac divina excellenti similitudine, pauca quædam ad novam *Catechesin* Basilii, in Vita ipsius, auctore Amphilochio nostro.

(91) *Servavere.* Ἐτήρησαν. Ita legendum patet ex ipso textu Josephi, quem melius Hœschelio legisse et expendisse Methodium verisimile est, et ex omnibus historicis, apud quos nusquam illa exstant Hierosolymorum excidia : excepto primo illo Babylonico et ultimo Romano. Κατεστράφη ergo urbs illa, subacta est et capta sexies : ἠρημώθη δέ, eversa et excisa est tandem iterum secundo imperii Vespasiani anno; quod et ipse Methodianus textus, clare satis, in sua etiam vitiositate, repræsentat.

(92) *Cum post resurrectionem*, etc. Videtur significari absoluta illa Origeniana ἀποκατάστασις, et restitutio in integrum, in qua nullus sit relinquendus in vita; intellige, passibili, seu etiam in corpore; cui is alligatos censet spiritus in pœnam, sed illa tandem solubili, et omnibus quandoque remittenda. Exponit ergo Origenes, ut ista in corporibus a morte acceptis; in quibus usque ad resurrectionem et omnimodam ab illis absolutionem, vel refrigerio vel pœna, spiritus emigrantes potiantur; gesta dictaque sint; ejusmodi adhuc corporibus, instar carcerum a Deo adhibitis, quomodo etiam alias mortuorum apparitiones exponit : quæ certe crassiora sunt, putidaque et hæretica; quanquam forte minus solide a nostro Methodio impugnata : qui et ipse ad corpora recurrat, sed velut cognata, et sine quibus minime exsistant spiritus humani, suapte natura corporei, quanquam corpore alterius rationis ab isto, quod ceu indumentum externum gestemus, et corruptibili. Esset opus longiori disputatione, ad ostendendum quomodo veri spiritus, naturæque prorsus incorporeæ patiantur, præsertim ab igni D corporeo : sed fuerit metas excedere, quibus unus Methodii textus elucidandus propositus est. Miris certe, sed veris modis divina justitia suos illos reos torquet : nec deest ut extraneo corpore torqueat, quæ torsit conjuncto. Extensior divina manus, quam ut eam subtilissimus quisque spiritus fugiat; eo non male, et comparatione ad Deum illum Spiritum, et Deum spirituum, Damasceno et aliis; dum ita pie cum D. Thoma velimus exponere; dictus corporeus.

(93) *Ἐξουσιαστικώτερον.* H. St., ἐξουσιαστικώτεροι.

(94) *Ἀλλοεθνῶν.* H. St., ἄλλων ἐθνῶν.

(95) *Μᾶλλον.* Leg. ναόν.

(96) *Ἔτει δευτ.* Suppl. ex Joseph. ἑάλω Ἱεροσόλυμα.

(97) *Ἁπλουστέρων.* Al., ἁπλούστερον, et mox, ἀκριβέστερον.

νῆναι. Λέγει γὰρ ὁ πλούσιος, ὅτι *Πέντε ἀδελφοὺς ἔχω, καὶ ἵνα μὴ ἔλθωσιν εἰς τὸν τόπον τοῦτον τῆς βασάνου, πέμψον Λάζαρον* ἀπαγγέλλοντα αὐτοῖς τὰ ἐνταῦθα. Καὶ διὰ τοῦτο ζητούντων τὴν γλῶσσαν, καὶ τὸν δάκτυλον, καὶ τοὺς κόλπους Ἀβραάμ, καὶ τὴν ἀνάκλησιν (98), καὶ τάχα τὸ τῆς ψυχῆς ἅμα τῇ ἀπαλλαγῇ σχῆμα ὁμοειδὲς ὂν τῷ παχεῖ καὶ γηΐνῳ σώματι, δύναται οὕτω λαμβάνεσθαι. Εἴ ποτε οὖν ἱστόρηταί τις τῶν κεκοιμημένων φαινόμενος, ὁμοίως (99) ἑώραται τῷ ὅτε τὴν σάρκα εἶχε, σχήματι. Εἶτα· ἀλλὰ * καὶ ὁ Σαμουὴλ φαινόμενος, ὡς δῆλόν ἐστιν ὁρατὸς ὤν, παρίστησιν, ὅτι σῶμα περιέκειτο· μάλιστα ἐὰν ἀναγκασθῶμεν ὑπὸ τῶν ἀποδείξεων τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς ἀσώματον εἶναι, καὶ ταυτὴν ἀποφήνασθαι. ἀλλὰ * καὶ ὁ κολαζόμενος πλούσιος, καὶ ὁ ἐν κόλποις Ἀβραὰμ πένης ἀναπαυόμενος, πρὸ τῆς παρουσίας τοῦ Σωτῆρος καὶ πρὸ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, καὶ διὰ τοῦτο πρὸ τῆς ἀναστάσεως λεγόμενοι ὁ μὲν ἐν ᾅδου κολάζεσθαι, ὁ δὲ ἐν κόλποις Ἀβραὰμ ἀναπαύεσθαι, διδάσκουσιν, ὅτι καὶ νῦν τῇ ἀπαλλαγῇ (1), σώματι χρῆται ἡ ψυχή. Πρὸς ταῦτα ὁ ἅγιος τάδε φησί· *Σχῆμα ἄλλο ὁμοειδὲς τῷ αἰσθητῷ τούτῳ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν ἔχειν ἐκτιθέμενος τὴν ψυχήν· ἀσώματον ὑπὸ τί Πλατωνικῶς ἀποφαίνεται αὐτήν;* Τὸ γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἀπὸ τοῦ κόσμου ἀποφοίτησιν ὀχήματος αὐτὴν δέεσθαι καὶ περιβολῆς λέγειν, ὡς οὐ δυναμένην κατασχεθῆναι γυμνήν, πῶς οὐκ ἂν καθ' ἑαυτὴν ἀσώματος εἴη; Ἀσώματος δὲ οὖσα, πῶς οὐκ ἔσται καὶ ἀνεπίδεκτος παθῶν; Ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ ἀσώματον αὐτὴν ὑπάρχειν καὶ τὸ ἀπαθῆ εἶναι καὶ ἀπερίσπαστον. Εἰ μὲν οὖν ὑπὸ ἀλόγου οὐ παρείλκετο ὅλως ἐπιθυμίας, οὐδὲ συμμετεβάλλετο ἀλγοῦντι καὶ πάσχοντι τῷ σώματι. Ἀσώματον γὰρ σώματι, ἢ σῶμα ἀσωμάτῳ οὐκ ἄν ποτε συμπάθοι, ἵνα ἂν ἀσώ-

* *Σχόλ.* Δαιμόνιον ἦν τὸ παρὰ τῆς Ἐγγαστριμύθου ἀναχθὲν, ἀλλ' οὐχ ὁ Σαμουήλ.

** I *Reg.* XXVIII, 12.

fratres: ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum, mitte Lazarum ut illis denuntiet, quæ hic fiunt. Atque adeo si quæramus linguam illam et digitum, sinumque Abrahæ et recubitum: forte vero et quam statim a morte, crasso huic et terreno corpori similem formam anima induit; sic potest intelligi. Si quando igitur historiis proditum est apparuisse aliquem mortuum, simili forma ac dum versaretur in carne, apparuit. Præterea: enimvero * Samuel apparens (2) velut oculis conspicuus **, indutum se corpus ostendit: præsertim si demonstrantibus urgeamur fateri esse animam natura incorpoream, ac eamdem, nullaque varietate partium (3). Sed et dives punitus, et pauper in sinu Abrahæ, ante Salvatoris adventum sæculique consummationem, atque adeo ante resurrectionem quiete potitus; quod alter puniri in inferno, alter in sinu Abrahæ dicatur requiescere; id docent, etiam modo, statim a migratione, uti animam corpore. Ad quæ ita vir sanctus respondet: docens, habere animam ubi a corpore migravit, formam aliam, huicce sensibili, specie ac habitu similem. Quorsum vero animam, inquit (4), Platonice incorpoream (Origenes) definit? Quæ enim post etiam excessum e vita, vehiculo egeat et veste, velut nuda comprehendi non possit aut teneri, quomodo non ipsa per se incorporea sit? Incorporea vero, qui non etiam ab omni passione immunis sit? Consequitur enim, ut incorporea sit, et ut non possit affici ac perturbari. Si nulla ergo ratione, alieno a ratione appetitu trahebatur, plane nec dolentis corporis patientisque sensu ullo immutabatur. Nunquam enim quod vacat corpore, una cum corpore, ac nec corpus una cum eo quod illo vacat, habuerit affici; ut ita sane consentanee dictis (5) incorporea videri

* *Schol.* Dæmonium erat quod fuit evocatum a ventriloqua et Pythonissa, non vero Samuel.

(98) *Ἀνάκλησιν.* Forte ἀνάκλισιν.
(99) *Ὁμοίως.* Al., ὅμοιος.
(1) *Τῇ ἀπαλλ.* Deest ἅμα.
(2) *Samuel apparens.* Paucis scholion sententiam Methodii huic Origenianæ adversam explicat; ut non Samuel, sed dæmon Sauli illusurus, ementita ejus specie, evocatus apparuerit: quæ est perquam communis sanctorum sententia, in quam plura docte disputat Leo Allatius in suo Eustathio, tractatu peculiari de ea re in Origenem, qualem etiam noster Methodius elaboravit, sed hactenus desideramus. Ipse D. Thomas 2-2, q. 95, a. 4, 2, et q. 174, a. 5, 4, in ea velut solutione quiescit, ut fuerit fictus Samuel, ea solutione utrobique ultimo loco allata, ac nec ipsa auctoritate libri Eccles. quæ sola videbatur obstare in I p. tacita, sed et ipsa ultimo loco soluta.

(3) *Ac eamdem, nullaque varietate partium.* Ita exponimus quod legendum duximus ταυτήν, velut τὴν αὐτήν, *eamdem ipsam sibi*: quo longe abest ut videri possit ea forma, qua se aspectandas animæ non raro præbuerunt; velut retenta priori specie et habitu seu lineamentis, totaque corporis compositione, quæ partium dissimiliarium propriis notis consistit. Schottus, *Hanc videri demonstrationem*, in quibus ego verbis ne hilum sensus video, nec scio an perspicacior alius viderit.

(4) *Quorsum vero animam, inquit*, etc. Ἀσώματον ὑπὸ τί Πλατωνικῶς ἀποφαίνεται αὐτήν; Sic interrogative legendum ipsa textus series exigit, ut hic incipiat loqui Methodius et arguere priora (Photio verbis proximis exponente Methodii sententiam), quæ Schottus ut Methodii confundit, illi ascripta sententia, quam is sibi impugnandam assumpsit, et sententia ipsa Origenis: ut nimirum etiam a morte, sint animabus tanquam spiritualibus, et quæ non possint aliter teneri, sua vehicula et corpora; quam ille spiritualitatem, incommodo ducit, existimans illa concessa, non posse animam cum corpore et affectionibus corporis, velut extranei, affici: quod et experientiæ adversatur et Scripturis. Τὸ, ὑπὸ τί, quanquam rarius, accipimus ἀντὶ τοῦ, παρὰ τί. Forte vero scripserit Methodius ἵνα τί· sic nos passim παραγράμματα, in portentosa quædam impellunt, nunquam auctoribus cogitata.

(5) *Ut ita sane consentanee dictis.* Ἵνα ἂν ἀσώματον δόξαι αὐτήν. Hœschelius putat τὸ ἵνα non carere vitio; sed non delegit aut corrigit. Putaverim ego legendum ὡς vel quid simile, ut sit conclusio illata quidem legitime, ut quidem Methodio videtur; sed ex falso antecedenti, quod deinde velut assumptione destruat, asserta mutua illa velut partium a natura unitarum passione quam Origenes negabat.

possit. Sin autem una cum corpore patiatur, ut eorum qui apparuerunt testimonia probant, plane incorporea esse nequit. Ergo solus Deus, natura ingenita, nullius egens, ac indefessa celebratur; velut, eo invisibilis, quod incorporeus: *Deum* enim *nemo vidit* [96]. Animæ vero ab omnium auctore patreque, corpora intelligendi facultate prædita editæ, in membra rationis oculo aspectabilia, ejuscemodi delineatione accepta, digestæ sunt. Unde et apud inferos, ut et in Lazaro et divite videre est, linguam, et digitum, et alia membra referuntur habere: non quod alienum corpus cum illis exsistat informe, sed quod ipsæ animæ ab omni tegumento nudatæ, natura sua et secundum substantiam sint tales.

A ματον δόξαι αὐτὴν ἀκολούθως τοῖς εἰρημένοις. Εἰ δὲ συμπάσχοι τῷ σώματι, καθάπερ καὶ διὰ τῆς ἐπιμαρτυρήσεως τῶν φαινομένων ἀποδείκνυται, ἀσώματος εἶναι οὐ δύναται. Ἤγουν ἀγένητος καὶ ἀνενδεὴς καὶ ἀκάματος φύσις ὁ Θεὸς μόνος ᾄδεται· ἀσώματος ὤν, διὸ καὶ ἀόρατος. Θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακεν. Αἱ δὲ ψυχαὶ ἀπὸ τοῦ δημιουργοῦ καὶ Πατρὸς τῶν ὅλων, σώματα νοερὰ ὑπάρχουσαι, εἰς λόγῳ θεωρητὰ μέλη διακεκόσμηνται, ταύτην λαβοῦσαι τὴν διατύπωσιν. Ὅθεν καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ, καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Λαζάρου καὶ τοῦ πλουσίου, καὶ γλῶσσαν, καὶ δάκτυλον, καὶ τὰ ἄλλα μέλη ἱστοροῦνται ἔχειν· οὐχ ὡς ἑτέρου σώματος συνυπάρχοντος αὐταῖς ἀειδοῦς, ἀλλ' ὅτι αὗται φύσει αἱ ψυχαὶ, πάντως ἀπογυμνωθεῖσαι περιβλήματος, τοιαῦται κατὰ τὴν οὐσίαν ὑπάρχουσιν.

XX. Addit in fine vir sanctus: Id quod dictum est [97]: *In hoc Christus mortuus est, ut mortuorum et vivorum dominetur:* de animabus et corporibus accipiendum esse: vivis scilicet animabus, utpote immortalibus; mortuis vero corporibus.

B K. Ὅτι φησὶν ὁ ἅγιος ἐν τέλει· Ὥστε τὸ «διὰ τοῦτο Χριστὸς ἀπέθανε» λεγόμενον, «ἵνα ζώντων καὶ νεκρῶν κυριεύσῃ,» ἐπὶ τῶν ψυχῶν καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων παραληπτέον· ζώντων μὲν τῶν ψυχῶν, καθὸ ἀθάνατοι· νεκρῶν δὲ τῶν σωμάτων.

XXI. Cum, inquit, humanum corpus (6), aliorum animalium corporibus sit nobilius, velut quod Dei manibus dicatur formatum, habeatque, ut animæ rationalis quæ est nobilior, sit vehiculum: quomodo ipsum quidem tam brevis est ævi, cum brutorum quorumdam corpora, vitæ sint multo longioris? Num palam, quod a resurrectione, substantia ejus longæva futura sit?

ΚΑ'. Ὅτι [εἰ] τιμιώτερον σῶμα ἀνθρώπου τῶν ἄλλων ζώων, ὅτι χερσί τε Θεοῦ λέγεται πεπλάσθαι, καὶ ὅτι τιμιωτέρου τῆς λογικῆς ψυχῆς τετύχηκε ὀχήματος· πῶς τοῦτο μὲν ὀλιγοχρόνιον, ἀλόγων δέ τινων πολυχρονιώτερα; Ἢ δῆλον ὡς ἡ τούτου πολυχρόνιος ὕπαρξις μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἔσται;

S. METHODII DE JONÆ HISTORIA FRAGMENTUM.

Ex libro De resurrectione.

(Fragmentum istud Latine profert Combefisius in *Bibliotheca concionatoria*, tom. II, p. 263 seq. et ex eo Galland., Græca ex cod. Vatic. 1611 exhibet Simon de Magistris in libro cui titulus: *Acta martyrum ad Ostia Tiberina sub Claudio Gothico.* Romæ 1792, in fol., Append. p. 462.)

Methodii episcopi Patarorum.

C I. Magnum quoque continet mysterium Jonæ historia. Videtur enim per cetum tempus intelligi, quod nunquam consistat, sed semper labatur, longisque ac brevioribus interstitiis cuncta consumat. Qui autem Jonas fugit a facie Dei, ipse ille primus homo est, qui, mandatum transgressus, ac per peccatum amissa adversus Deum fiducia, nudus immortalitate illi se coram sistere refugit. Navis quam conscendens tempestate jactatus est, brevis hæc est ac morosa præsentis temporis vita; tanquam nimirum nostrarum rerum mutato statu, ac qui a felicitate, tutaque illa a periculis vita, ad turbulentam ac instabilem hanc veluti a terra in navicu-

Μεθοδίου Πατάρων.

Α'. Περιέχει δὲ καὶ μέγα μυστήριον ἡ κατὰ τὸν Ἰωνᾶν ἱστορία. Ἔοικε γὰρ τὸ μὲν κῆτος νοεῖσθαι ὁ χρόνος, ἅτε μηδέποτε ἑστὼς, ἀλλὰ πορευόμενος ἀεὶ, καὶ καταδαπανῶν τὰ γεννώμενα μακροῖς τε καὶ βραχυτέροις διαστήμασιν. Ὁ δὲ φεύγων Ἰωνᾶς ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ, αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἀθετήσας τὴν ἐντολὴν ἔφυγεν ἀφθαρσίας ὀφθῆναι γυμνὸς, τὴν πρὸς τὸ Θεῖον ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας παῤῥησίαν ἀφῃρημένος. Τὸ δὲ πλοῖον εἰς ὃ ἐπιβὰς ἐχειμάζετο, ἡ κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν βραχύβιός ἐστιν αὕτη καὶ δυσάρεστος ζωή· οἷον τραπέντων ἡμῶν, καὶ μεταναστευσάντων ἀπὸ τῆς μακαριότητος ἐκείνης καὶ ἀκινδύνου ζωῆς εἰς τὸν πολυχειμαστότατον τοῦτον

[96] *Joan.* I, 18. [97] *Rom.* XIV, 9.

(6) *Cum inquit, humanum corpus.* Ὅτι [εἰ] τιμιώτερον. Non habet Sirm. τὸ, εἰ, et impressa habent clausum. Schotto videtur legendum ἦ, propter sequens, inquit, ἢ δῆλον· quem tamen inde sensum eliciat et velit, mihi hactenus imperspectum est; alioqui clara littera, sive illud εἰ retineatur, sive non: quo tamen omisso, esset subnectenda τῷ, πῶς, particula δέ, aut similis. Postremum vero ἢ, liquet accipiendum interrogative, solvique eo inductam dubitationem.

βίον καὶ ἀκατάστατον, καθάπερ ἀπὸ γῆς εἰς πλοῖον. Ὁ γὰρ πλοῖον πρὸς γῆν, τοῦτο ὁ παρὼν βίος πρὸς τὸν ἀθάνατον. Ὁ δὲ χειμὼν καὶ αἱ ἐπισυνιστάμεναι καθ' ἡμῶν λαίλαπες εἰσὶν οἱ ἐνταῦθα πειρασμοί· ὥσπερ ἐν κλύδωνι τῷ κόσμῳ, ἀλύπως εὐθυδρομῆσαι τὸν βίον ἡμᾶς ἐν γαλήνῃ καὶ νηνεμίᾳ κακῶν μὴ ἐπιτρέποντες. Ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ πλοίου εἰς τὴν θάλασσαν ἔκριψις τοῦ Ἰωνᾶ γεγενημένη τὴν ἀπὸ τοῦ ζῆν εἰς τὸ τελευτῆσαι τοῦ πρωτοπλάστου δηλοῖ μετάπτωσιν, ἀποφάσεως τυχόντος, ἀνθ' ὧν ἁμαρτήσας ἀπέδρα τῆς δικαιοσύνης, τὸ, *Γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ*. Τὸ δὲ καταποθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ κήτους, τὴν ὑπὸ τοῦ χρόνου γεγενημένην ἀπαραίτητον ἡμῶν δηλοῖ ἀναίρεσιν. Ἡ γὰρ κοιλία, ὑφ' ἧς ἐκαλύφθη καταποθεὶς ὁ Ἰωνᾶς, ἡ πανδόχος ἐστὶ γῆ, τὰ ὑπὸ τοῦ χρόνου δαπανώμενα δεχομένη.

Β'. Καθάπερ οὖν Ἰωνᾶς, ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας ἐνδιατρίψας καὶ νύκτας τοσαύτας, αὖθις ὑγιὴς ἀπεδόθη· οὕτω δὲ καὶ πάντες, τὰς τρεῖς τοῦ παρόντος αἰῶνος διαστάσεις ποιήσαντες ἐν τῇ γῇ, ἀρχὴν λέγω, καὶ μεσότητα καὶ τέλος, ἐξ ὧν σύγκειται πᾶς οὗτος ὁ παρὼν χρόνος, ἀναστησόμεθα. Τρία γὰρ καθολικὰ χρόνου διαστήματα, παρῳχηκὼς, καὶ μέλλων, καὶ παρών. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὁ Κύριος τοσαύτας ἡμέρας συμβολικῶς ποιήσας ἐν τῇ γῇ ἐδίδαξε σαφῶς, ὅτι, πληρωθέντων τῶν προειρημένων τοῦ χρόνου διαστημάτων, ἔσται ἡμῶν ἡ ἀνάστασις, τοῦ μέλλοντος μὲν ἀρχὴ αἰῶνος ὑπάρχουσα, τούτου δὲ τέλος. Ἐν αἰῶνι γὰρ οὔτε παρῴχηκέ τι, οὔτε μέλλει, ἀλλὰ μόνον ὑφέστηκεν. Ἔτι ὁ Ἰωνᾶς, ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας ποιήσας, οὐ κατεφθάρη, συντηκομένων αὐτῷ τῶν σαρκῶν κατὰ τὴν ἐν τῇ κοιλίᾳ γενομένην φυσικὴν σῆψιν τῶν εἰσφερομένων βρωμάτων διὰ τὴν πλείονα ἐν τοῖς ἐνύδροις θερμότητα, ἵνα δειχθῇ, ὅτι δύναται εἶναι ἡμῶν τὰ σώματα ταῦτα ἀνώλεθρα. Νόει γάρ μοι τὸν Θεὸν τὰς μὲν ὡς ἀπὸ χρυσοῦ κατεσκευασμένας ἔχειν εἰκόνας ἑαυτοῦ ἀπὸ τῆς πνευματικῆς καθαρωτέρας οὐσίας, οἷον τοὺς ἀγγέλους· τὰς δὲ ὥσπερ ἀπὸ γύψου ἢ χαλκοῦ, οἷον ἡμᾶς. Τῷ γηΐνῳ γὰρ τὴν ψυχὴν ἥνωσε τὴν κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγενημένην. Ὡς οὖν πάσας ἐνταῦθα τοῦ βασιλέως τὰς εἰκόνας τιμᾶσθαι χρὴ διὰ τὴν ἐν αὐταῖς μορφὴν, οὕτω δὴ καὶ ἡμᾶς ἀνένδεκτόν ἐστι Θεοῦ εἰκόνας ὑπάρχοντας πρὸς ἀπώλειαν ὡς ἠτιμωμένους χωρῆσαι παντελῆ. Ὅθεν καὶ κατῆλθεν εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην ὁ Λόγος, καὶ ἐσαρκώθη ἐκ τοῦ σώματος ἡμῶν, ὅπως εἰς τὸ θεοπρεπέστερον τὴν εἰκόνα ἐπισκευάσας, καθάπερ ὑπὸ χρόνου διαλελυμένην, ἀναστήσῃ ἀνώλεθρον. Καὶ γοῦν τὴν ἐπὶ τοῦ προφήτου μυστηριωδῶς πεπραγματευμένην οἰκονομίαν δηλοῦντες, ἅπαντα εἰς τοῦτο ἀναφανδὸν συντείνοντα εὕρομεν τὸν λόγον.

A lam commigraverimus. Quod enim terra ad navim, hoc præsens vita est, si comparetur cum illà immortali. Tempestas autem ac turbines navim undique conquassantes, tentationes sunt, quæ in hoc mundo, tanquam in æstuoso ac turbulento mari, rectum nos vitæ cursum faciles tenere, tranquilloque a malis tum æquore, tum cœlo gaudere non sinunt. Jonæ in mare præcipitatio, protoplasti a vita in mortem lapsum designat: qui idcirco quia peccando a justitia deflexit, illam excepit sententiam: *Terra es et in terram reverteris* [99]. Ipsius autem a ceto absorptio significat inevitabilem illam nostri, quæ a tempore fit, demolitionem ac interitum; venter enim quo absorptus Jonas absconsus est, terræ est omnium susceptor sinus, quo con- B dantur quæcunque edax tempus consumit.

II. Quemadmodum igitur Jonas in ventre ceti tres dies et totidem noctes commoratus, rursus sanus inde ac integer evasit; sic et omnes ubi tria ævi præsentis intervalla (principium scilicet, medium ac finem, quibus præsens hoc tempus omne constat) sub terra egerimus, resurgemus. In universum enim tria sunt temporis intervalla, præteritum, futurum, et præsens: propter quod et Dominus totidem dies in terra commoratus, hoc symbolo ac figura manifeste nos docuit, post exacta quæ dixi temporis spatia, nostram fore resurrectionem, quæ futuri sæculi initium, hujus finis exsistat. In sæculo enim illo neque præteriit aliquid, neque futurum C est, sed præsens duntaxat consistit. Jonas insuper tribus diebus et tribus noctibus in ventre ceti transactis, non est corruptus, aut ejus consumptæ carnes; uti cæteros cibos in ventrem ceti immissos naturali corruptione consumit digeritque belluæ marinæ auctior nativus calor: ad declarandum fieri posse, ut et nostra hæc corpora superiora evadant, quam ut unquam intereant. Cogita enim, Deum diversas sui habere imagines, alias quidem veluti ex auro fabricatas, quæ scilicet ex spiritali ac puriori substantia consistant, uti angelos: alias vero ex gypso vel ære, uti homines. Animam enim quæ ad Dei imaginem condita sit, terrenæ substantiæ copulavit. (7) Sicut igitur hic regis omnes imagines, propter ejus qua sunt insignitæ effigiem, in pretio D sunt ac honorem habent; ita minime putandum est, nos qui Dei imago sumus eo usque inhonorandos esse, ut penitus simus abolendi. Quocirca etiam descendit Verbum in nostrum hunc orbem, ac humanam carnem assumpsit, ut divinitus imaginem componens, tanquam tempore dissolutam, incorruptam illam, extraque omnem interitus aleam resuscitaret. Ac sane quidquid mystica dispensatione in propheta gestum est, si velimus exponere, huc manifeste collineare inveniemus.

[99] *Gen.* III, 19.

(7) Hæc conferas velim cum excerpto ex S. Joan. Damasc., orat. 3 *De imag.* superius relato col. 289. GALL.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΓΕΝΗΤΩΝ

ΕΚΛΟΓΗ ΚΑΤΑ ΣΥΝΟΨΙΝ.

EJUSDEM EX LIBRO DE CREATIS EXCERPTA.

(*Apud Photium* Bibl. *cod.* CCXXXV.)

I. Lecta sunt ex S. Methodio episcopo et martyre, per compendium, excerpta *De creatis*. Illud Christi : *Nolite projicere sanctum canibus, neque margaritas vestras ante porcos* [99], sic exponente Origene, ut margaritas quidem sanctiora divinitus traditæ religionis documenta, porcos autem, homines velit, omnis adhuc generis impietatis et voluptatis cœno, instar porcorum, assiduos : iis enim docuit, a Christo prohibitum velut projici divina mysteria ; tanquam ea non possint ferre, occupante impietate, ferisque olim tenentibus voluptatibus. Ait magnus ille Methodius : Si margaritas oportet intelligi honestate præclaras divinasque præceptiones, porcos autem, homines impietati ac voluptatibus deditos, quibus apostolicæ prædicationis doctrina, ad pietatem fidemque in Christum excitans B ducensque, non sit proponenda sed celanda, videsis, ut ne quemquam dicas apostolicis prædicationibus a prioris vitæ conversatione esse conversum. * Neque enim ulla ii ratione, Christi sacramenta illis objecerint, qui propter infidelitatem porcis similes sint. Aut ergo Græcis omnibus aliisque infidelibus mysteria hæc a Christi discipulis sunt proposita et prædicata ; eosque ab impietate ad Christi fidem converterunt, quemadmodum etiam fideles ipsi confitemur : illudque, *Nolite projicere margaritas vestras ante porcos*, non potest amplius ita ac-

* *Scholion*. Non prohibet ne illis fidei doctrina proponatur, quæ etiam potuerit sacra accipi : sed ut ne sacratiora et occultiora. Hæc enim jam in fide perfectis sunt congrua. Cæterum, qui non ita C frumenti mensuram evangelicæ prædicationis dispensant, quanquam fuerint *fideles dispensatores*, haud tamen *prudentes* dixerit justus ille judex [1]. Quare etiam fuit prima expositio parabolæ juxta proprium illius sensum : sed et sequens nihilominus consideratio optima est, ac digna scribentis ingenio.

[99] *Matth.* VII, 6. [1] *Luc.* XII, 42.

A Α'. Ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ ἁγίου μάρτυρος καὶ ἐπισκόπου Μεθοδίου τοῦ *Περὶ τῶν γεννητῶν* ἐκλογὴ κατὰ σύνοψιν. Ὅτι τὸ, *Μὴ βάλητε τὸ ἅγιον τοῖς κυσὶ, μηδὲ τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων*· μαργαρίτας μὲν τοῦ ξενῶνος (8) τὰ μυστικώτερα τῆς θεοσδότου θρησκείας ἐκλαμβάνοντος μαθήματα· χοίρους δὲ τοὺς ἔτι ἀσεβείᾳ καὶ ἡδοναῖς παντοίαις δίκην χοίρων ἐν βορβόρῳ καλινδουμένους· τούτοις γὰρ εἰρῆσθαι παρὰ Χριστοῦ ἔλεγε μὴ παραβαλεῖν τὰ θεῖα μαθήματα· διὰ τὸ μὴ δύνασθαι αὐτὰ φέρειν, ἅτε τῇ ἀσεβείᾳ καὶ ταῖς ἀγρίαις ἡδοναῖς προκατεσχημένους. Ὁ μέγας Μεθόδιός φησιν· Εἰ μαργαρίτας τὰ σεμνοπρεπῆ καὶ θεῖα μαθήματα δεῖ ἐξακούειν, χοίρους δὲ τοὺς ἀσεβείᾳ καὶ ἡδοναῖς συζῶντας, οἷς καὶ ἀπαράβλητα καὶ ἀπόκρυφα τὰ πρὸς εὐσέβειαν καὶ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἀποστολικὰ διεγείροντα κηρύγματα δεῖ εἶναι, ὅρα ὡς οὐδένα λέγεις τῶν Χριστιανῶν τοῖς τῶν ἀποστόλων κηρύγμασιν ἐξ ἀσεβείας αὐτῶν τῆς προτέρας ἐπιστρέψαι (9). * Οὐδὲ γὰρ ἂν πάντως παρέβαλον τὰ κατὰ τὸν Χριστὸν μυστήρια τοῖς δι' ἀπιστίαν χοίροις ἐοικόσι. Ἢ οὖν πᾶσι τοῖς Ἕλλησι καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπίστοις ταῦτα παρεβλήθη παρὰ τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν καὶ ἐκηρύχθη, καὶ ἀπὸ τῆς ἀσεβείας μετέβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν (ὥσπερ οὖν καὶ πιστεύοντες ὁμολογοῦμεν), καὶ οὐκέτι δύναται νοεῖσθαι τὸ, *Μὴ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοί-*

* *Σχόλιον*. Οὐχὶ τὰ τῆς πίστεως λέγει μὴ βαλεῖν τούτοις, ἅπερ ἂν εἶεν καὶ μυστικὰ, ἀλλὰ τὰ μυστικώτερα· ταῦτα γὰρ τοῖς ἐν τῇ πίστει τελείοις ἁρμόζουσιν. Οἱ δὲ μὴ οὕτως οἰκονομοῦντες τὸ τοῦ κηρύγματος σιτομέτριον, εἰ καὶ *πιστοὶ* τυγχάνοιεν *οἰκονόμοι*, ἀλλ' οὐχὶ καὶ *φρόνιμοι* ῥηθεῖεν ἂν παρὰ τῷ δικαίῳ κριτῇ. Διὸ καὶ κατ' οἰκεῖον νοῦν ἡρμήνευται κατὰ πρώτην ἐκδοχὴν ἡ παραβολή. Ἔχει δὲ ἄριστα καὶ ἡ μετ' αὐτὴν ἐπίσκεψις, καὶ ἀξίως τῆς διανοίας τοῦ γράψαντος.

(8) *Τοῦ ξενῶνος*. Depravatissimus locus levi mutatione restituitur, moto illo τοῦ ξενῶνος, quod liquet esse vitiosum, eique substituto, τοῦ Ὠριγένους. Prius ergo proponit Methodius Origeniana, et postea evertit ac sua statuit. H. St. non habet τοῦ ξενῶνος· fuit forte codicis illius antiquarius quam aliorum religiosior, ut maluerit omittere quod non satis posset legere, quam ineptum illud ceu divinando ascribere. Ex eod. et Bavar. legimus ἐκλαμβάνοντος, cum impressa haberent, ἐκλαμβάνοντας. ἐλ.... νοντες, quæ ambo palam mendosa sunt ; etsi Schottus conatus est exprimere. Quid si τὸ ξενῶνος solo accentu vitiosum sit, ac sit nomen proprium? Sic enim penaculum, proprium notant auctor *Thesauri* et Crispinus, nulla majori expressione. Fuit forte sic dictus scriptor aliquis ecclesiasticus, cujus Methodius expositionem hanc, alioqui veram et litteralem, modo sane intelligatur. et ut declarat subjectum scholion, refutandam assumpserit. Quanquam primum illud de Origene melius videatur, in quem unum tres isti tractatus depugnant.

(9) *Ἐπιστρέψαι*. Al., ἀποστρέψαι.

A ρων, ὡς ἐῤῥήθη· ἢ τούτου, ὡς ἐλέχθη, νοουμένου, ἀνάγκη ἡμᾶς λέγειν, ὡς οὐδενὶ τῶν ἀπίστων, οὓς χοίροις ἀπεικάζομεν, ἐκ τῶν ἀποστολικῶν διδαγμάτων, μαργαριτῶν δίκην τὰς ψυχὰς καταυγαζόντων, ἡ εἰς Χριστὸν πίστις, καὶ ἡ τῆς ἀσεβείας ἐλευθερία γεγένηται. Βλάσφημον δὲ τοῦτο. Οὐκ ἄρα δεῖ μαργαρίτας μὲν τὰ μυστικώτερα τῶν μαθημάτων ἐκλαμβάνειν ἐνταῦθα, χοίρους δὲ τοὺς ἀσεβεῖς· οὐδὲ τὸ, *Μὴ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων*, εἰς τὸ, μὴ παραβάλλετε τοῖς ἀσεβέσι καὶ ἀπίστοις τὰ μυστικὰ καὶ τελειοποιὰ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως διδάγματα, παραλαμβάνειν· ἀλλὰ μαργαρίτας μὲν τὰς ἀρετὰς ἐκδέχεσθαι χρὴ, αἷς ὥσπερ πολυτίμοις μαργαρίταις ἡ ψυχὴ καθωραΐζεται· μὴ παραβαλεῖν δὲ αὐτοὺς τοῖς χοίροις, τουτέστι, μὴ παραβαλεῖν αὐτὰς τὰς ἀρετὰς, οἷον ἁγνείαν, καὶ σωφροσύνην, B καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἀλήθειαν, ταύτας δὴ μὴ παραβαλεῖν ταῖς μαχλώσαις ἡδοναῖς (χοίροις γὰρ ἐοίκασιν αὗται), ἵνα μὴ, τὰς ἀρετὰς αὗται καταφαγοῦσαι, χοιρώδη βίον καὶ πολυπαθῆ τὴν ψυχὴν βιοτεύειν παρασκευάσωσιν.

Β'. Ὅτι ὁ Ὠριγένης, ὃν κένταυρον καλεῖ, ἔλεγε συναΐδιον εἶναι τῷ μόνῳ σοφῷ καὶ ἀπροσδεεῖ Θεῷ τὸ πᾶν. Ἔφασκε γάρ· Εἰ οὐκ ἔστι δημιουργὸς ἄνευ δημιουργημάτων, ἢ ποιητὴς ἄνευ ποιημάτων, οὐδὲ παντοκράτωρ ἄνευ τῶν κρατουμένων· τὸν γὰρ δημιουργὸν διὰ τὰ δημιουργήματα ἀνάγκη, καὶ τὸν ποιητὴν διὰ τὰ ποιήματα, καὶ τὸν παντοκράτορα διὰ τὰ κρατούμενα λέγεσθαι· ἀνάγκη ἐξ ἀρχῆς αὐτὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγενῆσθαι, καὶ μὴ εἶναι χρόνον, ὅτε C οὐκ ἦν ταῦτα. Εἰ γὰρ ἦν χρόνος, ὅτε οὐκ ἦν τὰ ποιήματα, ἐπεὶ τῶν ποιημάτων μὴ ὄντων, οὐδὲ ποιητής ἐστιν, ὅρα οἷον ἀσεβὲς ἀκολουθεῖ. Ἀλλὰ καὶ ἀλλοιοῦσθαι καὶ μεταβάλλειν τὸν ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον συμβήσεται Θεόν. Εἰ γὰρ ὕστερον πεποίηκε τὸ πᾶν, δῆλον ὅτι ἀπὸ τοῦ μὴ ποιεῖν εἰς τὸ ποιεῖν μετέβαλε. Τοῦτο δὲ ἄτοπον μετὰ τῶν εἰρημένων· οὐκ ἄρα δυνατὸν λέγειν, μὴ εἶναι ἄναρχον καὶ συναΐδιον τῷ Θεῷ τὸ πᾶν. Πρὸς ὃν φησι δι' ἑτέρου προσώπου ὁ Ἅγιος ἐρωτῶν· Ἆρά γε σοφίας καὶ δόξης, καὶ συλλήβδην πάσης ἀρετῆς ἀρχὴν καὶ πηγὴν οὐσιωδῶς, ἀλλὰ μὴ ἐπικτήτως ἡγῇ τὸν Θεόν; Ὁ δέ· Ναί. Τί δὲ πρὸς τούτοις; Οὐχὶ τέλειος πάντη δι' ἑαυτὸν καὶ ἀπροσδεής; Ἀληθῆ· ἀμήχανον γὰρ τὸ ἀπροσδεὲς δι' ἕτερον εἶναί τι ἀπροσδεές [ἀμήχανον]. D Πᾶν γὰρ δι' ἕτερον πλῆρες ὂν, καὶ ἀτελὲς λεκτέον ἀνάγκη. Τὸ γὰρ αὐτὸ δι' ἑαυτὸ ἑαυτοῦ πλήρωμα ὂν, καὶ αὐτὸ ἐν ἑαυτῷ μόνον, τέλειον εἶναι τοῦτο μόνον δοξαστέον. Ἀληθέστατα λέγεις. Τὸ δὲ μήτε αὐτὸ δι' ἑαυτὸ, μήτε

cipi, ut dictum est: aut hoc ita accepto ut est dictum, consequens fit ut dicamus, nulli infidelium quos porcis comparamus, per apostolica documenta quæ animas instar margaritarum illuminant, fidem in Christum et ab impietate libertatem partam esse. Sed est blasphemum hoc dicere. Ergo margaritæ hoc loco non sunt accipiendæ sanctiores disciplinæ; porcique, impii: neque illud: *Nolite projicere margaritas vestras ante porcos*, ita explicandum est, ut prohibeat proponi impiis infidelibusque, sacra illa et consummativa in Christum documenta: sed margaritæ fuerint virtutes, quibus velut margaritis pretiosis ornatur animus. Non abjiciendas autem eas porcis; hoc est, non projiciendas virtutes, puta castitatem, temperantiam, justitiam, veritatem, ejusmodi, inquam, virtutes, non objiciendas impuris voluptatibus: hæ enim assimilantur porcis: ne has conculcantes (10), in vitam porcorum similem omnique vitiorum genere plenam, animam cogant.

II. Origenes, inquit, quem centaurum vocat, universum hoc, soli sapienti nulliusque egenti Deo, coæternum asseruit. Nam ait: Cum non sit opifex sine opificio, nec creator sine creatura (11), neque universalis Dominus sine subjecta universitate: quippe necesse est ut opifex ab opificio, creator a creatura, universalis Dominus ab universitate subjecta nominetur: sequitur necessario ut hæc Deus a principio creaverit, nec sit ullum tempus in quo illa non fuerint. Nam si fuit, quando creaturæ non erant; cum creaturis non exsistentibus, neque etiam sit creator: vide quanta sequatur impietas. Quin et alterari mutarique continget immutabilem Deum ac invariabilem. Si enim tandem aliquando creavit universum, haud dubie, a non creando, mutatus transivit ad creandum. Hoc autem absurdum est, ut et quo infertur; non ergo dici potest non esse ab æterno rerum universitatem, ac Deo coæternam. Ad quem Sanctus, ex alterius persona interrogans: Nonne Deum, principium existimas, fontemque sapientiæ ac gloriæ, verbo, virtutis universæ, substantialiter et non ascititie? Sane, inquit. Quid vero præterea? Nonne omnino a se perfectus est, ac nullius indigens? Ita est: impossibile enim est, ut quod nullius indiget, ab aliquo alio non indigentiam ejusmodi habeat. Nam quidquid ab alio plenum est et perfectum, ipsum quoque imperfectum dici necesse est. Solum siquidem, quod

(10) *Ne has conculcantes*. Leg. in Gr. ex textu Evang. καταπατοῦσαι. Amica est Methodio paraphrasis. Vox quoque apta metaphoræ, cui mendosum illud quod repræsentant impressa, καταφαγοῦσαι, minus congruit.

(11) *Nec creator sine creatura*, ἢ ποιητὴς ἄνευ ποιημάτων. In Deum dicitur, ut et antecedens δημιουργός, ac consequens παντοκράτωρ: quare jejunius Schottus, *poeta sine poematis*. Discrimen inter ποιητὴν καὶ δημιουργόν, ex Platonis sententia, tradit Justinus Martyr (a): ut ille nullius alterius indigens, ex sua ipsius virtute et potentia opus faciat; hic autem, mutuatus a materia opificii virtutem. Hoc porro argumentum Origenianum, Achilles est etiam Aristoteli, ad eamdem mundi et motus æternitatem astruendam; ipsum valde infirmum nec satis dignum tanti nominis philosopho, cui Deus sic ἐμπαθῶς agat. Aliter Christiani et dignius Deo (ut est sola Deo digna Christiana religio) didicimus.

(a) Locus Justini Martyris ad quem hic respicit Combefisius, exstat in *Cohort. ad Græc.*, § 22, atque egregie illustratur a Mazochio V. C. ad *Acta S. Justini M.* Gall.

A ipsum a se, sui ipsius plenitudo est manetque in se ipso, perfectum censendum est. Verissime censes. Num vero, quod neque a se, neque sui ipsius plenitudo est, nullius indigum dixeris? Minime vero. Deus ergo num ab alio perfectus æstimabitur? Nam quod perfectum est ab alio, nonne ipsum per se necessario imperfectum est? Est plane. Deus ergo, a se, non ab alio perfectus judicabitur? Rectissime. Nonne aliud est Deus a mundo (12), aliudque mundus a Deo? Omnino. Num igitur Deus propter mundum Deus et perfectus, et opifex, et universalis Dominus dicendus est? Nequaquam (13); ut ne propter mundum, præsertim mutabilem, non ipse a se, per se perfectus inveniatur. Congrue vero. Quamobrem dives nonne propter divitias dives appellandus est? Recte. Quid vero sapiens, nonne substantialis illius sapientiæ participio, non exsistens ipse sapientia, sapiens nuncupatur? Ita sane. An ergo et Deus, qui sit aliud a mundo, ea ratione, et dives propter mundum et beneficus, et opifex, vocandus fuerit? Nequaquam; apage. Ipse igitur suæ divitiæ est, atque a se ipso dives est et potens. Ita videtur. Eratne etiam ante mundi molitionem nullius indigens, velut qui Pater, et Dominus universalis, opifexque esset; adeo ut, a se, non ab alio sit omnia hæc? Sic certe necesse est. Nam si a mundo, non ipse a se, qui sit alius a mundo, intelligeretur Dominus universorum (pace tua, Deus, cogor sic loqui), ipse per se imperfectus esset, iisque indigeret, a quibus Dominus universalis auctorque mirabili ratione esset. Est ergo perniciosus ille error rejiciendus, dicentium in Deum, non ipsum a se, sed a subjectis rebus et creatis, quæ sunt mutationi obnoxiæ, universalem Dominum ac creatorem esse.

αὐτὸ ἑαυτοῦ πλήρωμα ὄν, φαίης ἂν ἀπροσδεές; Οὐδαμῶς. Οὐκ ἄρα ὁ Θεὸς τέλειος διά τι νομισθήσεται; Ὃ γὰρ διά τι τέλειόν ἐστιν, αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ ἀτελὲς ἀνάγκη τυγχάνειν. Οὐκοῦν καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸς δι' ἑαυτὸν τέλειος, ἀλλ' οὐ δι' ἕτερον λογισθήσεται; Ὀρθότατα. Ἕτερον Θεὸς κόσμου, καὶ ἕτερον κόσμος Θεοῦ; Παντελῶς. Οὐκ ἄρα τέλειον φατέον, καὶ δημιουργὸν, καὶ παντοκράτορα, διὰ κόσμον τὸν Θεόν; Οὔ· ὅπως [μὴ] δι' ἑαυτὸν, ἀλλὰ [μὴ] διὰ κόσμον, καὶ ταῦτα τρεπτὸν, αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν τέλειος εὑρίσκοιτο. Προσηκόντως. Τί δέ; τὸν πλούσιον διὰ τὸν πλοῦτον λεκτέον πλούσιον; Ὀρθῶς. Καὶ τὸν σοφὸν κατὰ μετοχὴν τῆς οὐσιώδους σοφίας, οὐκ αὐτὸν σοφίαν ὄντα, σοφὸν προαγορευτέον (*f.* προσαγ-); Ναί. Τί δέ; καὶ τὸν Θεὸν ἕτερον B ὄντα κόσμου, διὰ κόσμον ταύτῃ πλούσιον καὶ εὐεργέτην καὶ δημιουργὸν κλητέον; Οὐδαμῶς· ἄπαγε! Οὐκοῦν αὐτὸς ἑαυτοῦ πλοῦτος, καὶ δι' ἑαυτὸν πλούσιος καὶ δυνατὸς τυγχάνει. Ἔοικεν. Ἦν ἄρα καὶ πρὸ κόσμου πάντῃ ἀπροσδεὴς, ὢν καὶ Πατὴρ καὶ παντοκράτωρ, καὶ δημιουργὸς, ὅπως αὐτὸς δι' ἑαυτὸν, ἀλλὰ μὴ δι' ἕτερον ταῦτα ᾖ; Ἀνάγκη. Εἰ γὰρ διὰ κόσμον, καὶ οὐχὶ δι' ἑαυτὸν ἕτερος ὢν [καὶ] κόσμου, παντοκράτωρ γνωρίζοιτο (συγγνώμην ὁ Θεὸς, ἀναγκάζομαι γὰρ τοῦτο εἰπεῖν), αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἀτελὴς [ἂν] καὶ προσδεὴς τούτων, δι' ἃ παντοκράτωρ καὶ δημιουργός ἐστιν ὑπερφυῶς. Οὐκ ἄρα ἀποδεκτέον ταύτην τὴν ὀλέθριον ἁμαρτίαν περὶ Θεοῦ τῶν λεγόντων, παντοκράτορα καὶ δημιουργὸν διὰ τὰ κρατούμενα καὶ δημιουργούμενα τρεπτὰ, ἀλλ' οὐ δι' ἑαυτὸν εἶναι τὸν Θεόν.

C III. Etiam ita ratiocinare. Si tandem, inquis, aliquando creatus est mundus, cum prius non esset; necesse est, immunem Deum a passione et alteratione, mutari. Quippe oportet, mutationi alterationique subjaceat, qui ab otio postmodum ad opus procedit. Nam dicebam (14): Requievitne Deus a mundi creatione, necne? Sane requievit: alioqui enim necdum is esset perfectus. Ita est. Si ergo creatio a non creatione Deo alterationem affert, nonne etiam non creatio a creatione? Ita prorsus. Dixeris vero mutatum, quod non creet hodie, eo quod aliquando crearet? Nequaquam. Neque ergo est necessitate mutatus creando mundum, quod fuerit quando non crearet. Atque adeo non neces-

Γ'. Ὅρα δὲ καὶ ὧδε. Εἰ ὕστερον, ἔφης, πεποίηται ὁ κόσμος, μὴ πρότερον ὢν, μεταβάλλειν ἀνάγκη τὸν ἀπαθῆ καὶ ἀναλλοίωτον Θεόν. Τὸν γὰρ ποιοῦντα πρότερον μηδὲν, ὕστερον δὲ ἀπὸ τοῦ μὴ ποιεῖν εἰς τὸ ποιεῖν (15), μεταβάλλειν καὶ ἀλλοιοῦσθαι ἀνάγκη. Ἔλεγον γάρ· Πέπαυται δὲ τοῦ ποιεῖν τὸν κόσμον ὁ Θεὸς, ἢ οὔ; Πέπαυται· οὔπω γὰρ ἦν τετελειωμένος ἄν. Ἀληθές. Εἰ οὖν τὸ ποιεῖν ἐκ τοῦ μὴ ποιεῖν ἀλλοίωσιν τοῦ Θεοῦ καταψηφίζεται, οὐχὶ καὶ τὸ μὴ ποιεῖν ἐκ τοῦ ποιεῖν; Ἀνάγκη. Ἠλλοιῶσθαι δὲ αὐτὸν φαίης μὴ ποιοῦντα σήμερον παρ' ὃ ἦν ὅτε ἐποίει; Οὐδαμῶς. Οὐδ' ἄρα ὅτε ποιεῖ τὸν κόσμον, ἠλλοιῶσθαι αὐτὸν ἀνάγκη, παρ' ὃ ἦν ὅτε οὐκ ἐποίει· καὶ οὔτε ἀνάγκη συνυπάρχειν αὐτῷ τὸ πᾶν δεῖ λέ-

(12) *Nonne aliud est Deus a mundo*, etc., ἕτερον Θεὸς κόσμου; Quid planius? Ostendit non esse Dei perfectionem a mundo, qui sit aliud ab ipso; cum divina et absoluta perfectio, ab ipso cujus est et propter ipsum debeat esse. Schottus: *Nonne est aliud Deus mundi*, etc., fœda certe barbarie.

(13) *Nequaquam*, οὐ μή. Sic facile potest restitui littera, reddita particula μή suo loco, eoque non inutili. Velut adversarii responsio sit ab iis particulis usque ad verbum εὑρίσκοιτο, cui velut gratulans Methodius subjungat τὸ προσηκόντως, ac ita interrogare pergat.

(14) *Nam dicebam*, ἔλεγον γάρ. Replica est Methodii, qua ad hominem infringit argumentum Origenis, probatque idem sequi incommodum ex ipsius D sententia, ab otio, sequente opus, quod ipse ostendit ab eodem, id ipsum præcedente. Schottus nulla consecutione in tertia accipit: *dicebant enim*, nisi prelum male sudavit, scripsitque ipse *dicebam*: quam tamen piam conjecturam depellit, quod paucis post lineis eadem oscitantia peccat, ubi etiam novam transitionem illam Methodii ad novam instantiam: Καί μοι φάθι καὶ ὧδε, sic reddit: *Atqui sic mecum disputant*. Quanquam enim notat in marg., ἄλ. φασί, planum tamen est esse lectionem illam mendosam, nec Origenianum argumentum inchoari, sed Methodianum.

(15) *Εἰς τὸ ποιεῖν*. Deest προεληλυθότα, aut aliquid hujusmodi.

γειν, διὰ τὸ μὴ ἀναγκάζεσθαι λέγειν ἠλλοιῶσθαι, ὅτι A συναΐδιον δι' αὐτὸ τοῦτο.

Δ'. Καί μοι φάθι καὶ ὧδε· Γενητὸν τὸ μὴ γενέσεως ἔχον ἀρχὴν φαίης ἄν; Οὐ δῆτα. Εἰ γὰρ μὴ ὑποπίπτει γενέσεως ἀρχῇ, ἐξ ἀνάγκης ἀγένητόν ἐστιν. Εἰ δὲ γέγονεν, ὑπὸ αἰτίου τινὸς δίδως αὐτῷ γεγονέναι. Πάντη γὰρ ἀδύνατον χωρὶς αἰτίου γένεσιν ἔχειν; Ἀδύνατον. Κόσμον δὴ οὖν, καὶ ὅσα ἐν αὐτῷ, μῶν ἄλλου τινὸς ἢ Θεοῦ δημιουργοῦντος φήσομεν γεγονέναι ὕστερον, πρῶτον οὐκ ὄντα; Δῆλον, ὅτι Θεοῦ. Ἀδύνατον γὰρ τὸ γενέσεως ἀρχῇ περιορισθὲν συναπέραντον εἶναι τῷ ἀπεράντῳ; Ἀδύνατον. Πάλιν δὴ οὖν, ὦ κένταυρε, ἐξ ἀρχῆς διαλεγώμεθα. Θείᾳ ἐπιστήμῃ τὰ ὄντα φατὲ γεγονέναι, ἢ οὔ; Ὦ βάλε (16), λέξουσιν· οὐδαμῶς. B Ἀλλὰ ἀπὸ τῶν στοιχείων, ἢ ὕλης, ἢ στηριγμάτων, ἢ ὅπως αὐτοὶ ταῦτα βούλεσθε ὀνομάζειν (οὐδὲν γὰρ διαφέρει), τούτων ἀγενήτως προϋφεστηκότων καὶ πλημμελῶς φερομένων, ὁ Θεὸς διακρίνας ἐτεχνήσατο τὰ πάντα, ὥσπερ ἀγαθὸς ζωγράφος ἀπὸ πολλῶν χρωμάτων μίαν τεχνησάμενος ἰδέαν; Οὐδὲ τοῦτο. Πάντως γὰρ ἀποφεύξονται ὁμολογῆσαι καθ' ἑαυτῶν, ἵνα μὴ, τῆς διακρίσεως (17) καὶ τῆς μεταμορφώσεως τὴν ὕλην συγχωροῦντες ἀρχὴν ἐσχηκυῖαν, ἀναγκασθῶσι τῷ λόγῳ κατὰ πάντα τὸν Θεὸν ἦρχθαι τοῦ διοικεῖν λέγειν καὶ κατακοσμεῖν τὴν πρότερον ἄμορφον οὖσαν ὕλην.

sum habebimus fateri universum Deo coexsistere, ut ne cogamur mutatum admittere: ea siquidem ratio est cur ei coæternum ponas.

IV. Sed et sic responde: Dixerisne creatum, quod non habet creationis principium? Haud puto: nisi enim in principium creationis incidit, necessario est increatum. Quod si fuit creatum, plane concedis ab aliqua causa creatum. Quippene prorsus impossibile, ut creatio sit sine causa creante? Impossibile. Num ergo mundum et quæcunque sunt in illo, alio tandem quam Deo opifice, dicturi sumus creata, cum prius non essent? Perspicuum a Deo creata esse. Num enimvero fieri potest, ut interminabili sit cointerminabile, quod creationis principio definitum est? Haudquaquam potest. Iterum ergo, o centaure (18), resumamus disputationis principium. Nam res divina scientia creatas (19) fatemini, necne? Apage, inquient: Minime. Num vero ex elementis, vel materia, aut firmamentis, aut quibus hæc verbis appellare vultis: nam nihil refert; cum illa increata præexsisterent ac temere ferrentur, secernens Deus, universa fabricatus est, velut præstantissimus pictor, rationem unam et imaginem e multis coloribus expresserit? Neque ita, inquient: omnino enim refugient contra se ipsos hoc testari; ut ne dato habuisse materiam principium secretionis et transformationis, cogat ratio fateri, cœpisse Deum, materiam prius informem et indigestam, digerere ac perpolire.

E'. Φέρε γὰρ, ἐπειδὴ σὺν τῷ Θεῷ φάναι ἐνταῦθα C τοῦ λόγου γεγόναμεν· ἤτω τις ἀνδριὰς ἑστὼς ἐπὶ βάσεως καλός· οὗ θαυμάζοντες οἱ θεώμενοι τὴν εὔρυθμον καλλονὴν, διαφερέσθωσαν πρὸς ἀλλήλους, τῇ μὲν γενητὸν, τῇ δὲ καὶ ἀγένητον λέγειν πειρώμενοι. Ἐροίμην γὰρ σφᾶς· Δι' ἣν αἰτίαν ἀγένητον αὐτόν φατε, πότερον διὰ τὸν τεχνίτην, ὅπως μηδαμῶς ἀργήσας τῆς δημιουργίας νομίζοιτο, ἢ δι' αὐτόν; Ἂν

V. Age vero, quoniam Deo propitio in hunc locum dicendo pervenimus, ponamus statuam, in sua basi collocatam; elegantem illam, cujus concinnam pulchritudinem spectatores mirentur: dissentiant vero; aliis factam contendentibus, aliis non factam. Quæsierim ego ab eis: Quamobrem dicitis non factam (20)? An propter artificem, ut ne unquam vacasse ab opere existimetur, vel propter

(16) Ὦ βάλε. Al., ὦ πάλιν· al., ὦ βάλη.

(17) Διακρίσεως. Al., κατακρίσεως· al., μετακρίσεως.

(18) *O centaure.* Suggillat Origenem velut monstrosum, qui multa quidem hominis, et supra fere hominem, habeat, multaque item velut belluina, absonis illis dogmatis, quibus sua quæque optima vitiavit: non minus mali effectus forma, ubi malus, quam boni, ubi bonus.

(19) *Divina scientia creatas.* Sic ubique S. doctor, probatioresque theologi; frustraque quærimus aliud in Deo, etiam distinctum virtute quo res agat. Scit esse, volens, suntque ut æterno illa placito vult esse, eoque sunt nova, nulla Dei divinæque ejus aut scientiæ aut voluntatis novitate.

(20) *Quamobrem dicitis non factam?* Facile dilemma, ut statuæ æternitas, eoque mundi cui illa comparatur, vel sit ab ipso artifice et ejus propria conditione, qui petat esse semper in actu, nunquam otiari; quæ est ratio superius allata, et velut unum totius erroris istius fundamentum; vel ab ipsamet statua, quæ sic petat non incœpisse; quod utrumque subtilissime impugnat Methodius, re tandem deducta ad αὐτοματισμόν, et ut creata a se ipsis sint, non a Deo, velut ei necessario coæterna: nulla etiam rationis antecessione, divini esse, ad illud eorum esse perpetuo necessarium. Quæ certe ratio solidissima est, nec tangit opinionem apud nostrates agitari solitam, utrum mundus vel creatum aliquid potuerit esse ab æterno; non velut ens necessarium, et quod sic esse, sua ipsum natura peteret; sed ut contingens, et quod solo Dei voluntate sic esset. D Quanquam etiam eam æternitatem Methodiana argumenta non leviter perstringant, velut ex ipsa ratione creati sit, ut eo quod creatum accipit vel esse vel motum, necessum sit ὑποπεσεῖσθαι ἀρχῇ, *ut principio subjaceat.* Schottus ad illa verba et primam partem dilemmatis, ὅπως μηδαμῶς ἀργήσας τῆς δημιουργίας νομίζοιτο, *causam hanc,* inquit, *non bene assequor.* At nec ego bene assequor ipsius modestiam, et quam in re tam facili, sicque Methodio inculcata, prætendit ignorantiam. Quod certe paulo post ad idem sequitur, ὅπως ἀνάρχως λέγοιτο κρατεῖν τοῦ τεχνάσματος ὁ τεχνίτης, diciturque ex eadem persona Origenianorum, eo astruentium creationem sine principio et æternam, non bene videtur assecutus, dum ita reddit: *Ut opifex opificio ab æterno major dicatur:* nihil enim hoc ad propositum. Nos ita: *ut æternum artifex, habere dicatur quod molitus sit opus ac opificium.* Est plane hæc τοῦ κρατεῖν acceptio; sicque ἀκριβέστερον respondent Origeniani caventes αὐτοματισμόν, quomodo forte sit legendum ἀντὶ τοῦ πικρότερον

ipsammet statuam? Si quidem vero propter artificem, qui illa, cum sit non facta, effingitur ab artifice? Si enim omnino necessariam habet metallariam artem, ut recipiat quamcunque artifex malit figuram, qua ratione erit non facta, quæ et patiatur ab artifice, et fiat? Sin autem, velut a se ipsa absolutionem habens, et infecta increataque, ut perniciosa vestra habet sententia, dicatur non habere artem necessariam; necessum est, fateamini, rerum a se et spontaneum ortum: vel certe, neque hunc forte admittentes sermonem, absurdius responsuri sunt; ut statuam quidem infectam non dicant; factam vero ejusmodi, ut non habeat ortus initium, ut æternum artifex habere dicatur quod moliatur opificium. Heus vos ergo, dicemus, si neque tempus neque ævum retro ullum reperiatur, quando statua perfecta non fuerit, quid, rogo, illi artifex præstitit, quidve in illa egit? Nam si ipsa nullius egens, principii ortus expers est; nunquam potius, in sententia vestra, opifex effinxerit, aut inventus opifex fuerit. Atque ita rursus in idem revoluta oratio, sponte sua factum opus, fateri coget. Si enim artifex vel exilissime statuam movisse dicitur, utique subjacet principio, qua is ratione informem olim et sine motu, movere cœpit atque polire. Nec ergo erat, nec est futurus idem perpetuo mundus. Comparandus enim est artifex Deo, et statua mundo. Quomodo igitur, o stupidissimi, creaturam existimatis creatori coæternam, ejus opera non indigere? Quod enim est coæternum, cum nulla ratione habeat creationis ortusque principium, etiam oportuerit esse coincreatum, eademque virtute. Porro, quod semel increatum atque a se perfectum et immutabile visum sit, nullius etiam egens * et immune a corruptione erit: atque adeo, dum res sic habeat, erit mundus in vestra sententia immutabilis.

μὲν γὰρ διὰ τὸν τεχνίτην, πῶς ἀγένητος ὢν πρὸς τοῦ τεχνίτου δημιουργεῖται; εἰ γὰρ ὅλως ἐν ἐνδείᾳ τῆς τέχνης καθέστηκε χαλκουργούμενος πρὸς τὸ σχεῖν ὁποῖον ὁ δημιουργὸς ἐθέλοι χαρακτῆρα, ποίῳ τρόπῳ ἀγένητος ἔσται πάσχων τε καὶ δρώμενος; εἰ δὲ αὖ δι' ἑαυτὸν τέλειος καὶ ἀγένητος λέγοιτο μὴ δεῖσθαι τῆς τέχνης ὁ ἀνδριὰς, κατὰ τὸ ὀλέθριον δόγμα, ἀνάγκη αὐτοματισμὸν ὁμολογεῖν. Ἢ οὐδὲ τοῦτον ἴσως ἐθελήσαντες προσήκασθαι τὸν λόγον, πικρότερον (23) ἀποκρινοῦνται, τὸ μὲν βρέτας ἀγένητον οὐκ εἶναι λέγοντες· γενητὸν δὲ εἶναι ἀεὶ γενέσεως ἀρχὴν οὐκ ἔχον, ὅπως ἀνάρχως λέγοιτο κρατεῖν τοῦ τεχνάσματος ὁ τεχνίτης. Οὐκοῦν, ὦ οὗτοι, λέξομεν αὐτοῖς, εἰ μὴ χρόνος, μήτε αἰὼν εὑρίσκοιτο ἐπάνω, ὅτε οὐκ ἦν τέλειος ὁ ἀνδριὰς, τί παρέσχεν αὐτῷ ὁ τεχνίτης, ἢ τί ἐνήργησεν εἰς αὐτὸν, φατέ; Εἰ γὰρ ὁ αὐτὸς ἀνενδεὴς ὢν, καὶ οὐκ ἔχων ἀρχὴν γενέσεως τυγχάνει, ταύτῃ μᾶλλον καθ' ὑμᾶς ὁ δημιουργὸς οὐδέποτε δημιουργήσας, οὔτε δημιουργῶν εὑρεθήσεται. Καὶ πάλιν εἰς αὐτὸ ἔοικεν ὁ λόγος περιδεδραμηκέναι, αὐτοματισμὸν ὁμολογεῖν. Ἐὰν γὰρ κἂν τὸ ἀκαριαίτατον ἀνδριάντα κινήσας ὁ δημιουργὸς λεχθῇ, ἀρχῇ ὑποπεσεῖται, καθ' ἣν πρότερον αὐτὸν ἄκοσμον καὶ ἀκίνητον ὄντα, ἤρξατο κινεῖν καὶ κοσμεῖν. Οὐκοῦν καὶ ἦν καὶ ἔσται διηνεκῶς ὁ αὐτὸς ἀεὶ κόσμος. Ἀπεικαστέον γὰρ τῷ μὲν Θεῷ τὸν τεχνίτην, τὸν δὲ ἀνδριάντα τῷ κόσμῳ. Πῆ δ' οὖν, ὦ ἠλίθιοι, οἴεσθε τὴν κτίσιν συναπέραντον οὖσαν τῷ δημιουργῷ, μὴ δεῖσθαι τοῦ δημιουργοῦ; Τὸ γὰρ συναπέραντον μηδαμῶς ἀρχὴν γενέσεως ἔχον, καὶ συναγένητον καὶ ἰσοδύναμον ἀνάγκη τυγχάνειν. Τὸ δὲ ἀγένητον, αὐτοτελὲς καὶ ἄτρεπτον φανθὲν, καὶ ἀπροσδεὲς καὶ ἄφθορον [ἂν] ἔσται· καὶ εἰ τοῦτο οὕτως ἔχει, οὐκέτι ὁ κόσμος τρεπτὸς καθ' ὑμᾶς.

VI. * Ecclesiam, ab appellandis, ac ceu ad certamen vocandis voluptatibus (21) dictam ait.

VII. Ait Sanctus: Duas porro (22), in iis quæ

ϛ'.* Ὅτι Ἐκκλησία παρὰ τὸ ἐκκεκληκέναι τὰς ἡδονὰς λέγεσθαί φησιν.

Ζ'. Ὅτι φησὶν ὁ Ἅγιος· Δύο δὲ δυνάμεις ἐν τοῖς

* *Schol.* Quomodo id dicis, sancte Dei, si quidem ejusmodi tua opinio est?

* *Σχόλιον*. Πῶς τοῦτο φῄς, ἅγιε τοῦ Θεοῦ, εἴπερ καὶ σοὶ ἡ τοιαύτη δόξα;

(21) *Ab appellandis ac ceu ad certamen vocandis voluptatibus*, παρὰ τὸ ἐκκεκληκέναι τὰς ἡδονάς. Vix certe fuerit subtilius etymum, digniusque Methodio ac eo Christi athleta, qui tali olim certamine, ad insignem illam de tyranno victoriam, quam tandem martyr illustris obtinuit, sese strenue comparasset; velut apud nostrates Petrus ille martyr, vere Christi et ante martyrium hostia, pauloque anterior ac gradu vicinior Methodio, Thomas ille gentis Anglorum, utinam virtutis æmulæ decus. Mire accinit meus ille Amphilochius hom. *De pœnit.*, cum ita de diabolo succentore passionum, loquitur, p. 93: Φθονεῖ γὰρ ὑπὲρ πάντας τὸ γένος τῶν Χριστιανῶν, ὡς ἀποστρεφόμενον τῆς ἑαυτοῦ ματαιότητος πάντων. *Præ mortalibus enim omnibus, livore fertur in Christianum genus et nomen, velut quod ex omnibus suæ ipsius dementiæ adversum noverit:* atque adeo velut solos habeat adversarios; quibus proinde velut solis illi militans voluptatum agmen, objectum videri possit, aperta baptismo velut palæstra; Ecclesia qua depugnemus; eo etiam tum cærimoniali, tum sacro, in eo, unctis oleo; quando et sacrum, ejus est velut consummatio. Hœschelius hocce etymum ita exponit, ut voluerit dictam Ἐκκλησίαν quasi ἐκκλισίαν, *a fuga voluptatum*, eoque legendum ἐκκεκλικέναι: ad quod etiam videtur respexisse Schottus illa parenthesi (*hoc est exstirpandis*). Enimvero sic non egregium etymum, sed inepta fuerit æquivocatio, dignior rudi linguæ Græcæ, quam facundissimo in ea Methodio, quem plane non fugit, quam dedimus non ita insolentem aptissimamque proposito, illa τοῦ ἐκκαλεῖν acceptio.

(22) *Duas porro*, etc. Duas hypostasi, unam re ipsa et natura, eoque una indivisa actione et creantes materiam, et distinctione ornantes, sola appropriatione altera sibi alterum, altera alterum vindicante: Patre creationem, ut in qua maxime eluceat divina potentia: Filio ornatum et perfectionem, ut proprium maxime artis et rationis divinæ. Mox

(23) *Πικρότερον*. Forte, ἀλογώτερον. Et mox al., τὸν ἀκαρ.

προωμολογημένοις ἔφαμεν εἶναι ποιητικάς, τὴν ἐξ οὐκ ὄντων γυμνῷ τῷ βουλήματι, χωρὶς μελισμοῦ, ἅμα τὸ (*f.* τῷ) θελῆσαι αὐτουργοῦσαν ὃ βούλεται ποιεῖν· τυγχάνει δὲ ὁ Πατήρ· θάτερον (*f.* θατέραν) δὲ κατακοσμοῦσαν καὶ ποικίλλουσαν κατὰ μίμησιν τῆς προτέρας τὰ ἤδη γεγονότα· ἔστι δὲ ὁ Υἱὸς, ἡ παντοδύναμος καὶ κραταιὰ χεὶρ τοῦ Πατρὸς, ἐν ᾗ μετὰ τὸ ποιῆσαι τὴν ὕλην ἐξ οὐκ ὄντων κατακοσμεῖ (24).

Η'. Ὅτι τὸ Ἰὼβ βιβλίον Μωσέως εἶναι ὁ Ἅγιός φησι. Ὅτι περὶ τοῦ, *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν*, φησίν· Ἀρχὴν δὲ αὐτὴν τὴν σοφίαν λέγων τις οὐκ ἂν ἁμάρτοι. Λέγεται γὰρ παρά τινι τῶν ἐκ τοῦ θείου χοροῦ λέγουσα περὶ αὐτῆς τὸν τρόπον τοῦτον· *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ· πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με.* Ἦν γὰρ ἀκόλουθον καὶ πρεπωδέστερον, πάντα ὅ: εἰς γένεσιν ἦλθον, εἶναι ταύτης νεώτερα, ἐπεὶ καὶ δι' αὐτῆς γεγόνασιν. Ἐπίστησον γὰρ εἰ μὴ καὶ τὸ, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς Θεὸν*, κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν, *καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν*· εἰ μὴ τούτοις ὁμαρτεῖ. Τὴν μὲν γὰρ ἀρχὴν, ἀφ' ἧς ἀνεβλάστησεν ὁ ὀρθότατος Λόγος, τὸν Πατέρα καὶ ποιητὴν τῶν ὅλων φατέον, ἐν ᾧ ἦν· τὸ δὲ *Οὗτος* [*ἦν*] *ἐν ἀρχῇ πρὸς Θεὸν*, τὸ ἐξουσιαστικὸν τοῦ Λόγου, ὃ εἶχε παρὰ τῷ Πατρὶ καὶ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἰς γένεσιν παρελ-

A jam evicimus et sunt admissa, dicebamus esse virtutes effectrices : alteram quidem, quæ ex nihilo, nuda voluntate, nulla mora, simul atque vult, omnia faciat quæ velit. Est autem virtus illa Pater : alteram vero, quæ ad prioris imitationem perficiat, distinguatque ac perpoliat quod jam factum est. Et hic Filius est, omnipotens illa firmaque Patris manus, qua materiam ex nihilo prius creatam, postmodum exornat ac perficit.

VIII. Ait Sanctus, librum Job esse Mosis (25). Ait præterea super illis verbis : *In principio creavit cœlum et terram* [a] : Non erraverit qui *Principium* (26) Sapientiam esse dixerit. Sic enim apud quemdam e sacro cœtu, fertur ipsa de se loqui : *Dominus creavit me* (27) *initium viarum suarum, in* B *opera sua; ante sæculum fundavit me* [b]. Par enim erat congruumque, ut creata omnia, quippe facta per illam, essent ea posteriora. Nam vide, num illud evangelicum : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum : et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum* [c] ; istis consentanee habeat. Principium enim fuerit, Pater ille et creator universorum, ex quo germinavit, quod erat in ipso, Verbum rectissimum. Illud autem : *Hoc erat* (28) *in principio apud Deum*, Verbi principatum illum quem apud Patrem, priusquam mundus crearetur, C liberum habuit, significare videtur; velut *Princi-*

[a] *Gen.* I, 1. [b] *Prov.* VIII, 22. [c] *Joan.* I, 1.

Mox τὸ ἄνευ μελισμοῦ palam vitiosum est. Schottus, *sine partium distinctione.* Quid enim vero ad propositum? Legendum ergo μελλησμοῦ, ut V. et H., vel etiam μελησμοῦ, ut nonnunquam scribitur, ut prompta rerum ex nihilo eductio, Deo vocante nulloque obnitente, exprimatur.

(24) *Κατακοσμεῖ.* Andr. Schottus, μετακοσμεῖ.

(25) *Librum Job esse Mosis.* Est hæc communior veriorque sententia, quam pluribus docte admodum explicat tueturque Jacobus Bolducus ord. S. Francisci Capuc., præludio II, in suum Job.

(26) *Non erraverit, qui Principium,* etc. Secuti sunt eam Methodii expositionem Augustinus l. I *De Gen. ad lit.*, c. 1 ; Basilius et Ambrosius hom. *in Hexaem.*, et est subtilis : quanquam non omnium forte maxime litteralis : qua de re expositores ad I illud caput Gen.

(27) *Dominus creavit me*, etc. Sic LXX, ἔκτισέ με, *condidit, creavit me*, quod non minimam olim difficultatem fecit : satisfacitque Hieronymus in epist. ad Cyprian., negando haberi in Hebræo verbum creationis quæ dicitur ברא, sed possessionem quæ dicitur קנה; quo etiam modo habent Vulgata expressa ex Hebr., *Dominus possedit me in initio viarum suarum;* quomodo et Aquila : Κύριος ἐκτήσατό με ἀρχῆθεν. Quia tamen etiam LXX salvandi sunt, et lectio tot Patribus recepta, dicendum videtur cum Jansenio ad eum locum, idem significari utraque lectione : quanquam illa LXX nonnihil humilius, et humano modo : significari, inquam, Sapientiæ illius subsistentiam a Patre, ante omnem creaturam ; æternamque emanationem, velut Rationis, in qua et per quam crearentur omnia : atque adeo, *principii ex principio illo singulari sine principio, Patre, a quo, et post quem,* γίνεται αὐτὸς ἀρχὴ τῶν ἄλλων. Velut creatur et fit aliorum ipsum Principium, inquit Methodius, inhærens phrasi illi Scri-

D pturæ, eodem proinde modo exponendus ; Patrisque illam ingeniti notionem ac auctoritatem insinuans, qua etiam emanationum ad intra, totiusque Trinitatis fons dicitur, et est unus ipse, ἀρχὴ ἄναρχος : non ad exsistentiæ prioris exclusionem ; sic enim et Filius ἄναρχος est, ut bene Gregorius orat. *De theolog.* aliique passim Græci ; sed per remotionem αἰτίας, ac velut causæ principiique essendi : nam causam in divinis non ita ferunt Latini, ut nec Græci, ἀρχὴν, bono utrique sensu, aliisque et aliis verbis quod sanum est, explicantes. Male ergo Schottus τὸ, ἰδίαν ἄναρχον ἀρχὴν, *proprium* reddidit *æternumque principium* : nec satis sane, cum dictum κατὰ διαστολὴν de Patre, negari videatur de Filio ; quod esset valde blasphemum, purusque putus Arianismus.

(28) *Illud autem : Hoc erat*, etc. Singularis plane hic, quanquam non alienus a phrasi Græca, Methodii sensus : imo nec a Latina. Nam etiam Latinis, *esse in magistratu, esse in dignitate*, etc., eo sensu recepta sunt. Cum ergo τὸ ἀρχὴ Græcis sit æquivocum, nec minus *principatum* significet quam *principium*, potuit Methodius intelligere verbis illis significatum Verbi divini principatum, ut exsistentia ejus apud Deum et Patrem iis velut qualificetur : quod plane congruit illi psal. CIX, μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ, καὶ τὰ ἑξῆς, ubi Latina : *Tecum principium*, etc. ; sed ex Hebr. constat legendum *principatus :* nec nisi καταχρηστικῶς nonnihilque barbare, alterum pro altero positum ab interprete, non ex Hebr., sed ex Græco LXX reddente. Legerunt sine dubio illi עמך נדבות (*Himmecha nedaboth*) seu potius נדבת (*Nedabuth*), ut bene Sanctus noster, recteque et eleganter expresserunt Græce, μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ, pro quo jam mutatis punctis legimus עַמְּךָ נְדָבֹת (*hammecha nedaboth*), *populus tuus spontaneus*, quod et ipsum imperium respicit.

pium dicat auctoritatem ac liberum principatum. Post ergo singulare illud Principium absque principio, qui est Pater, fit ipsum aliorum Principium, per quod omnia creantur.

IX. Origenes, inquit, postquam multa commentus esset de universi æternitate, etiam hoc addit. Neque ergo ab Adam, ut quidam affirmant, cum prius non esset homo, tunc omnium primus formatus, in mundum processit. Neque mundus rursum, ante sex dies quam crearetur Adam, cœpit fieri. Quod si quis hac in parte dissideat ambigatque, prius cedat, num ita accipientibus, facile ad Mosaici libri rationem, numeretur annus unus? sic etiam hic acclamante prophetica voce [a] : *A sæculo et usque in sæculum tu es : quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna quæ præteriit, et custodia in nocte.* Nam cum mille anni (29) in diem unum concludantur in oculis Dei, a mundi ortu ad usque requiem, [sunt dies sex; atque ab illa] ad nos iterum sex præterierunt dies, ut optimi affirmant calculatores. Annum ergo sexies millesimum ab Adamo ad nos usque aiunt extendi : nam die septima, septimo inquam mundi millenario, judicium futurum dicunt. Ergo a nobis usque ad principium in quo Deus creavit cœlum et terram, dies omnes tredecim numerantur : ante quos, cum Deus nihil omnino operatus sit et creaverit, Patris nomine et universalis conservatoris ac Domini caruit. Enimvero, si tredecim dies sunt in oculis Domini a mundo condito, quomodo Sapientia in Jesu Sirach dicit : *Arenam maris, et pluviæ guttas, et dies sæculi quis dinumerabit* [b]? Hæc Origenes serio disputans, vide, rogo, quam nugetur.

A θεῖν, ἔοικε σημαίνειν, τὴν ἐξουσίαν ἀρχὴν εἰπών. Οὐκοῦν ἀρχὴ μετὰ τὴν ἰδίαν ἄναρχον ἀρχὴν, τὸν Πατέρα, αὐτὸς τῶν ἄλλων γίνεται, δι' ἧς ἅπαντα δημιουργεῖται.

Θ'. Ὅτι Ὠριγένης, μετὰ τὸ πολλὰ μυθήσασθαι περὶ τῆς τοῦ παντὸς ἀϊδιότητος, ἐπάγει καὶ τοῦτο. Οὔτε οὖν ἀπὸ Ἀδὰμ, ὥς φασί τινες, πρότερον οὐκ ὢν ὁ ἄνθρωπος, τότε πρῶτος πλασθεὶς εἰς κόσμον παρῆλθεν· οὔτε αὖ κόσμος πρὸ ἓξ ἡμερῶν τῆς τοῦ Ἀδὰμ γενέσεως ἤρξατο δημιουργεῖσθαι. Εἰ δὲ φιλοφρονοῖτο διαφέρεσθαι πρὸς ταῦτά τις, πρότερον φρασάτω, εἰ μὴ εὐαρίθμητος ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, κατὰ τὴν Μωσέως βίβλον, ταῖς οὕτως αὐτὴν ἐκλαμβανομένοις ὁ χρόνος εἷς, τῆς προφητικῆς καὶ ἐνθάδε βοώσης φωνῆς· *Ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως*
B *τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ· ὅτι χίλια ἔτη ἐν ὀφθαλμοῖς σου ὡς ἡμέρα ἡ χθὲς, ἥτις διῆλθε, καὶ φυλακὴ ἐν νυκτί·* χιλίων γὰρ ἐτῶν διοριζομένων εἰς μίαν ἡμέραν ἐν ὀφθαλμοῖς Θεοῦ, ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως μέχρι καταπαύσεως . . . . μέχρις ἡμῶν, ὡς οἱ περὶ τὴν ἀριθμητικὴν φάσκουσι δεινοὶ, ἓξ ἡμέραι συμπεραιοῦνται. Ἑξακισχιλιοστὸν ἄρα ἔτος φασὶν ἀπὸ Ἀδὰμ εἰς δεῦρο συντείνειν· τῇ γὰρ ἑβδομάδι τῷ ἑπτακισχιλιοστῷ ἔτει κρίσιν ἀφίξεσθαί φασιν· οὐκοῦν αἱ πᾶσαι ἡμέραι δέκα καὶ τρεῖς ἀφ' ἡμῶν ἕως εἰς τὴν ἐν ἀρχῇ, ἐν ᾗ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, μετροῦνται· ὧν ὁ Θεὸς ἀνώτερον, κατὰ τὴν σφῶν αὐτῶν ἄνοιαν οὐδὲν οὐδαμῶς δημιουργήσας, ἐγεγύμνωτο τοῦ Πατὴρ (30) καὶ παντοκράτωρ εἶναι. Εἰ δὲ καὶ τρισκαίδεκά εἰσιν ἡμέραι ἐν ὀφθαλμοῖς Θεοῦ ἀπὸ γενέσεως κόσμου, πῶς φησιν ἡ ἐν τῷ Σειρὰχ σοφία· *Ἄμμον θαλασσῶν, καὶ σταγόνας ὑετοῦ, καὶ ἡμέρας αἰῶνος τίς ἐξαριθμήσει;* Ταῦτά φησιν ὁ Ὠριγένης σπουδάζων, καὶ ὅρα οἷα παίζει.

[a] *Psal.* LXXXIX, 2, 4. [b] *Eccli.* I, 2.

(29) *Nam cum mille anni*, etc. Videtur plane, et est locus mutilus, male omnino redditus ab Schotto, nec bene illustratus ab Hœschelio. Ex illo igitur psalm. LXXXIX : *Mille anni ante oculos tuos*, etc., infert Origenes a mundo primum creato ad Adamum usque ad Dei requiem, non nostram, ut supinius Schottus, sex mille annos intercessisse; sex vero iterum alios ab illa quiete, ex probatiori chronologia quæ est LXX, ad sua usque tempora colligit : velut jam exacto altero senario, postque illud currente septenario, ac velut septima die, qua vult fore mundi consummationem. Ex quibus universim colligit Methodius, esse tantum dies quatuordecim (*et sic forte fuerit in textu corrigendum*), ante quos in ipsa Origenianorum sententia, Deus nihil ageret : eoque non stare illud Sap. Sirach : *Dies sæculi quis dinumerabit?* velut illi innumerabiles sint, arenæque maris et guttis pluviæ comparabiles. Nulla ergo hic jocularis hallucinatio Origenis, qualem Hœschelius fingit, velut septem pro tredecim injecerit; sed debilior argumentatio ex Scriptura male intellecta, quam Methodius ex Scriptura quoque refellit. Notanda auctoritas libri Ecclesiastici, quem vir sanctus etiam Psalmis opponat. Porro videtur ex illo loco, celebrem illam Gregorii et fere Græcorum sententiam, de mundi spiritalis et angelici creatione ante hunc corporeum, statuere, ac insinuare, innumerabiles illos dies sæculi seu ævi illius, esse spiritalis, non nostri hujus; cujus nume-
D rus dierum, etiam Origeniane, et juxta illos qui ita extendunt dies sex creationis, facile iniri possit. Contra hanc sententiam æstimat Cornelius pronuntiatum a Patribus Lateranensibus : sed mihi melius censet D. Thomas, cujus utinam in censendis dogmatis modestiam et soliditatem juniores multi imitarentur, nec nisi ex mente conciliorum, cui verba debent componi, in ejusmodi pronuntiarent. Damnatus ergo fuerit carcer ille damnati Origenis, et mundus ille ante Adamum sex mille annis, plenus incorporeis hominibus seu non carnalibus, et hactenus angelis; spiritalis vero ille et vere angelicus, quem nemo Patrum erroris in fide insimularit, Basilio, Gregorio, etc., ipsique nostro Methodio, quantum ex dictis colligimus, vindice S. Thoma et Angelo Scholæ, probabilis constiterit : quanquam eidem ejusque discipulis, quos agimus, simultanea, ut unius mundi, creatio omnium, probabilior fuerit. Non male de his Escalant. *Clypeo concionat.*

(30) *Πατήρ*. Legendum omnino videtur ποιητής. Sic enim, ubi de creatione, loqui amant Patres Græci; quibus Deus dicitur ποιητὴς τῶν ὅλων καὶ δημιουργός. Cf. S. Justini *Cohort. ad Græcos*, n. 22; *Apolog.* I, n. 20. Hinc reformanda versio : *Cum Deus nihil omnino operatus sit et creaverit*, EFFECTORIS *nomine.... caruit.* Mirari subit hunc locum, non solum Schottum, sed et Combefisium fugisse.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΕΘΟΔΙΟΥ ΕΚ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ.

SANCTI METHODII

FRAGMENTA EX LIBRIS ADVERSUS PORPHYRIUM (31).

I.

(*Ex Parallelis Damascen.*, *Opp. tom. II*, *pag.* 778.)

Κάλλιστον ταῖς ἀληθείαις καὶ ἐπαινετὸν κλητέον τοῦτο, ὅπερ ἂν αὐτὸς εἶναι ὁ Θεὸς ἡγήσηται καλόν· κἂν ὑπὸ πάντων ἐξουθενῆται καὶ χλευάζηται· ἀλλ' οὐχ ὥσπερ οἱ ἄνθρωποι νομίζουσι.

A Plane omnino optimum atque laudabile fuerit appellandum, quod esse Deus ipse bonum putaverit; tametsi omnes illud spernant subsannentque. Non enim sic habet, ut homines autumant.

II.

Ibid. pag. 784 B.

Μετάνοια τότε ἁμαρτήματος παντὸς γίνεται ἀπαλειπτική, ὅταν ἐπὶ τῷ γενομένῳ ψυχῆς σφάλματι ἀναβολὴν μὴ δέξηται· μηδὲ παραπέμψει τὸ πάθος εἰς χρονικὸν διάστημα· οὕτω γὰρ οὐχ ἕξει καταλεῖψαι ἴχνος ἐν ἡμῖν τὸ κακόν· ἅτε ἅμα τῷ ἐπιβῆναι ἀποσπασθὲν δίκην φυτοῦ ἀρτισυστάτου.

Tunc pœnitentia omne peccatum delet, cum peccante anima, dilationem non acceperit, neque in longum tempus morbum remiserit. Sic enim nequiverit malum relinquere in nobis vestigium, velut statim ac cœpit invadere, instar novellæ plantationis, avulsum.

III.

Ibid. pag. 785 E.

Ἡμέτερον μὲν ὄντως ἐστὶ κακὸν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἀνομοιότης τε καὶ ἄγνοια· ἀγαθὸν δὲ ἔμπαλιν πηλίκον ἡ πρὸς αὐτὸν ἐξομοίωσις. Φαίνεται γοῦν οἰκεῖον μὲν, ἀληθῶς ἀγαθὸν, ἡ περὶ τὸ ἄφθαρτόν τε καὶ θεῖον ἐπιστροφὴ καὶ πίστις· κακὸν δὲ ἡ περὶ αὐτὸν ἄγνοια καὶ ῥαθυμία· εἴγε τὰ ἐν ἡμῖν καὶ ἐξ ἡμῶν φυόμενα, ταῦτα ἡμέτερα τυγχάνουσι· κακοποιητικὰ ὄντα πονηρίας.

B Hominis revera malum, ejus ad Deum dissimilitudo et ignorantia : contra, grande bonum, assimilatio. Sane videri debeat, vere proprium ejus bonum, conversio fidesque in id quod corruptione vacat, et Deum; malum autem, quæ circa eum ignoratio ac desidia est : quando in nobis atque ex nobis ortum habentia, quibus est malitia omnis, nostra censeri debent.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΕΘΟΔΙΟΥ ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΛΟΓΟΥ.

SANCTI METHODII EX SERMONE DE MARTYRIBUS (32).

(*Apud Theodoritum* Dial. I Ἀτρεπτ., *Opp. tom. IV*, *pag.* 37.)

Οὕτω γὰρ θαυμαστὸν καὶ περισπούδαστόν ἐστι τὸ μαρτύριον, ὅτι αὐτὸς ὁ Κύριος, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, τιμῶν αὐτὸ ἐμαρτύρησεν, *οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγησάμενος τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ*, ἵνα καὶ τούτῳ τὸν ἄνθρωπον τῷ χαρίσματι εἰς ὃν κατέβη, στέψῃ.

C Adeo etiam admirandum et magnopere expetendum est martyrium, ut Dominus ipse Jesus Christus, Filius Dei, ipsum honorans passus sit, *non rapinam arbitratus se esse æqualem Deo* [7] : ut hoc dono etiam hominem ad quem descenderat, honoraret.

[7] *Philipp.* II, 6.

(31) Tria quæ subjiciuntur fragmenta, excerpta perhibentur in *Parallelis* Damascenicis ἐκ τῶν κατὰ Πορφυρίου. De hoc autem opere S. Methodii plura S. Hieronymus inter *Veterum testimonia* quæ Methodianis præmisimus. Videsis et Holstenium in Dissertat. *De vita et scriptis Porphyrii*, cap. 11, post med.

(32) Unus inter veteres Theodoritus, quod quidem sciam, meminit hujus operis Methodiani *De martyribus*. Sic autem se habet apud ipsum inscriptio : Τοῦ ἁγίου Μεθοδίου, ἐκ τοῦ *Περὶ μαρτύρων* λόγου. Combefisium qui complura ex Eclogariis et Catenis Methodiana fragmenta congessit, miror equidem istud vetustissimi Patris de Christi divinitate illustre testimonium præteriisse. Quæ enim in eo enuntiantur, non nisi in Deum verum cadere possunt, judice Petavio in præclara præfatione ad tom. II *Dogmat. theolog.*, cap. 4, num. 5. Neque aliter Bullus in *Defens. fid. Nic.*, sect. II, cap. 13, § 9, pag. 164. GALL.

ΜΕΘΟΔΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΠΑΤΑΡΩΝ

ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ

Εἰς τὸν Συμεῶνα καὶ εἰς τὴν Ἄνναν, τῇ ἡμέρᾳ τῆς Ὑπαντήσεως· καὶ εἰς τὴν ἁγίαν Θεοτόκον.

—

METHODII EPISCOPI PATARENSIS

ET MARTYRIS

De Simeone et Anna, quo die Dominico in templo occurrerunt; ac de sancta Deipara.

—

I. Cum olim, quantum quidem breviter licuit, A quæ de virginitate dicenda erant, in *Symposiacis de castitate*, ceu jactis fundamentis abunde explicuerimus, hodierna die totam ipsam et a radice virginitatis gloriam coronamque immarcescibilem, alumnis Ecclesiæ oblectandis, tempus ecce in medium produxit. Hodie siquidem divinorum oraculorum consilium palam aperitur; gloriosaque hujus diei signa præfigurata, eorumque exitus atque effectus a sacris prædicatoribus ecclesiastico cœtui releguntur. Hodie finis antiquo illi veroque consilio impositus, præclare rerum ipsa exhibitione mundo manifestatur. Hodie citra tegumentum aliquod, *Domini gloriam*, divinæque ipsius arcæ majestatem, ceu in speculo, revelata facie *contemplamur* [8]. Hodie cœlestem illam, gentibusque anxie exspectatam B lætitiam, humeris suis sanctissima celebritas bajulans, mortalium generi impertitur. *Præterierunt vetera; effloruerunt nova, et quæ non veterascunt* [9]. Non jam amplius austerum legis decretum præsidet : sed Domini gratia omnes ad se salubri longanimitate convertens regnum tenet. Haudquaquam iterum Ozan aliquis intrectabilia ausus contingere, invisibili ratione flagellatur [10]. Deus enim ipse invitat; et quis præ timore adhuc cunctabitur? Clamat : *Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis* [11]; et quis non accurret? Ne quis vero Judæus contradixerit in præcedentem domus Abedaræ typum

A'. Πάλαι ἱκανῶς, ὡς οἷόν τε, διὰ βραχέων, τὰ περὶ παρθενίας ἐν τοῖς *Περὶ ἁγνείας συμποσίοις* (33) κατεστρωκότων ἡμῶν, σήμερον αὐτὴν τὴν τῆς παρθενίας ὁλόῤῥιζον δόξαν, καὶ ἀμαράντινον στέφανον εἰς εὐφροσύνην ὁ χρόνος ἐν μέσῳ προήγαγε τοῖς τῆς Ἐκκλησίας τροφίμοις. Σήμερον γὰρ τὸ βουλευτήριον τῶν θείων χρησμῶν ἐξανοίγεται, καὶ τὰ τῆς παρούσης ἐνδόξου ἡμέρας σύμβολα καὶ ἀποτελέσματα, παρὰ τῶν ἱεροκηρύκων τῷ ἐκκλησιαστικῷ συλλόγῳ ἐπαναγινώσκεται. Σήμερον ἡ περαίωσις τῆς ἀρχαίας βουλῆς καὶ ἀληθινῆς διὰ τῶν ἔργων ἐνδόξως τῷ κόσμῳ ἐμφανίζεται. Σήμερον ἄτερ διακαλύμματος ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ *τὴν δόξαν Κυρίου*, καὶ τῆς θείας αὐτοῦ κιβωτοῦ *κατοπτριζόμεθα* (34). Σήμερον τὴν καραδοκηθεῖσαν οὐράνιον χαρὰν ταῖς B γενεαῖς ἐπ' ὤμων φέρουσα (35) ἡ ἁγιωτάτη πανήγυρις, τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἀποδίδωσι. *Παρῆλθε τὰ παλαιὰ, καὶ ἤνθησε τὰ νέα, καὶ οὐ παλαιούμενα.* Οὐκέτι νόμου αὐστηρὸν δόγμα προεδρεύει, ἀλλὰ χάρις Δεσπότου βασιλεύει, σωτηρίῳ μακροθυμίᾳ πάντας πρὸς ἑαυτὴν ἐπιστρέφουσα. Οὐ πάλιν Ὀζᾶν τις ἀοράτως μαστίζεται, προσψαῦσαι τοῖς ἀψαύστοις κατατολμῶν. Θεὸς γὰρ προτρέπεται, καὶ τίς δειλιάσει; *Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι*, βοᾷ· καὶ τίς οὐ προσδραμεῖται; Καὶ μηδεὶς Ἰουδαίων ἀντιλεγέτω τῇ ἀληθείᾳ, πρὸς τὴν προτύπωσιν βλέπων τοῦ οἴκου Ἀβεδαρᾶ. *Εἰς τὰ ἴδια ἦλθεν* ὁ Κύριος *ἐμφανῶς* (36), καὶ ὑπὸ (37)

[8] *II Cor.* III, 18. [9] *II Cor.* V, 18; *Isai.* XLIII, 19. [10] *II Reg.* IX, 6. [11] *Matth.* XI, 28.

(33) *Ἐν τοῖς Περὶ ἁγνείας συμποσίοις*. Habentur in bibliotheca monasterii quod est in insula C Pathmos : Leo etiam Allatius edenda promittit in suo Eustathio : necdum ipsi potuimus integrum opus nancisci, aut habere Roma scriptum, quanquam non semel de ea re scripsimus : ut opus habeamus dare excerpta Photiana, cum pauculis fragmentis, potius sollicitando alicui, ut vel ediderit vel edendum nobis non inviderit, quam faciendo satis votis publicis, et huic ipsi orationi, qua se auctor quæ spectant ad virginitatem, in illis κατεστρωκέναι, ceu fundamenta jecisse accuratiusque explicasse, alioquin hic explicanda, statim pronuntiat. Minus Pantinus expresserat. — Hæc scribebat Combefisius anno 1644, quo sua Methodiana publici juris fecit. Methodii enim *Symposium* primum prodiit Romæ, cura et studio Leonis Allatii, anno 1656, deinde anno insequente 1657, Parisiis, ex editione Possinii. GALL.

(34) *Κατοπτριζόμεθα*. Respicit Paulinum κατοπτριζόμενοι. II Cor. III, ubi Vulg., *speculantes* : eodem atque ipsi sensu. Erasm., *in speculo repræsentantes*, quod minus placet. Pantinus tantum, *contemplamur*, minus expressum.

(35) *Ἐπ' ὤμων φέρουσα*. Phrasi illa trita qua dicimus, tempus triste aliquid vel faustum afferre. Eodem modo Andreas Cret. orat. *in nativ. Mariæ*, ἡμέραν, dicit, πρώτην τῶν ἑορτῶν, φέρουσαν τὸ φῶς τῆς παρθενίας ὑπὲρ κεφαλῆς, *diem inter dies festos primum, qui lumen virginitatis in capite bajulet*.

(36) *Ἦλθεν... ἐμφανῶς*. Sic plane textus jungendum petit; plana allusione ad illud psal. XLIX : *Deus noster manifeste veniet*, ἐμφανῶς ἥξει· quem locum auctor alteri Joan. I adnectit. Quare minus apte Pantinus junxerat sequentibus. Quod item præcedit προτύπωσιν τοῦ οἴκου Ἀβεδαρᾶ, *rem in domo Abedara præfiguratam*, minus expressum, pro, *præcedentem figuram seu typum domus Abedara*, a qua, rei præfiguratæ ac præsignatæ, nempe Mariæ, aut etiam templo, in quod viva illa arca, Dominus Jesus pompa inducitur, reverentiam conciliat.

(37) *Ὑπό*. Forte ὑπέρ, ut alibi.

τῆς ἐμψύχου κιϐωτοῦ, ὡς ἐπὶ ἱλαστήριον, ἐπὶ γῆς πομπεύει. Ταύτης προσψαύσας τελώνης, δίκαιος ἀναδείκνυται. Ταύτῃ προσπελάσασα πόρνη, σώφρων ἀναπλάττεται. Ταύτῃ θίξας λεπρὸς, ἀνωδύνως ἀναχαλκεύεται. Οὐδένα ἀπωθεῖται· οὐδένα βδελύσσεται. Μεταδιδοῖ τῶν ὑγιεινῶν, οὐ μεταλαμϐάνουσα τῶν νοσερῶν· ὁ γὰρ τῆς φιλανθρωπίας Κύριος ἐπαναπαύεται αὐτῇ. Ταῦτα τῆς νέας χάριτος τὰ δωρήματα. Τοῦτο πρόσφατον γέγονεν ὑπὸ τὸν ἥλιον, οὐ πάλαι γεγονὸς, οὐδ' αὖ μετέπειτα γενησόμενον. Προώρισε (38) δι' οἶκτον τὸν πρὸς ἡμᾶς, ἦλθε, καὶ ἐπλήρωσε διὰ φιλανθρωπίαν τὴν αὐτῷ πρέπουσαν. Εἰκότως γοῦν καὶ ἀνέκραγεν ἡ ἱερὰ σάλπιγξ· *Τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν· ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά.* Καὶ τί ἐννοήσω, ἢ τί λαλήσω ἐπάξιον τῆς ἡμέρας, τοῖς ἀνεφίκτοις ἐπεκτεινόμενος; Φέρει γὰρ ἀεὶ τῆς ἁγίας Παρθένου ἡ μνήμη κατὰ παντὸς λόγου τὰ νικητήρια. Διά τοι τοῦτο, δυσωπήσαν ἡμῖν τὴν ἀσθένειαν τὸ μέγεθος τῶν ἐγκωμίων, ἐπὶ τὸν δυνατὸν ὕμνον καταφεύγωμεν καὶ τὴν ἀκίνητον ἧτταν ἐγκαυχησάμενοι (39), τῷ φιλεόρτῳ Χριστοῦ ποιμνίῳ γεγηθότες συγχορεύσωμεν. Σὺ δέ μοι, ὦ θειότατον καὶ ἱερώτατον ἀκροατήριον, τὸ σιγηλὸν ἄσκει, ὅπως διὰ τῶν πορθμῶν τῶν ἀκοῶν γαληνῶς ταῖς διανοίαις ἐγκαθορμισθῇ τῆς ἀληθείας τὰ ἀγώγιμα. Ἑορτὴν ἄγομεν, οὐχ Ἑλληνικῆς εἰκαιομυθίας, γελοποιὸν καὶ ἐμϐρόντητον θεῶν ἑστίασιν φέρουσαν, ἀλλὰ τῆς ἀστέκτου δόξης τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ συγκατάϐασιν ἐκπαιδεύουσαν.

A respiciens [12]. *In propria* Dominus *manifeste venit* [13]; vivæque et animatæ arcæ, ceu propitiatorio insidens, pompa in terra procedit. Hanc publicanus contingens, justus evadit. Huic se meretrix applicans, velut nova fictione casta redditur. Hanc leprosus contrectans, sine dolore sanus, velut recuditur. Neminem repellit, neminem abominatur. Impertitur sanitates; non participat aliquid noxium. Propensissimus enim erga homines Dominus in ea requiescit. Sunt hæc novæ gratiæ munera. Hoc recens novumque accidit sub sole [14]; nec olim factum, nec post futurum.. Quod pro sua Deus in nos misericordia præfiniverat, venit; et pro sua digna erga humanum genus propensione, ipse adimplevit. Quare jure optimo sacra illa tuba intonuit :
B *Vetera transierunt; ecce facta sunt omnia nova* [15]. Quid vero mente concipiam quidve loquar, hac dignum die enitens ad inconcessa? Vincit enim ac longe superat omnem sermonem, sanctæ hujus Virginis memoria. Quocirca deterrente virium nostrarum imbecillitatem laudum ipsius magnitudine, ad hymnum eidem pro ingenii nostri facultate decantandum confugiamus; nosque ipsi immobiliter victos gloriantes, una cum festi studioso Christi grege, tripudio saliamus. Tu vero mihi in primis divinissima sacratissimaque concio, silentium colito, ut per aurium sinus velut intelligentiæ portum, veritatis merces placide subintrent. Festum agimus non ex Græcorum vanis fabulis, ridiculum attonitumque deorum convivium secum adducens; sed quod importabilis gloriæ, ejus *qui est super omnia Deus* [16], humilem ad nos demissionem, edoceat.

Β'. Φέρε τοίνυν, σεμνολόγε κηρύκων, καὶ μέγιστε προφητῶν, Ἡσαΐα, τὰ τῆς ἐνδόξου πανηγύρεως φιλοσόφει τῇ Ἐκκλησίᾳ μυστήρια, καὶ δαψιλῶς ἐμφορηθῆναι τῶν ἀναφαιρέτων ἀγαθῶν πρότρεπε τοὺς καλλίστους δαιτυμόνας, ὅπως τῷ παρὰ σοὶ ἐσόπτρῳ τὴν παρ' ἡμῖν ἀλήθειαν ἀντιζεύξας, ὡς ἀψευδὴς ὑποφήτης, χεῖρα ἐπὶ χεῖρα κροτήσῃς τῷ τέλει τῶν προῤῥήσεων· *Ἐγένετο*, φησὶ, *τοῦ ἐνιαυτοῦ οὗ ἀπέθανεν Ὀζίας ὁ βασιλεὺς, εἶδον τὸν Κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, καὶ πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ. Καὶ σεραφὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ· ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνὶ, καὶ ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί. Καὶ ἐκέκραγεν ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον, καὶ ἔλεγον· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαϐαώθ· πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. Καὶ ἐπήρθη τὸ ὑπέρθυρον ἀπὸ τῆς φωνῆς ἧς ἐκέκραγον, καὶ ὁ οἶκος ἐπλήσθη καπνοῦ. Καὶ εἶπα· Ὦ τάλας ἐγὼ, ὅτι κατανένυγμαι· ὅτι ἄνθρωπος ὢν, καὶ ἀκάθαρτα χείλη ἔχων, ἐν μέσῳ λαοῦ ἀκάθαρτα χείλη ἔχοντος οἰκῶ, καὶ τὸν βασιλέα Κύριον Σαϐαὼθ εἶδον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου. Καὶ ἀπεστάλη πρὸς μὲ ἓν τῶν σεραφὶμ, καὶ ἐν τῇ χειρὶ*

C II. Age ergo, inter præcones gravissime ac maxime prophetarum, Isaia, gloriosæ celebritatis sacramenta sapienter edissere; optimosque convivas, ut stabilibus bonis large exsaturentur, impelle; ut tuo illi speculo veritatem nostram ex adverso nectens, prædictionibus sortitis terminum, ut verus vates, manum ad manum lætus complodas: *Factum est*, inquit, *in anno quo mortuus est Ozias rex, vidi Dominum sedentem super thronum excelsum et elevatum : et plena domus gloria ejus. Et seraphim stabant in circuitu ejus : sex alæ uni, et sex alæ uni. Et clamabant alter ad alterum, et dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth : plena omnis terra gloria ejus. Et elevatum est superliminare a voce qua clamabant : et domus impleta est fumo. Et*
D *dixi : O miser ego, quia compunctus sum : quia homo cum sim, et immunda labia habeam, in medio populi immunda labia habentis habito; et regem Dominum Sabaoth vidi oculis meis. Et missus est ad me unus de seraphim; et in manu sua habebat carbunculum, quem forcipe tulit ab altari : et tetigit os meum, et dixit : Ecce tetigit hoc labia tua, et auferet iniquitates*

[12] *II Reg.* VI, 10. [13] *Joan.* I, 11; *Psal.* XLIX, 3. [14] *Eccle.* I, 10. [15] *II Cor.* V, 17. [16] *Rom.* IX, 5.

(38) *Προώρισε.* Deesse videtur ὃ.

(39) *Τὴν ἀκίνητον ἧτταν ἐγκαυχησάμενοι.* Sic retinendum videtur, quidquid Pantino videatur mutandum τὸ, ἀκ-ίνητον in ἀν-ίκητον, minusque bene reddat, *invicto hoc certamine victos*, etc. Significatur excellens Christi victoria laudumque ejus, qua immobili, ut non possit non obtinere, nobis gratulandum sit.

tuas, et peccata tua circumpurgabit. Et audivi vocem Domini dicentis : Quem mittam? et quis ibit ad populum hunc? Et dixi : Ecce ego, mitte me. Et dixit : Vade, et dic populo huic : Auditu audietis, et non intelligetis : et videntes videbitis, et non perspicietis [17]. Sunt porro hæc prophetæ per Spiritum prænuntiata oracula. Tu vero mihi, charissime, vim dictorum considera, ut sacramentorum eventum assequaris; noverisque quis quantusque sit noster hic conventus. Cumque propheta olim miraculum sit vaticinatus, age tu, summo ardore animique lætitia et alacritate, perspicaci intelligentiæ tuæ oculo, Bethlehem illam perquam inclytam adi; manifestamque tibi tuo animo tecum imaginem effinge, prophetiam cum ipso rerum eventu componens. Neque enim, multis tibi verbis opus fuerit ad totius rei cognitionem consequendam, modo iis quæ illic geruntur, mentis oculos diligenter advertas. *Omnia* siquidem *sunt obvia intelligentibus, et recta invenientibus scientiam* [18]. Ecce enim, ceu thronus sublimis et elevatus, ob ejus gloriam qui est fabricatus, Virgo Mater regi Domino Sabaoth, spectatissima illic statuitur. Super illo nunc ad te venientem in carne Dominum perspice. Super illo, virginali inquam throno, eum venerare qui novam hanc omnibusque laudibus prosequendam ad te profectionem adornavit. Circumspice vero fidei oculis; regiumque etiam illud seraphicorum spirituum, ceu sacerdotii lege, ei comes, obsequium occurret. Amat enim etiam ejusmodi satellitium, talis regis sequi præsentiam. Unde et eo loco, non solum dicuntur laudasse trinam illam divinæ unitatis substantiam; verum etiam, quæ nunc, Deo apparente, in terra occurrit, unius illius de sancta Trinitate, omnibus adorandam gloriam; in eo quod dicant : *Plena omnis terra gloria ejus*. Credimus enim, Filio propter nos *secundum propositum* [19] facto homini, una adesse Patrem, divinitate inseparabili, cum ejusdem ipsi essentiæ Spiritu. Nam ait Paulus, ille sacrorum interpres : *Erat Deus in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans ipsis delicta ipsorum* [20]; Patrem in Filio, propter unam eamdemque voluntatem esse ostendens.

A *αὐτοῦ εἶχεν ἄνθρακα, ὃν τῇ λαβίδι ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἥψατο τοῦ στόματός μου, καὶ εἶπεν· Ἰδοὺ ἥψατο τοῦτο τῶν χειλέων σου, καὶ ἀφελεῖ τὰς ἀνομίας σου, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου περικαθαριεῖ. Καὶ ἤκουσα τῆς φωνῆς Κυρίου λέγοντος· Τίνα ἀποστείλω; καὶ τίς πορεύσεται πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον; Καὶ εἶπα· Ἰδοὺ ἐγὼ, ἀπόστειλόν με. Καὶ εἶπε· Πορεύου, καὶ εἶπον τῷ λαῷ τούτῳ· Ἀκοῇ ἀκούσητε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψητε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε.* Ταῦτα τοῦ προφήτου διὰ τοῦ Πνεύματος τὰ προκηρύγματα. Σὺ δέ μοι, ἀγαπητὲ, σκόπει τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν, ἵνα συνίσῃς τῶν μυστηρίων τὴν ἔκβασιν, καὶ μάθῃς τίς καὶ ποταπὴ ἡμῶν ἡ συνάθροισις. Καὶ προχρηματίσαντος τοῦ προφήτου τὸ θαῦμα, δεῦρο ἄπιθι, B καὶ πρόσβαινε θερμότατα καὶ φαιδρότατα καὶ προθυμότατα, τῇ ὀξυωπίᾳ τῆς διανοίας ἐπὶ τὴν εὐκλεεστάτην Βηθλεέμ· καὶ ἀνατύπωσαι σεαυτῷ ἐμφανῆ εἰκόνα, τῇ ἐκβάσει τῶν πραγμάτων τὴν προφητείαν συγκρίνων· οὐ γὰρ δεήσῃ μακρῶν λόγων εἰς ἐφόδιον γνώσεως, τοῖς ἐκεῖσε ἔργοις ἐνατενίζων· *Πάντα γὰρ ἐνώπια* (40) *τοῖς συνιοῦσι, καὶ ὀρθὰ τοῖς εὑρίσκουσι γνῶσιν*. Ἰδοὺ γὰρ αὐτόθι ὡς θρόνος ὑψηλὸς καὶ ἐπηρμένος τῇ δόξῃ τοῦ κτίσαντος ἡ Παρθενομήτωρ εὐτρεπίζεται φανερώτατα τῷ βασιλεῖ Κυρίῳ Σαβαώθ. Ἐπὶ τοῦτον κατανόησον τὸν νῦν πρὸς σὲ διὰ σαρκὸς ἐπιδημήσαντα Κύριον. Ἐπὶ τοῦτον τὸν παρθενικόν φημι θρόνον προσκύνησον τὸν πρὸς σὲ τὴν νέαν ταύτην καὶ πανύμνητον πορείαν στειλάμενον. Περίβλεψαι δὲ τοῖς τῆς πίστεως ὄμμασι, καὶ C εὑρήσεις περὶ τοῦτον καὶ τὸν βασιλικὸν τῶν σεραφὶμ ἱεράτευμα (41). Ἕπεσθαι γὰρ φιλεῖ πως τῇ βασιλέως παρουσίᾳ καὶ ἡ τούτων δορυφορία. Ὅθεν καὶ ἀνυμνηκέναι τὸ τηνικαῦτα λέγονται οὐ μόνον τὸ τρισυπόστατον τῆς θείας ἑνάδος, ἀλλὰ δὴ καὶ τὴν καταντήσασαν τὰ νῦν ἐπὶ γῆς διὰ τῆς θεοφανείας τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος πᾶσι προσκυνητὴν δόξαν, ἐν τῷ λέγειν· *Πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ.* Συμπαρεῖναι γὰρ πεπιστεύκαμεν τῷ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντι Υἱῷ *κατὰ τὴν εὐδοκίαν* (42), καὶ τὸν ἀδιάστακτον αὐτοῦ Πατέρα κατὰ τὴν θεότητα, σὺν τῷ ὁμοουσίῳ αὐτοῦ Πνεύματι. *Θεὸς γὰρ*, φησὶν ὁ ἱεροφάντης Παῦλος, *ἦν ἐν τῷ Χριστῷ, κόσμον ἑαυτῷ καταλλάσσων, μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν*· τὸν Πατέρα ἐν τῷ Υἱῷ διὰ τὸ ἓν θέλημα ἐμφαίνων.

III. Tu vero festi amans, qui sic gloriosa Bethlehemitica et quæ tui causa consummantur, perspicias, cœlestibus turmis salutem tuam magnifice celebrantibus tete lubens alacrisque adjunge. Quomodo olim David coram arca [21], sic ipse coram virginali throno, lætus choreas ducito. Dominum ubique et semper præsentem, quique a Themane, ut ait pro-

D Γ'. Κατανοήσας δὲ, ὦ φιλέορτε, περὶ τὴν Βηθλεὲμ τὰ οὕτως ἔνδοξα καὶ διὰ σὲ τελούμενα, συνασμένιζε τοῖς ἐπουρανίοις μεγαλοφυῶς τὴν περὶ σὲ ἑορτάζουσι σωτηρίαν. Χόρευε πρὸ προσώπου τοῦ παρθενικοῦ θρόνου, ὡς πάλαι Δαυῒδ πρὸ προσώπου τῆς κιβωτοῦ. Ἀνευφήμησον τὸν ἁπανταχοῦ πάντοτε παρόντα, καὶ ἐκ Θεμὰν, ὥς φησιν ὁ προφήτης, ἐπιφανῆναι κατὰ

[17] *Isai.* VI, 1-9. [18] *Prov.* VIII, 9. [19] *Ephes.* I, 5. [20] *II Cor.* V, 19. [21] *I Reg.* VI, 14.

(40) Ἐνώπια. Theod., εὐθεῖα.

(41) *Ἱεράτευμα*. Visum est minus expressum τὸ, *sacerdotium*. Est, auct. Arist., ἡ περὶ τοὺς θεοὺς ἐπιμέλεια, cultus ille et obsequium religioque, sacerdotibus maxime, Deum divinamque excellentiam ex ellenter referentibus, respective adhibenda.

(42) *Κατὰ τὴν εὐδοκίαν*, Eph. I, quo alludit. Nempe juxta bonam illam Dei voluntatem et decretum salutis hominum; ex qua una Patris et Filii, Patrem in Filio statim colligit, ex eodem Paulo; eoque minus apte Pantinus, *ob propensam suam in nos voluntatem*.

A σάρκα τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων εὐδοκήσαντα Κύριον. Λέγε Μωσαϊκῶς· *Οὗτός μου Θεός, καὶ δοξάσω αὐτόν, Θεὸς τοῦ πατρός μου, καὶ ὑψώσω αὐτόν.* Ἐχόμενα δὲ τῶν εὐχαριστηρίων (43), ἐξετάσωμεν χρησιμώτατα, τίς ἡ ἐν Βηθλεὲμ ἐξεγείρασα πρόφασις τὸν βασιλέα τῆς δόξης. Τὸ μὲν γὰρ ἐν Βηθλεὲμ σωματικῶς γεννηθῆναι ἡ περὶ ἡμᾶς εὐσπλαγχνία ἐξεβιάσατο τὸν ἀβίαστον· τὸ δὲ ὑποτίτθιον τυγχάνοντα (44), τὸν ἐν χρόνῳ ἄχρονον, καὶ τοῖς σπαργάνοις ἐγκατεχόμενον ἀκατόχως, μέτοικόν τε καὶ μετανάστην γενέσθαι, ποία ἄρα γένηται ἀνάγκη; Εἰ δὲ βούλῃ γνῶναι καὶ τοῦτο, ὦ θειότατόν μοι καὶ θεόπνευστον σύστημα, ἄκουε Μωϋσέως διαπρυσίως κηρύττοντος τῷ λαῷ, καὶ εἰς γνῶσιν τῆς ὑπερφυοῦς γεννήσεως ἐγκεντρίζοντος αὐτούς, καὶ λέγοντος· *Πᾶν ἄρσεν, διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται.* B Ὢ τοῦ θαύματος! *Ὢ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ!* Ἔπρεπε γὰρ τῷ Κυρίῳ νόμου καὶ προφητῶν κατὰ νόμον ἅπαντα τὸν ἴδιον διαπράξασθαι, καὶ μὴ ἀθετητὴν εἶναι νόμου, ἀλλὰ πληρωτήν· συνάψαι τε ἐντεῦθεν τῇ τοῦ νόμου περαιώσει (45) τὴν τῆς χάριτος αὐτοῦ ἀρχήν. Διὰ τοῦτο ἡ ὑπερτέρα νόμου Μήτηρ τῷ νόμῳ ὑποκύπτει, καὶ ἡ εὐαγὴς τὸν κατὰ τῶν ἀναγῶν φυλάττει ὁρισμὸν τὸν τεσσαράκοντα ἡμερῶν, καὶ γίνεται νόμου ὑπήκοος ὁ τοῦ νόμου ἐλευθερωτής, καὶ προσφορὰ προσάγεται ὑπὲρ τοῦ ἡμᾶς ἁγιάσαντος, ζεῦγος ὀρνέων ἀκεραίων, εἰς μαρτύριον τῶν ἀμωμήτως προσιόντων. Ὅτι δὲ ἀμόλυντος ὁ τόκος καὶ καθαρσίων ἀνεύθυνος, μαρτυρεῖ μου τῷ λόγῳ Ἡσαΐας, διαῤῥήδην τῇ ὑφ' ἡλίῳ κηρύττων· C *Πρὶν ἢ τὴν ὠδίνουσαν τεκεῖν, πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὸν πόνον τῶν ὠδίνων, ἐξέφυγε, καὶ ἔτεκεν ἄῤῥεν. Τίς ἤκουσε τοιοῦτον, ἢ τίς ἑώρακεν οὕτως;* Ἐκπέφευγε τοίνυν ἡ παναγία Παρθενομήτωρ τὰ γυναικεῖα, καὶ πρὶν ἢ τεκεῖν, εἶτ' οὖν ἄνευ συνουσίας συλλαβεῖν (46), Πνεύματος ἁγίου προνυμφεύσαντος καὶ ἁγιάσαντος. Τέτοκε τὸν πρωτότοκον, καὶ μονογενῆ τοῦ Πατρὸς Υἱόν, τὸν ἄνω μονογενῶς ἄτερ μητρὸς ἐκ τῆς πατρικῆς οὐσίας ἐκλάμψαντα, καὶ τὴν παρθενίαν τῆς φυσικῆς ἑνάδος ἀμέριστον καὶ ἀδιάστατον φυλάξαντα· καὶ κάτω ἐκ παρθενικῆς παστά-

pheta [22], humano generi secundum carnem voluit apparere, faustis omnibus excipe. Dic ut Moyses : *Iste Deus meus, et glorificabo eum : Deus patris mei et exaltabo eum* [23]. Porro post gratiarum deinceps actionem utilissime scrutemur, quid causæ Regem gloriæ in Bethlehem suscitaverit. Et quidem, ut in Bethlehem corporatus nasceretur, coegit nostri miseratio, alioqui cogi nescium. Verum, ut infans lactens, ille in tempore expers temporis, quique fasciis non detentus detineretur, pulsus patria ac profugus fieret, quænam demum necessitas compulit? Sane, si et hæc vobis cognoscendi est animus, divina plane Deoque afflata concio, audite Moysen, clare populo prædicantem, atque ad eximiæ illius nativitatis cognitionem velut exstimulantem ac dicentem : *Omne masculinum, adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur* [24]. O res miranda! *O altitudo divitiarum et sapientiæ et scientiæ Dei* [25]! Decebat videlicet Dominum legis et prophetarum, ut juxta propriam ipse legem omnia conficeret, neque faceret irritam, sed potius impleret : ac dehinc legis termino, gratiæ suæ principium adjungeret. Quamobrem, legi superior Mater se legi submittit : sanctaque illa mundaque, tempus quadraginta dierum in pollutas constitutum, observat : ac qui absolvit a lege, legi subjectus efficitur : offerturque pro eo qui nos sanctificavit, par avium mundarum [26], in eorum testimonium qui mundi inculpatique accedebant. Quod vero impollutus fuerit ille partus, nec piacularibus hostiis obnoxius, testis est Isaias, diserte universæ sub sole terræ denuntians : *Antequam, inquit, aut parturiens pariat, aut antequam veniat labor pariendi, effugit, et peperit masculum. Quis tale quid audivit? aut quis simile vidit* [27]? Effugit ergo quæ sunt muliebria sanctissima Virgo Mater, antequam etiam pareret : ut nimirum, Spiritu sancto eam sibi jam ante desponsante et sanctificante, absque virili congressione conciperet. Peperit illa primogenitum, et Patris unigenitum Filium : eum, inquam, qui in superis, unigene, absque matre, ex paterna substantia eluxit;

[22] *Hab.* III, 3. [23] *Exod.* XV, 2. [24] *Exod.* XXXIV, 19. [25] *Rom.* XI, 33. [26] *Luc.* II, 24. [27] *Isai.* LXVI, 7.

(43) *Ἐχόμενα δὲ τῶν εὐχαριστηρίων.* Nonnullo illo hymno, ad quem antea hortatus erat, vincente argumenti majestate, quem et jam exegit ; ut a voluptate, ad aliquam intellectus eruditionem μεθοδικῶς Methodius noster transeat; quod male Pantinus obscurat.

(44) *Ὑποτίτθιον τυγχάνοντα.* Aggravatio est : ut non tantum voluerit fieri infans, et quæ sunt infantium velut necessario assumere ; sed etiam tenella illa ætate, pelli patria, et ad transmigrationem cogi : μέτοικος γενέσθαι. Metœci in l. *Certa*, c. De jure fis., l. x, sunt qui jussu principum in aliam civitatem pœnæ causa transferuntur, eorumque prædia publicantur : ii dicuntur et ἀνάσπαστοι : quibus Dominus Jesus in Ægyptum fugiens, statim pene D ab ortu, similis egit. Nec hoc Pantinus expressit. — Monet Combefisius in *Emendandis* ad calcem Methodii, hanc notam esse corrigendam : hic enim, inquit, patet sermonem esse de migratione a Bethlehem in Hierusalem ad implendam legem; quæ et ipsa minus congruere videtur dignitati pueri Jesu, ab ea lege immunis.

(45) *Τῇ τοῦ νόμου περαιώσει.* Ut idem sit atque πέρασις, sensu quo Suidas exponit, in eo loco : Δότε βίου πέρασιν καὶ καταστροφήν τινα · *Finem, exitum.* Sic recte quadrat, ut legi habenti jam finem Christi adventu et adimpletione, ipse adjungat initium gratiæ suæ, nos illa absolvens, et ad aliam legem transferens; quæ est gratiæ inchoantis illius desitione. Male Pantinus : *Dehinc ad legis perfectionem, gratiæ suæ principium adjungere*, minus saltem clare.

(46) *Εἶτ' οὖν ἄνευ συνουσίας συλλαβεῖν.* Sunt illa muliebria, quæ ante etiam partum Dei Mater effugit. Eodem fere modo arguit Ambrosius epistola ad Siricium papam, a conceptu virginali ad partum. Pantinus connectit sequentibus, quomodo erant vitiose punctata Græca, nec congrua oratione, sensumque auctoris ubique subtilem, minus reddit.

virginitatemque naturalis unitatis indivisam inseparabilemque conservavit : quique in terris, nuptiali Virginis thalamo, Adæ sibi naturam immobili unione ceu sponsus conjunxit ; ac Matris puritatem indivulsam incorruptamque servavit : eum denique, qui in supernis nulla corruptione genitus, ineffabili in hisce inferioribus ratione natus est. Cæterum orationem ad propositum reducamus.

IV. Itaque eduxit propheta Virginem ex Nazareth, ut in Bethlehem fetum illum salutarem eniteretur ; eamdemque iterum propheta reduxit, ut spem illam vitæ mundo manifestaret. Solvens igitur Dei arca ex Bethlehemitico diversorio (illic enim solvit legi quadraginta dierum, non justitiæ, sed gratiæ debitum), requievit in montibus Sion : accipiensque castissimo sinu, tanquam sublimi quodam et humanam omnem naturam superante throno, Regem illum omnium ; illum, inquam, eodem, Deo et Patri, throno sublimem Filium, nec ipso excedentem : una illic cum assumpta ex ipsa intemerata carne, eidem præsentavit. Ascendit in templum sacra Mater, novum legi exhibitura miraculum, prolemque diu quæsitam, quæ nimirum virginalem vulvam aperuit, nec tamen virginitatis claustra disrupit : prolem lege superiorem, quæ tamen legem impleverit : prolem ortu priorem, posterioremque : prolem denique ex ipsa incarnatam supra legem naturæ. Nam alioqui omnis vulva, ex viri prius conjunctione aperta et semine conspersa, principium pariendi accipit : doloribusque finem partui imponentibus, ratione tandem præditum consentaneumque naturæ fructum, Dei Creatoris sapientia, in lucem edit, juxta illud divinum scitum : *Crescite et multiplicamini, et replete terram* [28] ; hujus autem uterus, neque prius apertus, neque semine conspersus, fructum illum supra naturam, naturæ tamen cognatum, germinavit, idque citra ullum indivulsæ unitatis detrimentum, ad intensius impensiusque miraculum ; salva nimirum pristinæ virginitatis prærogativa. Ascendit igitur in templum, illa templo celsior, duplicem induta gloriam : intemeratæ, inquam, virginitatis, et ineffabilis fecunditatis : legis benedictionem, et gratiæ sanctificationem. Quamobrem ait ille videns : *Et plena domus gloria ejus : et seraphim stabant in circuitu ejus, et clamabant alter ad alterum : Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth : plena omnis terra gloria ejus* [29] ; quod et ipsum beatus propheta Habacuc lepide modulatus, ait : *In medio duorum animalium nosceris : dum appropinquaverint anni, agnosceris :*

δος νυμφικῶς ἑνώσαντα ἑαυτῷ τὸν Ἀδὰμ ἀτρέπτως (47), καὶ ἀδιάσπαστον καὶ ἀκήρατον τὴν μητρικὴν ἁγνείαν διατηρήσαντα· τὸν ἄνω ἀῤῥεύστως γεννηθέντα, καὶ κάτω ἀφράστως τεχθέντα. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανάξωμεν τὸν λόγον.

Δ'. Προφήτης τοιγαροῦν ἐκ Ναζαρὲθ ἀνήγαγε τὴν Παρθένον ἀποκυῆσαι ἐν Βηθλεὲμ τὸ σωτήριον κύημα· καὶ προφήτης ἐξήγαγεν (48) ἐμφανίσαι τῷ κόσμῳ τῆς ζωῆς τὴν ἐλπίδα. Ὅθεν ἐπάρασα ἐκ σταθμῶν Βηθλεὲμ ἡ κιβωτὸς τοῦ Θεοῦ (αὐτῷ γὰρ ἀπετίννυε τῷ νόμῳ τῆς τεσσαρακοντάδος τὴν οὐ κατὰ χρέος, ἀλλὰ κατὰ χάριν ὀφειλὴν), ἐπὶ τὰ ὄρη κατέπαυσε τῆς Σιὼν, καὶ ἀναλαβοῦσα τοῖς ἀχράντοις κόλποις, ὡς ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ, καὶ τὴν ἀνθρωπείαν ὑπερβαίνοντα φύσιν, τὸν βασιλέα τῶν ἁπάντων, τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, τὸν σύνθρονον αὐτοῦ καὶ ἀνεκφοίτητον Υἱὸν, ἐνεφάνισεν ἐκεῖ μετὰ τῆς ἐξ αὐτῆς προσλήψεως ἀχράντου (49). Ἄνεισιν ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἡ ἱερὰ Μήτηρ ἐμφανίσαι τῷ νόμῳ ξένον θαῦμα, καὶ τὸν ζητούμενον τόκον, τὸν διανοίξαντα μήτραν παρθενίας, καὶ κλεῖθρα παρθενίας μὴ διαῤῥήξαντα· τὸν ἀνώτερον νόμου, καὶ πληρωτὴν νόμου· τὸν προγενέστερον, καὶ μεταγενέστερον· τὸν ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντα ὑπὲρ νόμον φύσεως. Διότι πᾶσα μήτρα, ἐκ συναφείας πρῶτον διανοιγομένη καὶ ἐνσπειρομένη, ἀρχὴν τοῦ τίκτειν λαμβάνει, καὶ τελεσφόροις ὠδῖσι τὸν λογικὸν καὶ κατάλληλον τῆς φύσεως καρπὸν, τῇ τοῦ δημιουργοῦντος σοφίᾳ εἰς τοὐμφανὲς προφέρει, κατὰ τὸ, *Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν*, τοῦ Θεοῦ λέγοντος. Ἡ δὲ ταύτης γαστὴρ, οὔτε μὲν προδιανοιγεῖσα οὔτε ἐνσπειρομένη, ὑπερφυᾶ τε καὶ συμφυᾶ καρπὸν ἐβλάστησε, καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον ἀλωβήτως εἰς ἐπίτασιν θαύματος, ἐν ταυτότητι διαμείνασα τῆς παρθενίας. Ἄνεισι τοιγαροῦν εἰς τὸ ἱερὸν, ἡ τοῦ ἱεροῦ ὑψηλοτέρα, δισσὸν κλέος περικειμένη, παρθενίας φημὶ ἀχράντου, καὶ παιδοποιΐας ἀφράστου, εὐλογίαν νόμου, καὶ ἁγιασμὸν χάριτος. Διό φησιν ὁ βλέπων· *Καὶ πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ· καὶ σεραφὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ· καὶ ἐνέκραγεν ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον, καὶ ἔλεγον·* Ἅγιος, *ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαώθ· πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ*. Τοῦτο δὴ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος προφήτης Ἀμβακοὺμ ἀστείως ἐμελῴδησε φάσκων· *Ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ· ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη ἐπιγνωσθήσῃ· ἐν τῷ παρεῖναι τὸν καιρὸν ἀναδειχθήσῃ*. Ὅρα μοι τηλαυγῶς τοῦ Πνεύματος τὴν ἀκρίβειαν· γνῶσίν φησιν ἐπίγνωσιν,

[28] *Gen.* I, 22. [29] *Isai.* VI, 3.

(47) *Νυμφικῶς ἑνώσαντα ἑαυτῷ τὸν Ἀδὰμ ἀτρέπτως*. Ut significetur immobilis unio, ceu lege inviolabilis conjugii, naturæ humanæ ad Verbum : quanquam posset τὸ ἀτρέπτως referre ipsum Verbum, et modum unionis ex parte illius, nulla a propriis demutatione.

(48) *Καὶ προφήτης ἐξήγαγεν*. Nempe ἐκ τῆς Βηθλεέμ, ut illic editam prolem, spem illam vitæ, in montibus Sion, et templo Jerosolymitano, mundo manifestaret : ut utrumque significetur, ceu ex oraculo factum. Pantinus sua ingerit, et Methodianis adversa, velut de manifestatione in Bethlehem, non in templo, ageretur : *Quo consilio? Nempe, ut mundo vitæ jam suæ spem demonstraret*. Declarant sequentia quod diximus : ὅθεν ἐπάρασα κ. τ. ἑξ., ubi nec Pantinus fidus est.

(49) *Ἐνεφάνισεν ἐκεῖ μετὰ τῆς ἐξ αὐτῆς προσλήψεως ἀχράντου*. Nempe τῷ Θεῷ καὶ Πατρί, quod Lucas ait, παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ. Res plana scienti terminos ; Pantinus tamen male oscitat.

ἀνάδειξιν, ἅτινα δηλοῖ, τὸ μὲν, *Ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ*, τήν τε κατὰ νόμον ἐν τοῖς ἀδύτοις ὑπεράνωθεν τοῦ ἱλαστηρίου τῆς κιβωτοῦ μεταξὺ τῶν τυπικῶν χερουβὶμ ἐπισκίασιν τῆς θείας αὐτοῦ δόξης, ὥς φησι πρὸς Μωϋσῆν, *Ἐντεῦθέν σοι γνωσθήσομαι*, τήν τε καταντήσασαν τὰ νῦν διὰ τὴν κατὰ σάρκα πανύμνητον αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος θεοφάνειαν ἀγγελικὴν συνέλευσιν, εἰ καὶ πρὸς ἡμῶν ἀθεώρητος, καθὼς προδεδήλωκεν Ἡσαΐας· τὸ δὲ, *Ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη, ἐπιγνωσθήσῃ*, τὴν πανένδοξον, ὡς προείρηται, κατὰ σάρκα ἐπίγνωσιν τοῦ ἀοράτου Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, ὥς που φησὶν ὁ μέγας ἱερομύστης Παῦλος· *Ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν.* Τὸ δὲ ἐπαγόμενον, *Ἐν τὸ* (f. τῷ) *παρεῖναι τὸν καιρὸν, ἀναδειχθήσῃ*, ποίας ἂν καὶ δέοιτο ἀντιφράσεως τῷ εὔσκοπον πρὸς τὸ ἑορταζόμενον ἀπευθύνοντι τὸ ὄμμα; Ἀναδειχθήσῃ γὰρ, φησὶν, ὡς ἐπὶ πίνακι βασιλικῷ, ὑπὸ τῆς τεκούσης σε ἀχράντου μητρὸς ἐν τῷ ναῷ, ἐν τῇ τῆς σαρκώσεώς σου εὐπρεπείᾳ. Ταῦτα δὲ ἀνακεφαλαιούμενος ὁ προφήτης πρὸς τὸ σαφέστερον, ἀνακέκραγε λέγων· *Κύριος ἐν ναῷ ἁγίῳ αὐτοῦ· εὐλαβείσθω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ.*

dum tempus aderit, ostenderis [30]. Inspice vero accuratam penitus Spiritus diligentiam. Notionem dixit, agnitionem et ostensionem; quorum singula hæc declarant; illud quidem : *In medio duorum animalium nosceris*; in primis, divinæ ipsius, juxta legem, in adytis, super arcæ propitiatorium, in medio typicorum cherubim, gloriæ velut obumbrationem; nam ait ad Moysen : *Inde tibi innotescam* [31] : præterea etiam, nunc nobis, per Salvatoris ipsius secundum carnem, divinam laudibusque omnibus celebrandam apparitionem, factum obvium angelorum concursum : quanquam is, natura sua, nobis inaspectabilis est, ut jam ante Isaias declaravit. Quod autem ait : *Dum appropinquaverint anni, agnosceris :* omnino inclytam illam, ut jam dictum est, secundum carnem, invisibilis alioqui Dei Salvatoris nostri agnitionem significat; ut quodam loco, magnus ille sacrorum mystes Paulus ait : *Quando autem venit plenitudo temporis, emisit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret; ut adoptionem filiorum reciperemus* [32]. Quod autem subjungitur : *Dum tempus aderit, ostenderis;* nulla utique expositione indiget, si quis solerter, ad festum quod nunc celebramus, oculos mentis intenderit. Ostenderis enim, inquit, tanquam in disco quopiam ceu ferculo regio, ab intemerata tua Matre in templo, idque in carnis abs te assumptæ decore et forma. Quæ summatim colligens Propheta, amplioris claritatis gratia, in hæc exclamavit verba : *Dominus in templo sancto suo* [33] : *revereatur a facie ejus omnis terra* [34].

Ε'. Φρικτὸν γὰρ ὄντως τὸ περὶ σὲ μυστήριον, Μῆτερ Παρθένε, καὶ νοητὲ θρόνε, δεδοξασμένε καὶ Θεοῦ ἐπάξιε. Προήγαγες γὰρ θαῦμα ἐπουρανίοις καὶ ἐπιγείοις ἐξαίσιον. Καὶ παράδειγμα τούτων καὶ ἀῤῥαγὴς ἔλεγχος· τὸ κατὰ τὸ καινὸν τῆς ὑπερφυοῦς σου λοχείας ἀγγέλους ἐπὶ γῆς ᾄδειν· *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία·* τῷ τριπλασιασμῷ τῆς ᾠδῆς τὸν τριπλασιασμὸν τῆς ἁγιότητος (50) εἰσαγαγόντες. Μακαρία σὺ ἐν γενεαῖς γυναικῶν, θεομακάριστε: ὅτι διὰ σοῦ ἐπληρώθη ἡ γῆ τῆς θείας δόξης τοῦ Θεοῦ, ὡς καὶ ἐν Ψαλμοῖς ᾄδεται· *Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, καὶ πληρωθήσεται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ· γένοιτο, γένοιτο. Καὶ ἐπήρθη*, φησὶ, *τὸ ὑπέρθυρον ἀπὸ τῆς φωνῆς ἧς ἐκέκραγον·* ὃ σημαίνει τοῦ ναοῦ τὸ καταπέτασμα, τὸ συσκιάζον κατὰ πρόσωπον τῆς προτυπωσάσης σε κιβωτοῦ Διαθήκης, ἵνα μοι φανερωθῇ τἀληθὲς (51), καὶ διὰ τῶν προηγησαμένων τύπων τε καὶ ὑποδειγμάτων παιδαγωγηθῶ αἰδοῖ καὶ τρόμῳ τιμᾷν καὶ προσκυνεῖν τὸ περὶ σὲ μυστήριον, χαλιναγωγηθῶ τε αὖ διὰ τῆς νομικῆς σκιαγραφίας τῆς τολμηρᾶς καὶ ἀναιδοῦς ἀσκαρδαμύκτου ἀντοφθαλμῆσαι ἀντωπίας

V. Tremendum enim revera, o Mater Virgo, sedes spiritalis, glorificata Deoque digna, tuum illud sacramentum. Produxisti enim cœlestibus terrestribusque, exsuperantia stupendum miraculum : cujus rei indicium est firmumque argumentum, quod in terra, ad novum illum augusti tui puerperii modum, angeli concinunt : *Gloria in altissimis Deo; et in terra pax, hominibus bona voluntas* [35] : triplici nimirum cantico, trinam inducentes sanctitatem : Beata tu in mulierum generationibus, a Deo beatissima : nam per te impleta est terra divina illa Dei gloria, sicut etiam canitur in Psalmis [36] : *Benedictus Dominus Deus Israel : et replebitur majestate ejus omnis terra : fiat, fiat.* — *Et elevatum est*, inquit propheta [37], *superliminare a voce qua clamabant :* quo significatur, templi velum inumbrans coram arca testamenti, quæ te præsignabat; ut mihi veritas panderetur, simulque docerer per typos et figuras quæ præcessissent, ut cum reverentia et tremore, ad sacramentum quod in te exhibetur adorandum, accederem : atque legali hac priore delineatione, ab eo qui incompre-

[30] *Hab.* III, 2. [31] *Exod.* XXV, 22. [32] *Gal.* IV, 4-5. [33] *Psal.* X, 5. [34] *Psal.* XCV, 9. [35] *Luc.* II, 14. [36] *Psal.* LXXI, 18. [37] *Isa.* VI, 4.

(50) *Τὸν τριπλασιασμὸν τῆς ἁγιότητος.* Pantinus, *triplicem sanctitatis rationem*, minus id theologice. Alludit ad canticum seraphicum Isai. VI, quod præcipue explicat, triplicique in eo sanctitatis acclamationi, in signum trinæ deitatis, triplicem et ipsum Christo nato, dictum angelicum hymnum respondere contendit. Sic juxta Græca, Latinis vero est duplex ita punctantibus : *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.*

(51) *Ἵνα μοι φανερωθῇ τἀληθές.* Ut utriusque rationem reddat, et elevationis, velut ad ostensionem aliquam, divina dispensatione; et veli, ad reverentiam.

hensibilis super omnia locatus est, audentius impudentiusque fixa oculorum acie contemplando, refrenarer. Si enim arcæ, tuæ illius sanctitatis imagini typoque, tantus a Deo honor habitus est, ut nemini, nisi tantum ordini sacerdotali, ad eam pateret accessus, autve facilis esset ad cognitionem ingressus : distinguente velo ac ceu reginæ, ad januam vestibula servante : quis tandem qualisve venerationis cultus a nobis minimis, tibi vere Reginæ fuerit exhibendus? vere, inquam, Dei legislatoris animatæ arcæ : cœlo vere Dei capaci, qui nusquam capi potest. Te enim, sanctissima Virgo, tanquam die clarissima mundo affulgente, solemque illum justitiæ producente, odiosus tenebrarum horror depulsus est : tyranni potentia facta irrita; mors destructa; infernus absorptus; inimicitia omnis ante pacis conspectum dissoluta; morbi noxii, sanctitatis beneficio erumpente, procul omnes facessere jussi; universusque terrarum orbis, veritatis clarissimæ purissimæque luce perfusus est. Ad quæ Salomon in Canticis alludens, ita orditur : *Dilectus meus mihi, et ego illi : qui pascit in liliis donec respiret dies, et dimoveantur umbræ* [38]. Quia ergo : *Visus est Deus deorum in Sion* [39], et *magnificentia decoris ejus in Jerusalem apparuit* [40] : *Luxque est ortu justo, et rectis corde lætitia* [41], juxta beatum Davidem : sanctificandorum Sanctificator ille et Dominus, legis doctorem atque ministrum, in partem muneris et testimonium illorum quæ agebantur, per Spiritum sanctum convocavit.

VI. Eoque senex Symeon, imbecillitatem carnis exuens, speique indutus robur, ante legis faciem, subministratorem legis festinus excepit : doctorem illum ex potestate : et Deum Abraham : protectorem Isaac : sanctum Israel : Moysis mystagogum; eum, inquam, qui divinam suam incarnationem, tanquam posteriora, eidem se promiserat ostensurum [42] : divitem illum in mendicitate : in infantia, sæculis anteriorem; in visione, invisibilem : in comprehensione, incomprehensibilem : in parvitate, magnitudinem omnem superantem : in templo simul, et in altissimis : in throno regio, et curru cherubico : supernis inferioribusque continenter præsentem : in forma servi, et forma Dei Patris : subjectum, et Regem universorum. Erat totus in desiderio; totus in spe; totus in gaudio. Non jam suus ipse erat, sed ejus cujus spe defixus erat. Spiritus sanctus faustum annuntiaverat : [velut jam

A τὸν τὰ πάντα ἐν ἀκαταληψίᾳ ὑπεριδρυμένον (52). Εἰ γὰρ τῇ εἰκόνι τῆς σῆς ἁγιότητος τοσαύτη πρὸς τοῦ Θεοῦ ἀπενεμήθη τιμὴ, ὡς μηδενὶ βάσιμον ἢ πρόχειρον εἰς κατανόησιν εἶναι τὴν ταύτης εἴσοδον ἢ μόνῃ τῇ ἱερατικῇ εὐκοσμίᾳ, τοῦ καταπετάσματος διορίζοντος καὶ πυλωροῦντος ὡς βασιλίδι τὰ προπύλαια· τί ἄρα καὶ ποταπὸν τὸ παρ' ἡμῶν τῶν ἐλαχίστων ἐποφειλόμενόν σοι σέβας, τῇ ὄντως βασιλίδι, τῇ ὄντως ἐμψύχῳ κιβωτῷ τοῦ νομοδότου Θεοῦ, τῇ ὄντως χωρητῷ οὐρανῷ τοῦ ἀχωρήτου Θεοῦ γενομένῃ; Σοῦ γὰρ τῆς παναγίας ὡς φωταυγοῦς ἡμέρας ἐπιφανείσης τῷ κόσμῳ, καὶ τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον προαγαγούσης, ἐκποδὼν μὲν γέγονε τὰ τοῦ σκότους στυγηρὰ, φροῦδος δὲ καὶ ὁ τύραννος κατέστη· καὶ διώλωλε μὲν θάνατος, κατεπόθη δὲ καὶ ὁ ᾅδης, καὶ πᾶσα ἡ ἔχθρα κατ-
B ελύθη πρὸ προσώπου τῆς εἰρήνης· νόσοι δὲ φθοροποιοὶ ἀπωθεν ἔστησαν τῆς σωτηρίας προκυψάσης, καὶ φωτὸς ἀνάπλεως γέγονεν ἡ ὑπ' οὐρανὸν τῆς ἀκραιφνοῦς ἀληθείας. Ἅτινα προοιμιάζων ἐν τοῖς Ἄσμασιν ἔλεγεν ὁ Σαλομών· *Ἀδελφιδός μου ἐμοὶ, κἀγὼ αὐτῷ· ὁ ποιμαίνων ἐν τοῖς κρίνοις ἕως οὗ ἡ ἡμέρα διαπνεύσῃ, καὶ κινηθῶσιν αἱ σκιαί.* Ἐπεὶ οὖν *Ὤφθη ὁ Θεὸς τῶν θεῶν ἐν Σιὼν*, καὶ *Ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐξεφάνθη*, καὶ *φῶς ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ*, καὶ *τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ εὐφροσύνη*, κατὰ τὸν μακάριον Δαυΐδ, ὁ τῶν τελουμένων τελειωτὴς (53) καὶ Δεσπότης τὸν τοῦ νόμου διδακτικὸν καὶ λειτουργικὸν συνεκάλεσεν εἰς λειτουργίαν καὶ μαρτυρίαν διὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου τῶν πραττομένων.

C ϛ'. Ὅθεν ἀπεκδυσάμενος τὸ ἄτονον τῆς ἡλικίας ὁ πρεσβύτης Συμεὼν, καὶ τὸ εὔτονον τῆς ἐλπίδος ἐπενδυσάμενος, ἀπολαβεῖν ἔσπευδεν εἰς πρόσωπον τοῦ νόμου τὸν τοῦ νόμου πάροχον· τὸν αὐθέντην διδάσκαλον (54)· τὸν Θεὸν τοῦ Ἀβραάμ· τὸν σκεπαστὴν τοῦ Ἰσαάκ· τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραήλ· τὸν μυσταγωγὸν τοῦ Μωϋσέως· τὸν τὴν θείαν ἐνανθρώπησιν ὡς ὀπίσθια γνωρίσαι αὐτῷ ὑποσχόμενον· τὸν ἐν πτωχείᾳ πλούσιον· τὸν ἐν νηπιότητι προαιώνιον· τὸν ἐν ὁράσει ἀόρατον· τὸν ἐν περιλήψει ἀπερίληπτον· τὸν ἐν σμικρότητι ὑπερμεγέθη· τὸν ἐν ναῷ καὶ ἐν ὑψίστοις· τὸν ἐπὶ θρόνου βασιλικοῦ (55) καὶ ἐπ' ὀχήματος χερουβικοῦ· τὸν κάτω καὶ ἄνω ἀδιαστάτως· τὸν ἐν μορφῇ δούλου, καὶ ἐν μορφῇ Θεοῦ Πατρός· τὸν ὑπή-
D κοον καὶ βασιλέα τῶν ἁπάντων. Ὅλος γέγονε τῆς ἐφέσεως· ὅλος γέγονε τῆς ἐλπίδος· ὅλος γέγονε τῆς χαρᾶς. Οὐκέτι ἦν αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῦ ἐλπισθέντος. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εὐηγγελίσατο, καὶ πρὶν ἢ κατειλη-

[38] *Cant.* II, 16, 17. [39] *Psal.* LXXXIII, 8. [40] *Psal.* XCV, 6. [41] *Psal.* XCVI, 11. [42] *Exod.* III, 23.

(52) *Τὸν τὰ πάντα ἐν ἀκαταληψίᾳ ὑπεριδρυμένον.* Velut omnibus in incomprehensibilitate sua eminentem, fere Paulina phrasi qua dicitur inhabitare lucem inaccessibilem, I Tim. VI. Pantinus refert ad creaturas minus congrue, *qui universa incomprehensibili quadam ratione constituit.*

(53) *Ὁ τῶν τελουμένων τελειωτής.* Ita passim Dionysius, Gregorius, etc. Minus apte Pantinus, *perfectus auctor*, potius initiator, consummator, etc. Male etiam τὸ, διὰ τοῦ Πνεύματος ἁγίου quod sequitur, retulit ad illud τῶν πραττομένων, cum sit omnino referendum ad verbum συνεκάλεσεν, velut alludat ad verba evangelica, *et venit in spiritu in templum :* velut nimirum instinctu actus in Domini occursum.

(54) *Τὸν αὐθέντην διδάσκαλον.* Alludit ad verba evangelica Marci I : *Erat docens eos, quasi potestatem habens.* Minus apte Pantinus, *auctorem ipsum et præceptorem legis*, velut suprema auctoritate docentem.

(55) *Ἐπὶ θρόνου βασιλικοῦ.* Sancta nimirum Deipara sinu gestante, ut ubique divina humanis comparentur.

φέναι τὸν ναὸν, τοῖς τῆς διανοίας ὀφθαλμοῖς ἀναπτερούμενος, ὡς ἔχων ἤδη τὸ ποθούμενον ἐγεγήθει. Ἀγόμενος δὲ οὕτω, καὶ μετεωροπορῶν τοῖς διαβήμασιν ὠκυτάτως, τὸν πάλαι ἱερὸν καταλαμβάνει σηκὸν, καὶ οὐ προσχὼν τῷ ἱερῷ, τῷ τοῦ ἱεροῦ πρυτάνει τὰς ἱερὰς ὠλένας ἐφήπλωσε, τοιάδε λέγων ἅμα καὶ ᾄδων, ἃ καὶ τῇ ἀσπαστῇ τελετῇ προσῆκε· Σὲ ἐπιποθῶ, δέσποτα Θεὲ πατέρων, καὶ Κύριε τοῦ ἐλέους, τὸν καταξιώσαντα τῇ ἰδίᾳ δόξῃ καὶ ἀρετῇ, ὡς πάντων προνοητικῇ, αἰδοῖ τῆς πρὸς ἡμᾶς συγκαταβάσεως, καθάπερ σπονδηφόρῳ μεσιτείᾳ, εἰς φιλικὴν ὁμηρεῦσαι συμφωνίαν τοὺς ἐπουρανίους πρὸς τοὺς γηγενεῖς. Σὲ ἐπιζητῶ τὸν αὐτουργὸν τῶν ἁπάντων· σὲ καραδοκῶ, τὸν περιέχοντα λόγῳ τὰ πάντα· σὲ ἀπεκδέχομαι, τὸν ζωῆς καὶ θανάτου δεσπόζοντα· σὲ ἀναμένω, τὸν νομοδότην, καὶ τοῦ νόμου διάδοχον· σὲ πεινῶ, τὸν ζωοποιὸν τῶν νενεκρωμένων· σὲ διψῶ, τὴν ἀνάψυξιν τῶν κεκμηκότων· σὲ ἐπιθυμῶ τὸν κτίστην καὶ λυτρωτὴν τοῦ κόσμου. Σὺ ἡμῶν Θεὸς, καὶ σὲ προσκυνοῦμεν. Σὺ ἡμῶν ναὸς ἅγιος, καὶ ἐν σοὶ προσευξόμεθα· σὺ θεσμῶν θεσμοθέτης, καὶ σοὶ πειθαρχοῦμεν. Σὺ Θεὸς πρῶτος· ἔμπροσθέν σου οὐκ ἐγεννήθη (56) Θεος ἄλλος ἐκ Θεοῦ Πατρὸς, καὶ μετὰ σὲ οὐκ ἔσται ἄλλος Υἱὸς τῷ Πατρὶ ὁμοούσιος καὶ ὁμότιμος. Καὶ *τὸ ἐπίστασθαί σε, ὁλόκληρος δικαιοσύνη· καὶ εἰδέναι σου τὸ κράτος, ῥίζα ἀθανασίας*. Σὺ εἶ ὁ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν *λίθος ἀκρογωνιαῖος, πολυτελής τε καὶ ἔντιμος*, τῇ Σιὼν προαναγορευθείς. Ὑποβέβληται γάρ σοι τὰ πάντα ὡς αἰτίῳ· ὡς παραγαγόντι τὰ ὅλα ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι, καὶ σύστασιν εὐπαγῆ τοῖς ἀστάτοις παρασχόντι· ὡς συνοχῇ καὶ φρουρᾷ τῶν παρενηνεγμένων· ὡς φύσεων διαφόρων δημιουργῷ· ὡς οἰακίζοντι παλάμῃ παναλκεστάτῃ καὶ πανσοφωτάτῃ τὰ σύμπαντα· ὡς εὐταξίας ἁπάσης ῥυθμῷ· ὡς συμφωνίας καὶ εἰρήνης ἀῤῥαγεῖ συνδέσμῳ. *Ἐν σοὶ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν*. Διὰ τοῦτο, *Κύριε ὁ Θεός μου, δοξάσω σε, ὑμνήσω τὸ ὄνομά σου· ὅτι ἐποίησας θαυμαστὰ πράγματα, βουλὴν ἀρχαίαν ἀληθινὴν, ἐξομολόγησιν καὶ μεγαλοπρέπειαν ἐνδυσάμενος*. Τί γὰρ περιφανέστερον βασιλεῖ περιανθούσης πορφυρίδος καὶ ἐπιλάμποντος διαδήματος; Ἢ τί μεγαλοπρεπέστερον Θεῷ φιλανθρώπῳ φιλανθρώπου ἐνανθρωπήσεως, ταῖς καμφανωτάταις ἐξαυγείαις *τοὺς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένους καταλαμπούσης*; Καὶ μὴν εἰκότως καὶ προανευφήμησέ σε *τὸν Βασιλέα τῶν αἰώνων* ὁ πρόσκαιρος βασιλεὺς καὶ οἰκέτης, φάσκων· *Ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων*, ὁ ἐν ἀνθρώποις Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. Περιεζώσω γὰρ διὰ τῆς θείας σου σαρκώσεως δικαιοσύνῃ μὲν τὴν *ὀσφύν· ἐνηλείψω δὲ καὶ ἀληθείᾳ τὰς πλευρὰς*, αὐτόχρημα δικαιοσύνη καὶ ἀλήθεια ὑπάρχων, καὶ

A naturæ exstinctum suscitaverat;] ac priusquam templum attigisset, subvectus intelligentiæ oculis, velut jam desideratum haberet, gaudio gestiebat. Sic porro actus, ac per gradus celerrime conscendens, sacrum hactenus penetrale occupat; temploque omisso, ipsius templi præsidi sacras ulnas expandit; ejusmodi quosdam jucundæ celebritati congruos sermones cantico depromens: Te desidero, Domine Deus patrum, et Domine misericordiæ; qui tua ipse sententia et virtute, ut qua provideas omnibus, dignatione illa qua te nobis inclinas, ceu sequestra fœderis conciliatione, cœlestes inter terrigenasque, amicitiam concordem sancire voluisti. Te quæro ipsum auctorem universorum. Tota te cupiditate exspecto, qui sermone contines omnia. Te præstolor, vitæ mortisque dominato- B rem. Te sustineo datorem legis, ejusdemque successorem. Te esurio, qui vivificas mortuos. Sitio te, defatigatorum refrigerium. Te concupisco, mundi creatorem redemptoremque. Tu Deus noster; teque adoramus. Tu sanctum templum nostrum; votaque in te faciemus. Tu legum lator; tibique obtemperabimus. Tu Deus primus; ante te non est natus Deus alius ex Deo Patre [43]; nec post te futurus est alius Filius Patri consubstantialis, et ejusdem cum ipso gloriæ. Atque *nosse te, solida justitia est: tuamque scire potentiam, radix immortalitatis* [44]. Tu nostræ salutis causa, *lapis ille angularis exquisitus et pretiosus* [45], Sioni antea prædictus. Tibi enim substrata sunt omnia ut causæ C et auctori, ut ei qui universa ex nihilo ad esse deduxit, rebusque instabilibus firmam constitutionem tribuit: tanquam rerum in esse deductarum nexui commissuræque, atque præsidio: tanquam natura diversorum opifici: velut ei, qui manu prorsus fortissima sapientissimaque moderatur universa: velut compositi cujuscunque ordinis rhythmo et concinnitati: ut concordiæ pacisque indissolubili vinculo. *In te enim vivimus, et movemur, et sumus* [46]. Propterea, *Domine Deus meus, glorificabo te* [47]; *laudabo nomen tuum, quoniam fecisti res admirandas, consilium antiquum verum* [48]; *confessionem et decorem indutus* [49]. Quid enim regi, veste purpurea floridum quid circumnmicante, diademateque effulgente, splendidius? Quid vero, clementissimo Deo, clementi hac hominis assumptione, cla- D rissimis suis radiis *illuminante sedentes in tenebris et umbra mortis* [50], magnificentius? Apposite sane *Regem te sæculorum* [51], temporaneus ille rex ac famulus tuus, faustis olim congratulationibus ominibusque prosecutus est, dicens: *Speciosus forma præ filiis hominum* [52]; qui in hominibus, Deus ipse sis

[43] *Isa.* XLIII, 10. [44] *Sap.* XV, III. [45] *Psal.* CXVII, 21; *Isa.* XXVIII, 16; I *Petr.* II, 6. [46] *Act.* XVIII, 28. [47] *Exod.* XV, 2. [48] *Isa.* XXV, 1. [49] *Psal* CIII, 1. [50] *Isa.* XLII, 7; *Luc.* I, 79. [51] I *Tim.* I, 17. [52] *Psal.* XLIV, 3.

(56) *Ἔμπροσθέν σου οὐκ ἐγεννήθη*. Alludit ad verba Isai. LXIII, piaque detorsione applicat Filio. Est ibi οὐκ ἐγένετο, *non fuit alius Deus*. Vulg., *non fuit formatus Deus*. Pantinus male τὸ, ἐγεννήθη, quo hic apte multitudo filiorum in Deo excluditur, reddit, *factus*. Negando enim factos a Deo Patre alios filios, videtur hic asseri factus, qui supponitur unicus Filius.

et homo. Accinxisti enim, divina tua incarnatione, *lumbos* quidem, *justitia : innunxisti vero et veritate, latera* [53], qui ipse, ipsa re vera justitia sis et veritas, universorumque exsultatio. Lætetur igitur mecum hodie cœlum, quoniam miseratus est Dominus populum suum. Rorent vero nubes mundo justitiam [54] : sed et fundamenta terræ, positis in inferno, velut clangente tuba, pacem ingerant : adest enim resurrectio dormientium. Terra etiam incolis suis misericordiam producat. *Impletus* enim *sum consolatione; superabundo gaudio* [55] : quod te hominum Salvatorem videam.

VII. Sic vero saliente sene, divinoque gaudio impensius exsultante; quod antea per figuram propheta Isaias fuerat vaticinatus [56], sacra Dei Mater perspicue re ipsa fecit. Accipiens enim, ex puro immaculatoque altari suo, carbonem illum vivificum et ineffabilem, carne indutum, sanctarum suarum manuum complexu, tanquam forcipe, justo illi porrexit : ut mihi quidem videtur, ejusmodi sermonibus affata pariter et hortata : Sume, senex honorate, sacerdotumque optime, sume Dominum; tuaque illa non vidua spe et desolata, fruere. Suscipe thesaurum indefectibilem, divitiasque inauferibiles, vir generosissime. Amplexare potentiam inenarrabilem vimque incomprehensibilem, quæ te fulciat, vir sapientissime. Circumplectere infinitam magnitudinem, fortitudinemque incomparabilem, sacrorum æditue. Circumplicare ipsi per se vitæ, et vive, vir venerabilissime. Arctius incorruptionem constringe, et renovare, vir justissime. Nihil audax facinus; ne defeceris animo, vir sanctissime. Satiare illo quem desideraveras, planeque delectare tibi dato, seu magis, dante se tibi, vir divinissime. Lætius illustrare Sole justitiæ, de mundissimo carnis speculo circumfulgente, vir religiosissime. Ne tibi tranquillum timorem incutiat, neve mansuetudo perterreat, vir beatissime. Ne inhorreas lenitatem, neve clementia terrearis, vir modestissime. Alacris adglutinare, nec moreris obsequi. Non habet audaciam quod dicitur quodve porrigitur : ne ergo relucteris, vir urbanissime. Non comburit ignis gratiæ Domini mei, sed illuminat, vir justissime. Rubus ille [57], mei figuram, ad ignis illius apparentis veritatem repræsentans, doceat te, vir legis peritissime. Caminus ille [58] velut ventus roris susur-

A ἀγαλλίαμα τῶν ἁπάντων. Τοιγαροῦν εὐφρανθήτω ὁ οὐρανὸς σήμερον ἅμα ἐμοί· ὅτι ἠλέησεν ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ. Ῥανάτωσαν δὴ καὶ αἱ νεφέλαι δικαιοσύνην τῷ κόσμῳ· σαλπισάτω καὶ τὰ θεμέλια τῆς γῆς εἰρήνην τοῖς ἐν ᾅδου· πάρεστι γὰρ ἡ ἀνάστασις τῶν κεκοιμημένων. Ἀνατειλάτω καὶ ἡ γῆ ἔλεος τοῖς κατοικοῦσιν αὐτήν. *Πεπλήρωμαι γὰρ τῇ παρακλήσει, καὶ ὑπερπερισσεύομαι τῇ χαρᾷ*· ὅτι εἶδόν σε τὸν Σωτῆρα τῶν ἀνθρώπων.

Ζʹ. Χορεύοντος δὲ οὕτω τοῦ πρεσβύτου, καὶ γανυμένου τῇ θείᾳ εὐφρασίᾳ, τὰ κεχρηματισμένα τυπικῶς τῷ προφήτῃ Ἡσαΐᾳ, περιφανῶς ἡ ἱερὰ Θεομήτωρ ἐξετέλει. Καὶ δὴ λαβομένη τὸν ἐκ τοῦ ἀχράντου καὶ B παναμώμου αὐτῆς θυσιαστηρίου σαρκωθέντα, ζωοποιὸν καὶ ἀνέκφραστον ἄνθρακα, ὡς λαβίδι τῇ συζεύξει τῶν ἁγίων αὐτῆς χειρῶν, τῷ δικαίῳ προέτεινε, τοιαῦτα, ἐμοὶ δοκεῖ, λέγουσά τε ἅμα καὶ παρακελεύουσα· Ἀπόλαβε, πρεσβύτα τίμιε, καὶ ἱερέων ἄριστε, ἀπόλαβε τὸν Κύριον, καὶ ἀπόλαυε τῆς οὐ χηρευσάσης σου ἐλπίδος. Ὑπόδεξαι θησαυρὸν ἀνέκλειπον, καὶ πλοῦτον ἀναφαίρετον, μεγαλοφυέστατε. Ἐναγκάλισαι κράτος ἀνεκδιήγητον, καὶ δύναμιν ἀνεξερεύνητον ἐρείδουσάν σε, σοφώτατε. Περίλαβε μέγεθος ἀπεριόριστον, καὶ ἰσχὺν ἀνείκαστον, ἱεροκόρε (57). Περιπλάκηθι τῇ αὐτῇ αὐτοζωῇ, καὶ ζῆθι, αἰδεσιμώτατε. Περίπτυξαι τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ ἀνακαινοποιήθητι, δικαιότατε. Οὐ τολμηρὸν τὸ ἐγχείρημα· μὴ ὄκλαζε, ὁσιώτατε. Ἐμφορήθητι τοῦ ποθουμένου, καὶ κατατρύφησον τοῦ ἐπιδιδομένου, μᾶλλον δὲ ἑαυτὸν ἐπιδιδόντος, C ἱεροπρεπέστατε. Ἐναγλαΐσθητι τῷ διὰ τοῦ ἀκηλιδώτου ἐσόπτρου τῆς σαρκὸς περιστίλβοντι Ἡλίῳ τῆς δικαιοσύνης, εὐλαβέστατε. Μὴ δειλία τὴν γαληνότητα, μηδὲ καταπλαγῇς τὴν ἡμερότητα, μακαριώτατε. Μὴ πτήξῃς τὸ εὐμενὲς, μηδὲ πτοηθῇς τὸ προσηνὲς, ἐπιεικέστατε. Εὐθύμως προσκολλήθητι, καὶ μὴ ἀναβάλλου πρὸς τὸ εὐήκοον. Οὐ θρασύτητος τὸ λαλούμενον, οὐδὲ τὸ προτεινόμενον· μὴ ἀφηνίαζε, ἀστικώτατε. Οὐ καταφλέγει τὸ πῦρ τῆς τοῦ Κυρίου μου χάριτος, ἀλλὰ φωτίζει, δικαιότατε. Βάτος σε πεισάτω, ἡ τὸν τύπον μου περιστησαμένη πρὸς ὑπόστασιν τοῦ ἀνυποστάτου πυρὸς (58), νομομαθέστατε. Δροσοσυρίζουσα κάμινος πειθέτω σε, παιδοτρίβα, τοῦ μυστηρίου τὴν οἰκονομίαν. Πρὸς ἐπὶ τούτοις ἡ ἐμὴ

[53] *Isa.* XI, 5. [54] *Isa.* XLV, 8. [55] II *Cor.* VII, 4. [56] *Isa.* VI, 6. [57] *Exod.* III, 2. [58] *Dan.* III, 21.

(57) *Ἱεροκόρε.* Sequimur Pantini conjecturam, ut legendum sit ἱεροκόμε, quadrat enim materiæ; ut ceu templi præpositum inducat, ad infinitam magnitudinem illam suscepti Jesu, templi angustiis includendam. Quid si retineatur ἱεροκόρε, velut significet futurum juvenem puerumque, Christi pueri amplexu, sanctum senem, eoque nomine hortetur S. Maria, ut suscipiat totus spiritu innovatus? Sic Augustinus serm. 13 *de temp.*, c. 3 : *Agnovit infantem senex, factus est in puero puer. Innovatus in ætate, qui plenus erat pietate.* Fuerit certe et illud non ita inconsonum.

(58) *Πρὸς ὑπόστασιν τοῦ ἀνυποστάτου πυρός.* Illius nimirum qui in rubo ardens ἔμφασιν habebat, D non ὑπόστασιν, *apparentiam, non ignis veritatem.* Sic enim sæpe Deus, nullo mendacio, apparentia aliqua sensibus ingerit, ad fidem astruendam veris. Videtur ergo auctor ludere in paronomia illius vocis; velut dicat, ad substantiam ignis illius non subsistentis; ac velut objecto illo igne, qui vere rubum flamma illustraret et adlamberet, et tamen apparens esset. Offendebat τὸ, ἀνυποστάτου, velut referendum esset ad figuratum et divinum ignem, ἐνυπόστατον illum et αὐτοϋπόστατον, nusquam ἀνυπόστατον· re tamen melius perspecta solidum visum est, et referendum ad ipsummet ignem typicum, cujus modum divinus ille ignis servaverit in Maria, idem ipse in Simeone servaturus.

γαστήρ σε διδαξάτω, ἐν ᾗ ἐχωρήθη ὁ ἀχώρητος, ἐξ ἧς καὶ ἐσαρκώθη ὁ ἄσαρκος Λόγος. Οὐ πάλιν σάλπιγγες ἐκδειματοῦσι τοὺς προσιόντας, οὐδ' αὖ ὄρος καπνιζόμενον δέος ἐμποιεῖ τοῖς προσπελάζουσιν, οὔτε μὴν νόμος κολάζει ἀφειδῶς τὸν θίγοντα τολμηρῶς. Φιλανθρωπίας γὰρ τὰ παρόντα, συγκαταβάσεως τὰ φαινόμενα. Εὐχαρίστως ἀπόλαβε τὸν πρὸς σὲ ἐλθόντα Θεόν· αὐτὸς γὰρ ἀφελεῖ τὰς ἀνομίας σου, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου περικαθαρεῖ. Ἐν σοὶ προτυπωθήτω ἡ τοῦ κόσμου κάθαρσις. Ἐν σοὶ καὶ διὰ σοῦ προμηνυθήτω τοῖς ἔθνεσιν ἡ κατὰ χάριν δικαίωσις. Σὺ ἄξιος τῆς ζωοποιοῦ ἀπαρχῆς. Ἀπήλαυσας νόμου; ἀπόλαυσαι καὶ τῆς χάριτος. Κέκμηκας τῷ γράμματι; ἀνακαινίσθητι ἐν τῷ πνεύματι. Ἀπέκδυσαι τὴν παλαιότητα καὶ ἔνδυσαι τὴν καινότητα. Ταῦτα γάρ σε ἠγνοηκέναι οὐ δοκῶ.

rans, œconomiæ tibi sacramentum persuadeat, magister optime. Meus denique uterus tibi documento sit, in quo fuit contentus, qui nusquam alioqui potest contineri: ex quo etiam Sermo ille carnis expers, assumpsit carnem. Non jam tubæ territant accedentes [59]: non iterum mons fumigans appropinquantibus injicit metum: ac neque lex, audacius contingentem severius punit [60]. Præsentia enim propensioris sunt in homines studii; sunt quæ geruntur, divinæ ad nos inclinationis; bonitatis, quæ apparent. Excipe gratanti animo ad te venientem Deum: ipse enim auferet iniquitates tuas, et expiabit peccata tua. In te primum informetur mundi universi lustratio. In te et per te, gentibus prænuntiata innotescat, quæ secundum gratiam est, justificatio. Dignus es vivificis primitiis. Usus es lege? utere et gratia. Fatigatus es littera? renovare spiritu. Exue vetustatem; et novitatem induere. Non enim puto te hæc nescire.

Η'. Ἐπὶ τούτοις πᾶσι παῤῥησιασάμενος ὁ δίκαιος, καὶ τῇ προτροπῇ εἴξας τῆς διακονησαμένης Θεῷ πρὸς ἀνθρώπους Θεομήτορος, ὑπεδέξατο μὲν ταῖς γηραλέαις ἀγκάλαις τὸν ἐν νηπιότητι *παλαιὸν τῶν ἡμερῶν*, εὐλόγησε δὲ τὸν Θεὸν καὶ εἶπε· *Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, ἐν εἰρήνῃ. Ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου, ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν· φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ δόξαν λαοῦ σου Ἰσραήλ.* Ἀπέλαβον τὴν παρὰ σοῦ ἄλυπον χαράν· ἀπόλαβέ με χαιρόμενον (59), καὶ ἀνευφημοῦντα τὰ ἐλέη σου, Κύριε. Ἀπέδωκάς μοι τὴν εὐθυμίαν· ἀποδίδωμί σοι εὐθύμως τὰ εὐχαριστήρια. Ἔγνων ἀγάπης Θεοῦ δύναμιν. Δι' ἐμὲ γὰρ (60) ὁ ἐκ σοῦ Θεὸς, ἀνερμηνεύτως καὶ ἀῤῥεύστως γεννηθεὶς, ἄνθρωπος γέγονεν. Ἔγνων τῆς σῆς περὶ ἡμᾶς κηδεμονίας τὸ ἀνέκφραστον μέγεθος, ὅτι τὰ σὰ σπλάγχνα ἐξαπέστειλας εἰς βοήθειαν ἡμῶν. Ἔγνων ὃ ἐδιδάχθην ὑπὸ Σολομῶντος, *Κραταιὰ*, λέγοντος, ὡς *θάνατος ἡ ἀγάπη*. Διὰ ταύτης γὰρ συντριβήσεται τοῦ θανάτου τὸ κέντρον· διὰ ταύτης νεκροὶ ζωὴν ὄψονται· διὰ ταύτης θάνατος μαθήσεται θάνατον, παυσάμενος τῆς καθ' ἡμῶν ἐπικρατείας· διὰ ταύτης καὶ ὁ ἀρχέκακος ὄφις αἰχμάλωτος γενήσεται καὶ ὑποβρύχιος. *Ἐγνώρισας ἡμῖν, Κύριε, τὸ σωτήριόν σου*, ἀναστήσας ἡμῖν φυτὸν εἰρήνης· καὶ οὐκέτι ἐσόμεθα πλανώμενοι. Ἐγνώρισας ἡμῖν, Κύριε, ὅτι οὐκ εἰς τέλος ὑπερεῖδες τοὺς δούλους σου, ἀγαθὲ, οὐδὲ ἐπελάθου ἔργα χειρῶν σου. Κατοικτειρήσας γὰρ ἡμῶν τὴν ἐλεεινότητα, δαψιλῶς ἐξέχεας ἐφ' ἡμᾶς τὴν ἔμφυτον καὶ ἀνεξάντλητόν σου ἀγαθότητα, διὰ τοῦ Μονογενοῦς καὶ ἀπαραλλάκτου (61) καὶ ὁμοουσίου Παιδός σου τὴν λύτρωσιν ἡμῶν ποιησάμενος, ἀνάξιον κρίνας

VIII. Ab his omnibus, sumpta justus fiducia, Deiparæque Deo ancillantis in iis quæ spectant ad homines, exhortationi ac monitis cedens, *Antiquum* illum *dierum* [61] infantem, senilibus ulnis suscepit, Deumque dilaudans ait: *Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei Salutare tuum: quod parasti ante faciem omnium populorum; lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tuæ Israel* [62]. Accepi abs te inoffensam et vacuam doloris lætitiam: tu me, Domine, lætantem, tuasque deprædicantem misericordias accipe. Tu gaudium hoc animo indidisti: gaudens ego animo gratiarum tibi munus rependo. Cognovi vim divinæ dilectionis. Propter me enim Deus ille, ineffabili ratione ac sine corruptione ex te genitus, factus est homo. Cognovi tuam illam inexplicabilem nostri curam studiumque, qui tua ipse viscera emiseris in nostrum auxilium. Nunc demum intelligo quod a Salomone didiceram: *Fortis ut mors dilectio* [63]. Per eam enim conteretur mortis stimulus, per eam mortui videbunt vitam, per eam mors mortem experietur, imperio quod in nos exercebat abolito; per eam et serpens malorum auctor capietur et submergetur. *Notum nobis, Domine, fecisti Salutare tuum* [64], nobis exsuscitans pacis propaginem, nec amplius erraverimus. Palam, Domine, fecisti, ut non in finem despexeris servos tuos; neque opera manuum tuarum, o bone, oblitus sis. Miseratus enim miserabilem sortem nostram, cognatam tibi inexhaustamque illam bonitatem in nos effudisti; redemptis nobis per Unigenitum, incommutabiliter similem et ejusdem tecum substantiæ, Filium: tua ipsius majestate et bonitate indi-

[59] *Exod.* XIX, 16. [60] II *Reg.* VI, 6. [61] *Dan.* III, 13. [62] *Luc.* II, 29-32. [63] *Cant.* VIII, 6. [64] *Psal.* XCVII, 2.

(59) *Χαιρόμενον*. Forte, χαίροντα.

(60) *Δι' ἐμὲ γάρ*. Habet, sic proprius factus Jesus, aliquid sanctis suavius. Sic passim David, Paulus, etc. Deum velut sibi rapiunt. Theologus etiam orat. *in sancta Lumina*, πάλιν ὁ ἐμὸς Ἰησοῦς, qua de re luculenter Chrysostomus *in cap.* II *ad Gal.* Non itaque facile fuerit in ejusmodi, mutandum singulare in plurale. Pantinus hic, *nostra enim causa*.

(61) *Ἀπαραλλάκτου*. Velut per omnia similem, et qualem sequens illud, ὁμοουσίου, explicat. Vox theologica Gregorio, Damasceno, etc., perquam familiaris. Pantinus, male, *immobilem*, nisi erravit prelum, et notare voluit *incommutabilem*.

gnum ratus, ut illam servorum tuorum salutem beneficiumque, eadem conditione servo concederes; utve eos qui offendissent, ministro reconciliandos committeres. Enimvero, per Lumen illud ejusdem tecum substantiæ, lumen donasti *iis qui in tenebris et in umbra mortis sedebant* [65]; *ut in lumine tuo, scientiæ lumen videant* [66]: placuitque, ut per Dominum et creatorem reformares nos in immortalitatem; nobisque per ipsum qui paradiso deliciarum exterminaverat, reditum elargireris in paradisum. Ad hæc, per eum *qui habet potestatem dimittendi peccata* [67] *quod erat adversus nos delesti chirographum* [68]. Denique per eum qui eodem tecum throno sublimis sedet, quique a divina tua natura haudquaquam excedere potest, firmam nobis reconciliationis accessusque donasti fiduciam; ut per Dominum, nullius agnoscentem imperium, Deumque verum ac potentem; tot tantorumque bonorum velut subscripta sanctio, certa et indubitata jura, misericordiam consecutis constituat. Quod et ipsum olim prænuntiaverat propheta dicens: *Non legatus, non angelus; sed ipse Dominus salvavit eos: propterea quod amaret eos, et parceret ipsis: et suscepit et exaltavit eos* [69]. Atque hæc omnia, *non ex operibus quæ fecerimus ipsi in justitia;* aut quia te dilexerimus [70] (primus enim ille parens noster terrigena, cum paradisi delicias domiciliumque, honoris prærogativa consecutus, tuum illud divinum sprevisset ac salutare præceptum, indignus vitali illo loco judicatus est; suumque omne semen spuriis peccati stolonibus commiscens, in summam debilitatem adegit), sed ipse propter temetipsum, inenarrabilique illa tua erga figmentum dilectione, misericordiam in nos tuam, Domine, corroborasti; nostramque abs te separationem dolens, etiam ipse te, super nostra corruptione, ut *dares in misericordias* [71], placasti et inflexisti. Hinc nos deinceps Adæ soboles festa plausu agimus, quod primus ille Adæ fictor, sua ipse sponte, novus Adam effectus sit: splendorque Domini Dei nostri nobiscum versatus est [71*]; ut Deum facie ad faciem viderimus, et salvi facti simus. Quamobrem, Domine, a te dimitti quæro. Vidi Salutare tuum: absolvar ergo curvo litteræ jugo. Vidi Regem sempiternum, et cui alius non succedat: absolvar servili collari hoc et ponderoso. Vidi natura Dominum et liberatorem; consequar ergo liberationis meæ ab ipso decretum. Solve me, Domine, jugo condemnationis; et me subde jugo justificationis. Solve me jugo maledictionis ac occidentis litteræ [72]; eorumque benedictioni insere accenseque, qui tui hujus veri ejusdemque tecum gloriæ et potentiæ Filii gratia, in jus filiorum sunt ascripti.

A τῆς σῆς μεγαλοσύνης καὶ χρηστότητος, οἰκέτῃ τὴν τῶν σῶν οἰκετῶν καταπιστεῦσαι σωτηρίαν καὶ εὐεργεσίαν, ἢ λειτουργῷ ἐγχειρῆσαι τὴν τῶν προσκεκρουκότων καταλλαγήν. Ἀλλὰ διὰ τοῦ ὁμοουσίου Φωτὸς φῶς *τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις* ἐδωρήσω, *ἵνα ἐν τῷ σῷ φωτὶ ἴδωσι φῶς γνώσεως*· καὶ διὰ τοῦ δεσπότου καὶ δημιουργοῦ εὐδόκησας ἀναπλάσαι ἡμᾶς εἰς ἀφθαρσίαν, καὶ διὰ τοῦ ἀφορίσαντος ἐκ παραδείσου τρυφῆς τὴν εἰς παράδεισον αὖθις ἐπανάζευξιν ἐχαρίσω· καὶ διὰ *τοῦ ἔχοντος ἐξουσίαν ἀφιέναι ἁμαρτίας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον ἐξήλειψας*· καὶ διὰ τοῦ συνθρόνου καὶ ἀνεκφοιτήτου τῆς θείας σου φύσεως τὴν πρὸς σὲ καταλλαγὴν καὶ προσαγωγὴν ἐν πεποιθήσει ἐφιλοτιμήσω· ὅπως διὰ δεσπότου ἀβασιλεύτου, καὶ Θεοῦ B ἀληθινοῦ καὶ ἐξουσιαστοῦ, ὁ τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων ἀγαθῶν δεσμὸς ὑπογραφόμενος ἀναμφίβολα τοῖς ἐλεουμένοις καταστήσῃ τῆς χάριτος τὰ δίκαια. Περὶ ὅτου καὶ ὁ προφήτης προεμήνυσε λέγων· *Οὐ πρέσβυς, οὐκ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἔσωσεν αὐτούς, παρὰ τὸ ἀγαπᾷν αὐτούς, καὶ φείδεσθαι αὐτῶν, καὶ ἀνέλαβε, καὶ ὕψωσεν αὐτούς.* Καὶ ταῦτα πάντα *οὐκ ἐξ ἔργων ἡμῶν τῶν ἐν δικαιοσύνῃ*, οὐδ' ὅτι ἡμεῖς σε ἠγαπήσαμεν (ὁ γὰρ γηγενὴς ἡμῶν προπάτωρ καὶ τὴν ἐν παραδείσῳ τρυφὴν καὶ διαγωγὴν τιμηθεὶς, τὴν θείαν καὶ σωτήριόν σου ἐκφαυλίσας ἐντολὴν, ἀποδόκιμος ζωηροῦ χώρου ἐκρίθη, καὶ τὸ πᾶν αὐτοῦ σπέρμα ἀκιδνότατον κατέστησε, τοῖς νόθοις μοσχεύμασι τῆς ἁμαρτίας συμφυράσας), ἀλλὰ δι' ἑαυτὸν καὶ τὴν περὶ τὸ πλάσμα C σου ἄφατον ἀγάπην, ἐκραταίωσας ἐφ' ἡμᾶς τὸ Ἔλεός σου, Κύριε, κατῳκτείρησάς τε τὴν ἀπαγωγὴν ἡμῶν, καὶ ἑαυτὸν ἐδυσώπησας ἐπὶ τῇ καταφθορᾷ ἡμῶν (62), *τοῦ δοῦναι ἡμᾶς εἰς οἰκτειρμούς*. Ὅθεν ἑορταὶ ἡμῖν λοιπὸν συγκεχρότηνται τοῖς Ἀδαμιαίοις, ὅτι ὁ πλαστουργὸς τοῦ Ἀδὰμ ἑκοντὶ νέος Ἀδὰμ γέγονε· καὶ ἡ λαμπρότης Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν μεθ' ἡμῶν κατεγένετο, ὥστε ἰδεῖν Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον (63), καὶ σωθῆναι. Τοὔνεκα, ὦ Δέσποτα, τὴν παρὰ σοῦ ἀπόλυσιν ἐπιζητῶ. Εἶδον τὸ σωτήριόν σου· ἀπολυθῶ τοῦ γραμματοκύφου ζυγοῦ. Εἶδον βασιλέα ἀΐδιον καὶ ἀδιάδοχον· ἀπολυθῶ τοῦ δουλικοῦ καὶ ἀχθοφόρου κλοιοῦ. Εἶδον φύσει Δεσπότην καὶ ἐλευθερωτήν· τύχοιμι τοῦ ἐλευθερικοῦ αὐτοῦ δεσμοῦ. Λῦσόν με τοῦ ζυγοῦ τῆς καταχρίσεως, καὶ ὑπόζευξον τῷ ζυγῷ τῆς D δικαιώσεως. Λῦσόν με τοῦ ζυγοῦ τῆς ἀρᾶς καὶ τοῦ ἀποκτείνοντος γράμματος· καὶ ἔνειρον τῷ ἀριθμῷ τῆς εὐλογίας τῶν εἰς υἱοθεσίαν εἰσποιουμένων τῇ χάριτι τοῦ ἀληθινοῦ καὶ ὁμοδόξου καὶ ὁμοδυνάμου τούτου Υἱοῦ σου.

IX. Sint porro hæc, inquit, celebrandis divinis muneribus, brevissime hactenus commemorata. Ad

Θ'. Ἔστωσαν δέ μοι, φησὶ, τὰ θεῖα εὐχαριστήρια πρὸς τὸ παρὸν ἄχρι τῶν βραχυτάτων τούτων. Τί δὲ

[65] *Isa.* IX, 2; XLII, 7; *Luc.* I, 79. [66] *Psal.* XXXV, 10. [67] *Marc.* II, 10. [68] *Coloss.* II, 14. [69] *Isa.* LXIII, 9. [70] *Tit.* III, 5. [71] I *Joan.* IV, 19. [71*] *Psal.* CV, 46 [72] II *Cor.* III, 6.

(62) *Ἐπὶ τῇ καταφθορᾷ ἡμῶν.* Significat Deum a se motum, sola ex nobis objecta miseria, ut nos *daret in misericordias*, reconciliatos in suo Filio; quod incarnationis motivum theologi multis expendunt.

(63) *Πρόσωπον πρὸς πρόσωπον.* Nempe in carne, καὶ σωθῆναι, *et salvi facti simus*, apparitione illa et effulgentia splendoris divini in nube humanitatis.

πρὸς σὲ φθέγξομαι, ὦ Μῆτερ Παρθένε, καὶ Παρθένε Μῆτερ; ἧς γὰρ τὸ ἔργον οὐκ ἀνθρώπινον, ταύτης καὶ ὁ ἔπαινος ὑπὲρ ἄνθρωπον. Διὸ τῆς ἀπορίας τὸ σκυθρωπὸν ἐκ τῶν τοῦ Πνεύματος περὶ σὲ καταλαμπρυνῶ γερῶν, καὶ τὰ σά σοι προσκομίζων, ἐκ λειμώνων ἀθανάτων τὴν ἱεράν σου καὶ θεοστεφῆ ἀνυμνήσω κάραν. Πατρικοῖς σε ὕμνοις προσφθέγξομαι, θύγατερ Δαβὶδ, καὶ μῆτερ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ Δαβίδ. Αἰσχρὸν γὰρ ἅμα καὶ ἀνεύφημον ἀλλοτρίοις κόσμοις κοσμῆσαι τὴν τῇ οἰκείᾳ δόξῃ διαφέρουσαν. Δέχου τοίνυν, εὐμενεστάτη, δῶρα τίμια, καὶ σοὶ μόνῃ ἁρμόδια, ὦ πασῶν γενεῶν ὑψηλοτέρα, καὶ πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων δημιουργημάτων τιμιωτέρα φανεῖσα. Μακαρία ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, καὶ τρισμακάριστος ὁ οἶκος Δαβὶδ, ἐν ᾧ ἐβλάστησας (64). *Ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ σου, καὶ οὐ σαλευθήσῃ· ἡγίασε γὰρ τὸ σκήνωμα αὐτοῦ ὁ Ὕψιστος.* Ἐν σοὶ γὰρ διαθῆκαι (65) καὶ ὁρκωμοσίαι Θεοῦ πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, τέλος εὐκλεέστατον ἐδέξαντο· ὅτι διὰ σοῦ γέγονε Κύριος, ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν. Τὸν οὖν προδιαγράφουσα θεοπρεπῆ χαρακτῆρα, Θεὸν ἔφερεν ἀφλέκτως ἡ ἄψαυστος βάτος, ἐμφανιζόμενον τῷ προφήτῃ ὡς ὁραθῆναι ηὐδόκησε. Στερέμνιος δ' αὖ καὶ πέτρα ἀκρότομος τὴν παγκόσμιον ἐκ σοῦ πηγάσασαν χάριν καὶ ἀνάψυξιν προεξεικονίζουσα, παραμύθιον ἴαμα ἐκλείποντι λαῷ ἐκ λαγόνων ξηρῶν ἐν ἐρήμῳ δαψιλῶς προήγαγεν. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τοῦ ἱερέως ἡ ῥάβδος, οὐκ ἀδόκιμον σύσσημον (66) παρέσχετο τῆς ὑπερφυοῦς σου λοχείας, ἀγεώργητον καρπὸν ἐξανθήσασα, ἱερατείας ἐνδελεχοῦς ἀῤῥαβῶνα. Τί δέ; καὶ ὁ μέγας Μωϋσῆς οὐ κομιδῇ παρέστησε, διὰ τοὺς περὶ σὲ δυσκαταλήπτους τύπους ἐγχρονίσαι (67) τῷ ὄρει ἔγνω τὰ περὶ τῆς ἁγνῆς ἐκδιδάσκεσθαι μυστήρια; Πῆξαι γὰρ κατὰ σύμβολον καὶ πρὸς ἀφομοίωσιν κιβωτὸν καὶ ταύτην προσταχθεὶς, οὐ παρέργως ἐχρήσατο τοῖς προστεταγμένοις, εἰ καὶ τραγῳδούμενα συμβέβηκεν ἐπὶ τῇ καταβάσει, ἀλλ' εἰς πέντε ἡμίσῃ πήχεις ταύτην συντελέσας, νομοδόχον ἀνέδειξε, τοῖς χερουβὶμ συγκαλυπτομένην· ἐκφαντικώτατά σε τὴν Θεοτόκον προσημαίνουσαν, τὴν ἀφθόρως ἐγκυμονήσασαν, καὶ ἀφράστως ἀποκυήσασαν τὴν τῆς ἀφθαρσίας σύστασιν ἐπὶ τέλει τῶν πέντε ἡμίσεως τοῦ κόσμου κύκλων. Διὰ σὲ, καὶ τὴν ἐκ σοῦ ἄχραντον τοῦ Θεοῦ Λόγου σάρκωσιν, τὴν εἰς ἀεὶ ἀτρέπτως τε καὶ ἀμερίστως ἐν αὐτῷ διαμένουσαν, καὶ ἡ χρυσῆ στάμ-

A te vero quid dicam, o Mater Virgo, et Virgo Mater? cujus enim opus non humanum est, ejus et laudatio excedit hominem. Quamobrem paupertatis hic meæ obscuritatem, tuis a Spiritu honoribus donisque illustrabo: tuaque tibi offerens e pratis immortalibus, tuum sacrum et a Deo coronatum caput dilaudabo. Patriis te canticis, Filia David, Materque Domini et Dei David, salutabo. Turpe enim fuerit, adeoque inauspicatum, ut alienis orneris, quæ propria gloria præcellas. Accipe igitur, benignissima, dona pretiosa, tibique uni convenientia, o cunctis celsior generationibus, quæque inter creata omnia, tum visibilia, tum invisibilia, multis numeris honorabilior enituisti. Felix radix Jesse, et ter beata domus David in qua germinasti. *Deus in medio tui,* B *et non commoveberis: sanctificavit enim te, tabernaculum suum, Altissimus* [73]: in te enim Dei ad patres testamenta juramentaque finem gloriosissimum acceperunt; quia per te Dominus factus est, Deus virtutum nobiscum. Rubus ille intactus [74], divina quadam majestate plenam jam tum informans tuam figuram, Deum prophetæ apparentem, juxta quod ei conspicuus fieri voluit, incombustus ferebat. Dura autem rursus ac prærupta petra, quod ex te in universum orbem gratiæ munus refrigeratioque promanavit, et ipsa quondam exprimens præfiguransque, deficienti in deserto, populo copiosum auxilium ex hiatibus siccis produxit [75]. Sed et sacerdotis virga [76], in fructum sine cultura, spontaneumque sacerdotii perennis arrhabonem, efflo- C rens [77], nihil reprobum eximii tui partus symbolum præbuit. Quid vero? Nonne magnus ille Moyses idem luculenter declaravit, propter tui difficiles intellectu figuras, diutius in montem commoratus [78], ut ignota tua sacramenta, o casta, edisceret? In rei enim hujus signum, et ad exprimendam similitudinem, jussus fabricare arcam, non obiter neglectiusque mandatis obtemperavit: quanquam acciderunt tragica quædam in descensu a monte [79]: sed quinque cubitorum et dimidii confectam, illam, legis susceptricem, cherubicis alis cooperuit: te Deiparam apertissime præsignantem, quæ sine corruptione eum concepisti, inenarrabilique ratione D peperisti, qui ipse incorruptionis velut concretio est et consistentia; idque in fine quinque et dimidii

[73] *Psal.* XLV, 6, 5. [74] *Exod.* III, 2. [75] *Exod.* XVII, 6. [76] *Num.* XVII, 8. [77] *Hebr.* IX, 4. [78] *Exod.* XXV, 8. [79] *Exod.* XXXII, 1.

(64) *Ἐν ᾧ ἐβλάστησας. In qua,* quod spectat ad lineam sacerdotalem, in Nathan qui fuit Uriæ sacerdotis filius, domui et familiæ David adoptione insertam; ex quo Dominus Jesus, atque adeo Maria, legaliter, juxta contextam a Luca ipsius genealogiam. Quod autem ad regiam per Salomonem, potius, *ex qua;* carnaliter propagata ejus carne ex Davide, juxta Matthæi historiam: quem modum concordiæ, Hieronymus, Augustinus, etc., acceperunt ab Africano: qua de re Baronius, Torniellus, etc. Quam Nicephorus ex Hippolyto martyre affert Annæ genealogiam ex patre sacerdote, et passim verior habetur, habet etiam pervetustus regius codex, plurimis diversis tractatibus seu etiam excerptis infercitus, ignoto collectore; antiquior forte ipso Nicephoro.

(65) *Διαθῆκαι.* Sic passim interpretes sacræ Scripturæ, ipseque Paulus ad Hebr., non συνθῆκαι, *pacta, fœdera,* quod teste Hieronymo vox Hebræa videtur magis habere: cujus rei mysterium prosequuntur ejusdem Pauli expositores.

(66) *Οὐκ ἀδόκιμον σύσσημον.* Commune signum, quod præcipue a militibus statuitur, cui optime adjectum quadrat. Pantinus, *non obscuram significationem,* quod certe sensum altum auctoris obscurat.

(67) *Ἐγχρονίσαι.* Forte ἐγχρονίσας. Et mox ἄγνωστα pro ἔγνω.

circulorum mundi. Propter te, ac intemeratam Dei Verbi ex te assumptam carnem, immutabiliter indiviseque in ipso in perpetuum permanentem; urna illa aurea [80], tanquam certissimus typus, manna, quod alioqui per diem invertebatur, in se ipsa, minime mutatum, sed totis sæculis permanens, conservabat. Tuæ etiam castitatis præscius atque imitator in spiritu Elias propheta [81], vitæ illius igniferæ sibi redimivit coronam [82], hactenus divino suffragio declaratus morte superior. Te nihilominus ejus successor Elisæus [83], initiante docenteque sapiente magistro, ceu præsens adesses, quæ necdum eras, præfigurans; certis rerum quæ vere essent futuræ indicibus signis, auxilium medicinamque indigentibus, majori supra naturam virtute, adhibebat: nunc quidem per novam hydriam [84], salque salutare in se continentem, aquas exitiales sanans: ad ostendendum, esse recreandum mundum, per sacramentum in te exhibitum: modo autem, farina azyma [85], partus tui satu immunis typo respondente, mortis acerbitatem a cibis profligans: nonnunquam denique rebus supra naturam, quæ naturæ consentanea essent in Jordane eximie superans [86]; eoque Domini in infernum descensum, mirabilemque et inopinatam eorum qui in corruptione detinerentur liberationem præsignans. Nam cesserunt omnia, tuæque illi divinæ imagini exprimendæ imparia succubuerunt.

A νος, ὡς τύπος ἀψευδέστατος, τὸ πρὸς ἡμέραν τρεπόμενον καὶ ἀλλοιούμενον μάννα, ἄτρεπτον καὶ διαιωνίζον ἔνδον αὐτῆς διεφύλαττε. Τῆς σῆς ἁγνείας καὶ ὁ προφήτης Ἠλίας προθεωρὸς καὶ ζηλωτὴς ὑπάρχων διὰ τοῦ Πνεύματος, πυρφόρου πολιτείας ἀνεδήσατο στέφανον, κρείττων θανάτου ἀναδειχθεὶς θείᾳ ψήφῳ ἄχρι τῆς δεῦρο. Σὲ καὶ ὁ τούτου διάδοχος Ἐλισσαῖος παρὰ σοφοῦ διδασκάλου μυηθεὶς, καὶ ὡς παροῦσαν τὴν μήπω οὖσαν προδιατυπῶν, ὑπερφυῶς τοῖς τεκμηρίοις τῶν ἀληθινῶν τὰς ἐπικουρίας ἐποιεῖτο τῶν δεομένων· πῆ μὲν δι' ὑδρίας καινῆς, καὶ τοὺς νοστίμους ἐχούσης ἅλας, τὰ φθοροποιὰ ὕδατα ἰώμενος, εἰς ἔνδειξιν τοῦ ἀνασφήλοντος (68) κόσμου διὰ τοῦ ἐπὶ σοὶ μυστηρίου· πῆ δὲ ἀλεύρῳ ἀζύμῳ, λοχείας ἀσπόρου ἀντιτύπῳ, θανάτου πικρίαν ἀναστέλλων ἀπὸ τῶν B ἐδωδίμων· ἄλλοτε δὲ τοῖς ὑπερφυέσι τὰ κατὰ φύσιν ὑπερνικῶν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, καὶ διὰ τούτων τὴν κατάδυσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν εἰς ᾅδην, καὶ παράδοξον ἀνάῤῥυσιν τῶν ἐν φθορᾷ κατεχομένων προϊστορῶν. Πάντα γὰρ εἶκόν τε καὶ ὑπέκυπτον τῇ σῇ θείᾳ εἰκόνι ἐκνικώμενα.

X. Quid vero adhuc sermonis habenas variis illis informationibus laxans involvensque et implicans, orationem in longum protraho; ac vel maxime, cum instar columnæ palam oculis objecta, in te veritas pateat, in qua velut eluxuriari delectarique præstiterit ac commodius fuerit? Quare sanctorum omnium per omnes generationes, spiritalibus narrationibus factisque prodigiosis valere jussis, ad te festi hujus convivii velut clavum, o florenti semper habenda memoria, dirigo. Benedicta tu, prorsus benedicta omnibusque desiderabilis. In benedictionibus Domini nomen tuum, divina gratia plenissimum ac summe Deo gratiosum, Dei Mater, quæque tuo ipsa splendore fidelibus lumen præferas. Tu circumscriptio, ut ita dicam, ejus qui est incircumscriptibilis: radix floris speciosissimi [87]: Mater plasmatoris: altoris nutrix: ejus complexio, qui omnia complecti habet: portans eum, *qui* verbo *portat omnia* [88]: porta, per quam Deus in carne oritur [89], forceps carbonis illius purgarii [90], sinus exiguus immensi omnium sinus, vellus roris illius incomprehensibilis [91], lacus ille Bethlehem

Ι'. Καὶ τί ἔτι περιπλέκων μηκύνω τὸν λόγον, τοῖς ποικίλοις προγράμμοις ἐπαφήσας τοῦ λόγου τὰς ἡνίας, καὶ μάλιστα πρὸ ὀφθαλμῶν ἐστηλωμένης (69) τῆς ἐπὶ σοὶ ἀτρεκείας, ᾗ καὶ κατατρυφῆσαι ἄμεινον C καὶ ἐπικερδέστερον; Τοιγαροῦν, χαίρειν φράσας τοῖς τῶν ἁγίων κατὰ πᾶσαν γενεὰν πνευματικοῖς διηγήμασι καὶ τερατουργήμασιν, ἐπὶ σὲ μετάγω τοὺς τῆς εὐωχίας οἴακας, παντομνημόνευτε. Εὐλογημένη σὺ, παντευλόγητε καὶ πᾶσι ποθητέ. Ἐπ' εὐλογίαις Κυρίου τὸ θεοχαριτώτατόν σου ὄνομα, Θεογεννήτωρ καὶ δᾳδοῦχε τῶν πιστῶν. Ἡ περιγραφὴ, ἵν' οὕτως εἴπω, τοῦ ἀπεριγράπτου· ἡ ῥίζα τοῦ ὡραιοτάτου ἄνθους· ἡ Μήτηρ τοῦ πλάσαντος· ἡ τιτθὴ τοῦ τρέφοντος· ἡ περιοχὴ τοῦ περιέχοντος· ἡ φέρουσα τὸν *φέροντα ῥήματι τὰ πάντα*· ἡ πύλη τῆς ἐν σαρκὶ ἀνατολῆς τοῦ Θεοῦ· ἡ λαβὶς τοῦ καθαρτικοῦ ἄνθρακος· ὁ βραχὺς κόλπος τοῦ πάντων κόλπου· ὁ πόκος τῆς ἀκαταλήπτου δρόσου (70)· ὁ τῆς ἐπιθυμίας Δαβὶδ ζωοδόχος (71) λάκκος τῆς Βηθλεὲμ, ἀφ' οὗ πόμα D ἀθανασίας ἐξέβλυσε· τὸ ἱλαστήριον ἐξ οὗ Θεὸς ἐγνώσθη ἀνθρώποις ἀνθρωπομόρφως· τὸ ἄσπιλον ἔνδυμα *τοῦ ἀναβαλλομένου φῶς ὡς ἱμάτιον*. Ἡ δανείσασα

[80] *Heb.* IX, 4. [81] IV *Reg.* II, 11. [82] *Eccli.* XLVIII, 1. [83] IV *Reg.* II. [84] *ibid.* 20. [85] IV *Reg.* IV, 41. [86] IV *Reg.* V. [87] *Isa.* XI, 1. [88] *Hebr.* I, 3. [89] *Ezech.* XLIII, 41. [90] *Isa.* VI, 6. [91] *Jud.* VI, 37.

(68) *Ἀνασφήλοντος*. Forte ἀνασφήλαντος.

(69) *Πρὸ ὀφθαλμῶν ἐστηλωμένης*. Velut erecta propalam in modum columnæ, ne quem latere possit. Altera significatio, ut τὸ, ἐστηλωμένης sit *confirmata*, videtur minus commoda.

(70) *Τῆς ἀκαταλήπτου δρόσου*. Cujus mysterium nequeat satis perspici. Pantinus, *imperceptibilis*, quod minus quadrat. Plane enim fuit ros ille perceptibilis, qui expressus vellere, lagenam aqua implevit, utique sensibili.

(71) *Ζωοδόχος*. Seu vitæ conceptaculum; in eo Mariæ symbolum, quæ vitam illam ad nos peregrinantem, ceu hospitii jure, etiam utero suscepit: quam ejus prærogativam, in Martha Dominum suscipiente in suam domum, die migrationis ipsius, Ecclesia sancte recolit. Pantinus, *vivificus*, quod potius esset ζωοδότης. Simili epitheto paulo inferius Simeonem ornat, appellans θεοδόχον πρεσβύτην, *senem Dei susceptorem*.

Θεῷ τῷ ἀνενδεεῖ σάρκα ἥνπερ οὐκ εἶχεν, ἵνα ᾖ ὁ παντοδύναμος ὅπερ ηὐδόκησε. Τί τούτου περιφανέστερον; Τί τούτου ὑψηλότερον; Ὁ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν πληρῶν, οὗ τὰ σύμπαντα κτήματα, σοῦ γεγένηται ἐπιδεής· σὺ γὰρ ἐδάνεισας Θεῷ θείαν σάρκωσιν, ἣν οὐκ εἶχε. Σὺ ἐθωράκισας τὸν δυνατὸν τὴν εὐπρεπῆ τοῦ σώματος παντευχίαν, δι' ἧς αὐτὸς μὲν ὀφθῆναι χωρητὸς ἐμοὶ δεδύνηται, ἐγὼ δὲ εὐπροσίτως ἀντωπῆσαι αὐτῷ ἐνίσχυσα, δι' ἧς καὶ *πάντα τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα βέλη σβεσθήσεται*. Εὖγε, εὖγε, μήτηρ Θεοῦ καὶ δούλη. Εὖγε, εὖγε, ἡ ὑπόχρεων ἔχουσα τὸν πάντων δανειστήν. Πάντες μὲν Θεῷ ἐποφείλομεν, σοὶ δὲ ἐποφείλεται. Ὁ γὰρ εἰπὼν, *Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα*, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸς ἐν τούτοις ἐξετάζεσθαι ἑλόμενος, φυλάξειε τὴν χάριν καὶ τὸ ἴδιον δόγμα τῇ διακονησαμένῃ τὴν αὐθαίρετον γέννησιν, καὶ δοξάσειε θεοπρεπῶς, ἣν ἐπεγράψατο ἀπάτωρ ὡς ἄνανδρον Μητέρα. Ἔσται τοίνυν ταῦτα οὕτως, ἔσται. Οὐ γὰρ κομψοεπείας ἀκάρπου οἱ προσαχθέντες σοι παρ' ἡμῶν ὕμνοι, παναγιώτατον καὶ ἀξιάγαστον τοῦ Θεοῦ ἐνδιαίτημα· οὐδ' αὖ κοσμικῆς λογολεσχίας καὶ ψευδαρεσκείας λαρυγγίσματα ὁ πνευματικός σου ὕμνος, Θεοὔπαινετε, καὶ Θεὸν ἔχουσα ὑπομάζιον, τὸν τοῖς βροτοῖς ἀρχὴν τοῦ εἶναι διὰ γεννήσεως παρέχοντα, ἀλλ' ἐναργοῦς ἀληθείας. Ἐπιλείψει γὰρ ἡμῖν ὁ χρόνος καὶ ταῖς μετέπειτα γενεαῖς, τὸν κατ' ἀξίαν σοι ἀποδοῦναι μακαρισμὸν τῇ Μητρὶ τοῦ *Βασιλέως τῶν αἰώνων*, ὥς που φησὶν ὁ ἀοίδιμος προφήτης, τὰ τῆς σῆς ἀκαταληψίας ἡμᾶς ἐκπαιδεύων· *Ὡς μέγας ὁ οἶκος τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐμήκης ὁ τόπος τῆς κτήσεως αὐτοῦ. Μέγας, καὶ οὐκ ἔχει τελευτήν· ὑψηλὸς καὶ ἀμέτρητος*. Ὄντως γὰρ, ὄντως προφητικὸς χρησμὸς καὶ ἀψευδὴς λόγος οὗτος τῆς περὶ σὲ μεγαλειότητος· διότι καὶ μόνη συμμερίσασθαι Θεῷ τὰ τοῦ Θεοῦ κατηξίωσαι, Θεὸν γεννήσασα σαρκὶ μόνη, τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς μονογενῶς καὶ συναϊδίως γεννηθέντα. Φιλαλήθως (72) οἶδε λόγοι πίστεως ἀκραιφνοῦς ἀντεχομένων.

desiderii David [92], vitæ susceptor, ex quo poculum immortalitatis scaturivit : propitiatorium [93], ex quo Deus, forma humana, generi humano innotuit : vestis sine macula, ejus *qui induit lumen sicut vestimentum* [94]. Tu nullius indigenti Deo, carnem quam non habebat, fenerata es, qua tandem omnipotens ille, quod decreverat fieri, homo esset. Quid hoc splendidius? Quid hoc sublimius? Qui cœlum et terram implet [95], cujus ditionis sunt res omnes, tui indigus efficitur : quippe Deo fenerata es carnem, quam non habebat. Tu potentem illum decora corporis armatura induisti, qua et is mihi redditus est oculis aspectabilis; ipseque ut libere intuiturus possim accedere, accepi, qua etiam *omnia mali illius ignita tela exstingui habent* [96]. Euge, euge, Dei Mater ancillaque. Euge, euge, cui ille omnium creditor, debitor sit. Deo debemus omnes : tibi ipse obstrictus est. Nam qui dixit : *Honora patrem tuum et matrem* [97], longe potius, talibus ipse accenseri volens, gratiam propriamque ipse legem, in eam servaverit, quæ ultro assumptam ipsi nativitatem ministravit; quamque, sine patre, velut sine viro, Matrem inscripsit confirmavitque; divino quodam decore, et supra hominem glorificaverit. Ita vero hæc habebunt, habebunt ita. Neque enim quæ offerimus cantica, inutilem tantum verborum ornatum, o sacratissimum admirabilissimumque Dei habitaculum, habent : neque rursus, sæcularem quamdam nugacitatem, falsaque assentationis velut crocitamenta, spiritalis tua habet laudatio, o Deo laudata, quæque Deum ipsa lactentem habeas; eum, inquam, qui primum esse mortalibus nativitate tribuit; sed veritatem quamdam prorsus perspicuam. Deficiet enim nos tempus futurasque postmodum generationes, si te Matrem *Regis sæculorum* [98] dignis elogiis voluerimus beatam prædicare; ut quodam loco, erudiens quam sis incomprehensibilis, inclytus propheta ait : *Quam magna domus Dei, et ingens locus possessionis ejus! Magnus, et non habet finem; sublimis atque immensus* [99]. Plane enim, plane propheticum oraculum, verissimusque hic sermo de magnificentia illa tua et majestate procedit : nam et sola, eorum quæ sunt Dei, partem cum Deo habere meruisti; quæ sola Deum ex Deo Patre unigene ac sempiterne genitum, carne genueris. Ita veraciter sentiunt, qui sinceram fidem amplectuntur.

ΙΑ'. Ἀπολάβωμεν δὲ λοιπὸν, ὦ φιλομαθέστατοι, τὸν θεοδόχον πρεσβύτην, καὶ εὐσεβῆ διδάσκαλον, ὧδέ που διανηξάντα σωτηρίως ἐκ τοῦ παρθενικοῦ πελάγους· καὶ διαναπαύσωμεν ἐμπεφορημένον ἅμα τῆς θείας ἐφέσεως, καὶ ἐμπορευσάμενον ἡμῖν τὴν πανόλβιον θεολογίαν· καὶ ἴωμεν ἡμεῖς πρὸς τὸ ἑξῆς τοῦ λόγου, ἀπλανῶς πρὸς τὸν προκείμενον σκοπὸν ἀπευθύνοντες σὺν ὁδηγίᾳ τοῦ κρείττονος τὴν τρίβον, ὅπως μὴ πάντη ὦμεν ἄκαρποι καὶ ἀσυντελεῖς πρὸς τὰ δέοντα. Ἐπεὶ οὖν συνεκλήθησαν πρὸς τὰ ἱερῶς τελούμενα ἱερωσύνη τε καὶ προφητεία, καὶ παρειστη-

XI. Cæterum, quod reliquum est, sciendum, studiosissima concio, senem nostrum Dei susceptorem piumque doctorem, huc salubriter a virginali pelago adnavigantem, suscipiamus, jamque divino suo illo desiderio exsaturatum pariter, ac beatissimam illam theologiam nobis advectantem, recreemus; ipsique sermonem reliquum prosequamur ad præstitutum nobis scopum, Dei optimi ductu, certa ratione cursum dirigentes; ut ne prorsus, ad ea quæ incumbunt, et nostrarum sunt partium, infrugiferi inutilesque inveniamur. Cum itaque ad ea

[92] II *Reg.* XXIII, 17. [93] *Exod.* XXXV, 17. [94] *Psal.* CIII, 2. [95] *Jer.* XXIII, 24. [96] *Ephes.* VI, 16. [97] *Exod.* XX, 12. [98] I *Tim.* I, 17. [99] *Baruch* III, 24, 25.

(72) Φιλαλήθως. Φιλαλήθεις.

sacra, sacerdotium, prophetiaque, pariter vocata A essent glorioso que Virginis throno, biga hæc a Deo electorum justorum; Simeonis, inquam, et Annæ; apertissimas utriusque populi imagines in se præferentium, astitisset (nam senex quidem Israeliticum populum, jamque senescentem et effetam legem exhibebat; vidua autem Ecclesiam gentium eatenus viduam), senex quidem, ceu in legis persona, dimissionem quærebat; vidua autem, ceu Ecclesiæ personam gerens, confessionem contra afferebat [1], exspectantibusque redemptionem in Jerusalem, quæ de ipso erant edicebat: sicut bene atque apposite ac valde egregie, et festo huic cum primis congrua, ab utroque dicta, conscripta sunt. Oportebat enim ac plane necessum erat, ut senex quidem, qui legis illud scitum perspicue nosset, B quo dicitur: *Ipsum audite;* et: *Omnis anima quæ ipsum non audierit, exterminabitur de populo suo* [2]: pacificam a legali postmodum institutione dimissionem quæreret. Revera enim injuria est et temeritas, ut, rege præsente ac verba publice faciente, satellitum aliquis ex adverso loquatur, utque subditi ei interim aures accommodent. Sed et viduam quæ donis superantibus rationem aucta esset, festis canticis Deo gratias agere par erat: adeoque illic gesta, legi consona erant. Cæterum operæ pretium fuerit, inquiramus; cum propheticæ informationes et figuræ ad eximias hasce festivitates congruam quamdam relationem haberent, quemadmodum dictum est, quomodo domus fumo repleta fuisse referatur: nec id velut incidenter, sed si- C gnanter, inquit doctor prophetaque, *a voce* ter Sanctus *qua* cœlestium illi mystæ *clamabant* [3]. Sane hujusce rei causam, studiose auditor, inveneris, modo ea quæ consequenter habet narratio perceperis. *Auditu* enim, inquit, *audietis, et non intelligetis; et videntes videbitis, et non perspicietis* [4]. Postquam enim vesani Judæi, *prodigia* gloriosa *quæ Dominus ponebat super terram* [5], sicut cecinerat David, conspexissent; vidissentque signum ex profundo et de excelso [6], inconfusum concurrens indivisumque, quemadmodum etiam Isaias prædixerat: nempe Matrem supra naturam; fetumque supra rationem: matrem terrestrem; et filium cœlestem: novam, inquam, Dei viri naturam, puerperiumque nuptiarum expers: quibus, quid unquam gloriosius circa D creaturam, quid vero celebrius possit fieri? hæc, inquam, illi cum vidissent, perinde affecti sunt ac si non vidissent, claudentes oculos, et ad laudem supini. Propterea repleta est domus gloriationis eorum fumo.

A κει τῷ ἐνδόξῳ καὶ παρθενικῷ θρόνῳ ξυνωρὶς θεοκλήτων δικαίων, Συμεὼνός φημι καὶ Ἄννης, ἐκατέρων τῶν λαῶν ἐναργεστάτας φερόντων τὰς εἰκόνας (ὁ μὲν πρεσβύτης, τοῦ Ἰσραὴλ καὶ τοῦ γηράσαντος νόμου· ἡ δὲ χήρα, τῆς ἐξ ἐθνῶν χήρας τὸ τηνικαῦτα Ἐκκλησίας)· ὁ μὲν οὖν πρεσβύτης προσωποποιούμενος τὸν νόμον, τὴν ἀπόλυσιν ἐξεζήτει· ἡ δὲ τῆς Ἐκκλησίας προσωποποιὸς τὴν ἀνθομολόγησιν προσεκόμιζε (73), καὶ τοῖς ἀπεκδεχομένοις λύτρωσιν ἐν Ἱερουσαλὴμ τὰ περὶ αὐτοῦ ἐλάλει· καθὼς γέγραπται εὖ μάλα ἁρμοδίως καὶ ὑπερφυῶς τὰ παρ' ἑκατέροις λαλούμενα, καὶ τῇ ἱερᾷ τελετῇ σύμφημα. Ἔδει γὰρ, ἔδει σαφῶς τὸν μὲν πρεσβύτην ἐπιστάμενον τὸ φάσκον τοῦ νόμου διάταγμα, *Αὐτοῦ ἀκούετε· καί· Πᾶσα ψυχὴ ἥτις ἂν μὴ ἀκούσῃ αὐτοῦ, ἐξολο-* B *θρεύσεται ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτῆς*, ἀπόλυσιν ἐπιζητῆσαι εἰρηνικὴν τῆς νομικῆς παιδαγωγίας. Ὕβρις γὰρ ἅμα καὶ προπέτεια, βασιλέως παρόντος καὶ δημηγοροῦντος, ὑπασπιστὴν κατάντικρυς ἀντιφθέγγεσθαι, καὶ τούτῳ ἐπικλῖναι τοὺς ὑπηκόους τὰ ὦτα. Ἔδει δὲ καὶ τὴν χήραν, τυχοῦσαν τῶν ὑπὲρ λόγον, τὰ εὐχαριστήρια ἑορτάσαι τῷ Θεῷ· ὥστε συνῳδὰ τῷ νόμῳ τὰ ὧδε τελούμενα. Ἐπιζητῆσαι δὲ λοιπὸν τῶν ἀναγκαίων καθέστηκε, πῶς τῶν προφητικῶν προτυπώσεων, καθὼς ἀποδέδεικται, ἐπὶ τῶν ἐξαιρέτων τούτων ἑορτασμάτων ἀραρότως ἐχόντων τὴν ἀναφορὰν, καπνοῦ τὸν οἶκον ἐμπεπλῆσθαι λέλεκται· καὶ τοῦτο οὐ παρενθέτως (74), ἀλλ' ἐνσημάντρως, *ἀπὸ τῆς τρισαγίας φωνῆς* φάσκων ὁ εἰσηγητὴς, *ἧς ἐκέκραγον* οἱ τῶν ἐπουρανίων μύσται. Ἀναλαβὼν C δ' οὖν, ὦ φιλήκοε, τῆς ἱστορίας τὸ ἐπαγόμενον, εὑρήσεις τὴν αἰτίαν. Ἀκοῇ γὰρ, φησὶν, *ἀκούσητε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψητε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε*. Ἐπεὶ τοίνυν εἶδον ἀγνώμονες Ἰουδαίων παῖδες *τέρατα* ἔνδοξα, *ἃ ἔθετο ὁ Θεὸς ἐπὶ τῆς γῆς* κατὰ τὸν μελῳδὸν Δαβίδ· ἐθεάσαντο δὲ καὶ σημεῖον ἐκ βάθους καὶ ἐξ ὕψους κατὰ σύνοδον ἀσύγχυτον καὶ ἀδιαίρετον, ὃν τρόπον προανεφώνησεν Ἡσαΐας (τί τοῦτο; μητέρα ὑπὲρ φύσιν, καὶ τόκον ὑπὲρ λόγον· μητέρα ἐπίγειον, καὶ υἱὸν οὐράνιον, καινὴν φημὶ θεανδρίαν (75), καὶ λόχον ἀπειρόγαμον· ὧν τί καὶ γένοιτ' ἂν ἐνδοξότερον καὶ περιβοητότερον ἀμφὶ τὴν κτίσιν;)· καὶ ταῦτα θεασάμενοι, διετέθησαν ὡς μὴ θεασάμενοι, μύσσοντες καὶ ὑπτιούμενοι πρὸς τὴν αἴνεσιν· διὰ τοῦτο ἐπλήσθη ὁ οἶκος τῆς καυχήσεως D αὐτῶν καπνοῦ.

[1] *Luc.* II, 38. [2] *Deut.* XVIII, 15, 19. [3] *Isa.* VI, 4. [4] *ibid.* 9; *Act.* XXVIII, 26. [5] *Psal.* XLV, 9. [6] *Isa.* VII, 11.

(73) *Τὴν ἀνθομολόγησιν προσεκόμιζε.* Est apud Luc. ἀνθωμολογεῖτο, quod auctor ut adversativum subtiliter exponit. Vulg. tantum, *confitebatur*. Erasmus, *palam confitebatur:* quod adjectum, sacer textus, minus habere videtur.

(74) *Παρενθέτως*. Velut concomitanter; ἀλλ' ἐνσημάντρως, per se et formaliter, seu, ut ab ipsa eadem causa, a qua non fumus, sed splendor et claritas, videbantur domum repletura: verso scilicet in venenum, humana malitia, divinissimo illo remedio. Pantinus, *non leviter, ac velut perfunctorie*, levius sane defungentis partibus probi interpretis.

(75) *Καινὴν θεανδρίαν.* Simili phrasi atque Dionysius Areop. epist. 4, ad Caium, θεανδρικὴν ἐνέργειαν statuit, quadam nimirum reflexione unitorum, ex arctissimo illo modo unionis vere supremo; manentibus nihilominus extremis in sibi propriis: qua de re doctissime fusissimeque in eamdem epistolam propediem edendus noster Maximus.

ΙΒʹ. Καὶ ἐπείπερ ἤκουσαν καὶ αὖθις πρὸς τῇ θέᾳ τοῦ ὑπὲρ θέαν πρεσβύτου δικαιοτάτου, ἀνδρὸς ἀξιοπίστου, ἀνδρὸς ἀξιοζηλώτου, ἀνδρὸς πνευματοφόρου, ἀνδρὸς νομοδιδασκάλου, ἱερωσύνῃ τετιμημένου, προφητείᾳ λελαμπρυσμένου, τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐλπίδι τὸ ζῆν παρεκτείναντος, καὶ θανάτου ὀφειλὴν ὑπερτιθεμένου, χορεύοντος, ἀνευφημοῦντος, συμμεταμορφωμένου τῇ θυμηδίᾳ, ὅλου ἐξεστηκότος Θεῷ τὴν καλὴν ἔκστασιν, ἀλλοιουμένου εἰς ἄγγελον τὴν καλὴν ἀλλοίωσιν, τῇ ἀμετρίᾳ τῆς χαρᾶς τὰ εὐχαριστήρια ἀναμέλποντος· *Φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ δόξαν λαοῦ σου Ἰσραὴλ* ἀνακηρύττοντος· καὶ οὐχ εἵλοντο ἀκοῦσαι τὰ ἀκουστὰ, καὶ τοῖς ἐπουρανίοις προσκυνητά· διὰ τοῦτο ἐπλήσθη ὁ οἶκος τῆς καυχήσεως αὐτῶν καπνοῦ. Καπνὸς δὲ, ὀργῆς σημεῖον καὶ τεκμήριον, ὡς γέγραπται· *Ἀνέβη καπνὸς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ, καὶ πῦρ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ καταφλεγήσεται·* καὶ ἐν ἑτέρῳ· *Ἐν ἔθνει ἀπειθεῖ ἐκκαυθήσεται πῦρ.* Ὅπερ δὴ σημαίνων ὁ Κύριος ἐν τοῖς σεβασμίοις Εὐαγγελίοις ἔλεγε τοῖς Ἰουδαίοις· *Ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος.* Πῇ δέ· *Πέμψας τὰ στρατεύματα αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς, ἀπώλεσε τοὺς φονεῖς ἐκείνους, καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἐνέπρησεν ἐν πυρί.* Ταῦτα τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀπειθείας πρὸς τὴν τριαδικὴν δοξολογίαν ἐναντιώτατα τὰ ἔπαθλα. Ἐπεὶ γὰρ ἡγιάσθη τὰ πέρατα τῆς ὑπ' οὐρανὸν, καὶ τῆς δόξης Κυρίου πλήρης γέγονεν ὁ μέγιστος οἶκος τῆς Ἐκκλησίας διὰ τοῦ τρισαγίου κηρύγματος, ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλύπτον θαλάσσας· ἀπέβη μὲν αὐτοῖς τὰ ᾀδόμενα, συνεβεβαιώθη δὲ τῷ τέλει καὶ ἡ τῆς προφητείας ἀρχὴ (76), ἐπισημηναμένου, καθάπερ λέλεκται, διὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ κήρυκος τῆς ἀληθείας ἐν ὑποδείγματι τὴν μέλλουσαν χαχίστην τούτων καταστροφὴν, ἐν οἷς φησι· *Τοῦ ἐνιαυτοῦ οὗ ἀπέθανεν Ὀζίας ὁ βασιλεὺς, εἶδον τὸν Κύριον·* ὡς τοῦ ἀποστάτου Ὀζίου εἰς παράδειγμα παντὸς τοῦ ἀποστατικοῦ σώματος, οἷά τε κεφαλῆς τούτου τυγχάνοντος, ἐκλαμβανομένου· ὃς καὶ δίκην τίσας τῆς αὐθαδίας ἰσόῤῥοπον, ἐγκόλαπτον ὡς χαλκῷ ἀνδριάντι τῷ μετώπῳ ἀπηνέγκατο τὴν θεῖαν ἀπόφασιν, βδελυρίᾳ λέπρας, τῆς βδελυρωτάτης ἀσεβείας τὰς ἀμοιβὰς πᾶσιν ἐπιδεικνύμενος. Θεοσόφως τοιγαροῦν, τῇ παρεξαγωγῇ τῆς ἀχαρίστου συναγωγῆς, τὴν ἀντεισαγωγὴν ἐποιήσατο τῆς εὐχαρίστου Ἄννης ὁ τῶν τελεσθέντων προγνώστης, ἧς καὶ τὸ ὄνομα προδηλωτικὸν τῆς κατὰ χάριν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ δεδικαιωμένης Ἐκκλησίας ἐν τῷ βαπτίσματι. Ἄννα γὰρ *χάρις* ἑρμηνεύεται.

ΙΓʹ. Ἀλλ' αὐτοῦ που τοῖς προσόρμοις καταπαύσωμεν τὴν σταυροφόρον ὁλκάδα (77), τοῦ λόγου, διὰ τὸ

XII. Ad hæc vero, cum præter spectaculum, etiam spectaculo majorem, senem justissimum audivissent; virum fide dignissimum, virum plane æmulatione dignum, virum afflatum Spiritu, virum legis doctorem, sacerdotio honoratum, prophetia illustrem, spe de Christo concepta vitæ limites extendentem, mortisque debitum differentem: talem, inquam, cum vidissent, exsilientem, bene ominantem, præ lætitia animi in formam aliam mutatum, qui totus Deo excessisset excessu bono [7]; qui in angelum, bona quadam alteratione, alter factus transisset; quique præ gaudii immensitate, eucharisticos modos decantaret; ac *Lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tuæ Israel* [8], palam renuntiaret: nec sic tamen sub auditum posita, atque superis ipsis venerationi habenda, audire voluerunt: quamobrem domus gloriationis eorum fumo repleta est. Est vero fumus signum iræ, certumque argumentum, sicut scriptum est: *Ascendit fumus in ira ejus, et ignis a facie ejus exarsit* [9]. Et alibi: *In gente incredibili exardescet ignis* [10]. Quod plane in venerabilibus Evangeliis significans Dominus, dicebat Judæis: *Ecce relinquetur domus vestra deserta* [11]. Alio item loco: *Mittens rex exercitus suos, perdidit homicidas illos, et civitatem eorum succendit igni* [12]. Atque ejusmodi quidem sunt Judaicæ infidelitatis, qua gloriam Trinitati debitam referre recusant, adversissima præmia. Postquam enim sanctificati sunt termini terræ, repletaque est gloria Domini maxima domus Ecclesia [13], ab hymni ter sancti prædicatione, ceu aqua multa cooperiens maria: evenerunt quidem ipsis quæ antea fuerant prænuntiata; prophetiæ autem initium etiam fine confirmatum est: significante, ut dictum est, per Spiritum, velut in exemplo, præcone veritatis, teterrimam eorum subversionem futuram, dicendo: *In anno quo mortuus est Ozias rex, vidi Dominum* [14], nimirum assumpto Ozia apostata, velut in exemplar totius apostatici corporis, ut cujus caput ageret: qui etiam, pœnam debitam temeritatis luens, in fronte tanquam ænea quadam statua, insculptam reportavit divinæ ultionis potentiam, lepræ fœditate fœdissimæ impietatis retributionem omnibus exhibens. Quapropter divine sapienti judicio, qui rerum præscius erat, ejiciendæ ingratæ Synagogæ, gratæ illius viduæ Annæ inductionem opposuit; cujus vel nomen Ecclesiam, Christi Dei gratia in baptismo justificatam, præsignat. Nam Anna *gratiam* sonat.

XIII. Cæterum hic, tanquam in portu, crucis signaculo insignitam navem appellentes, orationis

[7] II *Cor.* v, 16. [8] *Luc.* ii, 32. [9] *Psal.* xvii, 9. [10] *Eccli.* xxii, 7. [11] *Matth.* xxiii, 38. [12] *Matth.* xvii, 7. [13] *Isa.* vi, 3, 4. [14] *ibid.* 1.

(76) *Ἡ τῆς προφητείας ἀρχή.* Significat ipsa consignatione temporis, sub annum obitus regis a Deo percussi, prophetasse Isaiam; idque postmodum clarius verbis expressit, quod interpres minus videtur advertisse.

(77) *Τὴν σταυροφόρον ὁλκάδα.* Distinximus in interpretatione ut habent Græca, non ut Paulinus, componendo τὸ, τοῦ λόγου, cum ὁλκάδα. Quid porro hic ὁλκάδα σταυροφόρον intelligat, haud ita perspectum habuerim: nisi forte ita dicit, quia tota πραγματεία hæc gestaque hic omnia, et olim prophetata ab Isaia, crucem respiciunt, quæ fuit Judæis

vela quo suus illi modus consistat, contrahamus; si modo prius, quibus licuerit verbis pauculis, *civitatem magni* illius *Regis*[15], una cum ecclesiastico populo, tanquam spiritu præsentes ac una cum positis illic honorabilibus Patribus ac fratribus festum diem et conventum agentes, lætis vocibus salutaverimus. Salvesis, *civitas Regis magni*, in qua salutis nostræ sacramenta consummata sunt. Salve, terrestre cœlum, Sion *urbs* deinceps Domino *fidelis*[16]. Salve, et *illuminare, Jerusalem*, *nam venit Lumen tuum*[17]: Lumen sempiternum, Lumen nunquam non duraturum, Lumen supremum, Lumen materiæ expers, Lumen ejusdem cum Deo et Patre essentiæ, Lumen quod est in Spiritu et in quo est Pater, Lumen illuminans sæcula, Lumen tum supermundana tum mundana illuminans, Christus verus ille Deus noster. Salvesis, civitas sancta atque electa Domino. Age in lætitia dies festos tuos: nec enim adjicient ut veterascant. Salve, civitas felicissima; *gloriosa* enim *dicta sunt de te*[18]; nam *sacerdotes tui induentur justitiam, et sancti tui exsultatione exsultabunt*[19]; mendicique tui saturabuntur panibus. Salve et lætare, Jerusalem; quoniam *regnavit Dominus in medio tui*[20]: Dominus, inquam, ille, qui nuda atque immateriali Deitate nostram naturam ingressus est, deque virginali utero ineffabili ratione carnem induit: Dominus ille qui nullius præterea, quam Adæ illius supplantati a serpente, conspersionis participium iniit. *Non apprehensis* enim *angelis*[21], iis, inquam, qui præclarum illum ordinem et statum a principio assignatum non deseruissent, ad nos usque Dominus se inclinavit; ille semper in Deo Patre exsistens Deus Verbum. At neque rursus eos qui decidissent a luce sceleratos dæmones restaurare, in mundum venit; aut etiam aliquando restauraturus, ut impiissimis teterrimi diaboli patronis visum fuit; sed cum *semen Abrahæ*, juxta quod divinissimus Paulus ait, eoque universum genus humanum, universorum ille creator et plastes, *apprehendisset*, citra mutationem factus est homo: ut ex ipsius nobiscum communione, nostraque vicissim ad ipsum accessione peccati in nos ingressio sisteretur, ejus paulatim fractis viribus; ipsoque ceræ instar absumpto illo igni, quem *veniens Dominus misit in ter-*

A σύμμετρον τὰ ἱστία χαλάσαντες, καὶ μικρά τινα ὡς οἷόν τε χαιρετίσαντες *τὴν πόλιν τοῦ Βασιλέως τοῦ μεγάλου*, ἅμα τῷ ἐκκλησιαστικῷ λαῷ, ὡς τῷ πνεύματι συμπαρόντες, καὶ συνεορτάζοντες τοῖς ἐκεῖσε τιμιωτάτοις πατράσι καὶ ἀδελφοῖς. Χαίροις, ἡ *πόλις τοῦ μεγάλου Βασιλέως*, ἐν ᾗ τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἐτελεσιουργήθη μυστήρια. Χαίροις, ὁ ἐπίγειος οὐρανὸς, Σιὼν *πόλις πιστὴ* τοῦ λοιποῦ τῷ Κυρίῳ. Χαίροις, καὶ *φωτίζου, Ἱερουσαλήμ· ἥκει γάρ σου τὸ Φῶς*. Φῶς τὸ ἀΐδιον, Φῶς τὸ ἀένναον, Φῶς τὸ ὑπέρτατον, Φῶς τὸ ἄϋλον, Φῶς τὸ ὁμοούσιον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, Φῶς τὸ ἐν τῷ Πνεύματι (78), καὶ ἐν ᾧ ὁ Πατήρ· Φῶς τὸ φωτίσαν τοὺς αἰῶνας, Φῶς τὸ φωτίσαν τὰ ὑπερκόσμια καὶ τὰ ἐγκόσμια, Χριστὸς ἀληθινὸς ἡμῶν Θεός. Χαίροις, πόλις ἁγία, καὶ ἐκλε- B λεγμένη τῷ Κυρίῳ· ἑόρταζε ἐν εὐφροσύνῃ τὰς ἑορτάς σου, αἳ οὐ μὴ προσθῶσι διελθεῖν εἰς παλαίωσιν (79). Χαίροις, πόλις ἡ πανευδαίμων· ὅτι *δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ. Οἱ γὰρ ἱερεῖς σου ἐνδύσονται δικαιοσύνην, καὶ οἱ ὅσιοί σου ἀγαλλιάσει ἀγαλλιάσονται*, καὶ οἱ πτωχοί σου χορτασθήσονται ἄρτων. Χαίροις, καὶ εὐφραίνου, Ἱερουσαλήμ· ὅτι *ἐβασίλευσε Κύριος ἐν μέσῳ σου*. Οὗτος Κύριος ὁ γυμνῇ καὶ ἀΰλῳ τῇ θεότητι ἐπιβὰς τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, καὶ ἐκ τῆς παρθενικῆς νηδύος ἀφράστως σαρκωθείς· οὗτος Κύριος ὁ μηδενὸς ἑτέρου ἐν μεθέξει γενόμενος πλὴν τοῦ φυράματος Ἀδὰμ, τοῦ ὑπὸ τοῦ ὄφεως σκελισθέντος. *Οὐ γὰρ ἀγγέλων ἐπιλαμβανόμενος* ὁ Κύριος, τῶν μὴ ἀποπεπτωκότων τῆς ἐξ ἀρχῆθεν ἀποκληρωθείσης αὐτοῖς ἀοιδίμου τάξεως καὶ καταστάσεως, C συγκατάβασιν ἐνεδείξατο ὁ ἀεὶ ἐν τῷ Πατρὶ ὢν Θεὸς Λόγος. Οὐδὲ τοὺς ἀποπεπτωκότας τοῦ φωτὸς ἀλάστορας δαίμονας ἀνακαλούμενος, ἢ καὶ ἀνακαλεσόμενος (80), κατὰ τοὺς ἀσεβεστάτους πονηροῦ συνηγόρους, τῷ κόσμῳ ἐπεφοίτησεν· ἀλλὰ *σπέρματος Ἀβραὰμ* ἐπιλαβόμενος κατὰ τὸν θειότατον Παῦλον, καὶ δι' αὐτοῦ παντὸς τοῦ ἀνθρωπείου φύλου, ἄνθρωπος ἀμεταβλήτως γέγονεν ὁ δημιουργὸς καὶ πλαστουργὸς τῶν ἁπάντων· ὅπως διὰ τῆς αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς κοινωνίας, καὶ ἡμῶν πρὸς αὐτὸν συναφείας ὑπολωφήσῃ τῆς ἐν ἡμῖν ἁμαρτίας ἡ εἴσδυσις, ἐξατονήσασα κατὰ βραχὺ, καὶ ἐκδαπανηθεῖσα ὡς κηρὸς τῷ θείῳ πυρὶ, ὃ *ἐλθὼν ὁ Σωτὴρ ἔβαλεν ἐπὶ τὴν γῆν* ἡμῶν. Χαίροις τοίνυν καὶ σὺ, Ἐκκλησία καθολι- D κὴ, ἡ ἐν πάσῃ τῇ ὑπ' οὐρανόν· σκίρτησον σὺν ἡμῖν.

[15] *Psal.* XLVII, 3; *Matth.* V, 35. [16] *Isa.* I, 26. [17] *Isa.* LX, 1. [18] *Psal.* LXXXVI, 3. [19] *Psal.* CXXXI, 16. [20] *Isa.* XII, 6. [21] *Hebr.* II, 16.

scandalo, ut minus reciperent Evangelium; quam etiam Amphilochius noster, signum illud Simeonis cui sit contradicendum, recte exponit orat. *Εἰς τὴν Ὑπαπαντήν*.

(78) *Φῶς τὸ ἐν τῷ Πνεύματι*. Ut sit formalis auctoris sententia, eo modo intelligendo Lumen illud divinum et Verbum in Spiritu, quo in eo Pater asseritur, ut nimirum sit in eo tanquam principium et *αἰτία*, ut Græci vocant, in eo qui est a principio *καὶ αἰτίας*· alioquin nihil singulare aut dignum τῆς Μεθοδίου *ἀκριβείας*, ut facile quivis perspexerit, dicitur. Nusquam sane veteri illi Ecclesiæ Orientis alia fuit revera fides in hoc articulo, quam Latinæ, quanquam fuerit nonnullum discrimen in verbis.

(79) *Αἳ οὐ μὴ προσθῶσι διελθεῖν εἰς παλαίωσιν*. Velut nimirum alii a legalibus festis, antiquatis Christi adventu, juxta prophetiam Isa. XLIII, 19, ad quam Paulus respicit II Cor. V, 17. Pantinus: *Quæ non sinunt te veterascere*: quod nec littera habet, nec sensu congruit.

(80) *Ἢ καὶ ἀνακαλεσόμενος*. Carpit Origenianam ἀποκατάστασιν, et illam in integrum restitutionem etiam dæmonum, adversus quam etiam reliqui Patres, nimia illa pietate et misericordia damnata, depugnant.

Μὴ φοβοῦ (81), *τὸ μικρὸν ποίμνιον*, τὰς τρικυμίας τοῦ ἐχθροῦ· *ὅτι εὐδόκησεν ὁ Πατὴρ δοῦναί σοι τὴν βασιλείαν*, καὶ ἐπὶ τραχήλου τῶν ἐχθρῶν σου ἐπιβῆναι. Χαῖρε καὶ εὐφραίνου, ἡ πάλαι στεῖρα καὶ ἄγονος πρὸς εὐσέβειαν, νυνὶ δὲ πολλὰ τὰ τῆς πίστεως ἔχουσα τέκνα. Χαίροις καὶ σὺ, λαὸς τοῦ Θεοῦ, *λαὸς περιούσιος, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν· ἐξάγγελε τὰς ἀρετὰς τοῦ ἐκ σκότους σε καλέσαντος εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς*· ὑπὲρ ἐλέους δὲ δόξαζε αὐτόν.

ΙΔ'. Χαίροις εἰς ἀεὶ, ἡ ἄληκτος ἡμῶν χαρά· ἐπὶ σὲ γὰρ πάλιν ἀνατρέχομαι. Σὺ τῆς ἑορτῆς ἡμῶν ἀρχή· σὺ μεσότης· σὺ τέλειος (82)· ὁ πολύτιμος μαργαρίτης τῆς βασιλείας· τὸ ὄντως οὖθαρ πάσης ἁγιστείας· τὸ ἔμψυχον θυσιαστήριον τοῦ ἄρτου τῆς ζωῆς. Χαίροις, ἀγάπης Θεοῦ θησαυρέ· χαίροις, φιλανθρωπίας Υἱοῦ πηγή· χαίροις, Πνεύματος ἁγίου *κατάσκιον ὄρος*. Ἤστραψας, γλυκύδωρε γεννῆτορ φωτὸς ἡλιακοῦ, πυρσοῖς ἀκαρτερήτοις ἀγάπης ὑπερζεούσης, τὸ πρὸ ἀρχῆς συλληφθὲν ἐν τῷ τέλει τεκοῦσα, φανερώσασα τὸ κρυπτὸν μυστήριον καὶ ἀλάλητον, τὸν ἀόρατον Πατρὸς Υἱὸν, εἰρήνης βραβευτὴν, πάσης γενόμενον ἥττονα βραχύτητος παραδόξως. Διὰ τοῦτο ἐκλιπαροῦμέν σε τὴν ἀμείνω πάντων, καὶ μητρῴαις ἐπαυχοῦσαν τιμαῖς καὶ παῤῥησίαις, μνήμην ἀδιάλειπτον ἡμῶν ποιοῦ, παναγία Θεοτόκε, καὶ εἰς σὲ κατακαλλυνομένων, καὶ ὕμνοις θεοπρεπέσι γεραιρόντων σου τὴν ἀείζωον καὶ ἀνεξάλειπτον μνήμην. Καὶ σὺ δὲ αὐτὸς, ὦ πρεσβύτα τίμιε Συμεὼν, τῆς εὐσεβοῦς ἡμῶν θρησκείας προδοχεῦ, καὶ τῆς τῶν πιστῶν ἀναστάσεως ἐξηγητὰ, συμπρεσβευτὴς ἡμῶν γενοῦ πρὸς τὸν Σωτῆρα Θεὸν, ὃν ἀγκάλαις ὑποδέξασθαι κατηξιώθης. Συνᾴδομεν γάρ σοι καὶ ἡμεῖς Χριστῷ τῷ τῆς ζωῆς καὶ θανάτου ἐξουσιαστῇ· Σὺ εἶ φῶς, λέγοντες, ἀληθινὸν, ἐκ φωτὸς ἀληθινοῦ, Θεὸς ἀληθινὸς ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· εἷς Κύριος πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως καὶ μετὰ τὴν πανύμνητον ἐνανθρώπησιν, ἐξ ἑαυτοῦ μὲν καὶ οὐ κατὰ χάριν Θεὸς, δι' ἡμᾶς δὲ καὶ τέλειος ἄνθρωπος· ἐξ ἑαυτοῦ δὲ (83) φύσει ἀβασίλευτος παμβασιλεὺς, δι' ἡμᾶς καὶ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν καὶ ἐν δούλου μορφῇ ἀχράντως καὶ ἀμιάντως. Ἀφθαρσία γὰρ ὢν, λῦσαι φθορὰν προῆλθες, ἵνα ἄφθαρτα πάντα τεύχοις. Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, μεγαλοσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A *ram* [22]. Salve igitur et tu, toto orbe posita Ecclesia catholica, unaque nobiscum exsulta. *Ne pusillus grex*, magnas inimici tempestates *timeas; quia complacuit Patri dare tibi regnum* [23]; et ut hostium tuorum calces colla. Salve et lætare, quondam sterilis [24], et sine liberis ad pietatem; nunc autem multos habens fidei liberos. Salve tu quoque, Dei popule : *populе accepte, regale sacerdotium, gens sancta, popule in acquisitionem : enuntia virtutes ejus, qui te vocavit de tenebris in admirabile lumen suum* [25] : super misericordia autem sua glorifica eum.

XIV. Salve in æternum, indesinens nostra lætitia [Dei Genitrix Virgo] : ad te enim rursus accurro. Tu nobis festæ lucis initium; tu medium, tu finis : B pretiosissima regni margarita ; vere totius victimæ adeps; animatum panis illius vitæ altare. Salve, dilectionis Dei thesaure : salve, Filii in genus humanum, propensionis illius ac ejus humanitatis fons : salve, Spiritus sancti *mons inumbrate* [26]. Fulgurasti, dulcidona Mater solaris luminis, importabilibus charitatis præferventis ignibus, eo in fine partu edito quod ante principium conceptum erat : palam exhibito, quod erat absconditum et inenarrabile sacramentum; invisibili illo Patris Filio, sequestro pacis, quippe admirabili quadam ratione, omni se parvitate minorem exhibuit. Propterea te deprecamur omnium præstantissimam, maternisque honoribus fiducia gloriantem, ut indesinentem nostri memoriam, Dei Mater sanctissima, habeas : nostri, inquam, qui in C te gloriamur, augustioribusque canticis perpetuo victuram et nullis desituram temporibus tui memoriam celebramus. Ipse etiam, honorate senex Simeon, piæ religionis nostræ prime susceptor, doctorque resurrectionis fidelium, una pro nobis ad Deum Salvatorem quem meruisti in ulnas suscipere, patronus accede. Nam et ipsi una tecum Christo, vitæ ac mortis potestatem habenti, canimus : Tu Lumen es verum ex vero Lumine, Deus verus ex Deo vero, unus Dominus ante assumptam humanam naturam, unus nihilominus post ejusmodi assumptionem, omni plane prædicatione prosequendam : a te, ipse, non per gratiam, Deus : nostri vero causa, etiam homo perfectus : ex te, ipse, natura omnium D Rex, nullius subjectus imperio : propter nos vero et nostram salutem, etiam in forma servi, immaculate tamen atque impollute, exsistens. Qui enim ipsa sis incorruptio, venisti solvere corruptionem, ut incorrupta omnia redderes. Quoniam tua est gloria et potestas, et magnificentia, et majestas, cum Patre et Spiritu sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

[22] *Luc.* XII, 49. [23] *ibid.* 32. [24] *Isa.* LIV, 1. [25] I *Petr.* II, 9. [26] *Hab.* III, 3.

(81) *Μὴ φοβοῦ*. Forte subnotat Diocletiani tempora, et decumanos illos fluctus ab eo in Christi Ecclesiam excitatos, quibus ipse Methodius, ut verior habet opinio, feliciter tamen, et naufragio salvus portumque tenens, Christi martyr absorptus est.

(82) *Τέλειος*. Forte τέλος.

(83) *Ἑαυτοῦ δέ*. Forte ἐξ αὐτοῦ καί. Et mox, δι' ἡμᾶς δὲ καί.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΜΕΘΟΔΙΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΑ ΒΑΙΑ.

—

SANCTI PATRIS NOSTRI METHODII

ORATIO

IN RAMOS PALMARUM.

—

Existimant nonnulli etiam Deum, quem ex suo sensu metiuntur, eadem vel laudanda vel vituperanda ducere quæ mali ignavique homines, non secus ac si opinionibus hominum, ceu regula et mensura quadam, uteretur. Neque apud se reputant præ ignorantia, omnem scilicet creaturam Dei egere pulchritudine. Ipse enim omnia ex universa substantia naturaque, suo ad vitam trahit Verbo. Sive enim bonum velit, ipsum bonum ipse est et in se manet; sive pulchrum esse ei libeat, unicum pulchrum ipse cum sit, se ipsum intuetur, nihili faciens quæ hominibus admirationem movent. Pulcherrimum namque re vera et laudabile dicendum est id quod ipse Deus pulchrum duxerit, etiamsi ab omnibus contemnatur ac despiciatur : non vero quod homines pulchrum putant. Unde tametsi per hancce figuram corruptis affectionibus liberare animas voluit, insigni cum dedecore dæmonum : approbare oportebat, non obtrectare, quippe quæ liberavit ac solverit vinculis, quæ ob inobedientiam incurrimus. Passum est enim Verbum, carne affixum cruci, ut hominem errore deceptum ad cœlestis numinis divinæque magnitudinis, nec non ad divinam quamdam perduceret vitam, qua prius depulsus fuerat. Nam hac figura passiones retusæ sunt; passio passionum per passionem factus est (Christus) et mors mortis per mortem, non subactus a morte, nec victus dolore passionis. Neque enim passio ipsum omnino de statu mentis dejecit, nec mors læsit, sed manebat in patibili impatibilis, et in mortali immortalis : et quidquid aer et medium, et superum erat, comprehendit; et mortale deitati contemperavit immortali. Perfecte victa est mors, carne ad immortalitatis expressionem crucifixa.

III.

Apud Allatium Diatr. de Methodiorum scriptis, *pag.* 349.

Τοῦ αὐτοῦ Μεθοδίου. Πῶς ὁ τοῦ Θεοῦ (6) Υἱὸς ὁ Χριστὸς ἐν βραχεῖ τε καὶ περιωρισμένῳ χρόνῳ διαστολαῖς σώματι ἐκεχώρητο; καὶ πῶς ἀπαθὴς ὢν ἐγένετο ὑπὸ πάθους;

D

Ἐπειδὴ γὰρ δύναμις αὐτῷ τοῦτο ἦν· δυνάμεως γὰρ τὸ συστέλλεσθαι μὲν ἐν τοῖς ὀλίγοις καὶ βραχύνεσθαι, χεῖσθαι δὲ ἐν τοῖς μεγάλοις καὶ μεγεθύνεσθαι. Εἰ δὲ τὸ συνεκτείνεσθαι μὲν τοῖς μεγάλοις καὶ συνεξισάζεσθαι δυνατὸν αὐτῷ, τὸ δὲ βραχύνεσθαι ἐν τοῖς μικροῖς καὶ συστέλλεσθαι ἀδύνατον· οὐκ ἦν δύναμις. Δυνάμει γὰρ ἐὰν τόδε μὲν δυνατὸν εἶναι φῇς, τὸ δὲ ἀδύνατον· τοῦ εἶναι αὐτὴν δύναμιν παραγράφῃ ἀσθενοῦσαν περὶ ἃ μὴ δύναται. Οὐ μὴν δὲ, ἀλλ' οὐδὲ ὑπεροχήν τινα ἔτι θεότητος ἕξει πρὸς τὰ μεταβαλλό-

Ejusdem Methodii. Quomodo Christus Filius Dei, brevi definitoque tempore, corpore circumclusus, impassibilis exsistens, passioni fuerit obnoxius.

Cum vero virtus ipsi hoc inesset : potentiæ enim est, contrahi quidem in paucis et imminui, dilatari vero in magnis et augeri. Quod cum magnis una extendi exæquarique ipsi possibile est, imminui vero in parvis et contrahi impossibile, virtus equidem minime inerat. Virtuti enim si hoc possibile esse dixeris, illud autem impossibile; eamdem virtutem esse abnegas, tanquam quæ infirma atque imbecillis est circa quæ non potest. Imo nec aliquam divinitatis excellentiam continebit circa ea

(6) *Πῶς ὁ τοῦ Θ.* Errata in Græco relicta sunt, uti erant in codice ms. bibliothecæ Augustanæ, unde hujusmodi fragmentum desumptum. Allat.

quæ immutantur. Namque et homines et reliqua animalia, circa ea in quibus aliquid possunt operantur, circa ea in quibus non possunt, resoluta viribus nihil agunt. Propterea hanc ob causam Filius Dei in homine circumclusus est, quod hoc illi impossibile non erat. Virtute enim passus est, impassibilis manens, et mortuus est, incorruptibilitatem mortalibus donans. Corpus siquidem a corpore verberatum aut sectum, tantumdem verberatur aut secatur, quantum verberans verberat et secans secat. Secundum enim rei subjectæ repercussum verberanti ictus fit, cum æqualia pati necesse sit, et agens, et id quod agitur. Siquidem si quod secatur cum parva habitudine secanti non corresponderit, quod secat secare non poterit. Lationi enim ensis si non obstiterit subjectum corpus, sed potius cesserit, omni affectu operatio frustrabitur, ut videre est in corporibus subtilioribus ignis et aeris. Dissolvitur namque in similibus manetque absque effectu solidiorum corporum impetus. Quod si ignis aut aer, lapis aut ferrum, aut lignum, aut aliud, quod homines contra sese usurpantes sibi invicem cædem inferunt, vulnerare et dividere non potest quod subtilioris naturæ sit, quanam ratione non potius invulnerabilis mansit Sapientia et impassibilis, nulla in re ab aliquo læsa, licet simul conjuncta esset corpori, quod secabatur et clavis figebatur, cum præstantior et purior omni natura, unum si excipias illius genitorem Deum, exsisteret?

A μενα καὶ τὰ ἐρχόμενα τῶν ζώων χαριαὶ * ἐφ' ὧν μὴν ἂν δύνωνταί τι δρᾶσαι ἐνεργοῦσιν, ἐφ' ὧν ἂν μὴ δύνωνται φθίνωσι. Διόπερ ταύτῃ μᾶλλον κεχώρηται ἐν ἀνθρώπῳ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὅτι μὴ ἦν αὐτῷ τοῦτο ἀδύνατον· ὅτι δυνάμει καὶ ἔπαθεν ἀπαθὴς μένων, καὶ ἔθανεν, ἀθανασίαν τῷ θνητῷ χαριζόμενος. Σῶμα μὲν γὰρ ὑπὸ σώματος τυπτόμενον ἢ τεμνόμενον τοσοῦτον τύπτεται ἢ τέμνεται, ὅσον ἂν τὸ τύπτον τύπτει, καὶ τὸ τεμνόμενον τέμνει. Κατὰ ἀντιτύπησιν γὰρ τοῦ ὑποκειμένου τῷ τύπτοντι ἡ πληγὴ γίνεται, ἐν ἴσῳ πάθει τῶν ἑκατέρων ὄντων καὶ τοῦ δρῶντος καὶ τοῦ δρωμένου. Ἀμέλει ἐὰν μὴ τὸ τεμνόμενον μετὰ ὀλίγης ἕξεως ἀντιτορήσῃ τῷ τέμνοντι, τὸ τεμνόμενον τέμνειν οὐ δυνήσεται. Τῇ γὰρ φορᾷ ξίφους οὐκ ἀντιπαραμείναντος τοῦ B ὑποκειμένου σώματος, ἀλλὰ συνείξαντος μᾶλλον, ἄπρακτος γίνεται ἡ ἐνέργεια· οἷον καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν λεπτομερεστέρων σωμάτων πυρὸς, ἀέρος. Ἐκλύεται γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἀνενέργητος τῶν στερεωτέρων ὁρμῆς σωμάτων. Εἰ δὲ πῦρ, ἢ ἀὴρ, λίθος, ἢ σίδηρος, ἢ ξύλον, ἢ ἄλλο, οἷς οἱ ἄνθρωποι χρώμενοι καθ' ἑαυτῶν ἀλληλοφονοῦσι, τρῶσαι δὲ καὶ διελεῖν οὐ δύναται παρὰ τὸ τῆς θικτικῆς τε αὐτὸ καὶ λεπτομερεστέρας φύσεως τυγχάνειν· πῶς οὐ μᾶλλον ἄτρωτός γε ἔμεινεν ἡ Σοφία καὶ ἀπαθὴς, οὐδὲν πρὸς οὐδενὸς κακυνομένη, κἂν τεμνόμενον συνῆν καὶ προσηλωμένον τῷ σώματι, βελτίων καὶ καθαρωτέρα φύσεως πάσης μετὰ τὸν γεννησάμενον αὐτὴν Θεὸν ὑπάρχουσα;

ALIA NONNULLA

EJUSDEM S. METHODII FRAGMENTA.

I.

(*Ex Nicetæ Catena in Job, cap.* XIX, *pag.* 429 *edit. Londin.* 1637.)

Methodii.

C Fortasse autem, quoniam amici Job se causam intelligere propter quam talia pateretur, arbitrati essent, longiore oratione ad eos usus vir justus, divinorum judiciorum sapientiam, non sibi tantum, sed et omni homini incomprehensibilem esse fatetur; et ad suscipiendam consilii divini scientiam, locum terrestrem haud idoneum esse affirmat. Dixerit autem aliquis, perfectam et absolutam pietatem, rem plane divinam et a Deo solo hominibus tributam, hoc loco sapientiam vocari. Sensus autem verborum hic est; Deus, inquit, hominum naturæ vim ac facultatem inveniendi, una cum prudentia et artificio inserens, magna iis largitus est; qua accepta terram ad eruenda metalla effodiunt, et colunt; sapientiam autem quæ cum pietate conjuncta est, in nullo loco invenire licet. Nec homo D tam ex se et propriis assequi, neque aliis imper-

Μεθοδίου.

Ἴσως δὲ, ἐπεὶ οἱ φίλοι τοῦ Ἰὼβ ᾤοντο τὴν αἰτίαν κατειληφέναι δι' ἣν ταῦτα ἔπασχε, πρὸς ἐκείνους ἀποτεινόμενος ὁ δίκαιος, τὴν περὶ τῶν κριμάτων τοῦ Θεοῦ σοφίαν ἄληπτον εἶναι ὁμολογεῖ, οὐ μόνον αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ παντὶ ἀνθρώπῳ, καὶ τὴν ἐπιστήμην τῆς βουλῆς τοῦ Θεοῦ μὴ ἱκανὸν εἶναι παραδέξασθαι τὸν περίγειον τόπον, ἀποφαίνεται. Φαίη δ' ἄν τις σοφίαν ἐνταῦθα τὴν τελείαν εὐσέβειαν εἰρῆσθαι, πρᾶγμα θεῖον, ὑπὸ μόνου τοῦ Θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις δωρούμενον. Ὁ δὲ νοῦς τῶν ῥητῶν οὗτος· Μεγάλα, φησὶν, ὁ Θεὸς τοῖς ἀνθρώποις ἐδωρήσατο, ἐν τῇ φύσει κατασπείρας αὐτῶν τὸ ἐρευνητικὸν, καὶ σοφὸν, καὶ τεχνικόν· ὅπερ λαβόντες οἱ ἄνθρωποι, γῆν τε μεταλλεύουσι καὶ γεωργοῦσι· τὴν δὲ κατὰ θεοσέβειαν σοφίαν οὐκ ἐν τόπῳ τινὶ ἔστιν εὑρεῖν· οὐκ οἴκοθεν ταύτην ἄνθρωπος ἀναλαβεῖν δύναται· οὐκ ἄλλοις παραδοῦναι. Ὅθεν καὶ οἱ Ἑλλήνων σοφοὶ, ἰδίᾳ δυνάμει

τὴν θεοσέβειαν ζητήσαντες, ἠστόχησαν. Τὸ γὰρ πρᾶγμα, ὡς ἔφημεν, οὐκ ἀνθρώποις ἐστὶν ἐφικτὸν, ἀλλὰ τῆς θείας δωρεᾶς τε καὶ χάριτος· διὰ τοῦτο καὶ ἐξ ἀρχῆς ὁ Θεὸς τὰ μὲν δι' ὀπτασιῶν, τὰ δὲ δι' ἀγγέλων ἐπιφοιτήσεως, τὰ δὲ διὰ τῶν θεοφορουμένων ἁγίων προφητῶν, τὴν θεοσέβειαν τοὺς ἀνθρώπους ἐξεπαίδευσε. Καὶ ἡ θεωρητικὴ δὲ σοφία Θεοῦ δῶρον, ἐξ ἧς κινούμεθα περὶ τὰς τέχνας καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ ἣν πάντες κοινῶς ἔχομεν, ἄδικοί τε καὶ δίκαιοι· εἰ γὰρ (7) ζῶα γεγόναμεν λογικὰ, ταύτην εἰλήφαμεν. Ταύτῃ τοι καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐλέγετο· *Πότερον οὐχ ὁ Κύριος ὁ διδάσκων σύνεσιν καὶ ἐπιστήμην;* ὡς τοῦ κτήματος θεοδωρήτου τυγχάνοντος.

A tiri potest. Unde et Græcorum sapientes, qui suis viribus nisi, pietatem et Numinis cultum indagabant, a scopo aberrarunt. Res enim, ut diximus, vires humanas excedit, et Dei donum ac gratia est: proindeque ab initio, partis visionibus, partim angelorum adventu et congressu, partim sanctorum prophetarum divinitus afflatorum sermonibus, Deus homines in pietate veræque religionis cultu erudivit. Quin etiam sapientia contemplativa, qua ad artes et studia alia impellimur, quaque communiter omnes, justi et injusti, præditi sumus, Dei donum est: qua enim animalia rationis capacia creati sumus, hanc accepimus. Quare et in superioribus, tanquam de re divinitus concessa loquens, aiebat: *Nunquid non Dominus est, qui docet intellectum et scientiam* [a]?

II.

***Ibid. cap.* XXVI, *pag.* 538.**

B

Μεθοδίου.

Ἐπισήμηναι, ὅτι Κύριος ἀρχῆθεν ἀνθρώποις οὐ λαλεῖ· ἀλλ' ἐπὰν παρασκευάσηται ψυχὴ διὰ πλειόνων, καὶ ἐγγυμνάσηται, καὶ ἀναβῇ εἰς ὕψος, καθ' ὅσον δυνατὸν ἀνθρωπίνῃ φύσει, τότε λαλεῖ, καὶ τοὺς αὐτοῦ λόγους ἀποκαλύπτει εἰς τοσοῦτον ἀναβεβηκόσιν. Ἐπειδὰν δὲ ἡ λαῖλαψ χειμῶνός ἐστι ποιητικὴ, ἐν δὲ χειμῶνι περιστάσεων ὁ Ἰὼβ περὶ τὴν πίστιν οὐκ ἐναυάγησεν, ἀλλὰ καὶ διέλαμψε· διὰ τοῦτο ὁ χρηματίζων αὐτῷ πρὸς σύμβολον τοῦ καταλαβόντος αὐτὸν χειμῶνος διὰ λαίλαπος χρηματίζει· διὰ δὲ τὸ μεταβαλεῖν αὐτοῦ τὰ πράγματα ἀπὸ χειμῶνος εἰς εὐδίαν, οὐ μόνον διὰ λαίλαπος, ἀλλὰ καὶ διὰ νεφῶν λαλεῖ.

Methodii.

Nota, Dominum non statim ab initio homines alloqui solere; sed postquam anima pluribus præparata et exercitata fuerit, et in altitudinem, quantum humana natura potest, contemplatione ascenderit, tum demum loqui, et sermones iis revelare, qui ad fastigium illud altitudinis evecti sunt. Cum autem turbo tempestatem generet, Jobus vero in afflictionum tempestate fidei naufragium non fecerit, sed constantia ejus potius enituerit, idcirco qui responsum ei dedit, ad significandam calamitatum tempestatem quæ eum corripuerat, per turbinem responsum dat: quia vero procellosum rerum ejus statum in serenam tranquillitatem mutaverit, non tantum per turbinem, sed per nubes etiam loquitur.

III.

***Ibid. pag.* 547.**

C

Μεθοδίου.

Πολλοὶ καταβέβηκαν εἰς ἄβυσσον, οὐχ ὥστε περιπατεῖν ἐν αὐτῇ, ἀλλ' ὥστε δέσμιοι εἶναι. Ἰησοῦς μόνος ἐν ἀβύσσῳ περιεπάτησεν ὡς ἐλεύθερος, ὅπου ἴχνη περιπατούντων οὐκ ἔνι. Εἵλετο γὰρ θάνατον οὐχ ὑπεύθυνος ὤν, ἵνα τοὺς ὑποκειμένους θανάτῳ λυτρώσηται· *Λέγων τοῖς ἐν δεσμοῖς· Ἐξέλθετε· καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει· Ἀνακαλύφθητε.* Ὧ καὶ τὰ ἑξῆς συμφωνοῦσιν.

Methodii.

Multi in abyssum descenderunt, non ut in ea ambularent, sed ut vinculis constricti tenerentur. Solus Jesus in abysso ubi nulla sunt ambulantium vestigia, tanquam liber ambulavit. Mortem enim elegit, cui non esset obnoxius, ut morti addictos liberaret: *Dicens iis qui in vinculis erant, Exite: et iis qui in tenebris, Revelamini* [b]. Cui, ea etiam quæ sequuntur, consentiunt.

IV.

***Ibid. cap.* XXVIII, *pag.* 570.**

Μεθοδίου.

Ὁρᾷς· ἐπὶ τέλει τῶν ἄθλων ἀναγορεύει τὸν ἀθλητὴν λαμπρῷ τῷ κηρύγματι, καὶ γυμνοῖ τῆς πληγῆς τὸ ἀπόῤῥητον· *Οἴει με ἄλλως σοι κεχρηματικέναι, λέγων, ἢ ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος;* Τοῦτο τῶν τραυμάτων τὸ φάρμακον· τοῦτο τῆς ὑπομονῆς ἡ ἀντίδοσις. Τὰ γὰρ ἑξῆς ἴσως μικρὰ, κἂν μεγάλα τισὶ δοκῇ, καὶ μικρῶν ἕνεκεν οἰκονομηθέντα, καὶ εἰ (8) διπλασίω τῶν ἀφῃρημένων ἀντιλαμβάνει.

D

Methodii.

Vides ut post certaminum exitum, illustri præconio athletæ laudes celebret, quodque in plaga absconditum erat, revelet, cum ait: *Putasne me aliter tibi respondisse, quam ut justus appareas* [c]? Hoc vulnerum pharmacum, hæc patientiæ remuneratio. Quæ enim consecuta sunt, licet prioribus duplo auctiora receperit, exigua quibusdam et levioribus de causis, divina Providentia ita disponente, et illi tributa videri possint.

[a] *Job* XXI, 22; XXII, 2. [b] *Isa.* XLIX, 9. [c] *Job* XL, 3, *sec.* LXX.

(7) *Εἰ γάρ.* Leg. ἦ γάρ. COMBEF.

(8) *Καὶ εἰ.* Forte Εἰ καί. P. JUNIUS.

V.

Ibid. cap. XIX, *pag.* 418, *ex Olympiodoro.*

Methodius autem. *Spiritum divinum* qui a Deo omnibus concessus est, et de quo Salomon dixit [7]: *Incorruptus enim tuus spiritus est in omnibus*, pro conscientia accipit, quæ et animam peccatricem condemnet.

A Μεθόδιος δέ· *Πνεῦμα θεῖον*, πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπὸ Θεοῦ δοθὲν, περὶ οὗ καὶ Σολομὼν ἔφασκε· *Τὸ γὰρ ἄφθαρτόν σου Πνεῦμά ἐστιν ἐν πᾶσι*, τὸ συνειδὸς ἐκλαμβάνει, ὃ καὶ καταγινώσκει τῆς ψυχῆς ἁμαρτανούσης.

VI.

Ex Parallelis *Damascen.*, *Opp. tom. II, pag.* 331, D.

Ejusdem Methodii.

Præstabilius esse censeo corripi quam corripere, quanto præstantius est semel a malo quam alium liberare.

Τοῦ αὐτοῦ Μεθοδίου (9).

Μεῖζον ἀγαθὸν τὸ ἐλεγχθῆναι τοῦ ἐλέγξαι νομίζω· ὅσῳ μεῖζόν ἐστι τὸ ἑαυτὸν ἀπαλλαγῆναι κακοῦ τοῦ ἄλλον ἀπαλλάξαι.

VII.

Ibid. pag. 438, B.

Ejusdem Methodii.

Non potest humana natura ipsam pure justitiam in anima perspicere, quippe cujus cogitationes plerumque cæcutiant.

B *Τοῦ αὐτοῦ Μεθοδίου.*

Οὐ δύναται ἡ ἀνθρωπίνη φύσις αὐτὸ καθαρῶς τὸ δίκαιον ἐν ψυχῇ θεάσασθαι, τὰ πολλὰ τῶν λογισμῶν ἀμβλυώττουσα (10).

VIII.

Ejusdem Methodii.

Malitia neque virtutem, neque ipsa se ipsam unquam cognoverit.

Τοῦ αὐτοῦ Μεθοδίου.

(11) Πονηρία ἀρετήν τε καὶ ἑαυτὴν οὐδέποτε ἂν γνοίη.

IX.

Ejusdem Methodii.

Justitia, ut videtur, quadrata est, undecunque æqualis ac sibi similis.

Justum Dei judicium nostris affectionibus accommodatur; et quales quidem res nostræ fuerint, quaque se habuerint ratione, talem eodem modo retributionem sortimur.

Τοῦ αὐτοῦ Μεθοδίου.

Ὡς ἔοικεν, ἡ δικαιοσύνη τετράγωνός ἐστι, πάντοθεν ἴση καὶ ὁμοία.

C (12) Ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισία ταῖς ἡμετέραις διαθέσεσιν ἐξομοιοῦται· καὶ οἷά περ ἂν τὰ παρ' ἡμῶν ᾖ, τοιαῦτα ἡμῖν ἐκ τῶν ὁμοίων ἀντιπαρέχεται.

[7] *Sap.* XII, 1.

(9) Fragmentum istud nobis servatum in *Parallelis* Damascenicis prætermisit Combefisius. GALL.

(10) *Ἐν ψυχῇ... τῶν λογισμῶν ἀμβλ.* Ita editio Lequienii. At Combefisius, ἐν ψυχῇ τὸν λογισμὸν θεάσασθαι, τὰ πολλὰ ἀμβλυωποῦσα, emendabatque τῷ λογισμῷ. ID.

(11) *Πονηρία ἀρ.* Hanc sententiam tanquam ex *Parallelis* Damascenicis haustam profert Combefisius. At in editione Lequieniana eam nuspiam detegere licuit.

(12) *Ἡ τοῦ Θ.* Hæc recitat Combefisius velut e Stobæi sermone 52 excerpta. Verum ex Methodio nihil apud Stobæum legitur, sed apud Antonium Melissam, ex cujus lib. I, cap. 13, et S. Maximi cap. V conflatus est sermo 52 in editione Wecheliana. Sic monet Fabricius *Bibl. Gr.* tom. VIII, pag. 715. In editione autem Genevensi ann. 1619 *Locorum communium* Antonii et S. Maximi, occurrit hoc dictum serm. 11, pag. 60, atque Gregorio Nysseno tribuitur.

INEUNTE SÆCULO IV.

ALEXANDER

LYCOPOLITANUS EPISCOPUS

NOTITIA

(GALLAND. *Vet. Patr. Biblioth.*, IV, Proleg., p. IX.)

I. *Alexander unde dictus Lycopolita? An Lycopoleos episcopus? Photii locus expenditur. Quo tempore sederit.*

II. *Ejus* Tractatus adversus Manichæos *quanti faciendus. Auctor primum ethnicus, deinde Manichaicis placitis addictus. Ipsius Manetis ætati quam proxime accessit. Ab errore divinitus revocatus, hæresiarchæ dogmata solide refutavit.*

III. *Alexandri opus primum a Combefisio evulgatum. Quid in eo Latine reddendo præstiterit editor. In illius editione recudenda novum studium adhibitum.*

I. Alexandrum Lycopolitam appellatum quasi Lyco Thebaidis urbe oriundum, adeoque natione Ægyptium, existimavit Combefisius (*a*); cui accessere Caveus (*b*) et Fabricius (*c*). Sed incerta plane conjectura, si fides habenda Photio in *Epitome de Manichæis*, quam dudum edidit cl. Montfauconius (*d*). In eo siquidem opere Photius de scriptoribus verba faciens qui adversus illos hæreticos stylum strinxere, meminit quoque nostri Alexandri (*e*) tanquam urbis Lycorum pontificis : Ὅ τε τῆς πόλεως Λύκων Ἀλέξανδρος τοὺς ἀρχιερατικοὺς ἐγκεχειρισμένος νόμους, ut proinde haud facile dictu statuatur, num auctor *Lycopolita* propterea fuerit appellatus, quod ortum duxerit sive ex Thebaidis primæ Lycopoli, sive ex altera Lycopoli inferioris Ægypti quam in nomo Sebennytico mari proximam B Stephanus statuit; an potius idcirco fuerit Lycopolita dictus, quod Lycopoleos episcopatum obtinuerit.

Neque vero alicui moram inferre debet insolens Photiana loquendi ratio, qua fertur Lycopolitanum archiepiscopatum tenuisse Alexander; cum unum Alexandrinum antistitem totius Ægyptiacæ diœceseos archiepiscopum fuisse constet. Epiphanius certe Meletium Lycopolitanum episcopum schismaticum memorans (*f*) : « Atque ille quidem, ait, cæteris Ægypti episcopis antecellens, secundum a Petro Alexandrino dignitatis locum obtinebat : » Ἐδόκει δὲ ὁ Μελήτιος τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον προήκων, καὶ δευτερεύων τῷ Πέτρῳ τῷ τῆς Ἀλεξανδρείας κατὰ τὴν ἀρχιεπισκοπήν. Atque in eamdem senten- A tiam alibi tradit (*g*) « Meletium habitum fuisse Thebaidis Ægypti provinciæ archiepiscopum : » Μελήτιος, ὁ τῆς Αἰγύπτου ἀπὸ Θηβαΐδος δοκῶν εἶναι καὶ αὐτὸς ἀρχιεπίσκοπος. Hæc autem quoquo modo accipiantur, si quis admittenda censeat, in sede Lycopolitana proxime antecesserit Alexander Meletium, quem ineunte sæculo IV cathedram illam occupasse comperimus : quo sane ordine inter Lycopolitanos præsules ipsum refert Lequienius V. C. Photii auctoritate permotus (*h*).

II. Porro utcunque se res habeat, sive origine sive dignitate sedis Lycopolita fuerit noster Alexander, illud certum exploratumque, ipsum jure optimo inter scriptores ecclesiasticos locum sibi vindicare, quippe qui luculentum adversus Manichæorum placita tractatum litteris consignarit : Allatio propterea dictus (*i*) auctor *eruditissimus* et φιλοσοφικώτατος, ejusque opus *libellus aureus*; ex quo etiam duo loca exscripsit protulitque, dum adhuc in bibliothecis latebat.

Ex operis autem inscriptione discimus Alexandrum fuisse primum ethnicæ superstitioni addictum: mox vero, Græcorum cultu relicto, Manichaicæ doctrinæ animum adjecisse, quam ab iis qui cum hæresiarcha familiariter fuerant conversati, ἀπὸ τῶν γνωρίμων τοῦ ἀνδρὸς, se accepisse testatur (*j*) : ut propterea si ab ipsius Manetis temporibus haud longe remotum fuisse auctorem quis existimet, id sane jure optimo conjicere videatur. Ab ea demum secta divinitus revocatus atque ad Ecclesiam con-

(*a*) Combef. *Auctar. noviss.*, part. II, pag. 2.
(*b*) Cav. *Dissert. de script. eccl. incert. ætat.*, p. 2.
(*c*) Fabric. *Bibl. Gr.*, tom. V, pag. 287.
(*d*) Montf. *Bibl. Coisl.*, pag. 349 seqq.
(*e*) Phot. *Epist. de Manich.*, l. c., pag. 354.

(*f*) Epiph. hær. LXVIII, num. 1.
(*g*) Id. hær. LXIX, num. 2.
(*h*) Lequien. *Or. Chr.*, tom. II, pag. 597.
(*i*) Allat. *ad Eustath. Hexaem.*, pagg. 30 et 36.
(*j*) Alex. *de Manich. placit.*, cap. 2.

fugiens, hæresiarchæ illius probra detexit, et malesana ejus dogmata solide refutavit : quod quidem magnifice præstitit, pluraque simul quam alii, ut quondam sectæ domesticus, de illius placitis nobis comperta fecisse comperitur : quo etiam nomine hujusmodi auctoris lucubratio multo in pretio habenda videtur.

III. Hunc autem Alexandri fetum primus in lucem extulit Combefisius (*k*) ex Emerici Bigotii exemplari, quod hic in Italiam profectus ab Holstenio magno munere acceperat. Auctoris stylus duriusculus, atque imperitia scribæ adhuc intricatior, quin et ipsius argumenti perplexitas lectorem interdum moratur, adeo ut nec lectionem patienter tulerit A Henricus Valesius vir summus, inquit laudatus Combefisius. Qui et de se ipso deque sua interpretatione ista subdit : « Mihi quoque, fateor, non unam fixit crucem, non tam scriptoris λοξὸν, ac si quid ejus nævis ascribi potest (quibus non adeo sordere existimem) quam exscribentis manus, sive menda priori exemplari hærebant, sive ipsa adjecit. Factum tamen spero, ut qua insudavi opera, omnem lectori prope refixerim, ac quibus hæreat, pauca reliquerim. » Hæc ille. Cujus editionem quæ una exstat, emendatiorem nitidioremque proferimus; et quo planior operis contextus evadat, illud in sectiones partitum exhibemus.

(*k*) Combef. *Auct. noviss.*, part. II, pag. 3 seqq. B

ALEXANDRI
EPISCOPI LYCOPOLITANI
TRACTATUS
DE PLACITIS MANICHÆORUM.

***ALEXANDRI LYCOPOLITÆ, QUI EX GENTIBUS AD MANICHÆI OPINIONES CONVERSUS FUERAT* (1).**

C **ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ (2) ΛΥΚΟΠΟΛΙΤΟΥ ΕΠΙΣΤΡΕΨΑΝΤΟΣ ΕΞ ΕΘΝΩΝ ΠΡΟΣ ΤΑΣ ΜΑΝΙΧΑΙΟΥ ΔΟΞΑΣ.**

CAP. I. *Philosophiæ Christianæ præstantia. In Christianis hæreseum origo.*

Christianorum philosophia simplex appellatur. Hæc nimirum instituendis moribus plurimum navat operam, certioris veritatis de Deo sermones obscure insinuans; quorum caput, rei hujus diligentiam merito omnes admiserint, ubi causa efficiens nobilissima antiquissimaque, atque omnium auctor, ab illis statuitur. Relictis namque his, qui mores consectantur, quæ operosiora sunt, qualis videlicet virtus moralis est et rationalis, quæcunque item de moribus, deque vitiis et affectibus dicuntur, circa præceptiones morantur : haud quidem elementa reddentes quibus unaquæque virtus paranda sit; crassiora vero præcepta, sic quasi temere congerentes : quorum auditu commune vulgus, ut experientia discimus, ad modestiam valde proficit, insidetque eorum moribus pietatis character, vivificans, quæ ex tali consuetudine morum compositio indolesque contrahitur, paulatimque ad boni honestique ducens appetitum.

Hac vero a sequentium turba in multas divisa quæstiones, exstitere plures, ut fere in iis fit qui

Χριστιανῶν φιλοσοφία ἁπλῆ καλεῖται. Αὕτη δὲ ἐπὶ τὴν τοῦ ἤθους κατασκευὴν τὴν πλείστην ἐπιμέλειαν ποιεῖται, αἰνιττομένη περὶ τῶν ἀκριβεστέρων λόγων περὶ Θεοῦ· ὧν τὸ κεφάλαιον τῆς περὶ ταῦτα σπουδῆς εἰκότως ἂν ἅπαντες ἀποδέξαιντο, ἔνθα τὸ ποιητικὸν αἴτιον τιμιώτατον τίθενται καὶ πρεσβύτατον, καὶ πάντων αἴτιον τῶν ὄντων. Ἐπεὶ καὶ τοῖς ἠθικοῖς τὰ ἐργωδέστερα παραλείποντες, οἷον τίς τε ἡ ἠθικὴ ἀρετὴ καὶ λογικὴ, καὶ ὅσα λέγεται περὶ ἠθῶν καὶ παθῶν, περὶ τὸν ὑποθετικὸν διατρίβουσι τόπον· στοιD χεῖα μὲν πρὸς ἑκάστης ἀρετῆς ἀνάληψιν οὐκ ἀποδιδόντες· παραγγέλματα δὲ παχύτερα, ὡς ἐτύγχανεν, ἐπισωρεύοντες, ὧν ὁ πολὺς δῆμος ἀκούων, ὡς ἐκ τῆς πείρας ἔστι μαθεῖν, σφόδρα ἐπιδίδωσιν εἰς ἐπιείκειαν, καὶ τῆς εὐσεβείας χαρακτὴρ ἐνιζάνει αὐτῶν τοῖς ἤθεσιν, ἀναζωπυρῶν τὸ ἐκ τῆς τοιαύτης συνηθείας συνεκλημμένον ἦθος, καὶ κατ' ὀλίγον εἰς τὴν τοῦ καλοῦ αὐτοῦ ὄρεξιν ὁδηγῶν.

Εἰς πλεῖστα δὲ ταύτης ὑπὸ τῶν ἐπιγενομένων μερισθείσης ζητήσεις, συνέστησαν πλείονες, καθάπερ

(1) Interprete Francisco Combefisio.

(2) Ἀλέξ. Photius in *Epitome de Manichæis*, quam edidit cl. Montfauconius *Bib. Coisl.* pag. 354, urbis Lycorum præsulem fuisse hunc scriptorem testatur his verbis : Ὅ τε τῆς πόλεως Λύκων Ἀλέξανδρος τοὺς ἀρχιερατικοὺς ἐγκεχειρισμένος νόμους.

ἐν τοῖς ἐριστικοῖς. ἀφ' ὧν ἐντρεχεστέρους μὲν ἄλλους ἑτέρων μᾶλλον καὶ ζητητικωτέρους, ὡς ἄν τις εἴποι, γεγονέναι συμβέβηκε· καί τινες ἤδη καὶ αἱρέσεων προύστησαν· ἀφ' ὧν ἡ κατὰ τὸ ἦθος ἄδηλος κατασκευὴ ἐμαραίνετο· τῆς μὲν κατὰ τὸν λόγον ἀκριβείας οὐκ ἐφικνουμένων τούτων, ὅσοι τῶν αἱρέσεων ἡγεῖσθαι ἠξίουν· τοῦ δὲ πολλοῦ πλήθους στασιαστικώτερον πρὸς αὐτὸ διατεθέντος. Κανόνος δὲ οὐδενὸς ὑπόντος οὐδὲ νόμων, ἀφ' ὧν τῶν ζητήσεων πορίσασθαι λύσιν, καθάπερ δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις ἡ φιλοτιμία εἰς ὑπερβολὰς ἐκπίπτουσα, οὐκ ἔστιν ὅ τι οὐ λυμαίνεται.

A contentioni student, alii aliis solertiores, argutiisque ac quæstionibus, ut sic dicam, sagaciores : ita sane ut jam quoque heresewn sectarumque antistites parentesque emerserint : per quos in obscurum adducta ac labefactata morum institutio est : dum ii certam sermonum veritatem non assequuntur (quotquot nimirum sectis antistari volunt), plebsque ac vulgus inde in rixas ac contentiones majorem in modum excitatur. Cumque nulla suppetat regula, nullæ præsto sint leges, unde eorum quæ in quæstionem veniunt, solutionem nanecisci liceat, sed velut in aliis, honoris contentio in nimietatem adducta atque excedens, non est cui labem noxamque non afferat.

Cap. II. *Manichæi, seu Manetis, ætas. Primi discipuli. Duo principia. Materia Manichaica.*

Οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τούτων, τῇ καινότητι τῶν δοξῶν ἑκάτερος τὸν πρὸ αὐτοῦ ὑπερβάλλεσθαι σπουδάζων, εἰς ἀνήνυτον πρᾶγμα τὴν ἁπλῆν ταύτην ἐμβεβλήκασι φιλοσοφίαν· ὥσπερ ὁ λεγόμενος Μανιχαῖος, ὃς Πέρσης μέν τις ἐστὶ τὸ γένος· καί γέ τις Πάπος (3) τοὔνομα πρὸς ἡμᾶς ἐγένετο τῆς τοῦ ἀνδρὸς δόξης ἐξηγητής, καὶ μετὰ τοῦτον Θωμᾶς, καί τινες ἕτεροι μετ' αὐτούς. Αὐτὸς δὲ ἐπὶ Οὐαλεριανοῦ μὲν γεγονέναι λέγεται, συστρατεῦσαί τε Σαπώριῳ τῷ Πέρσῃ· προσκρούσαντα δέ τι τούτῳ ἀπολωλέναι. Τοιάδε οὖν τις φήμη τῆς ἐκείνου δόξης ἀπὸ τῶν γνωρίμων τοῦ ἀνδρὸς ἀφίκετο πρὸς ἡμᾶς. Δύο ἀρχὰς ἐτίθετο, Θεὸν καὶ ὕλην. Εἶναι δὲ τὸν μὲν Θεὸν ἀγαθὸν, τὴν δὲ ὕλην κακόν. Ἀγαθῷ δὲ πλεῖον τὸν Θεὸν ὑπερβάλλειν ἢ κακῷ τὴν ὕλην. Τὴν δὲ ὕλην λέγει οὐχ ἣν Πλάτων τὴν πάντα γινομένην, ὅτ' ἂν λάβῃ ποιότητα καὶ σχῆμα· δι' ὃ πανδεχῆ καὶ μητέρα καὶ τιθήνην καλεῖ· καὶ Ἀριστοτέλης τὸ στοιχεῖον, περὶ ὃ τὸ εἶδος καὶ ἡ στέρησις· ἀλλ' ἕτερόν τι παρὰ ταῦτα. Τὴν γὰρ ἐν ἑκάστῳ τῶν ὄντων ἄτακτον κίνησιν, ταύτην ὕλην καλεῖ. Συντετάχθαι δὲ τῷ Θεῷ δυνάμεις ἑτέρας, οἷον ὑπηρέτιδας, ἀγαθὰς πάσας· καὶ ἄλλας τῇ ὕλῃ ὁμοίως πάσας κακάς. Τὸ δὲ λαμπρὸν καὶ τὸ φῶς καὶ τὸ ἄνω, πάντα ταῦτα σὺν τῷ Θεῷ εἶναι· τὸ ἀμυδρὸν δὲ καὶ τὸ σκότος καὶ τὸ κάτω σὺν τῇ ὕλῃ. Εἶναι δὲ καὶ τῷ Θεῷ ὀρέξεις, ἀλλὰ καὶ ταύτας ἀγαθάς· καὶ τῇ ὕλῃ ὁμοίως, ἀλλὰ πάσας κακάς.

B Sic in his quoque, dum opinionum novitate quisque se priorem ac superiorem superare contendit, philosophiam quæ simplex sit, eo tandem adduxerunt, ut præstari non possit. Talis exstitit, quem Manichæum vocant, natione Persa; cujus ad nos opinionis doctor Papus nomine, et post eum Thomas, venit, eosque secuti nonnulli alii. Aiunt hominem Valeriano imperatore vixisse, ac Sapori Persarum regi militantem, cum apud illum offendisset, periisse. Ejuscemodi vero viri illius opinionis fama, ab ejus familiaribus ad nos permeavit. Duo ponebat principia, Deum et materiam. Deum autem bonum dicebat, materiam malum affirmabat. Bono Deum magis præcellere, quam malo materiam. Materiam vero vocat non quam Plato dicit, C quæ omnia fiat, tunc, cum qualitatem figuramque receperit : unde et omnium susceptricem et matrem et nutricem vocat : Aristoteles quoque elementum, circa quod forma et privatio versantur ; sed aliud quid præter illa. Qui enim in rebus singulis motus incompositus est, hunc materiam appellat. A Deo stare virtutes alias, velut ancillas, omnes bonas ; aliasque similiter a materia, omnes malas. Porro splendidum et lucem ac superius, cuncta hæc cum Deo esse ; obscurum vero et tenebras ac inferius, cum materia. Quin habere Deum appetitiones, verum has quoque bonas : ac materiam similiter, sed omnes malas.

Cap. III. *Manichæi deliria circa materiam.*

Εἰς ἐπιθυμίαν οὖν ποτε τὴν ὕλην ἐλθεῖν εἰς τὸν ἄνω ἀφικέσθαι τόπον· ἀφικομένην δὲ, θαυμάσαι τό τε λαμπρὸν καὶ τὸ φῶς ὅσον ἦν παρὰ τῷ Θεῷ. Καὶ δὴ θέλειν τὴν ἀρχὴν ταύτην κατασχεῖν, τὸν Θεὸν παρωσαμένην. Τὸν δὲ καὶ βεβουλῆσθαι μὲν ταύτην τιμωρήσασθαι, ἀπορεῖν δὲ κακοῦ, ᾧ καὶ τιμωρήσεται· μὴ γὰρ εἶναι κακὸν ἐν Θεοῦ οἴκῳ. Πέμψαι οὖν τινα δύναμιν τὴν ὑφ' ἡμῶν καλουμένην ψυχὴν, ἐπὶ τὴν ὕλην, ἥτις αὐτῇ διὰ πάσης μιχθήσεται. Ἔσεσθαι γὰρ τῆς

D Desiderium itaque materiam quandoque incessisse, ut in supernum locum evaderet : cumque adeo evasisset, admiratam splendorem ac lucem, quanta apud Deum esset. Atque hunc principatum, repulso Deo atque summoto, sibi voluisse arripere. Deum porro etiam deliberasse in eam animadvertere ; sed mali copiam quo ipsam puniret, non habuisse, quippe cum non sit malum aliquod in Dei domo. Misisse igitur virtutem quamdam,

(3) *Πάπος*. Πάαπις dicitur in *Anathematismis* editis a Cotelerio ad *Recognitiones Clementinas*, num. 3. Dicitur quoque Πάαπις in iisdem *Anathematismis* a Tollio evulgatis in *Insign. Itiner. Ital.* pag. 143. Hinc frustra sunt Caveus et Basnagius quorum ille hoc loco reponit *Agapium* Manetis discipulum, qui *Heptalogum* composuit; hic vero *Addum*, quem *Buddam* alii vocant : ut recte animadvertit Wesselingius in lib. *Probabil.*, cap. 28, pag. 219.

quam nos animam vocamus, in materiam, quæ illi omni immisceatur. Fore namque materiæ mortem, cum tandem postea virtus hæc ab illa separabitur.

Sic igitur per Dei providentiam, commistam materiæ esse animam, dissimili rem quamdam dissimilem. Per hanc vero interim mistionem, cum materia vitium pariter contraxisse, ac laborasse animam. Quemadmodum enim in malo vase, quod in illo exsistit, haud raro pari qualitate mutatur, sic nimirum etiam in materia tale quid passam animam, a sua deteriorem factam indole, in malitiæ commercium transisse. Ejus vero Deum misertum, aliam quamdam virtutem misisse, quam nos δημιουργὸν (rerum scilicet opificem ac creatorem) vocamus : quæ cum venisset, et ad mundi creationem aggressa esset, illud virtutis a materia secrevisse, quod ex mistione nihil vitii ac labis contraxisset; atque hinc solem et lunam primum condita esse : quod vero pauxillum aliquid ac mediocre hausisset, id stellas cœlumque omne factum esse. Extra mundum autem ejectam, ex sole et luna secretam materiæ partem, esseque ignem illum, cui vis quidem urendi insit, cum ipse tenebrosus et lucis expers, ac nocti consimilis sit. In reliquis vero elementis et stirpibus et animalibus, in hac rerum universitate versantibus, inæqualiter ferri commistam divinam virtutem. Propterea que mundum conditum esse, et in illo solem et lunam, quæ rerum ortui interituique præsideant, divinam semper virtutem a materia separando, atque ad Deum transmittendo.

A ὕλης θάνατον, τὸν μετὰ ταῦτά ποτε τῆς δυνάμεως ταύτης χωρισμόν.

Οὕτως οὖν κατὰ πρόνοιαν τοῦ Θεοῦ μεμίχθαι τὴν ψυχὴν τῇ ὕλῃ, ἀνόμοιόν τι πρᾶγμα ἀνομοίῳ. Ἐν δὲ τῇ μίξει συμπαθεῖν τῇ ὕλῃ τὴν ψυχήν. Ὥσπερ γὰρ ἐν φαύλῳ ἀγγείῳ συμμεταβάλλεται πολλάκις τὸ ἐνυπάρχον, οὕτω δὲ καὶ ἐν τῇ ὕλῃ τοιοῦτό τι τὴν ψυχὴν παθοῦσαν, παρὰ τὴν οὖσαν ἠλαττῶσθαι φύσιν εἰς μετουσίαν κακίας. Οἰκτεῖραι οὖν τοῦτο τὸν Θεὸν, καὶ πέμψαι τινὰ ἑτέραν δύναμιν, ἣν ἡμεῖς καλοῦμεν δημιουργόν· ἧς δὴ ἀφικομένης, καὶ τῇ κοσμοποιίᾳ ἐπι- B κεχειρηκυίας, ἀποκεκρίσθαι τῆς ὕλης ἐκεῖνο τῆς δυνάμεως, ὅσον ἀπὸ τῆς μίξεως οὐδὲν ἦν ἄτοπον πεπονθὸς, καὶ γεγονέναι ἥλιον καὶ σελήνην πρῶτον· τὸ δὲ ἐν μετρίᾳ γεγονὸς κακίᾳ ἀστέρας καὶ τὸν οὐρανὸν σύμπαντα. Τῆς οὖν ὕλης, ἧς ἀπεκρίθησαν ἥλιος καὶ σελήνη, τὸ μέρος ἐκτὸς τοῦ κόσμου ἀπεληλάσθαι, καὶ εἶναι ἐκεῖνο πῦρ, καυστικὸν μὲν, σκοτῶδες δὲ καὶ ἀφεγγὲς, νυκτὶ προσόμοιον. Ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις στοιχείοις καὶ φυτοῖς καὶ ζώοις, τοῖς ἐν τούτοις, ἀνωμάλως φέρεσθαι τὴν θείαν δύναμιν μεμιγμένην. Δι' ὃ δὴ καὶ τὸν κόσμον γεγονέναι, καὶ ἐν αὐτῷ ἥλιον καὶ σελήνην ταῖς γενέσεσι καὶ ταῖς φθοραῖς, ἀεὶ τὴν δύναμιν τὴν θείαν τῆς ὕλης ἀποχωρίζοντας καὶ πρὸς τὸν Θεὸν παραπέμποντας.

CAP. IV. *Lunæ augmentum et decrementum : nugæ in ea Manichaicæ. De homine et Christo somnia. Abstinentiæ insulsa ratio.*

Hæc nempe molitum esse, ut demiurgo ac creatori virtus alia suppetat, quæ ad solis lucis splendores trahat : esseque rem manifestam, velut quis dicat, cæco. Lunam enim augmentum faciendo virtutem accipere, quæ separatur a materia, ac per hoc tempus ea plenam evadere. Ubi vero plena fuerit, inter decrescendum ad solem remittere, solem vero ad Deum abire. Idque adeo cum præstiterit, exspectare rursum dum alio plenilunio anima ad ipsum commigret : quam similiter assumptam, ad Deum sponte sinat transire. Atque id in omne ævum pensi habere atque operæ.

Sed et in sole ejusmodi simulacrum conspici, qualis est forma hominis; ambitiosiusque eniti materiam ut ex se ipsa condat hominem, omni sua commista virtute, qui ipse quoque animæ quidpiam habeat : multum tamen contulisse formam, ut homo majus aliquod, præ reliquis animantibus, commercium nancisceretur divinæ virtutis. Esse enim hominem divinæ virtutis imaginem : Christum vero esse mentem. Qui cum aliquando e supernis cœlique axe venisset, hujus plurimam partem virtutis ad Deum dimisisse. Ac demum in crucem actum, per eum modum scientiam præbuisse; divinamque aptasse virtutem, ut in materia crucifigeretur. Quia igitur divinæ voluntatis ac decreti est ut ma-

C Ἐπεὶ γάρ τοι τῷ δημιουργῷ ἑτέραν δύναμιν ἐπὶ τὸ φωτοειδὲς τοῦ ἡλίου καθέλκουσαν ταῦτα διαπραγματεύσασθαι· καὶ εἶναι καὶ ἐμφανὲς τὸ πρᾶγμα, καὶ, ὡς ἄν τις εἴποι, τυφλῷ δῆλον. Ἐν μὲν γὰρ ταῖς αὐξήσεσι τὴν σελήνην λαμβάνειν τὴν ἀποχωριζομένην δύναμιν ἀπὸ τῆς ὕλης, καὶ πλήρη γίνεσθαι ταύτης τὸν χρόνον τοῦτον. Πληρωθεῖσαν δὲ, ἐν ταῖς μειώσεσιν εἰς τὸν ἥλιον ἀναπέμπειν· τὸν δὲ πρὸς τὸν Θεὸν ἀπιέναι. Ποιήσαντα δὲ τοῦτο, ἐκδέχεσθαι πάλιν τῆς ἀπὸ τῆς ἑτέρας πανσελήνου πρὸς αὐτὸν τῆς ψυχῆς μετοίκησιν· καὶ παραλαβόντα ὁμοίως πρὸς τὸν Θεὸν ἐᾷν αὐτομάτως φέρεσθαι. Καὶ τοῦτο διὰ παντὸς ἐκ- D πονεῖν.

Καὶ εἰκόνα δὲ ἐν ἡλίῳ ἑωρᾶσθαι τοιαύτην, οἷόν ἐστι τὸ τοῦ ἀνθρώπου εἶδος· καὶ ἀντιφιλοτιμήσασθαι τὴν ὕλην ποιῆσαι τὸν ἄνθρωπον ἐξ αὐτῆς κατὰ τὴν διὰ πάσης αὐτῆς τῆς δυνάμεως μίξιν, ἔχοντα καὶ αὐτόν τι τῆς ψυχῆς· πολὺ μέντοι συμβεβλῆσθαι τὸ εἶδος εἰς τὸ πλεῖόν τι παρὰ τὰ ἄλλα θνητὰ ζῶα τῆς δυνάμεως τῆς θείας τὸν ἄνθρωπον μετασχεῖν. Ὑπάρχειν γὰρ αὐτὸν θείας δυνάμεως εἰκόνα· τὸν δὲ Χριστὸν εἶναι νοῦν. Ὃν δὴ, καὶ ἀφικόμενόν ποτε ἀπὸ τοῦ ἄνω τόπου, πλεῖστόν τε τῆς δυνάμεως ταύτης πρὸς τὸν Θεὸν λελυκέναι. Καὶ δὴ καὶ τὸ τελευταῖον ἀνασταυρωθέντα παρασχέσθαι γνῶσιν τοιῷδε τρόπῳ· καὶ τὴν δύναμιν τὴν θείαν ἐνηρμόσθαι, ἐνεσταυρῶσθαι τῇ ὕλῃ. Ἐπεὶ οὖν ἀπόλλυσθαι τὴν ὕλην ἐστὶ Θεοῦ δόγμα,

ἀπέχεσθαι μὲν ἐμψύχων πάντων, σιτίζεσθαι δὲ λάχανα, καὶ πᾶν ὅ τι ἀναίσθητον. Ἀπέχεσθαι δὲ γάμων καὶ ἀφροδισίων καὶ τεκνοποιίας, ἵνα μὴ ἐπιπλεῖον ἡ δύναμις ἐνοικήσῃ τῇ ὕλῃ κατὰ τὴν τοῦ γένους διαδοχήν· μὴ ἐξάγειν δὲ ἑαυτοὺς, μηχανωμένους κάθαρσιν ὧν ἐλυμήνατο ἡ μίξις τῆς ὕλης τὴν δύναμιν.

A teria pereat, ab iis abstinere quæ animata sunt; vesci vero oleribus, ac si quid est sensus expers. Se quoque abstinere a nuptiis et venereis ac procreandis liberis, ne altiores in materia radices per generis successionem virtus agat; nec se ipsos eximere, conantes emundare, quam sibi virtus ex admista materia labem conscivisset.

CAP. V. *Solis ac lunæ cultus sub Deo. Manichæis in Græcorum fabellis quæsita præsidia. Scripturarum auctoritas ac fides Manichæis spreta.*

Τὰ μὲν κεφαλαιωδέστερα ὧν λέγουσιν, ἐστὶ ταῦτα. Τιμῶσι δὲ μάλιστα ἥλιον καὶ σελήνην, οὐχ ὡς θεοὺς, ἀλλ' ὡς ὁδὸν δι' ἧς ἔστι πρὸς Θεὸν ἀφικέσθαι. Ἀποχωρισθείσης δὲ ἀκριβῶς τῆς θείας δυνάμεως, τὸ ἔξω πῦρ φασι, συμπεσὸν, ἑαυτό τε καὶ τὸ ἄλλο σύμπαν, ὅ τι δ' ἂν λείπηται τῆς ὕλης, συγκαταφλέξειν. Οἱ δὲ ἐν τούτοις χαριέστεροι καὶ Ἑλληνικῶν οὐκ ἄπειροι λόγων ἀναμιμνήσκουσιν ἡμᾶς ἐκ τῶν οἰκείων. Ἐκ μὲν τῶν τελετῶν τὸν κατατεμνόμενον Διόνυσον τῷ λόγῳ ἐπιφημίζοντες, ὑπὸ τῶν Τιτάνων, καθάπερ λέγουσιν αὐτοὶ, τὴν θείαν δύναμιν μερίζεσθαι εἰς τὴν ὕλην· ἐκ δὲ τῶν ποιήσεων τῆς γιγαντομαχίας, ὅτι μηδὲ αὐτοὶ ἠγνόησαν τὴν τῆς ὕλης κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀντάρσιν. Ἐγὼ δὲ, ὡς μὲν ταῦτα οὐχ ἱκανὰ ψυχαγωγῆσαι τοὺς ἀβασανίστως τὸν λόγον προσιεμένους, οὐκ ἂν εἴποιμι, ὅπουγε καὶ τινας τῶν συνεσχολακότων ἡμῖν ἐν τῷ φιλοσοφεῖν μετέστησεν ἡ τοιαύτη ἀπάτη τῶν λόγων πρὸς ἑαυτήν· εἰς ἐξέτασιν δὲ ὅπως ἔχει νῦν ἐμαυτὸν καθεὶς, ἀπορῶ τί χρήσωμαι. Οὔτε γὰρ διά τινων λόγων νενομισμένων εἰσὶν αὐτῶν αἱ ὑποθέσεις, ἵνα κατὰ ταύτας τὴν ζήτησιν ποιησώμεθα· οὔτε τινὲς ἀρχαὶ ἀποδείξεων, καὶ ἵνα τὸ ταύταις ἑπόμενον θεασώμεθα· ἕρμαιόν τε ἀληθῶς ἐστι τὸ τῶν ἁπλῶς λεγομένων φιλοσοφεῖν. Οἱ τὰς παρ' αὐτοῖς γραφὰς παλαιάς τε καὶ νέας ὑποστησάμενοι, θεοπνεύστους εἶναι ὑποτιθέμενοι, τὰς σφῶν αὐτῶν δόξας ἐντεῦθεν περαίνουσι· καὶ ἐλέγχεσθαι μόνον τηνικαῦτα δοκοῦσιν, ἐάν τι μὴ ταύταις ἀκόλουθον ᾖ λέγεσθαι ἢ πράττεσθαι ὑπ' αὐτῶν συμβαίνει. Καὶ ὅπερ αἱ παρὰ τοῖς φιλοσοφοῦσι καθ' Ἕλληνας τῶν ἀποδείξεων ἀρχαὶ αἱ προτάσεις διάμεσοι, τοῦτο παρ' αὐτοῖς ἐστιν ἡ τῶν προφητῶν φωνή. Ἐνταῦθα δὲ τούτων μὲν ἁπάντων ἐκβαλλομένων, λεγομένων δὲ ὧν πρότερον ἐπεμνήσθην ἄνευ τινὸς ἀποδείξεως· ἀναγκαίου δὲ ὄντος μετὰ λόγου ποιήσασθαι τὴν ἀπόκρισιν, ἀλλὰ μὴ πιθανώτερα ἕτερα παραθεῖναι καὶ μᾶλλον ψυχαγωγεῖν· χαλεπωτέρα ἡ ἔφοδος, καὶ ἔτι μᾶλλον δυσκολωτέρα, ὅτι καὶ ποικίλους τοὺς λόγους ποιεῖσθαι δεῖ. Οἵ τε γὰρ ἀκριβέστεροι τοὺς ὑπὸ τούτων ἄνευ τινὸς πίστεως προκατειλημμένους λάθοιεν ἄν, εἰ, ὅτε εἰς ψυχαγωγίαν γένοιτο, εἰς τὰς αὐτὰς λαβὰς ἐμπεσοῦνται· ἐξ ὁμοίων γὰρ γεγονέναι δοξάζουσι. Διὸ πολλῆς καὶ μεγάλης φροντίδος δεῖ, καὶ Θεοῦ ὡς ἀληθῶς, ὃς τοῦ λόγου ἡγήσεται.

Sunt hæc quidem eorum quæ dicunt ac sentiunt principaliora. Colunt vero maxime solem et lunam, non ut deos, sed ut viam qua eis Deum assequi liceat. Sejuncta vero penitus divina virtute, ignem aiunt exteriorem delapsum, ipsum se, ac si quid B aliud fuerit materiæ reliquum, combusturum. Qui autem inter eos lepidiores sunt, nec Græcanicæ eruditionis ac litterarum expertes, ipsi nos ex propriis admonent. Ex cærimoniis quidem ac mysteriis: per Bacchum qui scissus utero est, significari, dividi in materiam a Titanibus, ut ipsi loquuntur, divinam virtutem: ex poetarum autem fabula gigantum pugnæ, indicari, Ne illos quidem materiæ adversus Deum rebellionem nescivisse. Ego sane, quemadmodum hæc haud sufficientia ad eorum deliniendos animos, qui nullo examine sermonem recipiunt, haud inficias ierim, quandoquidem etiam nonnullos, qui una nobiscum philosophiæ navaverunt operam, ejuscemodi sermonum deceptio ad se traduxit; qui tamen modo rem, ut se habeat ex- C aminandam aggrediar, quo me vertam nescio. Non enim per legitimas ullas rationes procedunt illorum hypotheses, ut per eas examen instituere liceat. Neque ulla sunt demonstrationum principia, et ut quod sequitur videamus: inventumque re vera et lucrum insperatum eorum est, qui simplicius philosophari dicuntur. Hi, novas sibi veteresque scripturas adhibentes, cum divinitus inspiratas sibi eas statuant, suas inde opiniones concludunt; tuncque solum argui videntur atque refelli, cum ab eis aliquid non iis consonum aut dici aut agi contigerit. Quodque iis qui Græcorum ritu philosophantur, demonstrationum principia intermediæ propositiones sunt; hoc ipsis est prophetarum vox ac oraculum. Hic autem, cunctis his eliminatis, et cum ea quorum superius memini, absque ulla proba- D tione dicantur; sitque necessarium ut cum ratione responsionem faciamus, non vero probabiliora alia, et quæ magis delinire valeant, proponamus: molestior est aggressio, hincque adeo magis ardua, quod et varios instituere sermones necesse est. Qui namque magis accurati certiorisque veritatis sunt, eos latuerint, quos certa quadam credulitate ante admiserint, si, cum ad deliniendum adhiberi contigerit, in easdem ansas necessitatesque inciderint. Quamobrem multa magnaque opus diligentia est, ac plane Deo, qui ipse dux et auspex erit sermonis.

CAP. VI. *Manichæorum duo principia. Ipsa vexata. Pythagoreorum de principiis opinio. Bonum et malum contraria. A bono victoria.*

Duo principia statuunt, Deum et materiam. Siquidem id quod fit atque oritur, ab eo quod est, secernat (Manes), haud perinde mala suppositio; ut neque materia ipsa se ipsam efficiat, et contrariorum rationem recipiat, quæ tum agat tum patiatur: neque rursus alia talia de effectore rerumque auctore intelligantur, quæ nec forte fas sit dicere; tametsi Deus ad effecta, materia non indigeat, cum omnia in substantia et quæ vere exsistant ad illum sensu effici nihil prohibeat. Sin autem, quod magis dici videtur, sub ipso inordinatus rerum motus materia est, primum quidem incaute ac imprudens aliud efficiens (etsi maleficum) constituit: nec quid inde sequatur animadvertit; nempe, si necesse omnino sit ut Deus et materia supponantur, aliam quoque materiam Deo suppositum iri: ut videlicet ambobus efficientibus materia subjecta sit. Pro duobus igitur, quatuor nobis principia præstare monstrabitur.

A Δύο ἀρχὰς ὑποτίθενται, Θεὸν καὶ ὕλην. Εἰ μὲν τὸ γιγνόμενον τοῦ ὄντος ἀποχωρίζει, οὐχ ὁμοίως φαύλη ἡ ὑπόθεσις, ἵνα μήτε ἡ ὕλη ἑαυτὴν ποιῇ, καὶ τῶν ἐναντίων ἀποδέχηται λόγον, ποιοῦσά τε καὶ πάσχουσα· μήτ' αὖ τοιαῦτα πάλιν ἕτερα περὶ τὸν ποιητικὸν αἴτιον θεωρῆται, ἃ οὐδὲ λέγειν ἴσως θέμις· καίτοι οὐ δεομένου τοῦ Θεοῦ πρὸς τὰ ἀποτελέσματα ὕλης, ἐν ὑποστάσει δυναμένων γίγνεσθαι πάντων πρὸς ἐκεῖνον τὸν νοῦν· εἰ δὲ, ὅπερ μᾶλλον λέγεσθαι δοκεῖ, ὑπ' αὐτοῦ ἡ ἄτακτος κίνησις τῶν ὄντων ἐστὶν ὕλη, πρῶτον μὲν λανθάνει ἑαυτὸν ἕτερον ποιητικὸν αἴτιον ὑφιστάμενος (κακοποιὸν μέντοι)· οὐχ ὁρᾷ δὲ καὶ τὸ ἑπόμενον, ὅτι, εἰ Θεὸν πάντως ὑποστατέον καὶ ὕλην, ἑτέρα τις ὕλη τῷ Θεῷ ὑποστήσεται· ἵνα ἑκατέρῳ τῶν ποιητικῶν αἰτίων ἡ ὑποκειμένη ὑπάρχῃ ὕλη. Ἀντὶ τοίνυν B δύο τέτταρας ἡμῖν ποιῶν ἀρχὰς ἐπιδειχθήσεται.

Admiranda vero et ab illo posita utrimque distinctio. Si enim hoc Deum existimat, quod bonum, vultque vere exsistere quod est illi contrarium; quidni velut Pythagorici quidam malum ipsi contrarium ponit? Ferendum sane magis, ut ab illis duo principia dicantur, bonum et malum; inter se continue pugnantia, cum tamen bonum malo prævaleat. Nam si malum superaret, interirent omnia. Prorsus enim materia secundum se, neque corpus est, neque omnino incorporeum aliquid; at neque simpliciter hoc aliquid: sed indefinita quædam, quæ forma accedente finiatur ac terminetur, velut ignis meta ac pyramide; octaedro (octonorum corporum sessu) aer; icosaedro (vicenorum) aqua; quadrantali, terra. Quonam igitur modo materia inordinatus motus elementorum exsistit? Per se itaque subsistens vereque exsistens non est: nam si motus, in subjecto est; non videtur autem talis esse materia, quin imo primum subjectum et incompositum, et ex quo reliqua.

Θαυμαστὴ δὲ καὶ ἡ ἀντιδιαίρεσις. Εἰ γὰρ Θεός ἐστι παρ' αὐτῷ, ὅπερ τὸ ἀγαθὸν, καὶ βούλεται ὑφίστασθαι αὐτῷ ἐναντίον, διὰ τί οὐ καθάπερ τινὲς τῶν Πυθαγορείων τὸ κακὸν αὐτῷ ἀντιτίθησιν; Ἀνεκτότερον γοῦν ὑπ' ἐκείνων λέγεσθαι δύο εἶναι ἀρχὰς, τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν· στασιάζειν δὲ ταύτας συνεχῶς, ἐπικρατεῖν δὲ τὸ ἀγαθόν. Εἰ γὰρ τὸ κακὸν ὑπερέχοι, φθαρήσεσθαι πάντα. Ὅλως γὰρ καθ' ἑαυτὴν μὲν ἡ ὕλη οὔτε σῶμά ἐστιν, οὔτε ἀκριβῶς ἀσώματόν τι, οὔτε ἁπλῶς τόδε τι· ἀλλὰ ἀόριστός τις προσλαβοῦσα τὸ εἶδος γίνεται ὡρισμένη· οἷον τὴν πυραμίδα μὲν πῦρ· τὸ ὀκτάεδρον δὲ ἀήρ· τὸ εἰκοσάεδρον δὲ ὕδωρ· κύβον δὲ γῆ. C Πῶς οὖν ἐστι τῶν στοιχείων ἡ ἄτακτος κίνησις ἡ ὕλη; Καθ' ἑαυτὴν μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ὑποστατή· εἰ γὰρ κίνησις, ἐν τῷ κινουμένῳ· οὐ δοκεῖ δὲ τοιοῦτον εἶναι ἡ ὕλη, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ πρῶτον ὑποκείμενον καὶ ἀῤῥύθμιστον, καὶ ἀφ' οὗ τὰ ἄλλα.

Quando igitur motus inordinatus est materia, semperne mobili conjunctus erat, aut aliquando ab eo separatus? Certe, si ullo unquam tempore per se erat, sic utique non erat: nullus enim motus sine subjecto est. Si vero semper in subjecto erat, sic rursus duo statuentur principia, quod movet et quod movetur. Utri igitur horum tribuetur, ut cum Deo primum illud constituamus?

Ἐπεὶ τοίνυν ἡ ἄτακτος κίνησίς ἐστιν ἡ ὕλη, πότερον ἦν ἀεὶ σὺν τῷ κινουμένῳ, ἢ ποτὲ κεχώρισται τούτου; Εἰ μὲν γὰρ ποτὲ ἦν καθ' αὑτὴν, οὕτω γε οὐκ ἂν ἦν· οὐδεμία γὰρ κίνησις ἄνευ τοῦ κινουμένου· εἰ δὲ ἀεὶ ἐν τῷ κινουμένῳ ἦν, πάλιν αὖ δύο ἀρχαὶ οὕτω γε ὑποστήσονται, τὸ κινοῦν καὶ τὸ κινούμενον. Ποτέρῳ οὖν αὐτῶν ψηφίζεται, ἵνα ἐκεῖνο μετὰ τοῦ Θεοῦ ὑπο- D στησώμεθα πρῶτον;

CAP. VII. *Vindicatus ab inordinatione motus. Circularis. Rectus. Generationis et corruptionis. Alterationis et sensum afficientis qualitatis.*

Accedit sermoni appendix illa prorsus extorris, *inordinatum*. Quando enim motus non fuerit, merito dicatur. Quænam vero etiam motuum materia? Num qui rectus est, an circularis; vel quæ qualitate sensum afficiente mutantur, vel generationis ac corruptionis motus? Enimvero circularis motus, sic decorus est et compositus, ut rerum universitatis ordini ascriptus sit: nec Manichæorum sensu hic culpandus videatur, in quo sol et luna, quos

Πρόσεστι δὲ τῷ λόγῳ ἐφόλκιον *τὸ ἄτακτον* ἐξόριστον παντελῶς τοῦτο. Ὁπότε γὰρ μὴ κίνησις, εἰκότως ἂν λέγοιτο. Τίς δὲ καὶ τῶν κινήσεων ἡ ὕλη; Πότερον ἡ κατ' εὐθεῖαν, ἢ ἡ κυκλοφορητική· ἢ ἡ κατ' ἀλλοίωσιν, ἢ ἡ κατὰ γένεσιν καὶ κατὰ φθοράν; Ἀλλ' ἡ μὲν κυκλοφορητικὴ οὕτω κοσμία, ὥστε τῇ τοῦ παντὸς ἀποδέδοται τάξει. Οὐ κατὰ τούτους δὲ ταύτην αἰτιᾶσθαι, ἐν ᾗ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη, οὓς μόνους θεῶν αἰδεῖσθαί φασιν· ἀλλὰ τὴν ἐπ' εὐθείας· ἀλλὰ

καὶ ταύτῃ πέρας ἐστὶν, ἡ τοῦ ἰδίου τόπου τεῦξις. Πάντη γὰρ τὸ γήϊνον πέπαυται κινούμενον, ὅτ' ἂν γῆς ἐπιλάβηται· πᾶν δὲ ζῶον καὶ φυτὸν αὐξανόμενον, ὅτ' ἂν τοῦ ἰδίου ὅρου ἐφίκηται. Ὥστε ἡ τούτων στάσις εὐλογώτερος ἂν θάνατος γένοιτο τῇ ὕλῃ ἢ ὑπ' αὐτῶν ταύτης πλεκομένη ἀνήνυτος τελευτή. Τὴν δὲ κατὰ γένεσιν καὶ φθορὰν οὐδὲ ἐπινοῆσαι οἷόν τε τῇ ὑποθέσει ταύτῃ προσήκουσαν· ἀγένητος γὰρ αὐτοῖς ἐστιν ἡ ὕλη. Εἰ δέ γε τὴν κατὰ ἀλλοίωσιν κίνησιν ἀποδώσουσιν αὐτῇ (δοκοῦσι γὰρ μάλιστα τοῦτο λέγειν, ἐπεὶ διὰ τῆς ὕλης καὶ μεταβολὰς ἠθῶν καὶ ἐν τῇ ψυχῇ κακίας εἶναι λέγουσιν)· σκοπεῖν ἄξιον ὅπως ποτὲ καὶ ταῦτά φασιν. Ἀλλοιοῦσα γὰρ αὐτὴν, ἀεὶ ἄρξεται ἀπ' ἀρχῆς· καὶ τοῦ μέσου προϊοῦσα ἐπιλήψεται, καὶ εἰς τὸ τέλος οὕτως ἀφίξεται. Ἀλλ' εἰς τὸ τέλος ἀφικομένη οὐ στήσεται, εἴ γε οὐσία ἐστὶν αὐτῆς ἡ ἀλλοίωσις· ἀλλὰ πάλιν ἀνακάμψει διὰ τῶν αὐτῶν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, καὶ ὁμοίως ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸ τέλος· καὶ οὔποτε τοῦτο ποιοῦσα παύσεται. Οἷον εἰ ἀλλοιοῖτο ἡ *α γ*, μέσον δὲ τὸ ἀπὸ μὲν τοῦ *β*· *α* ἡ μεταβολὴ ἀφίξεται ἐπὶ τὸ *β*, καὶ ἐκεῖθεν ἐπὶ τὸ *γ*. Πάλιν τοίνυν, ἀπὸ τοῦ ἄκρου τοῦ *γ* ἐπὶ τὸ *β* ἀνακάμπτουσα, ἀφίξεταί ποτε ἐπὶ τὸ *α*· καὶ τοῦτο ἔσται διαπαντός. Ὥσπερ ἀπὸ τοῦ μέλανος ἡ μεταβολὴ, μέσον δὲ τὸ φαιὸν, καὶ ἄκρον τὸ λευκόν. Πάλιν δὲ ἀνάπαλιν ἀπὸ τούτου ἐπὶ τὸ φαιὸν, καὶ ὁμοίως ἐπὶ τὸ μέλαν· πάλιν δὲ ἀπὸ τοῦ λευκοῦ ἡ ἀρχὴ τῆς ἀλλοιώσεως, ἡ αὐτὴ ἔφοδος ἤδη.

A solos deorum venerari aiunt. Sed qui rectus. Atqui huic quoque terminus est, quod locum suum consequatur. Prorsus enim quod terrenum est, a motu cessat ubi terram attigerit. Omne vero animal et planta crescendi finem facit, cum terminum suum assecuta fuerint. Quamobrem illorum quies, rationabilius mors materiæ fuerit, quam quæ ab ipsis ejus mors nullo explenda exitu texitur. Motus autem generationis et corruptionis, ne intelligi quidem potest, huic aptus argumento ; quippe cum materia, illis ingenita sit. Sin autem motum alterationis, ut vocant, et quo qualitate sensum afficiente mutamur, illi ascripserint (hoc enim maxime dicere videntur, idcirco nimirum quod per materiam etiam mutari mores, et in animo vitium versari dicunt) opeB ræ pretium sit ut dispiciamus, quonam tandem modo etiam hæc loquantur. Ipsa namque alterando, semper a principio ducet exordium ; procedensque medium attinget, inque eum modum finem assequetur. Enimvero cum ad finem pervenerit, non quiescet, siquidem alteratio ejus essentia est ; sed rursus per eadem flectens, ad principium revertetur, inde similiter ad finem : nec hoc facere unquam cessabit. Velut si alterentur *a* et *c*, medium autem sit *b* ; mutatio *a* et *b* perveniet, atque hinc ad *c*. Rursus igitur ab extremo *c* ad *b* flectens, quandoque *a* assequetur : eritque hoc continue. Velut a nigro mutatio ; medium, pullum ; extremum, album. Rursum e contrario, ab albo ad pullum, ac similiter ad nigrum : rursusque ab albo alterationis exordium, idemque jam argumentum.

CAP. VIII. *An materia malefica? De Deo et materia.*

Κατ' ἀλλοίωσιν κακοποιὸς αἰτία ἐστὶν ἡ ὕλη; Οὐ μᾶλλόν τι κακοποιὸς ἢ ἀγαθοποιὸς, οὕτω γε δείκνυται. Ἔστω γὰρ ἡ ἀρχὴ τῆς ἀλλοιώσεως ἀπὸ τοῦ κακοῦ. Οὐκοῦν οὕτως ἀπὸ τούτου διὰ τῶν ἀδιαφόρων ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν ἡ ἀλλοίωσις. Ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ. Πάλιν τοίνυν διὰ τῶν ἀδιαφόρων ἡ ἀρχή. Εἴτ' ἐπὶ τόδε τὸ ἄκρον εἴτ' ἐπὶ τὸ ἕτερον ἡ κίνησις, ὁ αὐτὸς λόγος· ταῦτα ἐκ περιουσίας λέγεται.

C Materia alterationis ratione causa est malefica ? Non magis maleficam esse, quam beneficam inde probatur. Sit enim alterationis principium a malo. Sic igitur ab hoc, per ea quæ medii generis sunt, alteratio est ad bonum. Verum esto a bono. Rursus igitur per ea quæ medii generis sunt, est principium. Sive ad unum extremum, sive ad alterum sit motus, eadem est ratio ; atque hæc ex abundanti dicuntur.

Πᾶσα μὲν γὰρ κίνησις περὶ τὸ ποσόν· κακίας δὲ καὶ ἀρετῆς ἡγεμὼν ἐστιν ἡ ποιότης. Ταῦτα δὲ ὅτι καὶ τῷ γένει διώρισται, ἴσμεν. Πότερον δὲ μόνον ὁ Θεὸς καὶ ἡ ὕλη ἐστὶν ἀρχαὶ, ἤ τι ἕτερον ἀπολείπει, ὃ τούτων ἐστὶν ἐν μέσῳ; Εἰ μὲν γὰρ μηδέν ἐστιν, ἄμικτα ταῦτα ὑπολείπεται πρὸς αὐτά· καλῶς γὰρ λέγεται, ὅτι, ἵνα τὰ ἄκρα μιχθῇ, δεῖ τι εἶναι ἐν μέσῳ, ὅπως ταῦτα συνδέῃ· εἰ δέ τι ἕτερον ὑπάρχει, ἀνάγκη πάλιν εἶναι ἢ ἀσώματον ἢ σῶμα· ὥστε τριττὴ ἀρχὴ ἐπεισόδιος γέγονεν.

Omnis motus circa quantitatem versatur : porro qualitas vitii dux ac virtutis exsistit. Scimus autem hæc etiam genere distingui. Num vero Deus duntaxat materiaque principia ; an aliquid aliud superest, quod horum medium exsistat ? Siquidem autem nihil est, manent hæc inter se incommista. D Recte enim dicitur : si quidem extrema misceantur, necesse est esse aliquid in medio, quod illa connectat. Sin autem aliud quid exsistit, necesse rursus aut incorporeum aut corpus esse ; atque adeo tertium adventitium principium emersit.

Πρότερον δὲ εἰ ὅλως ὁ Θεὸς καὶ ἡ ὕλη ἀσώματα ἑκάτερα, οὐδέτερον ἐν οὐδετέρῳ, πλὴν εἰ μὴ ὡς γραμματικὴ ἐν ψυχῇ· τοῦτο δὲ ἄτοπον ἐπὶ Θεοῦ καὶ Ὕλης ἐπινοεῖν. Εἰ δὲ ὡς ἐν κενῷ, ὥς τινες λέγουσι, τὸ κενὸν τῷ παντὶ περικεχῶσθαι· τὸ ἕτερον πάλιν ἀνυπόστατον. Οὐσία γὰρ τοῦ κενοῦ τὸ μηδέν. Εἰ δὲ ὡς συμβεβηκότα, πρῶτον μὲν ἀδύνατον τοῦτο· οὐσίας γὰρ ἄμοιρα ὄντα, οὐδαμοῦ εἶναι δύναται.

Primum itaque si Deus et materia ambo prorsus incorporea ; neutrum in altero, præterquam quod sicut grammatica est in anima. Hoc autem in Deo et materia intelligere, absurdum est. Si autem ut in vacuo, ut quidam loquuntur, vacuum universo huic circumfusum esse ; alterum rursus substantia caret. Vacui enim substantia nihil est. Sin autem ut accidentia, primum quidem ea res impossibilis

est. Quæ enim substantia carent, nullo usquam loco possunt esse. Est enim substantia quasi vehiculum accidentibus subjecta. Quod si ambo corpora, necesse est utraque aut gravia esse, aut utraque levia, aut media; aut alterum quidem grave, alterum leve, aliud medium. Sive igitur utraque gravia, sic plane necesse est hæc eadem et in levibus esse, et in iis quæ sunt media: sive dissentanea sint, aliud omnino secretum erit ab alio. Alium enim sibi grave locum vindicat, atque aliud quod medium est, aliud leve. Alii nimirum locus sursum competit; alii, deorsum; alii, quod situ medium est. Ejus vero quod sphæricæ figuræ est, locus infimus, medium est. Ab illo enim ad omnia excelsiora ad supremam usque superficiem undequaque est distantia. Cunctaque rursus gravia, undequaque in ipsum feruntur. Quocirca etiam ridere subiit, audienti: *Materiam, dum incomposite movetur ac inordinate* (id enim illi ex natura est) *ad Dei evasisse regionem, sive ad lucem et claritatem*, ejusque generis omnia.

A Ὄχημα γὰρ ὥσπερ ἐστὶν ὑποβεβλημένον τοῖς συμβεβηκόσιν ἡ οὐσία. Εἴ τε σώματα ἑκάτερα, ἀνάγκη ἢ ἄμφω βαρέα εἶναι, ἢ ἄμφω κοῦφα, ἢ μέσα· ἢ τὸ μὲν βαρὺ, ἢ τὸ δὲ κοῦφον, ἢ τὸ δὲ μέσον. Εἴτε οὖν ἑκάτερα βαρέα, σύμπασα οὕτως ἀνάγκη εἶναι τάδε αὐτὰ καὶ ἐπὶ τῶν κούφων καὶ ἐπὶ τῶν μέσων· εἴτε παραλλάττοιτο, τὸ ἕτερον πάντως τοῦ ἑτέρου ἔσται κεχωρισμένον. Ἄλλος γὰρ τῷ βάρει, καὶ ἄλλος τῷ μέσῳ καὶ τῷ κούφῳ τόπος· τῷ μὲν γὰρ τὸ ἄνω, τῷ δὲ τὸ κάτω, τῷ δὲ τὸ μέσον. Παντὸς δὲ σφαιροειδοῦς τὸ κάτω μέσον ἐστίν· ἀπὸ γὰρ αὐτοῦ πρὸς πᾶν τὸ μετέωρον ἄχρι τῆς ἄνω ἐπιφανείας πάντοθέν ἐστιν ἡ ἀπόστασις. Καὶ πάντα πάλιν τὰ βαρέα πανταχόθεν φέρεται ἐπ' αὐτό. Διὸ καὶ γέλωτός μοι ἐπῆλθεν ἀκούσαντι, ὅτι *κινουμένη ἡ ὕλη ἀτάκτως* (τοῦτο γὰρ αὐτῇ B κατὰ φύσιν) *εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ ἀφίκετο χώραν*, ἢ *ἐς φῶς καὶ λαμπρὸν*, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα.

Si autem aliud corpus, aliud incorporeum est: primum quidem quod corpus est, in solum mobile est. Præterea, siquidem incommista sunt unumquodque seorsum ab altero secundum propriam naturam est. Sin vero alterum alteri commistum est, aut anima, aut mens fuerint, aut accidens. Sic enim solummodo incorporea corporibus commisceri contingit.

Εἰ δὲ τὸ μὲν σῶμα, τὸ δὲ ἀσώματον, πρῶτον μὲν ὃ ἐστι σῶμα, μόνον κινητόν ἐστιν· ἔπειτα δὲ, εἰ μὲν ἄμικτα, ἐστὶν ἑκάτερον χωρὶς ἑκατέρου κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν· εἰ δὲ μέμικται τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ, ἢ ψυχὴ ἢ νοῦς ἢ συμβεβηκὸς ἂν εἴη. Οὕτω γὰρ μόνον τὰ ἀσώματα τοῖς σώμασι πάρεστι μίγνυσθαι.

CAP. IX. *Ridicula Manichæorum materiæ in Deum motus deliria. Deus, materiæ auctor rebellionis, sensu Manichaico. Materiæ appetitio lucis et splendoris, bona. Bona divina nihil ex commercio minora.*

Sed quonam modo in Dei regionem ac sedem, quave ex causa invecta est? illi quidem ex natura est locus deorsum et tenebræ, ut loquuntur; præter naturam vero locus sursum et lux. Quamobrem, motus ei tunc præternaturalis fuit. Eique ejusmodi aliquid accidit, ac si quis lapidem aut glebam terræ sursum projecerit; qua utique ratione ea res projicientis impetu paululum levata, cum sursum evaserit, in eumdem locum decidit ac ruit. Quisnam igitur materiam ad supernum locum levavit? Sane quidem suis meritis, ac ex se ipsa, eo motu haud moveatur qui ejus ipse exsistat. Necesse vero est vim ei illatam esse ut sursum ferretur, haud secus ac lapidi et glebæ. Verum nihil illi cum ea relinquunt, præter Deum. Manifestum igitur quid inde conficiatur: Deum scilicet, ut ipsi existimant, vi ac necessitate, ipsum ad se materiam sublimem levasse.

C Ἀλλ' ὅπως ἠνέχθη εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ χώραν, ἢ ἐκ ποίας αἰτίας; κατὰ φύσιν μὲν γὰρ αὐτῇ τὸ κάτω καὶ τὸ σκότος, ὥς φασι, παρὰ φύσιν δὲ τὸ ἄνω καὶ τὸ φῶς· ὥς γε παρὰ φύσιν τότε γέγονεν αὐτῇ ἡ κίνησις. Καὶ τοιοῦτόν τι πέπονθεν, οἷον εἰ λίθον τις ἢ βῶλον γῆς εἰς τὸ ἄνω ῥίψειεν· δι' ὃ δὴ, ὀλίγον τὰ τοιαῦτα κουφισθέντα ὑπὸ τῆς τοῦ ῥίψαντος βίας, μετέωρα γεγονότα, εἰς τὸν αὐτὸν καταφέρεται τόπον. Τὴν οὖν ὕλην τίς ἐκούφισεν εἰς τὸν ἄνω τόπον; Δι' αὑτὴν μὲν γὰρ καὶ ἐξ αὑτῆς οὐκ ἂν κινοῖτο ταύτην τὴν κίνησιν, αὐτῆς ὑπάρχουσαν. Δεῖ δὲ αὐτὴν ὑπομεῖναι βίαν, ἵνα εἰς τὸν ἄνω τόπον μετεωρισθῇ, καθάπερ ὁ λίθος καὶ ἡ βῶλος. Ἀλλ' ἕτερον μὲν οὐδὲν σὺν αὐτῇ ἀπολείπουσι, τὸν Θεὸν δέ. Φανερὸν οὖν τὸ ἐκ τοῦ λόγου συμβαῖνον· ὅτι, κατ' αὐτοὺς, ὁ Θεὸς βίᾳ D καὶ ἀνάγκῃ ταύτην μετέωρον ἐποίησεν ὡς αὐτόν.

Atqui, si malum materia est, omnino etiam malæ sunt ejus appetitiones. Est vero mali appetitio mala; boni vero atque honesti, ipsa valde honesta. Siquidem igitur materia quod splendidum est lucemque concupivit, haud mala ejus cupiditas est; ut neque si quis vitiose vitam traducens, postea tandem virtutis desiderio exarserit. Secus vero, haud vacat crimine, si quis studiosus in mali desiderium venerit. Velut si quis dicat, Deum quæ materiæ competunt, mala appetere. Nec enim Dei bona talia æstimanda sunt, qualia sunt multæ opes et la-

Καὶ μὴν, εἰ κακὸν ἡ ὕλη, πάντως που εἰσὶν αὐτῆς καὶ ὀρέξεις τοιαῦται. Ἔστι δὲ ἡ μὲν τοῦ κακοῦ ὄρεξις φαύλη· ἡ δὲ τοῦ καλοῦ πάνυ σπουδαία. Εἰ δὲ τοῦ λαμπροῦ καὶ τοῦ φωτὸς ἐπεθύμησεν ἡ ὕλη, οὐ φαύλη ἡ ἐπιθυμία· καθάπερ οὐδὲ εἰ ἐν κακίᾳ τις ζῶν, μετὰ ταῦτά ποτε ἐπιθυμήσειεν ἀρετῆς. Τοὐναντίον γὰρ, ἐν ἐγκλήματι τὸ σπουδαῖόν τινα τοῦ φαύλου εἰς ἐπιθυμίαν ἐλθεῖν· καθάπερ ἂν εἰ τὸν Θεὸν φαῖεν ὀρέγεσθαι τῶν τῇ ὕλῃ προσόντων κακῶν. Οὐ γὰρ δὴ τὰ τοῦ Θεοῦ ἀγαθὰ τοιαῦτα ὑποληπτέον, οἷόν ἐστιν ὁ πλοῦτος καὶ ἡ πολλὴ γῆ, καὶ ὁ πολὺς χρυσὸς,

ὧν ἐλάττων γίνεται τῷ κεκτημένῳ ἡ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων εἰς ἕτερον μετάστασις. Ἀλλ' εἴ τινα τούτων ὅλως εἰκόνα ἐπινοῆσαι δεῖ, τὴν σοφίαν, οἶμαι δὲ καὶ ὡς ἄν τις παραβάλοι καὶ τὰς ἐπιστήμας. Ὥσπερ οὖν οὔτε ἡ σοφία ἐλαττοῦται οὔτε ἡ ἐπιστήμη, οὔτε οἱ αὐτὰς ἔχοντες, ἂν ἕτερος τῶν αὐτῶν μεταλάβῃ· οὕτως οὔτε τὸν Θεὸν εὔλογον φθονῆσαι τῇ ὕλῃ τῆς τοῦ καλοῦ ὀρέξεως· εἰ δὴ κατὰ αὐτοὺς ὠρέχθη τούτου.

A tifundia ingensque auri vis, quorum minores domino cedunt partes, si quis in alterum ab eo transtulerit. Sed si quod omnino horum simulacrum animo informandum sit, sapientiam, puto vero et scientias, in exemplum adduxerit. Quemadmodum igitur neque sapientia minuitur neque scientia, nec qui illis præditus est damni aliquid facit, quod aliquis horum particeps effectus fuerit: sic neque ratio satis favet, ut existimemus Deum materiæ invidisse appetitionem boni honestique; dum juxta illos, appetiisse ipsum dederimus.

Cap. X. *Deorum mythologica: iisque similia Manichæi placita. Homericæ Theomachiæ allegoria. Æmulatio et invidia in Deo, Manichæorum sententia. Vitia hæc in nullo studioso, probraque admittenda.*

Πολὺ δὲ τοὺς μυθοποιοὺς ὑπερβεβλήκασι, τοὺς ἢ τὰ τοῦ Οὐρανοῦ αἰδοῖα τέμνοντας, ἢ τὰς ἐπιβουλὰς κατὰ τοῦ Κρόνου ὑπὸ τοῦ υἱοῦ συντιθέντας, ἵνα αὐτὸς κατάσχῃ τὴν ἀρχήν· ἢ ποιοῦντας πάλιν τὸν Κρόνον τοὺς υἱοὺς καταπίνειν· εἶτα διαμαρτάνοντα διὰ τῆς τοῦ λίθου εἰκόνος. Πῶς γὰρ τὰ λεγόμενα ὑπ' αὐτῶν οὐ τοιαῦτα; ὅτ' ἂν πόλεμον ἄντικρυς τῆς ὕλης πρὸς τὸν Θεὸν ὑφηγήσωνται· καὶ μηδὲ ταῦτα μέντοι δι' ὑπονοίας λέγωσι, καθάπερ Ὅμηρος, χαίρειν τὸν Δία ἐπὶ τῷ τῶν θεῶν πολέμῳ πρὸς ἀλλήλους ἐν *Ἰλιάδι*, αἰνιττόμενος τὸ ἐξ ἀνομοίων τὸν κόσμον συγκεῖσθαι, ἡρμοσμένων πρὸς ἄλληλα, καὶ νικώντων τε καὶ νικωμένων. Καὶ ταῦτά μοι εἴρηται, ἐπειδὴ γιγνώσκω τοὺς τοιούτους, ἐπειδὰν ἀποδείξεων ἀπορῶσιν, ἔνια πανταχόθεν ἀπὸ τῶν ποιήσεων συμφέροντας, καὶ ἀπολογίαν ταῦτα ὑπὲρ τῶν ἰδίων δοξῶν ποιουμένους. Οὐκ ἂν δὲ ταῦτα ἐπεπόνθεισαν, εἰ μετά τινος φροντίδος ὡτινι δήποτε ἐνετύγχανον.

Longe porro mythologos fabulis superarunt, eos nimirum qui aut Cœli virilia putent, aut adversus Saturnum a filio structas insidias, ut sibi ipse im-
B perium arriperet, commenti sint; aut qui rursus Saturnum filios vorare faciant, tumque frustratum consilio ex lapidis objecto simulacro. Quomodo enim, quæ ab eis dicuntur, non his similia? cum palam materiæ cum Deo bellum referant; ac neque hæc spiritali sensu ac mythologico dicant, velut Homerus in *Iliade*, gaudere Jovem deorum inter se pugna ac bello, obscure significans, mundum ex inæqualibus conflatum esse, quæ alia aliis conserta tum vincant, tum victoria cadant. Atque hæc idcirco a me dicta sunt, quod sciam istiusmodi genus hominum, ubi eos probationes ac rationum momenta defecerint, quædam undique ex poetarum commentis congerere, atque hinc suis opinionibus præsidium, ac quo se illis tueantur, quærere. Quod
C ipsis haudquaquam evenisset, si majori quadam cura ac diligentia rem quidpiam legissent.

Καὶ μὴν πάντα μὲν τὰ κακὰ ἀπὸ τοῦ θείου χοροῦ ἀπελήλαται, ὁ ζῆλος δὲ μάλιστα καὶ ὁ φθόνος. Καταλείπουσι δὲ οὗτοι αὐτὰ παρὰ τῷ Θεῷ, ὅτ' ἂν φῶσιν αὐτὸν τὴν ἐπιβουλὴν κατὰ τῆς ὕλης συντάξαι, διότι δὴ τοῦ καλοῦ ἐπεθύμησε. Τίνι δὲ καὶ ὁ Θεὸς ὧν εἶχεν ἐβουλήθη τὴν ὕλην τιμωρήσασθαι; τὸ μὲν γὰρ ἁπλοῦν φάναι τὸν Θεὸν ἀκριβέστερον οἶμαι ἢ κατὰ τούτους. Ἔστι καὶ ἡ τῆς ἐννοίας τούτου ἀφήγησις, οὐχ ὡς περὶ τῶν ἄλλων, εὔκολος. Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς ἐνδείξασθαι αὐτὴν δυνατὸν, διὰ δὲ πολλῆς παιδεύσεως καὶ πόνου. Ἀλλὰ τοῦτό γε πάντες ἴσμεν, ὅτι ἡ ὀργὴ καὶ ἡ τῆς τιμωρίας κατὰ τῆς ὕλης ὄρεξις πάθη ἐστὶ, περὶ τὸν οὕτω διωκόμενον συνιστάμενα· ταῦτα δὲ οὐδὲ περί τινα σπουδαῖον γένοιτο ἂν τὰ παθήματα· μήτι γε περὶ τὸ ἀγαθὸν αὐτό.

Atqui, cum mala quidem omnia a divino choro exsulent, tum vel maxime æmulatio et invidia. Sinunt tamen hi apud Deum ista, dum dicunt Deum insidias struxisse adversus materiam, ea ratione quod bonum cupivisset. Quonam vero etiam Deus eorum quæ habebat, punire materiam voluit? Equidem accuratioris doctrinæ existimo ut Deus simplex dicatur, quam pro illorum ratione. Nec vero, ut in aliis, hujus etiam mentis facilis enarratio exsistit. Haud quippe simpliciter nudoque sermone eam demonstrare licet, sed multa disciplina atque opera. Cæterum omnes id scimus, iram ac furorem, ad-
D versusque materiam vindictæ appetitum, affectus esse et perturbationes (πάθη) circa eum quem sic illa persequatur, versantes: ejusmodi sane ut nec circa ullum qui virtute fultus sit, versari unquam contingat; tantum abest ut illis ipsum bonum subjaceat.

Cap. XI. *Missa virtus Manichaica. Materiæ virtutes, pari minorive malitia.*

Ἐφ' ἕτερα τοίνυν ἥκει πάλιν ὁ λόγος περιφερόμενος. Ἐπειδὴ γὰρ δύναμιν τὸν Θεὸν εἰς τὴν ὕλην καταπέμψαι φασὶ, σκοπεῖν ἄξιον, πότερον ἡ δύναμις αὕτη κατὰ τὸ ἀγαθὸν ἠλάττωται παρὰ τὸν Θεὸν, ἢ ὁμοίως εἶχεν. Εἰ μὲν γὰρ ἠλάττωται, τί τὸ αἴτιον; ὕλης μὲν γὰρ οὐδὲν μετεῖχε τῶν παρὰ Θεῷ· ἓν δὲ μόνον ἀγαθὸν εἰσάγει τὸν Θεὸν, καὶ ἓν κακὸν τὴν ὕλην· εἰ δὲ ὁμοίως εἶχε, τίνος ἕνεκα ὁ μὲν ὥσπερ

Ad alia igitur rursus tendit circumvolitans oratio. Quia enim misisse Deum virtutem in materiam dicunt, consideremus operæ pretium, utrum hæc virtus, ad boni rationem quod attinet, præ Deo minor esset, aut simili ratione haberet. Siquidem enim illa deficiebat minorque erat, quænam ratio? Nam quæ apud Deum, nullum materiæ admittunt commercium. Unum vero duntaxat bonum Deum

insignit, unumque malum materiam. Sin autem similiter habebant, quidnam causæ est, cur ipse velut rex quidam imperaret, ipsa vero laborem hunc invita subiret?

Quin ad materiam quoque quod attinet, quæretur, num mali ratione similes sint an minores virtutes? Nam si minores, prorsus minore malitia ac pravitate. Boni ergo commercio exsistant illæ. Cum enim duo mala sint, quod minus est, tale plane boni commercio nactum ut esset ac ita se haberet. At illi circa materiam nullum bonum relinquunt. Rursus igitur alia emergit quæstio. Nam si alia quædam virtus mali ratione materiæ præcellit quæ dominio polleat, ipsa principalior exsistit. Quod enim magis malum, ipsum illius imperio polleat.

A τις βασιλεὺς ἐπέταττεν, ἡ δὲ τὸν πόνον τὸν ἀκούσιον ἀνέτλη τοῦτον;

Καὶ ἐπὶ τῆς ὕλης δὲ ζητηθήσεται, πότερον εἰς τὸ κακὸν ὅμοιαι ἢ ἐλάττους δυνάμεις; Εἰ γὰρ ἐλάττους, πάντως τε κακίας ἐλάττους· μετοχῇ ἄρα τοῦ ἀγαθοῦ αὗται ἂν γένοιντο. Δύο γὰρ ὄντων κακῶν, τὸ ἧττον τοιοῦτον κατὰ μετάληψιν τοῦ ἀγαθοῦ πάντως που οὕτως ἔσχηκεν. Ἀγαθὸν δὲ οὐδὲν περὶ τὴν ὕλην ἀπολείπουσι. Πάλιν τοίνυν ἀπορία ἑτέρα. Εἰ γάρ τις ἄλλη δύναμις τῷ κακῷ ὑπερβάλλει τὴν ἡγεμονεύουσαν ὕλην, αὕτη ἐστὶν ἡγεμονικωτέρα· τὸ γὰρ μᾶλλον κακὸν τῆς ἀρχῆς τῆς κατ' αὐτὴν ἡγοῖτο.

CAP. XII. *Improbata virtutis immissione, mali destructio; quod mali ex ea nulla minutio. Expuncta Zenonis opinio, solis igne orbem esse conflagraturum.*

Misisse autem Deum virtutem in materiam, dicitur quidem nulla probatione; ac quod omni prorsus probabilitate careat. Par tamen est, ut et ipsum pari ratione suis sermonibus ac explicatione gaudeat. Hujus sane causam hanc esse dicunt, ut nullum sit malum, sed omnia bona. Decebat enim virtutem materiæ misceri, athletarum more, qui congressu implexuque adversarios superant; quo scilicet mali victoria, ipsum aboleretur. Longe vero augustius arbitror, Deique excellentia dignius, primo statim existentium cogitatu materiam sublatam esse. Haud tamen puto rem admiserunt, quod nunc quoque malum quidpiam exsistat, quod materiam vocant. Res vero nihil magis cessare ac aboleri possibile est, quæ tales sint, ne quis in deterius quædam mutari admiserit. Decebat enim hujus quemdam sensum fieri, quod nempe hæc mediocriter quovis sane modo imminuta essent, ut et in posterum meliores nobis spes suppeterent. Pulchre enim in Zenonis Citiei sententiam dictum est, qui rerum universitatem igni conflagraturam, sic argueret, *Quiquid habet quod urat, non cessaverit, donec totum comburat; solque ignis est, nec quod habet, comburet?* Ex quo conficiebat, ut sibi videbatur, rerum hanc universitatem igni exurendam esse. Ad quem facetiorum quemdam dixisse ferunt. *Atqui ego heri, et ante annum, ac diu ante vidi, nuncque similiter video, nullam labem solis ignem attulisse. Decebat cum tempore paulatim rem fieri, ut quandoque universum hoc conflagraturum crederemus.* Quin ad Manichæi quoque doctrinam, quanquam nulla nititur fide ac ratione, eadem puto responsio congruat, nihil hæc decrementi fecisse: sed et fuisse prius, ejus temporibus, qui mortalium primus conditus est, cum frater fratrem sustulit, et nunc adhuc esse: eademque bella, et diversas magis cupiditates ac libidines. Decebat autem hæc, vel si non cessaverant, certe minuta esse, ut et quandoque tempore cessatura auguraremur. Dum autem eadem exinde perseverant, quænam spes futurorum?

B Τὸ δὲ, Κατέπεμψε ὁ Θεὸς δύναμιν ἐπὶ τὴν ὕλην, λέγεται μὲν μετ' οὐδεμιᾶς ἀποδείξεως· ἔστι δὲ πιθανὸν οὐδ' ὁπωστιοῦν. Χρὴ δὲ ὁμοίως καὶ αὐτὸ τυχεῖν τῶν οἰκείων λόγων. Τὸ μὲν γὰρ αἴτιον τούτου ἐκεῖνο εἶναι, ὅπως μηδὲν μὲν ᾖ κακὸν, ἀγαθὰ δὲ πάντα. Ἔδει μιχθῆναι τὴν δύναμιν τῇ ὕλῃ, κατὰ τοὺς ἀθλητὰς, τοὺς ἐν τῷ συμπλέκεσθαι καταγωνιζομένους τοὺς ἀντιπάλους, ἵνα, κρατήσασα τοῦ κακοῦ, παύσῃ αὐτὸ τοῦ εἶναι. Πολὺ δὲ οἶμαι σεμνότερον, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ ὑπεροχῆς ἐπάξιον, τὸ ὁμοῦ νοήματι τῶν ὄντων ἀφανίσαι τὴν ὕλην. Ἀλλ' οἶμαι, τοῦτο οὐκ ἀπεδέξαντο, διὰ τὸ καὶ νῦν κακόν τι ὑπάρχειν, ὃ τὴν ὕλην εἶναί φασι. Τὰ πράγματα δὲ οὐδὲν μᾶλλον δύναται παύσασθαι ὄντα τοιαῦτα, ἵνα τις τὸ μὴ μεταβάλλεσθαι εἰς τὰ χείρω ἔνια συγχωρήσῃ. Ἔδει δέ C τινα αἴσθησιν γενέσθαι τούτου, ὅτι μετρίως ὅπως δήποτε ἐμειώθη ταῦτα, ἵνα καὶ τὰς εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδας βελτίους ἔχωμεν. Καλῶς γὰρ δὴ πρὸς τὸν Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως εἴρηται λόγον, ὃς τὸ πᾶν ἐκπυρωθήσεσθαι λέγων, *Πᾶν τὸ καῖον ἔχον οὐ παύσῃ ἕως ὅλον καύσῃ· καὶ ὁ ἥλιος πῦρ ἐστι, καὶ ὃ ἔχει οὐ καύσει;* Ἐξ οὗ συνήγετο, ὡς ᾤετο, τὸ πᾶν ἐκπυρωθήσεσθαι. Πρὸς ὃν τις τῶν χαριεστέρων εἰρηκέναι λέγεται· *Ἀλλ' ἐγώ τοι χθὲς, καὶ πρὸ ἐνιαυτοῦ, καὶ πρὸ πλείονος χρόνου εἶδον, καὶ νῦν ὁμοίως ὁρῶ, οὐδὲν ὑπὸ τοῦ ἡλίου πεπονθός. Χρῆν δὲ σὺν χρόνῳ κατ' ὀλίγον γενέσθαι τοῦτο, ἵνα καὶ ὅτι ποτὲ ἐκπυρωθήσεται τὸ ὅλον πιστεύσωμεν.* Καὶ πρὸς τὸν Μανιχαίου δὴ λόγον, καίτοι D σὺν οὐδεμιᾷ πίστει ῥηθέντα, ἡ αὐτὴ, οἶμαι, ἀπόκρισις· ὅτι Ἀλλ' οὐδὲν ἐμειώθη ταῦτα· ἀλλὰ καὶ πρότερον ἦν ἐπὶ τοῦ πρώτου γενομένου ἀνθρώπου, ὅπου ἀδελφὸς ἀδελφὸν ἀπόλλυσι, καὶ νῦν ἔτι ἐστί· καὶ πόλεμοι οἱ αὐτοὶ, καὶ ποικιλώτεραι ἐπιθυμίαι. Χρῆν δὲ, εἰ καὶ μὴ πεπαῦσθαι, μεμειῶσθαι γ' οὖν ταῦτα, ἵνα οἰηθήσωμεν, ὅτι καὶ παύσηταί ποτε σὺν τῷ χρόνῳ. Ὄντων δὲ τῶν αὐτῶν ἐκεῖθεν, τίς ἡ πίστις τῶν εἰς τὸ μέλλον;

CAP. XIII. *Malum minime in sideribus et stellis. Mala vitæ omnia Manichaice vana, quæ vitæ inducant interitum : delirio supra exposito transvectionis animarum ex luna ad solem.*

Τίνα δὲ καὶ τὰ κακὰ εἶναι λέγει; Περὶ μὲν γὰρ τὸν A ἥλιον καὶ τὴν σελήνην οὐδὲν ἀπολείπει· περὶ δὲ τὸν οὐρανὸν καὶ τοὺς ἀστέρας, εἴ τι τοιοῦτον εἶναί φησι, καὶ τί ποτ' ἐστὶ τοῦτο, εὔλογον ἐφεξῆς ζητεῖν. Ἀλλ' ἡ μὲν ἀταξία κατ' αὐτούς ἐστι τὸ κακὸν καὶ ἡ ἄτακτος κίνησις· ταῦτα δὲ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχει· καὶ οὔτε τινά τις τῶν πλανωμένων αἰτιάσεται, ὡς παρὰ τὸν τεταγμένον χρόνον ἐπιμεῖναί ποτε ζωδιακῷ ἀξιώσαντα, οὔτε τῶν ἀπλανῶν, ὡς οὐκέτι τῆς αὐτῆς μένοντα ἕδρας καὶ μὴ συμπεριπολοῦντα τῇ τοῦ παντὸς περιφορᾷ, ἐν ἑκατὸν ἔτεσι μίαν μοῖραν ἐπὶ τὰ ἑπόμενα κινούμενα. Ἐν γῇ δὲ εἰ τὸ ἀνήμερον ἐνίων χωρίων αἰτιᾶται, ἢ μέμφονται οἱ κυβερνῆται ἐν τῇ θαλάσσῃ χειμῶνας· πρῶτον μὲν κατ' αὐτοὺς τῆς τοῦ ἀγαθοῦ μοίρας τὰ τοιαῦτα. Εἰ γοῦν ἐπὶ γῆς μηδὲν φύοιτο, τάχιστα ἂν ἀπόλοιτο B πάντα τὰ ζῶα. Τοῦτο δὲ πολὺ τῆς ἐναπειλημμένης τῇ ὕλῃ δυνάμεως πρὸς τὸν Θεὸν παραπέμψαι δύναται· καὶ πολλὰς σελήνας δεήσει γενέσθαι, ἵνα ἀθρόως χωρῆσαι δυνηθῶσι τοσαύτας προσπελαζούσας ψυχάς. Τὰ δὲ αὐτὰ καὶ περὶ τὴν θάλατταν. Ἕρμαιον γὰρ ἀπόλλυσθαι, ἵνα τάχιστα τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ὁδοῦ ἔχωνται ἀπολλύμενα. Οἱ δὲ πόλεμοι οἱ ἐπὶ γῆς, καὶ λιμοὶ καὶ πᾶν ὅ τι φθοροποιόν, ἐν πλείστῃ τιμῇ κατ' αὐτούς. Πᾶν γὰρ τὸ ἀγαθῶν αἴτιον τιμητέον. Ἀγαθοῦ δὲ αἴτια ταῦτα ἐκ τῆς συμβαινούσης φθορᾶς, ἂν πρὸς τὸν Θεὸν παραπέμπει τὴν διακρινομένην ἀπὸ τῶν ἀπολλυμένων δύναμιν.

Quænam vero etiam mala esse dicit? Ad solem quidem ac lunam quod attinet, deest nihil. Quod vero ad cœlum et stellas, si quid tale esse dixerit, ac quidnam tandem illud sit, æquum est ut sequentibus exquiramus. Enimvero, inordinatio, ut illi existimant, malum est, motusque inordinatus. Hæc autem secundum eadem atque eodem semper modo habent : nec ullam quis inerrantium stellarum vituperaverit, eo nomine, quod præter constitutum tempus in signifero circulo quandoque morari voluerit; neque fixarum, quasi non eadem sede situque manserit, nec universi circumlatione in orbem pariter roteiur, uno gradu retro acto ad sequentia motu, centum annorum spatio. In terra autem si quorumdam locorum agrorumque duram ac indomitam indolem accusaverit; aut gubernatores maris tempestatibus ac procellis offensi fuerint. Primum quidem ut illi sentiunt, talia, boni portionis sunt. Etenim nullo terræ germine exsistente, futurum sit, ut animalia omnia celerrime intereant. Id vero dum ita contigerit, ejus virtutis quæ materiæ implexa est, partem plurimam ad Deum transmittere possit : ac necesse erit plures lunas exsistere, ut tantam repente propinquantium animarum multitudinem capere possint. Nec aliter de mari loquendum sit. Lucrum enim insperatum perire, ut ea quæ intereunt, quam citissime quæ ad Deum ducit, viam teneant. Quæ autem in terra geruntur bella, famesque, ac si quid est quod interitu mergat, illorum sententia, maximo habendum honore est. Quidquid enim causa bonorum est, quod honore habeatur dignum est. Sunt vero hæc boni causa, ex interitu qui est illis comes, dum discretam ab his qui intereunt, virtutem ad Deum traducit.

CAP. XIV. *Ægyptiis culta animalia noxia. Homo artibus maleficus. Libidines et injustitiæ, legibus castigatæ et disciplina. Contingentia et necessaria, quibus nihil labis.*

Ἠγνοήκαμέν τε, ὡς ἔοικεν, ὅτι ἐν δίκῃ τὸν κροκό- C δειλον καὶ τὸν λέοντα καὶ τὸν λύκον τιμῶσιν Αἰγύπτιοι· ἐπειδὴ ταῦτα μάλιστα παρὰ τὰ ἄλλα ζῶα καρτερικώτατα ὄντα, καταναλίσκει σιτούμενά τε αὐτὰ καὶ πάντα τρόπον διαφθείροντα· καὶ τὸν ἀετὸν καὶ τὸν ἱέρακα ὅτι καὶ ταῦτα τῶν ἐν ἀέρι καὶ ἐπὶ γῆς ἀσθενεστέρων ζώων ἀναιρετικά. Τάχα δὲ κατ' αὐτοὺς ὁ ἄνθρωπος διὰ τοῦτο ἐν πλείστῃ τιμῇ, ὅτι μάλιστα πάντων ταῖς ἐπινοίαις καὶ ταῖς τέχναις πλεῖστα τῶν ζώων δαμάζειν εἴωθεν· ἵνα καὶ αὐτὸς μὴ ἀμοιρῇ τούτου τοῦ ἀγαθοῦ, βορὰ ἑτέρων γίνεται. Πάλιν οὖν αἱ γενέσεις ἄτοποι, κατ' αὐτούς, ἐκ μικροῦ καὶ τοῦ τυχόντος σπέρματος πᾶν μέγα τι ἀποτελοῦσαι· καὶ πολὺ κάλλιον κατ' αὐτοὺς ἀνῃρῆσθαι ταύτας ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἵνα ἂν σύντομος ἐγένετο ἀπαλλαγὴ τῆς ἐνταῦθα διατριβῆς τῆς δυνάμεως τῆς θείας. D

Ἀλλὰ τί καὶ πρὸς ἀκολασίας καὶ ἀδικίας, καὶ πᾶν ὁτιοῦν τοιοῦτον, φήσειέ τις ἄν, ὁ Μανιχαῖος ἐρεῖ; Οὐκοῦν πρὸς ταῦτα βοηθὸς δέδοται ἡ παίδευσις καὶ ὁ νόμος· ἡ μὲν παίδευσις ἐκφροντίζουσα τοῦ μηδὲ τοιοῦτόν τι περὶ τοὺς ἀνθρώπους συμβαίνειν· ὁ νόμος δὲ τιμωρούμενος τὸν ἁλόντα ἔν τινι τῶν ἀδικημάτων ὄντα.

Atque, ut videtur, nescivimus Ægyptios merito crocodilum colere et leonem et lupum, quod hæc maxime animalia præ reliquis robustiora, ipsam prædam vorant, omnique modo interimunt : aquilam quoque et accipitrem, quod et horum indoles sit, ut imbecilliora animalia in aere et super terram enecent. Forte vero etiam juxta illos homo eam ob rem maximo honore habetur, quod omnium maxime subtilibus inventis atque artibus, pleraque animalium domare solet. Ne vero et ipse hujus expers boni exsistat, aliorum ipse esca cedit. Rursus igitur absurdæ generationes, illorum sententia, quæ ex exiguo vilique spermate quidquid magnum est efficiant; præstatque, ut hi opinantur, a Deo interimi, quam nasci, ut divina virtus cito liberetur a mundi hujus incolatus molestiis.

Quid enimvero etiam ad libidines impudicitiasque ac injustitias, ac quidquid ejus generis est, dicat aliquis, dicturus Manichæus? Igitur ad hæc disciplina lexque suppetias veniunt. Disciplina quidem, in hoc diligenter incumbens, ne quid ejusmodi in hominibus contingat : lex vero puniens, si quis injustum aliquid admisisse deprehensus fuerit.

Deinde vero, quid est quod terræ vitio vertatur, quod eam subigere ac exercere agricola neglexerit? quod Dei principatus imminutus est, qui in justi ratione consistit, cum fuerint ejus quidem alia fructuum frugumque feracia; aliaque contraria qualitate prædita; aut cum ventis ruentibus, secundum aliam rationem, alios inde commodum sentire, alios vero etiam invitos mala quædam ferre contigerit? Nempe nesciant necesse est, quænam eorum indoles, quæ contingentia, et quæ necessaria sunt. Sic enim non talia prodigio verterent ac calumniarentur.

A Ἔπειτα δὲ τί τὸ ἔγκλημα τῆς γῆς, εἰ γεωργὸς ἀμελήσειε τοῦ ταύτην ἡμεροῦν; ὅτι ἠλάττωται ἡ τοῦ Θεοῦ ἀρχὴ, ἥτις ἐστὶ κατὰ τὸ δίκαιον, ὅτ' ἂν ᾖ τὰ μὲν καρπῶν γόνιμα, τὰ δὲ μὴ τοιαῦτα· ἢ φερομένων τῶν πνευμάτων καθ' ἑτέραν αἰτίαν, τοὺς μὲν ὠφελεῖσθαι, τοὺς δὲ καὶ ἀβούλητά τινα ὑπομένειν, συμβαίνῃ; ἀπείρους τούτους εἶναι τῆς τῶν ἐνδεχομένων φύσεως καὶ τῆς τῶν ἀναγκαίων. Οὕτω γὰρ οὐκ ἂν τὰ τοιαῦτα ἐτερατεύοντο.

Cap. XV. *Libido et cupiditas rerum sentientium. Dæmones. animalia sentientia. Sol item et luna, stellæ. Platonice, non Christiane.*

Unde igitur voluptas seu libido et cupiditas? Hæc enim maxime mala esse dicunt, oderuntque; nec materia aliud quidquam magis videatur. Sane quod hæc solum animalibus attineant quæ sensu prædita sunt, nullaque alia res quam quæ sentiunt, cupiditatem percipiat ac libidinem seu voluptatem, manifestum est. Quis enim stirpi voluptatis ac tristitiæ dolorisque sensus? Quisnam vero terræ, aquæ aut aeri? Dæmones vero, si quidem sunt animalia sensu prædita, eam forte ob rem constitutis sacrificiis ac legitimis delectantur, ægreque ferunt cum illa defuerint: cum nihil ejusmodi de Deo cogitari possit. Igitur qui dicunt: *Quidnam causæ est cur animalia voluptate afficiantur ac cupiditate?* prius inde querelam moveant, *Cur hæc sint sensu prædita, quæve causa sit cur cibo indigeant?* Ea sane animalia quæ immortalia erant, a corruptionis interitu augmentoque fuere liberata, cujusmodi sunt sol et luna et stellæ, quanquam sunt hæc etiam sensu prædita: extra tamen hæc sunt, nihilque huic criminationi obnoxia. Homo autem, cum et sensu uti valeat et judicare, sitque potentia sapiens (potestatem enim habet ut talis fiat), accepto quod proprium est, illud nimirum conculcat.

Πόθεν οὖν ἡδονὴ καὶ ἐπιθυμία; Ταῦτα γὰρ μά- B λιστα κακὰ εἶναι λέγουσι καὶ διαμεμισήκασι· τὴν ὕλην (4) οὐχ ἑτέρα μᾶλλόν ἐστιν. Ὅτι μὲν οὖν περὶ τὰ αἰσθητικὰ τῶν ζώων μόνων ἐστὶ ταῦτα, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἀντιλαμβάνεται ἐπιθυμίας καὶ ἡδονῆς ἢ τὰ αἰσθανόμενα, φανερόν. Ποία γὰρ αἴσθησις ἡδονῆς καὶ λύπης φυτῷ; ποία δὲ γῇ, ὕδατι ἢ ἀέρι; Οἱ δαίμονές τε, εἴπερ εἰσὶν αἰσθητὰ (5) ζῶα, διὰ τοῦτο ἴσως τοῖς νενομισμένοις περὶ τὰς θυσίας ἥδονται, καὶ ἀπολειπομένων δυσφοροῦσιν· οὐδενὸς τοιούτου περὶ Θεοῦ ἐπινοεῖσθαι δυναμένου. Οἱ δὴ λέγοντες· *Διὰ τί ἥδεται καὶ ἐπιθυμεῖ τὰ ζῶα;* αἰτιάσθωσαν πρότερον· *Διὰ τί ἐστιν αἰσθητικὰ ταῦτα; ἢ διὰ τί τροφῆς δεῖται;* Ἂν μὲν γὰρ ἦν ἀθάνατα ζῶα, καὶ φθορᾶς καὶ αὔξης ἀπήλλακται, οἷον ἥλιος καὶ σελήνη καὶ ἀστέρες, καίτοι ὄντα αἰσθητικά· ἐκτὸς δὲ τούτων C ἐστὶ καὶ τῆς τοιαύτης αἰτιάσεως. Ὁ δὲ ἄνθρωπος, καὶ αἰσθέσθαι καὶ κρίνειν δυνάμενος, καὶ δυνάμει σοφὸς (ἔχει γὰρ δύναμιν τοιοῦτος γενέσθαι), ἀπολαβὼν τὸ ἴδιον δὴ, καταπατεῖ.

Cap. XVI. *Quod sapientes aliqui, nihil vetat et alios esse. Diligentia et studio paranda virtus. Saniore philosophia homines ad bonum provehendi. Commune virtutis stadium a Christo omnibus apertum.*

Prorsus enim operæ pretium ex his viris quæramus: Nullusne hominum studiosus possit evadere, an aliquem contingat virtutem capessere? Ac si quidem nemo sapiens, quid ipse tandem Manichæus? Mitto enim non solum alios studiosos dicere; sed et alios idoneos, qui tales faciant, non adesse. Quod si omnino aliquis est, quid vetat omnes pariter studiosos evadere? Quod enim de uno, de omnibus quoque contingens est; et quorum opera quibusve mediis unus, iisdem et omnes virtutis arcem possint arripere: nisi quid plurimum virtutis ac potentiæ dicunt talibus intercludi.

Ὅλως γὰρ ἄξιον πυθέσθαι τούτων τῶν ἀνδρῶν, πότερον οὐδένα ἄνθρωπον δυνατὸν σπουδαῖον γενέσθαι, ἢ τινά γε ἐνδέχεται; Εἰ μὲν γὰρ οὐδεὶς σοφὸς, τί δήποτε αὐτὸς ὁ Μανιχαῖος; Ἐῶ γὰρ, ὅτι τοὺς ἄλλους οὐ μόνον σπουδαίους εἶναι λέγει· ἀλλὰ καὶ ἄλλους φησὶν ἱκανοὺς εἶναι τοιούτους ποιῆσαι. Εἰ D δ' ὅλως ἐστί τις, τί κωλύει καὶ πάντας γενέσθαι σπουδαίους; Ὃ γὰρ περὶ ἕνα, καὶ περὶ πάντας ἐνδέχεται· καὶ δι' ὧν καὶ εἷς, διὰ τούτων καὶ πάντες ἐνάρετοι ἂν γένοιντο· εἰ μή τί φασιν τῆς δυνάμεως πλεῖστον τοῖς τοιούτοις ἐναπολαμβάνεσθαι.

Rursus igitur primum: Quæ necessitas laboris ad capessendas disciplinas (liceat enim et dormiendo virtutem nancisci)? aut quæ causa est cur viri isti auditores suos potissimum in spem erigant parandæ honestatis atque virtutis? Nam etsi volutantes cum meretricibus, proprium bonum nancisci possint. Quod si disciplina meliorque institutio ac educatio,

Πάλιν τοίνυν πρῶτον μέν· Τίς χρεία τοῦ περὶ τὴν παίδευσιν πόνου (γενοίμεθα γὰρ ἂν καθεύδοντες σπουδαῖοι); ἢ διὰ τί μάλιστα τοὺς ἀκροωμένους αὐτῶν οἱ τοιοῦτοι ἄνδρες εἰς ἐλπίδας ἄγουσι τοῦ καλοῦ; Καὶ γὰρ καλινδούμενοι σὺν ταῖς ἑταίραις, τὸ οἰκεῖον ἔχειεν ἂν ἀγαθόν. Εἰ δὲ ἡ παίδευσις καὶ ἡ περιαγωγὴ ἡ βελτίων καὶ τὸ σπουδαῖον περὶ τὴν τῆς

(4) *Τὴν ὕλην.* Ἥ τε ὕλη.

(5) *Αἰσθητά.* Αἰσθητικά.

A ἀρετῆς ἀνάληψιν τοιοῦτον αὐτὸν ἐπειργάσαντο, πάντας γινέσθωσαν τοιοῦτοι, καὶ ἀνῄρηται ἡ θρυλλουμένη ὑπ' αὐτῶν τῆς ὕλης ἄτακτος κίνησις.

diligentiaque ac sedulitas percipienda virtute talem eum reddidere, omnes tales fiant, sublatusque est ab eis celebratus decantatissimusque inordinatus materiæ motus.

Πολὺ δὲ κάλλιον ἦν τὴν σοφίαν ὅπλον φάναι τοῖς ἀνθρώποις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δεδόσθαι, ἵν' ὅ ἐστιν αὐτοῖς διὰ τὸ αἰσθητικοῖς εἶναι ἐξ ἐπιθυμίας καὶ ἡδονῆς, τοῦτο κατὰ μικρὸν εἰς τὸ ἀγαθὸν περιάγουσα, τὸ ἑπόμενον ἄτοπον ἐξ αὐτῶν ἀνέλῃ· οὕτως γὰρ οὗτοί τε, ἀρετὴν ἐπαγγελλόμενοι διδάσκειν, ζηλωτοὶ ἂν ἦσαν τῆς προθέσεως καὶ τοῦ βίου· πολλή τε ἂν ἦν ἐλπὶς τοῦ, ὅτι ποτὲ παύσεται τὰ κακὰ, πάντων γενομένων σοφῶν. Ὃ δοκεῖ μοι κατανενοηκέναι ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἵνα μὴ ἀπεληλαμένοι ὦσι τοῦ ἀγαθοῦ γεωργοί τε καὶ τέκτονες καὶ οἰκοδόμοι καὶ οἱ ἄλλοι B ἀπὸ τῶν τεχνῶν, κοινὸν συνέδριον καθίσαι πάντων ὁμοῦ· καὶ διὰ ἁπλῶν καὶ εὐκόλων διαλέξεων, καὶ εἰς Θεοῦ ἔννοιαν αὐτοὺς ἀπενηνοχέναι, καὶ τοῦ καλοῦ εἰς ἐπιθυμίαν ἐλθεῖν ποιῆσαι.

Longe vero præstaret, ut dicerent, sapientiam organum a Deo hominibus concessam, ut quod illis ex cupiditate et voluptate seu libidine molitum est, ea ratione qua sunt sensu præditi, hoc paulatim in bonum traducens, quod sequitur absurdum ab eis auferret. Sic enim ipsi, qui se virtutis doctores profiteantur, ex proposito vitaque æmulandi essent; magnaque spes affulgeret, fore ut quandoque mala cessarent, cum omnes sapientes evasissent. Idque adeo, Jesus mihi considerasse videtur; ac ne plebs rusticana, agricolæ, fabri, cæmentarii, reliquique artifices et mechanici a bono extorres essent, commune omnium simul conflasse concilium; ac simplicis facilisque alloquii dissertationibus, tum in Dei eos sensum extulisse, tum in boni honestique desiderium adduxisse.

Cap. XVII. *Exagitata Manichaica virtus in Materia. Si una virtus creata sine Materia, et reliquæ. Virtus in materia explosa.*

Ἀλλὰ γὰρ πώποτε λέγεται τὸ καταπέμψαι τὴν δύναμιν τὴν θείαν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὴν ὕλην; Εἰ μὲν γὰρ ἦν ἀεὶ, καὶ οὔτε ὁ Θεὸς πρότερος αὐτῆς ἐπινοεῖται, οὔτε ἡ ὕλη, τρεῖς πάλιν οὕτως εἰσὶν ἀρχαὶ κατὰ τὸν Μανιχαῖον· τάχα δὲ καὶ πάμπολλαι φανήσονται ὀλίγῳ ὕστερον. Εἰ δ' ἐπιγενητή πως ἐστὶ, πῶς ὕλης ἄμοιρος αὐτή; Εἰ δὲ μέρος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, πρῶτον μὲν σύνθετον καὶ σωματικὸν ἀποφαίνουσιν οὕτως τὸν Θεόν· C τοῦτο δὲ ἄτοπον καὶ ἀδύνατον. Εἰ δὲ ἐποίησεν αὐτὴν, καὶ ὕλης ἄμοιρός ἐστι, θαυμάζω πῶς οὐκ ἐσκόπησαν, οὔτε οὗτος, οὔτε οἱ ἀπ' ἐκείνου, ὅτι, εἰ (ὃ λέγεται κατὰ τὴν ἀληθῆ δόξαν, ὅτι τὰ ἐφεξῆς, μένοντος τοῦ Θεοῦ, ὑποστάσεώς εἰσι,) τὴν δύναμιν ταύτην ἐποίησε βουληθεὶς ὁ Θεὸς, πῶς οὐχὶ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν γενομένων αἴτιος ἐγένετο, οὐδὲν ὕλης προϋπαρχούσης προσδεηθείς; Τὰ μὲν δὴ φαινόμενα ἄτοπα ἐκ τούτου τοιαῦτα, ἑπόμενα δὲ τὰ ἑξῆς.

Enimvero, quandonam aiunt Deum divinam virtutem misisse in materiam? Nam si semper erat, ac neque Deus prior illa intelligitur, neque materia; sic rursus ex Manichæi doctrina tria erunt principia. Forte vero etiam longe plurima paulo post videbuntur. Sin autem adventitia est et quæ postea exstiterit, quonam modo materiæ expers exsistit? Quod si Dei partem statuunt, primum quidem sic sentiendo Deum compositum corporeumque tradunt. Atqui hoc absurdum est nec usquam esse possit. Sin autem eam condidit, ac materiæ expers exsistit, miror quomodo non attenderint, nec ipse nec ejus discipuli, quod si (ut in vera sententia dicitur, quæ deinceps sunt, manente Deo, hypostases sunt) hanc Deus virtutem voluntate condidit, quomodo non etiam reliquorum omnium quæ facta sunt, auctor fuit, nulla ei necessaria materia, quæ ante exstiterit? Hæc enimvero quæ ex ea opinione, apparent absurda; quæ vero sequuntur, hic deinceps posita.

Ἀρά γε γὰρ φύσιν εἶχεν ἡ δύναμις ῥεῖν ἐπὶ τὴν ὕλην; Εἰ παρὰ φύσιν ἦν αὐτῇ τοῦτο, πῶς οὖν ἐμίχθη; D Εἰ δὲ κατὰ φύσιν ἦν αὐτῇ τοῦτο, πάντως που καὶ ἀεὶ σὺν τῇ ὕλῃ ἦν. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς κακὸν τὴν ὕλην προσαγορεύουσιν, μίγμα οὖσαν ἐξ ἀρχῆς πρὸς τὴν θείαν δύναμιν; Πῶς φθαρήσεται, μιχθείσης τῆς θείας δυνάμεως, πρὸς αὐτὴν ἀποχωρησάσης ποτέ; Ἔσωζε δὴ γὰρ τὰ καλὰ, καὶ ἑτέρου τινὸς ἀγαθοῦ αἰτία γίγνεσθαι οἷς ἂν παρῇ, εὔλογον, ἢ διαφθορὰν ἢ ἄλλο τι κακὸν ἕτερον ἐπάγειν αὐτοῖς.

Ergo hæc virtutis natura fuit atque indoles ut diffflueret in materiam? Si præter naturam erat, quonam igitur modo illi commista est? Sin autem ex natura, omnino plane et semper res illi cum materia erat, ac ipsi comes erat. Id autem si ita est, quid causæ est cur materiam malum vocitent, quæ a principio cum divina virtute commista, ejus nacta commercium est? Quonam vero modo etiam corrumpetur, divina virtute, quæ admista erat, ad se ipsam quandoque secedente? Quæ enim bona essent incolumia servabat, conveniens ut et alterius cujusdam boni, quibus adest, auctor exsistat, quam ut corruptionem vel aliud quodpiam malum illis inducat.

Cap. XVIII. *Manichæorum solutio et instantia. Scite ad hominem de Manete, qui ipse in materia.*

Τὸ μὲν γὰρ δὴ σοφὸν τὸ λεγόμενον ὑπ' αὐτῶν ἐκεῖνό ἐστιν· Ὅτι, ὥσπερ ὁρῶμεν, τῆς ψυχῆς τοῦ σώματος ἀποζευχθείσης, τὸ σῶμα αὐτὸ ἀπολλύμενον, οὕτω καὶ τῆς δυνάμεως ἀφείσης τὴν ὕλην, τὸ λει-

Eorum hic argutum responsum ac evasio; nempe, sicut videmus anima sejuncta a corpore corpus ipsum perire; sic etiam ubi virtus materiam, quod reliquum erit, ipsam videlicet materiam dissolutum

A iri ac perituram. Primum quidem non animadvertunt, fieri non posse ut ulla res in non ens corrumpatur. Non ens enim non est. Dissipatis autem corporibus, ac cum eis mutatio quædam acciderit, dissolvuntur; adeo ut partim in terram cedant, partim in aerem, partimque in aliud quidpiam.

Præterea non meminerunt, docere illos materiam motum inordinatum esse. Quod autem sui ipsum ratione movetur, et cujus essentia motus est, nec per accidens illi competit, quanam fiat ratione, ut abscedente virtute, id quod erat, ante etiam quam virtus in ipsum descenderet, esse desinat? Nec vident differentiam, quod omne corpus expers animæ, immobile sit. Nam et stirpes animam habent vegetabilem. Ipsum vero motum, quantumvis inordinatum, materiæ dicunt esse substantiam. Ac vero B erat melius, velut in dissonante lyra, accedente harmonia initoque concentu, quidquid erat, musice consertum modulatumque efficitur: sic nimirum divinam virtutem inordinato admistam motui, quem ipsi materiam sentiunt, pro eo quod ornatu carebat, quemdam illi ornatum adjecisse, ac semper adjicere, ejusmodi scilicet qui divino rite congruat tempori. Nam quæso, quandonam tandem ipse Manichæus, ut de his tractaret idoneus fuit, ac quando demum isthæc enarravit? Nam et ipsum materiæ tunc migma et virtutis in ea receptæ fuisse concedunt. Sive igitur, ita ut erat, hæc inordinato motu locutus est, quomodo non mala opinio? sive divina virtute anceps dubiumque dogma est: C ea ratione, qua est a divina virtute, veritatis commercio gaudens; qua vero ab inordinato motu, alterius partis commercio ad mendacium vergens, illique hærens.

πόμενον, ὅπερ ἐστὶν ἡ ὕλη, διαλυθὲν οἰχήσεται. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐχ ὁρῶσιν, ὅτι τῶν ὄντων οὐδὲν οἷόν ἐστιν φθείρεσθαι εἰς τὸ μὴ ὄν· τὸ γὰρ μὴ ὂν οὐκ ἔστι. Διασκεδασθέντων δὲ τῶν σωμάτων, καὶ μεταβολήν τινα σχόντων, διάλυσις γίνεται· ὥστε τὸ μὲν εἰς γῆν ἀπελθεῖν, τὸ δὲ εἰς ἀέρα, τὸ δὲ εἰς ἄλλο τι.

Ἔπειτα δὲ οὐ μέμνηνται, ὅτι κίνησιν ἄτακτον ὑποτίθενται εἶναι τὴν ὕλην. Τὸ δὲ δι' αὑτὸ κινούμενον, καὶ οὗ ἐστιν οὐσία ἡ κίνησις, ἀλλὰ μὴ κατὰ συμβεβηκὸς ὑπάρχει αὐτῷ, πῶς εὔλογον, τῆς δυνάμεως ἀπελθούσης, παύσασθαι τοῦ ὅπερ ἦν, πρὶν καὶ τὴν δύναμιν εἰς αὐτὸ κατελθεῖν; Οὐχ ὁρῶσι δὲ τὸ παραλλάττον, ὅτι πᾶν μὲν σῶμα, ψυχῆς ἄμοιρον, ἀκίνητον. Ἔχει γὰρ καὶ τὰ φυτὰ τὴν φυτικὴν ψυχήν. Τῆς δὲ ὕλης αὐτὴν τὴν οὐσίαν κίνησιν εἶναι φασὶν, ἄτακτον μέντοι. Κάλλιον δὲ ἦν, καθάπερ ἐπὶ λύρας, ἀνάρμοστα μελῳδούσης, ἡ ἁρμονία ἐλθοῦσα τὸ πᾶν ἡρμοσμένον ἀπειργάσατο· οὕτω δὴ μιχθεῖσαν τὴν θείαν δύναμιν τῇ ἀτάκτῳ κινήσει, ὅπερ ἐστὶ κατ' αὐτοὺς ἡ ὕλη, ἀντὶ τῆς ἐνούσης ἀκοσμίας κόσμον τινὰ αὐτῇ ἐπιτεθεικέναι καὶ ἀεὶ ἐπιθεῖναι τοῦ θείου χρόνου ἐπάξιον. Ἐπεὶ πῶς ποτε αὐτὸς ὁ Μανιχαῖος περὶ τούτων ἐγένετο ἱκανὸς διαλαβεῖν, καὶ τὸ πότε αὐτὰ ἀφηγήσατο; ὡς γὰρ μίγμα γέγονε καὶ αὐτὸς τῆς ὕλης, καὶ τῆς ἐναπολημφθείσης αὐτῇ δυνάμεως, συγχωροῦσιν. Εἴτε οὖν, ὡς εἶχε, τῇ ἀτάκτῳ κινήσει ταῦτα ἔλεγε, πῶς οὐ φαύλη ἡ δόξα; εἴτε τῇ θείᾳ δυνάμει ἀμφίδοξον ἤδη τὸ δόγμα· τῷ μὲν ἀπὸ τῆς θείας δυνάμεως εἶναι μέτοχον ἀληθείας· τῷ δὲ ἀπὸ τῆς ἀτάκτου κινήσεως τοῦ ἑτέρου μέρους μετέχειν, μεθιστάμενον εἰς τὸ ψεῦδος.

CAP. XIX. *Altera Manichæi Virtus, prioribus novisque absurdis petita. Virtus efficiens et patibilis, opifex et materiæ concreta. Corpora Manichæo tribus partibus digesta.*

Quod si dictum esset, divinam virtutem ornasse materiam atque ornare, longe sapientius esset, et ad fidem Manichæi doctrinæ ac sermonibus conciliandum conducibilius. Verumenimvero aliam Deus e supernis misit virtutem. Sane quidem quæ dicta sunt de priore virtute, de hac pariter communia sunt: omniaque absurda, conjuncta doctrinæ de prima illorum virtute, eadem et impræsentiarum licet afferre. Aliud vero quis ferat? Quidni enim D Deus unam quamdam virtutem misit, quæ omnia posset? Cum mens humana sic ad omnia varia sit, ut eadem geometrica scientia, eademque astronomica et tectonica prædita sit, ac si quid ejus generis est; ad incitas Deus redactus est, nec invenire potuit talem virtutem, quæ illi ad omnia idonea esset, ut non prima atque secunda indigeret?

Utquid vero alia quidem virtus opificis, alia vim magis patientis habens ac recipientis, quo scilicet pronum illi beneque sit ut misceatur cum materia? Non enim hic causam ordinis boni video, adversusque ipsum excessus. Si malum erat, non erat in domo Dei. Cum enim Deus solummodo bonum,

Εἰ δὲ εἴρητο, ὡς ἡ θεία δύναμις τὴν ὕλην ἐκόσμησε καὶ κοσμεῖ, μακρῷ ἂν ἦν σοφώτερον, καὶ πρὸς ἀξιοπιστίαν τῶν Μανιχαίου λόγων συμβαλλόμενον μᾶλλον. Ἀλλὰ γὰρ ἑτέραν δύναμιν κατέπεμψεν ὁ Θεός. Ἃ μὲν δὴ εἴρηται περὶ τῆς προτέρας δυνάμεως, κοινὰ καὶ περὶ ταύτης ἐστί· καὶ ὅσα ἄτοπα ἕπεται τῷ λόγῳ τῷ περὶ τῆς πρώτης αὐτῶν δυνάμεως, ταῦτα καὶ νῦν ἔστι λέγειν. Τὸ δὲ ἄλλο τίς ἀνάσχοιτο; Διὰ τί γὰρ δὴ οὐ πάντα μίαν τινὰ δυναμένην δύναμιν κατέπεμψεν ὁ Θεός; Εἰ ἀνθρώπου νοῦς οὕτως ἐστὶ πρὸς πάντα ποικίλος, ὥστε ὁ αὐτὸς μὲν εἶναι γεωμετρικὸς, ὁ αὐτὸς δὲ ἀστρονομικὸς καὶ τεκτονικὸς, καὶ εἴ τι τοιοῦτον· Θεῷ δὲ ἄρα ἦν ἄπορον εὑρεῖν τοιαύτην δύναμιν, ἥτις αὐτῷ πρὸς πάντα ἦν ἱκανὴ, ἵνα μὴ πρώτης καὶ δευτέρας δέηται;

Διὰ τί δὲ ἡ μὲν δύναμίς ἐστι δημιουργικὴ, ἡ δὲ παθητικὴ μᾶλλον, ὡς καλῶς αὐτὴν ἔχειν πρὸς τὴν ὕλην κεράννυσθαι; Οὐχ ὁρῶ γὰρ πάλιν ἐνταῦθα τὸ αἴτιον τῆς τάξεως τοῦ καλοῦ (6) καὶ τῆς κατ' αὐτοῦ ὑπεροχῆς. Εἰ κακὸν ἦν, οὐκ ἦν ἐν τῷ τοῦ Θεοῦ οἴκῳ. Εἰ γὰρ μόνον καλὸν ὁ Θεὸς, καὶ μόνον κακὸν ἡ ὕλη,

(6) *Κακοῦ.*

μέσα τὰ ἄλλα καὶ μεταξὺ ἀνάγκη φάναι. Ἀλλ' εὑρίσκεταί τις ποιητὴς διάφορος περὶ τὰ μέσα, ὅτ' ἂν φῶσι τὴν μὲν δημιουργικὴν αἰτίαν, τὴν δὲ μικτὴν πρὸς τὴν ὕλην. Τάχα οὖν ἐστι τὸ προηγούμενον καὶ ἀποπροηγησάμενον τοῦτο, ὃ καὶ οἱ νεώτεροι λέγουσιν ἐν τῷ *Περὶ τῶν διαφορῶν* λόγῳ. Τῆς δὲ δημιουργικῆς, φασὶ, δυνάμεως ἐπιχειρησάσης τῆς κοσμοποιίας, ἀποκεκρίσθαι τῆς ὕλης τὸ μεῖναν ἐπὶ τῆς ἰδίας ἀρετῆς κἂν τῇ συμμίξει, καὶ γεγονέναι ἥλιον καὶ σελήνην· τὸ δὲ μετρίας μετειληφὸς κακίας, οὐρανὸν καὶ ἀστέρας. Λοιπὸν δὲ τὰ ἄλλα ἐντὸς τούτων περιειλῆφθαι ὡς ἔτυχεν, μίγματα ὄντα τῆς τε θείας δυνάμεως καὶ τῆς ὕλης.

A malumque solummodo materia exsistat, necesse est ut reliqua media dicamus et in medio constituta. Atqui invenitur diversus factor ac conditor circa ea quæ media sunt, cum dicant aliam causam opificem, aliam materiæ admistam. Forte igitur est primarium istud et quod a primario est, quod etiam dicunt recentiores in libro *De differentiis*. Cumque adeo opifex virtus ac cujus condendi vis mundi fabricam aggressa esset, secretum aiunt de materia quod in ipsa quoque mistione in sua propria manserat virtute, atque hinc solem et lunam exstitisse. Id vero quod modice parciusque vitium contraxerat ac malitiam, cœlum et stellas. Postremo autem reliqua intra hæc temere intercepta, B quæ mista sunt ex divina virtute et materia.

CAP. XX. *Divina virtus eidem Manichæo corporea et divisibilis. Divina virtus ipsa materia, quæ fiat omnia: inconveniens.*

Ἐγὼ δὲ παρὰ πάντα ταῦτα θαυμάζω, πῶς οὐκ αἰσθάνονται σωματικὴν ποιοῦντες τὴν θείαν δύναμιν, καὶ τέμνοντες καθάπερ τὰ μέρη. Διὰ τί γὰρ οὐχ ὡς ὕλη, καὶ ἡ θεία δύναμις ἤδη ἐστὶν παθητὴ καὶ διαιρετὴ διὰ πάσης αὐτῆς· καὶ τὸ μέν τι αὐτῆς γίνεται ἥλιος, τὸ δὲ σελήνη; Καθαρῶς γὰρ ταῦτα εἶναι φασὶ τῆς θείας δυνάμεως· τοῦτο δὲ ἦν ὃ ἐλέγομεν ἴδιον τῆς ὕλης εἶναι, τὸ μηδὲν οὖσαν καθ' ἑαυτὴν, δεχομένην δὲ τὰ σχήματα καὶ τὰς ποιότητας, πάντα γίγνεσθαι τὰ διωρισμένα. Εἰ οὖν ὡς ἀφ' ἑνὸς ὑποκειμένου τῆς θείας δυνάμεως μόνον γέγονεν ἥλιος καὶ σελήνη, ταῦτα δὲ ἕτερα, διὰ τί μὴ καὶ ἄλλο τι γένηται; Εἰ δὲ πάντα γενήσεται, τὸ συμβαῖνον φανερὸν, ὅτι ἡ θεία δύναμις ὕλη, καὶ αὐτὴ πρὸς τὰ σχήματα ποιουμένη. Εἰ δὲ οὐδὲν ἕτερον ἢ ἥλιος καὶ σελήνη τὰ ἐκ τῆς θείας δυνάμεώς ἐστι γενόμενα, τὰ ἐναπειλημμένα ἄρα πᾶσι τοῖς οὖσιν ἥλιός ἐστι καὶ σελήνη· καὶ ἕκαστος τῶν ἀστέρων ἥλιός ἐστι καὶ σελήνη· καὶ τὸ ἕτερον καὶ τῶν χερσαίων ζώων καθ' ἕκαστον καὶ τῶν πτηνῶν καὶ τῶν ἀμφιβίων. Ταῦτα δὲ, ὅτι οὐδὲ οἱ τὰ θαύματα δεικνύντες ἀποδέξαιντο ἂν, οἶμαι παντί πω δῆλον εἶναι.

Ego sane, præter hæc omnia, miror quomodo non intelligunt, corpoream se facere divinam virtutem, inque partium morem secare. Quidni enim quemadmodum materia, etiam divina virtus jam patibilis est, seque tota divisibilis; atque ejus pars alia sol efficitur, alia luna? Clare enim hoc est quod dicebamus esse proprium materiæ, cum ipsa per se nihil sit, cum figuras et qualitates recipiat, omnia fieri, quæ divisa ac distincta sunt. Si igitur velut ex uno subjecto divina virtute, solummodo sol lunaque exstiterunt; hæcque adeo alia ac alia sunt, C quidni etiam aliud quidpiam factum est? Quod si fient omnia, quid sequatur manifestum est; divinam virtutem materiam esse, ipsamque esse quæ in figuras formetur. Quod si nihil aliud sunt sol et luna, quam quæ ex divina virtute creata sunt; ergo quæ rebus omnibus intercepta sunt, sol et luna sunt: ac singulæ quæque stellæ, sol sunt et luna; singulaque alia quæque animalia generis terrestrium et volucrium et eorum quæ amphibia dicuntur. Hæc vero ne ipsos quidem præstigiatores admissuros, universis manifestum esse existimo.

CAP. XXI. *Virtus partim bona, partim melior. In sole et luna illibata, in aliis depravata: improbabilis opinio.*

Τὸ δὲ μετὰ ταῦτα ἐπισκοποῦσιν οὐκ εὐθεῖα ἡ ὁδὸς, ἀλλὰ δυσαντοτέρα τῆς παρελθούσης. Λέγουσι γὰρ μηδὲν ἄτοπον πεπονθέναι κατὰ τὴν σύμμιξιν πρὸς τὴν ὕλην ἥλιον καὶ σελήνην. Εἶτα πῶς τὰ ἄλλα ἠλαττώθη παρὰ τὴν ἰδίαν φύσιν οὐκ ἔχουσι λέγειν. Εἰ μὲν γὰρ καὶ ὅτε καθ' ἑαυτὴν ἦν ἡ θεία δύναμις οὕτως εἶχεν, ὥστε τὸ μέν τι αὐτῆς εἶναι καλὸν, τὸ δὲ κάλλιον, κατὰ τὸν τῶν ἱπποκενταύρων μῦθον, οἳ τὸ μὲν ἄχρι στηθῶν ἄνθρωποι ἦσαν, τὸ λοιπὸν δὲ ἵπποι· καλὰ μὲν ἑκάτερα τὰ ζῶα, κάλλιον δὲ ὁ ἄνθρωπος· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς θείας δυνάμεώς ἐστιν ἐπινοῆσαι, τὸ μέν τι αὐτῆς τὸ κάλλιον φέρον, τὸ δὲ ἐλαττούμενον κατὰ τοῦτο. Καὶ ἐπὶ τῆς ὕλης δὲ τὸ μὲν ὑπάρχει ὑπερβολήν τινα ἔχον κακίας... τὰ ἕτερα μὲν ἕτερα, καὶ ἑτέρας ἄλλος ἂν ἦν λόγος. Ἐνεδέχετο γὰρ ὑπολαβεῖν, ὅτι ἐμφρονέστερον τὰ ἐξ ἀρχῆς ἥλιος καὶ σελήνη τὰ ἧττον πονηρὰ τῆς ὕλης εἰς τὴν σύμ-

Si quis vero huic quod sequitur animum attenderit, haud recta videatur via, sed quæ superiore ardua magis ac anfractuosa sit. Aiunt enim: nihil D labis ascivisse solem et lunam ex commercio cum materia. Jam enim nequeunt dicere quomodo reliqua in deterius iverint, quam ferret eorum propria natura. Si enim tunc etiam, cum penes se esset, in eum modum se divina virtus habebat, ut partim bona, partim melior esset, quo pene modo hippocentauros fabulantur otiosi homines, qui videlicet ad usque pectus homines, reliquo autem corpore equi essent; quæ utraque bona animalia; sed in eis homo melior: sic quoque in divina virtute licet intelligere, ejus aliud melius esse ac præstantius, aliud secundis partibus fore ac deterius. Itidemque materia, aliud enormem quamdam malitiam habet atque excessum... Alia quidem alia, at-

que alius alia fuerit ratio. Existimare enim licebat, a principio solem et lunam, solertiori judicio ac prudentia, partes materiæ minus malas quibus commistio fieret, sibi elegisse, ut in sua perfectione ac virtute consisterent; debilitatis autem tantæ ætatis maleficiis, tantam in bono excellentiam reportasse; reliquas vero ejus partes collapsas esse, haud quidem sine providentia; cum pari tamen providentia, ea quæ in ipsa est, malitia, pro quota cujusque ratione magis imbutas esse. Quod enimvero de hac virtute nihil ab eis diversum dicitur, sed se tota similis ejusdemque rationis intelligitur, improbabilis doctrina ac sententia est: quod nempe in commistione aliud sincerum purumque remanserit, aliud malitia quadam impartitum sit.

A μιξιν ἐξελέξατο, ἵνα μένῃ ἐπὶ τῆς ἰδίας ἀρετῆς· ἐξασθενησάντων τηλίκων δὲ πονηρευμάτων, ἐκδιδάσασθαι τοσαύτην ὑπεροχὴν ἐν τῷ ἀγαθῷ, τὰ δὲ ἄλλα μέρη αὐτῆς ἣν πεσόντα, οὐκ ἀπρονοήτως μὲν, οὐ μὴν μετὰ τῆς ἴσης προνοίας ἀπολαῦσαι μᾶλλον κακίας τῆς ἐν αὐτῇ κατὰ τὸ ποσὸν ἕκαστον. Ἐπειδὴ δὲ οὐδὲν διάφορον περὶ τῆς δυνάμεως ταύτης παρ' αὐτῶν λέγεται, ἀλλ' ὅμοια διὰ πάσης αὐτῆς θεωρεῖται, ἀπίθανος ὁ λόγος· Ὅτι ἐν μὲν τῇ συμμίξει, τὸ μὲν ἔμεινεν ἀκέραιον, τὸ δὲ μετέσχεν κακίας τινός.

CAP. XXII. *Lunæ lumen a sole. Receptarum in ea animarum inconvenientia. Græcis duo diluvia.*

Aiunt vero, solem et lunam, cum divinam virtutem a materia paulatim secrevissent, ad Deum transmisisse. Porro si vel parum astronomorum fores trivissent, in hæc deliria haud incidissent ut sic sentirent; nec nescivissent, lunam quæ quorumdam sententia, suo ipsa lumine careat, a sole illuminari; ejusque inde esse figurationes, quod sic vel sic distet a sole. Tuncque plena efficitur, cum a sole distat centum octoginta gradibus. Tunc vero in coitu est, cum in eodem cum sole gradu fertur. Deinde, quomodo non mirum, qua tandem fiat ratione, tum multæ sint animæ et a diversis? Etenim sunt mundi ipsius et animalium, et stirpium et nympharum et dæmonum: ac in his facie distinguuntur, volucrium, terrestrium animalium, et eorum quæ amphibia sunt: in luna autem unum quoddam simile corpus semper nobis conspicitur. Quid vero et hæc corporis continuitas? Ac quidem cum luna semiplena est, apparet semicirculus; cumque plusquam media, idem rursus. Quonam igitur modo in lunam assumuntur, ac quo usæ vehiculo? Si enim leve est velut ignis, non solum par ad lunam evadere, sed superius quidquid est transcendere: sin autem grave, nec a principio ad lunam licet attingere.

B Λέγουσι δὲ, ὅτι καὶ ἥλιος καὶ σελήνη τὴν θείαν δύναμιν, κατὰ μικρὸν διακρίναντες ἀπὸ τῆς ὕλης, πρὸς τὸν Θεὸν παρέπεμψαν. Εἰ δ' ἦσαν καὶ κατὰ μικρὸν εἰς ἀστρονόμων θύρας φοιτήσαντες, οὐκ ἂν ταῦτα πεπόνθεσαν· οὔτε ἠγνόησαν ἂν, ὅτι ἡ σελήνη κατά τινας ἄμοιρος οὖσα ἰδίου φωτὸς, ὑπὸ τοῦ ἡλίου καταλάμπεται· καὶ ὅτι οἱ σχηματισμοὶ αὐτῆς εἰσι παρὰ τὰς τοῦ ἡλίου διαστάσεις· πανσέληνός τε γίγνεται, ὅτ' ἂν ἀπέχῃ τοῦ ἡλίου τὰς ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα μοίρας· σύνοδος δὲ, ὅτ' ἂν ἐπὶ τῆς αὐτῆς τῷ ἡλίῳ φέρηται μοίρας. Ἔπειτα δὲ πῶς οὐ θαυμαστὸν, ὅπως ποτὲ πολλαὶ οὖσαι αἱ ψυχαὶ καὶ ἀπὸ διαφόρων; Καὶ γὰρ τοῦ κόσμου αὐτοῦ καὶ ζώων καὶ φυτῶν καὶ νυμφῶν καὶ δαιμόνων εἰσίν· καὶ ἐν τούτοις πτηνῶν, χερ- C σαίων, ἀμφιβίων διακρίνονται τῇ ὄψει· ἀλλὰ ἕν τι σῶμα ὅμοιον ἀεὶ διὰ παντὸς φαίνεται ἡμῖν ἐν τῇ σελήνῃ. Τί δὲ καὶ τὸ συνεχὲς τοῦ σώματος τοῦτο; Καὶ ὅτε μὲν διχότομός ἐστιν ἡ σεληνη, φαινόμενον ἡμικύκλιον· ὅτε δὲ ἀμφίκυρτος, τοιοῦτον πάλιν. Πῶς ἀναλαμβάνονται ἐπὶ τὴν σελήνην ἢ ποίῳ χρώμεναι σχήματι; Εἰ μὲν γὰρ κοῦφόν ἐστιν οἷον πῦρ, οὐκ ἄχρι τῆς σελήνης μόνον εἰκὸς γενέσθαι ἂν, ἀλλ' ἄνωθεν διαπαντός· εἰ δὲ βαρὺ, οὐδ' ἀρχὴν πρὸς σελήνην ἀφικέσθαι οἷόν τε.

Quænam vero ratio est, ut quod primum ad lunam advenit, non statim ad solem transmittatur, sed exspectet cum plena est, dum reliquæ animæ adveniant? Cum igitur luna quæ plena esset, decrescit, virtus eo tempore ubi manet; donec quæ vacuata fuerat prioribus animabus, haud secus ac urbs desolata, aliam rursum coloniam luna recipiat? Erat enim etiam thesaurus quidam in quadam terræ parte segregandus, vel nubium, vel alterius cujusdam loci; ubi animæ congregatæ, paratæ essent ut ad lunam commigrarent.

Τίνα δὲ λόγον ἔχει, τὸ πρῶτον ἀφικόμενον πρὸς σελήνην, μὴ εὐθὺς πρὸς ἥλιον ἀναπέμπεσθαι, ἀλλ' ἐκδέχεσθαι τὴν πανσέληνον τὰς τῶν ἄλλων ψυχῶν ἐπιδημίας; Ὅτε τοίνυν ἀπὸ τῆς πανσελήνου ἡ σε- D λήνη μειοῦται ἀποχωριζομένη, δύναμις τὸν χρόνον τοῦτον ποῦ μένει, ἕως ἂν κενωθεῖσα ἡ σελήνη τῶν προτέρων ψυχῶν, καθάπερ πόλις ἔρημος, δευτέραν πάλιν δέξηται ἀποικίαν; Ἐχρῆν γὰρ ἀφωρίσθαι καὶ θησαυρόν τινα ἔν τινι μέρει τῆς γῆς, ἢ τῶν νεφελῶν, ἢ ἑτέρου τόπου τινὸς, ἔνθα αἱ ψυχαὶ συναγειρόμεναι, ἕτοιμαι γίγνονται πρὸς τὴν ἐπιδημίαν τὴν πρὸς σελήνην.

Verum alia rursus emergit quæstio. Quid igitur causæ est cur non statim repleatur? aut cur rursus dies quindecim exspectat? Nec istud minorem habet admirationem, quam ea quæ dicta sunt; quod nunquam ab omni retro hominum memoria extra quintumdecimum diem luna plena fuit. Quin ne diluvii quidem tempore sub Deucalione, magisque

Ἀλλὰ πάλιν ἀπορία ἑτέρα. Διὰ τί τοίνυν οὐκ εὐθὺς πληροῦται; ἢ διὰ τί πάλιν τὰς πεντεκαίδεκα ἡμέρας περιμένει; Οὐκ ἔλαττον δὲ τῶν εἰρημένων θαυμαστὸν καὶ τοῦτο, τὸ μηδέποτε, ἀφ' οὗ μέμνηνται οἱ ἄνθρωποι, τὴν σελήνην ἐκτὸς πεντεκαίδεκα ἡμερῶν πεπληρῶσθαι. Ἀλλὰ μὴ δ' ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τοῦ ἐπὶ Δευκαλίωνος· καὶ ἔτι μᾶλλον ἐπὶ Φορωνέως·

ὅτε πάντα, ὡς εἰπεῖν, τὰ ἐπὶ γῆς διεφθάρη, καὶ πολλὴν τὴν δύναμιν συνέβη διακεχρίσθαι τῆς ὕλης. Χωρὶς δὲ τούτων καὶ φορᾶς γενεῶν καὶ ἀφορίας καὶ φθορὰν ὁμοίως σκοπεῖν προσῆκεν· ὧν ὡσαύτως μὴ γινομένων κατὰ τάξιν, χρὴ μηδὲ τὴν τάξιν τῶν πανσελήνων, μηδὲ τῶν μειώσεων οὕτω τηρεῖσθαι.

A adhuc sub Phoroneo, quando ea quæ erant super terram, ut sic dicam, omnia interierunt, vimque magnam virtutis contigit a materia segregari. Ad hæc vero etiam generationum proventus earumque delectus ac frustratio, similiterque corruptionum attendenda erant; quæ cum eodem modo et ordine non eveniant, nec pleniluniorum ordo, nec decrescentis lunæ tempora sic observanda erant.

CAP. XXIII. *Imago Materiæ in sole, ad quam homo : nugæ ac delirium. Delirium item, hominem a materia esse conditum. Homo, vel compositum, vel anima, vel mens et animus.*

Οὐ παρέργως δὲ οὐδὲ τούτῳ προσεκτέον. Ὅτι εἰ μὲν ἄπειρός ἐστιν ἡ ἐναποκειμένη τῇ ὕλῃ δύναμις θεία, πρὸς τὸ μειοῦσθαι αὐτὴν οὐδὲν δύναται, ἃ διαπραγματεύονται ἥλιος καὶ σελήνη. Τὸ γὰρ λειπόμενον πάλιν ἄπειρον ἀπὸ πεπερασμένου τοῦ ληφθέντος. B Εἰ δέ ἐστιν πεπερασμένη, ἐχρῆν αἴσθησιν γενέσθαι ἐν τοσούτῳ χρόνῳ πόσον ποτὲ τῆς δυνάμεως ταύτης ἐκ τοῦ κόσμου ἐμειώθη. Ἀλλὰ πάντα ὁμοίως μένει. Τίνας δὲ θυμοὺς οὐχ ὑπερβέβηκε τῷ ἀπιθάνῳ καὶ ταῦτα, ὅτε κατὰ τὴν ὀφθεῖσαν ἐν ἡλίῳ εἰκόνα τῆς ὕλης τὸν ἄνθρωπον δημιούργημα εἶναι λέγωσι; Καὶ γὰρ εἰκόνες εἴδωλα εἰσὶ τῶν ἀρχετύπων. Εἰ δ' ἡλίῳ τὴν εἰκόνα καταλείπουσι, ποῦ τὸ παράδειγμα, πρὸς ὅπερ ἡ εἰκὼν αὐτοῖς ἀναπέπλασται; Οὐ γὰρ δὴ αὐτόν γε τὸν ἄνθρωπον φήσουσι τὸν ὄντως ἄνθρωπον εἶναι· οὐδὲ τὴν δύναμιν τὴν θείαν. Ταύτην μὲν γὰρ πρὸς τὴν ὕλην μιγνύουσιν· ἐν ἡλίῳ δὲ τὴν εἰκόνα ἑωρᾶσθαι λέγουσιν, ὃς ἐγένετο κατ' αὐτοὺς ἀπὸ τῆς πρὸς τὴν ὕλην ὕστερον διακρίσεως. Ἀλλ' οὐδὲ τὴν δημιουργικὴν αἰτίαν· C ταύτην γὰρ ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς θείας δυνάμεως καταπεπέμφθαι φασί· καὶ πρὸς ἡλίου κατ' αὐτοὺς πάντως γε ταύτην τακτέον· ἐπειδήπερ, ἀφιγμένης αὐτῆς, τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην τῆς ὕλης ἀποκεχρίσθαι συμβέβηκεν.

Ac nec istud defunctorie levique opera attendendum. Nempe si infinita est divina virtus quæ materiæ indita est, ad eam minuendam nihil valent, quantacunque sol et luna moliantur. Quod enim reliquum est, ab illo finito quod sumptum est, infinitum est. Quod si est finita, sensu percipiendum esset, per tanta intervalla, quantum tandem ejus virtutis, e mundo minutum esset. At omnia similiter perseverant. Quos vero animos sensusque hæc quoque non excessere ut fidem aliquam mereantur, cum creatum dicant hominem atque formatum ad materiæ imaginem in sole visam? Quippe imagines simulacra sunt nudæque repræsentationes principum formarum. Quod si imaginem in sole includunt, ubinam exemplar ad quod eis efficta est imago? Haud sane enim hominem ipsum, vere hominem, dicturi sunt; neque divinam virtutem: nam hanc quidem cum materia miscent; imaginem vero in sole visam docent; qui, ut illi opinantur, postea conditus est ex secretione materiæ. Sed neque causam rerum opificem : hanc enim missam fuisse aiunt ad salutem divinæ virtuti præstandam : omnino quo illorum sententia hæc soli ascribenda sit; idcirco nimirum, quod ejus adventu ac præsentia contigit, segregari a materia solem et lunam.

Ἐν ἡλίῳ δὲ τὴν εἰκόνα ἑωρᾶσθαι λέγουσι· πεποίηκεν δὲ ἡ ὕλη, φασί, τὸν ἄνθρωπον. Τίνι ποτὲ τρόπῳ ἢ πῶς; Οὐδὲ γὰρ πλάσασθαί γε τοῦτο δυνατόν. Πρὸς γὰρ τῷ εἴδωλον εἰδώλου τὸν ἄνθρωπον ὑπάρχειν οὕτως γε κατ' αὐτούς, καὶ μηδεμίαν ἔχειν ὑπόστασιν, ἔτι οὐδὲ εἰς ἔννοιάν ἐστιν ἥκειν δυνάμενα, πῶς τῆς ὕλης ἔργον ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος. Τὸ γὰρ λογίζεσθαι καὶ αἰσθέσθαι οὐδὲ τῆς κατ' αὐτοὺς ὕλης ἐστίν. D Τίς δὲ κατ' αὐτοὺς ὁ ἄνθρωπος; Ἆρά γε τὸ ἐκ τῆς ψυχῆς καὶ σώματος μίγμα; ἢ τὸ ἕτερον, ἢ τὸ ὅλης ψυχῆς ἀνωτέρω, νοῦς; Ἀλλ' εἴτε νοῦς ἐστι, πῶς τὸ κάλλιον γένοιτ' ἂν τοῦ χείρονος ἔργον; εἴτε ψυχή (ταύτην δὲ τὴν θείαν δύναμιν εἶναι λέγουσι) πῶς, ἀφαιρούμενοι τὸν Θεὸν τὴν θείαν δύναμιν, ταύτην ὑπὸ τὴν τῆς ὕλης δημιουργίαν κατατάττουσιν; Εἰ δὲ τὸ σῶμα μόνον καταλείπουσιν, ἀναμιμνησκέτωσαν πάλιν, ὅτι τοῦτο καθ' ἑαυτὸ ὂν ἀκίνητον, τῆς δὲ ὕλης τὴν οὐσίαν κίνησιν εἶναι φασίν. Ἀλλὰ μὴν οὔτε γε οὐδὲν καθ' ἑαυτὸ ἐπὶ τὴν ὕλην ἄγεσθαι οἴονται. Οὐδὲ τὸ ἐκ τούτων συνεστὼς εὔλογον ταύτης ἔργον εἶναι ὑπολαμβάνειν. Καὶ μὴν τὸ γενόμενον ὑπό του, ὅτι πάντως χεῖρον ἐκείνου, ἀναμφισβήτητον εἶναι δοκεῖ. Οὕτω γὰρ ὁ κόσμος τοῦ Δημιουργοῦ χεῖρον· καὶ τῶν

Porro in sole dicunt visam esse imaginem; materiam vero dicunt condidisse hominem. Quonam tandem modo, quave ratione? Neque enim hoc sani capitis esse possit commentum. Præterquam quod enim, quod ita sentiant, homo inane simulacrum inanis simulacri futurus sit, ac qui nullam veram habeat exsistentiam, adhuc nec in mentem venire potest, quonam modo homo materiæ opus exsistat. Etenim ratione sensuque uti, non ejus materiæ est, quam ipsi statuunt. Quem vero hominem sentiunt, quisnam est? Num quod ex anima ac corpore mistum est? an alterum, vel quod tota anima superius est, mens scilicet atque animus? Sed, sive mens est, quonam modo quod perfectius est atque melius, deterioris opus exstiterit? sive anima (hanc vero divinam virtutem dicunt) quomodo ablatam Deo divinam hanc virtutem, materiæ opificio ac creationi eam subjiciunt? Quod si solum corpus relinquunt, meminerint rursus ipsum per se ipsum immobile esse, materiæque essentiam motum dicere. At neque rem ullam ipsam per se exque genio ad materiam trahi existimant. Nec quod ex his conflatum est, ut ejus opus existimetur conveniens

est. Sane quod ab aliquo conditum est, id illo deterius esse ut existimetur, extra controversiam est. Sic enim mundus Creatore deterius, seu Opifice; et artificibus, quæcunque artis opera sunt: quod autem materia deterius sit, nihil illi volunt reliquum esse. Nec par est misceri materiæ, et ei quod materia deterius sit.

A τεχνητῶν, ὅσα τούτων ἔργα. Εἰ οὖν τῆς ὕλης ἔργον ὁ ἄνθρωπος, πάντως που ταύτης χεῖρον. Ὕλης δὲ κάκιον οἱ ἄνδρες οὐδὲν καταλείπουσι· καὶ οὐκ ἴσον τῇ ὕλῃ μίγνυσθαι τὴν θείαν δύναμιν καὶ τῷ ταύτης χείρονι.

Quæ vero quasi indulgentia ac dispensando dicunt, hæc nec intelligere videntur. Quid enim causæ est, cur Dei imaginem in substantiam hominis materiam alligasse existiment? Aut cur non ipsa sufficiens imago, velut in speculis, ut homo appareret? Aut sicut ipse sol, ad omnium quæ procreantur, ortum ac interitum sufficiens est, suæque ipsius creationis imaginem, pro creandi munere ac faciendi æmulatus est. Quonam tandem illorum quæ habet? Ergo divina virtus sic spectata, organi rationem respectu materiæ habet? Sed inordinato motu, quo sic forma materiam imbuat? Verum similia omnia, exquisito ordine diligentique opera, imitando finem assequuntur. Neque enim domum aut navim, vel quid aliud artefactum inordinatione unquam præstari arbitrabimur; neque statuam, cujus ars fabricam ad hominis imitationem molita est.

Ἃ δὲ οἰκονομούμενοι λέγουσι, ταῦτα οὐδ' ἐπινοῆσαι οἴονται. Διὰ τί γὰρ τῆς κρείττονος εἰκόνος εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου ὑπόστασιν τὴν ὕλην δεδέσθαι νομίζουσιν; Ἢ διὰ τί οὐκ αὐτάρκης ἡ εἰκών, ὡς ἐπὶ τῶν κατόπτρων, πρὸς τὸ πεφηνέναι τὸν ἄνθρωπον; Ἢ καθάπερ αὐτὸς ὁ ἥλιος πρὸς γένεσιν ἁπάντων τῶν γινομένων καὶ φθορὰν αὐτάρκης· ἐμιμήσατο δὲ τὴν εἰκόνα κατὰ τὴν ποίησιν τῆς σφετέρας αὐτῆς δημιουργίας. B Τίνι ποτὲ ὧν εἶχεν; Ἆρά γε τῇ μιχθείσῃ πρὸς αὐτὴν θείᾳ δυνάμει, οὐκοῦν ἐν ὀργάνου λόγῳ θεία δύναμις, οὕτω γε πρὸς τὴν ὕλην; Ἀλλὰ τῇ ἀτάκτῳ κινήσει, οὕτως εἰδοποιούσῃ τὴν ὕλην; Ἀλλὰ πάντα γε τὰ ὅμοια ἐν τάξει καὶ ἀκριβείαις διὰ μιμήσεων ἀφικνεῖται εἰς τέλος. Οὐδὲ γὰρ οἰκίαν ἢ πλοῖον, ἤ τι ἕτερον τῶν τεχνιτῶν δι' ἀταξίας ἀποτελεῖσθαι οἴονται· οὐδὲ ἀνδριάντα, ἅπερ ἡ τέχνη πρὸς ἀνθρώπου μίμησιν ἐμηχανήσατο.

Cap. XXIV. *Christus mens, Manichaice. Quid ecclesiastice? Inconvenientia de Christo. Passum umbratice, Manichæorum delirium. Nihil Verbo per fictionem aptum.*

Christum vero cum nec cognoscant, Christum tamen ipsum appellantes, cum altero sumendo elemento, aliudque significatum, quam quo ille proprie accipitur, inducendo, ipsum mentem esse tradunt. Si quidem autem id quod noscitur ac quod cognoscit, sapientiamque ipsum una voce dicentes, iis quæ viri ecclesiastici de illo loquuntur, per hunc modum consentire deprehenduntur; quid causæ est, cur omnem, quam vocant, veterem historiam respuant? Si vero, ut quorumdam opinio est, adventitium ipsum novumque, et qui extrinsecus casuque intraverit, statuunt, videamus. Hujus enim opinionis antistites, quod maxime suasibile videatur, circa annum septimum dicunt, ea quæ sensu prædita est, virtute organis formata atque distincta, ipsum ingressum esse. Quod si Christus mens est, ut illi opinantur, sic simul erit Christus et non erit. Antequam enim mens sensusque ingrediatur, ne quidem est. Quod si Christus, ut ipsi volunt, mens est, in ipsum vero exsistentem mens ingreditur, sic rursus illorum sententia mens erit. Est igitur et non est eodem tempore Christus. Si autem, quæ illorum secta probatissima est, mens, ut et ipsi existimant, omnia est quæ sunt; quandoquidem materiam ingenitam profitentur, et æqualis, ut sic loquar, cum Deo temporis ipsique coævam, primum hunc Christum et mentem et materiam statuunt, si quidem Christus mens est, quæ omnia est; unumque eorum quæ sunt, materia est, quæ ipsa ingenita est.

Τὸν δὲ Χριστὸν οὐδὲ γινώσκοντες, ἀλλὰ Χριστὸν αὐτὸν προσαγορεύοντες τῇ πρὸς τὸ β' στοιχεῖον μεC ταλήψει, ἕτερον σημαινόμενον ἀντὶ τοῦ κυρίως περὶ αὐτοῦ ὑπειλημμένου εἰσάγοντες, Νοῦν εἶναι φασίν. Εἰ μὲν, τὸ γνωστὸν καὶ τὸ γιγνῶσκον καὶ τὴν σοφίαν αὐτοῦ λέγοντες ὁμόφωνα, οὕτως τοῖς ἀπὸ τῶν ἐκκλησιῶν περὶ αὐτοῦ λέγουσι διαταττόμενοι, οὕτω γε ἁλώσονται· πῶς οὖν τὴν λεγομένην παλαιὰν ἅπασαν ἱστορίαν ἐκβάλλουσιν; Εἰ δὲ ἐπιγενητὸν κατά τινας λέγουσι καὶ τῶν ἔξωθεν ἐπεισιόντων καὶ συμβαινόντων, σκοπήσωμεν. Οἱ γὰρ δὴ ταύτης προϊστάμενοι τῆς δόξης πιθανὸν μάλιστα λέγουσι περὶ τὰ ἑπτὰ ἔτη τῆς αἰσθητικῆς δυνάμεως διαρθρωθείσης αὐτὸν ἐπεισέρχεσθαι. Εἰ δὴ νοῦς ἐστιν ὁ Χριστὸς κατ' αὐτούς, οὕτω γε ἔσται τε ἅμα καὶ οὐκ ἔσται· πρὶν μὲν γὰρ ἐπεισελθεῖν τὸν νοῦν, οὐδέπω ἐστίν. Εἴ γε νοῦς ἐστι κατ' αὐτοὺς ὁ Χριστός, ἀλλὰ μὴν ὄντι γε αὐτῷ D ἐπεισέρχεται ὁ νοῦς, οὕτως οὖν πάλιν κατ' αὐτοὺς ἔσται ὁ νοῦς. Ἔστι γε καὶ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ ὁ Χριστός. Εἰ δὲ κατ' αὐτῶν τὴν καλλίστην αἵρεσιν ὁ νοῦς κατ' αὐτούς ἐστι τὰ ὄντα πάντα· ἐπεὶ τὴν ὕλην ἀγένητον ὑποτίθενται καὶ ἰσόχρονον ὡς εἰπεῖν τῷ Θεῷ, καὶ νοῦν καὶ ὕλην τοῦτον τὸν πρῶτον τὸν Χριστὸν ὑποτίθενται εἶναι, εἴ γε τὰ πάντα κατ' αὐτούς ἐστιν ὁ Χριστὸς νοῦς ὤν, ὅς ἐστιν τὰ πάντα· καὶ ἡ ὕλη ἓν τῶν ὄντων, καὶ αὐτὴ ἀγένητος οὖσα.

Ad specimen vero ac ostentationem, per eum modum divinam quoque virtutem in materia cruci affixam esse, ipsumque supplicium hoc aiunt non pertulisse, quasi scilicet impossibile sit ipsum hoc

Εἰς ἐπίδειγμα δὲ, τοῦτον τὸν τρόπον καὶ τὴν θείαν δύναμιν ἐνεσταυρῶσθαι τῇ ὕλῃ, καὶ αὐτὸν ὑπομεμενηκέναι τὸ πάθημα τοῦτο λέγουσιν, ὥσπερ ἀδυνάτου ὄντος ἐκείνου τοῦτο ποιεῖν (7)· ὅπερ αὐτὸς ὁ Μανι-

(7) *Ποιεῖν*. An παθεῖν, *pati?*

χαῖος διαπράττεται λόγῳ περὶ τούτου διδάσκων· Ὅτι ἡ θεία δύναμις εἰς ὕλην καταχέκληται, καὶ πάλιν ἀποχωρεῖ. Τρόπον αὐτοὶ ἀναπλάττουσι. Τὸ μὲν γὰρ κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν λόγον εἰπεῖν εἰς λύσιν ἁμαρτιῶν ἑαυτὸν ἐπιδεδωκέναι, ἔχει πίστιν τινὰ πρὸς πολλοὺς κἀκ τῶν ἱστοριῶν τῶν καθ' Ἕλληνας, ὅτ' ἄν φασι, *Τινὰς ὑπὲρ σωτηρίας πόλεων ἑαυτοὺς ἐπιδεδωκέναι*. Καὶ παράδειγμα τοῦ λόγου ἔχει καὶ ἡ Ἰουδαίων ἱστορία, τὸν τοῦ Ἀβραὰμ παῖδα εἰς θυσίαν τῷ Θεῷ παρασκευάζουσα. Τὸ δὲ εἰς πράγματος ἐπίδειξιν τῷ παθήματι ὑπάγειν τὸν Χριστὸν πολλῆς ἐστιν ἀμαθίας, εἰς διδασκαλίαν καὶ γνῶσιν τῶν ὄντων τοῦ Λόγου ὄντος ὑπάρχου.

A facere : quod ipse Manichæus libro de ea re scripto instituit docere ; quod nimirum divina virtus in materiam delapsa sit, ac rursus recedat. Modum illi comminiscuntur. Sane quidem ut dicatur juxta Ecclesiæ doctrinam semet ipsum tradidisse ad diluenda peccata, fidem quamdam vulgo obtinet, ex ipsis quoque Græcorum historiis, cum aiunt, *Nonnullos se ipsos dedidisse ut civitates incolumes præstarent*. Ejusque doctrinæ exemplum habet et Judæorum historia [1], quæ Abrahæ filium in sacrificium Deo præparet aptetque. Rei autem ostentandæ gratia et ad specimen Christum passioni subjicere, magnæ inscitiæ est, cum Verbum ad rerum doctrinam ac scientiam præses ac legatus sit.

CAP. XXV. *Manichæorum abstinentia a viventibus, ridicula. Quod abhorrent a nuptiis, dementia. Gigantum mythologia. Nimis allegorica expositio.*

Ἀπέχονται δὲ ἐμψύχων. Εἰ μὲν γὰρ ἑτέρου τινὸς χάριν, οὐ περιεργαστέον· εἰ δὲ διότι ἡ δύναμις ἡ θεία τούτων ἀπέστη μᾶλλον ἢ ἐνυπάρχει πλεῖον, γελοίον αὐτὴ αὐτῶν ἡ προαίρεσις αὕτη. Εἴτε γὰρ τὰ φυτὰ ἔνυλα μᾶλλον, εἰς τροφὴν καὶ δίαιταν χρῆσθαι τῷ χείρονι πῶς εὔλογον; εἴτε πλέον ἐν τούτοις ἡ δύναμις ἡ θεία, ἐστὶ πρὸς τὴν τροφὴν τὰ τοιαῦτα χρήσιμα, τοῦ θρεπτικοῦ καὶ αὐξητικοῦ μέρους τῆς ψυχῆς ὄντος σωματικωτέρου.

B Abstinent autem ab animatis. Si quidem ejus abstinentiæ alia ratio sit, haud curiosius investigandum. Sin autem ea ratione, quod divina virtus illis magis abest, aut amplius inest; ridiculus hic illorum animus ac sensus est. Sive enim stirpes et plantæ magis materiales sunt, quomodo conveniens exque ratione, ut eo quod deterius est, in cibum victumque utamur? sive major in eis est divina virtus, sunt istiusmodi in cibum utilia, cum animæ facultas nutriendi atque augmentum faciendi magis corporea ac crassior sit.

Τὸ δὲ ἀπέχεσθαι γάμου καὶ ἀφροδισίων, δεδειότας μή, κατὰ τὴν τοῦ γένους διαδοχήν, ἐπὶ πλέον ἐνοικήσῃ τῇ ὕλῃ ἡ δύναμις ἡ θεία, θαυμάζω πῶς καὶ αὐτοὶ ἑαυτοὺς ἀποδέχονται. Εἰ γὰρ μὴ ἐξαρκεῖ ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια, ὥστε καὶ διὰ γενέσεων, καὶ διὰ τῶν ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἐχόντων ἀποικονομήσασθαι τῆς ὕλης τὴν θείαν δύναμιν, τίς ἡ τοῦ Μανιχαίου ἐπίνοια ὑπὲρ τούτου διαμηχανήσασθαι δύναται; Οὐ γὰρ δήπου γιγανταίῳ λήμματι ὡς ἀληθῶς φησι τῷ Θεῷ βοηθὸς πρὸς τοῦτο γεγονέναι, ἵνα, τὰς γενέσεις ἀναιρῶν, σύντομον ποιήσῃ τὴν τῆς θείας δυνάμεως ἀπὸ τῆς ὕλης ἀναχώρησιν;

Quod autem a nuptiis reque venerea se abstineant, metuentes ne per generis successionem divina virtus in materia magis inhabitet, miror quomodo vel ipsi se ipsos, quod ita sentiunt, admit- C tant. Si enim nec Dei providentia sufficit, ut tum per generationes, tum per ea quæ semper eodemque modo se habent, divinam virtutem a materia eximat ; quid Manichæi solertia et subtilitas eam in rem machinari potest? Num enimvero giganteo munere vere Deo in hoc dicit adjutor exsistere, ut sublatis generationibus divinam virtutem a materia brevi præstet recedere?

Ἃ δὲ λέγεται ὑπὸ τῶν ποιήσεων περὶ τῶν γιγάντων, ἄντικρυς μῦθός ἐστιν. Οἱ μὲν γὰρ περὶ τούτων διατάττοντες ἐν ἀλληγορίαις τὰ τοιαῦτα προφέρονται, τὸ σεμνὸν τοῦ λόγου ἀποκρύπτοντες τῇ τοῦ μύθου ἰδέᾳ· οἷον ὅταν ἡ τῶν Ἰουδαίων ἱστορία φῇ, *Τοὺς ἀγγέλους ταῖς θυγατράσι τῶν ἀνθρώπων εἰς ἀφροδισίων συνεληλυθέναι μῖξιν*· τὰς γὰρ θρεπτικὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς ἀπὸ τῶν ἄνω ἐπὶ τὰ τῇδε ἡ τοιαύτη προφορὰ τοῦ λόγου σημαίνει. Οἱ ποιηταὶ δέ, *ἐκ γῆς ἐνόπλους ἀνασχεῖν* λέγοντες *τούτους*, *εἶτ' εὐθὺς πρὸς θεοὺς ἐπάραντας ἀπολωλέναι*, τὸ ταχὺ καὶ ἐπίκηρον τῶν σωμάτων ὑποδηλοῦντες, οὕτω τὴν ποίησιν εἰς ψυχαγωγίαν τῷ θαύματι κατακοσμοῦσιν. Οἱ δέ, οὐδὲν εἰδότες τούτων, ἔνθα δ' ἂν παραλογισμοῦ τινος εὐπορῆσαι δύνωνται, ὁπόθεν δήποτε ἐκεῖνο ἕρμαιον ἑαυτῶν ποιοῦνται, ὅπερ διαπραγματευόμενοι τὸ ἀληθὲς πάσῃ τέχνῃ καταγωνίζονται.

Quæ vero poetæ de gigantibus tradunt, palam fabula est. Qui enim de his statuunt, alio quam verba sonent, sensu, talia proferunt, fabulæ specie sermonis gratiam contegentes, ut cum refert Judæorum historia [2] : *Venisse angelos ut cum filiabus hominum commiscerentur;* nempe quod ita loquitur D hoc significans, vires animæ quæ inserviunt nutritioni, a supernis ad terrena descivisse. Poetæ autem qui dicant, *Eos, cum armati e terra emersissent, mota statim in deos rebellione periisse;* ut caducam celerisque interitus corporum indolem insinuarent, in hunc modum recreandorum ex rei miraculo animorum causa poesin exornant. Hi vero, cum nihil horum intelligant, ubi ullius paralogismi ansam nancisci licuerit, undecunque tandem sibi inventum avide arripiunt, et ad evertendam quoquo pacto veritatem omni arte consurgunt.

[1] *Gen.* XXII, 1. [2] *Gen.* VI, 2.

Cap. XXVI. *Ignis Manichaicus vexatus. Ignis ille, ipsa materia.*

Ignis autem ille, urendi quidem vi præditus, nihil tamen lucis habens, qui sit extra mundum, quonam eis loco consistit? Nam si quidem in mundo est, cur mundus hactenus incolumis perseverat? Nam si aliquando ipsum, ei propinquando, corrumpet, nunc quoque ipsi conjunctus est. Si autem seorsum est, velut in propria sede ac loco sublimis, quid postea ut in mundum delabatur ei accidet? Aut quo modo e loco suo excedet, qua necessitate, cujusve excussus violentia? Quænam vero etiam ignis substantia possit intelligi sine pabulo? Aut quomodo humidum illi pabulum est? nisi quod quæ de illo ex naturæ magis rationibus dicuntur, non est hujus tractatus disquirere. Illud autem ex his quæ dicta sunt, prorsus manifestum est. Ignis enim extra mundum consistens, omnino est quam ipsi vocant materiam: quandoquidem sol et luna, puri purorum divina virtute ab hoc igne sejuncti sunt, nulla suarum partium in hoc igne relicta. Erat hic ignis ipsa per se materia, ab omni cum divina virtute prorsus semotus commercio. Quamobrem ubi mundus omni divina virtute illi adversante evacuabitur, ejusmodi rursus ignis relinquetur; quonam igitur modo ignis aut aliquid corrumpet, aut ab eo corrumpetur? Ab eo enim quod simile est, non video qua ratione sit futura corruptio. Quod enim fiet materia, divina ab ea virtute sejuncta, hoc erat priusquam divina virtus cum ea commisceretur. Si quidem igitur materia, divina destituta virtute peritura est, quidni periit, antequam etiam divinam virtutem ullumve munus creationis consequeretur; ut deinceps materia pereat, et in infinitum id faciat? Et quid prodest? Quod enim ex prima voluntate factum non est, ex sequenti quomodo fiet? aut quænam Deo ratio, ut negotia differat, quæ ne in viro quidem se bene habere videri queant; illis enim quod impossibile sit deliberare proclive dicatur competere, qui faciunt, ut nec tunc velint cum possibile est. Cæterum, nisi quid aliud, Deum supra essentiam et quem dicunt, velut novam quamdam materiam inducunt: nec eam quidem, quam viri prudentes omnino conjunctam existimant, aut quæ omnium extremum est, vixque in mentem ut eam homo intelligat, venire possit. Enimvero ignis ille tenebrosus, plusne valet quam materia, quæ divina desolanda virtute est, an minus? Ac si quidem minus, quomodo expugnabit quod est majus? Sin autem plus, ad se quidem reducere poterit, cum sit ejusdem naturæ: haud tamen corrumpet, ut neque Nilus, qui ab illo absciduntur sinus.

Τὸ δὲ πῦρ αὐτοῖς τὸ καυστικὸν μὲν, ἀφεγγὲς δὲ, τὸ ἐκτὸς τοῦ κόσμου, ποῦ ἵδρυται; Εἰ μὲν γὰρ ἐπὶ τὸν κόσμον, τί τὸ αἴτιον τοῦ ἀπαθῆ εἶναι μέχρι τοῦ παρόντος τὸν κόσμον; Εἰ γὰρ διαφθερεῖ ποτε αὐτὸν πλησιάσαν, καὶ νῦν πρὸς αὐτὸν συνῆπται. Εἰ δὲ χωρίς ἐστιν, οἷον ὡς ἐν ἰδίῳ τόπῳ μετέωρον, τί παθὸν ὕστερον ἐπιπέσεται τῷ κόσμῳ; Ἢ πῶς τοῦ ἰδίου τόπου ἐκστήσεται ὑπό τινος ἀνάγκης καὶ βίας; Τίνα δὲ καὶ ὕλης χωρὶς ἐννοεῖν τοῦ πυρὸς ὑπόστασιν; Ἢ πῶς τὸ ὑγρὸν τούτῳ ἐστὶν τροφή; ἢ ὅσα λέγεται φυσικώτερον, οὐ τοῦ παρόντος λόγου ἐστίν. Ἐκεῖνο δὲ πάντως που φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων. Τὸ γὰρ πῦρ τοῦ κόσμου ἐκτὸς ἀκριβῶς ἐστιν ἡ λεγομένη ὑπ' αὐτῶν ὕλη· ἐπειδήπερ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη καθαροὶ καθαρῶν ὄντες διὰ τῆς θείας δυνάμεως ἀπεζεύχθησαν τοῦ πυρὸς τούτου, οὐδὲν ἑαυτῶν ἐν τῷ πυρὶ τούτῳ ὑπολείψαντες μέρος. Τοῦτο ἦν ἡ ὕλη καθ' ἑαυτὴν, τὸ ἀκριβῶς ἄμικτον πρὸς τὴν θείαν δύναμιν. Ὥστε, ἂν κενωθῇ κόσμος τῆς κατ' αὐτοῦ δυνάμεως θείας, πάλιν τοιοῦτον ὑπολειφθήσεται πῦρ, πῶς οὖν τὸ πῦρ ἢ διαφθερεῖ τι, ἢ ὑπ' ἄλλου φθαρήσεται; Πρὸς γὰρ τοῦ ὁμοίου οὐχ ὁρῶ πῶς γενήσεται ἡ φθορά. Ὃ γὰρ γενήσεται ἡ ὕλη, τῆς θείας δυνάμεως ἀποζευχθεῖσα, τοῦτ' ἦν πρὶν καὶ μεμίχθαι πρὸς αὐτὴν τὴν θείαν δύναμιν. Εἰ τοίνυν ἀπολεῖται ἐρημωθεῖσα τῆς θείας δυνάμεως, διὰ τί μὴ καὶ ἀπώλετο πρὶν καὶ θείαν δύναμιν γενέσθαι ἢ ἄλλην δημιουργίαν, ἵνα ἀπόληται ἡ ὕλη, καὶ τοῦτο ποιήσῃ μέχρις ἀπείρου; Καὶ τί τὸ ὄφελος; Ὃ γὰρ μὴ ἐγένετο ἐκ τοῦ πρώτου βουλήματος, πῶς ἐκ τοῦ δευτέρου γενήσεται; ἢ τίς ὁ λόγος Θεῷ, ἀναθεῖναι πράγματα, ἃ οὐδ' ἐπ' ἀνθρώπου καλῶς ἔχειν ὑπονοεῖν; Τὸ γὰρ ἀδύνατον πρόσεστι τῷ βουλεύεσθαι ἐπὶ τῶν ποιούντων πρὸς τῷ μηδὲ τὸ βούλεσθαι, κἂν δυνατὸν ᾖ, προχείρως χρῆναι λέγειν. Πλὴν εἰ μή τι ἕτερον, Θεὸν καὶ τὸν ἐπέκεινα οὐσίας λέγουσιν, ὥσπερ καινήν τινα εἰσάγουσιν ὕλην· καὶ οὐχὶ τὴν ὑπερημμένην παρὰ τοῖς νοῦν ἔχουσιν· ἣν ἢ μὴ παντάπασιν οὖσαν ὁ λόγος εὑρίσκει, ἢ τὸ πάντων ἔσχατον καὶ μόγις εἰς ἔννοιαν ἀνθρωπίνην ἀφικνεῖσθαι δυνάμενον. Ἀλλὰ γὰρ τὸ πῦρ τὸ ἀφεγγὲς, ἆρά γε πλέον ἐστὶν τῆς μελλούσης ἐρημωθήσεσθαι ὕλης ἀπὸ τῆς θείας δυνάμεως, ἢ ἔλαττον; Ἀλλ' εἰ μὲν ἔλαττον, πῶς καταγωνιεῖται τὸ πλέον; εἰ δὲ πλέον, ἐπανάγειν μὲν αὐτὸ δυνήσεται, τῆς αὐτῆς ὂν φύσεως· οὐ μὴν διαφθείρει γε αὐτό· ὥσπερ οὐδὲ ὁ Νεῖλος τοὺς ἀπ' αὐτοῦ ἀποτεμνομένους κόλπους.

ANNO DOMINI CCCXI.

S. PETRUS

ALEXANDRINUS EPISCOPUS ET MARTYR

—

NOTITIA HISTORICO-LITTERARIA

(Galland. *Vet. Patr. Biblioth.* IV, Proleg., x.)

—

I. *Petri Alexandrini antistitis merita ab uno Eusebio celebrata. Theonæ successor. Tempus ejus sedis statuitur. Desinente anno* 311 *martyr occubuit.*

II. *Tempore persecutionis* Canones pœnitentiales *scripsit. Hujusmodi Canones aliaque sancti Patris opera plurimi ducunt scriptores Orientales. Neque aliter Græci. Balsamonis et Zonaræ commentariis instructi iidem Canones hic exhibiti; quorum nonnulli præterea cum codice ms. collati.*

III. *Ex aliis beatissimi antistitis monumentis fragmenta collecta. His intexta ejus epistola a Maffeio edita. Quo tempore ortum schisma Meletianum.*

I. Petrum episcopum Alexandrinum summis laudibus celebrat ex antiquioribus unus Eusebius. Fuit ille, inquit (*a*), « divinum episcoporum decus, cum ob totius vitæ sanctimoniam, tum ob studium ac peritiam sacrarum litterarum : » θεῖον ἐπισκόπων χρῆμα, βίου τε καὶ ἀρετῆς ἕνεκα καὶ τῆς τῶν ἱερῶν λόγων συνασκήσεως. Et alibi (*b*) eum appellat « Christianæ religionis doctorem eximium : (*c*) qui quidem toto sacerdotii sui tempore quod annis gessit duodecim, maximam quoque gloriam est consecutus. Post Theonam episcopatum Alexandrinum sortitus est. Et ante persecutionem quidem tribus ferme annis Ecclesiam rexit : Πρὸ τοῦ διωγμοῦ τρισὶν οὐδ' ὅλοις ἡγησάμενος τῆς Ἐκκλησίας : reliquum autem ætatis tempus, arctiore disciplina se ipsum exercens, transegit : nec minus interim communi Ecclesiarum utilitati magnifice prospexit. Quam ob causam anno persecutionis nono capite truncatus, martyrii coronam promeruit. » Hactenus Eusebius : quem accurate Petri episcopatus annos digessisse, pluribus Dodwellus evincit (*d*). Cum igitur Petrus duodecim annos in episcopatu transegerit, atque anno ab orta persecutione nono, sæviente in Alexandrinam Ecclesiam Maximino, capite truncatus fuerit; ejus proinde martyrium incidit in annum Christi 311, quod Ægyptii recolunt die 29 mensis Athyr, qui respondet 25 Novembris ut post Renaudotium (*e*) observat Lequienius (*f*).

II. Scripsit sanctus Pater anno persecutionis IV, Christo 306, *Canones pœnitentiales* propter eos qui in prædicta persecutione lapsi essent. Occurrunt autem in omnibus Canonum collectionibus. Nos vero illos desumpsimus ex editione magni *Synodici* Oxoniensi, quam curavit Guillelmus Beveregius, eamque contulimus non solum cum Frontonis Ducæi editione Parisiensi, sed etiam cum ms. codice bombycino amplissimi senatoris Bernardi Nani, scholiis præterea Theodori Balsamonis et Joannis Zonaræ intextis. De his autem Canonibus pœnitentialibus Tillemontium consulas velim (*g*). Porro hujusmodi Canonum testimoniis, ut refert laudatus Renaudotius (*h*), utuntur Echmimensis, Ebnassalus, Abulfaragius et alii cujuscunque sectæ Orientales Christiani : apud quos etiam in iis collectionibus anonymis quæ vocant *Responsa*, quædam ex aliis ejus operibus fragmenta exstant. Nonnulla item laudantur a Jacobitis in opere quod *Fidem patrum* appellant. In alio quoque opere, cui titulus *Unio pretiosus*, ejus homiliam *de baptismo Christi* memoratam videas.

III. Quæ vero apud Græcos ex cæteris sancti martyris scriptis fragmenta servantur, ea omnia collecta ejus Canonibus subjecta exhibemus. Nimirum, 1. excerptum ex ejus libro *De deitate*, quod exstat in actis conciliorum Ephesini et Chalcedonensis, cum Marii Mercatoris apposita interpreta-

(*a*) Euseb. *Hist. eccl.* lib. IX, cap. 6.
(*b*) Id. *ibid.* lib. VIII, cap. 13.
(*c*) Id. *ibid.* lib. VII, cap. 32 sub fin.
(*d*) Dodw. *Dissert. sing. ad Pears.*, cap. 6, § 21, pag. 74.

(*e*) Renaud. *Hist. patriarch. Alex.*, pag. 60.
(*f*) Lequien. *Or. Christ.*, tom. II, pag. 397.
(*g*) Tillem. *Mem.*, tom. V, pag. 450.
(*h*) Renaud. *l. c.*, pag. 61 seq.

tione; 2. aliud item fragmentum ex homilia *De adventu Salvatoris*, quod recitat Leontius Byzantinus lib. I *contra Nestorium et Eutychen*; 3. adjecimus deinceps ejusdem beatissimi antistitis epistolam ad Ecclesiam Alexandrinam, recens evulgatam cum aliis vetustis Ecclesiæ monumentis a V. C. Scipione Maffeio (*i*); quam sanctus præsul conscripsisse perhibetur post epistolam ad Meletium episcopum Lycopolitanum, a beatis confessoribus Hesychio, Pachomio, Theodoro et Philea exaratam (*j*). In ea porro epistola sanctus Petrus, Alexandrinis interdicta cum Meletio communione, scribit se *illi occursurum cum sapientibus viris, et visurum quæ sunt quæ ille cogitavit*, innuens videlicet synodum illam Alexandrinam, in qua postmodum celebrata sacerdotio fuit dejectus idem Meletius. De qua quidem synodo hæc habet sanctus Athanasius (*k*): *Petrus apud nos ante persecutionem episcopus, et in persecutione martyr, Meletium qui ab Ægypto episcopus dicitur*, Μελέτιον ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου λεγόμενον ἐπίσκοπον, *multis criminibus convictum, in communi episcoporum synodo deposuit*. Cæterum de tempore quo cœpit funestum schisma Meletianum, Baronii sententiam (*l*) illud illigantis anno 306 propugnat adversus Pagium et Montfauconium laudatus Maffeius (*m*), tum ex hac Petri Alexandrini epistola, tum vero in primis ex altera quatuor episcoporum, cujus in sua meminit idem sanctus Pater, quamque a Philea Thmueos episcopo fuisse conscriptam superius edisseruimus (*n*); 4. demum loco fragmenta proferimus ex *disputatione de Paschate*, quæ in *Chronici Paschalis* limine occurrunt, de quorum sinceritate alibi nos disputasse meminimus, ubi de S. Claudio Apollinari verba fecimus (*o*). Huc vero et illud accedit ad fidem auctoris Chronici ejusdem Paschalis confirmandam, quod Casaubonus ex veteri codice ms. duo loca profert (*p*) ad eamdem disputationem spectantia, quæ apud illum auctorem anonymum iisdem verbis descripta videas, ut in notis subjectis innuimus.

(*i*) Maffei *Osserv. letter.*, tom. III, pag. 17.
(*j*) Vide *Patrologiæ* nostræ Græco-Latinæ t. X, col. 1565. EDIT.
(*k*) Athan. *Apol. contr. Arian.*, § 39, Opp. tom. I, pag. 177.
(*l*) Baron. ad ann. 306, § 44.
(*m*) Maffei *l. c.*, pag. 24.
(*n*) Vide tomum supra citatum, col. 1559.
(*o*) Vide *Patrologiæ* tom. V. — Accedit S. Petri sermo Syriace et Latine ab Ang. Maio evulgatus. EDIT. PATR.
(*p*) Casaub. *Exercit.* XVI *ad Annal. eccl.*, §§ 12 et 163.

ACTA SINCERA SANCTI PETRI

EPISCOPI ALEXANDRINI ET MARTYRIS

ANASTASIO BIBLIOTHECARIO INTERPRETE.

(Apud Maium, *Spicilegii* tomo III, pag. 671.)

MAII MONITUM.

Anastasium Bibliothecarium transtulisse e Græco passionem sancti Petri Alexandriæ episcopi, affirmat primum ipsemet Anastasius in prologo suo ad passionem martyrum MCCCCLXXX, quem Mabillonius in *Museo Italico* tom. I, part. II, p. 80, vulgavit: *post translatam a me ad petitionem sanctitatis tuæ* (loquitur cum Petro episcopo Gavinensi) *passionem præcipui doctoris et martyris Petri, Alexandrinæ urbis episcopi*. Deinde anonymus biographus Joannis VIII PP. apud Muratorium R. I. S. tom. III, p. I, p. 269, id ipsum confirmat: *Anastasius Rom. Ecclesiæ bibliothecarius transtulit etiam de Græco in Latinum passionem sancti Petri Alexandrini archiepiscopi*. Verumtamen ex diversis quæ habentur sancti Petri passionibus, quamnam Anastasius transtulerit, conjectura cognoscendum est. Etenim Surius ad diem 26 Novembris quædam breviora Acta recitat, eaque ab Anastasio esse arbitratus est, propterea quod in codicibus legerat prologum ad martyrum MCCCCLXXX passionem, cujus supra meminimus; itaque iisdem verbis utitur Surius quibus Anastasius in dicto prologo, nempe *præcipui doctoris et martyris Petri Alexandrinæ urbis episcopi* (vel *patriarchæ*, ut Surius et codex Vat. reginæ Suecorum 542, f. 72 b). Surii tamen sententiæ, nulli certo argumento innixæ non acquievit Baronius in adnotationibus ad Martyrologium dicta die Sic enim ait: « Habemus alia ejusdem Petri Acta pleniora in vet. cod. ms., quæ quoniam accuratius conscripta noscuntur, Anastasio, mea sententia, potius tribuenda videntur. Est illorum exordium: *Si omnes mei sensus*. » (labitur memoria Baronius qui scribere debuit, *Si omnes mei corporis artus*, uti legitur apud nos.) Eamdem de istis Actis sententiam præ se tulerat Baronius in *Annal.* ad an. 310, qui et ipsis ad contexendam Petri Historiam naviter usus est. Ego igitur auctoritate Baronii fretus, præterea que bonitate captus Actorum horum, quæ in pervetusto codice reperi Vaticano 602, passionem hanc celeberrimi Alexandrinæ urbis episcopi et martyris exhibeo.

Præter hæc sincera et Anastasiana, de quibus hactenus dixi, Acta, Latina alia legebam in codice Vat. 622, æque ferme antiquo; hæc tamen illa ipsa sunt quæ Combefisius in lectis Triumphis martyrum, p. 189 seqq., Græce edidit et Latinitate nova donavit, quia veterem codicis Vaticani textum ignorabat.

Tria sunt igitur sancti Petri Alexandrini martyris Acta; 1. Sincera nostra et omnium optima, Baronio judice; 2. breviora illa Latina apud Surium; 3. Græca Combefisiana, quæ sunt eadem Latine in codice, ut diximus, Vat. 622. Nos vero prima et præstantia atque inedita recitabimus (*a*).

INCIPIUNT ACTA.

Si omnes mei corporis artus verterentur in linguas, omnesque membrorum compages articulatas ederent voces, quis vel qualis, quantusve fuerit beatissimus Pater noster Petrus, Alexandrinæ sedis archiepiscopus, exprimere nullatenus sufficerem. Præsertim quanta tyrannorum pericula, quantosque gentilium atque hæreticorum subierit conflictus, papyris omnia tradere, vel maxime incongruum ducimus, ne favoris illius panegyricum commendare potius videamur quam passionum, cujus præclaro annisu populum Deo acquisitum salvum facere viriliter cucurrit. Verumtamen quia ad intimæ conversationis ac mirificæ ejus actionis narranda præconia ratio succumbit, et sermo sufficere nullatenus valet, ideo commodum æstimamus ea solummodo describere, quibus utique ad pontificatus apicem conscendisse pandatur, et, Ario a catholica unitate præciso, martyrialibus laureis sit coronatus. Hunc tamen gloriosum finem ac magnifici certaminis speculum, operæ pretium eis sufficere credo, qui nostram attendunt devotionem, ac sine mendacii fuco veridicam non ambigunt narrationem. Hujus A itaque sanctissimi viri episcopale inchoantes exordium, ipsius flagitemus orationem, ut nos eam nostro stylo cooperatricem habere gaudeamus.

Alexandria igitur urbs copiosæ magnitudinis est, quæ non Ægyptiorum solummodo, sed etiam Thebæorum atque Libycorum haud procul ab Ægypto principatum tenet. Salutiferæ autem Jesu Christi Domini nostri incarnationis ducentorum octoginta et quinque annorum circulus volvebatur, cum venerabilis Theonas ejusdem civitatis papa æthereo volatu cœlestia regna conscendit (*b*). Cui profecto memoratus Petrus ad ministranda Ecclesiæ gubernacula succedens, ab omni clero et Christiana plebe ordinatus est pontifex, sextus decimus scilicet a Marco evangelista simulque archiepiscopo ejusdem B civitatis. Hic enim velut Lucifer inter astra consurgens, sanctarum radiis virtutum emicans, arcem fidei magnificentissime gubernabat. In Scripturis vero divinis priorum nullius inferior, ad Ecclesiæ utilitatem atque instructionem nobiliter insistebat; prudentia quoque singularis, et in omnibus perfectus, vere sacerdos et hostia Dei, erga

(*a*) Fragmenta Actorum S. Petri Coptice et Latine edidit Georgius Zoega, Danus, in libro cui titulus : *Catalogus codicum Copticorum mss. qui in Museo Borgiano Velitris asservantur.* Romæ 1810, in-fol., p. 11. En ea Latine reddita :

I. Cod. XIV, ex vol. Vatic. LXII. *Encomium quod scripsit abbas Alexander archiepiscopus Alexandriæ in S. Petrum virginem et archiepiscopum ejusdem urbis, qui martyrium sustinuit pro nomine Domini nostri Jesu Christi, quod et recitavit in oratorio ejus quod est a parte occidentali urbis, ubi festum ejus celebrant die honoratæ commemorationis ejus, qui est dies 29 mensis Athor. In pace Dei amen.* Sermo inter alia est de Sabellio hæretico, qui surrexit tempore Theonæ archiepiscopi prædecessoris Petri; de persecutione sub Diocletiano, qua vigente in Mesopotamiam secessit Petrus comitibus Achilla et hujus encomii auctore; de Melitio episcopo Lycopolitano, qui absente Petro invasit thronum Alexandriæ, sed postea ab eo in Ægyptum reverso pulsus est; de Ario presbytero qui secutus errorem Origenis affirmavit Filium Dei esse creaturam.

Subscriptio in fine : *Domine, miserere servi tui diaconi Gabrielis Cosmæ. Amen.*

II. Cod. XV, ex vol. Vatic. LXII. *Martyrium S. Petri archiepiscopi Alexandrini, qui consummavit certamen suum sanctum die 29 mensis Athor. In pace Dei. Amen.*

Argumentum fere hoc est : Anno Diocletiani XIX excitata est ingens persecutio, et tribuni et præsides ad id constituti sunt in omnibus provinciis, et in Ægypto a Thebaide magna usque ad Libyen quæ porrigitur ad usque Leptin. Immensus autem fuit martyrum numerus in Africa et Mauretania, Ægypto, Thebaide, Cyrene, Palæstina et Phœnicia. In his Petrus, magnus archiepiscopus Alexandriæ, qui in carcere prædixit, successurum sibi esse in throno Achillam et post hunc Alexandrum; Arium autem impium anathematizavit. Commemoravit et fratres episcopos, Phylel et Hesychium, et Pahhom et Theodorum, qui in vincula conjecti fuerant, quo tempore ipse absens erat in Mesopotamia, et martyrii coronam acceperant una cum clericis plus DCLX. Hortatus quoque est suos, ut caverent a Melitio Lycopolitano qui lacerabat Ecclesiam et insidias struebat bonis. E carcere ductus est Petrus in C locum quem vocant Bucolorum, ubi S. Marcus evangelista passus erat. In itinere obviam facti senex et anus, a castro ad oppidum descendentes, obtulerunt ei pellem quadrangulam et sindonium. Postquam autem ventum esset amplius ad austrum in locum martyrii S. Marci, in *valle* porrecta ad planitiem sepulcrorum, tribuni recidi jusserunt caput Petri. Quod ubi rescivit populus, scilicet archiepiscopum nocturno tempore et remotiore in loco interfectum, magnæ turbæ natæ sunt. Contentio etiam orta est in populo de corpore ejus, dum alii sepelire vellent in ecclesia Theonæ, alii in loco S. Marco consecrato. Proceres autem civitatis, senatorii homines ex Dromo, veriti ne oriretur seditio, corpus pelle illa involutum transtulerunt in navigium, siquidem locus mari adjacebat, et Pharum circumvecti appulerunt ad locum dictum Leucates, ibi deposuerunt in cœmeterio, quod ipse sibi construxerat in suburbio a parte occidentali civi- D tatis. Sed populus non permisit ut sepeliretur, antequam mortuum collocassent in throno episcopali in ecclesia, clero comitante, quo facto sepeliverunt eum in sindoniis et holosericis cum aromatibus. EDIT. PATR.

(*b*) Apud Eusebii *Chronicum*, in utraque mea editione Mediolanensi ac Romana, ad hunc fere annum non obitus, sed initium episcopatus Theonæ refertur.

omnem sacerdotii curam diebus ac noctibus vigilanter desudabat.

Sed quia semper zelo percutitur virtus, feriuntque summos fulgura montes, æmulorum hinc inde multifarios patiebatur conflictus. Quid plura? pene omni tempore vitæ suæ in persecutione degit. Ordinavit interea quinquaginta et quinque episcopos. Meletius denique, nomine et mente nigerrimus, apud Lycopolitanam urbem schismaticus factus est præsul; multa quidem contra canonum agens regulam, superansque etiam cruentorum militum feritatem, qui in Domini passione veriti sunt Dominicam scindere tunicam; adeo laxatis insaniæ raptabatur habenis, ut catholicam scindens Ecclesiam, non solum per civitates Ægypti, sed etiam per villas ejus, suos sequaces ordinaret episcopos, et nihil ei curæ de Petro erat, imo nec de Christo qui erat in Petro. Huic præfatus Arius adhuc laicus adhærebat, necdum clericali tonsura notatus, eratque illi ejusque domui admodum charus; nec immerito: omne animal, ut ait Scriptura, simile sibi diligit. His autem cognitis, vir Domini mœrore confectus hanc persecutionem aiebat pejorem esse priore. Et licet quibusdam latebris absconsus, tamen pro viribus exhortatorios ubique dirigens apices, prædicansque Ecclesiæ unitatem, vegetabat eos adversus imperitiam et nefariam Meletii temeritatem. Unde factum est ut non pauci ejus salutaribus monitis animati, a Meletiana discederent impietate.

Per idem fere tempus Arius, viperea armatus versutia, quasi deserens Meletianos confugit ad Petrum, qui rogatus ab episcopis sublimavit eum diaconii honore, nesciens quippe tantam ejus hypocrisin. Erat autem instar colubri pestifero suffectus veneno. Neque enim hujusmodi manus impositio huic sancto in crimen deputari potuit, sicut nec Simonis magica ars simulata ascribitur Philippo. Meletianorum interea detestabile nefas supra modum crescebat, pavensque beatissimus Petrus ne hæretica pestis totum sibi creditum invaderet gregem, simulque sciens quod nulla societas est luci cum tenebris, nullaque concordia Christo et Belial, Meletianos ab Ecclesia per litteras segregavit. Et quia mala voluntas diu occultari non valet, illico nefandissimus Arius, propterea quod suos fautores ab Ecclesiæ dignitate cerneret divisos, tristitiæ mancipatus gemebat. Quod sanctissimum virum minime latuit. Denudata namque ejus hypocrisi, protinus evangelico utens ferro, *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum et projice abs te,* Arium ab Ecclesiæ compage, utpote putridum membrum detruncans, foras expulit et a fidelium communione extorrem esse mandavit.

His ita gestis, subito admodum ablata persecutionis procella, pax, licet exigua, refulsit. Tunc elegantissimus Domini pontifex populo manifestus A illuxit, cœperuntque fideles ad martyrum memorias catervatim currere, et ad Christi laudem cœtum congregare; quos divinæ legis antistes divino oraculo vivificabat, erigebat atque roborabat, crescebatque jugiter in Ecclesia multitudo credentium. Sed hæc non æquis oculis ille antiquus aspiciens humanæ salutis hostis *haud* in longum quievit. Nam subito paganitatis turbo ex adverso intonuit, et more hibernalis imbris Ecclesiæ serenitatem perculit, eamque procul fugavit. Sed hoc ut manifestius intelligi possit, necessario ad impiissimi et Deo rebellis Diocletiani atrocitatem, pariterque Maximiani Galerii reflectimus articulum, qui eo tempore cum filio suo Maximino tyrannico dominatu Orientales vexabat regiones.

B Hujus namque temporibus in tantum Christianæ persecutionis æstuabat incendium, ut non solum in uno mundi climate, sed etiam per universum orbem terra marique impietatis procella tonaret. Discurrentibus itaque hinc inde imperialibus syllabis atque crudelissimis decretis, Christicolæ nunc palam nunc clandestinis jugulabantur insidiis; nullus enim dies nullaque nox ab effusione Christiani cruoris transibat immunis. Nec typus interfectionis horrebat simplex; alii quidem diversis et acerrimis necabantur suppliciis; alii vero, ut etiam parentum humanitate patriaque carerent sepultura, ad alia transferebantur loca, novis quibusdam et sæculo inauditis pœnarum machinationibus ad martyrii C compellebantur metam. Proh nefas! tanta erat illorum impietas, ut etiam divini cultus sanctuaria a fundamentis everterent, sanctosque libros igni cremarent. Defuncto itaque exsecrabilis memoriæ Diocletiano, Constantinus Major ad regni gubernacula electus est, et Occiduis partibus principatus sui cœpit moderari habenas.

His profecto diebus Maximino (*a*) a quibusdam de præfato archiepiscopo relatum est, videlicet quod ipse Christianitatis dux atque signifer esset; qui solita inflammatus nequitia, e vestigio jussit comprehendi Petrum et in carcerem retrudi. Quam ob rem quinque tribunos stipatos militum catervis Alexandriam destinavit; qui venientes juxta quod sibi fuerat imperatum, subito rapientes Christi ponD tificem carceris custodiæ manciparunt. Mira fidelium devotio! Ubi compertum est quod tantus vir carceralibus clauderetur ergastulis, cucurrit supra modum incredibilis multitudo, præcipue monachorum ac virginum chorus, et non materialibus armis, sed lacrymarum rivulis et piæ mentis affectu circumdederunt carceris ambitum, et tanquam boni filii erga bonum patrem, imo Christiana membra Christianissimo capiti, totis compassionum visceribus adhærebant, erantque illi murus, observantes ne quis paganorum ad eum ingrediendi copiam haberet. Una nimirum omnium vota, con-

(*a*) Rectissime noster ponit Petri passionem sub Maximino, non sub Diocletiano, quod facit Græcus ille biographus a Combefisio vulgatus. quo loco doctus editor p. 222 errorem hunc coarguit.

sona vox, eademque compassio, mori potius quam sanctum quidpiam mali perpeti viderent (*a*). Vir autem Domini cum paucos dies eodem nervo teneretur retrusus, tribuni fecerunt de ipso regi suggestionem; ille autem juxta morem suæ ferocitatis destinavit sententiam, ut beatissimum patriarcham capitali punirent discrimine. Porro dum hoc per aures Christianorum serperet, cœperunt omnes unanimiter carceris aditum cum luctu et gemitu custodire, et obsistentes neminem gentilium illum ingredi permittebant. Tribuni vero cum ad eum jugulandum nullatenus haberent ingressum, habito consilio statuerunt ut cuncti milites nudatis mucronibus popularem irrumperent turbam, et sic eum duntaxat ad decollandum foras extraherent; mox vero si quis obsistere vellet, gladio interiret.

Arius interea adhuc levitico tantum honore coloratus (*b*), metuens ne post exitum tanti Patris reconciliari nullatenus valeret, adiit eos qui nobiliores erant in clero, et luctuoso precario blandoque sermone utpote simulator conabatur sancto suadere archiepiscopo, ut illi misericordia indulgeret, eumque ab hujusmodi solveret obligatione. Verum quid simulato corde fallacius? Quid sancta compositione simplicius? Haud mora; ingressi sunt qui rogati fuerant ad Christi pontificem, et post consuetam orationem, consternati solo cum gemitu et lacrymis sacras ejus deosculantes manus, flagitabant eum dicentes: Te quidem, beatissime Pater, secundum fidei dignitatem Dominus ad martyrii coronam vocavit, quam te celerius accipere nequaquam ambigimus. Idcirco justum putamus ut solita pietate indulgeas Ario, ejusque fletibus veniam tribuas.

Quibus auditis vir Domini cum indignatione submovit eos, et elevatis sursum manibus exclamans, dixit: Pro Ario me audetis supplicare? Arius et hic et in futuro sæculo a gloria Filii Dei Jesu Christi Domini nostri semper erit segregatus semperque manebit extorris (*c*). Hæc illo protestante, omnes qui aderant, timore perculsi, tanquam muti reticebant. Porro suspicati sunt eum non sine divino nutu talem in Arium proferre sententiam. Quos dum clementissimus Pater cordis compunctione silentes ac mœstos aspiceret, noluit austerus permanere, vel eos quasi contemnens sine satisfactione relinquere; sed assumens Achillam et Alexandrum, qui in sacerdotibus seniores ac sanctiores esse videbantur, unum ex eis habens ad dexteram, alterum quoque ad lævam, paululum eos segregavit a cæteris, et clauso sermone dixit ad

A eos: Nolite me, fratres, tanquam inhumanum ac rigidum accipere; revera enim et ego homo sum sub lege peccati degens; sed credite meis sermonibus. Latens Arii dolus omnem superat iniquitatem, omnemque supergreditur impietatem; et hoc non a memetipso asserens, ejus sancivi segregationem. Hac etenim nocte dum solemniter preces ad Deum funderem, astitit mihi quidam puer quasi duodecim annorum, cujus faciei claritatem ferre non poteram, nam tota hæc cella in qua stamus immenso lumine radiabat. Ipse autem linostimum erat indutus colobium, scissum in partes utrasque a collo usque ad pedes, tenensque gemina manu colobii scissuras, applicabat eas pectori suo, quatenus propriam tegeret nuditatem. Ad hanc quippe visio-
B nem ego miratus obstupui. Mox ubi data est mihi loquendi fiducia, exclamans dixi: Domine, quis tibi hoc scidit indumentum? Et ille: Arius me scidit, sed præcave omnino ne eum in communionem recipias; ecce enim crastina die venturi sunt qui te pro eo postulabunt. Vide ergo ne suasus acquiescas illis: quin potius jubeto Achillæ pariterque Alexandro presbyteris, qui post tuum transitum recturi sunt Ecclesiam meam, ne aliquatenus illum recipiant. Tu autem futurus es martyrii sortem velocius explere. Hujus autem visionis causa nil amplius fuit. Ecce satisfeci vobis, et quæ jussa sunt prorsus annuntiavi. Cæterum quid ex his facietis, vos videritis. Et de Ario quidem
C hæc.

Nostis præterea, charissimi, et bene nostis, qualiter huc usque vobiscum conversatus sum, quantasque conflictationes ab idololatris sustinui gentilibus, qui Dominum Salvatorem ignorantes, multitudinem deorum qui non sunt, insanientes diffamare non cessant. Scitis profecto quomodo persecutorum declinando rabiem, de loco ad locum profugus ibam. Plurimum namque in Mesopotamia latitans degi, ac perinde apud Syriam Phœnicis delitui, in utraque etiam Palæstina diutius peregrinationem sustinui; et exinde, ut ita dicam, in alio elemento, hoc est in insulis non parvo tempore moratus sum. Et in his omnibus degens calamitatibus Dominico gregi qui meæ parvitati commissus
D est, die noctuque scribere non desinebam, confirmans eos in Christi unitate. Horum enim anxia sollicitudo cor meum sedule instigabat, et me quiescere non sinebat; solummodo levius me habere putabam quando eos supernæ potestati committebam.

Jam vero propter fortunatos pontifices, Phileum dico, Hesychium (*d*) atque Theodorum, qui digne a

(*a*) Sic prorsus excubabat Mediolanensis pia plebs circa Ambrosium episcopum suum, cui furor Justinæ Arianæ imperatricis imminebat, teste oculari Augustino *Confess.* lib. IX, cap. 7.

(*b*) Recte hoc dicitur, secus ac Græca Acta Combefisii et cod. Vat. 622, in quibus falso dicitur presbyter Arius sub Petro.

(*c*) Addunt hic Acta Combefisiana, *quemadmodum ille Dei Filium a paterna gloria et substantia sequestravit*. Male, quia nondum Arius suam hæresim patefecerat, sed ob schisma tantummodo Meletianum, et suspectam agendi rationem exclusus fuerat. Hoc additamentum ne alter quidem codex Vat. 622 agnoscit.

(*d*) Acta Combefisiana et cod. Vat. 622 addunt *Pachomium*.

divina gratia sunt vocati, quam gravis me tribulatio quatiebat! Hi enim, ut ipsi scitis, ob Christi fidem cum reliquis confessoribus diversis macerabantur suppliciis. Et quia in tali agone non solum clericorum, sed etiam laicorum ipsi erant signiferi et præceptores, propterea valde verebar, ne longis deficerent cruciatibus, et eorum defectio, quod dictu grave est, plurimis negandi foret offendiculum; erant enim ultra sexcentos sexaginta, qui cum eis carceralibus arctabantur ergastulis. Unde magno labore magnoque satagens sudore, non cessabam de prædictis locis scribere omnibus illis, exhortans eos ad martyrii palmam magisterio divini affatus. Quando vero omnium eorum magnificam audivi perseverantiam et passionis gloriosum finem, cadens in terram adoravi Christi majestatem, qui eos inter martyrii catervas annumerare dignatus est.

Quid etiam vobis de Meletio Lycopolitano (*a*) commemorem? qui quantas persecutiones, quantosque dolos mihi sit jaculatus, vos omnimodo scire nullatenus ambigo. Proh nefas! scindere sacrosanctam Ecclesiam non metuit, quam Dei Filius pretioso sanguine redemit, eamque ut de diaboli tyrannide liberaret, animam ponere non titubavit. Hanc, ut dicere cœpi, nequissimus Meletius scindens, etiam sanctos episcopos, qui ante paululum per martyrium cœlos penetrarunt, in carceris custodia expugnare atque affligere non desinebat. Cavete igitur ab ejus insidiis. Ego enim, ut ipsi videtis, alligatus divina charitate proficiscor, voluntatem Dei omnibus anteponens. Scio nempe quia tribuni de mea nece trepidantes mussitant, sed nullum ex hoc eis sermonem inferam, neque enim animam meam pretiosiorem me ipso faciam. Quin imo paratus sum perficere cursum quem mihi Dominus meus Jesus Christus polliceri dignatus est, et ministerium quod ab ipso accepi, ei fideliter assignare. Orate pro me, fratres; ulterius me in hac vita vobiscum vivere jam non videbitis. Quapropter testificor coram Deo et vestra fraternitate, quod omnibus vobis mundam servavi conscientiam. Non enim subterfugi annuntiare vobis quæ mihi a Domino sunt injuncta, et quæ deinceps necessaria erunt pandere minime recusavi.

Quocirca attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus seriatim episcopos posuit. Te quidem Achillam primum, Alexandrum vero secundum. En vobis viva voce protestor, quoniam post meum transitum insurgent quidam de Ecclesia loquentes perversa, rursusque divident eam, ut Meletius, trahentes populum post suam vesaniam. Ecce prædixi vobis. Sed, deprecor vos, o viscera mea, vigilate: oportet enim vos multas subire tri-

A bulationes. Neque enim meliores sumus quam patres nostri. An ignoratis quanta a gentilibus perpessus est pater meus, qui me nutrivit, sanctissimus Theonas episcopus, cujus pontificalem cathedram regere suscepi? O utinam et mores! Quid etiam de magno Dionysio ejusdem præcessore referam? qui profugus de loco in locum multas calamitates ab insano sustinuit Sabellio? Nec vos prætereăm (*b*), sanctissimi Patres ac divinæ legis antistites, Heracli atque Demetri, quibus fabricator perversi dogmatis Origenes multifarias tentationes incussit; qui conjecit in Ecclesiam detestabile schisma, quod usque hodie confundit eam. Sed gratia Dei, quæ illos tunc protegebat, credo enim quod et vos proteget. Sed quid vos ultra demoror,

B charissimi fratres, prolixi sermonis affatu? Superest ut ultima apostoli oratione vos prosequar ita precantis: et nunc commendo vos Deo et verbo gratiæ ejus, qui potens est gubernare et vos et ovile suum. Hæc ubi dicta dedit, positis genibus oravit cum eis. Expleta itaque oratione, osculantes manus ejus ac pedes Achillas atque Alexander conversi in lacrymas singultu amarissimo quatiebantur, maxime quia audierant eum dicere quod ex tunc temporalem ejus vitam amplius visuri non essent. Dehinc doctor dulcissimus veniens ad reliquos clericorum, qui, ut præmissum est, pro Ario ingressi fuerant, locutus eis verba novissima atque consolatoria et quæ necessaria erant; deinde, fusis ad Deum precibus vale faciens illis, dimisit

C omnes in pace.

His ita peractis, longe lateque ubique vulgatum est quod Arius a catholica unitate absque deifico nutu non sit abscisus. Ille autem fallendi artifex et totius nequitiæ seminator, in sui pectoris labyrintho vipereum virus occultare non desinebat, sperans se ab Achilla vel Alexandro reconciliari. Hic est ille Arius hæresiarches, consubstantialis et individuæ Trinitatis divisor. Hic est qui ore temerario Dominum Salvatorem super omnes hæreticos blasphemare non metuit, Dominum, inquam, Salvatorem, qui humanos miseratus errores, mortiferæ damnationis interitu condolens perire sæculum, pro omnibus nobis carne pati dignatus est.

D Neque enim divinitas, quæ utique impassibilis est, passionem incurrisse credenda est. Sed quia theologi Patres hujusmodi blasphemias a catholicis auribus meliori stylo procul amovere curarunt, et nobis aliud imminet, redeamus ad propositum.

Sagacissimus igitur pontifex, animadvertens cruentissimam tribunorum stropham, quod ob ejus perpetrandam necem, omnem Christianorum qui tunc aderant multitudinem gladio interimere vel-

(*a*) Optime noster; erat enim Meletius Lycopoleos in Thebaide episcopus. Pessime Acta Combefisiana *in Lycaonia*. Jam res Meletii late scribuntur a priscis historicis et a Baronio ad ann. 306, n. 45 seqq.

(*b*) Rursus recte noster vitat errorem biographi Græci Combefisiani, qui Heraclium ac Demetrium post Sabellium ac Dionysium fuisse diserte dicit.

lent, noluit eos pariter secum subire mortis acerbitatem; sed fidelis servus imitans Dominum Salvatorem, qui dixit et fecit, *Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus suis*, ex pietatis argumento vocavit unum seniorem ex his qui ibidem responsis ejus inhærebant, et dixit ei : Vade ad tribunos qui me interficere quærunt, et dicito eis : Cesset omnis anxietas, ecce promptus sum ultroneum me illis ingerere. Hac etenim nocte veniant post tergum domus carceris hujus, et in quo loco audierint signum in pariete ab intus factum, ibi effodientes excipiant me, perficiantque quod sibi est imperatum. Senior vero, obtemperans jussionibus sanctissimi viri (neque enim tanto Patri contradicere poterat), abiit ad tribunos et intimavit eis quod sibi fuerat injunctum. Quod illi audientes valde gavisi sunt, et assumentes latomos circa noctis hujus matutinum tempus venerunt sine militibus ad locum qui sibi fuerat ostensus. Vir autem Domini vigil in oratione et vigiliis totam noctem insomnem duxerat. At ubi eorum cognovit adventum, cunctis qui secum aderant sopore quiescentibus, lento gradu ingressus est in interiorem carceris partem, et juxta condictam sponsionem sonum faciebat in pariete; quem illi forinsecus audientes, facto foramine susceperunt Christi athletam non ærea lorica, sed virtute Dominicæ crucis undique munitum, paratumque implere divinum sermonem qui dicit : *Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere; sed potius eum timete qui potest et animam et corpus perdere in gehennam.* Mira res! Tam validus imbrium turbo collisionesque ventorum in eadem strepuere nocte, ut nemo eorum qui observabant carceris fores, posset audire effodiendi sonum. Constantissimus autem martyr urgebat homicidas illos : Facite, inquiens, quod facturi estis, prius quam hoc sentiant qui me custodiebant.

At illi tollentes eum duxerunt in locum qui dicitur Bucolia, ubi et sanctus Marcus martyrium pro Christo suscepit. Stupenda sanctorum virtus! Cum eum ducerent, et tantam illius constantiam circa funereos casus tantumque animi robur inspicerent, subito horridus pavor timidusque tremor eos invasit in tantum ut nullus ex eis in faciem ejus intendere auderet. Rogabat præterea martyr beatissimus ut sinerent eum ad sancti Marci evangelistæ memoriam ire; cupiebat enim ejus se patrociniis commendare. At illi præ pudoris confusione terram despectantes, Facito, inquiunt, quod vis, tantum velocius. Accedens itaque complexus est sacratissimum evangelistæ cœmeterium, et veluti in carne viventi atque audienti loquens, hoc modo precabatur : Pater honestissime, tu evangelista unigeniti Salvatoris, tu testis passionum illius, te primum pontificem et firmamentum cathedræ ejus liberator omnium Christus elegit, tibi fidei præconium per totam Ægyptum et circum terminos ejus insonare commisit. Tu, inquam, ministerium humanæ salutis, quod tibi creditum fuerat, vigilanter explesti; hujus nimirum laboris mercedem martyrii palmam percipere meruisti. Unde non immerito dignus es evangelista simul et episcopus prædicari. Tui nempe successor fuit Anianus, et reliqui (*a*) per succiduam seriem usque ad beatissimum Theonam qui meæ infantiæ colaphos dare, et meam indolem nutrire dignatus est. Cui etiam ego peccator et indignus ultra meritum hæreditario gradu successor effectus sum. Et quod potissimum est, ecce Dominicæ pietatis largitio me pretiosæ crucis ac festivæ anastasis martyrem fieri condonavit, tribuens meæ devotioni suæ passionis jucundum odorem, ut et ego hostiam mei cruoris libare illi dignus efficiar. Et quia istiusmodi libationis urget articulus, ora pro me ut, divina opitulante virtute, stadium hujus agonis corde robusto ac fide promptissima perficere merear. Commendo etiam tuæ gloriosæ paternitati Christicolum gregem, qui mihi pastorali regimine commissus est; tibi, inquam, eum suppliciter commendo, qui omnium præcedentium ac subsequentium in hoc pontificali throno auctor atque tutor esse probaris, quique hujus primatum habens, non hominis, sed Dei et hominis Jesu Christi, successor exsistis. Et hæc dicens, haud longe a sacro tumulo remotis vestigiis manibusque in cœlum extensis, voce magna precatus : Unigenite, inquit, Verbum æterni Patris Jesu Christe, exaudi me tuam interpellantem clementiam; pacifica, quæso, tempestatem Ecclesiæ tuæ, effusione sanguinis mei servi tui conclude persecutionem populi tui. Tunc quædam virgo Deo dicata, quæ asceteriolum hujus evangelistæ cœmeterio conterminum habebat, pernoctans in oratione audivit vocem de cœlo dicentem : Petrus initium apostolorum, Petrus finis martyrum episcoporum Alexandriæ.

Completa oratione deosculans tumbam beati evangelistæ et reliquorum pontificum qui inibi tumulati erant, exivit ad tribunos. At illi videntes faciem ejus tanquam faciem angeli, terrore perculsi, verebantur ei aliquid de instanti agone loqui. Verumtamen quia Deus non deserit sperantes in se, noluit martyrem suum in articulo tanti discriminis absque solatio relinquere. Ecce quidam senex et quædam virgo vetula venientes ex oppidis properabant in civitatem, quorum unus quatuor venalicias deferebat pelles, altera quoque geminas sindones. Cernens eos beatus antistes, cognovit erga se divinam dispensationem. Illico percontatus est dicens : Christiani estis? qui dixerunt : Etiam. Et ait, quo pergitis? Et illi : Ad nundinas, inquiunt, urbis ut venundemus hæc quæ deferimus. Clemen-

(*a*) Bene noster per hanc reticentiam vitat nominum perturbationem quæ occurrit in Actis Combefisianis et in cod. Vat. 622.

tissimus autem Pater subjunxit : Filioli mei fideles, Deus vos destinavit, perseverate mecum. Qui protinus eum agnoscentes, dixerunt : Ut jussisti, domine. Et conversus ad tribunos : Eia agite, inquit, quod acturi estis, complentes regiam jussionem, quoniam dies jam illucescere cœpit. Ipsi autem ob nefaria principis decreta quasi vim patientes, tulerunt eum e regione sanctuarii evangelistæ in vallem juxta sepulcra. Et sanctus : Expandite, inquit, o senes, pelles quas advectatis, simulque tu, vetula, sindones. Quibus expansis, robustissimus martyr desuper ascendens, palmas utrasque sursum extendit, ac proinde poplites humi fixus, animum quoque cœlo intentus, gratiarum actiones omnipotenti agonothetæ persolvit, muniensque se crucis signaculo dixit, Amen. Dein omophorium relaxans a collo, cervicem tetendit : Quod vobis, inquiens, jussum est, maturius deliberate.

Obriguerunt interea tribunorum manus, atque invicem se aspectantes ad hoc facinus provocabant; sed omnes formidine capti stupebant. Tandem ex consensu placuit ut de communi ære interfectionis præmium apponeretur, et si quis istiusmodi scelus perpetrare ausus esset, ipse homicidii lucraretur quæstum. Haud mora ; unusquisque eorum quinque protulit solidos. Verum, ut gentilis ait poeta :

... Quid non mortalia pectora cogis,
Auri sacra fames !

unus ex eis ritu proditoris Judæ, pecuniæ cupiditate audax effectus, exserto gladio Christi pontificem capite obtruncavit sub die scilicet VII Kalendarum Decembrium (*a*), cum haberet in pontificatu annos XII, quorum tres ante persecutionem, reliquos vero novem in diversis persecutionum generibus exegit. Exinde sublato ab spiculatore sanguinis pretio, mali emptores vel potius cruenti homicidæ cito citius recesserunt, metuebant enim populi multitudinem, quoniam, uti prælatum est, absque militari præsidio erant. Corpus autem beatissimi martyris, quemadmodum patres affirmabant qui illuc primi convenerant, permansit astans tanquam orationi incumbens, donec plurimi concurrentes invenirent illud eodem modo consistens; nimirum quod vivens sæpius egerat, caro etiam exanimis testabatur. Senem quoque atque anum illam repererunt observantes cum luctu et gemitu pretiosissimum Ecclesiæ monile. Redinantes (*b*) itaque triumphale funus, sacrumque caput cervici opponentes, cooperuerunt sindonibus; sacrum vero cruorem qui secus affluxerat, peniculo reverenter collegerunt (*c*)

Convolans interea ex populosa urbe promiscui sexus innumerabile vulgus, plorans et ejulans invicem se sciscitabatur ignorans qualiter hoc evenisset. Revera enim a minimo usque ad maximum acerrimus fletus omnes rigabat. Primarii namque civitatis cum cernerent multitudinis laudabilem importunitatem, qui sacras ejus exuvias lipsanorum gratia scindere satagebant, involventes eum pellibus atque sindonibus illis tutius perstrinxerunt. Semper enim sanctissimus Dei minister vestes sacerdotales albi coloris erat amictus, hoc est tunicam et colobium necnon et omophorium. Post hæc igitur orta est inter eos non parva contentio; quidam enim sacratissimos artus in ecclesiam quam ipse ædificaverat, ubi et nunc requiescit, advectare satagebant; alii autem ad sanctuarium evangelistæ, ubi et martyrii metam complevit, deferre nitebantur : et dum neutra pars alteri cederent, religionis obsequium vertere cœperunt in pugnæ litigium. Quorumdam interea senatorum animosa phalanx, ex his qui cursus (*d*) vocantur, videntes quæ acciderant, nam secus mare erant, paraverunt scapham, subitoque arripientes sanctas reliquias imposuerunt naviculæ, et ascendentes retro Pharum, per locum cui Leucado vocabulum est, venerunt in ecclesiam beatissimæ Dei Genitricis semperque virginis Mariæ, quam, ut dicere cœperamus, ipse ob martyrum cœmeteria ad occidentalem partem in quodam prosatio (*e*) construxerat. Tunc populorum agmina ceu rapto sibi cœlesti thesauro, alii per itinera, alii per devia quæque properis cursibus insequuntur. Qui tandem venientes non jam ubi poneretur altercabantur, sed communi et non improbando consilio, prius eum decreverunt in sua cathedra ponere, et sic demum sepulturæ tradere.

Et hoc, prudentissime lector, nolo tanquam otiosum deliramentum attendas; quoniam si causam hujusce novitatis didiceris, mirans laudabilem populi zelum factumque probabis. Hic enim beatus antistes quando divini mysterii sacramenta celebrabat, non, sicut ecclesiasticus mos habet, in pontificali throno, sed in ejus subpedaneo scabello residebat; quod populi aspicientes, ægre accipiebant, et conquerentes acclamabant : Oportet, o Pater, in tua te sedere cathedra; et cum crebro id ipsum repeterent, surgens Domini minister ejusmodi querelas tranquilla voce sedabat, et iterum in eodem scabello residebat. Cunctis autem humilitatis gratia hoc agi videbatur. Quodam autem magnæ festivitatis die cum sacra missarum solemnia ageret, et tale quid facere vellet, non solum populus, sed etiam clerus consona voce inclaman-

(*a*) Cod. vat. 622, *nona et vicesima die Athyr mensis*. Acta Combef., πέμπτην ἐπὶ εἰκάδα τοῦ Νοεμβρίου μηνός.

(*b*) Notemus vocabulum.

(*c*) En novum testimonium de veterum Christianorum cura devota sanguinem martyrum conservandi, de qua re diu Boldettus in *Cœmeteriis MM.* lib. I, cap. 27 seqq.

(*d*) Intellige cursum publicum vehicularem vel navicularem.

(*e*) Græcismus, pro *suburbio*.

tes dixerunt : Sede in sede tua, o episcope. Ille autem, cujusdam mysterii conscius, hoc audire dissimulavit ; datoque reticendi indicio, neque enim ei quisquam obsistere pertinacius audebat, silere omnes fecit, et nihilominus ejusdem sedis scabello subsedit; celebratisque ex more missarum solemniis, unusquisque fidelium ad propria repedavit.

Vir autem Domini, clericis accersitis, intima serenitate tranquillus, arguens eos temeritatis: Cur, inquit, laicorum vocibus admisti me objurgare non erubuistis? Attamen quia talis objurgatio non de jactantiæ cœnoso torrente, sed de purissimo fonte dilectionis manavit, aperiam vobis hujus mysterii secretum. Plerumque enim cum throno illi approximare volo, video quamdam in eo sedere virtutem (*a*), fulgore luminis admodum radiantem. Mox ergo inter gaudium et pavorem suspensus, agnosco me tantæ sessionis prorsus indignum; et nisi scandali seminarium populo inferre titubassem, haud dubium quin nec ipsi scabello assidere ausus fuissem. Inde est, charissimi filii, quod vobis in hoc pontificalem regulam excedere videor. Veruntamen multoties quando eam vacantem aspicio, sicut ipsi testes adestis, more solito sedere in illa non abnuo. Quapropter hujusmodi scientes arcanum, et pro certo expertum habentes, quia si mihi fuerit indultum, sedebo super eam, non parvipendens ordinis dignitatem, omittite jam popularibus ulterius favere inclamationibus. Hæc nimirum Pater sanctissimus dum adhuc viveret ad sacrum clerum coactus exposuit.

Horum ergo Christi fideles pia devotione reminiscentes, tulerunt ejus sacratissimum corpus, et episcopali solio supersedere fecerunt. Tanta denique lætitia tantaque exsultatio cœlitus populo collata est, ac si eum animatum ac viventem attenderent. Deinde odoriferis condientes aromatibus induerunt illum sericis indumentis ; unusquisque enim quod anticipare ferendo poterat, hoc sibi maximum lucrum deputabat. Tum victricia signa palmas gerentes, flammantibus cereis, concrepantibus hymnis, flagrantibusque thymiamatibus, cœlestis victoriæ triumphum celebrantes, deposuerunt sanctas reliquias, et sepelierunt eas in cœmeterio, quod dudum ab eo fuerat constructum, ubi ex tunc et usque in hodiernum diem miraculorum virtutes fieri non deficiunt. Pia etenim vota felici exauditione lætantur, infirmantium sanitates restaurantur, expulsiones immundorum spirituum, martyris meritum testificantur. Hæc munera, Domine Jesu, tua sunt, cui consuetudinis est martyres tuos post mortis exitium sic magnificare felicius; qui cum Patre et consubstantiali sancto Spiritu vivis et regnas per infinita sæcula sæculorum. Amen (*b*).

Post hæc qualiter doli artifex lupus, hoc est Arius, ovina pelle contectus, Dominicum ovile dilaniare intraverit, vel quo pacto sacerdotii dignitatem usurpare valuerit, brevi relatu insinuare satagemus. Et hoc non ad eorum suggillationem qui lolium apostaticæ contagionis cœlesti ventilabro ab Ecclesia projectum ad aream Dominicæ messis revocare sunt ausi ; hi enim sanctitate procul dubio insignes habentur, sed tamen tanto viro credere parvipendentes, divinæ jussionis interdicta transgressi sunt. Quid ergo? reprehendimus eos? minime. Quandiu enim nos hoc corruptibile aggravat corpus et deprimit terrena inhabitatio sensum nostræ infirmitatis, multi cogitantes facilius falluntur, putantes justum esse quod est iniquum, castum quod est incestum. Gabaonitæ cœlesti comminatione penitus delendi, cum aliud haberent in voto, et aliud in voce habituque prætenderent, Jesum repromissionis terræ justissimum divisorem celerius fallere potuerunt. David quoque prophetali flamine plenus cum verba mentientis pueri (*c*) audisset; licet investigabili justoque Dei judicio, tamen longe aliud egit quam esse res habuit. Quid etiam apostolis sublimius, qui se a nostra imbecillitate sequestrare nutaverunt? Nam unus eorum describit : *In multis offendimus omnes* [1]. Alter quoque : *Si dixerimus*, inquit, *quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est* [2]. Sed cum horum nos pœnitet, tanto facilius veniam promeremur, quando non voluntate sed ignorantia vel fragilitate peccavimus. Et certe hujusmodi offensa non de prævaricationis affectu, sed de compassionis indulgentia processit. Cæterum super his apologeticum describere aliis relinquimus (*d*); nos autem quod instat agamus. Postquam igitur magnificus propugnator Petrus, nomine suo dignus, per martyrii triumphum....

Reliqua desiderantur.

(*a*) Intellige vel ipsum Deum vel angelum.

(*b*) Quæ sequuntur de Ario infeliciter ad presbyteratum assumpto a successore Petri Achilla, absunt omnino ab Actis Combefisianis et a cod. Vat. 622.

(*c*) Puto vel Absalomum vel Sibam, II Reg. XIV, 33; XVI, 3.

(*d*) Pulchra sane defensio; ex qua etiam conjicio, Græcum Petri biographum prope abfuisse ab ejusdem temporibus, quandoquidem ipsius successori, quasi adhuc recentis memoriæ, tam studiose patrocinatur.

[1] *Jac.* III, 2. [2] *I Joan.* I, 8.

SANCTI PETRI

EPISCOPI ALEXANDRINI ET MARTYRIS

EPISTOLA CANONICA,

Theodori Balsamonis et Joannis Zonaræ commentariis illustrata.

(S. Petri Alexandrini Canones post Gallandium edidit Ang. Mai. *Spicil. Rom.* VII, 444. — Ex variis lectionibus potiores admisimus; reliquas textui subjecimus. EDIT. PATROL.)

—

BEATI PETRI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI ET MARTYRIS CANONES, QUI FERUNTUR IN SERMONE EJUS DE PŒNITENTIA.

—

CANON I.

« Quoniam autem quartum Pascha persecutionem jam apprehendit, satis est in iis qui delati quidem sunt in custodiamque conjecti, tormentaque non sufferenda, et intolerabilia flagella et multas alias graves necessitates sustinuerunt, postea autem sunt a carnis imbecillitate proditi, etiamsi non ab initio suscepti sunt propter gravem lapsum consecutum: tamen quia multum decertarunt et diu restiterunt: non enim sponte ad ea devenerunt, sed a carnis imbecillitate proditi: nam et stigmata Jesu in suis corporibus ostentant, et nonnulli anno jam tertio deflent: eis ab adventu per revocationem in memoriam alii quadraginta dies injungantur, quos cum jejunasset Dominus et Servator noster Jesus Christus, postquam baptizatus fuerat, tentatus est a diabolo. In quibus et ipsi cum valde exercitati fuerint, et constantius jejunaverint: deinceps in orationibus vigilabunt: meditantes quod dictum est a Domino ad eum qui illum tentat, ut ipsum adoret: *Abi pone, Satana: scriptum est enim: Dominum tuum adorabis, et illi soli servies* [a]. »

BALS. Præsentes canones tractant de iis qui propriam fidem in persecutionibus negaverunt, et pœnitentiam egerunt. Et jubet quidem primus canon, eis qui post multa tormenta sacrificarunt, ut qui propter imbecillitatem perseverare non potuerint, et in pœnitentia tres annos transegerint, alios quoque quadraginta dies injungi, et sic admitti. Nota præsentes canones, qui varia quædam et utilia de-

A *ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ ΠΕΤΡΟΥ, ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ, ΚΑΝΟΝΕΣ ΕΜΦΕΡΟΜΕΝΟΙ ΕΝ ΤΩ ΠΕΡΙ ΜΕΤΑΝΟΙΑΣ ΑΥΤΟΥ ΛΟΓΩ.*

—

ΚΑΝΩΝ Α'.

« Ἐπεὶ τοίνυν τέταρτον ἤδη Πάσχα ἐπικατείληφε τὸν διωγμὸν, αὐτάρκως ἔχει τοῖς μὲν προσενεχθεῖσι, καὶ φυλακισθεῖσι, βασάνους τε ἀνυποίστους [1] ὑπομεμενηκόσι, καὶ ἀφορήτους μάστιγας, καὶ πολλὰς ἑτέρας ἀνάγκας δεινὰς, ὕστερον δὲ προδεδομένοις [1*] ὑπὸ τῆς ἀσθενείας τῆς σαρκὸς, εἰ καὶ μὴ ἐξ ἀρχῆς παρεδέχθησαν διὰ τὴν παρακολουθήσασαν μεγίστην πτῶσιν, ὅμως διὰ τὸ πολλὰ αὐτοὺς ἠθληκέναι καὶ ἐπὶ πολὺ ἀντιμαχέσασθαι [2] (οὐ γὰρ κατὰ
B προαίρεσιν ἐν τούτῳ ἐληλύθασιν, ἀλλὰ καταπροδοθέντες ὑπὸ τῆς ἀσθενείας τῆς σαρκὸς), ἐπειδὴ καὶ στίγματα τοῦ Ἰησοῦ ἐνδείκνυνται ἐν τοῖς σώμασιν ἑαυτῶν [2*], καὶ ἤδη τινὲς τρίτον ἔτος ἔχουσι καταπενθοῦντες· προσεπιτιμηθῆναι αὐτοῖς ἀπὸ τῆς προσελεύσεως καθ' ὑπόμνησιν ἄλλας τεσσαράκοντα ἡμέρας, ἃς, καίπερ νηστεύσας ὁ Κύριος καὶ Σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, μετὰ τὸ βαπτισθῆναι, ἐπειράσθη ὑπὸ τοῦ διαβόλου· εἰς ἃς καὶ αὐτοὶ κατὰ τὸ περισσὸν διαγυμνασθέντες, εὐτονώτερόν [2**] τε νήψαντες, γρηγορήσουσιν εἰς προσευχὰς τοῦ λοιποῦ, καταμελετῶντες τὸ λελεγμένον [2***] ὑπὸ τοῦ Κυρίου πρὸς τὸν πειράζοντα αὐτὸν, ἵνα προσκυνήσῃ αὐτῷ· *Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ· γέγραπται γὰρ, Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.* »

C ΒΑΛΣ. Οἱ παρόντες κανόνες περὶ τῶν ἐν διωγμοῖς ἀρνησαμένων τὴν οἰκείαν πίστιν, καὶ μετανοησάντων, διαλαμβάνουσι. Καὶ αὐτίκα ὁ πρῶτος κανὼν διακελεύεται, τοὺς θύσαντας μετὰ βασάνους πολλὰς, ὡς μὴ δυνηθέντας διὰ ἀσθένειαν ἐγκαρτερῆσαι, καὶ διαβιβάσαντας τρία ἔτη ἐν τῇ μετανοίᾳ, προσεπιτιμηθῆναι καὶ ἑτέρας τεσσαράκοντα ἡμέρας, καὶ οὕτω δεχθῆναι. Σημείωσαι τοὺς παρόντας κανόνας διοριζο-

[a] *Matth.* IV, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[1] ἀνηκέστους. [1*] προδιδομένοις. [2] ἀντιμάχεσθαι. [2*] αὐτῶν. [2**] ἐντονώτερον. [2***] λεγόμενον.

μένους διάφορά τινα καὶ ἀναγκαῖα, χάριν τῶν ἀρνησιθέων A ζητούντων μετάνοιαν, καὶ περὶ τῶν αὐτομολησάντων εἰς τὸ μαρτύριον καὶ ἐκπεπτωκότων, καὶ πάλιν ὁμολογησάντων τὴν πίστιν, καὶ περὶ ἄλλων τινῶν τοιούτων. Ζήτει ἀναγκαίως καὶ τοὺς πλείους κανόνας τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου.

ΖΩΝΑΡ. Διαιρέσεις ποιεῖται ὁ ἅγιος οὗτος Πατὴρ τῶν ἐν διωγμοῖς ἀρνησαμένων τὴν πίστιν τὴν οἰκείαν, καί φησιν, ὅτι τοῖς ἀχθεῖσι πρὸς τοὺς τυράννους, καὶ εἰς φυλακὴν ἐμβληθεῖσι, βασάνους τε ἀνηκέστους ὑπομεμενηκόσι, καὶ ἀφρονήτους (*f.* ἀφορήτους) μάστιγας, καὶ σχεδὸν ἀνιάτους καὶ ἀθεραπεύτους (ἄκος γὰρ ἡ θεραπεία ἐστὶ, καὶ ἀνήκεστον τὸ ἀθεράπευτον), καὶ ἄλλας ἀνάγκας, καὶ μετὰ ταῦτα ὑποκύψασι καὶ θύσασιν, ὡς ὑπὸ τῆς ἀσθενείας τῆς σαρκὸς προδοθεῖσι, μὴ δυνηθείσης μέχρι τέλους ἐγκαρτερῆσαι τοῖς ἀλ- B γεινοῖς, ἀρκεῖ ὁ παρελθὼν χρόνος εἰς ἐπιτίμησιν. Τέταρτον γάρ φησιν ἤδη Πάσχα ἐπικατείληφεν, ἐξότου πεπτώκασι τὴν μεγίστην πτῶσιν. Καὶ εἰ τάχα καὶ ἐξ ἀρχῆς, ὅτε προσῆλθον μεταμελόμενοι, οὐκ ἐδέχθησαν, ὅμως ὅτι οὐ κατὰ προαίρεσιν ἦλθον εἰς τὸ θῦσαι, καὶ ἀντέστησαν ἐπιπολὺ, καὶ στίγματα τοῦ Ἰησοῦ, ἤγουν μώλωπας τῶν τραυμάτων, ὧν ὑπέστησαν ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, ἔχουσι, καὶ ἤδη τρίτον ἔτος παρῆλθεν πενθούντων αὐτῶν διὰ τὴν πτῶσιν, προσεπιτιμηθῆναι ὥρισεν, ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ πλέον ἐπιτιμηθῆναι, ἄλλας τεσσαράκοντα ἡμέρας ἐξότου προσῆλθον ζητοῦντες δεχθῆναι· ἐν αἷς ἐπὶ πλέον γυμνασίαν ἐπιδείξαντες, καὶ εὐτονώτερον νήψαντες, ἤγουν σπουδαιότερον προσχόντες ἑαυτοῖς, γρηγορήσουσιν εἰς C προσευχὰς, καταμελετῶντες, ἤγουν συνεχῶς ἐν φροντίδι ποιούμενοι, καὶ λέγοντες, ἃ ὁ Κύριος πρὸς τὸν πειράζοντα εἶπεν· *Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ· γέγραπται γάρ· Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.*

finiunt in gratiam eorum qui Deum abnegarunt, et pœnitentiam petunt, et de iis qui ad martyrium ultro advolarunt, et lapsi sunt, et rursus fidem sunt confessi, et de aliis quibusdam ejusmodi. Quære etiam non absque fructu plurimos canones synodi Ancyranæ.

ZONAR. Inter eos qui turbulentis temporibus propriam fidem abnegarunt, discrimen sanctus hic Pater statuit, aitque, qui ad tyrannos rei acti sunt, ac in vincula conjecti, tormentaque gravissima flagellaque haud tolerabilia, quæque nulla propemodum cura, aut medicina sanari possent (ἄκος namque *curationem* significat, estque ἀνήκεστον idem quod *immedicabile*), aliasque necessitates sustinuerunt; ac postea succumbentes immolarunt, velut a carnis imbecillitate proditi, quæ ad finem usque obdurare in doloribus haud potuerit, iis mulctæ nomine decursum jam tempus sufficere. Quartum siquidem, inquit, Pascha jam exactum est, ex quo in gravissimum hunc incidere casum. Ac etiamsi forte initio cum pœnitentia ducti accesserunt, non sunt suscepti, tamen quia non sponte processere ad immolandum diuque repugnarunt, ac stigmata Jesu, vulnerum nempe quæ pro Christo sustinuere cicatrices gerunt: tertiusque jam effluxit annus ex quo lugent lapsum illum, insuper mulctari, hoc est, alios adhuc quadraginta dies ex quo ad communionem admitti postulantes accesserunt, mulctæ nomine injungendos esse decernit. In quibus majorem adhuc ostendentes pœnitentiæ exercitationem, et intentius, hoc est, attentiore cura jejunantes, attendentes sibimetipsis, vigilent in orationibus, meditantes, hoc est animo perpetuo versantes, voceque usurpantes quæ Dominus ad tentatorem dixit: *Abi pone me, Satana; scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies.*

ΚΑΝΩΝ Β'.

« Τοῖς δὲ μετὰ τὸ φυλακισθῆναι μόνον [a] καὶ ὑπομεμενηκέναι τὰς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, ὡς ἂν ἐν πολιορκίᾳ, θλίψεις τε καὶ δυσωδίας, ὕστερον δὲ χωρὶς πολέμου βασάνων γενομένοις [a*] αἰχμαλώτοις, κατὰ πολλὴν πτωχείαν δυνάμεως, καὶ κατά τινα τυφλότητα τεθραυσμένοις, ἐπαρκέσει ἐνιαυτὸς πρὸς τῷ ἑτέρῳ χρόνῳ· ἐπεὶ ὅλως καὶ αὐτοὶ ἐπιδεδώκασιν ἑαυτοὺς ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χρι- D στοῦ [b] θλιβῆναι· εἰ καὶ ἀπέλαυσαν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τῆς παρὰ τῶν ἀδελφῶν πολλῆς ἀναπαύσεως. Ἅπερ πολλαπλασίονα ἀποδώσουσι, ποθοῦντες λυτρωθῆναι ἀπὸ τῆς πικροτάτης αἰχμαλωσίας τοῦ διαβόλου, μεμνημένοι μάλιστα τοῦ λέγοντος· *Πνεῦμα τοῦ* [b*] *Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν* [b**] *ἔχρισέ με· εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει, κηρύξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτὸν, καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως.* »

CANON II.

« Iis autem qui postquam in custodiam traditi sunt, et in carcere, tanquam in obsidione, afflictiones gravesque fetores passi sunt; postea autem sine bello tormentorum captivi facti sunt, nimia virium inopia et quadam cæcitate confracti, annus ad aliud tempus injunctus sufficiet: nam ipsi quoque se omnino pro nomine Christi affligendos dedere: si etiam a fratribus in carcere multam consolationem assecuti sunt. Quæ quidem multiplicata reddent, liberari cupientes ab acerbissima captivitate diaboli, ejus maxime recordantes qui dicit: *Spiritus Domini super me, quam ob causam unxit me: ut pauperibus evangelizarem misit me, et annuntiarem captivis liberationem, et cæcis visus recuperationem, et mittere fractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptabilem, et diem retributionis* [a]. »

[a] *Isa.* LXI, 1, 2; *Luc.* IV, 18, 19.

VARIÆ LECTIONES.

[a] μόνον om. [a*] γενομένων. [b] τοῦ Χριστοῦ om. [b*] τοῦ om. [b**] εἵνεκεν.

A **BALS.** Hic canon statuit ut qui in custodia solum male affecti sunt, et sine tormentis lapsi sunt, post triennium alius quoque anni pœna puniantur. Si forte enim, inquit, consolationem asseculi sunt, utpote aliquibus fidelibus vitæ subsidia suppeditantibus, ii quoque debent veniam obtinere, ut qui gravia pro fide passi sunt.

ZONAR. In secundo ordine eos locat qui tantummodo in vincula conjecti, atque in carcere male affecti sunt, tum nullis vexati cruciatibus peccaverunt: quibus præter decursum tempus, triennium videlicet de quo supra dictum est, anni quoque præterea unius mulctam irrogari placet. Quoniam et ipsi, inquit, pro Christi nomine divexati sunt; B etiamsi forte solatii quidpiam in carcere a fratribus consecuti sunt. Probabile enim est fideles, quicunque nulla custodia detinebantur, in vincula conjectis vitæ subsidia ministrasse, iisque proinde levationis aliquid attulisse. Quæ quidem multiplicata reddent, pro iis nimirum quibus in custodia oblectati sunt, pœnitentiam agentes vexabunt se ipsos, ac multis modis affliciabunt; si ex eo quod Christum abnegarunt, a diaboli captivitate liberari velint, illius captivi et servi facti. Subjicit mox prophetæ verba, quæ sunt ex Isaia deprompta, quorum meminisse oportere ipsos affirmat.

CANON III.

« Iis autem qui nihil ejusmodi passi sunt, nec « fidei fructum ostenderunt, sed ad vitium ultro C « transfugerunt, a metu et timiditate proditi; nunc « autem veniunt ad pœnitentiam, necesse est et « conveniens infrugiferæ ficus parabolam proponere, ut Dominus dicit : *Habebat quis ficum* « *plantatam in suo vineto : et venit quærens in ea* « *fructum, et non invenit. Dixit autem vinitori :* « *Ecce tres annos, ex quo ego venio quærens fructum in hac ficu, et non invenio; exscinde eam :* « *cur terram inaniter occupat? Ille vero respondens* « *dicit illi : Domine, dimitte illam hoc quoque anno,* « *donec circa eam fodero, et lætamen injecero; si* « *quidem fructum fecerit; sin minus, eam in futurum exscindes* [a]: qua ante oculos accepta, et ostenso digno fructu pœnitentiæ, in tanto temporis D « intervallo magis juvabuntur. »

BALS. Eos qui propter solum metum et timiditatem transfugerunt, ad pœnitentiam autem respexerunt, triennio punit canon secundum parabolam ficus quæ est in Evangeliis. Dominus enim inquit : *Jam tribus annis ad hanc venio quærens fructum, et non invenio.* Vinitor autem, *Dimitte illam*, inquit, *et hoc anno.*

ZONAR. Quicunque vero, inquit, nihil perpessi acerbum, ob metum solum ac timiditatem transfugerunt, pro eo quod ipsi sponte pravitatem sunt consectati; mox animum ad pœnitentiam adjecere,

[a] *Luc.* XIII, 6-9.

ΒΑΛΣ. Οὗτος ὁ κανὼν διαλαμβάνει τοὺς μόνον κακοπαθήσαντας ἐν τῇ φυλακῇ καὶ χωρὶς βασάνων παραπεπτωκότας, ἐπιτιμᾶσθαι μετὰ τὸν τριετῆ χρόνον καὶ ἐπὶ ἕτερον ἐνιαυτόν. Εἰ τάχα γάρ, φησί, καὶ ἀπέλαυσαν παρακλήσεως, ὥς τινων πιστῶν χορηγούντων αὐτοῖς τὰ πρὸς διοίκησιν, ἀλλὰ καὶ οὗτοι ὀφείλουσι συγγνώμης ἀξιοῦσθαι ὡς ὑπὲρ τῆς πίστεως κακοπαθήσαντες.

ΖΩΝΑΡ. Ἐν δευτέρᾳ τάξει τίθησι τοὺς μόνον φυλακισθέντας, καὶ κακοπαθήσαντας ἐν τῇ φυλακῇ, καὶ χωρὶς βασάνων παραπεπτωκότας· οἷς ἐνιαυτὸν ἔταξαν (*f.* ἔταξεν) εἰς ἐπιτίμιον μετὰ τὸν παρελθόντα χρόνον, ἤγουν τὴν τριετίαν ἣν εἴρηκεν ἄνω. Διότι καὶ αὐτοί, φησίν, ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος ἐθλίβησαν τοῦ Χριστοῦ, εἰ καὶ τάχα ἀπέλαυσαν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ παρακλήσεως ἐκ τῶν ἀδελφῶν. Ὡς ἔοικε γάρ, οἱ πιστοί, ὅσοι οὐ συνεσχέθησαν, τοῖς κατειργμένοις ἐχορήγουν τὰ εἰς διοίκησιν, καὶ ἀνέπαυον αὐτούς. Ἅπερ πολλαπλασίονα ἀποδώσουσιν, ἀντὶ τοῦ, ἀνθ' ὧν ἀπήλαυσαν ἐν τῇ φυλακῇ μετανοοῦντες θλίψουσιν ἑαυτοὺς καὶ κακώσουσι πολλαπλασίως, εἰ θέλουσι λυτρωθῆναι ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ διαβόλου, αἰχμάλωτοι καὶ δοῦλοι γεγονότες αὐτῷ διὰ τὴν ἄρνησιν τοῦ Χριστοῦ. Εἶτα ἐπάγει τὰ προφητικὰ ῥήματα, ἅπερ ἐκ τοῦ Ἡσαΐου εἰσί, λέγων δεῖν μεμνῆσθαι αὐτούς.

ΚΑΝΩΝ Γ'

« Τοῖς δὲ μηδ' ὅλως μηδέν τι τοιοῦτον πεπονθόσι, « μηδὲ ἐνδειξαμένοις καρπὸν πίστεως, ἀλλ' αὐτομολήσασι πρὸς τὴν κακίαν, προδεδομένοις ὑπὸ δειλίας καὶ φόβου, νῦν δὲ εἰς μετάνοιαν ἐρχομένοις, ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ ἁρμόζον τὴν τῆς ἀκάρπου συκῆς παραβολὴν παραθέσθαι, ὡς ὁ Κύριος λέγει· *Συκῆν* « *εἶχέ τις πεφυτευμένην ἐν τῷ ἀμπελῶνι αὐτοῦ·* « *καὶ ἦλθε ζητῶν καρπὸν ἐν αὐτῇ, καὶ οὐχ εὗρεν.* « *Εἶπε δὲ πρὸς τὸν ἀμπελουργόν· Ἰδοὺ τρία ἔτη ἀφ'* « *οὗ ἔρχομαι ζητῶν καρπὸν ἐν τῇ συκῇ ταύτῃ, καὶ* « *οὐχ εὑρίσκω· ἔκκοψον αὐτήν· ἱνατί καὶ τὴν* « *γῆν καταργεῖ; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ·* « *Κύριε, ἄφες αὐτὴν καὶ τοῦτο τὸ ἔτος, ἕως ὅτου* « *σκάψω τὰ περὶ αὐτήν, καὶ βάλω κόπρια· κἂν* « *μὲν ποιήσῃ καρπόν· εἰ δὲ μή γε, εἰς τὸ μέλλον* « *ἐκκόψεις αὐτήν·* ἣν πρὸ ὀφθαλμῶν λαβόντες, ἐνδειξάμενοί τε καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας, ἐν τῷ « διαστήματι τοῦ τοσούτου χρόνου μᾶλλον ὠφεληθήσονται. »

ΒΑΛΣ. Τοὺς μέντοι διὰ φόβον μόνον καὶ δειλίαν αὐτομολήσαντας, εἶτα εἰς μετάνοιαν ἀπιδόντας, διὰ τριετίας ἐπιτιμᾷ ὁ κανών, κατὰ τὴν ἐν Εὐαγγελίοις παραβολὴν τῆς συκῆς. Ὁ γὰρ Κύριος, *Τρία ἔτη*, ἔφησεν, *ἔρχομαι πρὸς αὐτὴν ζητῶν καρπόν, καὶ οὐχ εὑρίσκω·* ὁ δὲ ἀμπελουργός, Ἄφες, εἶπεν, *αὐτήν, Κύριε, καὶ τοῦτο τὸ ἔτος.*

ΖΩΝΑΡ. Ὅσοι, δέ, φησί, μή τι ὑποστάντες ἀλγεινόν, διὰ φόβον μόνον καὶ δειλίαν ηὐτομόλησαν, ἀντὶ τοῦ, αὐτοὶ ἑκόντες προσῆλθον τῇ κακίᾳ, εἶτα εἰς μετάνοιαν ἀπεῖδον, τοῖς τοιούτοις ἡ τῆς συκῆς

ἁρμόσει παραβολὴ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον· ἣν λαβόντες πρὸ ὀφθαλμῶν, κόπον ἄξιον μετανοίας ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον δόντες ὠφεληθήσονται, ἤγουν ἐπὶ τετραετίαν. Ὁ γὰρ Κύριος, *Τρία ἔτη*, ἔφησεν, *ἔρχομαι πρὸς αὐτὴν, ζητῶν καρπὸν, καὶ οὐχ εὑρίσκω·* ὁ δὲ ἀμπελουργὸς, *Ἄφες αὐτὴν*, εἶπεν, *Κύριε, καὶ τοῦτο τὸ ἔτος*.

A in eos parabola evangelica ficus quadrabit : quam præ oculis habentes, dignum pœnitentiæ laborem æquali tempore exhibentes, juvabuntur, hoc est ad quartum usque annum. Dominus namque, *Tres annos*, inquit, *venio ad ipsam, quærens fructum, nec invenio*. Agricola vero, *Dimitte*, ait, *illam, domine, et hoc anno*.

ΚΑΝΩΝ Δ'.

« Τοῖς γὰρ παντάπασιν ἀπεγνωσμένοις καὶ [5] ἀμετανοήτοις, δέρμα τε Αἰθίοπος ἀμετάβλητον κεκτημένοις, καὶ ποικίλματα παρδάλεως, λεχθήσεται τὸ τῆς ἑτέρας συκῆς· *Μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα*· διὸ καὶ παραχρῆμα ξηραίνεται. Ἀποπληροῦται γοῦν ἐπ' αὐτοῖς καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ εἰρημένον· *Διεστραμμένον οὐ δύναται* [6] *ἐπικοσμηθῆναι, καὶ ὑστέρημα οὐ δυνήσεται ἀριθμηθῆναι*. Εἰ μὴ γὰρ πρότερον τὸ διεστραμμένον διορθωθῇ, ἀδύνατόν ἐστι αὐτὸ ἐπικοσμηθῆναι· καὶ εἰ μὴ πρότερον τὸ ὑστέρημα ἀναπληρωθῇ, ἀδύνατόν ἐστιν αὐτὸ ἀριθμηθῆναι. Ὅθεν καὶ ἐπὶ τέλους συμβήσεται αὐτοῖς τὸ λεγόμενον [7] ὑπὸ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου· *Καὶ ὄψονται* γάρ [8], φησί, *τὰ κῶλα τῶν ἀνθρώπων τῶν παραβεβηκότων ἐν ἐμοί· ὁ γὰρ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ ἔσονται εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκί*· ἐπεὶ καὶ ὡς προλέλεκται ὑπ' αὐτοῦ· *Οἱ δὲ ἄδικοι, ὡς θάλασσα ἀναβεβρασμένη* [8*], *οὕτω κλυδωνισθήσονται, καὶ ἀναπαύσασθαι οὐ μὴ δυνήσονται* [9] (f. δυνήσωνται). *Οὐκ ἔστι χαίρειν τοῖς ἀσεβέσιν, εἶπεν ὁ Θεός.* »

CANON IV.

« Iis enim qui sunt omnino desperati, et pœnitentiam non agunt, et pellem Æthiopis immutabilem possident et pardi varietates, dicetur, quod alii ficui dictum est : *Nequaquam ex te fructus fiat in æternum* [a], et ideo statim quoque exarescit. In iis enim impletur quod ab Ecclesiaste dictum est : *Quod perversum est, non poterit*

B *exornari, et defectus numerari non poterit* [b]. Nisi enim quod perversum est prius rectum fuerit, fieri non potest ut id exornetur; et nisi prior defectus expletus fuerit, fieri non potest ut is numeretur. Unde et in fine eis eveniet quod a propheta Isaia dicitur : *Et videbuntur*, inquit, *membra eorum qui transgressi sunt in me. Vermis enim ipsorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur : et erunt in aspectum omnis carnis* [c]. Quandoquidem, ut et ab ipso prædictum est : *Injusti autem sic fluctuabunt, et requiescere non poterunt. Non est gaudere impiis, dicit Deus* [d]. »

ΒΑΛΣ. Ἃ μὲν προείρηται περὶ τῶν πεπτωκότων, εἴρηται καὶ περὶ μεταμελομένων· κατὰ δὲ τῶν ἀμετανοήτων τὴν κατάραν τῆς ἑτέρας συκῆς ἐπάγει, πρὸς ἣν ὁ Κύριος ἔφη διὰ τὸ ἄκαρπον· *Μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται*.

C BALS. Quæ prius quidem dicta sunt de lapsis, de resipiscentibus etiam dicta sunt. Adversus eos autem qui nulla pœnitentia ducuntur, alterius ficus exsecrationem inducit, ad quam Dominus dicit propter infertilitatem : *Fructus amplius ex te non fiat*.

ΖΩΝΑΡ. Ἃ μὲν προείρηται περὶ τῶν παραπεπτωκότων, εἴρηται καὶ [add. περὶ] μεταμελομένων. Κατὰ δὲ τῶν ἀμετανοήτων ἐξ ἀπογνώσεως ἢ πονηρᾶς γνώμης, καὶ τὸ ἐξ ἁμαρτίας μελάνωμα ἀμετάβλητον καὶ ἀνέκπλυτον ἐχόντων, ὡς οἱ Αἰθίοπες τὸ ζοφερὸν τοῦ δέρματος, καὶ ἡ πάρδαλις τὰ ποικίλματα, τὴν κατάραν τῆς ἑτέρας συκῆς ἐπάγει· πρὸς ἣν ὁ Κύριος ἔφη διὰ τὸ ἄκαρπον· *Μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται*· καὶ πληροῦσθαί φησιν ἐπ' αὐτοῖς τὰ τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ [9*], λέγοντος· *Διεστραμμένον οὐ δυνήσεται ἐπικοσμηθῆναι, καὶ ὑστέρημα οὐ δυνήσεται ἀριθμηθῆναι*· εἶτα σαφηνίσας τὰ ῥητὰ ταῦτα, προστίθησι καὶ τὰ τοῦ Ἡσαΐου.

ZONAR. Quæ prius quidem de lapsis dicta sunt, dicta sunt etiam de resipiscentibus. Contra illos vero qui ex desperatione vel depravata opinione pœnitentiam non agunt, ac perpetuo inhærentem ac indelebilem peccati nigrorem gestant, ut Æthiopes fuscam pellem, pardusque varietates; alterius ficus exsecrationem inducit. Ad quam Dominus ob sterilitatem, *Ne fructus*, inquit, *amplius ex te nascatur*. Implendumque ait in ipsis illud Ecclesiastes,

D dicentis : *Quod perversum est non poterit exornari, et defectus numerari non poterit :* quibus mox explicatis, Isaiæ quoque verba subjungit.

ΚΑΝΩΝ Ε'.

« Τοῖς δὲ καθυποκριναμένοις κατὰ τὸν ἐπιληπτευσάμενον Δαβίδ, ἵνα μὴ ἀποθάνῃ, οὐκ ὄντα ἐπίληπτον· καὶ μὴ γυμνῶς ἀπογραψαμένοις τὰ πρὸς ἄρνησιν, ἀλλὰ διαπαίξασι κατὰ πολλὴν στενοχωρίαν, ὡς ἂν παιδία βουλευτικὰ ἔμφρονα ἐν παιδίοις ἄφροσι, τὰς τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλὰς, ἤτοι ὡς διελ-

CANON V.

« Iis autem qui simularunt sicut et David [e], qui se epilepticum fingebat, ne moreretur, quamvis re vera epilepticus non esset; et non nude negationem inscripserunt, sed in multis angustiis, tanquam pueri consilio et prudentia præditi inter pueros insipientes, inimicorum insidias ludificati

[a] *Matth.* XXI, 19. [b] *Eccle.* I, 15. [c] *Isa.* LXVI, 24. [d] *Isa.* LVII, 20, 21. [e] *I Reg.* XXI, 13.

VARIÆ LECTIONES.

[5] καὶ om. [6] δυνηθήσεται. [7] λελεγμένον. [8] deest γάρ. [8*] ὡς θάλασσα ἀναβεβρασμένη om. [9] καὶ add. [9*] Ἐκκλησιαστικοῦ.

A « sunt, vel ut qui altaria pervaserint, vel tanquam qui chirographum dederint, vel ut qui pro se ethnicos immiserint; etiam si nonnulli eorum qui confessi sunt, ut audivi, aliquibus eorum ignoverunt, quoniam maxima cautione vitarunt, ne ipsi suis manibus ignem facerent, et dæmonas impuros suffirent : licet vero ex agentis ignorantia eos latuit, semestris tamen pœnitentiæ pœna illis imponetur. Sic enim ipsi quoque magis juvabuntur, prophetæ dictum meditantes, et dicentes : *Puellus genitus est nobis, filius et datus est nobis, cujus principatus est in humero suo, et vocatur nomen ejus, magni consilii Angelus* [a]. Qui, ut scitis, in sexto mense conceptionis, cum alius infans prædicasset *ante adventum ejus pœniten-* B *tiam in remissionem peccatorum* [b], conceptus est et ipse ad prædicandam pœnitentiam. Etenim utrosque audimus in primis prædicantes non solum de pœnitentia, sed et de regno cœlorum : quod quidem, ut didicimus, *intra nos est* [c], quod *prope nos sit verbum* quod credimus *in ore nostro* et corde nostro, quod Jesus est Christus : *credentes in corde nostro, quod Deus ipsum suscitavit ex mortuis :* ut qui audiant quod *corde quidem creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem* [d]. »

« θόντες [10] βωμοὺς, ἤτοι ὡς χειρογραφήσαντες, ἤτοι ὡς ἀνθ' ἑαυτῶν βαλόντες ἐθνικοὺς, εἰ καί τισιν αὐτῶν συνεχώρησάν τινες τῶν ὁμολογησάντων [10*], ὡς ἤκουσα (ἐπεὶ μάλιστα κατὰ πολλὴν εὐλάβειαν ἐξέφυγον αὐτόχειρες γενέσθαι τοῦ πυρὸς καὶ τῆς ἀναθυμιάσεως τῶν ἀκαθάρτων δαιμόνων)· ἐπεὶ τοίνυν ἔλαθεν αὐτοὺς ἀνοίᾳ τοῦτο πράξαντας [11], ὅμως ἑξάμηνος αὐτοῖς ἐπιτεθήσεται τῆς ἐν μετανοίᾳ ἐπιστροφῆς. Οὕτω γὰρ μᾶλλον καὶ αὐτοὶ ὠφεληθήσονται, καταμελετῶντες τὸ προφητικὸν ῥητὸν, καὶ λέγοντες· *Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν υἱὸς, καὶ* [11*] *ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος*. Ὅπερ [11**], ὡς ἴστε, ἐν τῷ ἕκτῳ μηνὶ τῆς συλλήψεως τοῦ ἑτέρου παιδίου, τοῦ προκηρύξαντος *πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ μετάνοιαν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν*, συνελήφθη καὶ αὐτὸ [11***] κηρύξαι μετάνοιαν. Καὶ γὰρ καὶ τῶν ἀμφοτέρων ἀκούομεν ἐν πρώτοις κηρυττόντων [12] οὐ μόνον περὶ μετανοίας, ἀλλὰ καὶ περὶ βασιλείας οὐρανῶν, ἥτις, καθὼς μεμαθήκαμεν, *ἐντὸς ἡμῶν ἐστι*, τῷ ἐγγὺς *ἡμῶν εἶναι τὸ ῥῆμα* ὃ πιστεύομεν *ἐν τῷ στόματι ἑαυτῶν* καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ ἑαυτῶν· περὶ ἧς καὶ αὐτοὶ ὑπομνησθέντες, μαθήσονται ὁμολογεῖν ἐν τῷ στόματι ἑαυτῶν [13], ὅτι Ἰησοῦς Χριστός (1)· *πιστεύοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ἑαυτῶν, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν*· ἅτε δὴ [14] ἀκούοντες, ὅτι *καρδίᾳ μὲν πιστεύεται* [15] *εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν.* »

Bals. Si qui autem simularunt se ad aras quidem accedere, vel scribere quod fidem negant; non C nude autem et aperte hoc fecerunt, sed arte aliqua eos qui vim afferebant, illuserunt; sicut David qui se epilepsia correptum simulavit cum fugeret Saulem, et esset apud alienigenas; et ita mortem evasit : illuserunt autem inimicorum insidias, ut puelli consilio prudentiaque præditi pueros insipientes eludunt : impios enim fefellerunt, quod sacrificare quidem visi sunt, non tamen sacrificarunt : forte enim pro se ethnicos vel infideles submiserunt, et per illos sacrificare ipsos existimarunt : eis, inquit, semestre tempus sufficiet ad pœnitentiam. Etsi enim non sacrificarunt, quia tamen sacrificare polliciti sunt, vel alios submiserunt, pœnitentia indigere sunt existimati; etiamsi nonnullis eorum D ignoverunt quidam, qui pro fide testimonium dedere. Eos autem pueris quidem confert, ut qui non viriliter idololatris restiterunt; prudentibus vero, ut qui artificio sacrificia declinarunt.

ΒΑΛΣ. Εἰ δέ τινες ὑπεκρίθησαν μὲν προσιέναι τοῖς βωμοῖς, ἤτοι γράψαι, ὅτι ἀρνοῦνται τὴν πίστιν, οὐ γυμνῶς δὲ καὶ φανερῶς τοῦτο ἐποίησαν, ἀλλὰ διά τινος μεθόδου διέπαιξαν τοὺς βιάζοντας αὐτοὺς, ὡς ὁ Δαβὶδ ὅτε τὸν ἐπίληπτον ὑπεκρίθη, φεύγων τὸν Σαοὺλ, καὶ πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους γενόμενος, καὶ οὕτω τὸν θάνατον διαπέφευγε· διέπαιξαν δὲ τὰς τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλὰς, ὡς παιδία βουλευτικὰ ἔμφρονα διαπαίζουσιν ἄφρονας παῖδας· ἠπάτησαν γὰρ τοὺς ἀσεβεῖς, διὰ τὸ δόξαι μὲν θύειν, μὴ θῦσαι δέ· τυχὸν γὰρ ἀνθ' ἑαυτῶν ὑπέβαλον ἐθνικοὺς ἢ ἀπίστους, καὶ δι' ἐκείνων ἐνόμισαν τεθυκέναι· τοῖς τοιούτοις, φησὶν, ἑξάμηνος καιρὸς ἀρκέσῃ εἰς μετάνοιαν. Κἂν γὰρ οὐκ ἔθυσαν, ἀλλ' ὅτι συνέθεντο θῦσαι ἢ ἑτέρους ὑπέβαλον, ἐλογίσθησαν δεῖσθαι μετανοίας, εἰ καί τισιν αὐτῶν συνεχώρησάν τινες τῶν μαρτυρησάντων ὑπὲρ τῆς πίστεως. Ἀπεικάζει δὲ τούτους παισὶ μὲν ὡς μὴ ἀνδρικῶς ἀντικαταστάντας τοῖς εἰδωλολάτραις, ἔμφροσι δὲ ὡς εὐμεθόδως τὴν θυσίαν ἐκκλίναντας.

Zonar. Si qui vero ad aras quidem se accedere simularunt, aut scribere quod fidem negant, verum

ΖΩΝΑΡ. Εἰ δέ τινες ὑπεκρίθησαν μὲν προσιέναι τοῖς βωμοῖς, ἤτοι γράψαι, ὅτι ἀρνοῦνται τὴν πίστιν,

[a] *Isa.* ix, 6. [b] *Luc.* i, 76, 77. [c] *Luc.* xvii, 21. [d] *Rom.* x, 8-10.

VARIÆ LECTIONES.

[10] διελθόντας... χειρογραφήσαντας... βαλόντας. [10*] ὁμολογητῶν. [11] τοῦ πράξαντος. [11*] ἐγενήθη ἡμῖν, υἱὸς καί. [11**] ὅσπερ. [11***] αὐτός. [12] κηρυσσόντων. [13] περὶ ἧς καὶ αὐτοὶ ὑπομνησθέντες μαθήσονται ὁμολογεῖν ἐν τῷ στόματι ἑαυτῶν om. [14] δέ. [15] πιστεύετε... ὁμολογεῖτε.

(1) *Ὅτι Ἰησοῦς Χριστός*. Harduinus in sua *Conciliorum* editione ex ms. Regio 2038, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς. Sic Rom. x, 9. Idem paulo post, ἅτε δή. Hic autem locus paulo aliter effertur in edit. Paris. Zonaræ et Balsamonis.

οὐ γυμνῶς δὲ τὰ πρὸς ἄρνησιν ἔγραψαν, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀπαραχαλύπτως, οὐ φανερῶς, ἀλλὰ διά τινος μεθόδου διέπαιξαν τοὺς βιάζοντας αὐτούς, ὡς ὁ Δαβὶδ ὅτε τὸν ἐπίληπτον ὑπεκρίθη φεύγων τὸν Σαοὺλ, καὶ πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους γενόμενος, καὶ οὕτω τὸν θάνατον διαπέφευγε· διέπαιξαν δὲ, φησὶ, τὰς τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλὰς, ὡς παιδία βουλευτικὰ, ἔμφρονα, φρόνιμα, καὶ συνετῶς δηλαδὴ βουλευόμενα, διαπαίζουσιν ἐν ἄφρεσι παιδίοις. Ἔμφροσι δὲ ἀπεικάζει τοὺς ἀπατήσαντας τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ δόξαντας μὲν θύειν, μὴ θύσαντας δέ· ἔμφρονας μὲν ὡς τὴν θυσίαν τέως ἐκκλίναντας[13*] · παιδείους δὲ, ὡς μὴ τέλειον καὶ ἀνδρῶδες ἐνδειξαμένους φρόνημα, καὶ γενναίως ἀντικαταστάντας τοῖς εἰδωλολάτραις, ἀλλ' ὅμως συνθεμένους θῦσαι, εἰ καί τινες[13**] ἀνθ' ἑαυτῶν ὑπέβαλον ἐθνικοὺς, ἤγουν ἀπίστους, καὶ ἐκείνων θυσάντων ἐνομίσθησαν αὐτοὶ τεθυκέναι. Τοῖς τοιούτοις, φησὶν, ἑξάμηνος καιρὸς ἐξαρκέσει εἰς μετάνοιαν. Κἂν γὰρ οὐκ ἔθυσαν, ἀλλ' ὅτι συνέθεντο θῦσαι, ἢ ὅτι ἑτέρους ὑπέβαλον, καὶ ἔδοξαν αὐτοὶ θῦσαι, ἐλογίσθησαν δεῖσθαι μετανοίας, εἰ καί τισιν αὐτῶν συνεχώρησάν τινες τῶν ὁμολογησάντων. Τινὲς γὰρ τῶν μαρτυρησάντων καὶ παθόντων ὑπὲρ τῆς πίστεως συνεχώρησαν τοῖς διὰ μεθόδων, ὡς εἴρηται, μὴ θύσασι, καὶ ἐδέξαντο αὐτοὺς μετὰ τῶν πιστῶν, ὅτι ἐξέφυγον πολυτρόπως τὸ θυσιάσαι τοῖς δαίμοσι. Διὰ δὲ τὴν ἑξάμηνον προθεσμίαν ἐμνήσθη τοῦ διὰ Γαβριὴλ μηνύματος, τοῦ ἐν τῷ ἕκτῳ μηνὶ τῆς συλλήψεως τοῦ Προδρόμου, ἐν ᾧ συνελήφθη ὁ Κύριος. Ἐπιφέρει δὲ καὶ ῥήματα ἀποστολικά·

A quæ ad abnegationem spectant non nude scripserunt, hoc est non manifeste, non aperte; sed artificio quodam eos qui vim inferebant ludificati sunt: ut David, qui dum Saulem fugeret, ac ad alienigenas devenisset, se epilepticum finxit, eoque pacto mortem evitavit. Ludificati porro sunt, inquit, inimicorum insidias; veluti pueri prudentes, consilio nimirum ac prudentia præditi, quique scilicet solerter consilium capientes, insipientes pueros illudunt. Prudentibus autem comparat eos a quibus decepti sunt impii, quique cum non sacrificaverint, sacrificare nihilominus visi sunt; prudentes quidem, ut qui sacrificium eousque evitaverint: pueros autem, quod perfectum ac virilem sensum minime induerint, nec generose idolorum cultoribus B repugnarint; verum se sacrificaturos sunt pacti, etiam si quosdam pro se submiserint, ethnicos, hoc est, infideles, iisque sacrificantibus, ipsi sacrificasse existimati sunt. Ejusmodi, inquit, hominibus semestre tempus ad pœnitentiam sufficiet. Nam etsi minime immolarunt; tamen quia se immolaturos sunt pacti, vel quod alios submisere, ipsique immolasse sunt visi, pœnitentia indigere judicati sunt: etsi quibusdam ex ipsis nonnulli confessorum ignovere. Eorum nempe quidam qui se fidei testes exhibuerunt ac pro fide sunt passi, iis qui artificio quodam, ut dictum est, non sacrificarunt, ignovere, ac illos cum fidelibus ad communionem admisere, quod ne dæmonibus immolarent studiose vitaverunt. Porro hujus semestris termini occasione, Annuntiationis per Gabrielem factæ meminit, sexto mense conceptionis Præcursoris, quo conceptus est Dominus. Tum apostolica verba subjungit:

C

ΚΑΝΩΝ Ϛ'.

« Τοῖς δὲ δούλους Χριστιανοὺς ἀνθ' ἑαυτῶν ὑποβεβληκόσιν, οἱ μὲν δοῦλοι, ὡς ἂν ὑποχείριοι ὄντες, καὶ τρόπον τινὰ καὶ αὐτοὶ φυλαχισθέντες ὑπὸ τῶν δεσποτῶν, καταπειληθέντες τε[13***] ὑπ' αὐτῶν καὶ διὰ τὸν φόβον αὐτῶν εἰς τοῦτο ἐληλυθότες καὶ ὀλισθήσαντες, ἐν[13****] ἐνιαυτῷ τὰ τῆς μετανοίας ἔργα δείξουσι, μανθάνοντες τοῦ λοιποῦ, ὡς δοῦλοι Χριστοῦ ποιεῖν τὸ θέλημα τοῦ Χριστοῦ[13*****], καὶ φοβεῖσθαι αὐτόν· ἀκούοντες μάλιστα, ὅτι *ἕκαστος ἐὰν* [*l.* ὃ ἂν] *τι ποιήσῃ ἀγαθὸν, τοῦτο κομίσεται παρὰ Κυρίου, εἴτε δοῦλος εἴτε ἐλεύθερός* ἐστι[14]. »

ΒΑΛΣ. Τοὺς κατὰ κέλευσιν καὶ ἀπειλὴν τῶν δεσποτῶν θύσαντας δούλους ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἐπιτιμᾷ ὁ Πατὴρ οὗτος· ὡς μὲν γὰρ πεισθεῖσι τοῖς δεσπόταις συγγνωμονεῖ, καὶ βαρεῖαν οὐκ ἐπάγει κόλασιν· ὡς δὲ δούλοις Χριστοῦ μᾶλλον οὖσι, κἀκεῖνον πλέον φοβεῖσθαι ὀφείλουσι, μετρίως ἐπιτιμᾷ. *Ἕκαστος γὰρ*, φησὶ κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον, *ὃ ἐὰν ποιήσῃ ἀγαθὸν, κομιεῖται τοῦτο παρὰ Κυρίου, εἴτε δοῦλος εἴτε ἐλεύθερος.*

ΖΩΝΑΡ. Τινὲς δούλους οἰκείους Χριστιανοὺς ἀνθ' ἑαυτῶν καὶ ἀκόντων [*f.* ἄκοντας] ὑπέβαλον θύειν. Τοὺς

CANON VI.

« Ii autem qui servos Christianos pro se submiserunt, servi quidem, ut qui ipsi sub manu essent, et quodammodo ipsi quoque in dominorum custodia essent, minisque ab ipsis territi, et propter eorum metum eo compulsi et lapsi, anno opera pœnitentiæ ostendent, et deinceps discentes, ut servi Christi, facere Christi voluntatem et eum timere: audientes maxime, quod *unusquisque, si quid boni fecerit, hoc feret a Domino, sive servus sive liber sit* [a]. »

Bals. Servos qui dominorum jussu ac minis sacrificarunt, anno punit hic Pater: ut qui enim domino paruerint, ignoscit, et grave supplicium non D infligit: ut qui autem sint magis Christi servi, et eum debent magis metuere, mediocrem pœnam imponit. *Unusquisque enim*, inquit, secundum magnum Paulum, *quod fecerit bonum a Domino recipiet, sive servus sive liber.*

Zonar. Nonnulli servos suos Christianos, pro se ipsis, etiam invitos ad immolandum submisere.

[a] *Ephes.* VI, 8.

VARIÆ LECTIONES.

[13*] ἐκκλίνοντας. [13**] ἢ καὶ εἴ τινες. [13***] τε om. [13****] ἐν om. [13*****] Θεοῦ. [14] deest ἐστί.

Hosce igitur servos, quamvis dominorum jussione coacti, non autem sua voluntate, sacrificaverint, annum in pœnitentia degere hic Pater jubet: meminisseque se cum sint fideles, esse Christi servos, eumque magis timere oportere: ac *unumquemque*, ut magnus ait Apostolus, *sive servum, sive liberum, quæ fecerit reportaturum*.

CANON VII.

« Liberi autem tribus annis in pœnitentia examinabuntur, tum quod dissimulaverint, tum quod effecerint ut conservi sacrificarent, ut qui Apostolo non obedierint, qui vult [a] *dominos eadem facere quæ servi, remittentes minas. Scientes*, inquit, *quod noster quoque et ipsorum Dominus est in cœlis, et non est apud eum personarum acceptio*. Si unum autem omnes habemus Dominum, *apud quem non est personarum acceptio* [b]; quoniam *et omnia, et in omnibus est Christus, in Barbaris et Scythis, servis et liberis* [c]: debent considerare quod fecerunt, volentes suam ipsorum animam servare; qui conservos nostros traxerunt ad idololatriam, qui poterant et ipsi effugere, si jus et æqualitatem ipsis præbuissent ut rursus dicit Apostolus. »

Bals. Liberis autem seu dominis servorum sacrificare coactorum, triennii pœnam injungit, quod et sacrificare simularunt, et omnino annuere visi sunt, et quod conservos sacrificare coegerunt, et quod Apostolo non paruerunt jubenti *servis minas remittere*; utpote cum ipsi quoque domini Dei servi sint, et famulorum conservi. Atque ipsi quidem festinarunt suam servare animam, conservos autem suos ad idololatriam compulerunt, qui poterant effugere.

Zonar. Liberis autem, hoc est dominis servorum qui sacrificare sunt coacti, triennii pœnam injungit: tum quia sacrificare se simularunt, ac succumbere omnino visi sunt: tum quia conservos coegerunt ut immolarent; nec obtemperarunt Apostolo jubenti *servis minas remittere*; cum ipsi quoque domini sint Dei servi, et famulorum conservi. Ac ipsi quidem festinarunt suam servare animam, conservos autem, qui effugere poterant ad idololatriam compulerunt.

CANON VIII.

« Iis autem qui proditi sunt, et exciderunt, qui et ipsi ad certamen accesserunt, se esse Christianos confitentes, et in custodiam cum tormentis conjecti sunt: æquum est in exsultatione cordis vires simul addere, et eis in omnibus communicare, et in orationibus, et in participatione corporis et sanguinis Christi, et sermonis adhortatione: ut

[a] *Ephes.* VI, 9. [b] *Rom.* II, 11. [c] *Coloss.* III, 11.

A δούλους, εἰ καὶ κελεύσει τῶν δεσποτῶν ἔθυσαν, βιασθέντες, ἀλλ' οὐχ ἐξ οἰκείου θελήματος, ἐνιαυτὸν ἐν μετανοίᾳ διάγειν ὁ Πατὴρ οὗτος διορίζεται, καὶ μαθεῖν, ὅτι, πιστοὶ ὄντες, Χριστοῦ δοῦλοί εἰσι, κἀκεῖνον μᾶλλον φοβεῖσθαι ὀφείλουσι· καὶ ὅτι *ἕκαστος*, κατὰ τὸν μέγαν Ἀπόστολον, *ὃ ἐὰν ποιήσῃ κομιεῖται, εἴτε δοῦλος εἴτε ἐλεύθερος*.

ΚΑΝΩΝ Ζ'.

« Οἱ δὲ ἐλεύθεροι ἐν τρισὶν ἔτεσιν ἐξετασθήσονται ἐν μετανοίᾳ, καὶ ὡς ὑποκρινάμενοι [16*], καὶ ὡς καταναγκάσαντες τοὺς ὁμοδούλους θῦσαι, ἅτε [16**] δὴ παρακούσαντες τοῦ Ἀποστόλου *τὰ αὐτὰ* θέλοντος *ποιεῖν τοὺς δεσπότας τοῖς δούλοις, ἀνιέντας τὴν ἀπειλήν· εἰδότες* [17], φησὶν, *ὅτι καὶ ἡμῶν καὶ αὐτῶν* [17*] *ὁ Κύριός ἐστιν* [18] *ἐν οὐρανοῖς, καὶ* B *προσωποληψία παρ' αὐτῷ οὐκ ἔστιν*. Εἰ δὲ ἕνα Κύριον ἔχωμεν [19] οἱ πάντες, *ἀπροσωπόληπτον*, ἐπεὶ *καὶ πάντα καὶ ἐν πᾶσιν ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἔν τε βαρβάροις καὶ Σκύθαις, δούλοις καὶ ἐλευθέροις*, σκοπεῖν ὀφείλουσιν ὃ κατειργάσαντο θελήσαντες τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν σῶσαι [20], τοὺς δὲ [20*] συνδούλους ἑαυτῶν [21] ἑλκύσαντες ἐπὶ εἰδωλολατρείαν, δυναμένους καὶ αὐτοὺς ἐκφυγεῖν, εἰ τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα ἦσαν αὐτοῖς παρασχόντες, ὡς πάλιν ὁ Ἀπόστολος λέγει. »

ΒΑΛΣ. Τοῖς δὲ ἐλευθέροις, ἤτοι τοῖς δεσπόταις τῶν βιασθέντων θῦσαι δούλων, ἐπὶ τριετίαν ἐπιτιμᾷ· ὅτι τε ὑπεκρίθησαν θῦσαι, καὶ ὅλως ἔδοξαν κατανεῦσαι, καὶ ὅτι τοὺς συνδούλους ἠνάγκασαν θῦσαι, καὶ ὅτι παρήκουσαν τοῦ Ἀποστόλου κελεύοντος *ἀνιέναι τοῖς* C *δούλοις τὴν ἀπειλὴν*, ὡς καὶ τῶν δεσποτῶν δούλων ὄντων τῷ Κυρίῳ, καὶ τοῖς οἰκέταις συνδούλων. Καὶ αὐτοὶ μὲν ἔσπευσαν τὴν οἰκείαν σῶσαι ψυχὴν, τοὺς δὲ συνδούλους ἐπὶ εἰδωλολατρείαν κατήπειγον, δυναμένους ἐκφυγεῖν.

ΖΩΝΑΡ. Τοῖς δὲ ἐλευθέροις, ἤτοι τοῖς δεσπόταις τῶν βιασθέντων θῦσαι δούλων, ἐπὶ τριετίαν ἐπιτιμᾷ· ὅτι τε ὑπεκρίθησαν θῦσαι, καὶ ὅλως ἔδοξαν ὑποκύψαι, καὶ ὅτι καὶ τοὺς συνδούλους ἠνάγκασαν θῦσαι, καὶ ὅτι παρήκουσαν τοῦ Ἀποστόλου κελεύοντος *ἀνιέναι τοῖς δούλοις τὴν ἀπειλὴν*, ὡς καὶ τῶν δεσποτῶν δούλων ὄντων Κυρίῳ, καὶ τοῖς οἰκέταις συνδούλων. Καὶ αὐτοὶ μὲν ἔσπευσαν τὴν οἰκείαν σῶσαι ψυχὴν, τοὺς δὲ συνδούλους ἐπὶ εἰδωλολατρείαν κατέπειξαν, D δυναμένους ἐκφυγεῖν.

ΚΑΝΩΝ Η'.

A ἑσπέραν ἐσθίειν τὸ Πάσχα, ἐσταυρώθη ὁ Κύριος ἡμῶν, καὶ Σωτὴρ Ἰησοῦς Χριστὸς, θῦμα γενόμενος τοῖς μέλλουσι μεταλήψεσθαι τῆς πίστεως τοῦ κατ' αὐτὸν μυστηρίου, κατὰ τὸ γεγραμμένον τῷ μακαρίῳ Παύλῳ· *Καὶ γὰρ τὸ Πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστός*· καὶ οὐχ ὥς τινες ἀμαθείᾳ φερόμενοι διαβεβαιοῦνται, ὡς φαγὼν τὸ Πάσχα παρεδόθη· ὅπερ οὔτε παρὰ τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων μεμαθήκαμεν, οὔτε τις τῶν μακαρίων ἡμῖν ἀποστόλων παραδέδωκεν. Ἐν ᾧ οὖν καιρῷ (32) ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν κατὰ σάρκα ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, τὸ κατὰ νόμον οὐκ ἔφαγε Πάσχα· ἀλλ', ὡς ἔφην, αὐτὸς ὡς ἀληθὴς ἀμνὸς ἐτύθη ὑπὲρ ἡμῶν ἐν τῇ τοῦ σκιώδους Πάσχα ἑορτῇ, ἐν ἡμέρᾳ παρασκευῇ τῇ ιδ' τοῦ πρώτου μηνὸς τῆς σελήνης. Πέρας οὖν ἀπείληφε B τὸ τυπικὸν Πάσχα, τοῦ ἀληθινοῦ Πάσχα παραγενομένου· *Τὸ γὰρ Πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστὸς*, ὡς πρόκειται, καὶ διδάσκει τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς ὁ ἀπόστολος Παῦλος.

II.

Ibid. pag. 175 D.

Erat autem Parasceve, hora quasi tertia, quemadmodum accurati libri continent, ipsumque evangelistæ Joannis autographum, quod usque ad hæcce tempora, divina gratia, in sanctissima Ephesiorum Ecclesia servatur, et a fidelibus ibi colitur.

Ἦν δὲ Παρασκευὴ (33), ὥρα ἦν ὡσεὶ τρίτη, καθὼς τὰ ἀκριβῆ βιβλία περιέχει, αὐτό τε τὸ ἰδιόχειρον τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου, ὅπερ μέχρι νῦν πεφύλακται χάριτι τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ Ἐφεσίων ἁγιωτάτῃ Ἐκκλησίᾳ, καὶ ὑπὸ τῶν πιστῶν ἐκεῖσε προσκυνεῖται.

DE ANIMA ET CORPORE.

(Ex Leontii et Joannis *Rer. sacr.* lib. II, ap. Mai, *Script. vet.* t. VII, p. 85.)

—

Sancti Petri episcopi Alexandriæ, et martyris, ex Demonstratione quod anima non corpori præexstiterit.

Quæ ad divinitatem humanitatemque secundi de cœlo hominis spectant, in suprascriptis, secundum beatum Apostolum, exposuimus; nunc necessarium duximus, quæ ad primum hominem de terra terrenum pertinent, exponere, hoc nempe demonstraturi, unum eumdemque eodem tempore fuisse creatum, quamvis aliquando separatim designetur homo exterior et homo interior. Si enim, juxta salutare Verbum, qui fecit ea quæ sunt extrinsecus, ipse fecit quod est intrinsecus; certe una operatione eodemque tempore utrumque fecit, illa scilicet ipsa die qua dixit Deus[2]: *Faciamus hominem secundum imaginem nostram et secundum similitudinem:*

C *Τοῦ ἁγίου Πέτρου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας καὶ μάρτυρος ἐκ τοῦ μὴ προϋπάρχειν τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος* (34).

Τὰ περὶ τῆς θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος τοῦ δευτέρου ἐξ οὐρανοῦ ἀνθρώπου, κατὰ τὸν μακάριον Ἀπόστολον ἐν πρώτοις παραθέμενοι, ἀναγκαῖον ἡγησάμεθα καὶ τὰ περὶ τοῦ πρώτου ἐκ γῆς χοϊκοῦ γεγεννημένου ἀνθρώπου παραθέσθαι, πρὸς τὸ δεῖξαι ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐν τῷ αὐτῷ καιρῷ γενόμενον, κἂν μερικῶς ποτε ὁ ἔσω καὶ ὁ ἔξω ἄνθρωπος λέγηται· εἰ γὰρ, κατὰ τὸν σωτήριον Λόγον, ὁ ποιήσας τὰ ἔξωθεν καὶ τὸ ἔσω αὐτὸς ἐποίησεν, ἀλλ' οὖν γε ἐφ' ἅπαξ καὶ ἐν (forte add. τῷ αὐτῷ) καιρῷ, τουτέστιν ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, ὅτε εἶπεν ὁ Θεός· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν*· ὡς ἐκ D τούτου εὔδηλον εἶναι ὅτι οὐκ ἀπὸ συνόδου, ὡς προόν-

[1] *I Cor.* v, 7. [2] *Gen.* I, 26.

(32) *Ἐν ᾧ οὖν καιρῷ... τῇ ιδ' τοῦ πρώτου μηνὸς τῆς σελήνης.* Hunc locum ex vetere ms. exemplari recitat Casaubonus in *Exercit.* XVI, *ad Annal. eccl. Baron.*, § 12, pag. 410, ubi hæc habet: « Petrus Alexandrinus episcopus et martyr, in fragmento egregio quod nactus sum ab Andrea Darmario Græco mercatore: Ἐν ᾧ καιρῷ ἔπαθεν, κ. τ. λ. »

(33) *Ἦν δὲ Παρ.* Hoc item excerptum *ex Petri Alexandrini disputatione De Paschate*, idem Casaubonus refert in *Exercit.* XVI modo laudata § 164, pag. 590, ex ipso antiquo exemplari descriptam, cujus modo meminimus. Quod quidem advertit cl. Cangius in notis ad *Chronicon Paschale*, pag. 412 D. quem tamen fugit alterum fragmentum a Casaubono superius relatum. Ad hunc autem locum digitum intendit Wesselingius, licet ipsum non citet, in *Probabil. lib. sing.*, cap. 1, pag. 6.

(34) Constat id opus a Petro contra Origenem fuisse conscriptum.

τος τινὸς ἑτέρου τόπου (ἴσ. τύπου) συνεληλυθότος, γεγένηται· εἰ γὰρ τὰ ἄλλα ζῶα κατὰ κέλευσιν ἔμψυχα ἐξήγαγεν ἡ γῆ, πολλῷ μᾶλλον ληφθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χοῦς ἀπὸ τῆς γῆς, δύναμιν ἔμψυχον ἔσχεν κατὰ βούλησιν καὶ ἐνέργειαν Θεοῦ.

A unde manifestum est, hominem non ex conjunctione corporis cum typo quodam præexsistente formatum fuisse. Etenim si terra cætera animalia, juxta jussionem Creatoris, animata produxit, multo potius pulvis quem e terra sumpsit Deus, virtutem vitalem a voluntate et operatione divina accepit.

ΕΚ ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΕΤΡΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΣ.

EX DOCTRINA PETRI ALEXANDRINI.

(Ex Leontio et Joanne *Rer. sacr.* lib. II, ap MAI, *Script. vet.* t. VII, p. 96.)

Τάλας ἐγὼ οὐδὲ ἐμνήσθην ὅτι ὁ Θεὸς νοῦν ἐπιτηρεῖ καὶ ψυχῆς ἀκούει φωνήν· συνέγνων εἰς ἁμαρτίαν, πρὸς ἐμαυτὸν λέγων· « Ἐλεήμων ἐστὶν ὁ Θεὸς καὶ ἀνέξεταί μου· » καὶ μὴ πληγεὶς παραχρῆμα, οὐκ ἐπαυσάμην, ἀλλὰ μᾶλλον κατεφρόνησα συγγνώμης, καὶ ἐδαπάνησα Θεοῦ μακροθυμίαν.

B Miser ego, non memini, Deum scrutari mentem, et audire vocem animæ; cum conscientia mea de peccato pactus sum, ad me ipsum dicens : « Misericors est Deus et sustinebit me; » et cum illico non essem percussus, non cessavi, sed magis divinam tolerantiam contempsi et longanimitatem Dei exhausi.

IN MATTHÆUM.

(Ex Justiniani imp. tractatu *contra Monophysitas*, ap. MAI, *Script. vet.*, VII, 306, 307.)

Καὶ ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον ὁ Κύριος λέγει πρὸς τὸν παραδιδόντα αὐτόν· *Φιλήματι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδίδως!* Τοῦτο δὲ Πέτρος ὁ μάρτυς καὶ ἀρχιεπίσκοπος Ἀλεξανδρείας ἐξηγούμενος λέγει ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια· « Τά τε σημεῖα πάντα ὅσα ἐποίησεν, καὶ αἱ δυνάμεις, δείκνυσιν αὐτὸν Θεὸν ἐνανθρωπήσαντα· τὰ συναμφότερα τοίνυν δείκνυται, ὅτι Θεὸς ἦν φύσει, καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος φύσει. »

C Et in Evangelio secundum Matthæum, ait Dominus ad eum qui ipsum tradebat : *Osculo Filium hominis tradis!* Quod exponens Petrus martyr et archiepiscopus Alexandriæ, hæc et his similia profert : « Signa omnia, quæcunque fecit, et virtutes, de illo testantur quod Deus sit incarnatus : utrumque ergo simul demonstratur, illum nempe natura Deum esse, et factum fuisse natura hominem. »

SANCTI PETRI ARCHIEPISCOPI ET MARTYRIS EX SERMONE (VEL LIBRO) DE THEOLOGIA.

Interim evangelista firmiter ait : *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.* Ex hoc cognoscimus, angelum cum virginem salutavit dicens : Gaude, gaudio plena, Dominus tecum; significare voluisse : Deus Verbum tecum est : itemque denotare, illud de sinu ejus oriturum, et carnem factum iri, prout scriptum est : *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi in te descendet ; ideoque et quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei.*

S. ALEXANDER

EPISCOPUS ALEXANDRINUS

NOTITIA

(GALLAND., *Veterum Patrum Biblioth.*, IV, Proleg., p. XIX.)

I. *Alexander in sede Alexandrina successor Achillæ. Ejus eximiæ dotes. Primus Arium detexit damnavitque.*

II. *Alexandri studium in hæresi Ariana profliganda. Ejus dies et annus emortualis statuitur.*

III. *Quæ scripserit Alexander ad hæresim Arianam oppugnandam. Exstat ejus epistola, Alexandro CP. episcopo inscripta.*

IV. *De hac epistola Holstenii sententia.*

V. *Agitur de oratione Alexandri ad presbyteros et diaconos Alexandrinos et Mareoticos. Item de illius epistola encyclica, quæ res gestas exhibet in Arianæ hæreseos exortu.*

I. Achillæ qui exiguo tempore a Petri martyrio Alexandrinam Ecclesiam administravit, suffectus est Alexander circa annum Christi 312. Hujus præsulis eximias virtutes quas omnino præterire libuit Eusebio, alios scriptores ecclesiasticos omni laude prosecutos esse intelligimus. Passim enim audit « evangelicæ doctrinæ propugnator acerrimus (*a*), » ὁ γενναῖος ἀποστολικῶν δογμάτων γενόμενος πρόμαχος · « apostolicorum dogmatum vindex et patronus (*b*), » ὁ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων συνήγορος · atque (*c*) *divinæ fidei episcopus... plenus sapientia, et Spiritu sancto fervens.* Nimirum Alexander Arium primus et detexit et damnavit; sacrarumque litterarum vestigiis insistens, ut ait Theodoritus (*d*), Filium Dei, quem hæreticus homo creaturam et facturam vocabat, ejusdem esse dignitatis cum Patre, eamdemque cum Deo qui ipsum genuit, habere substantiam edocuit.

II. Et primum quidem monitis et consiliis hominem ab instituto revocare studuit. At ubi eum insanire suamque impietatem palam prædicare animadvertit sanctus antistes, Alexandriæ coacta una et altera synodo episcoporum Ægypti, ex presbyterorum ordine illum dejectum Ecclesiæ communione privavit. Tum vero hujusmodi anathemate perculsus hæresiarcha, cum magis adhuc magisque furere pergeret, anno tandem 325 Nicææ in Bithynia ex universo Christiano orbe convocatum est A magnum concilium, in quo impius ille ab Ecclesia exturbatus fuit atque proscriptus. Et multas quidem afflictationes multosque labores in hæresi Ariana profliganda pertulit, quamvis senex, beatissimus Alexander; quibus demum perfunctus in extrema senectute appositus est ad patres suos, ut scribit sanctus Athanasius (*e*); qui et alibi (*f*): « Mensibus quinque, ait (a reditu Niceæ), nondum exactis, supremum diem obiit beatæ memoriæ Alexander : » οὔπω γὰρ πέντε μῆνες παρῆλθον, καὶ ὁ μὲν μακαρίτης Ἀλέξανδρος τετελεύτηκεν. Atque in eamdem sententiam Theodoritus (*g*) : « Cum, inquit, admirabilis ille episcopus Alexander qui Arii blasphemiam expugnavit, post quinque menses a synodo Nicæna vivendi finem fecisset, Alexandrinæ B Ecclesiæ præsulatum Athanasius suscepit. » Hæc ille. Quam quidem temporis notationem, ut advertit eruditus Lequienius (*h*), in singulari quadam dissertatiuncula edisserens doctissimus Montfauconius, ostendit Alexandrum obiisse die 22 Barmudæ seu Pharmuthi, feria II, Aprilis nostri 17, anno proinde altero post Nicænam synodum, scilicet 326.

III. Scripsit Alexander encyclicas ad singulos episcopos litteras, τοῖς ἁπανταχοῦ κατὰ πόλιν, ut ex Socrate comperimus (*i*), quibus hæresim Arianam oppugnabat; easque ferme septuaginta fuisse refert Epiphanius (*j*). Suas porro epistolas vigilan-

(*a*) Theodor. *Hist. eccl.*, lib. I, cap. 2.
(*b*) Id. *ibid.*
(*c*) Marcell. et Faust. *Libell. prec.*, sub init.
(*d*) Theodor. l. c.
(*e*) Athan. *Epist. ad episc. Ægypt.*, § 21, tom. I, pag. 292.
(*f*) Id. *Apolog. contr. Arian.*, § 59, pag. 178.
(*g*) Theodor. *Hist. eccl.*, lib. I, cap. 26.
(*h*) Lequien. *Or. Christ.*, tom. II, pag. 399.
(*i*) Socr. *Hist. eccl.* lib. I, cap. 6.
(*j*) Epiph. hær. LXIX, § 4.

tissimum præsulem cum iis quas ad ipsum rescripserunt episcopi per singulas urbes constituti, pro catholicæ sententiæ defensione in unum volumen congessisse, præter Socratem (*a*) testatur Sozomenus (*b*). At ex omnibus epistolis quas Alexandrum perscripsisse tradit antiquitas, duæ tantummodo integræ hodie superant; quibus accedit ejusdem Alexandri brevis allocutio de Arii et sociorum depositione ad presbyteros et diaconos Alexandriæ et Mareotæ. Epistolarum itaque prior quam Theodorito acceptam referimus (*c*), homonymo Alexandro Constantinopolitano episcopo inscribitur. Hanc vero epistolam post celebratam synodum Alexandrinam fuisse exaratam, ex iis compertum habemus quæ sub initium occurrunt. Sic enim sanctus Pater (*d*) : « Ac nos quidem, inquit, cum ea quæ vitæ ipsorum (Arianorum) ac nefariis conatibus competunt, serius propter ipsorum latebras deprehendissemus; communi omnium suffragio ex cœtu Ecclesiæ quæ Christi divinitatem adorat, eos ejecimus. » Præterea, ut observat cl. Valesius, ex alio ejusdem epistolæ loco (*e*) discimus eam scripsisse Alexandrum ante illam quam ad omnes Ecclesias direxit. Siquidem eo loci sic loquitur beatus antistes : « Nescio quo modo ordinati in Syria tres episcopi, illis (Arianis) consentiendo, eos ad pejora incitant. » Intelligit nimirum, ait vir criticus (*f*), Eusebium Cæsareæ Palæstinæ episcopum, Theodotum Laodiceæ et Paulinum Tyri : hos enim anathemate damnatos fuisse a nostro præsule Alexandrino testatur Arius in epistola ad Eusebium Nicomediensem episcopum, quam recitat Theodoritus (*g*). Cujus quidem Nicomediensis episcopi mentionem facere haud omisisset Alexander in hac ad cognominem Alexandrum epistola, si eam loco posteriore scripsisset.

IV. Cæterum ad ejusdem epistolæ inscriptionem quod attinet, præter ea quæ ad illam ex Pagio et Baluzio adnotavimus, sententiam Holstenii viri doctissimi huc adducere juverit. Sic igitur ille (*h*) : « Cum in hac epistola, non unum aliquem, sed plures subinde alloquatur Alexander;.... mihi fixa hæc sedet sententia, non privatam aliquam sive tractatoriam hanc epistolam esse, sed circularem ac generalem, missam ad diversos Europæ episcopos. Quod nemo facile negaverit, qui hujus epistolæ partem extremam, et ecclesiasticarum epistolarum formam modumque non plane ignoret..... Non ut *Alexandro Constantinopolitano* episcopo hanc epistolam scriptam negem; sed ut ad alios quoque vicinos episcopos, vel in regia urbe negotiorum causa tum versantes, ejusdem quoque exempla per

A circulum missa ostendam. Neque ego hic Theodorito futilem Gelasii Cyziceni Diobolaris ῥαψῳδοῦ auctoritatem opposuerim, qui Alexandrum istum hoc tempore CP. Ecclesiæ necdum præfuisse affirmat; quemque paulo post Nicæno concilio privatum adhuc presbyterum pro Metrophane extrema senectute confecto interfuisse scribit. Cujus fidem incerti quoque auctoris narratio de CCCXVIII Nicæni concilii Patribus sequitur, quæ in *Historia sanctorum* Lipomani exstat; cujus exemplar ex regio codice in Galliis aliquando me transcripsisse memini. Hæc, inquam, tanti non sunt, ut Theodoriti aliorumque meliorum auctorum fidem apud nos elevent. » Hactenus Holstenius. Neque abs re fuerit consulere Montfauconium, qui erudite admodum

B inquirit (*i*), quid sit hac ipsa in epistola (*j*) τόμος sive tomus ille, quem episcopis per orbem subscribendum Alexander Alexandrinus ad Alexandrum Byzantium misit.

V. De reliquis duobus litterarum monumentis quæ superius excipiunt, cum ea sint ex præclara Athanasianorum editione descripta, præstat propterea ipsummet celeberrimum editorem ita de iis præloquentem audire (*k*) : « Edimus, inquit, *Καθαίρεσιν* seu *Depositionem* Arii et sociorum, ita scilicet nuncupatam in codice Regio unde ea desumpta est; licet proprie nihil illa sit aliud nisi oratio qua Alexander archiepiscopus accitos Alexandrinos Mareoticosque presbyteros atque diaconos, coram hortatur, ut encyclicam suam epistolam qua nar-

C ratur Arii sociorumque damnatio, muniant suffragio suo atque subscriptione. Hoc opusculum antea ineditum V. C. Cotelerius suis ad PP. primi sæculi notis inseruit (*l*), ne scilicet prorsus interiret. Sed cum extra proprium locum ibi positum sit, huc visum est adjicere, cum præsertim implicatissimis Arianorum exordiis haud parum lucis afferat.

Huic adjungimus encyclicam Alexandri epistolam, quæ ita præcedenti *Depositioni* cohæret, ut nullatenus debeat ab ea segregari : quare operæ pretium fuit illas invicem sejunctas hic copulare, prout in eodem Regio codice jacent. Habetur hæc epistola apud Socratem (*m*), sed multis mendis respersa, desiderantur que ibi Alexandrini cleri sub-

D scriptiones. Item legitur illa apud Gelasium (*n*) cum subscriptionibus, sed mendis etiam obsita : subscriptionesque adeo mutilæ sunt, ut necessum prorsus fuerit novam ejus editionem parare, ut inspicienti cuique palam erit. Narrat hic Alexander res gestas in exortu Arianæ hæresis, inque Arii et sectatorum damnatione; monetque episcopos ne

(*a*) Socr. *l. c.* sub fin.
(*b*) Sozom. *Hist. eccl.* lib. I, cap. 1, sub fin.
(*c*) Theodor. *Hist. eccl.* lib. I, cap. 4.
(*d*) Alex. *Epist.* 1, § 2.
(*e*) Id. *ibid.*, § 9.
(*f*) Vales. ad Theodor. *Hist. eccl.*, pag. 16, note 2, edit. Cantabr. 1720.
(*g*) Theodor. *Hist. eccl.* lib. I, cap. 5.
(*h*) Holsten. ad calcem Theodor. Vales. dissert. I, pag. 606, edit. Cantabr.
(*i*) Montfauc. præfat. ad tom. II *Collect. PP. Græc.*, animadv. 6, pag. 20.
(*j*) Alex. *Epist* 1, § 14.
(*k*) Montfauc., Opp. Athan., tom. I, part. I, pag. 396.
(*l*) Cotel. ad *Const. apost.* lib. VIII, cap. 28.
(*m*) Socr. *Hist. eccl.* lib. I, cap. 6.
(*n*) Gelas. Cyz. *Hist. conc. Nic.* lib. II, cap. 3.

Eusebio Nicomediensi Arii patrono morem gerant, si quidem in hæresiarchæ gratiam litteras ille scripserit. » Huc usque vir doctus. Qui deinceps utrumque opusculum iterum illustravit (*a*) adversus placita Tillemontii, qui acta depositionis Arii et sociorum secus intellexisse videtur.

His porro sancti Patris scriptis fragmenta duo subjecimus ex ejusdem epistola ad Æglonem Cynopolitanum episcopum, quæ apud sanctum Maximum confessorem leguntur (*b*).

Postremo loco lectorem monitum volumus, ad calcem Theodoriti Valesiani duas exstare dissertationes Holstenii, quibus vir ille doctissimus utramque Alexandri episcopi Alexandrini epistolam, ut paulo ante innuimus, egregie illustrat.

(*a*) Montfauc. præfat. ad tom. II *Collect. PP. Græc.*, animadv. 5, pag. 16-20.

(*b*) Max. Opp. tom. II, pag. 152-155, edit. Combef. Paris, 1675.

LUCÆ HOLSTENII

DISSERTATIONES DUÆ DE LOCIS QUIBUSDAM CONCILII NICÆNI

DISSERTATIO PRIMA (a).

. . . . Itaque ab ovo, quod aiunt, rem exordiri, et quæ supersunt Nicæni concilii ἀποσπασμάτια sub examen revocare placuit : cujus privati laboris ac studii specimen in publico hoc consessu vobis exhibendum duxi, quandoquidem disserendi necessitatem vestra benignitas mihi imposuit. Eæ autem sunt duæ Alexandri Alexandriæ episcopi epistolæ, quæ ex Socratis et Theodoreti *ecclesiastica Historia* deromptæ προπαρασκευὴ concilii Nicæni constituunt. Egregie sane illæ et δεινῶς scriptæ, quibus Latina Christophorsoni versio adjungitur ; sed a Romanis editoribus nonnullis in locis interpolata. Ita scilicet non solum versionis *Conciliorum*, sed universæ historiæ ecclesiasticæ gustum aliquem me vobis præbiturum putavi. Sed mihi vestra principio patientia exoranda est, ut æquo animo per confragosæ orationis salebras aspirantem subsequi non gravetur. Cum sive casus, sive consilium eam mihi objecerit materiam, quæ orationis cultum haudquaquam admittit, et quod oratorum princeps de rebus geographicis aiebat, ἀνθηρογραφεῖσθαι, nullo modo potest.

Ad hæc cum in alieno labore ingenii acumen experiri et judicii censuram exercere instituerim, ut ego germano candore ac fide optima calumniam ejuro, ita invidiam deprecor, ne quis alienis erratis exagitandis doctrinæ aut industriæ laudem me aucupari existimet. Publica hæc studia sunt, quibus promovendis publicam utilitatem, non privatam laudem quærimus. Vos vero, eminentissimi principes, submisse rogo ut cum voluntas atque auctoritas vestra in hunc me protraxerit locum, humanitatis ac benevolentiæ vestræ aura, orationis cursum inter syrtes et brevia æstuantem sublevetis.

Narrat Alexander Arii apostasiam et blasphema dogmata quibus Christum Dominum statu graduque divinitatis movere, et Creatorem in creaturæ censum dejicere conabatur. In quibus nonnulla sunt parum recte constituta in Græco textu, vel minus accurate ab interprete observata, vel in quibus antiquus interpres Epiphanius Scholasticus, aliam suo tempore lectionem secutus videtur. Quæ cum pressioris sint considerationis, commemorare singula nihil attinet. Illud indicandum, interrogatos Arium ac socios, nunquid ergo Verbum Dei, quod illi creatum asserebant, mutari posset, quemadmodum diabolus mutatus fuerat, non veritos respondere, posse. Addunt rationem sic in Romana editione expressam : Τρεπτῆς γὰρ φύσεώς ἐστι γενητὸς, καὶ τρεπτὸς ὑπάρχων. Quod vertunt : *Nam et mutabilis naturæ factus est, .et mutabilis exsistit.* Qua in re et interpretis Britanni et Romanorum editionem judicium requiro. Nam ut taceam sensum loci jam olim a veteri interprete recte expressum, quis rationis hujus pondera ac momenta perpendens, vel Græcorum lectione paulo exercitatior, non facile animadvertit ex ipsa loquendi consuetudine, minus rectam distinctionem vitiosam peperisse versionem? Affirmabat Arius Filium Dei, τὸν Λόγον, posse mutari; adjungens rationem, τρεπτῆς γὰρ φύσεώς ἐστι. Nam naturæ mutabilis est, vel naturam mutabilem obtinet, γενητὸς καὶ τρεπτὸς ὑπάρχων, quippe qui factus sive creatus, ac proinde mutabilis est. Quocirca haudquaquam negligenda hoc loco vox γενητός, in qua vis omnis ac nervus impiæ illius assertionis consistit : quam ipse Alexander sequenti epistola repetit, sed verbis magis perspicuis deductam. Aiunt, inquit, Filium Dei cum antea non fuisset, postea factum, factumque talem, ubi factus fuit, quales cæteri sunt homines. Συναναλαμβάνοντες τῇ τῶν ἁπάντων κτίσει καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, *comprehendentes etiam Filium Dei reliquarum creaturum*

(*a*) Habita Romæ in Academia Basiliana, 1635, audientibus eminentissimis cardinalibus J. B. Pamphilio, Fr. Barberino, Brancaccio.

rerum numero. Statim subjungit : Οἷς ἀκολούθως καὶ A φασιν αὐτὸν τρεπτῆς εἶναι φύσεως, ἀρετῆς τε καὶ κακίας δεκτικόν· *Quibus etiam consequenter addunt, eum mutabilis esse naturæ, et virtutis et vitii capacem*. Videtis supposito hoc, Filium Dei factum vel creatum esse, ut necessarium inde deduci consequentiam, eumdem quoque τρεπτόν sive mutabilem esse. Atque sic ratiocinatur Damascenus lib. I *De orthod. fide*, cap. 3 : Τὰ κτιστὰ, πάντως καὶ τρεπτά. Ὧν γὰρ τὸ εἶναι ἀπὸ τροπῆς ἤρξατο, ταῦτα τῇ τροπῇ ὑποκείσεται πάντως, ἢ φθειρόμενα, ἢ κατὰ προαίρεσιν ἀλλοιούμενα. *Creata*, inquit, *omnino etiam mutationi obnoxia. Quorum enim esse a mutatione incipit, ea necessario mutationi subjacebunt, dum vel intereunt, vel voluntate alterantur*. Ita scilicet Arius Filium Dei ἀρετῆς καὶ κακίας δεκτικὸν as- B serebat : quandoquidem, ut Justinus Martyr alicubi in *Quæstionibus* scribit : Τροπῆς γνώρισμα, τὸ τὰ καλὰ καὶ τὰ κακὰ λαμβάνειν εἰς ἔννοιαν· *Mutationis signum ac nota est, bona ac mala in animum sibi inducere*.

Expositis Arii dogmatibus, catholicæ Ecclesiæ orthodoxam sententiam Alexander opponit, ut veritatis luce prolata Stygis tenebras discutiat. Urget Χριστομάχους illos D. Joannis auctoritate : qui Verbum in principio fuisse, atque omnia per ipsum facta prædicat. Inde rationibus instat : si Verbum est unigenitus Filius Dei, quomodo asserunt isti, ὅτι εἷς ἐστι τῶν ποιημάτων ; *ipsum unum esse ex creaturis?* Et si omnia per ipsum facta sunt, πῶς δύνα- C ται ἴσος εἶναι τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων ; *qui poterit ipse par esse rebus quæ per ipsum factæ sunt?* Quo postremo loco Gelasius Cyzicenus, et Epiphanius interpres rectius jam olim legere, πῶς δύναται εἷς εἶναι ; *quomodo potest unus esse horum, quæ per ipsum facta noscuntur?* Quam lectionem Græci sermonis constructio aperte requirit. Quamvis ad sensum loci nihil intersit, utrum ἴσος cum vulgato, an εἷς cum veteri interprete legas. Si tamen ἴσος retineatur, mutanda hoc modo constructio : Πῶς δὲ δύναται ἴσος εἶναι τοῖς δι' αὐτοῦ γενομένοις, non autem, τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων. Ita D. Paulus Phil. II, 6, Christum ait non existimasse rapinam, τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, *esse se æqualem Deo*. Ita ipse Alexander epistola sequenti Arianos prædicasse scribit, D Christum τοῖς πᾶσιν ἴσον εἶναι · quod versio Romana, *Christum cæteris hominibus nihil præstantiorem esse*, reddit : nimis sane anguste. Neque enim ad solos homines æqualitatem illam restringebat Arius, sed ad creaturam quoque omnem τῶν λογικῶν καὶ ἀλόγων creaturam. Neque enim aliud isthic loci est, τοῖς πᾶσιν ἴσον εἶναι, quam hic τοῖς πᾶσι συναριθμεῖσθαι, hoc est, Verbum ex ipsorum sententia factum et creatum ex nihilo, reliquarum omnium creaturarum numero inserendum, utpote reliquis omnibus creaturis conditione atque essentia par et æquale. Quamvis ego τὸ ἴσον, in hisce locis, *æquale* potius quam *par* vertere malim, quo etiam profani auctores pro coætaneo et coævo passim utuntur, adeoque πρὸς τὴν ὁμοουσιότητα καὶ συναϊδιότητα, contra Arianos exprimendam est percommodum. Hæc pauca ad priorem Alexandri epistolam encyclicam illam sive catholicam observasse sufficiet.

Sequitur nunc altera ejusdem, ἀνεπίγραφος in Romana editione, quod nescio qua incuria in tam diligenti opere admissum fuerit : cum et Theodoretus et *Tripartita* Alexandro Constantinopolitano episcopo inscriptam missamque testentur. Equidem cum perlecta primum hac epistola, non unum aliquem, sed plures subinde Alexandrum alloqui observassem, subiit suspicio, certo consilio ἐπιγραφήν, in Romana editione omissam. Quod negligentia factum, postea ex erratorum indiculo deprehendi. Quidquid sit, mihi fixa hæc sedet sententia, non privatam aliquam sive tractatoriam hanc epistolam esse, sed et ipsam quoque circularem ac generalem, missam ad diversos Europæ episcopos. Quod nemo facile negaverit, qui et hujus epistolæ partem extremam cum cura legerit, et ecclesiasticarum epistolarum formam modumque non plane ignoret. Nam et clausula harum litterarum plane eadem est quæ præcedentium encyclicarum, qua reliquo clero per episcopos salutem impertitur : tum ut sæpius in reliquo epistolæ contextu, ita in fine plures oratione se affari ostendit. Unde ad plures quoque scriptam fateri necessum est. Cum verissime illud non minus quam docte a Francisco Bernardino Ferrario lib. III *De antiquo epistolarum ecclesiasticarum genere*, observatum sit, morem antiquitus invaluisse, ut iidem honorum tituli sub finem epistolarum iterarentur, quibus initio singuli ad quos scribebant, fuerant appellati. Sed quorsum hæc, inquies? Non ut Alexandro Constantinopolitano episcopo hanc epistolam scriptam negem ; sed ut ad alios quoque vicinos episcopos, vel in regia urbe negotiorum causa tum versantes, ejusdem quoque exempla per circulum missa ostendam. Neque ego hic Theodoreto futilem Gelasii Cyziceni Diobolaris ῥαψῳδοῦ auctoritatem opposuerim, qui Alexandrum istum hoc tempore Constantinopolitanæ Ecclesiæ necdum præfuisse affirmat : quemque paulo post Nicæno concilio privatum adhuc presbyterum pro Metrophane, extrema senectute confecto, interfuisse scribit. Cujus fidem incerti quoque auctoris narratio de CCCXVIII Nicænis concilii Patribus sequitur, quæ in *Historiis sanctorum* Lipomanni exstat ; cujus exemplar ex Regio codice in Galliis aliquando me transcripsisse memini. Hæc, inquam, tanti non sunt ut Theodoreti aliorumque meliorum auctorum fidem apud nos elevent. Sed nunc epistolam ipsam aggredimur : in cujus limine Romanos editores προθέσεως vox offendit, cui obolis confossæ προαίρεσιν substituunt. Sed nescire me fateor quid causæ habuerint cur vocem ἑλληνικωτάτην Grarismi censu expunxerint. Vocem, inquam, probam, nec solum Polybio, ut ex Suida apparet, sed et D. Paulo semel iterumque usurpatam. Rom. VIII, 28, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς, *vocatis secundum propositum*, et

Ephes. I, 11, προορισθέντες κατὰ πρόθεσιν, *prædestinati secundum propositum;* et post Paulum, doctissimo cuique SS. Patrum. Clemens Alexandrinus item lib. III, εὐνουχίας πρόθεσιν, *propositum cœlibatus*, et lib. VII, τοὺς κατὰ πρόθεσιν δικαίους, prædestinatos Apostolum secutus vocavit. Justinus Martyr XIX *quæstione ad orthodoxos*, palpitationes, sternutamenta et tinnitus aurium παρὰ τὴν ἡμετέραν πρόθεσιν, fieri scribit. Omitto alios. Sane Constantinus Magnus litteris ad Alexandrum nostrum et Arium datis μίαν ψυχῆς πρόθεσιν scripsit. Quid vero? nonne ipse Alexander mox hac ipsa pagina τὴν μοχθηρὰν πρόθεσιν repetit? Quod et ipsum ne censores jugularent, salvum atque indemne præstare poterat quod infra se episcoporum ad quos scribit ὀρθῇ προθέσει, confidere ait. Videtis, puto, auditores, quam caute et religiose in antiquorum scriptis versandum sit, quam non temere quidquam mutandum. Cæterum si quis Græcum hujus epistolæ exordium cum veteri Epiphanii versione contendat, longe diversam ejus codicem sententiam prætulisse reperiet.

Illi autem malorum hominum, quam modo dixi, προθέσει respondet quod sequitur, eos diaboli impulsu veluti œstro percitos ferri εἰς τὴν προκειμένην αὐτοῖς ἡδονήν. Quo cum certum et destinatum animi consilium significetur, rectius a veteri interprete, *propositam animo libidinem*, quam a Camerario, *obviam voluptatem*, aut a nostro interprete Britanno, *voluptates quæ forte se offerunt*, converti existimo. Quis enim non videt, τὴν τυχοῦσαν ἡδονήν, καὶ τὴν προκειμένην, longissime inter se differre; cum illa casum, hæc consilium et voluntatis, ut dixi, propositum conjunctum habeat?

Addit hanc scribendi causam sibi fuisse, ut moneret cæteros orthodoxos, improbos illos cavendos esse, Μή τις αὐτῶν τολμήσῃ, inquit, καὶ ταῖς ὑμετέραις παροικίαις ἐπιβῆναι. *Ne quis vestras quoque provincias invadere audeat.* Quod ut vetus et germanus Theodoriti interpres recte et simpliciter vertunt, ita Anglus noster sane magno et importuno verborum ambitu, *erroris sui vestigia Ecclesiis imprimere* reddit. Quæ eo a me dicuntur, quod fucos et phaleras longe a casta sanctorum Patrum oratione amandari velim: easque, ut ipsi studiose caverunt, ita nec in versiones eorum menti exprimendæ admittendas censeo. Ita sub principio pag. seq. vetus interpres, τὴν σωτήριον Χριστοῦ οἰκονομίαν καὶ δι' ἡμᾶς ταπείνωσιν, *salutarem dispensationem et humilitatem pro nobis susceptam*, vertit, ut reliqui Latinæ Ecclesiæ Patres, et vulgatus Bibliorum interpres loqui amant; ubi noster *œconomiam et abjectionem*, potius quam *humiliationem* probavit.

Sequitur deinde locus sane insignis, quo Alexander egregie describit malas Arianorum artes, quibus veritatem ejusque defensores, qua aperta vi, qua fraude occulta, per cuniculos oppugnabant.

A Ac primum quidem Dei hostes Ecclesiæ castris ejecti, ad gentiles et Judæos transfugere, cum his ad Christianam religionem exscindendam fœderis societate sese conjungere: apud hos gratiam laudemque sibi quærere, dum Christianorum dogmata ac sacra, quæ Judæis scandalum, gentibus stultitia [1] erant, risui ac ludibrio eorumdem exponerent; unde religionis exitium sequi necesse erat. Ipsis deinde veritatis propugnatoribus turbas, seditiones ac persecutiones gravissimas excitabant: scilicet ut Dei Ecclesia horum præsidio orbata, ipsis prædæ cederet. Hæc duo accusationis capita. Quorum utrumque quibus modis efficere conarentur Ariani, mox ostendit. Posterius quidem, inquit, seditiones et persecutiones scilicet excitant, divexando catholicos, et B lites iisdem intentando, per muliercularum amicitiam et prensationes: Christianismum vero traducerent, dum ipsorum juvenculæ libere sine modo et modestia, vagabundæ per civitates oberrant: quorum utrumque est contra Apostoli doctrinam, qui priori ad Timotheum V, 19, viduas sexaginta annorum eligendas, adolescentiores autem sive juvenculas devitandas præcipit. Tum vero vers. decimo tertio ejusdem capitis monet, ne otiosæ dicant circuire domos, verbosæ et curiosæ, etc. Neque enim dubium illud est, quin ex hisce Apostoli verbis totus hic locus intelligendus sit atque explicandus. In cujus sensu exprimendo interpres noster mire securus est, divellens et confundens omnia C pro libito. Unde pro una continua Alexandri sententia, meras nobis scopas dissolutas exhibet, quæ singula prosequi tædiosum foret. Id miror, et veterem et novum interpretem, inverso unius Græcæ vocis spiritu, tanquam vehementiori procella abreptos, in scopulum impegisse. Alexandri verba sunt: Τὴν γοῦν Ἑλλήνων τε καὶ Ἰουδαίων ἀσεβῆ περὶ Χριστοῦ δόξαν κρατύναντες, τὸν παρ' αὐτῶν ἔπαινον ὡς ἔνι μάλιστα θηρῶνται. Ubi neuter perspexit, παρ' ἀυτῶν leni spiritu legendum; et non ipsos Arianos, sed Græcos et Judæos intelligi, apud quos Christum communi opera oppugnando, laudem studiosissime captabant Ariani. Quod tamen Camerarium Theodoreti, et Langum Nicephori interpretem non fugit. Quamvis apud hunc non παρ' αὐτῶν, sed D παρ' αὐτοῖς legatur. Cæterum ut reliqui omnes hæretici, ita Arius quoque parentis sui diaboli ingenium artesque imitatus, ficta pietatis specie sequioris sexus simplicitati illusit. Cumque Christum divinitatis gloria spoliasset, sanctissimum quoque ejus peculium invadere ac intervertere non dubitavit. Qui septingentas virgines Christo consecratas primo omnium in suas partes pertraxit, cum interim vix septem presbyteros et diaconos duodecim sibi conciliasset. Ita scilicet, εὐόλισθον καὶ σφαλερὸν καὶ εὐπαράγωγον τὸ τῶν γυναικῶν γένος. Sed cum Alexander hoc loco mulierum opera Ecclesiam ab Ario scribat oppugnatam, dubitaverit quis haud in-

[1] I *Cor.* I, 23.

juria, num seductas illas et fatuas virgines, an aliud potius feminarum genus vir sanctus intelligat : quas quidem ipse *mulierculas impuras*, si Anglo interpreti credimus, et tenellas meretriculas vocat : sed vereor profecto, ne ille Alexandri mentem ac verba nimis inclementer expresserit. Quas enim *impuras* ille vertit, γυναικάρια ἄτακτα Alexander voce a D. Paulo mutuata appellat. Ita enim Apostolus *II Thessal.* III, 6, monet ut nos subtrahamus ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος, *ab omni fratre inordinate ambulante*. Ubi egregie scholiastes Græcus : Ἄτακτός ἐστιν ὁ δίχα τάξεως καὶ τῶν τοῦ Θεοῦ νόμων περιπατῶν. Quod equidem sic explicaverim, ἄτακτον sive *inordinatum* dici, qui suæ vocationis ordinem legesque a Deo propositas non observat : cui impuri nomen B proprie tribuendum haud puto. Mulierculas vero impuras nemo, credo, intelliget, nisi quæ voluptatum ac libidinum cœno immersæ, fœdam corporis sui copiam aliis faciunt. Illud vero gravius est, quas Alexander loco superius a nobis allato, simpliciter νεωτέρας vocat, *tenellas meretriculas* verti. Quod Romani editores hoc loco interpolantes, *tenellas juvenculas* substituerunt : clementius quidem illud, sed nescio tamen an satis ad Alexandri mentem. Quam ut planius pleniusque perspiciamus, copiosius nonnihil differendum erit de mulieribus illis quæ gradum aut ordinem aut ministerii officium in Ecclesia olim obtinuerunt : quarum originem ex sacris litteris una eademque opera deducC tam explicabimus. Et mihi quidem recte ad tria genera revocari videntur. Quorum dignitate primum est virginum institutum, non heri aut hodie introductum, ut hæretici nostri temporis impudenter simul et imperite affirmant : sed una cum Ecclesia natum, aut etiam Ecclesia ipsa antiquius : quippe cujus exempla aut præludia in veteri quoque fœdere agnoscimus. Quamvis multo splendidior ejus gloria in novo refulserit : ubi Virginis Filius, Ecclesiæ castæ virginis sponsus, virginitatem et doctrina et exemplo suo gloriosius consecravit : et Apostolus περὶ ἰσαγγέλου πολιτείας suum consilium prolixe Corinthiis in I Epistola, cap. VII, exposuit. Virginitatem deinde sequitur viduatus, ut Tertullani voce utar, sive ordo viduarum, quæ post priD mas nuptias, sive, ut idem Tertullianus loquitur, post unum matrimonium interceptum, exinde sexui et sæculo renuntiabant. De his quoque Apostoli præceptum exstat ad Timotheum priori Epist. cap. V, v. 9 : *Vidua eligatur non minus annorum sexaginta*. Quo loco Apostolus et virtutes in vidua requisitas recenset, et ætatem præterea eligendæ definit. Sed cui fini, cui operi, cui ministerio eligebatur? Scholiastes Græcus, qui in aliis succum et medullas SS. Patrum exhibere solet, dubius hærere videtur : Φασὶ δὲ τὰς εἰς τὸ χηρικὸν τεταγμένας λέγειν· *Aiunt*, inquit, *Apostolum loqui de illis quæ ad viduitatem ordinatæ erant*.

Sed quid ipse scholiastes per τὸ χηρικὸν intelligat A æque obscurum, parique investigatione inquirendum videtur. D. Hieronymus epistola ad Salvinam *De viduitate servanda*, hunc Apostoli locum explicans, de collegio vel, ut nunc loquimur, hospitio viduarum accipit, quæ publicis Ecclesiæ sumptibus alebantur : *Illas*, inquit, *vult Ecclesiæ opibus sustentari, quæ propriis manibus non queunt laborare : quæ vere viduæ sunt, quas et ætas probat et vita*. Sed vereor ut Apostoli mens ad solam hanc pauperum et ætate confectarum viduarum sustentationem restringi possit. Nam ministerio Ecclesiæ virtutibus et ætate probatas eligi præficique solitas vel illud argumento est, quod viduas illas primum discere jubet Apostolus, qui propriam domum bene regant : Μανθανέτωσαν πρῶτον, inquit, τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν. Similem enim publici muneris πρόπειραν in episcopo paulo ante eidem Timotheo tradit, rectam scilicet privatæ familiæ gubernationem. Sed quid circuitione opus est, cum et privata sanctorum Patrum, et publica conciliorum auctoritate ἀναντιῤῥήτως evincatur viduas hic ab Apostolo intelligi mulieres illas quas a ministrandi officio Græci διακόνους, Latini etiam *ministras*, ut ex Plinii Junioris celebri illa de Christianis epistola constat, et diaconissas appellarunt? De quibus Apostolus disertim ante, sed paucis meminerat cap. III ejusdem Epistolæ. Nam ubi de diaconis probandis suscipiendisque agit, subjungit aut interjungit potius, Γυναῖκας ὡσαύτως σεμνάς, etc., *mulieres similiter pudicas*, etc.; Γυναῖκας, inquit Græcus scholiastes, οὐ τὰς οἰασδήποτε, ἀλλὰ τὰς διακόνους· *Non quascunque*, inquit, *mulieres intelligit, sed diaconissas*. Cur enim inter clericos quarumvis de vulgo mulierum mentionem injiceret? Neque aliter D. Hieronymus in Comment. ad hunc locum. *Mulieres*, inquit, *similiter ut diacones eligi jubet. Unde intelligitur quod de his dicat quas adhuc hodie in Oriente diaconissas appellant*. Apparet ergo διακόνων nomen, utriusque sexus personis Ecclesiæ ministrantibus in hoc Apostoli loco esse commune : quod in διακόνους et διακονίσσας postea distinctum fuit. Hasce autem diaconissas, viduarum quoque nomine a D. Paulo intelligi testatur idem Hieronymus, qui ad verba Apostoli de viduæ electione, sic notat : *Tales voluit eligi diaconissas quæ omnibus essent exemplum*. Testatur et Epiphanius in Collyridianorum hæresi, cap. 4, ubi observandum monet, τὸ ἐκκλησιαστικὸν τάγμα, *ordinem ecclesiasticum*, non ultra diaconissas extendi; addens : Χήρας τε ὠνόμασε, καὶ τούτων τὰς ἔτι γραοτέρας πρεσβύτιδας, οὐδαμοῦ δὲ πρεσβυτερίδας ἢ ἱερίσσας. *Quas*, inquit, *Apostolus etiam viduas appellavit, earumque ætate provectiores* πρεσβύτιδας [*sive seniores*], *nusquam autem presbyteridas vel sacerdotissas*. Quo telo Collyridianas Epiphanius jugulat, quæ suis sibi maritis conjunctæ, hoc est, ἔγγαμοι καὶ ὕπανδροι, offerendi munus in Ecclesia impie sibi arrogabant. Cum Apostolus ultra diaconatum, altiorem gradum feminis in Ecclesia non concesserit, eumque non conjugatis, sed

viduis voluerit conferri. Quo loco Epiphanius officium diaconissarum luculenter describit, uti etiam in *Expositione fidei catholicæ*, quam operi adversus hæreses subjunxit. Ubi et hoc additur, ex quo genere legi et in Ecclesiæ ministerium adoptari consueverint : *Diaconissæ*, inquit, *hunc tantum in usum constituuntur, ut mulieribus decoris et honestatis causa inserviant, ubi id necessitas requirit. Sive cum baptismi lavacro initiandæ, sive corpus earum inspiciendum sit* : καὶ αὗται δὲ μονόγαμοι ἐγκρατευσάμεναι· *suntque illæ*, inquit, *univiræ continentiam professæ*; ἢ χηρεύσασαι ἀπὸ μονογαμίας, *vel post unas nuptias viduæ*; ἢ ἀειπάρθενοι, *vel perpetuæ virgines*. Ubi tria recensentur sanctimonialium genera, ex quibus diaconissarum ordo constabat : primæ, virgines sine matrimonio a nativitate; secundæ, B virgines in matrimonio ex consensu vel condicto; tertium genus, viduæ continentes post primum matrimonium ex arbitrio : ut Tertullianus in *Exhortatione castitatis* eleganter distinguit, et Tertullianum secutus D. Hieronymus in epistola ad Ageruchiam *De monogamia*. Verum, ut principio dixi, cum maxima hujus ordinis pars ex viduis constaret, viduæ et diaconissæ promiscuo ferme nomine fuerunt appellatæ. Ita Basilius Magnus in epistola canonica ad Amphilochium, cap. 24 : *Viduam quæ in viduarum numerum relata est*, hoc est, *quæ ab Ecclesia in diaconatum suscepta est, censuit Apostolus nubentem despici*. Sed omnium clarissime concilii Epaonensis canon vicesimus primus ordinem hunc in Ecclesia abrogans : *Viduarum* C inquit, *consecrationem, quas diaconas vocant, ab omni regione nostra penitus abrogamus*. Quamvis jam ante Arausionense primum sustulerat, cujus sententiam præter Epaonense, etiam Aurelianense secundum confirmavit. Quamvis ex verbis D. Hieronymi paulo ante allatis, in Latina Ecclesia vel nunquam receptum, vel jam exolevisse hunc ordinem appareat.

Superest tertium mulierum ecclesiasticarum genus, non publicum illud, sed privatum, si tamen ecclesiasticum dici fas sit genus mulierum, quod ille de mathematicis ait, vetitum semper in Ecclesia semperque retentum. Genus, inquam, mulierum, ut reipsa, ita et nomine incertum, varium ac multiplex. Contubernales illæ clericorum, neque tecti D duntaxat, sed sæpius etiam lecti sociæ. Quas quidem ipsi agapetas sive dilectas, et sorores : cæteri συνεισάκτους vel ἐπεισάκτους, hoc est subintroductas et extraneas, appellabant. Hujusmodi mulieres omnis ordinis clerici jam olim in ædes recipere, easque vel virgines sanctimoniam professas ad mutua, ut aiebant, pietatis solatia, vel orbatas parentibus puellas, proindeque pia et pudica aliqua tutela fovendas, vel privato familiæ domusque ministerio necessarias, sive ingenuas, sive ancillas. Hoc suspectum et pudendum contubernium, specioso dilectionis et germanitatis Christianæ velo obtegebant. Sed ridet vani nominis fucum divus Hieronymus epistola ad Eustochium *De custodia* A *virginitatis*. *Pudet dicere*, inquit, *proh nefas! triste, sed verum est. Unde in Ecclesias agapetarum pestis introiit? Unde sine nuptiis aliud nomen uxorum? imo unde novum concubinarum genus? Unde meretrices univiræ? Eadem domo, uno cubiculo, sæpe uno tenentur et lectulo, et suspiciosos nos vocant, si aliquid extimemus.*

Ridet et Cyprianus, vel quisquis suppar sane Cypriano auctor est libri *De singularitate clericorum*. *Et adhuc*, inquit, *de charitate causantur, qui secundum verbum Isaiæ, amaritudinem pro dulcedine decorantes, nudam fœditatem velamento boni nominis tegunt : dum apud eos sub falsa dilectione vera dilectio violatur*. Neque dilectas tantum, sed et sorores appellatas constat ex Ancyrani concilii canone 18, cujus hæc sunt verba : Τὰς συνερχομένας παρθένους τισὶν, ὡς ἀδελφὰς ἐκωλύσαμεν· *Virgines sororum instar quibusdam cohabitantes prohibemus*. Testantur etiam imperatores Arcadius et Honorius leg. 19, cod. *De episcopis et clericis*. *Eum*, inquit, *qui probabilem sæculo disciplinam agit, decolorari consortio sororiæ appellationis non decet*. Sed frequentius est συνεισάκτων, sive subintroductarum nomen, quo Antiochenos Pauli Samosatensis et cleri illius agapetas sive dilectas contubernales vocasse, testes sunt Antiocheni concilii Patres apud Euseb., lib. VII, cap. 24 : unde porro in universa Ecclesia receptum videtur. Sed antequam ex hoc diverticulo in viam redeam, nominis pariter ac rei originem pressius investigare libet, cum utraque juxta in obscuro sita sit. Et Balsamon quidem commentario ad 3 concilii Nicæni canonem, Περὶ μέντοι τῶν συνεισάκτων, inquit, λόγος πολὺς ἐγένετο κατὰ διαφόρους καιρούς· *De subintroductis, diversis temporibus crebra facta est mentio*, et alii quidem dixerunt ἐπείσακτον vel συνείσακτον esse τὴν ἀντὶ νομίμου γυναικὸς συνεισαχθεῖσαν καὶ συνοικοῦσάν τινι πορνικῶς, *quæ legitimæ uxoris loco introducitur et meretricio contubernio alicui cohabitat*. Alii autem ita vocari dixerunt, πᾶσαν γυναῖκα συνοικοῦσάν τινι ἀλλοτρίαν πάντως, κἂν ἀνύποπτός ἐστι, quamvis mulierem alicui cohabitantem, omnino extraneam, sive nullo sanguinis aut necessitudinis vinculo junctam, etiamsi ab omni suspicione sit immunis. Atque hanc posteriorem sententiam uti veriorem probat, idque auctoritate epistolæ canonicæ D. Basilii Magni ad Gregorium presbyterum, quem ille licet septuaginta annorum senem a juvencula subintroducta, intentata etiam excommunicationis pœna, separari præcipit. Multa in utramque originationem afferri possent de ἐπεισάκτοις, sive introductis apud veteres concubinis. De quibus etiam vulgatus sacræ Scripturæ interpres qui *superintroductionis* voce utitur Genes. XXXI, v. 50. Multa quoque suppeterent exempla optimorum auctorum, quibus ἐπείσακτον, pro externo vel peregrino usurpatum docere haud difficile foret, nisi longius jam et extra oleas oberrassem. Sed ut meam de ἐπεισάκτων origine paucis explicem sententiam, tertium quoque

hoc mulierum sive sororum genus κακοζηλίᾳ, quadam apostoli instituti in Ecclesiam vel potius clericorum ædes irrepsisse puto; cum, testante D. Paulo I ad Corinth. IX, 5, moris fuerit plerisque, et quidem præcipuis apostolorum, ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν, *sororem mulierculam circumducere*. Quem locum uxorata hæreticorum ministeria propudiosis suis conjugiis frustra obtendunt. Constantem adversus hosce SS. Patrum sententiam, Tertulliani verbis consignatam accipite: *Non uxores demonstrat ab apostolis circumductas, sed simpliciter mulieres quæ illis eodem instituto quo et Dominum comitantes ministrabant.* Sic ille libro *De monogamia*. Neque aliter Cyprianus lib. *De singul. cleric.*, Ambrosius, et Latinis Patribus astipulantes Græci, Chrysostomus, Theodoretus et Græcus epistolarum divi Pauli scholiastes nunquam pro merito satis laudandus, dum ait: Αἱ εὔποροι γυναῖκες πιστεύουσαι ἠκολούθουν ἐνίοις τῶν ἀποστόλων, εἰς τὰς ἀναγκαίας αὐτῶν χρείας χορηγοῦσαι, ὡς αὐτοὺς λοιπὸν ὄντας περὶ τούτου ἀμερίμνους, μόνῳ τῷ κηρύγματι ἀπασχολεῖσθαι. Hoc est, *ditiores mulieres fideles nonnullos apostolos sequebantur, sumptus necessarios ipsis subministrando, ut illi hac cura liberati, soli prædicationi attenderent.* Sed quod ad nostrum institutum facit, habetis hic religiosum comitatum, et pietatis glutine conjunctum contubernium; habetis mulieres non uxores: habetis sororium piæ germanitatis titulum; habetis circumducendi vocabulum apostolorum περιόδοις accommodum. Cui in fixa certaque clericorum commoratione τὸ συνεισάγειν, hoc est una secum introducere vel contubernalem habere, haud male respondet. Nam et hoc loquendi modo Patres illi Antiocheni apud Eusebium utuntur, dum sese haud ignorare aiunt, ὅσοι ὑπὸ τοῦ συνεισάγειν ἑαυτοῖς γυναῖκα ἐξέπεσον, *quam multi ceciderint, dum mulieres sibi contubernio jungunt.* Nec absimili ratione idem Apostolus ad Galat. II, παρεισάκτους ψευδαδέλφους, hoc est juxta vulgatum interpretem, *subintroductos falsos fratres* dixit. Unde haud dubie in Latina Ecclesia inolevit, συνεισάκτους quoque et ἐπεισάκτους, *subintroductas*, sacræ Scripturæ voce appellari, quas *cointroductas* vel *superinductas*, rectius vocassent. Sed redeo tandem unde digressus sum. Ex iis quæ hactenus de triplici mulierum genere disserui, satis constare existimo, rebus turbandis maxime opportunum fuisse tertium hoc genus, τὰς ἐπεισάκτους scilicet, quas Alexander proinde ἄτακτα γυναικάρια vocat, quod nullas modestiæ leges agnoscerent, nullo pudoris freno cohiberentur. Quinimo pestem hanc Ecclesiam potissimum afflixisse certissimo inde colligitur argumento, quod Nicæni Patres, ut Ecclesiæ malis mederentur, huic carcinomati primo ferme loco censuerunt occurrendum. Unde tertio canone severissime omnibus in clero quocumque tandem gradu ac nomine degentibus, τῶν συνεισάκτων consuetudine interdixerunt. Atque hinc liquere arbitror, cujusmodi mulierum prehensationes, quarum

A juvencularum circumcursitationes immodestas Alexander hoc loco intellexerit.

Proferimus nunc gradum cum eodem Alexandro, qui Arianos concilii auctoritate damnatos circuisse vicinas provincias et catholicorum episcoporum animos tentasse scribit, σχήματι μὲν εἰρήνης καὶ ἑνώσεως ἀξίωσιν ὑποκρινομένους. Quod cum interpres noster vertat, *specie quidem pacis et concordiæ simulata, veniam petere præ se ferre*; mentem ejus haudquaquam me perspicere fateor, uti nec Camerarii illud: *Consilii quidem pacis et concordiæ specie simulata.* Quinam enim nobis persuadebunt, ἀξίωσιν vel veniæ petitionem, vel consilium aut hoc ipso aut quovis alio apud Græcos scriptores loco significare? Et si vel maxime significaret,

B quinam id vel rei ipsi vel Alexandri menti convenire poterit? Epiphanius vetus interpres, *figura pacis et unitatis dignitatem se exercere fingunt.* Sane ἀξίωσιν dignitatem significare Suidas aliquot exemplis docet: et vulgo Græcis, οἱ ἐπ' ἀξιώσεως, qui in dignitate sunt constituti. Sed quis dignitatis exercendæ locus erronibus istis in aliena provincia? Ego ἀξίωσιν hoc loco βούλημα, illud quod petimus ac postulamus, seu finem et scopum quo tendit voluntas, quemque sibi obtingere desiderat, explicandum puto, cum verbum ἀξιοῦν petere ac postulare ut plurimum significet. Ita ut loci sensus sit, errones illos pacis et unionis specie animi sui mentem, quidque petant ac pertendant, et, ut cum vulgo lo-

C quamur, intentionem suam dissimulare; cum revera hoc moliantur, ut eos ad quos accedunt seducant, et in partes suas pertrahant.

Inde ut leviora quædam prætercam, infra principio Evangelii Joannis varie Arianos premit. Qui cum omnia per Verbum facta dixerit, subjungit ipse: *Si ergo omnia per ipsum facta sunt, quomodo is qui omnibus rebus creatis essentiam tribuit ipse aliquando non fuerit?* Οὐ γάρ πως ὁ Λόγος τὸ ποιοῦν τοῖς γενομένοις τῆς αὐτῆς εἶναι φύσεως διορίζεται. Quæ quidem verba et vetus et novi interpretes vertendo sic pervertunt: *Nulla enim ratio vult, ut quod creat ejusdem sit cum creatis naturæ;* cum ὁ Λόγος haudquaquam hoc in loco de ratione apodictica, sed de æterno Verbo accipi omnino debeat.

D Itaque vertendum: *Neque enim Verbum quod creat ejusdem cum creatis naturæ esse dicitur*, vel *statuitur*, scilicet a Joanne evangelista cujus verba præmisit. Quod quamvis nemini non per se manifestissimum, ipsa loci ἀκολουθία, et Græci sermonis constructio probat. Subjungit enim rationem ex Evangelii verbis petitam, cur ὁ Λόγος ejusdem naturæ cum rebus creatis esse nequeat, εἴγε αὐτὸς μὲν ἦν ἐν ἀρχῇ, siquidem ipse, scilicet ὁ Λόγος, erat in principio: reliqua autem omnia per ipsum facta sunt. Sed interpres noster, cum præcedentibus verbis male conversis non haberet quo referret vocem αὐτός, sententiam male luxavit, neque ullam in sequentibus periodis sanam expressit sententiam. Sed interposita παρενθέσει miras sibi ipsi aliisque

offudit tenebras. Romani vero editores, interpretis A errorem vel fluctuationem prolata longius parenthesi non parum augentes, rationum atque argumentorum vim ac nervos plane succiderunt, quos sane et crebros et validos sanctissimus hic episcopus in Arianos torquet. Sed cum et vos patientia, et me laterum vires destituant, cætera commodiori tempori reservabimus.

DISSERTATIO SECUNDA (a).

Abruptum primæ Dissertationis filum ad reliquam institutæ censuræ partem pertexendam connecto. Urget contra Arii blasphemias Alexander episcopus, æternam Verbi Dei ex Patre originem auctoritate Joannis evangelistæ, qui in ipso limine Evangelii sui, Verbum in principio fuisse, cætera vero omnia deinde per Verbum facta testatur. Quo loco evangelistam arcano et religioso quodam consilio verbum ἦν, sive *erat*, adhibuisse; γενέσεως antem et ποιήσεως nomine abstinuisse docet. Primo, ne iisdem vocibus de Creatore et creatura uteretur. Secundo, quod Verbi æterni productionem non solum evangelistarum, sed et angelorum intellectum excedere crederet; tertio, quod impium existimaret arcana illa Divinitatis mysteria, curiosa pervestigatione subtilius scrutari. In cujus loci sensu exprimendo non semel offenderunt interpretes, quandoquidem Græca verba vitio non carent. Illud C tantum indicavero, ubi ait : τὸ *ἦν*, ὑπεραίρειν τῆς τῶν γεννητῶν διανοίας, vocem illam *erat*, universam creaturarum intelligentiam transcendere, haud dubie γενητῶν, non γεννητῶν legendum; quorum hoc ἀπὸ τοῦ γεννᾶσθαι, illud ἀπὸ τοῦ γίνεσθαι deducitur. Quas quidem voces, licet origine et significatu affines, sacri et profani auctores caute distinguunt, cum tamen in vulgatis Justini M., Eusebii, Epiphanii, aliorumque editionibus, sexcentis locis confusas observare liceat. Γένεσις enim et γενητόν, ut Proclus libro II *in Timæum* ait, τὴν ἀπὸ τοῦ Δημιουργοῦ πρόοδον significat : hoc est, creationem et productionem ex nihilo. Unde, ut Justinus Martyr ait in *Responsionibus ad Græcos* : Τὸ γενέσθαι καὶ τὸ ποιεῖσθαι λέξει μὲν D οὐ ταυτὸν, ἔργῳ δὲ ταυτόν. Verbo differt, re ipsa idem est. Γέννησις autem προβολὴ ἀπὸ τοῦ Πατρός, hoc est generatio, sive, ut cum vulgo theologorum loquar, productio viventis a vivente, similis producenti in substantia et natura. Et γεννητόν, ut apud eumdem Justinum habetur, τὸ γεννητῶς γινόμενον, sive τὸ γεννητῶς τὸ εἶναι ἔχον, *quod per modum generationis subsistit*. Unde Clemens Alexandrinus, cum γενέσεως nomen promiscue accipi videret etiam pro generatione, quarto *Stromatum* libro ita eam distinguit, ut alia sit τῶν γεννωμένων, alia τῶν γινομένων, scilicet ne quis τὸ γενητὸν καὶ γεννητόν confunderet. Unde et Plato principio *Timæi* disquirendum proponit : Περὶ τοῦ παντὸς, εἰ γέγονεν ἢ ἀγενές ἐστιν. *Factumne sit universum, an non factum*. Hoc est, ut Proclus explicat, εἰ γενητὸς ἢ ἀγένητος ὁ κόσμος. Atque B ita antiquissimus ille Italiæ philosophus Ocellus Lucanus insigni opere probare instituit, τὸ πᾶν ἀνώλεθρον εἶναι καὶ ἀγένητον, *mundum ortu interituque carere*. Quod enim vulgo ἀγέννητον passim apud Ocellum scribitur, id contra optimos Vaticanos codices esse deprehendi, cum quibus aureum illud opusculum diligenter aliquando contuli. Recte igitur universum hoc, et quidquid rerum creatarum universo continetur, ratione primæ productionis γενητόν appellabimus : γεννητόν vero haudquaquam : quod uni Verbo æterno convenit, cui soli Pater dixit : Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· *Filius meus es tu, ego hodie genui te*. Cætera autem omnia, δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν. Unde et Psaltes regius : Αὐτὸς εἶπεν, καὶ ἐγενήθησαν· *Ipse dixit, et facta sunt*. Contra mundus recte ἀγέννητος, non autem ἀγένητος. Filius autem Dei ἀγένητος, non ἀγέννητος. Quæ fortassis levia videri possent, nisi unius litteræ interstitio, rectus catholicæ veritatis trames a gravissimorum errorum præcipitiis dispesceretur. Unde Joannem Damascenum libro I, cap. 9, magno hæc studio adnotasse videmus, et Epiphanius hæresi LXIX Arianos hæc nomina confundentes gravissime perstrinxit. Quam bene autem interpres Anglus τὰ γενητά *mortalium* nomine explicet, mox commodiori loco videbimus. Ineptum quoque, quod idem noster interpres Verbum æternum, causam efficientem rerum omnium, τὸ ποιοῦν, *gignens* appellat; cum omnis Arianorum astutia in hujusmodi verborum confusione versetur, quæ sanctissimus hic auctor contra diligentissime distinguit. Tutius sane cum vulgato Bibliorum interprete, *faciendi* et *factoris* vocabulo uteretur, novis illis verborum lauticiis relictis, quæ animo sacris litteris innutrito nauseam commovent. Ita in orationis progressu, ubi Alexander filios per gratiam adoptatos, a Verbo æterno, vero et proprio Dei Filio quam longissime removet; quoniam hic natura Dei Filius; illi vero, deposito spiritu servitutis, τὸ τῆς υἱοθεσίας λαβόντες πνεῦμα. Hoc est, ut noster interpres reddidit, *Spiritu adoptionis filiorum assumpto*, filii adoptivi evadunt. Quidni potius cum divo Paulo ad Rom. VIII, 15, *Spiritu adoptionis accepto*, vel *Spiritum adoptio-*

(a) Habita Romæ, ut supra.

nis filiorum accipientes, dixerim? Cum *accipere*, gratiam donumque Dei præsupponat, *sumere* autem, sive *assumere*, propriam quodammodo auctoritatem subindicare videatur. Quod enim Apostolus ait ad Hebr. v, 4 : *Non sibi ipsi quisquam sumit honorem, sed qui vocatur a Deo*, ita nec gratiam Spiritus sancti quisquam sibi ipsi sumit, nisi cui data fuerit desuper a Patre luminum, a quo omne datum optimum, et omne donum perfectum descendit[1]. Cui et illud addiderim, quod mox Arii asseclas πονηρευομένων σύνοδον, *improborum turbam*, potius quam *concilium malignantium*, Scripturæ verbis reddere maluit.

Sed longum foret singula persequi, quoties interpres auctoris mentem vel divellat, vel invertat, vel pro claris et manifestis dubia et obscura nobis supponat. Propero ad locum totius epistolæ, meo quidem judicio difficillimum, qui principio pag. 15 Romanæ editionis legitur. Ariani, inquit Alexander, ut Christum deitatis gloria spoliarent, eas voces, eaque Scripturæ loca semper in ore habebant, quæ ad passionem et exinanitionem ejus pertinent, penitus obliti istorum, quæ ad gloriam et majestatem et æqualitatem cum Patre significandam faciunt. De quorum numero est illud Joan. x : *Ego et Pater unum sumus*. Cujus loci sententiam catholicam adversus Arium explicaturus Alexander, hanc ἐπεξήγησιν subjungit. Quod quidem Dominus dicit, non Patrem seipsum pronuntians : Οὐδὲ τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις μίαν εἶναι σαφηνίζων. Hoc est, ut interpres ad verbum reddit : *Neque duas secundum hypostasim naturas unam esse declarans* : sed quod Filius, inquit, perfecte paternam similitudinem servat. Quæsitum a me fuit quis sensus illorum verborum : Οὐδὲ τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις μίαν εἶναι σαφηνίζων, *neque duas secundum hypostasim naturam unam esse declarans*. Cum enim hic nequaquam de Incarnationis, sive οἰκονομίας mysterio, et hypostatica Verbi carnisque unione agatur; sed ad sanctissimæ Trinitatis mysterium, sive ad θεολογίαν locus pertineat, manifeste duas diversas et distinctas Patris et Filii naturas ponere videtur : quod impium Arii dogma erat, cui refellendo tota hæc epistola opposita est. Quid igitur? num forte ἄλλων ἰητρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύει; sed absit, ut sanctissimum virum hujusmodi labe aspergere quisquam conetur! Mihi vero loci hujus sententiam animo versanti duæ occurrebant rationes, quibus si non explicari, saltem excusari posse videbatur. Videlicet auctorem, ut Arianorum sententiam refellat, ipsorum sibi voces ac formulas mutari. Vel si suo sensu, suisque verbis locutum velimus, φύσιν, sive *naturam* pro ὑποστάσει accepisse : quod forte antiquissimorum auctorum exemplis non caret. Sed dum pressius singula expendo, neutrum mihi loci sensus admittere videtur. Primum enim suis, non Arianorum verbis, eum loqui manifestissimum est. Deinde utcunque exempla quis proferat φύσεως, sive *naturæ* vocem pro ὑποστάσει aliquando acce-

A ptam, nihil tamen hæc destina sententiam fulcit : cum ipse φύσεως nomen passim usitato Ecclesiæ sensu usurpet : idque mordicus contra Arium tueatur, unam esse eamdemque Patris ac Filii naturam, et Verbum φύσει Filium Patris esse sicuti e contra contendit Filium non esse τῆς αὐτῆς φύσεως τοῖς γενομένοις. Quare superest, ut verba Græca, uti nunc quidem vulgo leguntur, vel hæreticorum malitia, vel inscitia librariorum corrupta dicamus. Quod facile concedet, quisquis vestrum non ignorat, auditores, quantum calamitatis et errorum utraque pestis sanctorum Patrum scriptis intulerit : quæ gressu nimis libero per Orientem aliquando grassabatur, cum dissecta in hæreses et partium studia Ecclesia, malis hujus-

B modi artibus, suæ quisque causæ patrocinium quæreret. Huic autem loco vitium factum antiquus historiæ ecclesiasticæ interpres Epiphanius Scholasticus liquido ostendit : quem Græca verba non quidem mutata, sed transposito articulo, hoc modo olim legisse apparet : Οὐδὲ τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις τὴν μίαν εἶναι σαφηνίζων, dum vertit : *Neque substantialiter duas naturas quæ est una, declarans*. Quem verum et catholicum hujus loci sensum esse facile perspiciet, quisquis hoc modo rem mecum consideraverit. Catholicæ Ecclesiæ fides, quæ unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate veneratur, inter oppositos errorum scopulos, et multiplices mendaciorum ambages, regiæ viæ instar, medio

C loco incedit, devitans hinc inde imminentia hæresum monstra, quæ insano clamore veritatem allatrant : ut neque personas cum Sabellio confundat, neque cum Ario substantiam separet. Hanc catholicæ veritatis cynosuram Alexandrum quoque hoc loco secutum constat, qui propositis Christi verbis, duos hinc inde adulterinos sensus removens, tertium deinde verum et genuinum subjungit. *Ego*, inquit, *et Pater unum sumus*, non ut se Patrem esse affirmaret, quo personarum confusionem, et Sabellii υἱοπάτορα tollit. Neque ut substantialiter duas naturas, quæ est una, declararet : hoc est, non ut unam ac simplicissimam Patris Filiique naturam in duas divideret : quo substantiæ separationem ab Ario introductam removet. Tandem, sublatis hinc inde er-

D rorum extremis, catholicam ejus loci mentem subjicit, videlicet Filium natura Patri per omnia similem, et invariatam Patris imaginem esse : quo ille et unam eamdemque Patris et Filii naturam, et distinctas prototypi et imaginis hypostases confitetur. Sed hic mihi aurem quis vellicet, et quid δύο τῇ ὑποστάσει φύσεις sibi velint, haud immerito quærat, cum apud cæteros Ecclesiæ Patres haud facile hujusmodi loquendi modum sit reperire. Sed non uno hujus epistolæ loco ostendi potest ὑποστάσεως vocabulum non tam individuum seu distinctum personalibus proprietatibus subjectum, vel personalem subsistentiam auctori nostro significare, quam modum subsistendi, quem Justinus Martyr, aliique

[1] *Jac.* I, 17.

Græci theologi τὸν τρόπον τῆς ὑπάρξεως, vel etiam simpliciter, τὴν ὕπαρξιν appellant. Ita Joannem evangelistam dicentem : *In principio erat Verbum*, et *omnia per ipsum facta sunt*, τὴν ἰδιότροπον αὐτοῦ ὑπόστασιν, proprium ejus subsistentiæ modum, sive, ut Epiphanius vertit, propriam ejus substantiam designasse ait : ipsum scilicet Verbum, per quod facta sunt omnia, fuisse ante omnia et esse sive subsistere diversum quid a cæteris omnibus : quam ille signanter, ἰδιότροπον ὑπόστασιν vocat. Quibus paulo post subjungit, mundum ex nihilo productum, νεωτέραν ἔχειν τῆς ὑποστάσεως καὶ πρόσφατον γένεσιν, *recentiorem habuisse generationem*, sive, ut Epiphanius ad verbum reddit, *novellam habere substantiæ recentemque nativitatem*. Ubi nihil aliud ὑποστάσεως voce intelligi potest, quam ipsa ὕπαρξις et exsistentia. Unde quam modo τῆς ὑποστάσεως γένεσιν, *productionem ad exsistendum* dixit, mox æquipollenti vocabulo οὐσίωσιν appellat. Et paucis interjectis Filii unigeniti ἀνεκδιήγητον ὑπόστασιν vocat; de qua Spiritus sanctus prophetico oraculo dixerat : Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; *Generationem ejus quis enarrabit?* Ubi ὑπόστασιν et γενεάν promiscue pro uno eodemque poni quis non videt? Quæ licet in divinis sint inseparabilia, in cæteris tamen γενητοῖς γενεά, via καὶ ὑπόστασιν esse videtur. Verum et illud ex locis hactenus a me productis vos perspexisse arbitror, Epiphanium veterem interpretem, ubique ὑποστάσεως vocem, non subsistentiam ex recepta sanctorum Patrum et Scholæ consuetudine, sed substantiam cum vulgato Bibliorum interprete reddidisse. Unde et hoc loco, τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις, *substantialiter duas naturas* vertit; hoc est quarum utraque diversam substantiam sive subsistendi modum habeat.

Atque hæc quidem ad difficilem, et vere Gordium hujus epistolæ nodum, vel solvendum, vel scindendum attuli. Quæ ego doctiorum judicio lubens submitto. De quo loco si quis certiora me docuerit, næ ille magnam sibi gratiæ mercedem apud me promeruerit.

Ex prædicto divi Joannis loco probaturus Alexander Filium Dei per omnia exprimere et referre Patris naturam, ejusque ἀπαράλλακτον, sine invariatam imaginem exhibere, ipsius Christi Domini verbis ex eodem evangelista id confirmat, *Qui videt me, videt et Patrem*, et subjungit : Ὥσπερ δι' ἐσόπτρου ἀκηλιδώτου καὶ ἐμψύχου, θείας εἰκόνος αὐτοῦ θεωρουμένου τοῦ Πατρός. *Quandoquidem Pater per ipsum velut per speculum purissimum idemque animatum, in quo Dei exprimitur et elucet imago, manifeste cernitur* : ita magno verborum apparatu interpres noster Anglus. Vel ut Epiphanius ad verbum : *Tanquam per speculum sine macula, et animatum, per divinam ejus imaginem contemplaretur Patrem*. A quibus nec Camerarius Theodoreti in-

A terpres recedit : *Tanquam per ipsum, velut immaculatum et animale speculum divinæ imaginis Pater conspiceretur*. Hæc interpretes. Quorum neminem auctoris mentem penetrasse præfidenter, sed vere affirmaverim : cum transposita distinctio glaucoma ipsis offuderit. Sed cum ex levi erroris occasione elegans disserendi materies se offerat, illud principio monuerim, quemadmodum nobilissimam Corinthii æris misturam, ex auri aliorumque metallorum colliquatione enatam veteres prodidere : ita ex variis divinorum eloquiorum conflatis inter se et contessellatis locis, tanquam ex auro probato septies, pulcherrimum illum et vere aureum sanctorum Patrum loquendi characterem exsistere. Quem qui in rerum sacrarum tractatione negligunt, illi plerum-

B que persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis turgidi, ostensione autem spiritus et virtutis destituti, æs sonans, ut Apostoli verbis utar, et cymbalum tinniens[1] evadunt. Mihi autem inter cætera sanctorum Patrum monumenta, quæ nunc ad manum sunt Alexandri epistolæ pulcherrimam vermiculati vel musivi operis speciem referre videntur. Ita perpetuis sacræ Scripturæ emblematis interstinctæ relucent. Quod præ cæteris, vel unus hic locus luculenter ostendit. Cum enim Sapientiæ cap. VII, inter alia innumera elogia, Sapientia divina vocetur ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου, καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας, καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ · hoc est, *candor lucis æternæ, et speculum*

C *sine macula Dei majestatis, et imago bonitatis illius*, quis non videt divi Pauli exemplo locum hunc inde vivis coloribus adumbratum? Cujus ego ductu et auspiciis, duo illa epitheta speculi ἀκηλιδώτου καὶ ἐμψύχου, male ab interpretibus conjuncta distinctione interposita diviserim : et posterius ad divinam imaginem retulerim : Ὥσπερ δι' ἐσόπτρου ἀκηλιδώτου, καὶ ἐμψύχου θείας εἰκόνος αὐτοῦ θεωρουμένου τοῦ Πατρός· *Quoniam per ipsum tanquam per speculum sine macula, et veram sive animatam divinam imaginem ipse etiam Pater conspicitur*. Etenim cum Apostolus ad Coloss. I, vers. 15, Filium εἰκόνα τοῦ ἀοράτου, *imaginem Dei invisibilis* appellasset, et Arius improbe ad stabiliendum errorem suum eo loco abuteretur, eleganti sane adjuncto noster au-

D ctor ἔμψυχον, sive animatam imaginem eumdem appellat, ut similitudinem perfectissimam inter Patrem Filiumque significantissima voce contra hæreticorum offucias tueatur, et ζῶντα Λόγον ἀπὸ ζῶντος Πατρὸς prodiisse doceat. Cum enim duplex sit imago ut scholasticorum antesignanus parte I, q. 35, et jam olim Epiphanius in Anomœorum hæresi, cap. 3, docuit : altera in re ejusdem naturæ, ut imago Regis in Filio; altera in re diversæ naturæ expressa, qualis est imago principis in nummo, vel tabula, aut statua. Sive, ut Epiphanii verbis utar, altera, διὰ τῆς γεννητικῆς ὁμοουσιότητος, altera διὰ χρωμάτων εἰκαζομένη, vel per aliam

[1] *I Cor.* XIII, 1.

quamcunque materiam diversam, et ἀνομοούσιον expressa, Arius ejusque sectatores Filium Patris imaginem posteriori modo intellexere, ut diversæ a Patre naturæ eum esse evincerent. Quin imo hoc ipso Filium minorem Patre ostendere conati sunt, quia Patris imago vocatur. Ita Marcellus apud Eusebium libro I, ex Asterii mente affirmat, τοσοῦτον τὸν Θεὸν τοῦ Λόγου διαφέρειν, ὅσον καὶ ἄνθρωπος τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος διαφέρειν δοκεῖ· hoc est : *Deus in tantum a Verbo suo differre videtur, in quantum homo ab imagine sua*. Idem Marcellus catholicam Asterii assertionem exagitans, qua Verbum invariatam Patris imaginem affirmaverat, multis debacchatur, quæ et apud Eusebium et Epiphanium hæresi LXXII ex Acacio habentur. Sed fanatici hominis deliria castigans Acacius : « Tu, inquit, Dei imaginem ἀζωΐᾳ περιγράψας, sive, *vita ipsa privans*, neque Dominum, neque Deum esse concedis; sed immobilem duntaxat imaginem, οἱονεὶ ἄψυχον καὶ ἄζωον, ut anima vitaque destitutam : viventis autem viventem Dei imaginem esse negas. Idem quoque Epiphanius hær. LXXVI, contra Aetium Anomœorum principem, Filium ex Patre natum contendit, ut Deum de Deo, lumen de lumine, æqualem per omnia et consubstantialem Patri; cujus, inquit, imago est οὐκ ἄψυχος, ἀλλὰ Πατρὸς χαρακτηρίζουσα γένος· *non expers animæ, sed paternum genus exprimens*. Hæc Epiphanius. Neque dissentit Eusebius, qui cum libro II *Theologiæ eccles*. varia protulisset loca, quæ Patris divinitatem gloriamque prædicant, addit deinde, horum omnium unigenitum Dei Filium imaginem cogitandum esse : Οὐχ ὡς ἀψύχῳ ὕλῃ, ἀλλ' ὡς ἐν Υἱῷ ζῶντι μεμορφωμένην. *Non tanquam in materia inanimi, sed ut in Filio vivente expressam*. Quibus verbis egregie duplex illa imaginis ratio ex Epiphanio et D. Thoma a nobis proposita explicatur : quarum altera ἄψυχος, ex Acacii et Eusebii verbis, altera ζῶσα καὶ ἔμψυχος, ex correcto a nobis Alexandri loco vocari poterit. Quin etiam ex ipso Eusebio libro I *contra Marcellum Ancyranum*, ubi commemoratis ejus deliriis, quorum modo meminimus, hominem valde cæcutire ait, nec considerare : ὡς καὶ ὁ Υἱὸς δύναται ἔμψυχός ποτε εἰκὼν ἰδίου Πατρὸς λεχθῆναι : *Posse etiam Filium vivam Patris imaginem dici, cum sit Patri quam simillimus*. Quam ille sententiam multo copiosius explicat lib. V *Evang. demonstr*., capite 4, ubi docet, sicuti regis imaginem propter ipsum regem veneramur, ita etiam Filium unigenitum unicam Dei Patris invisibilis imaginem, Deitatis honore prosequendum, utpote, qui natura Deus est de Deo, καὶ δι' ὅλου σώζει τοῦ μόνου Θεοῦ τὴν ἔμψυχον καὶ ζῶσαν νοερὰν εἰκόνα, κατὰ πάντα τῷ Πατρὶ παρωμοιωμένην· *Et per omnia Dei Patris animatam et vivam, et intelligentem imaginem, Patrique in omnibus simillimam conservat*. Videtis, ni fallor, auditores, quam bene

A Alexander Filium Dei ἔμψυχον θείαν εἰκόνα appellet, et quam ea vox nihil humile et indignum Deo tribuat; sed summam, et ad vivum expressam naturæ gloriæque paternæ similitudinem nobis designet.

Eam porro vocem ex medio Græciæ usu desumptam, nescio cujus veteris auctoris sententia apud Stobæum testatur, cui rex ἔμψυχος εἰκὼν Θεοῦ dicitur. Ita Longinus notissimo illo elogio Eunapii : Βιβλιοθήκη ἔμψυχος καὶ περιπατοῦν μουσεῖον. Et Marcellus Arcadii imperatoris magister, Suidæ lexicographo, minus forte noto, sed non minus eleganti encomio : Κόσμος ἀρετῆς ἁπάσης, ἤ, τό γε ἁρμονικώτερον εἰπεῖν, ἀρετή τις ἔμψυχος· *Omnis virtutis ornamentum, vel potius viva et animata quædam virtus*. Græcas hasce sermonis lauticias B feliciter expresserunt Latini. Quid enim *spirantia signa*, et *spirantia mollius æra*, et *vivi de marmore vultus* Maronis? Quid Propertii, *vivida et animosa signa?* Quid Ammiani *spirantia signorum figmenta*, nisi ἔμψυχα? Sed portum de proximo prospicio, quem subibo, si ex variis quæ sub finem hujus epistolæ interpres peccat, unum adhuc addidero. Alexander, ut hæreticorum curiositatem freno injecto compescat, ὑπόστασιν Filii, sive exsistendi modum, ut dixi, πάσῃ τῇ γενητῇ φύσει impervestigabilem asserit; neque τὴν τῶν λογικῶν φύσιν comprehendere posse quomodo Pater genuit Verbum. In utroque hallucinatur novus noster interpres. Primum quidem quod τὴν γενητὴν φύσιν, de qua superius egi, *naturam mortalem* reddidit. Neque enim C tam angustis limitibus creata natura circumscribenda, cum et angeli sint γενητοὶ sive creati, quos tamen mortales cum saniori theologorum parte haudquaquam appellaverim. Neque melius in secundo membro ἡ τῶν λογικῶν φύσις, natura humana rationisque particeps explicatur. Nisi quis ἓν διὰ δυοῖν interpretem addidisse existimet. Sane ad naturam τῶν λογικῶν etiam angelos, et quidem præcipuo jure pertinere quis dubitet? Quibus tamen æque ac hominibus, divinæ generationis arcanum ignotum et ineffabile esse, testatur etiam ipse Alexander superius. *Unigeniti subsistentia*, inquit, *non solum evangelistarum solertiam, sed fortassis etiam angelorum intellectum superat*. Sed D quod noster in dubio relinquere videtur, id cæteri Patres disertim et constanter affirmant. Et nunc quidem ex Græcis unus mihi Eusebius testimonio dicundo adsit. Is lib. I *Theol. eccl*., cap. 12, Unigeniti generationem non nobis solum impervestigabilem affirmat, ἀλλὰ καὶ πάσαις ταῖς κρείττοσιν ἢ καθ' ἡμᾶς δυνάμεσι, *sed etiam cunctis superioribus virtutibus*. Accedat ex Latinis Ambrosius, lib. I *De fide*, cap. 5 : *Mihi impossibile est generationis scire secretum. Mens deficit, vox silet, non mea tantum, sed et angelorum*.

Qui locus et me opportune silentii admonet, ut decurso dissertationis stadio lampada aliis tradam.

S. ALEXANDRI

EPISCOPI ALEXANDRINI

EPISTOLÆ DE ARIANA HÆRESI

DEQUE ARII DEPOSITIONE.

—

Apud Theodoritum, *Hist. eccl.* lib. I, cap. 4.

Epistola Alexandri Alexandriæ episcopi ad Alexandrum Constantinopolitanum.

I. Charissimo, et unanimi fratri Alexandro, Alexander in Domino salutem.

Improborum hominum voluntas, dominationis et pecuniæ avida, majoribus Ecclesiis semper insidiari solet, dum illi per varias occasiones ecclesiasticam pietatem oppugnant. Etenim a diabolo qui in ipsis operatur, ad propositam ipsis libidinem incitati, abjecta omni religione, divini judicii metum conculcant. De quibus ego qui patior, necesse habui significare pietati vestræ, ut ab hujusmodi hominibus caveatis, ne quis illorum in vestras etiam Ecclesias pedem inferre præsumat, sive per se sive per alios : callent enim malefici simulatione uti ad fraudem faciendam : et per litteras mendaciis compositas atque adornatas, quæ hominem ad simplicem ac sinceram fidem intentum possint decipere. Arius igitur et Achillas nuper conjuratione facta, Colluthi ambitionem æmulantes, longe pejores illo exstiterunt. Nam Colluthus quidem qui hos ipsos reprehendit, mali propositi sui prætextum nactus

A ***Ἀλεξάνδρου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐπιστολὴ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπίσκοπον Κωνσταντίνου πόλεως*** (1).

I. Τῷ τιμιωτάτῳ ἀδελφῷ, καὶ ὁμοψύχῳ Ἀλεξάνδρῳ, Ἀλέξανδρος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Ἡ φίλαρχος τῶν μοχθηρῶν ἀνθρώπων καὶ φιλάργυρος πρόθεσις, ταῖς δοκούσαις ἀεὶ μείζοσι παροικίαις πέφυκεν ἐπιβουλεύειν, διὰ ποικίλων προφάσεων τῶν τοιούτων ἐπιτιθεμένων τῇ ἐκκλησιαστικῇ εὐσεβείᾳ. Οἰστρηλατούμενοι γὰρ ὑπὸ τοῦ ἐνεργοῦντος ἐν αὐτοῖς διαβόλου, εἰς τὴν προκειμένην αὐτοῖς ἡδονὴν, πάσης εὐλαβείας ἀποσκιρτήσαντες, πατοῦσι τὸν τῆς κρίσεως τοῦ Θεοῦ φόβον. Περὶ ὧν ἀναγκαῖον ἦν μοι τῷ πάσχοντι, δηλῶσαι τῇ ὑμετέρᾳ εὐλαβείᾳ, ἵνα φυλάττησθε τοὺς τοιούτους, μή τις αὐτῶν τολμήσῃ καὶ ταῖς
B ὑμετέραις παροικίαις ἐπιβῆναι, ἤτοι (f. εἴτε) δι' ἑαυτῶν, εἴτε δι' ἄλλων (2)· ἱκανοὶ γὰρ ὑποκρίνασθαι πρὸς ἀπάτην οἱ γόητες· ἢ διὰ γραμμάτων ψευδῶς κεκομψευμένων, καὶ δυναμένων ὑφαρπάσαι τὸν ἁπλῇ πίστει καὶ ἀκεραίῳ προσεσχηκότα. Ἄρειος γοῦν καὶ Ἀχιλλᾶς (3), συνωμοσίαν ἔναγχος ποιησάμενοι, τὴν Κολλούθου φιλαρχίαν πολὺ χεῖρον ἢ ἐκεῖνος ἐζήλωσαν. Ὁ μὲν γὰρ αὐτοῖς τούτοις ἐγκαλῶν (4), τῆς

(1) *Κωνσταντίνου πόλεως*. Hæ duæ voces non occurrunt in aliquibus vett. mss., ut neque in Græca Theodoriti editione per Robertum Stephanum, ut observat Pagius ad ann. 317, § 9. Vide etiam Baluzium ad cap. 3 lib. v Petri de Marca *De concordia*.

(2) *Εἴτε δι' ἄλλων*. Hæc verba in sua versione omisit Christophorsonus, et Jacobus Sirmundus, nec habentur apud Nicephorum, nec in editione Basiliensi. Quare non mirum est Camerarium in sua interpretatione ea omisisse. Habentur tamen in reliquis exemplaribus, Regio scilicet, Saviliano et Allatii. Sed et Epiphanius Scholasticus in suo exemplari ea legerat. Sic enim vertit : *Ne quis forte præsumat eorum in parœcias vestras accedere, vel per se, vel per alios.*

(3) *Ἄρειος γοῦν καὶ Ἀχιλλᾶς*. In manuscripto codice Henrici Savilii, et in editione Basiliensi *Ἀχιλλεύς* scribitur, quomodo etiam legit Epiphanius Scholasticus. Ita quoque scribitur hoc nomen in epistola Alexandri episcopi Alexandriæ ad universas Ecclesias, ubi omnes Arii sectatores qui excommunicati fuerant, ordine recensentur; ac primus omnium nominatur Achilles. Sic enim scribitur in multis exemplaribus, et apud Gelasium Cyzicenum.

(4) *Ὁ μὲν γὰρ αὐτοῖς τούτοις ἐγκαλῶν*. Christophorsonus hæc verba, αὐτοῖς τούτοις in neutro genere accepit. Sic enim vertit : *Ille enim quanquam eas ipsas res quas isti, coarguere conabatur, tamen improbi sui instituti causam saltem simulatam habuisse visus est.* Reliqui vero interpretes, Epiphanius scilicet Scholasticus, Joannes Langus, Joachimus Camerarius ac Sirmundus, in masculino acce- C perunt, et de Arianis intellexerunt quos culpabat Colluthus. Quorum quidem sententiam magis probo. Nam in Christophorsoni interpretatione nullum sensum video. Quæ sunt enim illæ res, quas Arius et Colluthus accusabant? Verius omnino est, Colluthum accusasse Arium et sectatores illius. Nam cum esset presbyter unius ex parœciis Alexandriæ, quemadmodum Arius et Carponas ac Sarmatas, ipse in parœcia sua perversam quamdam doctrinam, perinde ac Arius, prædicavit, ut tradit Epiphanius in hæresi Arianorum. Unde orta est inter eos æmulatio, cum singuli suum dogma astruere conarentur. Id enim evenire solet inter hæreticos diversarum sectarum. Colluthus igitur, cum Arium tanquam impium atque hæreticum apud Alexandrum accusasset, et Alexander Arium deponere aliquandiu distulisset; occasione arrepta, sese ab Alexandro sejunxit, et pro episcopo agens, presbyteros ordinavit. Vide Baronium ad ann. Chr. 315, cap. 28.

ἑαυτοῦ μοχθηρᾶς προαιρέσεως εὗρε πρόφασιν· οἱ δὲ A τὴν ἐκείνου Χριστεμπορείαν (5) θεωροῦντες, οὐκέτι τῆς Ἐκκλησίας ὑποχείριοι μένειν ἐκαρτέρησαν· ἀλλ' ἑαυτοῖς σπήλαια λῃστῶν οἰκοδομήσαντες, ἀδιαλείπτως ἐν αὐτοῖς ποιοῦνται συνόδους, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐν ταῖς κατὰ Χριστοῦ καὶ ἡμῶν διαβολαῖς ἀσκούμενοι. Οἳ πάσης τῆς ἀποστολικῆς εὐσεβοῦς δόξης κατηγοροῦντες, Ἰουδαϊκῷ προσχήματι Χριστομάχον συνεκρότησαν ἐργαστήριον, τὴν θεότητα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀρνούμενοι, καὶ τοῖς πᾶσιν ἴσον εἶναι κηρύσσοντες. Πᾶσάν τε αὐτοῦ τῆς σωτηρίου οἰκονομίας καὶ δι' ἡμᾶς ταπεινώσεως φωνὴν ἐκλεξάμενοι, ἐξ αὐτῶν συναγείρειν πειρῶνται τῆς ἀσεβείας ἑαυτῶν τὸ κήρυγμα, τῆς ἀρχῆθεν θεότητος αὐτοῦ καὶ παρὰ τῷ Πατρὶ δόξης ἀλέκτου (6) τοὺς λόγους ἀποστρεφόμενοι. B Τὴν γοῦν Ἑλλήνων τε καὶ Ἰουδαίων ἀσεβῆ περὶ Χριστοῦ δόξαν κρατύνοντες, τὸν παρ' αὐτῶν ἔπαινον ὡς ἔνι μάλιστα θηρῶνται· πάντα μὲν ὅσα καθ' ἡμῶν παρ' αὐτοῖς γελᾶται πραγματευόμενοι· στάσεις δὲ ἡμῖν καθ' ἡμέραν καὶ διωγμοὺς ἐπεγείροντες. Καὶ τοῦτο μὲν, δικαστήρια συγκροτοῦντες, δι' ἐντυχίας γυναικαρίων (7) ἀτάκτων ἃ ἠπάτησαν· τοῦτο δὲ, τὸν Χριστιανισμὸν διασύροντες, ἐκ τοῦ περιτροχάζειν πᾶσαν ἀγυιὰν ἀσέμνως τὰς παρ' αὐτοῖς νεωτέρας. Ἀλλὰ καὶ τὸν ἄῤῥηκτον τοῦ Χριστοῦ χιτῶνα, ὃν οἱ δήμιοι διελεῖν οὐκ ἐβουλεύσαντο, αὐτοὶ σχίσαι ἐτόλμησαν.

II. Ἡμεῖς μὲν οὖν, ἃ καὶ τῷ βίῳ αὐτῶν καὶ τῇ C ἀνοσίῳ ἐπιχειρήσει πρέπει, διὰ τὸ λανθάνειν, βραδέως ἐπιστήσαντες, παμψηφεὶ τῆς προσκυνούσης Χριστοῦ τὴν θεότητα Ἐκκλησίας ἐξηλάσαμεν (8). Ἐπεχείρησαν δὲ περιδρομαῖς χρώμενοι καθ' ἡμῶν, παρεκβαίνειν πρὸς τοὺς ὁμόφρονας συλλειτουργοὺς, σχήματι μὲν εἰρήνης καὶ ἑνώσεως ἀξίωσιν ὑποκρινόμενοι· τὸ δὲ ἀληθὲς, συναρπάσαι τινὰς αὐτῶν εἰς τὴν ἰδίαν νόσον διὰ χρηστολογίας σπουδάζοντες· καὶ στωμυλώτερα γράμματα παρ' αὐτῶν αἰτοῦντες, ἵνα παραναγινώσκοντες αὐτὰ τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἠπατημένοις, ἀμετανοήτους ἐφ' οἷς ἐσφάλησαν κατασκευάζωσιν, ἐπιτριβομένους εἰς ἀσέβειαν, ὡς ἂν συμψήφους αὐτοῖς καὶ ὁμόφρονας ἔχοντες ἐπισκόπους. Οὐχ ἅπερ γοῦν παρ' ἡμῖν πονηρῶς ἐδίδαξάν τε καὶ διεπράξαντο, ὁμολογοῦσιν αὐτοῖς, δι' ἃ καὶ ἐξώσθησαν· D

A est; isti vero, impiam illius ex Christo nundinationem cernentes, non amplius Ecclesiæ subjacere voluerunt; sed speluncis latronum sibi constructis, sine intermissione conventus in illis agunt, noctu atque interdiu calumnias adversus Christum et adversum nos comminiscentes. Qui cum omnem piam et apostolicam doctrinam incusent, Judaico more ad impugnandum Christum officinam instituerunt, Servatoris nostri deitatem negantes, et reliquis omnibus æqualem eum esse prædicantes. Collectisque omnibus locis in quibus sermo est de salutari ejus dispensatione et de abjectione nostri causa ab eo suscepta, impietatis suæ doctrinam eorum auctoritate confirmare nituntur, loca quibus æterna ejusdem divinitas et inexplicabilis apud Pa- B trem gloria astruitur, aversantes. Cum igitur gentilium ac Judæorum impiam de Christo sententiam confirment, laudem ab illis omni arte ac ratione aucupantur: ea quidem quæ illi in nobis deridere solent, omnia confingentes; seditiones autem ac persecutiones adversus nos quotidie excitantes. Et nunc quidem ad judicum tribunalia nos trahunt per interpellationes mulierum disciplinam non servantium, quas ipsi in errorem induxerunt; nunc Christianæ religioni probrum atque infamiam aspergunt, dum juvenculæ ipsorum per omnes vicos et compita turpiter circumcursant. Sed et indissolubilem Christi tunicam, quam carnifices olim dividere noluerunt, isti ausi sunt discindere.

II. Ac nos quidem cum ea quæ vitæ ipsorum ac nefariis conatibus competunt, serius propter ipsorum latebras deprehendissemus, communi omnium suffragio ex cœtu Ecclesiæ quæ Christi divinitatem adorat, eos ejecimus. Ipsi vero contra nos huc et illuc discurrentes, ad collegas nostros idem nobiscum sentientes proficisci instituerunt: specie quidem pacem et concordiam expetere se simulantes; re ipsa vero quosdam eorum blandis sermonibus in errorem suum traducere conantes. A quibus etiam verbosiores epistolas flagitant, ut eas legentes hominibus quos ipsi deceperunt, eos pertinaciter in errore perseverare faciant absque ullo pœnitentiæ sensu in impietate obduratos, quasi qui episcopos idem secum sentientes ac sibi suffragantes habeant. D Ea porro quæ apud nos perperam docuerunt et

(5) *Τὴν ἐκείνου Χριστεμπορείαν*. Colluthus, cum esset presbyter Alexandriæ, arrogantia ac temeritate elatus, pro episcopo se gesserat, multosque presbyteros ac diaconos ordinaverat. Verum in synodo Alexandriæ congregata cunctæ ejus ordinationes postea rescissæ sunt; et quicunque ab eo ordinati fuerant, in laicorum ordinem sunt redacti, ut testatur Athanasius in *Apologetico secundo adversus Arianos*. Hinc apparet cur Alexander Colluthum Χριστέμπορον vocet, eo quod scilicet ordinationes venderet, et ex manuum impositione ac reliquis sacramentis quæstum captaret.

(6) *Δόξης ἀλέκτου*. In manuscripto codice Henrici Savilii, in regio codice J. Pini, et in editione Basiliensi legitur ἀλήκτου. Vulgatam tamen scripturam tuentur reliqui codices, et Epiphanii Scholastici interpretatio. Sed et in editione Basiliensi pro his verbis παρὰ τῷ Πατρί, legitur παρὰ τοῦ Πατρός.

(7) *Δι' ἐντυχίας γυναικαρίων*. Amplector interpretationem Camerarii, qui sic vertit, *per interpellationes mulierculærum*, etc. Nec male Epiphanius Scholasticus *additiones* interpretatur. Intelligit enim libellos accusationum, quos mulieres ab Arianis subornatæ porrigebant judicibus adversus Alexandrum episcopum Alexandriæ. Sane ἐντυχία pro libello supplici sumitur ab Athanasio, ut observavi in adnotationibus Eusebianis.

(8) *Παμψηφεὶ... τῆς Ἐκκλησίας, ἐξηλάσαμεν*. Ex his verbis colligitur, hanc epistolam Alexandri scriptam esse post synodum Alexandrinam, in qua damnatus erat Arius cum sociis. Duas autem synodos episcoporum Ægypti adversus Arium ejusque socios collegit Alexander episcopus Alexandriæ, ut infra pluribus ostendemus.

egerunt, et quorum causa a nobis sunt expulsi, nequaquam illis confitentur; sed vel silentio ista tradunt, vel fictis sermonibus et libellis conscriptis velantes, fucum faciunt. Probabilibus itaque et ad assentationem compositis colloquiis pestiferam suam doctrinam obtegentes, simpliciorem quemque et fraudi expositum circumveniunt, neque interim parcunt pietatem nostram apud omnes calumniari. Unde fit ut nonnulli litteris eorum subscribentes, in Ecclesiam eos recipiant, cum tamen comministris qui hoc ausi sunt, gravissima, ut opinor, reprehensionis immineat infamia; eo quod nec apostolica regula id permittit, et diabolica in ipsis operatio adversus Christum hoc facto validius accenditur. Quamobrem nihil cunctatus, fratres dilectissimi, animum ac fiduciam sumpsi, ut perfidiam istorum vobis indicarem qui dicunt: fuit tempus cum non esset Filius Dei; et qui prius non erat, postea exstitit; talis factus, quandocunque demum factus est, qualis quilibet hominum nasci solet. Omnia enim, ut aiunt, Deus fecit ex nihilo; in creatione omnium rerum, tam rationalium quam ratione carentium, etiam Filium Dei comprehendentes. Quibus etiam consequenter addunt, eum mutabilis esse naturæ, virtutisque ac vitii capacem. Positaque semel hac sententia, Filium Dei *ex nihilo* esse, divinas Litteras de æternitate ejus evertunt, quibus immutabilitas et divinitas Sapientiæ ac Verbi, quæ sunt Christus, ostenditur.

ἀλλ' ἢ σιωπῇ ταῦτα παραδιδόασιν, ἢ πεπλασμένοις λόγοις καὶ ἐγγράφοις ἐπισκιάζοντες ἀπατῶσιν. Πειθανωτέραις γοῦν καὶ βωμολόχοις ὁμιλίαις τὴν φθοροποιὸν αὐτῶν διδασκαλίαν ἐπικρύπτοντες, συναρπάζουσιν τὸν εἰς ἀπάτην ἐκκείμενον, οὐκ ἀπεχόμενοι καὶ τοῦ παρὰ πᾶσι συκοφαντεῖν τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν. Ὅθεν καὶ συμβαίνει τινὰς τοῖς γράμμασιν αὐτῶν ὑπογράφοντας, εἰς Ἐκκλησίαν εἰσδέχεσθαι· μεγίστης, ὡς οἶμαι, διαβολῆς ἐπικειμένης τοῖς τοῦτο τολμῶσι συλλειτουργοῖς, τῷ μήτε τὸν ἀποστολικὸν κανόνα τοῦτο συγχωρεῖν, ἀλλὰ καὶ ὑπεκκαίειν τὴν ἐπ' αὐτοῖς διαβολικὴν κατὰ Χριστοῦ ἐνέργειαν. Διὸ δὴ καὶ οὐδὲν μελλήσας, ἀγαπητοὶ, δηλῶσαι ὑμῖν τὴν τῶν τοιούτων ἀπιστίαν ἐμαυτὸν διανέστησα, λεγόντων ὅτι ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ γέγονεν ὕστερον ὁ πρότερον μὴ ὑπάρχων, τοιοῦτος γενόμενος ὅτε καί ποτε γέγονεν, οἷος καὶ πᾶς εἶναι πέφυκεν ἄνθρωπος. Πάντα γὰρ, φασὶν, ὁ Θεὸς ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησε, συναναλαμβάνοντες τῇ τῶν ἁπάντων λογικῶν τε καὶ ἀλόγων κτίσει καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Οἷς ἀκολούθως καὶ φασὶν αὐτὸν τρεπτῆς εἶναι φύσεως, ἀρετῆς τε καὶ κακίας ἐπιδεκτικόν· καὶ τῇ ἐξ *οὐκ ὄντων* ὑποθέσει, καὶ τὰς θείας τοῦ εἶναι αὐτὸν ἀεὶ συναναιροῦντες Γραφὰς, αἳ τὸ ἄτρεπτον τοῦ Λόγου, καὶ τὴν θεότητα τῆς Σοφίας τοῦ Λόγου σημαίνουσιν, ἅ ἐστιν ὁ Χριστός.

III. Possumus ergo, ut aiunt isti scelerati, nos quoque esse filii Dei, perinde ac ille. Scriptum est enim [1]: *Filios genui et exaltavi.* Cum vero illis objectum fuerit id quod sequitur: *Ipsi autem spreverunt me;* quod quidem non convenit naturæ Servatoris qui suapte natura est immutabilis: illi omni reverentia ac religione abjecta, Deum aiunt, cum præsciret ac prævidisset quod Filius ipsum spreturus non esset, illum ex omnibus elegisse. Non enim ut natura et prærogativa quadam præcipuum quidquam præ cæteris filiis habentem, eum elegit: quippe qui natura filius non sit, ut inquiunt; neque ut qui aliquam haberet proprietatem et dotem ad ipsum proxime accedentem; sed ipsum quoque mutabilis exsistentem naturæ, ob studium tamen et accuratam morum diligentiam ad vitium neutiquam deflectentem, elegit Deus: adeo ut si Paulus ac Petrus contento studio in id incubuissent, nihil ab istorum filiatione discrepatura fuerit hujus filiatio. Atque ut insanam istam doctrinam confirment, Scripturis sacris contumeliose illudentes, afferunt illud quod in Psalmis de Christo dictum est [2]: *Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.*

III. Δυνάμεθα γοῦν καὶ ἡμεῖς, φασὶν οἱ ἀλάστορες, υἱοὶ γενέσθαι Θεοῦ, ὅπερ κἀκεῖνος. Γέγραπται γάρ· *Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα.* Ἐπιφερομένου δὲ αὐτοῖς τοῦ λέγοντος ἑξῆς τοῦ ῥητοῦ, *Αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν*, ὅπερ οὐ φυσικόν (9) ἐστιν τῷ Σωτῆρι, ὄντι τῆς φύσεως ἀτρέπτου, πάσης εὐλαβείας ἑαυτοὺς ἐρημώσαντες, τοῦτό φασι (10), προγνώσει καὶ προθεωρίᾳ περὶ αὐτοῦ εἰδότα τὸν Θεὸν, ὅτι οὐκ ἀθετήσει, ἐξειλέχθαι αὐτὸν ἀπὸ πάντων. Οὐ γὰρ φύσει καὶ κατ' ἐξαίρετον τῶν ἄλλων υἱῶν ἔχοντά τι· οὔτε γὰρ φύσει υἱός τις ἐστὶν τοῦ Θεοῦ, φασίν· οὔτε τινὰ ἔχοντα ἰδιότητα πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τρεπτῆς τυγχάνοντα φύσεως, διὰ τρόπων ἐπιμέλειαν καὶ ἄσκησιν μὴ τρεπόμενον ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἐξελέξατο· ὡς εἰ καὶ Παῦλος τοῦτο βιάσαιτο καὶ Πέτρος, μηδὲν διαφέρειν τούτων τὴν ἐκείνου υἱότητα· εἰς παράστασιν δὲ τῆς φρενοβλαβοῦς ταύτης διδασκαλίας, καὶ ταῖς Γραφαῖς ἐμπαροινοῦντες, καὶ παρατιθέμενοι τὸ ἐν Ψαλμοῖς περὶ Χριστοῦ ῥητὸν, οὕτως ἔχον· *Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου.*

[1] *Isa.* I, 2. [2] *Psal.* XLIV, 8.

(9) *Οὐ φυσικόν.* Ἀφύσικον codex Regius J. Pini.

(10) *Ἐρημώσαντες τοῦτό φασι.* Post hæc verba in codice Leonis Allatii hæc adduntur, οὔτε τινὰ ἔχοντα ἰδιότητα πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τρεπτῆς τυγχάνοντα φύσεως. Male quidem. Hæc enim verba inferius locum habent, ut videbimus. Epiphanius tamen Scholasticus eadem verba in suo codice legit hoc loco. Sic enim vertit: *Omni reverentia spoliantes semetipsos, aiunt: Nec aliquam habet proprietatem ad eum: sed cum sit ipse natura mutabilis, scivit de illo Deus præscientia et præcontemplatione*, etc.

IV. Περὶ μὲν οὖν ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, οὔτε ἐξ οὐκ ὄντων γεγένηται, οὔτε ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, αὐτάρκης παιδεῦσαι Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστής, γράφων οὕτως περὶ αὐτοῦ· *Ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρός.* Προνοούμενος γὰρ ὁ θεῖος δεικνύναι διδάσκαλος, ἀλλήλων ἀχώριστα πράγματα δύο, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, ὄντα αὐτὸν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς ὠνόμασεν. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ὅτι τοῖς ἐξ οὐκ ὄντων γενομένοις ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ οὐ συναριθμεῖται, *πάντα δι' αὐτοῦ γεγονέναι* ὁ αὐτός φησιν Ἰωάννης. Τὴν γὰρ ἰδιότροπον αὐτοῦ ὑπόστασιν ἐδήλωσεν εἰπών· *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν* (11). Εἰ γὰρ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, πῶς ὁ τοῖς γενομένοις τὸ εἶναι χαρισάμενος, αὐτός ποτε οὐκ ἦν; Οὐ γάρ πως ὁ Λόγος τὸ ποιοῦν, τοῖς γενομένοις τῆς αὐτῆς εἶναι φύσεως διορίζεται· εἴγε αὐτὸς μὲν ἦν ἐν ἀρχῇ, πάντα δὲ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησεν. Ἐναντίον γὰρ δοκεῖ τοῖς ἐξ οὐκ ὄντων γενομένοις τὸ ὂν, καὶ ἀφεστηκὸς σφόδρα. Τὸ μὲν γὰρ, μεταξὺ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ οὐδὲν δείκνυσιν εἶναι διάστημα, οὐδ' ἄχρι τινὸς ἐννοίας τοῦτο φαντασιῶσαι τῆς ψυχῆς δυναμένης. Τὸ δὲ ἐξ οὐκ ὄντων δημιουργεῖσθαι τὸν κόσμον, νεωτέραν ἔχει τῆς ὑποστάσεως καὶ πρόσφατον τὴν γένεσιν, ὑπὸ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ πάντων εἰληφότων τὴν τοιαύτην οὐσίωσιν. Μακρὸν γοῦν θεωρήσας τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸ ἦν, καὶ ὑπεραῖρον τῆς τῶν γεννητῶν διανοίας (12) ὁ εὐλαβέστατος Ἰωάννης, γένεσιν αὐτοῦ καὶ ποίησιν ἀπηξίωσεν εἰπεῖν, οὐδὲ ταῖς ὁμοστοίχοις συλλαβαῖς (13) τὸ ποιοῦν τοῖς γιγνομένοις ὀνομάσαι τολμήσας. Οὐχ ὅτι ἀγέννητος ἦν· ἓν γὰρ ἀγέννητον ὁ Πατήρ· ἀλλ' ὅτι τῆς ἐξεσμένης τῶν εὐαγγελιστῶν, τάχα δὲ καὶ ἀγγέλων καταλήψεως ὑπερέκεινά (14) ἐστιν ἡ τοῦ μονογενοῦς Θεοῦ ἀνεκδιήγητος ὑπόστασις.

V. Εἰς εὐσεβεῖς οὐκ οἶμαι λογιζομένου (15) τοῦ

IV. Verum quod Filius Dei factus non sit ex nihilo, et quod tempus non fuerit cum non esset, abunde docet Joannes evangelista de illo ita scribens [a]: *Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris.* Nam cum divinus magister ostendere vellet, Patrem ac Filium duas res esse a se mutuo inseparabiles, hunc in sinu Patris esse dixit. Jam vero quod Verbum Dei inter res ex nihilo creatas non contineatur, idem Joannes testatur, cum ait: *Omnia per ipsum facta esse.* Propriam enim ejus hypostasin declaravit dicens [b]: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum: omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est.* Nam si omnia per ipsum facta sunt, quomodo is qui rebus factis præstitit ut essent, ipse aliquando non exstitit? Verbum enim quod facit, nequaquam ejusdem esse naturæ cum rebus factis intelligitur: quippe cum ipsum quidem esset in principio; cuncta vero per illud facta sint et ex nihilo condita. Porro id quod est, contrarium esse videtur, et longe diversum ab illis quæ facta sunt ex nihilo. Nam illud quidem declarat, nullum esse intervallum inter Patrem et Filium, cum animus ne simplici quidem cogitatione fingere possit ullam inter utrumque distantiam. Ex nihilo vero creari mundum, recentiorem indicat ac nuperam substantiæ originem, cum universa hujusmodi essentiam a Patre acceperint per Filium. Cum igitur divini Verbi essentiam longissime, et ultra omnem cogitationem eorum quæ genita sunt positam contemplaretur piissimus Joannes, generationem ejus et facturam dicere noluit, factorem iisdem verbis quibus ea quæ facta sunt, designare minime ausus. Non quod Verbum sit ingenitum: solus enim Pater ingenitus est: sed quia solertissimam evangelistarum, ipsorumque adeo angelorum comprehensionem transcendit unigeniti Filii inexplicabilis subsistentia.

V. Quare inter pios meo quidem judicio censen-

[a] *Joan.* I, 18. [b] *ibid.* 1-3.

(11) *Ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν.* Duæ postremæ voces desunt in editione Roberti Stephani, et in Basiliensi, et in codice Regio J. Pini. Habentur tamen in codice Leonis Allatii, et in versione Epiphanii Scholastici. Sed et Christophorsonus eas in libris suis repererat, ut ex interpretatione ejus apparet.

(12) *Καὶ ὑπεραῖρον τῆς τῶν γεννητῶν διανοίας.* Scribendum puto γενητῶν per simplex ν; atque ita legisse videtur Epiphanius, qui sic vertit: *Et creaturam universam intelligentiam transcendentem.* Conjecturam meam confirmavit mihi postea codex regius J. Pini, in quo ita plane scriptum inveni, ut conjeceram. Pro ὑπεραῖρον, in editione Basiliensi legitur ὑπερόριον, et in codice Allatiano, rectius ut opinor.

(13) *Οὐδὲ ταῖς ὁμοστοίχοις συλλαβαῖς.* In ms. codice Henrici Savillii, et in editione Basiliensi scribitur ὁμοστιχοῖς, minus recte, ut equidem sentio. Certe Camerarius, qui editionem Basiliensem Latine interpretatus est, ὁμοστοίχοις, legit, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Ne eorumdem quidem elementorum complexione in voce facientis, aut factorum uti ausus.* In regio item codice J. Pini scriptum inveni ὁμοστοίχοις. Hujus autem loci satis obscuri hic est sensus. Joannes evangelista, cum originem Filii Dei vellet exponere, eam a rerum creatarum productione longe distinxit; cavitque diligentissime, ne in declaranda Filii essentia iisdem verbis uteretur, quibus rerum creatarum originem exposuit. Nam in declaranda quidem Filii essentia, usus est verbo *erat*, in exponenda autem origine rerum creatarum dixit ἐγένετο, id est *facta sunt.* Subjicit deinde Alexander, οὐχ ὅτι ἀγέννητος ἦν· ἓν γὰρ ἀγέννητον ὁ Πατήρ, id est, *non quod Filius Dei non sit genitus. Unum enim est ingenitum, Pater scilicet.* Quæ quidem Alexandri verba benigne intelligenda sunt hoc modo: Non quod Filius Dei principium originis suæ non habeat; habet enim re vera principium originis, Patrem, ex quo genitus est: sed quia nullum habet principium temporis, quippe qui ab omni æternitate genitus sit ex Patre, ἀχρόνως καὶ ἀμεσιτεύτως, ut Græci dicunt id est sine ullo tempore ac medio.

(14) *Ὑπερέκεινα.* Ἐπέκεινα codex Regius J. Pini.

(15) *Εὐσεβεῖς οὐκ οἶμαι λογιζομένου.* Hunc

dus non est, qui ultra ista aliquid inquirere præsumit, non auscultans id quod scriptum est [5] : *Altiora te ne quæsieris, et sublimiora te ne scruteris.* Nam si multarum aliarum rerum cognitio quæ hac longe inferiores sunt, humanæ mentis captum excedit, cujusmodi sunt apud Paulum apostolum [6], ea *quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se;* cujusmodi etiam sunt stellæ, quas Deus Abrahamo dicit [7] non posse numerari; et illud [8] : *Arenam maris et guttas pluviæ quis dinumerabit?* quomodo divini Verbi essentiam curiosius investigare quispiam poterit, nisi atra bile sit percitus? De qua propheticus Spiritus ita dicit [9] : *Generationem ejus quis enarrabit?* Et Servator noster totius mundi columnas beneficio obstringens, hujus rei notitiam tanquam onus ab illis removere studuit : omnibus quidem ipsis supra naturam esse dicens istud animo comprehendere; soli vero Patri competere divini hujus mysterii perceptionem. *Nemo enim,* inquit [10], *novit, quis sit Filius præter Patrem, et nemo novit Patrem præterquam Filius.* Qua de re etiam Patrem dixisse arbitror, *Arcanum meum mihi* [11], et meis.

VI. Quod vero extremæ dementiæ sit, Filium Dei ex non exstantibus factum opinari, cum id quod ex non exstantibus factum est, temporalem habeat essentiam; res ipsa indicat, licet stupidi isti insaniam vocum suarum non intelligant. Illud enim, *non erat,* in tempore censeri oportet, aut in aliquo ævi spatio. At si verum est, *omnia per ipsum facta esse,* constat utique et ævum et tempus, et spatium omne, et illud aliquando, in quibus non fuisse reperitur, per ipsum facta esse. Et quomodo absurdum non sit, eum qui tempora et sæcula ac

A μέχρι τούτων ἐπερωτᾷν τι τολμῶντος, διὰ τὸ ἀνήκοογ τοῦ, *Χαλεπώτερά σου μὴ ζήτει, καὶ ὑψηλότερά σου μὴ ἐξέταζε.* Εἰ γὰρ ἑτέρων πολλῶν ἡ γνῶσις, καὶ τούτων ἀσυγκρίτως κολοβωτέρων, κέκρυπται τὴν ἀνθρωπίνην κατάληψιν· οἷά ἐστι παρὰ Παύλῳ, *ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν·* ἀλλὰ καὶ τὰ ἄστρα φησὶν ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ ἀριθμῆσαι μὴ δύνασαι· καὶ ἔτι, *Ἄμμον θαλασσῶν καὶ σταγόνας ὑετοῦ,* φησὶ, *τίς ἐξαριθμήσει;* πῶς ἂν περιεργάσαιτό τις τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου ὑπόστασιν, ἐκτὸς εἰ μὴ μελαγχολικῇ διαθέσει ληφθεὶς τυγχάνοι; Περὶ ἧς τὸ προφητικὸν Πνεῦμά φησι· *Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται;* Ἢ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, εὐερ-
B γετῶν τοὺς πάντων τῶν ἐν κόσμῳ κίονας (16), τὴν περὶ τούτων γνῶσιν (17) αὐτῶν ἀποφορτίσθαι ἐσπούδασε· πᾶσι μὲν οὖν αὐτοῖς ἀφύσικον εἶναι λέγων εἰς κατάληψιν, μόνῳ δὲ τῷ Πατρὶ ἀνακεῖσθαι τὴν τοῦ θειοτάτου τούτου μυστηρίου εἴδησιν· *Οὐδεὶς γὰρ ἔγνω τίς ἐστιν ὁ Υἱὸς,* λέγων, *εἰ μὴ ὁ Πατήρ· καὶ τὸν Πατέρα οὐδεὶς ἔγνω εἰ μὴ ὁ Υἱός.* Περὶ οὗ καὶ τὸν Πατέρα οἶμαι λέγειν, *Τὸ μυστήριόν μου ἐμοὶ* καὶ τοῖς ἐμοῖς (18).

VI. Ὅτι δὲ μανιῶδες, τὸ ἐξ οὐκ ὄντων τὸν Υἱὸν γεγονέναι φρονεῖν, χρονικὴν ἔχοντα τὴν προβολὴν, αὐτόθεν δείκνυται τὸ ἐξ οὐκ ὄντων (19), κἂν ἀγνοῶσιν οἱ ἀνόητοι τὴν τῆς φωνῆς αὐτῶν μανίαν. Ἢ γὰρ χρόνοις ἐμπολιτεύεσθαι δεῖ τὸ, *οὐκ ἦν,* ἢ αἰῶνός τινι
C διαστήματι. Εἰ τοίνυν ἀληθὲς τὸ, *πάντα δι' αὐτοῦ γεγονέναι,* δηλονότι καὶ πᾶς αἰὼν καὶ χρόνος, καὶ διαστήματα, καὶ τὸ ποτὲ, ἐν οἷς τὸ *οὐκ ἦν* εὑρίσκεται, δι' αὐτοῦ ἐγένετο. Καὶ πῶς οὐκ ἀπίθανον, τὸν καὶ χρόνους καὶ αἰῶνας καὶ καιροὺς, ἐν οἷς τὸ, *οὐκ ἦν,* συμπέφυρται, ποιήσαντα, αὐτόν ποτε μὴ εἶναι λέ-

[5] *Eccli.* III, 22. [6] *I Cor.* II, 9. [7] *Gen.* XV, 5. [8] *Eccli.* I, 2. [9] *Isa.* LIII, 8. [10] *Matth.* XI, 27. [11] *Isa.* XXIV, 16.

etiam locum emendavi ex supradictis codicibus Allatii ac Savilii, et ex regio codice J. Pini, quibus astipulatur editio Basiliensis, nisi quod τολμῶντας habet, non τολμῶντος. Epiphanius tamen Scholasticus in plurali numero legisse videtur λογιζομένους τοὺς τολμῶντας. In cod. reg. J. Pini totus hic locus ita scribitur : Εἰς εὐσέβειαν οὐκ οἶμαι λογιζομένους τοὺς μ. τ., ἐπ. τι τολμῶντας.

(16) *Πάντων τῶν ἐν κόσμῳ κίονας.* Post hæc D verba Jacobus Sirmundus in editione sua quatuor has voces addidit, τοὺς θεηγόρους φημὶ ἀποστόλους, nescio quos secutus codices. Certe in nostris exemplaribus et in Basiliensi editione non habentur; et scholium potius redolent cujusdam viri docti, qui ad latus libri sui id notaverat, per columnas significari divinos apostolos. Certe in Epistola Pauli ad Galatas Petrus et Jacobus dicuntur columnæ fuisse Ecclesiæ. Porro initio hujus periodi scribendum ἢ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτήρ, id est, *quocirca Servator noster*, etc.

(17) *Τὴν περὶ τούτων γνῶσιν.* In codice Leonis Allatii et in editione Basiliensi scriptum est περὶ τούτου, rectius, ni fallor. Neque aliter legit Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit hunc locum : *Nam et ipse Servator præstare volens omnibus in hoc mundo columnis, hujus notitiam ab eis exonerare festinavit.*

(18) *Καὶ τοῖς ἐμοῖς.* Jacobus Sirmundus in editione sua expunxit hæc verba. Certe non habentur in codice Leonis Allatii, et superflua videntur hoc loco. Porro locus iste desumptus est ex cap. XXIV Isaiæ. Ubi Hieronymus notat verba illa : *Et dixi: Secretum meum mihi; secretum meum mihi,* non haberi in Septuaginta, sed ex Theodotionis translatione ab Origene addita esse. Procopius autem Gazæus ex interpretatione Symmachi suppleta esse dicit.

(19) *Αὐτόθεν δείκνυται τὸ ἐξ οὐκ ὄντων.* Jacobus Sirmundus hunc locum ita edidit, αὐτόθεν δείκνυται ἐκ τοῦ ἐξ οὐκ ὄντων. Et totum locum sic interpretatus est : *Quod vero extrema sit dementia, Filium ex non exstantibus ortum existimare, atque in tempore productum, indidem patet, hoc est, ex non exstantibus,* etc. Verum cum nulli codices ita scriptum habeant, vulgatam lectionem mutare nefas duco. Quod si conjecturam nostram licet proponere, existimo delenda esse hæc verba τὸ ἐξ οὐκ ὄντων, quæ scholii loco ad marginem ascripta, postea in textum translata sunt. Porro Epiphanius Scholasticus hunc locum ita vertit : *Non reor ignorare sapientes, quia vesanum est sapere, ex non exsistentibus factum Filium; cum utique habeat temporale principium, quod ostenditur ex non exsistentibus factum.* Unde apparet Epiphanium legisse χρονικὴν ἔχον τὴν προβολὴν τὸ ἐξ οὐκ ὄντων.

γειν; Ἀδιανόητον γὰρ (20) καὶ πάσης ἀμαθίας ἀνάπλεων, τὸν αἴτιον γενόμενόν τινος, αὐτὸν μεταγενέστερον λέγειν τῆς ἐκείνου γενέσεως. Προηγεῖται γὰρ κατ' αὐτοὺς τῆς τὰ ὅλα δημιουργούσης τοῦ Θεοῦ σοφίας ἐκεῖνο τὸ διάστημα, ἐν ᾧ φασι μὴ γεγενῆσθαι τὸν Υἱὸν ὑπὸ τοῦ Πατρός· ψευδομένης κατ' αὐτοὺς καὶ τῆς *Πρωτότοκον* αὐτὸν εἶναι *πάσης κτίσεως* ἀναγορευούσης Γραφῆς. Σύμφωνα γοῦν τούτοις βοᾷ καὶ ὁ μεγαλοφωνότατος Παῦλος, φάσκων περὶ αὐτοῦ· *Ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν.* Ἀλλὰ καὶ *ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, εἴτε κυριότητες, εἴτε θρόνοι· πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων.*

VII. Ἀσεβεστάτης οὖν φανείσης τῆς ἐξ οὐκ ὄντων ὑποθέσεως, ἀνάγκη τὸν Πατέρα ἀεὶ εἶναι Πατέρα· ἔστι δὲ Πατὴρ ἀεὶ παρόντος τοῦ Υἱοῦ, δι' ὃν χρηματίζει Πατήρ (21). Ἀεὶ δὲ παρόντος αὐτῷ τοῦ Υἱοῦ, ἀεί ἐστιν ὁ Πατὴρ τέλειος, ἀνελλιπὴς τυγχάνων ἐν τῷ καλῷ· οὐ χρονικῶς, οὐδὲ ἐκ διαστήματος, οὐδὲ ἐξ οὐκ ὄντων γεννήσας τὸν μονογενῆ Υἱόν. Τί δὲ οὐκ ἀνόσιον τὸ λέγειν, ποτὲ μὴ εἶναι τὴν Σοφίαν τοῦ Θεοῦ, τὴν λέγουσαν· *Ἐγὼ ἤμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα, ἐγὼ ἤμην ᾗ προσέχαιρεν*· ἢ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ μὴ ὑπάρχειν ποτέ· ἢ τὸν Λόγον αὐτοῦ ἠκρωτηριάσθαι ποτέ· ἢ τὰ ἄλλα ἐξ ὧν ὁ Υἱὸς γνωρίζεται, καὶ ὁ Πατὴρ χαρακτηρίζεται; Τὸ γὰρ ἀπαύγασμα τῆς δόξης μὴ εἶναι λέγειν, συναναιρεῖ καὶ τὸ πρωτότυπον φῶς, οὗ ἐστιν ἀπαύγασμα. Εἰ δὲ καὶ ἡ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ οὐκ ἦν ἀεὶ, δῆλον ὅτι οὐδ' οὗ ἐστιν εἰκὼν, ἔστιν ἀεί. Ἀλλὰ καὶ τῷ μὴ εἶναι τὸν τῆς ὑποστάσεως τοῦ Θεοῦ χαρακτῆρα, συναναιρεῖται κἀκεῖνος, ὁ πάντως παρ' αὐτοῦ χαρακτηριζόμενος. Ἐξ ἧς ἔστιν ἰδεῖν τὴν υἱότητα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, οὐδεμίαν ἔχουσαν κοινωνίαν πρὸς τὴν τῶν λοιπῶν υἱότητα. Ὃν τρόπον γὰρ ἡ ἄῤῥητος αὐτοῦ ὑπόστασις, ἀσυγκρίτῳ ὑπεροχῇ ἐδείχθη ὑπερκειμένη πάντων οἷς αὐτὸς τὸ εἶναι ἐχαρίσατο, οὕτως καὶ ἡ υἱότης αὐτοῦ κατὰ φύσιν τυγχάνουσα τῆς πατρικῆς θεότητος, ἀλέκτῳ ὑπεροχῇ διαφέρει τῶν δι' αὐτοῦ θέσει υἱοθετηθέντων. Ὁ μὲν γὰρ ἀτρέπτου φύσεως τυγχάνει, τέλειος ὢν καὶ διὰ πάντων ἀνενδεής· οἱ δὲ, τῇ εἰς ἑκάτερα τροπῇ ὑποκείμενοι, τῆς παρὰ τούτου βοηθείας δέονται. Τί γὰρ ἂν καὶ προκόψαι ἔχοι ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία, ἢ τί προσλαβεῖν ἡ αὐτοαλήθεια, ἢ ὁ Θεὸς Λόγος; Πῶς ἂν ἔχοι βελτιωθῆναι ἡ ζωὴ, τὸ ἀληθινὸν φῶς; Εἰ δὲ τοῦτο, πόσῳ πλέον ἀφύσικον τυγχάνει, μωρίας ποτὲ δεκτικὴν γενέσθαι τὴν σοφίαν, ἢ τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν ἀσθενείᾳ προσπλακῆναι, ἢ ἀλογίᾳ τὸν λόγον ἀμαυρωθῆναι, ἢ τῷ ἀληθινῷ φωτὶ ἐπιμιχθῆναι σκότος; τοῦ μὲν Ἀποστόλου αὐτόθεν λέγοντος· *Τίς κοινωνία*

A tempestates condidit, in quibus illud, *non erat*, confusum est, ipsum aliquando non exstitisse dicere? Est enim alienum a sensu omnique plenum inscitia, eum qui alicujus rei auctor sit, eadem re posteriorem affirmare. Quippe juxta illorum sententiam, spatium temporis quo dicunt Filium Dei non exstitisse ex Patre, præcessit sapientiam Dei omnium rerum conditricem: mentiturque secundum eos Scriptura, quæ *Primogenitum omnis creaturæ* illum vocat [12]. Quibus consona sunt quæ vocalissimus Paulus de illo prædicat, ita dicens [13]: *Quem constituit hæredem universorum: per quem fecit et sæcula.* Sed et [14] *in ipso condita sunt universa in cœlis et in terra, visibilia et invisibilia, sive principatus, sive potestates, sive dominationes, sive*
B *throni: omnia per ipsum creata sunt: et ipse est ante omnia.*

VII. Proinde cum ab omni pietate alienissimam esse appareat sententiam illam de non exstantibus, necessario dicendum est, Patrem semper esse Patrem. Pater autem est, præsente semper Filio, ob quem dicitur Pater. Quocirca cum semper ei præsens sit Filius, semper est perfectus Pater, nulla re destitutus in bono: qui non in tempore, neque ex intervallo, neque e non exstantibus, unicum Filium genuit. Quomodo autem impium non sit dicere, Sapientiam Dei aliquando non exstitisse, quæ de se ipsa ita loquitur [15]: *Ego eram apud ipsum cuncta componens: ego eram cui adgaudebat?* aut virtutem Dei ali-
C quando non exstitisse: aut Verbum ejus aliquando fuisse mutilatum: aut alia quandoque defuisse, ex quibus Filius cognoscitur et Pater designatur? Is enim qui negat splendorem gloriæ exsistere, simul tollit primitivum lumen cujus est splendor. Et si imago Dei semper non fuit, nec illum semper fuisse liquet cujus imago est. Denique negando figuram substantiæ Dei semper fuisse, simul tollitur ille qui perfecte ab eo exprimitur. Ex quo licet perspicere, filiationem Servatoris nostri nihil prorsus habere commune cum reliquorum filiatione. Nam quemadmodum inexplicabilem ejus substantiam incomparabili excellentia præstare ostensum est reliquis omnibus quibus ille essentiam tribuit; sic et ejus filiatio, quæ juxta naturam est paternæ di-
D vinitatis, ineffabili quadam præstantia superat filiationem eorum qui per ipsum adoptati sunt filii. Nam ipse quidem immutabilis est naturæ, undecunque perfectus, nec ullius rei indigens: hi vero cum mutationi in utramque partem sint obnoxii, opus habent illius auxilio. Quem enim profectum facere potest Dei sapientia? Quod augmentum accipere potest ipsa veritas et Deus Verbum? Qua ratione melior fieri possit vita et lux vera? Quod si ita se habet, quanto absurdius est, ut sa-

[12] *Eccli.* XXIV, 5. [13] *Coloss.* I, 15; *Hebr.* I, 2. [14] *Coloss.* I, 16, 17. [15] *Prov.* VIII, 30.

(20) *Ἀδιανόητον γάρ*. In codice Leonis Allatii scriptum est ἀνόητον, quod magis probo. Atque ita legit Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit: *Stultum est enim, et omni peccato plenum*, etc.

(21) *Δι' ὃ χρηματίζει Πατήρ*. In manuscripto codice Henrici Savilii legitur δι' ὅν, quomodo etiam legit Epiphanius Scholasticus. In regio J. Pini cod. scriptum inveni δι' οὗ.

pientia aliquando stultitiæ capax fuerit, ut virtus Dei infirmitati conjuncta sit, aut ut ratio obscurata fuerit vecordia, aut tenebræ cum vera luce permixtæ? cum Apostolus diserte dicat [16] : *Quæ societas luci cum tenebris, aut quæ conventio Christo cum Belial?* et Salomon [17] neget fieri posse, ut cogitatione comprehendatur *via colubri super petram*, quæ Christus est juxta sententiam Pauli [18]. Homines vero et angeli, qui sunt ejus creaturæ, benedictionem acceperunt ut proficerent, in virtutis studio et in mandatis legis sese exercentes, ne in vitia dilabantur. Quamobrem Dominus noster, cum natura sit Filius Patris, ab omnibus adoratur. Hi vero deposito spiritu servitutis, ubi ex fortibus factis, et ex continuo progressu spiritum adoptionis acceperint, beneficio ejus qui natura est Filius, filii fiunt adoptivi.

A *φωτὶ πρὸς σκότος, ἢ τίς συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ;* τοῦ δὲ Σολομῶντος, ὅτι ἀδύνατον ἂν εἴη κἂν μέχρι πρὸς ἐννοίας (22) εὑρεθῆναι ὁδοὺς *ὄφεως ἐπὶ πέτρας*, ἥτις κατὰ Παῦλόν ἐστιν ὁ Χριστός. Οἱ δὲ κτίσματα αὐτοῦ τυγχάνοντες, ἄνθρωποί τε καὶ ἄγγελοι, καὶ εὐλογίας εἰλήφασι προκόπτειν, ἀρεταῖς ἀσκούμενοι καὶ νομίμοις ἐντολαῖς (23) πρὸς τὸ μὴ ἁμαρτάνειν. Διὸ δὴ ὁ Κύριος ἡμῶν φύσει τοῦ Πατρὸς Υἱὸς τυγχάνων, ὑπὸ πάντων προσκυνεῖται. Οἱ δὲ, ἀποθέμενοι τὸ πνεῦμα τῆς δουλείας, ἐξ ἀνδραγαθημάτων καὶ προκοπῆς τὸ τῆς υἱοθεσίας λαβόντες πνεῦμα, διὰ τοῦ φύσει Υἱοῦ εὐεργετούμενοι, γίγνονται αὐτοὶ θέσει υἱοί.

VIII. Ac germanam quidem et propriam ac naturalem, eximiamque ejus filiationem Paulus declaravit, ita dicens de Deo [19] : *Qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis*, non naturalibus scilicet filiis, *illum tradidit*. Nam ut illum distingueret ab iis qui non sunt proprie filii, *proprium Filium* esse eum dixit. In Evangelio vero legitur [20] : *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*. Præterea in Psalmis Servator ait [21] : *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu*. Ubi se germanum ac genuinum esse demonstrans, alios præter se genuinos non esse significat. Jam vero quidnam illud est [22] : *Ex utero ante Luciferum genui te?* An non aperte indicat naturalem paterni partus filiationem, quam non accurata morum castigatione, non exercitatione virtutum ac profectu, sed naturæ proprietate sortitus est? Quamobrem unigenitus quidem Filius Patris firmam ac stabilem possidet filiationem : rationalium vero filiorum adoptionem non natura illis competere, sed morum probitate et Dei beneficio parari, mutabilemque esse, agnoscit Scriptura. *Videntes enim filii Dei filias hominum, acceperunt sibi uxores* [23], et quæ sequuntur. Et alibi [24] : *Filios genui et exaltavi, ipsi autem spreverunt me;* Deum per Isaiam prophetam dixisse accepimus.

B VIII. Τὴν μὲν οὖν γνησίαν αὐτοῦ καὶ ἰδιότροπον, καὶ φυσικὴν, καὶ κατεξαίρετον υἱότητα ὁ Παῦλος οὕτως ἀπεφήνατο, περὶ Θεοῦ εἰπών· *Ὅς γε τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν*, δηλονότι τῶν μὴ φύσει υἱῶν, *παρέδωκεν αὐτόν*. Πρὸς γὰρ ἀντιδιαστολὴν τῶν οὐκ ἰδίων, αὐτὸν *ἴδιον Υἱὸν* ἔφησεν εἶναι. Ἐν δὲ τῷ Εὐαγγελίῳ· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα*. Ἐν Ψαλμοῖς ὁ Σωτὴρ φησιν· *Κύριος εἶπε πρὸς μὲ, Υἱός μου εἶ σύ*· γνησιότητα ἐμφανίζων, σημαίνει μὴ εἶναι αὐτοῦ γνησίους υἱοὺς ἄλλους τινὰς παρ' αὐτόν. Τί δὲ καὶ τὸ, *Ἐκ γαστρὸς πρὸ Ἑωσφόρου ἐγέννησά σε;* Οὐχὶ ἄντικρυς τῆς πατρικῆς μαιεύσεως φυσικὴν ἐνδείκνυται υἱότητα, οὐ τρόπων ἐπιμελείᾳ καὶ προκοπῆς C ἀσκήσει, ἀλλὰ φύσεως ἰδιώματι ταύτην λαχόντος; Ὅθεν καὶ ἀμετάπτωτον ἔχει τὴν υἱότητα ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Πατρός· τὴν δὲ τῶν λογικῶν υἱοθεσίαν, οὐ κατὰ φύσιν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς, ἀλλὰ τρόπων ἐπιτηδειότητι καὶ δωρεᾷ Θεοῦ, καὶ μεταπτώτην οἶδεν ὁ λόγος. *Ἰδόντες γὰρ οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας*, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ, *Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα· αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν*, διὰ Ἡσαΐου εἰρηκέναι τὸν Θεὸν ἐδιδάχθημεν.

IX. Plura cum possim dicere, fratres charissimi,

IX. Πολλὰ λέγειν ἔχων, ἀγαπητοὶ, παρέρχομαι,

[16] *II Cor.* VI, 14, 15. [17] *Prov.* XXX, 19. [18] *I Cor.* X, 4. [19] *Rom.* VIII, 32. [20] *Matth.* III, 17. [21] *Psal.* II, 7. [22] *Psal.* CIX, 3. [23] *Gen.* VI, 2. [24] *Isa.* I, 2.

(22) *Μέχρι πρὸς ἐννοίας*. In codice Allatii legitur μέχρις ἐννοίας, omissa altera præpositione. Utramque tamen vocem agnoscit Epiphanius Scholasticus, qui sic vertit : *Impossibile est vel usque ad opinionem invenire vias serpentis.*

(23) *Καὶ νομίμοις ἐντολαῖς*. In codice Leonis Allatii scriptum est καὶ νομίμους ἐντολάς. Quam scripturam in editione sua amplexus est Jacobus Sirmundus, et hunc locum ita vertit : *Qui autem ejus sunt creaturæ, homines et angeli, et benedictionem acceperunt, ut proficerent virtutem exercentes, et mandatorum leges ne peccarent.* Atque hanc lectionem, re attentius examinata, veriorem puto. Ait enim Alexander, Deum duas res tradidisse hominibus et angelis, ut in virtute progressus facere possent. Et mandata quidem legis ad hoc prosunt, ne crimina admittant quæ lege prohibita sunt. Benedictio vero ad hoc prodest, ut in virtutis exercitatione quotidie proficiant. Sed occurrit hoc loco difficultas. Angelis enim profectum attribuit, cujus D tamen minime capax videtur eorum natura. Totos enim sese applicant angeli ad id quod semel amplexi sunt; nec paulatim progrediuntur ad id quod eligunt; sed primo impetu ad summum fastigium perveniunt, ita ut nec ulterius progredi, nec retro reverti valeant. Materiæ enim expertes sunt, quæ infirmitatem et inconstantiam gignit. Dicendum tamen est, angelos ita primum creatos esse a Deo, ut essent mutabiles, et virtutis capaces ac vitii, utque proficere possent in melius, aut in deterius labi. Hanc fuisse sententiam veterum theologorum, tum ex Alexandro patet, tum ex eo quod Arius ac cæteri asserebant, Filium Dei mutabilem esse, et virtutis ac vitii capacem. Nec ullus Catholicorum eis unquam objecit, angelos non esse mutabilis naturæ. Sciebant enim id proprium esse solius Dei, qui in sacris litteris diserte ait : *Ego sum, et non mutor.* Angeli vero licet difficile mutentur, mutationi tamen obnoxii sunt.

A φορτικὸν εἶναι νομίσας, διὰ πλειόνων διδασκάλους ὁμόφρονας ὑπομιμνήσκειν. Αὐτοὶ γὰρ θεοδίδακτοί ἐστε, οὐκ ἀγνοοῦντες ὅτι ἡ ἔναγχος ἐπαναστᾶσα τῇ ἐκκλησιαστικῇ εὐσεβείᾳ διδασκαλία, Ἐβίωνός ἐστι καὶ Ἀρτεμᾶ, καὶ ζῆλος τοῦ κατὰ Ἀντιόχειαν Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, συνόδῳ καὶ κρίσει τῶν ἁπανταχοῦ ἐπισκόπων ἀποκηρυχθέντος τῆς Ἐκκλησίας· ὃν διαδεξάμενος Λουκιανὸς, ἀποσυνάγωγος ἔμεινε τριῶν ἐπισκόπων (24) πολυετεῖς χρόνους. Ὧν τῆς ἀσεβείας τὴν τρύγα ἐῤῥοφηκότες, νῦν ἡμῖν οἱ ἐξ οὐκ ὄντων ἐπεφύησαν, τὰ ἐκείνων κεκρυμμένα μοσχεύματα, Ἀρειός τε καὶ Ἀχιλλᾶς, καὶ ἡ τῶν σὺν αὐτοῖς πονηρευομένων σύνοδος. Καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως ἐν Συρίᾳ χειροτονηθέντες ἐπίσκοποι τρεῖς (25) διὰ τοῦ συναινεῖν αὐτοῖς, ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπεκκαίουσι· περὶ ὧν ἡ κρίσις ὑπανακείσθω (26) τῇ ὑμετέρᾳ δοκιμασίᾳ. Οἱ
B τὰς μὲν τοῦ σωτηρίου πάθους, ταπεινώσεώς τε καὶ κενώσεως καὶ τῆς καλουμένης αὐτοῦ πτωχείας, καὶ ὧν ἐπικτήτους ὁ Σωτὴρ δι' ἡμᾶς ἀνεδέξατο φωνὰς, διὰ μνήμης ἔχοντες, παρατίθενται ἐπὶ παραγραφῇ τῆς ἀνωτάτω καὶ ἀρχῆθεν αὐτοῦ θεότητος. Τῶν δὲ τῆς φυσικῆς αὐτοῦ δόξης τε καὶ εὐγενείας καὶ παρὰ τῷ Πατρὶ μονῆς σημαντικῶν λόγων ἐπιλήσμονες γεγόνασιν· οἷόν ἐστι τὸ, *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*. Ὅπερ φησὶν ὁ Κύριος, οὐ Πατέρα ἑαυτὸν ἀναγορεύων, οὐδὲ τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις (27) μίαν εἶναι σαφηνίζων· ἀλλ' ὅτι τὴν πατρικὴν ἐμφέρειαν ἀκριβῶς πέφυκε σώζειν ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, τὴν κατὰ πάντα ὁμοιότητα αὐτοῦ ἐκ φύσεως ἀπομαξάμενος, καὶ ἀπαράλλακτος εἰκὼν τοῦ Πατρὸς τυγχάνων, καὶ
C τοῦ πρωτοτύπου ἔκτυπος χαρακτήρ. Ὅθεν καὶ τῷ τηνικαῦτα ποθοῦντι ἰδεῖν Φιλίππῳ ἀφθόνως ὁ Κύριος ἐμφανίζει, πρὸς ὃν λέγοντα· *Δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα*, λέγει· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα*· ὥσπερ δι' ἐσόπτρου ἀκηλιδώτου καὶ ἐμψύχου θείας εἰκόνος, αὐτοῦ θεωρουμένου τοῦ Πατρός. Ὧν ὅμοιον ἐν Ψαλμοῖς οἱ ἁγιώτατοί φασιν· *Ἐν τῷ φωτί σου*

consulto prætereo, quippe qui importunum esse ducam, doctores qui nobiscum consentiunt, pluribus admonere. Ipsi enim a Deo docti estis: nec ignoratis, eam doctrinam quæ adversus ecclesiasticam pietatem nuper caput extulit, Ebionis esse et Artemæ: nec aliud esse, quam imitationem Pauli Samosateni, Antiochiæ episcopi, qui omnium ubique episcoporum concilio ac judicio ab Ecclesia remotus est. Cui succedens Lucianus, pluribus annis a communione trium episcoporum sese abjunxit. Horum impietatis fæcem cum hausissent, nuper nobis orti sunt Exucontii, occulta illorum germina, Arius scilicet et Achillas, et reliqua impiorum istis adhærentium turba. Ac nescio quo modo ordinati in Syria tres episcopi, illis consentiendo, eos ad pejora incitant. Quorum judicium vestro examini reservetur. Qui salutaris passionis et abjectionis atque exinanitionis et paupertatis quam vocant, eorum denique omnium quæ Servator nostra causa suscepit, ascititias voces memoria retinentes, eas ad supremam æternamque illius divinitatem refellendam afferunt. Eorum autem verborum quæ naturalem ejus gloriam ac nobilitatem et apud Patrem mansionem designant, prorsus immemores sunt. Cujusmodi est illud [25]: *Ego et Pater, unum sumus*. Quod quidem Dominus dicit, non quo se ipsum Patrem renuntiet, nec quo duas personas unam esse demonstret; sed quoniam Patris Filius expressam Patris similitudinem exactissime servat, quippe qui omnimodam ejus similitudinem a natura impressam habeat, sitque imago Patris nulla in re discrepans, et primitivi exemplaris expressa figura. Unde etiam Philippo tunc videre cupienti Dominus abunde commonstrat. Dicenti enim: *Ostende nobis Patrem*, respondet: *Qui vidit me, vidit et Patrem* [26]: quippe cum per purissimum et animatum speculum divinæ imaginis ipse conspiciatur. Quibus simile

[25] *Joan.* x, 30. [26] *Joan.* xiv, 8, 9.

(24) *Ἀποσυνάγωγος ἔμεινε τριῶν ἐπισκόπων.* Hujus verbi vim non intellexerunt interpretes. Quos secutus Baronius ad annum 318 scribit, Lucianum a tribus episcopis sibi continue succedentibus, Ecclesia ejectum fuisse. Atqui non hoc dicit Alexander, sed tantum ait Lucianum schisma fecisse in
D Antiochensi Ecclesia, et sub tribus episcopis continue sibi succedentibus collectas seorsum celebrasse. Id enim significat vox ἀποσυνάγωγος. Itaque Epiphanius Scholasticus non male hunc locum interpretatus est hoc modo, *cui succedens Lucianus, extra synanogas mansit trium episcoporum plurimo tempore.* Basilius in epistola prima ad Amphibolochium παρασυναγωγήν usurpat eodem sensu, ubi distinguit inter hæresim, et schisma, et παρασυναγωγήν. Παρασυναγωγάς autem ait esse illegitimos conventus, qui fiunt ab immorigeris presbyteris vel episcopis et laicis. Verbi gratia, si quis criminis convictus, et a ministerio sacro suspensus, judicio non pareat, sed ministerium suum obire velit, et populum colligat. Inter παρασυναγωγήν autem et schisma parum distat. Porro causa schismatis Luciano fuit doctrina Pauli Samosatensis quam defendebat, ut docet Alexander. Cujus gratia diu separavit se a tribus episcopis, Domno, Tymæo ac Cyrillo. Tantum vero ad unitatem Ecclesiæ reversus est, ut ex Alexandro colligitur. Neque enim eum usque ad exitum vitæ in schismate mansisse Alexander scribit, sed tantum longo tempore separatum fuisse. Cæterum hanc vocem ἀποσυνάγωγος mutuatus est Alexander ex Joannis Evangelio, cap. xvi, ubi Christus prædicit apostolis suis, quod Judæi ipsos e synagogis suis ejecturi essent, ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς.

(25) *Ἐν Συρίᾳ χειρ. ἐπίσκοποι τρεῖς.* Intelligit Eusebium Cæsareæ Palæstinæ episcopum, Theodotum Laodiceæ et Paulinum Tyri. Hos enim anathemate damnatos fuisse ab Alexandro Alexandriæ episcopo, testatur Arius in epistola ad Eusebium Nicomediensem episcopum, quæ refertur a Theodorito, *Hist. eccl.* lib. I, cap. 5.

(26) *Ὑπανακείσθω.* In codice Leonis Allatii, et in Regio J. Pini, et in editione Basiliensi legitur ἀνακείσθω. Quomodo etiam scribitur apud Nicephorum.

(27) *Τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις.* Duas naturas dicit Alexander, non simpliciter et absolute duas, sed personaliter duas, eo quod in duabus personis exsistat una natura. Quare φύσις ἐν ὑποστάσει idem est quod persona.

est id quod sancti dicunt in Psalmis : *In lumine tuo videbimus lumen* [17]. Quocirca qui honore afficit Filium, simul honore afficit Patrem ; et qui honorat Patrem, honorat etiam Filium [18] : et quidem merito. Omne enim impium verbum quod profertur in Filium, ad personam Patris pertinet.

X. Post hæc vero, fratres charissimi, cui mirum videatur id quod scripturus sum, si calumnias ab illis confictas adversus me et adversus religiosissimam plebem exposuero? Nam qui divinitatem Filii Dei oppugnare aggressi sunt, nos quoque ingrato animo conviciis appetere non verentur. Qui nec ullos ex antiquis sibi comparari volunt : nec eos quibus nos ab ineunte ætate magistris usi sumus, exæquari sibi patiuntur. Sed nec ullum ex omnibus qui hodie sunt collegæ nostri, ad mediocrem scientiam pervenisse censent : solos sapientes ac nihil possidentes, solos dogmatum inventores se esse jactantes, sibique solis ea revelata esse, quæ nemini unquam eorum qui sub cœlo sunt, in mentem venerint. O impiam arrogantiam ! o vesaniam immensam ! o inanem gloriam, atra bile percitis convenientem ! o superbia Satanæ, quæ sceleratis eorum mentibus insedit ! Non illis pudorem incussit veterum Scripturarum perspicuitas religiosa : nec collegarum nostrorum consentiens de Christo doctrina audaciam eorum adversus illum repressit. Quorum impietatem ne ipsi quidem dæmones laturi sunt, quippe qui cavent, ne quam adversus Filium Dei impiam vocem emittant.

XI. Atque hæc pro virili parte nunc a nobis disputata sint adversus eos qui in imperita materia tanquam in pulvere volutati, Christum impugnare aggressi sunt, et nostram erga illum pietatem calumniari instituerunt. Aiunt enim isti ineptarum fabularum inventores nos, qui impiam et nullo Scripturarum testimonio fultam blasphemiam ex non exstantibus aversamur, duo ingenita asserere. Duorum enim alterum necessario esse dicendum affirmant imperiti : aut illum ex non exstantibus esse, aut certe duo esse ingenita : nec intelligunt rudes atque ignari, multum interesse inter Patrem ingenitum, et res ab illo creatas ex nihilo, tam ratio-

A ὀψόμεθα φῶς. Διὸ δὴ καὶ ὁ τιμῶν τὸν Υἱὸν, τιμᾷ τὸν Πατέρα (28), καὶ εἰκότως· πᾶσα γὰρ ἀσεβὴς φωνὴ εἰς τὸν Υἱὸν λέγεσθαι τολμωμένη, εἰς τὸν Πατέρα τὴν ἀναφορὰν ἔχει.

X. Καὶ τί λοιπὸν ἔτι θαυμαστὸν ὃ μέλλω γράφειν, ἀγαπητοὶ, εἰ τὰς κατ' ἐμοῦ ψευδεῖς διαβολὰς καὶ τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν λαοῦ ἐκθήσομαι; Οἱ γὰρ κατὰ τῆς θεότητος τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ παραταξάμενοι, οὐδὲ τὰς καθ' ἡμῶν ἀχαρίστους παροινίας παραιτοῦνται λέγειν· οἵ γε οὐδὲ τῶν ἀρχαίων τινὰς συγκρίνειν ἑαυτοῖς ἀξιοῦσιν, οὐδὲ οἷς ἡμεῖς ἐκ παίδων ὡμιλήσαμεν διδασκάλοις, ἐξισοῦσθαι ἀνέχονται. Ἀλλ' οὐδὲ τῶν νῦν πανταχοῦ συλλειτουργῶν τινα εἰς μέτρον σοφίας B ἡγοῦνται· μόνοι σοφοὶ καὶ ἀκτήμονες, καὶ δογμάτων εὑρεταὶ λέγοντες εἶναι, καὶ αὐτοῖς ἀποκεκαλύφθαι μόνοις, ἅπερ οὐδενὶ τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον ἑτέρῳ πέφυκεν ἐλθεῖν εἰς ἔννοιαν. Ὢ ἀνοσίου τύφου καὶ ἀμέτρου μανίας, καὶ μελαγχολικῆς ἡρμοσμένης δόξης (29) κενῆς, καὶ σατανικοῦ φρονήματος, εἰς τὰς ἀνοσίους αὐτῶν ψυχὰς ἀποσκιρώσαντος (30)! Οὐ κατῄδεσεν αὐτοὺς ἡ τῶν ἀρχαίων Γραφῶν φιλόθεος σαφήνεια· οὐδὲ ἡ τῶν συλλειτουργῶν σύμφωνος περὶ Χριστοῦ εὐλάβεια τὴν κατ' αὐτοῦ θρασύτητα αὐτῶν ἠμαύρωσεν (31). Ὧν οὐδὲ τὰ δαιμόνια τῆς ἀνοσιουργίας ἀνέξεται, φωνὴν βλάσφημον κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ εἰπεῖν φυλαττόμενα.

C XI. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν κατὰ τὴν παροῦσαν δύναμιν ἐπαπηρείσθω, πρὸς τοὺς ἀπαιδεύτῳ ὕλῃ (32) κατὰ τοῦ Χριστοῦ κονισαμένους, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν εὐσέβειαν ἡμῶν συκοφαντεῖν προθεμένους. Φασὶ γὰρ ἡμᾶς οἱ φληνάφων ἐφευρεταὶ μύθων, ἀποστρεφομένους τὴν ἐξ οὐκ ὄντων ἀσεβῆ καὶ ἄγραφον κατὰ Χριστοῦ βλασφημίαν, ἀγέννητα διδάσκειν δύο. Δυοῖν θάτερον λέγοντες δεῖν εἶναι οἱ ἀπαίδευτοι, ἢ ἐξ οὐκ ὄντων αὐτὸν εἶναι φρονεῖν, ἢ πάντως ἀγέννητα λέγειν δύο· ἀγνοοῦντες οἱ ἀνάσκετοι, ὡς μακρὸν ἂν εἴη μεταξὺ Πατρὸς ἀγεννήτου, καὶ τῶν κτισθέντων ὑπ' αὐτοῦ ἐξ οὐκ ὄντων, λογικῶν τε καὶ ἀλόγων. Ὧν μεσιτεύουσα φύσις μονογενὴς (33), δι' ἧς τὰ ὅλα ἐξ οὐκ

[17] *Psal.* XXXV, 10. [18] *Joan.* V, 23.

(28) *Τιμᾷ τὸν Πατέρα.* Epiphanius Scholasticus quædam hic addit quæ non leguntur in Græco. Sic enim habet : *Quapropter et qui honorat Patrem, honorat et Filium, et qui honorat Filium, honorat et Patrem, et recte.* Quam lectionem confirmant sequentia. Itaque error videtur librariorum, qui hanc pericopen omiserunt decepti vocum similitudine.

(29) *Καὶ μελαγχολικῆς ἡρμοσμένης δόξης.* Lego μελαγχολικοῖς, quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus : cujus tamen factum probare non possum, in eo quod lectionem nullius scripti codicis auctoritate firmatam in textum admittere non dubitavit : quam ad latus editionis suæ rejicere, aut in adnotationibus referre potius conveniebat. Apud Nicephorum, in lib. VIII, cap. 7, legitur καὶ μελαγχολικῆς δόξης, omissa voce ἡρμοσμένης.

(30) *Ἀποσκιρώσαντος.* In manuscripto codice Henrici Savilii scriptum est ἐνσκηνώσαντος. Epi- D phanius Scholasticus legisse videtur ἀποσκιρτήσαντος. Sic enim vertit : *Sapientia Satanæ in animas eorum nequissimas vehementer insiliens.*

(31) *Ἠμαύρωσεν.* Codex Leonis Allatii habet ἡμέρωσεν. Atque ita prorsus legit Epiphanius Scholasticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit : *Non comministrorum concors reverentia de Christo, ferocitatem eorum mansuefecit.*

(32) *Ἀπαιδεύτῳ ὕλῃ.* Sic vocat dialecticas argumentationes, quibus utebatur Arius adversus Christi divinitatem. In codice tamen Allatii pro ὕλῃ legitur ὑλακῇ, id est *latratu*, quod non probo.

(33) *Ὧν μεσιτεύουσα φύσις μονογενής.* Benigne intelligendum est quod hoc loco ait Alexander, naturam unigenitam mediam esse inter Patrem ingenitum et creaturas. Ubi naturam sumit pro persona. Intelligit enim φύσιν ἐν ὑποστάσει, ut paulo ante locutus est Alexander. Mediam autem vocat

ὄντων ἐποίησεν ὁ Πατὴρ τοῦ Θεοῦ Λόγου· ἢ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὄντος Πατρὸς γεγέννηται· ὡς καὶ αὐτός που διεμαρτύρατο λέγων ὁ Κύριος, *Ὁ ἀγαπῶν τὸν Πατέρα, ἀγαπᾷ καὶ τὸν Υἱὸν τὸν γεγεννημένον ἐξ αὐτοῦ.*

XII. Περὶ ὧν ἡμεῖς οὕτως πιστεύομεν, ὡς τῇ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ δοκεῖ· Εἰς μόνον ἀγέννητον Πατέρα, οὐδένα τοῦ εἶναι αὐτῷ τὸν αἴτιον ἔχοντα, ἄτρεπτόν τε καὶ ἀναλλοίωτον, ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα, οὔτε προκοπὴν, οὔτε μείωσιν ἐπιδεχόμενον· Νόμου καὶ Προφητῶν καὶ Εὐαγγελίων δοτῆρα, πατριαρχῶν καὶ ἀποστόλων, καὶ ἁπάντων ἁγίων Κύριον. Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, γεννηθέντα οὐκ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, ἀλλ' ἐκ τοῦ ὄντος Πατρὸς, οὐ κατὰ τὰς τῶν σωμάτων ὁμοιότητας, ταῖς τομαῖς ἢ ταῖς ἐκ διαιρέσεων ἀποῤῥοίαις, ὥσπερ Σαβελλίῳ καὶ Βαλεντίνῳ δοκεῖ· ἀλλ' ἀῤῥήτως καὶ ἀνεκδιηγήτως, κατὰ τὸν εἰπόντα, ὡς ἀνωτέρω παρεθήκαμεν, *Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται;* Τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ πάσῃ τῇ γεννητῇ φύσει (34) ἀπεριεργάστου τυγχανούσης, καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ ἀπεριέργαστός ἐστι, διὰ τὸ μὴ χωρεῖν τὴν τῶν λογικῶν φύσιν, τῆς πατρικῆς θεογονίας τὴν εἴδησιν· ἅπερ οὐ παρ' ἐμοῦ δεῖ μαθεῖν ἄνδρας τῷ τῆς ἀληθείας πνεύματι κινουμένους, ὑπηχούσης ἡμᾶς καὶ τῆς φθασάσης Χριστοῦ περὶ τούτου φωνῆς καὶ διδασκούσης· *Οὐδεὶς οἶδε τίς ἐστιν ὁ Πατὴρ, εἰ μὴ ὁ Υἱός· καὶ οὐδεὶς οἶδε τίς ἐστιν ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ ὁ Πατήρ.* Ἄτρεπτον τοῦτον καὶ ἀναλλοίωτον ὡς τὸν Πατέρα, ἀπροσδεῆ, καὶ τέλειον Υἱὸν, ἐμφερῆ τῷ Πατρὶ μεμαθήκαμεν, μόνῳ τῷ ἀγεννήτῳ λειπόμενον ἐκείνου. Εἰκὼν γάρ ἐστιν ἀπηκριβωμένη, καὶ ἀπαράλλακτος τοῦ Πατρός. Πάντων γὰρ εἶναι τὴν εἰκόνα (35) πλήρη, δι' ὧν ἡ μείζων ἐμφέρεια δῆλον, ὡς αὐτὸς ἐπαίδευσεν ὁ Κύριος· *Ὁ Πατήρ μου,* λέγων, *μείζων μου ἐστί.* Καὶ κατὰ τοῦτο καὶ τὸ ἀεὶ εἶναι τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς πιστεύομεν. *Ἀπαύγασμα γάρ ἐστι τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως.* Ἀλλὰ μή τις τὸ *ἀεὶ* πρὸς ὑπόνοιαν Ἀγεννήτου λαμβανέτω, ὡς οἴονται οἱ τὰ ψυχῆς αἰσθητήρια πεπηρωμένοι. Οὔτε γὰρ τὸ *ἦν*, οὔτε τὸ *ἀεὶ*, οὔτε τὸ *πρὸ αἰώνων*, ταὐτόν ἐστι τῷ Ἀγεννήτῳ. Ἀλλ' οὐδ' ὁτιοῦν ἀνθρώπων ἔννοια ὀνοματοποιῆσαι σπουδάσει, δηλοῖ τὸ ἀγέννητον. Ὡς καὶ ὑμᾶς οὕτως ἐκδέχεσθαι πιστεύω, καὶ τεθάῤῥηκα τῇ περὶ πάντων ὑμῶν ὀρθῇ προθέσει, κατὰ μηδένα τρόπον τούτων τῶν ὀνομάτων τὸ ἀγέννητον δηλούντων. Ἔοικε γὰρ

nales quam rationis expertes. Inter quæ duo medium obtinens unigenita natura Dei Verbi per quam Pater universa condidit ex nihilo, ex ipso vero Patre progenita est. Sicut ipse Dominus quodam loco testatus est his verbis [29] : *Qui diligit Patrem, diligit etiam Filium qui ex eo genitus est.*

XII. De quibus nos ita credimus, quemadmodum apostolica sentit Ecclesia : In unum ingenitum Patrem, qui a nullo causam habet essentiæ suæ : nec conversioni obnoxium nec mutationi, qui semper eodem modo se habet, nec profectum nec diminutionem admittit : qui Legem et Prophetas et Evangelia nobis dedit : qui Dominus est patriarcharum et apostolorum sanctorumque omnium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum : non ex nihilo genitum , sed ex eo qui Pater est ; non corporum more, per incisiones aut defluxus divisionum, quemadmodum Sabellio videtur et Valentino, sed inexplicabili et inenarrabili quodam modo, juxta prophetæ verba [30] quæ supra retulimus : *Generationem ejus quis enarrabit?* Quippe cum ejus subsistentiam nulla mortalis natura pervestigare possit, sicut nec Pater ab ullo investigari potest ; propterea quod rationalis natura modum divinæ illius ex Patre generationis percipere haudquaquam valet. Verum homines qui Spiritu veritatis moventur, non opus habent ista a me discere, cum auribus nostris insonent verba jam olim a Christo hac de re prolata, nosque ita doceant : *Nemo novit Patrem nisi Filius, et nemo novit quis sit Filius nisi Pater* [31]. Hunc conversionis ac mutationis expertem perinde ac Patrem, nullius egentem, et perfectum Filium, Patrisque similem esse didicimus, hoc solo inferiorem Patre, quod ingenitus non est. Est enim imago Patris exactissima et in nullo discrepans. Quippe liquet, eum imaginem esse plene omnia continentem, quibus maxima similitudo declaratur, sicut ipse Dominus docuit, cum ait : *Pater major me est* [32]. Et secundum hoc Filium e Patre semper exsistere credimus. *Est* enim *splendor* paternæ *gloriæ, et figura substantiæ ejus* [33]. Sed nemo eam vocem *semper* ad suspicionem trahat Ingeniti, sicut existimant ii qui sensus animi obcæcatos habent. Nam nec verbum *erat*, nec *semper*, nec *ante sæcula* idem est quod Ingenitum. Sed neque aliud ullum vocabulum humana mens comminisci potest quod significet ingenitum. Atque ita vos intelligere credo, vestroque in omnibus re-

[29] *I Joan.* v, 1. [30] *Isa.* LIII, 8. [31] *Matth.* xi, 27. [32] *Joan.* xiv, 28. [33] *Hebr.* i, 3.

naturam unigenitam, non quod Unigenitus inferior sit Patre, sed quod per illum omnia facit Pater, ut ait Joannes evangelista. Unde δι' οὗ proprie tribuitur Filio, quemadmodum notat Basilius in libro *De Spiritu sancto.*

(34) *Πάσῃ τῇ γεννητῇ φύσει.* Malim scribere γενητῇ, quemadmodum legisse videtur Epiphanius. Vertit enim, *omni creatæ naturæ imperscrutabili*, etc.

(35) *Πάντων γὰρ εἶναι τὴν εἰκόνα.* In codice Saviliano et in editione Basiliensi verbum interseritur hoc modo, πάντων γὰρ εἶναι δεῖ τὴν εἰκόνα πλήρη. Atque ita legisse videtur Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit, *et omnino imaginem convenit esse plenam eorum, per quæ non desit aliquid ab æqualitate ejus cujus imago est.* Sed et Christophorsonus eamdem scripturam in libris suis repererat, nisi quod δεῖν in illis exemplaribus legebatur, melius fortasse. Refertur enim ad vocem δῆλον quæ sequitur. Quod si δεῖ legere malimus, tum scribendum erit δηλοῦται, ut legitur in codice Leonis Allatii, pro δῆλον.

cto consilio ac proposito confido, quandoquidem hæc verba nullatenus ingenitum significant. Etenim hæc verba nihil aliud videntur esse quam temporis productio : sed divinitatem, et quasi antiquitatem Unigeniti pro dignitate exprimere non possunt : a sanctis autem viris prolata sunt, dum singuli hoc mysterium pro captu suo nituntur exprimere, veniam petentes ab auditoribus, cum justa ac probabili excusatione dicendo : Huc usque pertigimus. Quod si qui sunt, qui ab ore mortali vocem aliquam exspectent præstantiorem humano sensu captuque, abolita esse, dicentes, ea quæ ipsis ex parte sunt cognita; longe profecto inferius est illorum spe atque exspectatione verbum *erat*, et *semper*, et *ante sæcula*. Et quidquid tandem prolatum fuerit, non idem est cum Ingenito. Itaque Patri quidem ingenito propriam dignitatem servare oportet, nullam eum habere exsistentiæ suæ causam profitendo : Filio vero competens honor tribuendus est, principio carentem ex Patre generationem ei assignando, cultumque ei, sicut diximus, exhibendo; ita ut tantummodo *erat*, et *semper*, et *ante sæcula*, pie ac religiose de illo prædicemus : divinitatem quidem ejus nequaquam rejicientes, sed imagini atque exemplari Patris respondentem in omnibus similitudinem ei ascribentes. Solum vero ingenitum Patris proprium esse dicamus, cum et ipse Servator dixerit [34] : *Pater major me est*. Præter hanc autem piam de Patre et Filio sententiam, unum insuper Spiritum sanctum, ut divinæ Scripturæ nos docent, confitemur; qui et sanctos homines Veteris Testamenti, et divinos doctores ejus quod Novum appellatur, innovavit. Unam præterea ac solam catholicam, apostolicam Ecclesiam : quæ semper quidem inexpugnabilis est, licet universus orbis eam oppugnet : victrix autem est omnis impiæ factionis hæreticorum, qui adversus ipsam consurgunt. Quippe Sponsus illius animos nostros confirmavit his verbis : *Confidite, ego vici mundum* [35]. Ad hæc novimus resurrectionem mortuorum; cujus primitiæ fuit Dominus noster Jesus Christus, qui carnem revera gestavit, non sola specie, sumptam ex Maria Deipara : qui in fine sæculorum, ut peccatum tolleretur, ad humanum genus advenit, crucique fixus et mortuus est : nec tamen idcirco divinitatis suæ detrimentum sensit : suscitatus ex mortuis, assumptus in cœlum, sedensque ad dexteram majestatis.

A οἱονεὶ χρόνων εἶναι *παρέκτασις* ταῦτα τὰ ὀνόματα, τὴν μέντοι κατ' ἀξίαν τοῦ Μονογενοῦς θεότητα, καὶ οἷον ἀρχαιότητα σημαίνειν μὴ δυνάμενα· τῶν δὲ ἁγίων ἀνδρῶν ὡς δύναμις ἑκάστῳ ἐμφανίσαι τὸ μυστήριον βιαζομένων, καὶ συγγνώμην αἰτούντων παρὰ τῶν ἀκροατῶν δι' εὐλόγου ἀπολογίας, (36) διὰ τοῦ λέγειν· Εἰς ἃ ἐφθάσαμεν. Εἰ δέ τι παρὰ τὸ ἀνθρώπινον, διὰ χειλέων φθέγμα μεῖζόν τι προσδοκῶσιν οἱ ἄνδρες, τὰ ἐκ μέρους αὐτοῖς γνωρισθέντα (37) καταργεῖσθαι λέγοντες, δῆλον ὅτι πολὺ τοῦ ἐλπιζομένου λείπεται τὸ *ἦν*, καὶ τὸ *ἀεὶ*, καὶ τὸ *πρὸ αἰώνων*· ὅπερ δ' ἂν ᾖ, οὐκ ἔστι ταὐτὸν τῷ Ἀγεννήτῳ. Οὐκοῦν τῷ μὲν ἀγεννήτῳ Πατρὶ, οἰκεῖον ἀξίωμα φυλακτέον, μηδένα τοῦ εἶναι αὐτῷ τὸν αἴτιον λέγοντας· τῷ δὲ Υἱῷ τὴν ἁρμόζουσαν τιμὴν ἀπονεμητέον, τὴν ἄναρχον αὐτῷ παρὰ B τοῦ Πατρὸς γέννησιν ἀνατιθέντας, καὶ ὡς ἐφθάσαμεν, αὐτῷ σέβας ἀπονέμοντες, μόνον εὐσεβῶς καὶ εὐφήμως τὸ *ἦν*, καὶ τὸ *ἀεὶ*, καὶ τὸ *πρὸ αἰώνων* λέγοντες ἐπ' αὐτοῦ· τὴν μέντοι θεότητα αὐτοῦ μὴ παραιτούμενοι, ἀλλὰ τῇ εἰκόνι καὶ τῷ χαρακτῆρι τοῦ Πατρὸς ἀπηκριβωμένην ἐμφέρειαν κατὰ πάντα ἀνατιθέντες. Τὸ δὲ ἀγέννητον τῷ Πατρὶ μόνον ἰδίωμα (38) παρεῖναι δοξάζοντες, ἅτε δὴ καὶ αὐτοῦ φάσκοντος τοῦ Σωτῆρος· *Ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστι*. Πρὸς δὲ τῇ εὐσεβεῖ ταύτῃ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ δόξῃ, καθὼς ἡμᾶς αἱ θεῖαι Γραφαὶ διδάσκουσιν, ἓν Πνεῦμα ἅγιον ὁμολογοῦμεν, τὸ καινίσαν (39) τούς τε τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης ἁγίους ἀνθρώπους, καὶ τοὺς τῆς χρηματιζούσης Καινῆς παιδευτὰς θείους. Μίαν καὶ μόνην C καθολικὴν, τὴν ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν· ἀκαθαίρετον μὲν ἀεὶ, κἂν πᾶς ὁ κόσμος αὐτῇ πολεμεῖν βουλεύηται (40)· νικηφόρον δὲ πάσης τῆς τῶν ἑτεροδόξων ἀσεβεστάτης ἐπαναστάσεως, εὐθαρσεῖς ἡμᾶς κατασκευάσαντος (41) τοῦ Οἰκοδεσπότου αὐτῆς, διὰ τοῦ βοᾷν· *Θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον*. Μετὰ τοῦτο τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν οἴδαμεν· ἧς ἀπαρχὴ γέγονεν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, σῶμα φορέσας ἀληθῶς καὶ οὐ δοκήσει, ἐκ τῆς Θεοτόκου Μαρίας, ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας ἐπιδημήσας τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, σταυρωθεὶς καὶ ἀποθανὼν, ἀλλ' οὐ διὰ ταῦτα τῆς ἑαυτοῦ θεότητος ἥττων γεγενημένος· ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, ἀναληφθεὶς ἐν οὐρανοῖς, καθήμενος ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης.
D

[34] *Joan.* XIV, 28. [35] *Joan.* XVI, 33.

(36) *Διὰ τοῦ λέγειν· Εἰς ἃ ἐφθάσαμεν.* Hic locus ita cum Christophorsono dilucidius vertendus videtur : *Eatenus de his rebus instituimus, quatenus mentis nostræ vis consequi potuit.*

(37) *Τὰ ἐκ μέρους αὐτοῖς γνωρισθέντα.* In mss. codicibus Regio, Allatiano et Saviliano, et in editione Basiliensi scriptum est γνωσθέντα. Videtur autem alludere Alexander ad locum Pauli apostoli in Epistola prima ad Corinth., *ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus*. Ita certe hunc locum exposuit Epiphanius Scholasticus.

(38) *Τῷ Πατρὶ μόνον ἰδίωμα.* In codice Leonis Allatii scriptum est μόνῳ. Sed reliqui codices vulgatam scripturam tuentur.

(39) *Τὸ καινίσαν.* In codice Leonis Allatii et in Regio J. Pini scriptum est κινῆσαν, quam scripturam licet reliqui codices refutent, haud tamen spernendam puto.

(40) *Αὐτῇ πολεμεῖν βουλεύηται.* In manuscripto codice Savilii, et in editione Basiliensi scriptum est βούληται. Sed et in codice J. Pini scriptum inveni πολεμεῖν αὐτῇ βούληται.

(41) *Εὐθαρσεῖς ἡμᾶς κατασκευάσαντος.* Magis placet scriptura, quam in codice Allatiano, et in Basiliensi editione reperi, κατασκευάζοντος. Confirmat hanc lectionem Epiphanius Scholasticus, qui sic vertit, *securos nos faciente patrefamilias ejus*, etc. In codice item regio J. Pini ita scribitur.

XIII. Ταῦτα ἐκ μέρους ἐνεχάραξα τῇ ἐπιστολῇ, τὸ A καθ' ἕκαστον ἐπ' ἀκριβείας γράφειν, φορτικὸν, ὡς ἔφην, εἶναι νομίσας, διὰ τὸ μηδὲ τὴν ἱερὰν ὑμῶν ταῦτα λεληθέναι σπουδήν. Ταῦτα διδάσκομεν, ταῦτα κηρύττομεν. Ταῦτα τῆς Ἐκκλησίας τὰ ἀποστολικὰ δόγματα, ὑπὲρ ὧν καὶ ἀποθνήσκομεν, τῶν ἐξόμνυσθαι αὐτὰ βιαζομένων ἧττον πεφροντικότες, εἰ καὶ διὰ βασάνων ἀναγκάζουσι, τὴν ἐν αὐτοῖς ἐλπίδα μὴ ἀποστρεφόμενοι. Ὧν ἐναντίοι γενόμενοι οἱ ἀμφὶ τὸν Ἄρειον καὶ Ἀχιλλᾶν καὶ οἱ τῆς ἀληθείας σὺν αὐτοῖς πολέμιοι, ἀπεώσθησαν τῆς Ἐκκλησίας, ἀλλότριοι γενόμενοι τῆς εὐσεβοῦς ἡμῶν διδασκαλίας, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον λέγοντα· *Εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω, κἂν ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εἶναι* προσποιῆται. Ἀλλὰ καὶ, *Εἴ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ, καὶ μὴ προσέρχεται τοῖς* B *ὑγιαίνουσι λόγοις τοῖς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ κατ' εὐσέβειαν διδασκαλίᾳ, τετύφωται, μηδὲν ἐπιστάμενος*, καὶ τὰ ἑξῆς. Τούτους οὖν ἀναθεματισθέντας ἀπὸ τῆς ἀδελφότητος, μηδεὶς ὑμῶν δεχέσθω, μηδὲ ἀνεχέσθω τῶν λεγομένων ἢ γραφομένων ὑπ' αὐτῶν. Πάντα γὰρ οἱ γόητες ψεύδονται, ἀλήθειαν οὐ μὴ λαλήσουσι. Περιέρχονται γὰρ τὰς πόλεις, οὐδὲν ἕτερον σπουδάζοντες, ἢ τῷ τῆς φιλίας προσχήματι καὶ τῷ τῆς εἰρήνης ὀνόματι, δι' ὑποκρίσεως καὶ κολακείας γράμματα διδόναι καὶ λαμβάνειν, πρὸς τὸ πλανᾶν διὰ τούτων τὰ ὑπ' αὐτῶν *ἠπατημένα ὀλίγα γυναικάρια, σεσωρευμένα ἁμαρτίαις*, καὶ τὰ ἑξῆς.

XIII. Hæc ex parte perscripsi in hac epistola, singula accurate persequi importunum arbitratus, ut antea dixi, eo quod religiosam vestram diligentiam non lateant. Hæc docemus, hæc prædicamus. Hæc sunt apostolica Ecclesiæ dogmata, pro quibus mortem quoque libenter oppetimus, parvi facientes eos qui nos ista negare compellunt, spemque in iis positam non abjicientes, licet isti tormentis adhibitis vim afferant. Quibus adversantes Arius et Achillas, et qui cum illis sunt hostes veritatis, Ecclesia expulsi sunt, utpote alieni a nostra pia doctrina, juxta beatum Paulum, qui ait [36]: *Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit; licet angelum de cœlo se esse* simulet. Sed et, *Si quis aliud doceat, et non acquiescat sacris sermonibus Domini nostri Jesu Christi, et ei quæ secundum pietatem est doctrinæ; is inflatur nihil sciens* [37]: et quæ sequuntur. Hos igitur ab universis fratribus anathematizatos nemo vestrum suscipiat, nec ea quæ ab illis aut dicuntur aut scribuntur admittat. Omnia enim mentiuntur præstigiatores, nec veritatem unquam loquentur. Circumeunt siquidem civitates, nihil aliud molientes, quam ut amicitiæ specie et sub nomine pacis, per simulationem et blanditias dent litteras atque accipiant; quibus *mulierculas paucas ab ipsis deceptas et peccatis onustas in errorem inducant* [38] et cætera.

XIV. Τούτους οὖν τοὺς τὰ τοσαῦτα κατὰ Χριστοῦ τολμήσαντας, τοὺς τὸν Χριστιανισμὸν τοῦτο μὲν δημοσίᾳ διασύραντας, τοῦτο δὲ ἐπὶ δικαστηρίων ἐπιδεικτιᾶν φιλοτιμουμένους, τοὺς διωγμὸν ἡμῖν ἐν εἰρήνῃ τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς ἐπεγείραντας, τοὺς τὸ ἄρρητον μυστήριον τῆς Χριστοῦ γενέσεως ἐκνευρίσαντας, C τούτους ἀποστραφέντες, ἀγαπητοὶ καὶ ὁμόψυχοι ἀδελφοὶ, σύμψηφοι γίνεσθε κατὰ τῆς μανιώδους αὐτῶν τόλμης, καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀγανακτησάντων συλλειτουργῶν ἡμῶν, καὶ ἐπιστειλάντων μοι κατ' αὐτῶν, καὶ τῷ τόμῳ συνυπογραψάντων. Ἃ καὶ διεπεμψάμην ὑμῖν διὰ τοῦ υἱοῦ μου Ἀπίωνος τοῦ διακόνου (42), τοῦτο μὲν πάσης Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος, τοῦτο δὲ Λιβύης τε καὶ Πενταπόλεως, καὶ Συρίας, καὶ ἔτι Λυκίας καὶ Παμφυλίας, Ἀσίας, Καππαδοκίας, καὶ τῶν ἄλλων περιχώρων. Ὧν καθ' ὁμοιότητα, καὶ παρ' ὑμῶν δέξασθαι πέποιθα. Πολλῶν γάρ μοι βοηθημάτων πρὸς τοὺς βλαβέντας πεπορισμένων, καὶ τοῦτο D εὕρεται λυσιφάρμακον τοῦ ὑπ' αὐτῶν ἀπατηθέντος λαοῦ, πειθομένων καὶ ταῖς (43) τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν συγκαταθέσεσιν, εἰς μετάνοιαν διὰ τούτου ἔρχεσθαι σπουδαζόντων. Ἀσπάσασθε ἀλλήλους σὺν τῇ παρ' ὑμῶν ἀδελφότητι (44). Ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς ἐν Κυ-

XIV. Hos ergo qui tot ac tanta ausi sunt contra Christum; qui Christianam religionem partim irriserunt publice, partim in judiciis traducere ac denotare student: qui pacis tempore persecutionem adversus nos, quantum in ipsis est, excitarunt; qui ineffabile mysterium generationis Christi enervarunt: hos, inquam, aversantes, charissimi atque unanimes fratres, suffragamini nobis adversus furiosam illorum audaciam, perinde ac collegæ nostri, qui indignati sunt, et nobis epistolas scripserunt adversus illos, et tomo nostro subscripserunt. Quæ etiam ad vos misi per filium meum Apionem diaconum, partim ex universa Ægypto ac Thebaide, partim ex Libya ac Pentapoli: item ex Syria, Lycia, Pamphylia, Asia, Cappadocia aliisque finitimis provinciis. Quorum exemplo a vobis quoque litteras me accepturum esse confido. Nam cum multa a me præsidia comparata sint ad sanandos eos qui læsi sunt, tum illud præcipue remedium excogitatum est ad curandam multitudinem quæ ab illis decepta est, ut collegarum nostrorum consensui obtemperent, et per hoc ad pœnitentiam redire festinent. Salutare vos invicem una cum fratribus, qui

[36] *Galat.* I, 8, 9. [37] *I Tim.* VI, 3, 4. [38] *II Tim.* III, 4.

(42) *Ἀπίωνος τοῦ διακόνου*. In cod. Leonis Allatii, et apud Nicephorum legitur τοῦ ἀρχιδιακόνου. Atque ita etiam legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet. Codex Regius J. Pini legit τοῦδε τοῦ διακόνου Ἀπίωνος.

(43) *Πειθομένων καὶ ταῖς*. Particula καί alieno loco posita est, et in suum locum sic restituenda, πειθομένων ταῖς τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν συγκαταθέσεσι, καὶ εἰς, etc.

(44) *Σὺν τῇ παρ' ὑμῶν ἀδελφότητι*. Apud Nicephorum legitur παρ' ἡμῶν, quod rectius mihi videtur.

vobiscum sunt. Opto vos in Domino valere, dilectissimi, meque ex vestra in Christum pietate fructum percipere.

A ρίῳ εὔχομαι, ἀγαπητοί. Ὀναίμην ὑμῶν τῆς φιλοχρίστου ψυχῆς.

—

II.

Ex Opp. S. Athanasii tom. I, part. I, *pagg.* 397 *seqq., edit. BB., Paris.* 1698.

EXEMPLAR.

Charissimis honoratissimisque ubique Ecclesiæ catholicæ comministris, Alexander in Domino salutem.

1. Cum unum sit Ecclesiæ catholicæ corpus, in divinisque Scripturis jussum sit [a], ut concordiæ pacisque vinculum servetur; consentaneum est ut quæ a singulis geruntur invicem significemus: ut scilicet si membrum quodpiam vel patiatur vel lætetur, mutuo omnes una patiamur vel una lætemur. In nostra itaque parœcia haud ita pridem exorti sunt viri improbi, Christique adversarii, docentes defectionem, quam jure merito quis Antichristi prodromum suspicetur et vocet. Equidem volebam rem silentio tegere, ut in solis hæreseos præfectis malum absumeretur, ne in cætera loca pervadens, simpliciorum quorumdam aures contaminaret. At cum Eusebius jam Nicomediæ episcopus, ratus penes se sita esse ecclesiastica omnia, quia scilicet, postquam relicta Beryto, ambitione motus Nicomediensium invasit episcopatum, nulla hujusce ausus habita est ultio; cum ille, inquam, apostatarum istorum patrocinium susceperit, litterasque pro iis commendatitias ubique scribere aggressus sit, ut quosdam rei ignaros in hanc turpissimam Christique oppugnatricem pertrahat hæresim; necesse mihi fuit haud ignoranti quid in lege scriptum sit, non ultra rem silentio premere, sed vobis omnibus significare, ut cognoscatis tum eos qui apostatæ effecti sunt, tum inauspicata eorum hæresis verba: et si scripserit Eusebius, ne animum adhibeatis. Ille quippe cum veterem animi malitiam, quam aliquandiu occultarat, nunc eorum opera renovare studeat; sese simulat eorum gratia scribere: opere tamen comprobat, se id suapte causa agere.

ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ.

Τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ τιμιωτάτοις συλλειτουργοῖς ἁπανταχοῦ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, Ἀλέξανδρος ἐν Κυρίῳ χαίρειν (45).

1. Ἑνὸς σώματος ὄντος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, ἐντολῆς τε οὔσης ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς, τηρεῖν τὸν σύνδεσμον τῆς ὁμονοίας καὶ εἰρήνης, ἀκόλουθόν ἐστι B γράφειν ἡμᾶς καὶ σημαίνειν ἀλλήλοις τὰ παρ' ἑκάστου (46) γινόμενα· ἵνα εἴτε πάσχῃ, εἴτε χαίρῃ ἓν μέλος, ἢ συμπάσχωμεν, ἢ συγχαίρωμεν ἀλλήλοις. Ἐν τῇ ἡμετέρᾳ τοίνυν παροικίᾳ ἐξῆλθον νῦν ἄνδρες παράνομοι καὶ Χριστομάχοι διδάσκοντες ἀποστασίαν, ἣν εἰκότως ἄν τις πρόδρομον τοῦ Ἀντιχρίστου ὑπονοήσειεν (47) καὶ καλέσειεν. Καὶ ἐβουλόμην μὲν σιωπῇ παραδοῦναι τὸ τοιοῦτον, ἵν' ἴσως ἐν τοῖς (48) προστάταις μόνοις ἀναλωθῇ τὸ κακὸν, καὶ μὴ εἰς ἑτέρους τόπους διαβὰν τὸ τοιοῦτον, ῥυπώσῃ τινῶν ἀκεραίων τὰς ἀκοάς. Ἐπειδὴ δὲ Εὐσέβιος ὁ νῦν ἐν τῇ Νικομηδείᾳ, νομίσας ἐπ' αὐτῷ κεῖσθαι τὰ τῆς Ἐκκλησίας, ὅτι καταλείψας τὴν Βηρυτὸν, καὶ ἐποφθαλμήσας (49) τῇ Ἐκκλησίᾳ Νικομηδέων, καὶ οὐκ ἐκδεδίκηται κατ' αὐτοῦ (50), προΐσταται καὶ τούτων τῶν ἀποστατῶν, C καὶ γράφειν ἐπεχείρησε πανταχοῦ συνιστῶν αὐτοὺς, εἴ πως ὑποσύρῃ (51) τινὰς ἀγνοοῦντας, εἰς τὴν αἰσχίστην ταύτην καὶ Χριστομάχον αἵρεσιν· ἀνάγκην ἔσχον εἰδὼς τὸ ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένον, μηκέτι μὲν σιωπῆσαι, ἀναγγεῖλαι δὲ πᾶσιν ὑμῖν, ἵνα γινώσκητε τούς τε ἀποστάτας γενομένους, καὶ τὰ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν δύστηνα ῥήματα (52)· καὶ ἐὰν γράφῃ Εὐσέβιος, μὴ προσέχητε. Παλαιὰν γὰρ αὐτοῦ κακόνοιαν τὴν χρόνῳ σιωπηθεῖσαν, νῦν διὰ τούτων ἀνανεῶσαι βουλόμενος, σχηματίζεται μὲν ὡς ὑπὲρ τούτων γράφειν (53)· ἔργῳ δὲ δείκνυσιν, ὅτι ὑπὲρ ἑαυτοῦ σπουδάζων τοῦτο ποιεῖ.

[a] *Ephes.* IV, 3.

(45) Titulus apud Socratem, lib. I, cap. 6, *Ἐπιστολὴ Ἀλεξάνδρου Ἀλεξανδρείας· Τοῖς ἀγαπητοῖς*, etc. Apud Gelasium, lib. II, cap. 3, *Καθαιρετικὸν Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ διαπεμφθὲν παρὰ Ἀλεξάνδρου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας τοῖς ἁπανταχοῦ ἐπισκόποις. Τοῖς ἀγαπητοῖς*, etc. Epiphanius Scholasticus, *Historiæ Tripartitæ* lib. I, cap. 13, hanc habet epistolam. MONTFAUC. *et deinceps.*

(46) Socrat. et Gelas., παρ' ἑκάστοις. Epiphan. Schol., *apud singulos.* Mox iidem πάσχει.... χαίρει.

(47) Sic Reg., Gelas. et codex Leonis Allatii in notis ad Socratem a Valesio laudatus. Socr., νομίσειε καὶ καλ.

(48) Sic Reg. et Socr. At Gelas, ὅπως ἐν τοῖς. Ibid. Socrat. et Gelas., ἀποστάταις μόνοις. Epiphan. Schol., *apostatas.* Utra lectio sit germana, dubium.

D (49) Ita Reg. probe Gelas. et Socr., ἐποφθαλμίσας.

(50) Gelas., οὐκ ἐκδεδίκηται τὰ κατ' αὐτόν. In codice Leonis Allatii, οὐκ ἐκδεδίκηται τὰ κατ' αὐτοῦ. Reg. et Socr. bene habent οὐκ ἐκδεδίκηται κατ' αὐτοῦ. Epiph. Scholast. lectionem Regii asserit: *Non est in eo ultio subsecuta.*

(51) Reg., ἴσως ὑποσύρῃ. Gelas., ὅπως ὑποσύρῃ. Socr., εἴ πως ὑποσύρῃ, recte; cui accinit Epiph. Schol., *Si quo modo trahat.* Mox Socrat. et Gelas., εἰς τὴν ἐσχάτην. Reg., melius, εἰς τὴν αἰσχίστην. Epiph. Schol., *ad hanc pessimam.*

(52) Socrat., ῥημάτια.

(53) Sic Reg. et Gelas. et ita legit Epiphan. Schol., at Socrat., γράφων. Mox idem, ὡς ὅτι.

II. Οἱ μὲν οὖν ἀποστάται γενόμενοι, εἰσὶν Ἄρειος, καὶ Ἀχιλλεὺς (54), καὶ Ἀειθάλης, καὶ Καρπώνης, καὶ ἕτερος Ἄρειος, καὶ Σαρμάτης, οἵ ποτε πρεσβύτεροι (55)· καὶ Εὐζώϊος, καὶ Λούκιος, καὶ Ἰούλιος (56), καὶ Μηνᾶς, καὶ Ἑλλάδιος, καὶ Γάϊος, οἵ ποτε διάκονοι· καὶ σὺν αὐτοῖς Σεκοῦνδος καὶ Θεωνᾶς, οἵ ποτε λεχθέντες ἐπίσκοποι. Ποῖα δὲ παρὰ τὰς Γραφὰς (57) ἐφευρόντες λαλοῦσιν, ἔστι ταῦτα.

III. Οὐκ ἀεὶ ὁ Θεὸς Πατὴρ ἦν, ἀλλ' ἦν ὅτε ὁ Θεὸς Πατὴρ οὐκ ἦν· οὐκ ἀεὶ ἦν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀλλ' ἐξ οὐκ ὄντων γέγονεν· ὁ γὰρ ὢν Θεὸς τὸν μὴ ὄντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος πεποίηκε· διὸ καὶ ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν. Κτίσμα γάρ ἐστι καὶ ποίημα ὁ Υἱὸς, οὔτε δὲ ὅμοιος κατ' οὐσίαν τῷ Πατρί ἐστιν· οὔτε ἀληθινὸς, καὶ φύσει τοῦ Πατρὸς Λόγος ἐστίν· οὔτε ἀληθινὴ Σοφία αὐτοῦ ἐστιν· ἀλλ' εἷς μὲν τῶν ποιημάτων καὶ γενητῶν ἐστι· καταχρηστικῶς δὲ λέγεται Λόγος καὶ Σοφία, γενόμενος καὶ αὐτὸς (58) τῷ ἰδίῳ τοῦ Θεοῦ Λόγῳ, καὶ τῇ ἐν τῷ Θεῷ Σοφίᾳ, ἐν ᾗ καὶ τὰ πάντα καὶ αὐτὸν πεποίηκεν ὁ Θεός· διὸ καὶ τρεπτός ἐστι καὶ ἀλλοιωτὸς τὴν φύσιν, ὡς καὶ πάντα τὰ λογικά· ξένος τε καὶ ἀλλότριος καὶ ἀπεσχοινισμένος ἐστὶν ὁ Λόγος τῆς τοῦ Θεοῦ οὐσίας· καὶ ἄῤῥητός (59) ἐστιν ὁ Πατὴρ τῷ Υἱῷ· οὔτε γὰρ τελείως καὶ ἀκριβῶς γινώσκει ὁ Λόγος τὸν Πατέρα, οὔτε τελείως (60) ὁρᾷν αὐτὸν δύναται. Καὶ γὰρ καὶ ἑαυτοῦ τὴν οὐσίαν οὐκ οἶδεν ὁ Υἱὸς ὡς ἔστι· δι' ἡμᾶς γὰρ πεποίηται, ἵνα ἡμᾶς δι' αὐτοῦ ὡς δι' ὀργάνου κτίσῃ ὁ Θεός. Καὶ οὐκ ἂν ὑπέστη, εἰ μὴ ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἠθέλησε ποιῆσαι. Ἠρώτησε γοῦν τις αὐτοὺς, εἰ δύναται ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος τραπῆναι ὡς ὁ διάβολος ἐτράπη· καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν εἰπεῖν ὅτι δύναται (61)· τρεπτῆς γὰρ φύσεώς ἐστι γενητὸς καὶ κτιστὸς ὑπάρχων.

IV. Ταῦτα λέγοντας τοὺς περὶ Ἄρειον, καὶ ἐπὶ τούτοις ἀναισχυντοῦντας, αὐτούς τε καὶ τοὺς συνακολουθήσαντας αὐτοῖς, ἡμεῖς μὲν μετὰ τῶν κατ' Αἴγυπτον καὶ τὰς Λιβύας ἐπισκόπων ἐγγὺς ἑκατὸν ὄντων, συνελθόντες ἀνεθεματίσαμεν. Οἱ δὲ περὶ Εὐσέβιον προσεδέξαντο, σπουδάζοντες ἐγκαταμίξαι (62) τὸ ψεῦδος τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τῇ εὐσεβείᾳ τὴν ἀσέβειαν· ἀλλ' οὐκ ἰσχύουσι· νικᾷ γὰρ ἡ ἀλήθεια, καὶ *οὐδεμία* ἐστὶ *κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, οὐδὲ συμφώνησις Χριστοῦ πρὸς Βελίαρ*. Τίς γὰρ ἤκουσε πώποτε τοιαῦτα; ἢ τίς νῦν ἀκούων οὐ ξενίζεται, καὶ τὰς

A II. Ecclesiæ autem desertores hi sunt : Arius, Achilles, Aithales, Carpones, Arius alter, Sarmates, olim presbyteri : Euzoius, Lucius, Julius, Menas, Helladius et Gaius, olim diaconi : ac cum ipsis Secundus et Theonas, olim episcopi nuncupati. Verba autem ab illis adinventa ac præter Scripturarum mentem prolata, hæc sunt.

III. Non semper Deus Pater fuit ; sed fuit quando Deus Pater non erat. Non semper erat Dei Verbum, sed ex non exstantibus factum est : Deus enim qui est, non existentem ex non exsistente condidit : quare erat aliquando cum non esset. Res quippe creata, resque facta est Filius : neque similis est Patri secundum substantiam : neque
B verum et naturale Verbum est Patris : neque vera ejus Sapientia ; sed una ex rebus factis conditisque : abusive autem Verbum dicitur et Sapientia, cum factus ipse sit per proprium Dei Verbum, et per eam quæ in Deo est, Sapientiam, in qua cum cætera omnia, tum eum ipsum fecit Deus. Quapropter natura sua mutari atque verti potest, perinde atque omnia rationabilia. Extraneum autem, alienum atque semotum Verbum est a Dei substantia. Inenarrabilis etiam est Pater Filio : nam neque perfecte, neque accurate Patrem novit Verbum, neque perfecte illum videre potest. Etenim ne suam quidem substantiam novit Filius, sicuti illa est. Propter nos quippe factus est, ut nos illo quasi in-
C strumento crearet Deus : neque exstitisset, nisi nos Deus condere voluisset. Sciscitante quodam, num perinde mutari posset Dei Verbum atque diabolus mutatus est ; non veriti sunt illi respondere, Sane potest : nam, utpote factus et creatus, mutabilis est naturæ.

IV. Hæc Arianos loquentes, hæc impudentissime affirmantes, nos cum episcopis Ægypti et Libyarum prope centum, in unum coacti, illos cum sectatoribus suis anathemate percussimus. At Eusebius et socii admiserunt illos, operamque navarunt, ut veritati mendacium, pietati impietatem admisceant. Sed nequaquam id efficere valebunt : vincit quippe veritas, nullaque *societas luci ad tenebras*, nulla *consonantia Christi ad Belial* [60]. Quis enim
D unquam talia audivit ? quis jam audiens non obstupescat, auresque non obstruat, ut ne ejusmodi

[60] *II Cor.* VI, 14.

(54) Sic Reg. Socrat., Ἄρειος, Ἀχιλλᾶς. Gelas., Ἄρειος, καὶ Ἀχιλλεὺς, καὶ Θαλῆς.

(55) *Οἵ ποτε πρεσβύτεροι.* Hæc notatu dignissima verba desunt apud Socrat. et Gelas., et apud Epiphanium Scholasticum, qui omnia miscuit.

(56) Socrat., Ἰουλιανός. Mox illud, οἵ ποτε διάκονοι, desunt apud Socrat. et Gelas.

(57) Sic Socr. et Gelas. At Reg., minus recte, παρὰ ταῖς Γραφαῖς. Post ἔστι ταῦτα, Gelas. habet δόγμα Ἀρείου : quæ verba cum ad modum tituli, vel ad marginem scripta fuissent, demum in contextum translata sunt : quorum loco Florentinus codex a Valesio laudatus habet, πῶς φρονοῦσιν Ἀρειανοί.

(58) Socrat., καὶ αὐτὸς δέ. Codex Leonis Allatii, καὶ αὐτὸς δὲ ὢν ἐν τῷ ἰδίῳ τοῦ Θεοῦ Λόγῳ, καὶ ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ Σοφίᾳ. Juxta quem Epiphan. Scholast. sic, *Et ipse et exsistens in proprio Dei Verbo et in Dei Sapientia.*

(59) Codex Leonis Allat., ἀόρατος. Epiphan. Schol., *invisibilis.*

(60) *Τελείως* deest apud Gelas. Mox idem καὶ γὰρ αὐτοῦ τήν.

(61) Socrat., ναὶ δύναται. Gelas., ὅτι ναὶ δύναται. Ibid. codex Leonis Allat., οἷα τρεπτῆς ὢν φύσεως καὶ γεννητός. Cui consonat Epiphan. Scholast., *tanquam natura convertibilis exsistens, factus aiunt et convertibilis est.* Ubi Socrat., καὶ τρεπτὸς ὑπάρχων. Sed longe præstat Regii cod. et Gelasii lectio, quam sequimur.

(62) Socrat., συγκαταμίξαι.

verborum sordes aures suas contaminent? Quis hæc Joannis audiens : *In principio erat Verbum*[41], homines non condemnet, qui aiunt : Fuit aliquando cum non esset? Quis si hæc Evangelii verba audiat : *Unigenitus Filius;* et : *Per ipsum facta sunt omnia*[42], illos non aversetur hæc loquentes : Una ille est ex rebus factis? Nam qui potest una ex rebus a se factis esse, aut qui unigenitus erit, qui, ut aiunt illi, omnibus annumeratur, si quidem et ille res est facta atque creata? Quomodo ex non exstantibus factus ille fuerit, cum Pater dicat, *Eructavit cor meum Verbum bonum*[43]; et, *Ex utero ante Luciferum genui te*[44]? Aut quomodo absimilis substantiæ Patris fuerit, qui est imago perfecta splendorque Patris, quique ait : *Qui vidit me, vidit et Patrem*[45]? Quo pacto si Verbum seu Ratio et Sapientia Dei Filius est, fuit tempus cum non esset? Perinde est enim ac si dicerent : Deum aliquando Ratione et Sapientia caruisse. Qui item verti mutarive potest, qui ait per se quidem ipse : *Ego in Patre, et Pater in me*[46]; et, *Ego et Pater unum sumus*[47] : per prophetam vero : *Videte me, quia ego sum, et non mutor*[48]? Nam etiamsi ad Patrem dictum illud referri queat, aptius tamen de Filio jam dicitur, quia cum factus homo sit, nequaquam mutatus est; sed, ut ait Apostolus[49] : *Jesus Christus heri et hodie, ipse et in sæcula.* Quis induxit illos ut dicerent, propter nos illum factum esse, licet Paulus dicat[50] : *Propter quem omnia, et per quem omnia?*

V. Quod spectat autem illam eorum blasphemiam qua aiunt, Filium non nosse perfecte Patrem; nequaquam mirandum : cum enim in animum induxerint Christo bellum inferre, oppugnant item hæc illius verba : *Sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem*[51]. Proinde si ex parte tantum Filium novit Pater, constat Filium non perfecte cognoscere Patrem. Quod si nefas sit ita loqui, et si Pater perfecte novit Filium; planum est sicut Pater Verbum novit suum, perinde Verbum, suum nosse Patrem, cujus ipsum Verbum est.

VI. Hæc dicendo, atque divinas Scripturas explanando, sæpenumero illos convicimus. Verum illi, quasi chamæleontes, mutata subinde sententia, dictum illud sibi vindicare nituntur : *Impius cum in profundum venerit, contemnit*[52]. Multæ sane ante illos exstitere hæreses, quæ, plus quam par erat, ausæ, in dementiam collapsæ sunt. At hi qui voculis suis omnibus id moliuntur, ut Verbi divinitatem tollant, id effecere, ut quodammodo justæ viderentur illæ, cum propius ipsi ad Antichristum

A ἀκοὰς βύει, ὑπὲρ τοῦ μὴ τὸν ῥύπον τούτων τῶν ῥημάτων ψαῦσαι τῆς ἀκοῆς; Τίς ἀκούων Ἰωάννου λέγοντος, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος*, οὐ καταγινώσκει τούτων λεγόντων, Ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν; Ἢ τίς ἀκούων ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, *Μονογενὴς Υἱὸς*, καὶ, *Δι' αὐτοῦ ἐγένετο πάντα*, οὐ μισήσει τούτους φθεγγομένους ὅτι, Εἷς ἐστιν τῶν ποιημάτων (63); Πῶς γὰρ δύναται εἷς εἶναι τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων, ἢ πῶς μονογενὴς ὁ τοῖς πᾶσι κατ' ἐκείνους συναριθμούμενος, εἴπερ καὶ αὐτὸς κτίσμα ἐστὶ καὶ ποίημα (64); Πῶς δὲ ἐξ οὐκ ὄντων ἂν εἴη, τοῦ Πατρὸς λέγοντος· *Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου Λόγον ἀγαθόν*· καί· *Ἐκ γαστρὸς πρὸ Ἑωσφόρου ἐγέννησά σε;* Ἢ πῶς ἀνόμοιος τῇ οὐσίᾳ τοῦ Πατρὸς, ὁ ὢν εἰκὼν τελεία καὶ ἀπαύγασμα τοῦ Πατρὸς, καὶ λέγων· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε* B *τὸν Πατέρα;* Πῶς δὲ εἰ Λόγος καὶ Σοφία ἐστὶ τοῦ Θεοῦ ὁ Υἱὸς, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν; Ἴσον γάρ ἐστιν αὐτοὺς λέγειν ἄλογον καὶ ἄσοφόν ποτε τὸν Θεόν· πῶς δὲ τρεπτὸς καὶ ἀλλοιωτὸς ὁ λέγων, δι' ἑαυτοῦ μὲν, *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί*· καί· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*· διὰ δὲ τοῦ προφήτου· *Ἴδετέ με, ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι;* Εἰ γὰρ καὶ ἐπ' αὐτόν τις τὸν Πατέρα δύναται τὸ ῥητὸν ἀναφέρειν· ἀλλὰ ἁρμοδιώτερον ἂν εἴη περὶ τοῦ Λόγου νῦν λεγόμενον, ὅτι καὶ γενόμενος ἄνθρωπος οὐκ ἠλλοίωται· ἀλλ' ὡς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος *Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας*· τίς δὲ (65) ἄρα εἰπεῖν αὐτοὺς ἔπεισεν, ὅτι δι' ἡμᾶς γέγονε, καίτοι τοῦ Παύλου γράφοντος· *Δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα;*

C V. Περὶ γὰρ τοῦ βλασφημεῖν, ὅτι οὐκ οἶδεν τελείως ὁ Υἱὸς τὸν Πατέρα, οὐ δεῖ θαυμάζειν· ἅπαξ γὰρ προθέμενοι χριστομαχεῖν, παρακρούονται καὶ τὰς φωνὰς αὐτοῦ λέγοντος· *Καθὼς γινώσκει με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν Πατέρα.* Εἰ μὲν οὖν ἐκ μέρους ὁ Πατὴρ γινώσκει τὸν Υἱὸν, δῆλον ὅτι καὶ ὁ Υἱὸς μὴ τελείως γινωσκέτω (66) τὸν Πατέρα. Εἰ δὲ τοῦτο λέγειν οὐ θέμις, οἶδε δὲ τελείως ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν, δῆλον ὅτι καθὼς γινώσκει ὁ Πατὴρ τὸν ἑαυτοῦ Λόγον, οὕτως καὶ ὁ Λόγος γινώσκει τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, οὗ καί ἐστι Λόγος.

VI. Ταῦτα λέγοντες καὶ ἀναπτύσσοντες τὰς θείας Γραφὰς πολλάκις ἐνετρέψαμεν αὐτούς. Καὶ πάλιν ὡς χαμαιλέοντες μετεβάλοντο, φιλονεικοῦντες ἑαυτοὺς ἐφελκύσαι τὸ γεγραμμένον· *Ὅτ' ἂν ἔλθῃ ἀσεβὴς* D *εἰς βάθος κακῶν, καταφρονεῖ.* Πολλαὶ γοῦν αἱρέσεις πρὸ αὐτῶν γεγόνασιν, αἵτινες πλέον τοῦ δέοντος τολμήσασαι, πεπτώκασιν εἰς ἀφροσύνην. Οὗτοι δὲ διὰ πάντων ἑαυτῶν τῶν ῥηματίων ἐπιχειρήσαντες εἰς ἀναίρησιν (67) τῆς τοῦ Λόγου θεότητος, ἐδικαίωσαν ἐξ ἑαυτῶν ἐκείνας ὡς ἐγγύτεροι τοῦ Ἀντιχρίστου γε-

[41] *Joan.* I, 1. [42] *Joan.* I, 18, 3. [43] *Psal.* XLIV, 1. [44] *Psal.* CIX, 3; *Hebr.* I, 3. [45] *Joan.* XIV, 9. [46] *ibid.* 10. [47] *Joan.* X, 30. [48] *Malach.* III, 6. [49] *Hebr.* XIII, 8. [50] *Hebr.* II, 10. [51] *Joan.* X, 15. [52] *Prov.* XVIII, 3.

(63) Socrat. post ποιημάτων habet ὁ Υἱός. Idem ibid., πῶς δὲ δύναται ἴσος εἶναι, minus recte.
(64) Hæc, εἴπερ καὶ αὐτὸς κτίσμα ἐστὶ καὶ ποίημα, desunt in Socrat., Gelas. et Epiphan. Schol., sed in Reg. leguntur.

(65) Socr. et Gelas., τί δέ. Epiph. Schol., *quæ causa putas*, etc.
(66) Socrat. et Gelas., γινώσκει.
(67) Socr., αὐτῶν τῶν ῥημάτων ἐπιχειρήσαντες ταῖς ἀναιρέσεσι.

όμενοι. Διὸ καὶ ἀπεκηρύχθησαν καὶ ἀνεθεματίσθησαν A ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας. Λυπούμεθα μὲν οὖν ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τούτων· καὶ μάλιστα ὅτι μαθόντες ποτὲ καὶ αὐτοὶ τὰ τῆς Ἐκκλησίας, νῦν ἀπεπήδησαν· οὐ ξενιζόμεθα δέ· τοῦτο γὰρ καὶ Ὑμεναῖος καὶ Φιλητὸς πεπόνθασι, καὶ πρὸ αὐτῶν Ἰούδας ὁ ἀκολουθήσας τῷ Σωτῆρι, ὕστερον γὰρ προδότης καὶ ἀποστάτης γέγονε. Καὶ περὶ τούτων δὲ αὐτῶν, οὐκ ἀδίδακτοι μεμνήκαμεν· ἀλλ' ὁ μὲν Κύριος προείρηκε· *Βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ· πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου λέγοντες, ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ ὁ καιρὸς ἤγγικε, καὶ πολλοὺς πλανήσουσι· μὴ πορευθῆτε ὀπίσω αὐτῶν.* Ὁ δὲ Παῦλος μαθὼν ταῦτα παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἔγραψεν· *Ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς* (68), *ἀποστήσονταί τινες τῆς ὑγιαινούσης πίστεως, προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις, καὶ διδασκαλίοις* B *δαιμονίων ἀποστρεφομένων τὴν ἀλήθειαν.*

VII. Τοῦ τοίνυν Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, διά τε ἑαυτοῦ παραγγείλαντος, καὶ διὰ τοῦ Ἀποστόλου σημαίνοντος περὶ τῶν τοιούτων, ἀκολούθως ἡμεῖς αὐτήκοοι τῆς ἀσεβείας αὐτῶν γενόμενοι, ἀνεθεματίσαμεν, καθὰ προείπομεν, τοὺς τοιούτους, ἀποδείξαντές τε αὐτοὺς ἀλλοτρίους τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας τε καὶ πίστεως· ἐδηλώσαμεν καὶ τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ, ἀγαπητοὶ καὶ τιμιώτατοι συλλειτουργοί, ἵνα μήτε τινὰς ἐξ αὐτῶν εἰ προπετεύσαιντο πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν, προσδέξησθε, μήτε Εὐσεβίῳ ἢ ἑτέρῳ τινὶ γράφοντι περὶ αὐτῶν πεισθῆτε. Πρέπει γὰρ ἡμᾶς (69) Χριστιανοὺς ὄντας, πάντας τοὺς κατὰ Χριστοῦ λέγοντάς τε καὶ φρονοῦντας, ὡς C θεομάχους καὶ φθορέας τῶν ψυχῶν ἀποστρέφεσθαι, καὶ μηδὲ κἂν Χαίρειν τοῖς τοιούτοις λέγειν· ἵνα μή ποτε καὶ ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν κοινωνοὶ γενώμεθα, ὡς παρήγγειλεν ὁ μακάριος Ἰωάννης. Προσείπατε τοὺς παρ' ὑμῖν ἀδελφούς· ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ προσαγορεύουσιν.

Ἀλεξανδρείας πρεσβύτεροι (70).

Κόλλουθος πρεσβύτερος σύμψηφός εἰμι τοῖς γεγραμμένοις, καὶ τῇ καθαιρέσει Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἀσεβησάντων.
Ἀλέξανδρος πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Διόσκορος πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Διονύσιος πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Εὐσέβιος πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Ἀλέξανδρος πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Νειλαρᾶς (71) πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Ἀρποκρατίων πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Ἀγαθὸς πρεσβύτερος.
Νεμέσιος πρεσβύτερος.
Λόγγος πρεσβύτερος.
Σιλβανὸς πρεσβύτερος.
Περώῦς (72) πρεσβύτερος.

accedant. Quamobrem proscripti et anathemate percussi sunt ab Ecclesia. Et quidem, tametsi de illorum exitio dolemus, cum præsertim illi, postquam Ecclesiæ doctrinam didicissent, ab illa jam desciverint; nequaquam tamen magnopere miramur : id ipsum enim Hymenæo contigit et Phileto [83], et ante illos Judæ, qui cum Salvatorem secutus esset, postea proditor fuit atque desertor. Porro de his ipsis, nequaquam nobis prævia monita defuere; sic enim præfatus Dominus est : *Videte ne quis vos seducat; multi enim venient in nomine meo, dicentes, quia ego sum : et tempus appropinquavit, et multos seducent : nolite ergo ire post eos* [84]. Paulus autem hæc a Salvatore edoctus, scripsit : *Quia in novissimis temporibus discedent quidam a sana fide, attendentes spiritibus erroris, et doctrinis dæmoniorum veritatem aversantium* [85].

VII. Cum itaque Dominus et Salvator noster Jesus Christus per se ipse ita præceperit, et per Apostolum res nobis hujusmodi significaverit; jure nos, qui impietatem illorum ipsi coram audivimus, homines, uti supra dictum est, anathemate damnavimus, ipsosque a catholica Ecclesia et fide alienos declaravimus : remque, charissimi atque honoratissimi comministri, vestræ religioni indicavimus; ut ne quosdam ex illis, si petulanter vos adire ausi fuerint, recipiatis : neve Eusebio vel alii cuipiam de illis ad vos scribenti, fidem habeatis. Nos enim utpote Christianos decet, omnes qui contra Christum loquuntur aut sentiunt, velut Dei hostes animarumque corruptores aversari, ac ne quidem Ave illis dicere : ne quando scelerum ipsorum participes simus, ut præcipit beatus Joannes [86]. Salutate fratres qui vobiscum sunt : vos qui mecum sunt salutant.

Alexandriæ presbyteri.

Colluthus presbyter hisce scriptis suffragor, nec non depositioni Arii, eorumque qui ejus impietatis sectatores sunt.
Alexander presbyter, similiter.
Dioscorus presbyter, similiter.
Dionysius presbyter, similiter.
Eusebius presbyter, similiter.
D Alexander presbyter, similiter.
Nilaras presbyter, similiter.
Arpocration presbyter, similiter.
Agathus presbyter.
Nemesius presbyter.
Longus presbyter.
Silvanus presbyter.
Perous presbyter.

[83] *II Tim.* II, 17. [84] *Luc.* XXI, 8. [85] *I Tim.* IV, 1. [86] *II Joan.* 10.

(68) Καιροῖς deest apud Gelas.
(69) Sic Socrat. et Gelas. Reg., ὑμᾶς, minus recte.
(70) Hæ subscriptiones habentur tantum apud Gelasium Cyzicenum, sed mirum in modum mutilæ.
(71) Gelas., Σίλας. Reg., Νειλαρᾶς, quod nomen reperitur item in subscriptionibus ad *apolog.* S. Athanasii *contr. Arian.*, pag. 190. Ὁμοίως ad singula nomina legitur apud Gelasium.
(72) Gelas., Πιρωοῦς.

Apis presbyter.
Proterius presbyter.
Paulus presbyter.
Cyrus presbyter, similiter.

Diaconi.

Ammonius diaconus, similiter.
Macarius diaconus.
Pistus diaconus, similiter.
Athanasius diaconus.
Eumenes diaconus.
Apollonius diaconus.
Olympius diaconus.
Aphthonius diaconus.
Athanasius diaconus.
Macarius diaconus, similiter.
Paulus diaconus.
Petrus diaconus.
Ambytianus diaconus.
Gaius diaconus, similiter.
Alexander diaconus.
Dionysius diaconus.
Agathon diaconus.
Polybius diaconus, similiter.
Theonas diaconus.
Marcus diaconus.
Commodus diaconus.
Serapion diaconus.
Nilus diaconus.
Romanus diaconus, similiter.

Mareotæ presbyteri.

Apollonius presbyter, hisce scriptis suffragor, necnon depositioni Arii, eorumque qui ejus impietatis sectatores sunt.
Ingenius presbyter, similiter.
Ammonius presbyter.
Dioscorus presbyter.
Sostras presbyter.
Theon presbyter.
Tyrannus presbyter.
Copres presbyter.
Ammonas presbyter.
Orion presbyter
Serenus presbyter.
Didymus presbyter
Heracles presbyter.
Boccon presbyter.
Agathus presbyter.
Achillas presbyter.
Paulus presbyter.
Thalelæus presbyter.
Dionysius presbyter, similiter.

A Ἄπις πρεσβύτερος.
Προτέριος πρεσβύτερος.
Παῦλος πρεσβύτερος.
Κύρος πρεσβύτερος, ὁμοίως.

Διάκονοι.

Ἀμμώνιος διάκονος, ὁμοίως.
Μαχάριος διάκονος.
Πιστὸς διάκονος, ὁμοίως.
Ἀθανάσιος διάκονος.
Εὐμενὴς διάκονος.
Ἀπολλώνιος διάκονος.
Ὀλύμπιος διάκονος.
Ἀφθόνιος διάκονος.
Ἀθανάσιος (73) διάκονος.
B Μαχάριος διάκονος, ὁμοίως.
Παῦλος διάκονος.
Πέτρος διάκονος.
Ἀμβυτιανὸς (74) διάκονος.
Γάϊος διάκονος, ὁμοίως.
Ἀλέξανδρος διάκονος.
Διονύσιος διάκονος.
Ἀγάθων διάκονος.
Πολύβιος διάκονος, ὁμοίως
Θεωνᾶς διάκονος.
Μάρκος διάκονος.
Κώμοδος διάκονος.
Σεραπίων διάκονος.
Νεῖλον (75) διάκονος.
Ῥωμανὸς διάκονος, ὁμοίως.

C *Μαρεώτου (76) πρεσβύτεροι.*

Ἀπολλώνιος πρεσβύτερος (77) σύμψηφός εἰμι τοῖς γεγραμμένοις, καὶ τῇ καθαιρέσει Ἀρείου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἀσεβησάντων.
Ἰνγένιος (78) πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Ἀμμώνιος πρεσβύτερος.
Διόσχορος πρεσβύτερος.
Σωστρὰς πρεσβύτερος.
Θέων πρεσβύτερος.
Τύραννος πρεσβύτερος.
Κόπρης πρεσβύτερος.
Ἀμμωνᾶς πρεσβύτερος.
Ὡρίων πρεσβύτερος.
Σέρηνος πρεσβύτερος.
D Δίδυμος πρεσβύτερος.
Ἡραχλῆς πρεσβύτερος.
Βόχχων πρεσβύτερος.
Ἀγαθὸς πρεσβύτερος.
Ἀχιλλᾶς πρεσβύτερος.
Παῦλος (79) πρεσβύτερος.
Θαλέλαιος πρεσβύτερος.
Διονύσιος πρεσβύτερος, ὁμοίως.

(73) Hic Ἀθανάσιος deest apud Gelas.
(74) Gelas., Ἀμυντιανός. Post sequentem, Gaium scilicet, omnes reliqui diaconi Alexandrini, decem numero, apud Gelasium desiderantur.
(75) Forte Νεῖλος.
(76) Gelas., Μαριώτου.
(77) Gelas., Ἀπολλῶς πρεσβύτερος, ὁμοίως, omissis reliquis usque ad Ἰνγένιος.
(78) Gelasius, Ἰγγένιος. Sequentem vocat Gelas. sic, Ἀμμωνᾶς. Vide *Apolog.* S. Athanas. *contr. Arian.*, pag. 192.
(79) Hi tres postremi, Παῦλος, Θαλέλαιος, Διονύσιος, desunt apud Gelasium.

Διάκονοι.

Σαραπίων διάκονος, ὁμοίως.
Ἰοῦστος διάκονος, ὁμοίως.
Δίδυμος διάκονος.
Δημήτριος διάκονος.
Μαῦρος διάκονος.
Ἀλέξανδρος διάκονος.
Μάρκος διάκονος.
Κόμων διάκονος.
Τρύφων διάκονος.
Ἀμμώνιος διάκονος.
Δίδυμος διάκονος.
Πτολλαρίων διάκονος.
Σερᾶς διάκονος.
Γάϊος διάκονος.
Ἱέραξ διάκονος.
Μάρκος διάκονος.
(80) Θεωνᾶς διάκονος.
Σαρμάτων διάκονος.
Κάρπων διάκονος.
Ζώϊλος διάκονος, ὁμοίως.

A *Diaconi.*

Sarapion diaconus, similiter.
Justus diaconus, similiter.
Didymus diaconus.
Demetrius diaconus.
Maurus diaconus.
Alexander diaconus.
Marcus diaconus.
Comon diaconus.
Tryphon diaconus.
Ammonius diaconus.
Didymus diaconus.
Ptollarion diaconus.
Seras diaconus.
Gaius diaconus.
B Hierax diaconus.
Marcus diaconus.
Theonas diaconus.
Sarmaton diaconus.
Carpon diaconus.
Zoilus diaconus, similiter.

III.

Apud eumdem Athanasium *ibid. pag.* 396.

ΚΑΘΑΙΡΕΣΙΣ ΑΡΕΙΟΥ

καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας.

Ἀλέξανδρος, πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις Ἀλεξανδρείας καὶ Μαρεώτου, παρὼν παροῦσιν (81), ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Εἰ καὶ φθάσαντες ὑπεγράψατε οἷς ἐπέστειλα τοῖς περὶ Ἄρειον, προτρέπων αὐτοῖς, ἀρνήσασθαι μὲν τὴν ἀσέβειαν, πεισθῆναι δὲ τῇ ὑγιαινούσῃ καὶ καθολικῇ πίστει· καὶ ἐδείξατε ἑαυτῶν ὀρθὴν τὴν προαίρεσιν, καὶ τὴν ἐν τοῖς δόγμασι συμφωνίαν τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας· ὅμως ἐπειδὴ καὶ πρὸς τοὺς ἁπανταχοῦ συλλειτουργοὺς ἐπέστειλα περὶ τῶν περὶ Ἄρειον, ἀναγκαῖον ἡγησάμην, ὑμᾶς μὲν, τοὺς τῆς πόλεως κληρικοὺς συναγαγεῖν· ὑμᾶς δὲ, τοὺς ἀπὸ τοῦ Μαρεώτου μεταπέμψασθαι· μάλιστα ὅτι ἀφ' ὑμῶν Χάρης καὶ Πιστὸς (82) πρεσβύτεροι, καὶ Σαραπίων, καὶ Παράμμων, καὶ Ζώσιμος, καὶ Εἰρηναῖος διάκονοι, ἐπηκολούθησαν τοῖς περὶ Ἄρειον, καὶ ἠγάπησαν σὺν αὐτοῖς καθαιρεθῆναι· ἵνα καὶ τὰ νῦν γραφόμενα γνῶτε, τήν τε ἐν τούτοις συμφωνίαν ἑαυτῶν ἐπιδείξησθε, καὶ τῇ καθαιρέσει τῶν περὶ Ἄρειον καὶ τῶν περὶ Πιστὸν σύμψηφοι γένησθε. Πρέπει γὰρ τὰ παρ' ἐμοῦ γραφόμενα γινώσκειν ὑμᾶς, καὶ ἕκαστον, ὡς παρ' αὐτοῦ γραφόμενα, ἐν τῇ καρδίᾳ κατέχειν.

DEPOSITIO ARII

et sociorum ab Alexandro Alexandriæ archiepiscopo.

C Alexander, presbyteris diaconisque Alexandriæ et Mareotæ, præsens præsentibus, dilectis in Domino fratribus, salutem.

Licet jam subscripseritis litteris meis ad Arium suosque missis, quibus hortabar illos, ut abnegata impietate, sanæ et catholicæ fidei obtemperarent : eaque in re rectum propositum vestrum, necnon Ecclesiæ catholicæ circa dogmata consonantiam, palam feceritis; attamen quia omnibus etiam ubique terrarum comministris, quæ Arium sociosque ejus spectant litteris significavi; necesse duxi, vos, urbis clericos, convocare, vos item Mareoticos arcessere : præsertim cum ex vobis Chares et Pistus presbyteri : Sarapion, Parammon, Zosimus et Irenæus diaconi, ad Arii partes transierint, atque voluerint deponi cum illis; ut nota sint vobis quæ jam scripta sunt, utque vestram in hisce concordiam declaretis, ac depositioni Arii, Pisti sociorumque suffragium addatis vestrum. Par quippe est comperta vobis esse quæ a me conscripta sunt, eaque singulos, quasi quisque vestrum scripsisset, corde complecti.

(80) Hi quatuor postremi, Θεωνᾶς, Σαρμάτων, Κάρπων, Ζώϊλος, desunt apud Galasium.

(81) *Παρὼν παροῦσιν*. Singularis loquendi formula.

(82) Hunc Pistum esse putamus qui Alexandriæ episcopus ab Arianis ordinatus est, quippe sub ipsum Arianismi initium inter antesignanos computabatur, ut paulo infra est, τῶν περὶ Ἄρειον καὶ τῶν περὶ Πιστόν, etc.

IV.

Fragmenta duo ex epistola ad Æglonem Cynopolitanum episcopum, contra Arianos.

Apud S. Maximum *confess. inter cpusc. theolog. et polem., Opp. tom.* II, *pagg.* 152-155, *edit. Paris.* 1675.

I.

Sancti Alexandri papæ Alexandrini, ex epistola ad Æglonem Cynopolitanum episcopum, contra Arianos.

Voluntas naturalis, intelligentis omnis naturæ libera facultas exsistit; ut quæ nihil involuntarium habeat, quod ex essentiæ ratione fit.

A *Τοῦ ἁγίου Ἀλεξάνδρου πάπα Ἀλεξανδρείας, ἐκ τῆς πρὸς Αἴγλωνα ἐπίσκοπον Κυνοπόλεως κατὰ Ἀρειανῶν ἐπιστολῆς.*

Θέλησίς ἐστι φυσικὴ, παντὸς νοεροῦ αὐθαίρετος δύναμις, ὡς μηδὲν κατὰ τὴν οὐσίαν ἀκούσιον ἔχοντος.

II.

Operatio naturalis, innatus est cujusque substantiæ motus. Operatio naturalis, naturæ cujusvis substantialis ac notificans ratio est. Operatio naturalis, substantiæ cujusvis notificans virtus est.

Ἐνέργεια φυσική ἐστιν, ἡ πάσης οὐσίας ἔμφυτος κίνησις. Ἐνέργειά ἐστι φυσικὴ, ὁ πάσης φύσεως οὐσιώδης καὶ γνωστικὸς λόγος. Ἐνέργειά ἐστι φυσικὴ, ἡ δηλωτικὴ πάσης οὐσίας δύναμις.

MONITUM IN SUBSEQUENTEM SERMONEM

(Mai, *Bibliotheca nova Patrum*, II, 529.)

Dixi in Spicilegio Romano, *t. III, p.* 694, *ex Orientalibus bibliothecæ Vaticanæ codicibus multa excitari scripta veterum posse, quæ omnino desideramus. Et quidem præter lauta illa quæ loco citato edidi Patrum fragmenta, majora indidem jam antea extuleram, Zachariæ videlicet Melitenensis capita historica, Ebediesu et Abulpharagii tractatus canonicos, Armeniorum etiam canones, Severi Antiocheni sermones aliquot, et nuper sancti Cyrilli contra Synusiastas et Diodorum ac Theodorum reliquias. Jam vero inter prima illa, quæ memoravi, codex Vaticanus Arabicus* 101 *bonam mihi particulam suppeditaverat sermonis sancti Alexandri patriarchæ Alexandrini* (1); *quem sermonem deinde integrum in Syriaco vat. codice* 368 *nactus sum, id quod olim in* Scriptorum vet. *tom. V, p.* 42, *significavi. Nunc ecce post Alexandrini Cyrilli Græca scripta, sermonem hunc Alexandrini Syriace simul atque Latine (quandoquidem Græca verba desideramus), operam mihi suam commodantibus Matthæo Sciahuano et Francisco Mekasebo, Maronitis litteratissimis, in lucem exire jubeo, ne tantæ antiquitatis, auctoritatis famæque episcopi diutius os conticescat.*

Porro rei veræ testimonia sunt, primo quidem fragmenta illa ex codice Arabico, quæ Alexandri archiepiscopi Alexandrini nomen gerunt (Spicil. Rom., *t. III, p.* 699), *quæque in integro sermone eidem auctori inscripto, nunc suis recitata locis seriatim apparent. Deinde Sabariesus Syrus auctor apud Assemanum Bib. or. t. III, p.* 543, *recitat ex Mocaffæi chronico Arabico, Alexandri nostri fragmentum, quod pariter (mirabile dictu!) in sermone integro nostro n.* 5 *occurrit. Quanquam vero Mocaffæus Alexandrum dicit papam* Romanum, *is quidem manifestus error ab Assemano in indice p.* 658 *recte corrigitur, qui legendum suadet* Alexandrinum. *Deinde (præterquam quod scribentibus menda multa obrepere solent) rei veritatem nunc Syriacus codex nos docet, qui Alexandro Alexandrinæ urbis antistiti hunc sermonem inscribit. Tum satis est exploratus mos Orientalium Romanos nominandi quotquot imperio Romano suberant, et Græca, nedum Latina, lingua utebantur. Quin et ipsum Byzantinum imperium constanter Romanum appellant, ut ipsi quoque Byzantini historici solent, qui ita in libris suis ambitiose loquuntur, postquam Constantinopolis novæ Romæ nomen invasit. Locus igitur a Mocaffæo relatus ita se habet: « Alexander Romanus patriarcha inquit: Manus quæ Adamum creavit, ipsa clavis in cruce perforata est. Os quod in Adamum spiraculum vitæ inspiravit, acetum bibit. Pes qui clavis confixus fuit, terram fundavit. » Hæc, inquam paulo quidem liberius, sine dubio tamen ex hoc nostro sermone n.* 5 *sumpta vides. Verumtamen qui ibidem multo uberior locus præcedit, et a nobis virgulis distinctus fuit, is cum Arabica sermonis interpretatione, in* Spicilegio *nostro edita, evidentius adhuc atque adamussim congruit. Cæteroqui non est mirandum, si qui sermo ex Græco in Syriacum, ex hoc in Arabicum idioma transiit, paucas aliquot varietates in his transfusionibus passus sit. Quin adeo sermonis hujus duæ videntur exstitisse apud Alexandrinos, sive apud Orientales, editiones; quandoquidem in codice Syr. Vat., post integrum sermonem, aliud attexitur ejusdem fragmentum, non sine paucis variis le-*

(1) Idem hic codex habet fragmenta SS. Julii et Silvestri pontificum Romanorum, quæ ego Græce edidi, *Script. vet.* t. VII, p. 134 et 169, col. 2, v. 1-15.

ctionibus. Ut vero existimem, interpretationem Arabicam ex secunda Syriaca esse derivatam, utor hoc indicio, quod Arabicum codicis 101 *fragmentum cum illo posteriore Syriaco magis congruit quam cum priore. Itaque etiamsi decreveram additamentum illud omittere, quia valde simile sermoni integro videbatur, attamen quia postea comperi partem Arabicam cum hac potius parte Syriaca conspirare, ne mei argumenti vim ullatenus infirmarem, hanc quoque Syriacam repetitionem minoribus saltem formis imprimendam curavi.*

Age vero edendi sermonis hujus grata opportunitas adest, quia hoc tempore ex Anglorum typis prodeunt magni Athanasii festales epistolæ seu orationes (Græce deperditæ) in Syriaco pariter codice inventæ : quibus hic jure meritoque comes fiet Alexandri sermo. Fuit quippe Alexander Athanasii a pueris educator, quem familiarem semper, adolescentem senex, et charissimum habuit, mensæ etiam quotidianæ participem, et fidelem librarium : eumdem ipse diaconum ordinavit, secumque ad Nicænum concilium duxit, ut illic operam sibi navaret, συναγωνιζόμενον αὐτῷ ἐκεῖ, *ut diserte ait Socrates* Hist. *lib.* I, 15; *quem denique moriens sæpe nomine compellavit, atque ut sibi successor fieret, Alexandrinum clerum enixe rogavit, quod reapse cum infinita rei Christianæ utilitate contigit : ita ut Athanasium talem tantumque episcopum, Alexandri curis acceptum referamus. Jam ut Alexander Athanasium adolescentem omni officio complexus est, ita idem Alexander antea juvenis Petro episcopo martyri familiaris apprime fuerat, atque ab eo successor post Achillam ejusdem fratrem designatus. Namque, ut legitur in Petri Vita* (a) *a nobis edita* Spicil. *t. III, p.* 682, *martyr inclytus in carcere positus, et jam pro fide plectendus, ambos illos Alexandrinæ sedi post se destinavit episcopos, dicens : « Te quidem Achillam primum, Alexandrum vero secundum. Et mox · Osculantes Petri manus ac pedes Achillas atque Alexander, conversi in lacrymas singultu amarissimo qualiebantur. »*

Quidquid hactenus scriptorum Alexandri exstabat, ab historicis ecclesiasticis conservatum, id Arium ejusque alumnos oppugnat; duas intellige epistolas, quarum prior prorsus insignis, tractatus plenissimi instar est, et omni laude major. Atqui hæ duæ ex septuaginta supersunt; tot enim ab eo scriptas testatur Epiphanius hær. LXIX, 4 : « Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος γράφει ἐπιστολὰς ἐγκυκλίους, αἵτινες παρὰ φιλοκάλοις ἔτι σώζονται, ὡς τὸν ἀριθμὸν ἑβδομήκοντα. *Alexander episcopus scribit epistolas encyclicas, quæ adhuc apud studiosos servantur, numero fere septuaginta. » Unius ex his fragmenta tenuia citantur a Maximo opp. t. II, p.* 152, 155. *Utinam hæ in codicibus saltem Syriacis conspiciendas se darent, quod nuper felicissime accidit Athanasianis! Nunc in tanto scriptorum Alexandri naufragio, sermonem saltem unum in populi concione habitum libenti animo excipiamus, in quo, præter cætera utilia, Christi divinitas passim prædicatur. Neque abest eloquentia (quam ei tribui a Gelasio diximus), nitida scilicet, popularis, et ore episcopali digna.*

Sermonem hunc Alexandri suppeditavit codex Syriacus Vat., membraneus, vetus, Chaldaicis litteris duplici in laterculo exaratus. Habuit is sexaginta homilias (quarum nunc novem, ob amissa folia, desunt) Patrum orthodoxorum Greg. Nysseni, Greg. Theologi, Basilii, Amphilochii, Joan. Chrysostomi, Procli, Isaaci (unum etiam Eusebii Alex., nam mendum est in catalogo, alio nomine substituto, De die Dominica). *Inter hos vicesimum locum tenet Alexandri hic sermo; quem auctor Græce scripserat, Syri et Arabes, ut demonstravi, in linguas suas transtulerunt; de cujus sinceritate testimonia prædicta codicum et auctorum dubitare nos nullo modo sinunt.*

(a) Vide supra, col. 458.

ܡܐܡܪܐ ܕܡܪܝ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܥܠ ܢܦܫܐ ܘܦܓܪܐ ܘܥܠ ܚܫܗ ܕܡܪܢ

S. ALEXANDRI EPISCOPI [83] ALEXANDRIÆ

SERMO

DE ANIMA ET CORPORE DEQUE PASSIONE DOMINI.

ܡܠܬܐ ܡܢ ܕܠܐ ܚܣܡܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܟܕ
ܡܫܬܕܪܐ ܡܫܟܚܐ ܗܝ ܠܡܫܩܝܘ ܠܠܒܘܬܢ ܐܢ
ܗܘ ܕܢܗܘܐ ܡܛܝܒܝܢ ܠܚܝܠܗ ܠܐ ܒܡܐܡܪ ܒܠܚܘܕ

A 1. Verbum, quod sine invidia de cœlo demittitur, cordibus nostris irrigandis idoneum est, si nos virtuti ejus parati fuerimus, non dicendo tantummo-

(83) Ita in cod. *episcopi*, ut est etiam in magna ejus epistola dogmatica, non *archiepiscopi*, ut deinde appellati fuerunt præsules Alexandrini; vel potius hic titulus pro libito variat in codd.

do verum etiam auscultando. Nam sicut imber sine terra fructus non gignit, neque terra sine imbre; ita ne verbum quidem sine auditu fructificat, neque auditus sine verbo. Porro verbum tunc fit fructuosum, cum id pronuntiamus; auditus pariter, cum auscultamus. Igitur cum verbum vim suam expromit, vos quoque haud invide aurem præbete: et cum ad audiendum acceditis, omni vos invidia et incredulitate expurgate. Pessimæ res invidia et incredulitas, quarum utraque justitiæ adversatur: etenim invidia charitati opponitur, fidei incredulitas: haud secus quam amaritudo dulcedini, luci tenebræ, bono malum, vitæ mors, veritati mendacium. Age vero quicunque his repugnantibus virtuti vitiis abundant, ii mortui quodammodo sunt: namque invidi et increduli charitatem fidemque oderunt; quod qui faciunt, hostes Dei constituuntur.

2. Cum vos itaque, fratres charissimi, homines invidos atque incredulos justitiæ hostes esse sciatis, ab his videlicet cavete: fidem charitatemque amplectimini, quarum ope salutem consecuti sunt quotquot ab orbis initio usque ad hodiernam diem sancti homines exstiterunt. Charitatis autem fructum haud verbis tantum exserite, verum etiam operibus id est pia propter Deum

A ܕܡܠܬܐ. ܟܕ ܚܢܢ ܡܢ ܗܘ ܕܐܡܪ ܫܡܠܐ. ܐܠܐ
ܡܢ ܗܘ ܕܫܡܥ. ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܕܡܛܪܐ ܠܐ ܒܠܥܕ
ܦܐܪܐ ܝܗܒ ܡܢ ܐܪܥܐ. ܐܦܠܐ ܐܪܥܐ ܝܗܒܐ ܡܢ
ܡܛܪܐ. ܗܟܢܐ ܐܦܠܐ ܡܠܬܐ ܢܘܚܐ ܦܐܪܐ ܝܗܒܐ
ܡܢ ܡܫܡܥܬܐ. ܐܦܠܐ ܡܫܡܥܬܐ ܝܗܒܐ ܡܢ
ܡܠܬܐ. ܡܠܬܐ ܠܚܢܢ ܢܘܚܐ ܗܘ ܕܐܡܪ.
ܡܫܡܥܬܐ ܕܝܢ ܗܘ ܕܫܡܥ. ܟܕ ܢܘܚܐ
B ܘܩܒܠ ܡܠܬܐ ܫܡܠܐ. ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܕܠܐ
ܚܣܡܐ ܗܒܘ ܡܫܡܥܬܐ. ܟܕ ܩܪܒܝܢ
ܐܢܬܘܢ ܡܕܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܢܟܘܢ ܟܠܗ ܚܣܡܐ
ܘܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ. ܡܢ ܟܠܗܝܢ ܒܝܫܐ. ܚܣܡܐ ܘܠܐ
ܗܝܡܢܘܬܐ ܘܒܥܠܕܒܒܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ. ܚܣܡܐ
ܓܝܪ ܕܚܘܒܐ ܣܩܘܒܠ ܘܣܒܪܐ ܘܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ
ܕܗܝܡܢܘܬܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܣܩܘܒܠ ܕܚܠܝܘܬܐ ܕܡܪܝܪܐ
C ܡܪܝܪܐ. ܘܚܫܘܟܐ ܕܢܘܗܪܐ. ܘܒܝܫܬܐ ܕܛܒܬܐ.
ܘܡܘܬܐ ܕܚܝܐ. ܘܟܕܒܘܬܐ ܕܫܪܪܐ. ܐܝܠܝܢ
ܗܟܝܠ ܕܡܠܝܢ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܣܩܘܒܠܐ
ܠܡܝܬܐ ܐܝܬܝܗܘܢ. ܐܝܠܝܢ ܓܝܪ ܕܐܝܬ ܒܗܘܢ
ܚܣܡܐ ܘܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ܣܢܝܢ ܠܚܘܒܐ
ܘܠܗܝܡܢܘܬܐ. ܐܝܠܝܢ ܕܝܢ ܕܠܗܠܝܢ ܣܢܝܢ
ܒܥܠܕܒܒܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܕܐܠܗܐ܀

ܟܕ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܗܟܝܠ ܐܚܝ ܚܒܝܒܐ ܕܐܝܠܝܢ
D ܕܐܝܬ ܒܗܘܢ ܚܣܡܐ ܘܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ܒܥܠܕܒܒܐ
ܐܝܬܝܗܘܢ ܕܙܕܝܩܘܬܐ. ܚܙܘ ܬܬܦܪܫܘܢ ܡܢ
ܒܥܠܕܒܒܘܗܝ ܕܐܠܗܘܬܐ. ܘܡܚܒܘ ܗܝܡܢܘܬܐ
ܘܚܘܒܐ. ܕܐܝܬܝܗܝܢ ܗܘܝ ܦܘܪܩܢܐ
ܠܟܠܗܘܢ ܩܕܝܫܐ ܡܢ ܫܘܪܝܐ ܘܥܕܡܐ
ܠܝܘܡܢܐ. ܚܒܘ ܗܟܝܠ ܦܐܪܐ ܕܚܘܒܐ. ܠܘ
ܒܠܚܘܕ ܒܡܠܬܐ ܐܠܐ ܘܒܥܒܕܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ

A patientia. Ecce enim Dominus ipse suam erga nos charitatem ostendit, non verbis tantummodo sed etiam opere, quoniam semet pro salute nostra pretium tradidit. Præterea nos haud quemadmodum mundus reliquus, verbo creati fuimus, sed simul opere. Quippe mundum unius verbi vi Deus fecit existere; nos tamen verbi pariter operisque efficacia produxit. Etenim Deo haud satis fuit dicere : *Faciamus hominem ad imaginem similitudinemque nostram*[87], B sed opera verbum statim subsecuta est : nam sumpto de humo pulvere, hominem ex eo formavit, imagini suæ similitudinique conformem, in eumque inspiravit vitæ spiraculum, ut fieret Adam anima vivens.

3. Sed enim cum subinde homo errore suo se inclinasset ad mortem, necesse fuit ut illa forma denuo ad salutem ab eodem artifice suo reformaretur. C Etenim forma quidem sub terra putris jacebat; verumtamen inspiratio illa, quæ instar spiraculi vitæ fuerat, corpore separata tenebroso loco detinebatur, qui infernus vocitatur. Discidium ergo erat animæ a corpore; illa ad inferos relegata, hoc in pulverem resoluto : magnumque erat intervallum, quominus invicem convenirent; quia carne soluta, corpus corrumpitur; ligata anima, cessat ejus D actio. Sicut enim, tradito in vincula rege, ruit civitas; aut capto duce, dissipatur exercitus; aut gubernatore depulso, mergitur navigium; ita vinculis animæ injectis, corpus ejus dilapsum est, ceu sine rege civitas, membra ejus dissoluta, veluti fit in exercitu duce amisso, atque in mortem demersa, quod navi usuvenit gubernatore destitutæ. Anima igitur hominem dirigebat, quan-

[87] *Gen.* I, 26.

A diu corpus supererat; ceu rex urbem, dux exercitum, navim gubernator. Attamen ei regendo impotens fuit, ex quo ipsa immobiliter alligata fuit, atque in errorem demersa; propterea quod a recta via declinavit, tentatores sectata est, fornicationi, idolorum cultui, cruentis cædibus, operam dedit: quibus facinoribus proprium destruxit hominem. B Sed ipsa demum in infernum delata, illic ab improbo tentatore detenta fuit. Cæteroquin illa, ceu rex lapsam urbem restituit, dux dispersum exercitum colligit, nauta fractam navim reparat; sic, inquam, anima, corpori adhuc suo suppetias ferebat, ante quam illud in pulverem solveretur, nondum ipsa vinculis alligata. C Sed postquam anima non materialibus vinculis, sed peccatis alligata fuit, ideoque ad agendum facta impotens, tunc corpus suum in terra destituit, atque in infernum depressa, scabellum mortis effecta est, et cunctis despicabilis. D

[Syriac text]

4. Exivit de paradiso homo ad eam regionem quæ injustitiæ, fornicationis, adulteriorum cruentarumque cæ-

[Syriac text]

A dium sentina erat, ubi etiam exitium nactus est; etenim omnia ad necem ejus conspirarunt, et vix huc ingressum pessumdederunt. Carebat interim quolibet solatio homo, omnique ope et quiete. Quandonam enim bene homini fuit? Num materno in utero? Atqui ibi conclusus, parum a mortuo differebat. An dum sinus lacte nutri-
B retur? Ne tum quidem gaudium ullum persensit. An potius dum adolesceret? Atqui tunc maxime impendebant pericula propter juveniles cupiditates. Num denique dum senesceret? Enimvero tunc ingemiscere cœpit, senii pondere pressus et mortis exspectatione. Quid enim aliud senectus est, nisi mortis exspectatio? Reapse terricolæ omnes moriuntur, juvenes ac seniores, par-
C vuli adultique : nulla enim corporum statura a morte eximit. Cur ergo mœrore tanto angitur homo? Nimirum mortis aspectus tristitiam parit : spectamus enim in homine exstincto faciem mutatam, figuram emortuam, corpus macie constrictum, os taciturnum, frigidam cutem, oculos depressos, artus immotos, cadaver humi abjectum, carnes dilapsas, gelidas venas, ossa
D albida, articulos resolutos, omnia in pulverem redigi, hominem diutius non exsistentem. Quid ergo homo est? Flos, inquam, temporarius, qui in materno sinu non apparet, juventute vigescit, senio in mortem marcidus abit.

5. Age vero post hoc omne mortis servitium, et hominis corruptelam, visitavit Deus creaturam suam, quam ad imaginem similitudinemque propriam formaverat; idque egit, ne hæc perpetuum mortis ludibrium foret. Misit ergo Deus de cœlo incorporeum Filium suum, ut in virgineo sinu carnem sumeret; atque ita æque ac tu, homo factus est, ut hominem perditum salvificaret, ejusque omnia sparsa membra colligeret. Etenim Christus, dum hominem personæ suæ copulavit, id adunavit quod separatione corporis mors disperserat. Passus est Christus, ut nos æternum vivamus. (84) « Secus enim cur Christo « moriendum erat? Numquid morte « dignum commiserat? Cur carnem « sibi induit, qui gloria convestie- « batur? Cumque Deus esset, cur homo « est factus? Et cum is in cœlo regna- « ret, cur in terram se demisit, et in « Virginis utero incarnatus est? « Quænam, oro, necessitas Deum coegit « in terram descendere, carnem assu- « mere, panniculis in præsepi involvi, « lactante sinu ali, baptismum a famulo « suscipere, in crucem tolli, terreno « sepulcro infodi, a mortuis tertia die « resurgere? » Quænam eum, inquam, necessitas compellebat? Satis exploratum est, opprobria illum hominis

(84) Sequentia, quæ uncis inclusimus, edita jam a nobis fuerant sub ejusdem Alexandri nomine in *Spicilegii Rom.* tomo III, p. 699, inter excerpta Patrum ex codice Arabico Vaticano 101, quo continetur opus celebre monophysiticum, cui est titulus *Fides patrum*. Constat ergo sermonem hunc Græce ab Alexandro conscriptum, postea non in Syriacam tantummodo sed etiam in Arabicam linguam fuisse translatum. Porro hoc Alexandri, et aliis aliorum Patrum similibus testimoniis abutebantur Monophysitæ, ut unicam Christi naturam astruerent; quia videlicet idiomatum (ut theologi loquuntur) communicationem ignorantes vel negantes, res passionesque humanas, divinæ naturæ proprias faciebant, quam ipsi solam in Christo agnoscebant, absorpta guttæ instar: ut aiebant, humanitate ab oceano veluti deitatis. MAI.

ܗܟܢ ܓܝܪ ܕܚܘܒܐ ܒܡܝܬܐ ܢܦܪܩܘܗ ܕܐܟܝ A
ܗܘܐ. ܐܝܟ ܕܡܢ ܦܘܡ ܢܒܝܐ ܘܐܡܪ.
ܕܣܝܒܪܬ ܐܝܟ ܝܠܕܬܐ. ܒܫܪܪܐ ܓܝܪ
ܕܣܝܒܪ ܚܠܦܝܢ. ܘܟܐܒܐ ܨܥܪܐ ܘܫܘܢܩܐ
ܘܡܘܬܐ. ܐܦ ܕܝܢ ܘܩܛܠܐ ܘܩܒܘܪܬܐ.
ܘܗܟܢܐ ܐܦ ܐܡܪ ܒܝܕ ܢܒܝܐ. ܕܐܚܬܢܝ
ܠܥܘܡܩܐ. ܡܢܘ ܗܟܝܠ ܕܐܚܬܗ. ܥܡܐ
ܥܘܠܐ. ܚܙܘ ܐܘ ܒܢܝܢܫܐ. ܚܙܘ ܦܘܪܥܢܐ B
ܕܦܪܥ ܐܝܣܪܝܠ. ܠܡܛܝܒܢܗ ܩܛܠ
ܒܝܫܬܐ ܚܠܦ ܛܒܬܐ ܦܪܥܗ. ܥܩܬܐ ܚܠܦ
ܚܕܘܬܐ. ܘܡܘܬܐ ܚܠܦ ܚܝܐ. ܘܥܠ ܩܝܣܐ
ܢܩܒܘ ܚܝܐ. ܠܗܘ ܕܡܩܝܡ ܗܘܐ
ܡܝ̈ܬܝܗܘܢ. ܘܡܣܐ ܗܘܐ ܚܓܝ̈ܪܝܗܘܢ.
ܘܡܕܟܐ ܗܘܐ ܓܪ̈ܒܝܗܘܢ. ܘܡܢܗܪ ܗܘܐ
ܠܣܡ̈ܝܗܘܢ. ܚܘܬܐ ܡܬܚܙܝܢ. ܟܕ ܠܗ C
ܥܠ ܩܝܣܐ. ܚܙܘ ܥܡܐ ܐܘ ܒܢܝܢܫܐ. ܚܙܝ
ܕܦܫܛ ܐܪܥܐ ܩܒܥܘܗܝ ܒܣܡ̈ܪܐ. ܠܗ
ܠܗܘ ܕܫܬܐܣܘܗܝ ܕܬܐܒܝܠ. ܘܚܒܫܘܗܝ
ܠܗܘ ܕܚܒܫ ܫܡܝܐ: ܘܐܣܪܘܗܝ ܠܗܘ
ܕܫܪܐ ܚܛܝܐ. ܘܐܫܩܝܘܗܝ ܠܗܘ ܕܝܗܒ ܐܫܩܝ ܟܐܢܘܬܐ.
ܘܐܫܩܝܘܗܝ ܚܠܐ ܠܗܘ ܕܐܫܩܝ ܡܐܟܘܠܬܐ.
ܘܐܘܟܠܘܗܝ ܡܪܪܬܐ ܠܗܘ ܕܐܘܟܠ ܚܝܐ. ܚܒܠܘ
ܐܝܕܝܐ ܘܪ̈ܓܠܐ ܕܗܘ ܕܐܣܝ ܐܝܕܝܗܘܢ D
ܘܪ̈ܓܠܝܗܘܢ. ܘܐܥܘܪܘܗܝ ܕܢܥܘܪ ܠܗܘ
ܕܥܒܕ ܐܢܘܢ ܕܢܚܙܘܢ. ܘܩܒܪܘܗܝ ܠܗܘ
ܕܡܩܝܡ ܗܘܐ ܡܝ̈ܬܐ ܩܕܡ ܕܢܚܫ. ܐܠܐ ܕܝܢ
ܘܟܕ ܬܠܐ ܥܠ ܩܝܣܐ܀

A gratia esse perpessum, ut eum morte expediret, et ore veluti prophetæ exclamasse dicentem : Pertuli tanquam parturiens [88]. Re sane vera pertulit pro nobis dolores, ignominiam, cruciatus, necemque ipsam ac sepulturam. Sic enim ipsemet per prophetam ait : Descendere me fecit in profundum [89]. Quis porro eum descendere fecit? Impius B nimirum populus. Aspicite, o homines, aspicite quam fecerit Israel remunerationem! Benefactorem suum interemit, malum pro bono reddens, pro gaudio afflictionem, pro vita necem! Ligno suffixum necaverunt eum qui illorum mortuos suscitaverat, claudos sanaverat, leprosos mundaverat, cæcos illuminaverat. Aspicite, o homines, aspicite omnes populi, prodigia nova! C Ligno eum suspenderunt, qui terram expandit : (85) clavis eum confixerunt, qui mundi fundamenta stabilivit : circumscripserunt eum qui cœlum circumscripsit : vinxerunt illum, qui peccatores absolvit : aceto potaverunt illum, qui justitiæ potum præbuit; felle eum paverunt, qui vitæ cibum obtulit : manus pedesque ejus corruperunt, D qui illorum manibus pedibusque medelam fecit : illius oculos vi claudendos curarunt, qui visum ipsis restituerat : sepulcro eum tradiderunt, qui mortuos tum ante suam passionem tum etiam in ligno pendens suscitavit.

[88] *Isa.* XLII, 14. [89] *Jon.* II, 4.

(85) Huc pertinet fragmentum quod Mocaffæus, ut in *Monito* dixi, ex Alexandri hoc sermone excerpsit. MAI.

6. Etenim cum Dominus noster in A ligno pateretur, monumenta dirupta sunt, patuit infernus, animæ prosilierunt, mortui ad vitam sunt regressi, multique ex his visi sunt Hierosolymis, dum crucis mysterium perficiebatur: quo tempore Dominus noster mortem calcavit, inimicitiam dissolvit, fortes alligavit, crucisque tropæum erexit, corpore suo in id sublato, ut B corpus appareret sublime, mors autem sub carnis pede depressa. Tunc cœlestes virtutes miratæ sunt, angeli obstupuerunt, tremuere elementa, creatura omnis concussa est, dum mysterium novum spectaculumque terrificum in orbe editum cerneret. Plebs tamen universa, mysterii inscia, deridendo Christo exsultabat; quanquam terra C nutaret, quaterentur montes vallesque et pelagus, atque universa Dei creatura tumultu ferveret. Cœli luminaria expaverunt, sol fugit, luna disparuit, sidera lumen suum subtraxerunt, dies cessavit; templo excessit attonitus post velum discissum angelus, tenebræ tellurem obruerunt in qua Dominus ejus oculos clauserat. Interim infernus luce splenduit, quoniam illuc astrum de- D scendit. Ad inferos Dominus haud equidem corpore sed spiritu venit. Is videlicet operabatur ubique: etenim dum corpore mortuos suscitabat, spiritu animas liberabat. Nam corpore Domini nostri suffixo, sepulcra, ut diximus, aperta sunt, reclusus infernus, mortui vitam receperunt, animæ in mundum sunt remissæ; quia Dominus inferos

A vicerat, mortem calcaverat, hostem pudore suffuderat; ideoque animæ ex inferis prodierunt, mortuique in terris apparuerunt.

7. Cernitis itaque quanta Christi mortis vis fuerit! siquidem neque
B creatura occasum ejus æquo animo tulit, neque ejusdem passionem elementa, neque tellus ejus corpus retinuit, neque infernus spiritum. Cuncta in Christi passione turbata fuerunt atque convulsa. Dominus, ut antea Lazaro, inclamavit: Exite de vestris tumulis, mortui, vestrisque loculis: etenim ego Christus resurrectionem vobis
C communico. Tunc enimvero terra corpus Domini nostri sepultum diutius continere non potuit; sed indulge, Domine mi, exclamavit, iniquitatibus meis, iræ me exime, maledicto absolve, quod justorum sanguinem exceperim, nec non corpora humana, tuumque ipsum corpus obruerim. Quale demum hoc est mirum mysterium? Cur, Domine, in terram descendisti, nisi pro-
D pter hominem ubique terrarum dispersum? quandoquidem omni loco pulchra imago tua disseminata erat. Quod si tu vel una vocula imperasses, cuncta se illico corpora coram te stetissent. Nunc quia in terram venisti, figmentique tui membra quæsisti, hominem tuum suscipe, depositum recipe, imaginem tuam Adamumque tuum recu-

A pera. Tunc Dominus tertia ab obitu die resurrexit, hominem ad Trinitatis cognitionem perducens. Tunc omnes humani generis nationes per Christum salvæ exstiterunt. Unus judicium subiit, millia plurima absoluta fuerunt. Ille autem homini quem salvaverat similis factus, in cœli culmen conscendit, Patri haud aurum argentumve aut pretiosos lapides, sed hominem oblaturus quem ad imaginem similitudinemque suam formaverat; B atque hunc Pater sua dextera extollens, sublimi solio collocavit, et populorum judicem fecit, angelicorum exercituum ducem, cherubinorum aurigam, veræ Hierusalem filium, virginis sponsum, et regem, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

ADDITAMENTUM IN CODICE CUM VARIA LECTIONE.

C Igitur formam suam Deus visitare volens, quam ad imaginem ac similitudinem suam finxerat, postremis temporibus Filium suum incorporeum unicumque in orbem terrarum misit, qui in virgineo sinu incarnatus, homo perfectus nasceretur, ut perditum hominem erigeret, dispersa ejus membra recolligens. Secus enim, cur Christo moriendum fuit? Num ipse reus mortis erat? Cumque Deus esset, cur factus est homo? Cur ad terram descendit, D qui in cœlo regnabat? (86) « Quis Deum « coegit in terram se demittere, de « sancta Virgine carnem sumere, fasciis « in præsepi involvi, lacte nutriri, in « Jordane baptizari, a populo illudi, « ligno configi, in terræ sinu sepeliri, « tertioque die ex mortuis resurgere, « redemptionis causa animam dando

(86) Totus hic, quem virgulis distinguimus, locus exstat, ut in *Monito* diximus, ex ejusdem Alexandri nominatim sermone in Arabicam linguam translato, apud nos *Spicil. Rom.* t. III, p. 699. Et quidem nunc patet unum esse fragmentum, non autem in duo divisum, ut perperam fieri videbatur in codice Arabico. MAI.

A « pro anima, pro sanguine sanguinem, « mortem pro morte obeundo? Nam « Christus moriens mortis debitum, cui « homo erat obnoxius, dissolvit. O no- « vum mysterium atque ineffabile ! ju- « dex judicatus est : is qui a peccatis « absolvit, ligatus fuit : illusum ei fuit, « qui mundum formaverat : extensus « (in cruce) est, qui cœlum extenderat : « felle pastus ille est, qui manna cibi « loco suppeditavit ; mortuus est qui B « vivificat ; sepulcro traditus, qui « mortuos resuscitat. Obstupuere vir- « tutes, mirati sunt angeli, trepida- « runt elementa, res creata universa « concussa est, terra tremuit, ejusque « fundamenta nutarunt : sol fugit, ele- « menta subversa sunt, lux diurna re- « cessit ; quia Dominum suum crucifi- « xum cernere non sustinuerunt. Crea- « tura attonita dixit : quæ est hæc myste- « rii novitas ? Judex judicatur, et tacet ; C « invisibilis cernitur, nec confunditur : « capitur incomprehensibilis, nec indi- « gnatur : immensus mensura contine- « tur, nec repugnat : impassibilis pati- « tur neque suam injuriam ulciscitur : « moritur immortalis, neque conqueri- « tur : cœlestis sepelitur, idque æquo « animo fert. Quale hoc, inquam, my- « sterium est? Certe creatura stupore de- « figitur. » Cum autem Dominus noster de morte surrexit eamque conculcavit, cum D fortem alligavit, hominemque liberavit, tunc omnis creatura propter Adamum mirata est judicatum judicem, visum invisibilem, passum impassibilem, mortuum immortalem, cœlestem terra sepultum. Nam Dominus noster factus homo; damnatus est, ut misericordiam impertiretur; ligatus, ut solveret; comprehensus, ut liberaret; passus, ut passiones nostras sanaret ; mortuus, ut vitam nobis redderet; sepultus, ut nos suscita-

A ret. Etenim patiente Domino, nostra passa est ejus humanitas, quam similem homini habebat; atque illius passiones, qui ei similis erat, dissolvit; et moriens, mortem peremit. Idcirco in terram descendit, ut mortem persequens, rebellem hominum interfectricem occideret. Unus quippe judicium subiit, myriades liberatæ fuerunt: unus sepultus est, myriades resurrexerunt. B Hic est inter Deum et homines Mediator: hic est omnium resurrectio et salus: hic est errantium dux, pastor hominum liberatorum, vita mortuorum, cherubinorum auriga, angelorum antesignanus, et rex regum; cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

C

S. EUSTATHIUS

EPISCOPUS ANTIOCHENUS ET CONFESSOR.

NOTITIA.

(GALLAND. *Veterum Patrum Biblioth.*, IV, Proleg., p. XXIV.)

I. *Eustathii genus et patria. Confessoris titulo illustris. Primum Berrhœensis episcopus, deinde Antiochenus. Fidei catholicæ adversus Arianos propugnator acerrimus. In concilio Nicæno Constantinum Magnum alloquitur. Arianorum insidiis exauctoratur.*
II. *Quo tempore contigerit ejus depositio. Annus inquiritur quo e vivis excessit.*
III. *Ejus doctrina veteribus celebrata. Ex ipsius litterarum monumentis superest adhuc* Dissertatio de Engastrimytho adversus Origenem. *Et ea quidem cum altera Origeniana de eodem argumento, sæculo superiore vulgata. Utraque ad mentem Eustathii typis excusa.*
IV. *De hac dissertatione Eustathiana minus æquum Huetii judicium retunditur.*
V. *Reliquorum Eustathii operum fragmenta recensentur. Ejus item Allocutio ad Constantinum Magnum proponitur.*

I. Eustathius, genere Pamphylius civisque Sidetes, Hieronymo teste (*a*), primum Berrhœæ in Syria Ecclesiam regendam suscepit. In persecutione sive Diocletiani sive Licinii Christi fidem asseruit; adeoque confessoris titulo ab Athanasio (*b*), Chrysostomo (*c*), Theodorito (*d*) aliisque honestatus. Deinceps ad Antiochenam sedem Berrhœa communibus suffragiis evocatus (*e*), ψήφῳ κοινῇ, in Paulini locum suffectus est qui Philogonio successerat, ut ab Hieronymo erudimur (*f*): ejusque translationem Nicænæ synodi auctoritate fuisse firmatam, scribit Theophanes (*g*), ἡ σύνοδος Εὐστάθιον ἐκύρωσε. Fidei catholicæ adversus Arianos strenuus propugnator, eidem Nicænæ synodo interfuit; ubi cum inter eos Patres primas ferret, sedis suæ dignitate, doctrina et pietate conspicuus, imperatori Constantino perorasse, atque ad Arianam hæresim profligandam plurimum contulisse perhibetur (*h*). Ad hæc adversus Arianorum dogma multa conscripsit, quorum mentio apud Hieronymum et Theodoritum. Quapropter in odium invidiamque Eusebii Nicomediensis sociorumque Arianorum incurrit: qui proinde tanto viro insidias parant et crimina comminiscuntur; eorumque tandem opera exauctoratum ferunt rerum ecclesiasticarum scriptores.

II. Porro, ut verbis utar cl. Lequienii (*i*), « iniquam ejus depositionem Pagius anno 327 factam contendit (*j*); Tillemontius (*k*) anno 331, ratam vero iterum factam 340. Sozomenus profecto diserte refert (*l*), Constantio imperante seditionem Antiochiæ conflatam propter Eustathium abdicatum. Præterea Eusebio Cæsariensi oblatus non fuisset episcopatus Antiochenus [quod quidem ipsemet Eusebius asserit (*m*)], nisi Antiochena Ecclesia orthodoxo et legitimo præsule suo ab Arianis ejecto viduata exstitisset. Contigit igitur Antiochenæ Ecclesiæ viduitas illa anno saltem 331. Atqui Eustathius ætatem produxit ad annum Christi 370, quo Demophilus Arianus Constantinopolitanam sedem capessivit. (Tradit tamen Theodoritus (*n*) mortuum Eustathium ante ordinationem Meletii, πρὸ τῆς Μελετίου χειροτονίας Εὐσταθίου τετελευτηκότος· adeoque ante annum 361.) « Tunc enim, ait Socrates (*o*), qui fidei *Consubstantialis* favebant, se tempus opportunum nactos arbitrati, Evagrium quemdam fidei suæ fautorem designant episcopum (urbis regiæ scilicet), eumque ordinat Eustathius ille qui olim Antiochiæ episcopus fuerat, καὶ χειροτονεῖ τοῦτον Εὐστάθιος,· ὁ πάλαι ποτὲ ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας γεγονώς· qui a Joviano revocatus ab exsilio, Constantinopoli tunc agebat, ut eos confirmaret qui *Consubstantialis* fidem tenebant, illicque tunc delitescebat. » Hæc ille: cui concinit quoque Sozomenus (*p*). Addit uterque, Arianos in seditionem actos, in causa fuisse cur imperator Eustathium denuo Bizyam Thraciæ, et Evagrium alio relegaret.

Quid vero posthac Eustathio acciderit, quove anno, quo tandem loco e vivis excesserit, haud prorsus liquet: at grandævus plane mortuus est, ac certe nonagenarius. Hieronymus Trajanopoli in Thracia conditum scribit (*q*) (eique accedit Chrysostomus inquiens (*r*), τοῦ σώματος αὐτοῦ ταφέντος ἐν Θρᾴκῃ). Theodorus lector (*s*) et ex eo Theophanes (*t*), Philippis in Macedonia ejus reliquias a Calandione patriarcha initio patriarchatus sui Antiochiam relatas memorant, post centesimum ab ejus obitu annum, μετὰ ἑκατὸν ἔτη τοῦ θανάτου Εὐσταθίου ut propterea diem obierit anno circiter 382.

III. Jam vero non solum ex rebus præclare ac fortiter gestis admodum inclaruisse sanctum Eustathium perhibent veteres, sed ejus etiam doctrinam et eruditionem multis laudibus efferunt. « Vir fuit, inquit Sozomenus (*u*), tum in aliis rebus egregius,

(*a*) Hieron. *De vir. illust.*, cap. 85.
(*b*) Athan. *Apolog.*, tom. I, pag. 702, et alibi.
(*c*) Chrysost. in *Encom. S. Eustath.*, num. 2, seqq., Opp. tom. II, pag. 604 seqq.
(*d*) Theodor. *Dial.* II, tom. IV, pag. 90.
(*e*) Id. *Hist. eccl.* lib. I, cap. 7.
(*f*) Hieron. in *Chron.* ad ann. MMCCCXLIV.
(*g*) Theoph. *Chronogr.*, pag. 16 edit. Paris.
(*h*) Theodor. *Hist. eccl.* lib. I, cap. 7.
(*i*) Lequien. *Or. Christ.* tom. II, pag. 709.
(*j*) Pagi ad ann. 340, § 19.
(*k*) Tillem. *Mém.* tom. VII, pag. 652, not. 3 *sur S. Eust.*
(*l*) Sozom. *Hist. eccl.* lib. II, cap. 17.
(*m*) Euseb. *De Vit. Constant.* lib. III, cap. 61.
(*n*) Theodor. *Hist. eccl.* lib. III, cap. 4.
(*o*) Socrat. *Hist. eccl.* lib. IV, cap. 14.
(*p*) Sozom. *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 13.
(*q*) Hieron. *De vir. illustr.*, cap. 85.
(*r*) Chrys. in *Encom. S. Eustath.* num. 2, Opp. tom. II, pag. 605.
(*s*) Theod. lect. in *Excerpt.* lib. II, § 1.
(*t*) Theoph. *Chronogr.* pag. 114.
(*u*) Sozom. *Hist. eccl.* lib. II, cap. 19.

tum eloquentiæ causa merito admirandus : Ἀνὴρ τάτε ἄλλα καλὸς καὶ ἀγαθὸς, καὶ ἐπὶ εὐγλωττίᾳ δικαίως θαυμαζόμενος, quemadmodum, subdit, ex libris ejus qui adhuc exstant, licet cognoscere; qui sive ob priscum genus elocutionis sententiarumque gravitatem, sive ob verborum elegantiam atque in rebus explicandis venustatem, magnopere probantur : ἀρχαιότητι φράσεων καὶ σωφροσύνῃ νοημάτων, καὶ ὀνομάτων κάλλει καὶ χάριτι ἀπαγγελίας εὐδοκιμούντων. » Neque aliter Anastasius Sinaita, cui dicitur (*a*) « divinus Eustathius theologia præstans et concionator et martyr et Nicænæ synodi summus doctor : Ὁ πολὺς ἐν θεολογίᾳ Εὐστάθιος ὁ θεῖος, καὶ προσομιλητὴς καὶ μάρτυς καὶ κορυφαῖος τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου διδάσκαλος. »

Verum dolendum maxime, quod ex tanti Patris litterarum monumentis, pauca sint admodum quæ ad nos usque pervenere; neque ulla quidem superes ex *infinitis* ejus *epistolis* quarum meminit Hieronymus (*b*). Integra tamen adhuc exstat illius *Dissertatio de engastrimytho adversus Origenem*, quam cum altera ipsius Origenis de eodem argumento, sæculi demum superioris anno 1629, Lugduni evulgavit Leo Allatius. Utramque porro et ipsi typis excudendam existimavimus, morem nimirum sancto Patri nostro gerentes, qui et suam et Origenianam disputationem junctim edendi consilium iniit. « Eos namque, ait (*c*), qui certamen ineunt, cominus cum hostibus pugnare contraque obstare decet; ut quis melior sit, dignosci facile possit. Quare in primis quidem ante alia Origenis dicta proponemus; deinde contrariam illis sententiam subnectemus, quam ingenii industria atque diligentia discutere operæ pretium erit : Ὥστε τὰ μὲν Ὠριγένεια προτακτέον ἐν πρώτοις, ἰδίᾳ δὲ τάξει καὶ τὸν ἀντιπίπτοντα νοῦν ἐκείνοις ἐξετάσαι σπουδαστέον. »

IV. Sed ecce tibi cl. Huetius, qui pro suo Origene strenue decertans, contra Eustathium Antiochenum insurgit, *ejusque incursiones in Adamantium et assultus sibi retundendos* esse ducit (*d*). Queritur nimirum vir illustris (*e*), sanctum Patrem suo *Diagnostico de Engastrimytho* acerrime præ reliquis Origenis allegorias fuisse insectatum. At beati præsulis Antiocheni vindicem agit doctus operum *Origenianorum* editor, dum Adamantii institutum de Scripturæ sacræ interpretandæ ratione ad examen revocat (*f*) : « Si Origenem audias, inquit, Scripturæ littera ædificandis simplicibus sufficit. Sub hoc respectu reverentia digna est. Aliunde innumera habet falsa, absurda, impossibilia et secum pugnantia. » — Unde colligo paucis bonis quæ litteræ tribuit, innumera quæ ei exprobrat vitia non deleri. Quamobrem Huetio condonari nequit injuriosus ille modus, quo sanctum martyrem Eustathium Antiochenum habet, cujus contra Origenianam methodum objecta *futiles* vocat *cavillationes* (*g*). Non equidem inficiabor acrius quam par erat ab Eustathio impugnatam fuisse Adamantii de Pythonissa sententiam. Quæstio enim est mere critica, quæ nec fidei nec moribus nocere queat. Sed acerrima hac censura non tam ab Eustathio vexatus fuisse videtur Origenes ob suam de ventriloqua

A opinionem, quam ob suam interpretandæ Scripturæ methodum, quæ sacrorum omnium librorum sensum pervertit; ac proinde justam Eustathio indignationem moverat, ut satis liquet ex his ejus verbis (*h*) : *Hic solus est Scripturæ locus quem Origenes, a quo integra ad allegorias translata est, litterali sensu vult accipi.*

Quæstionem igitur de ventriloqua si exceperis, Eustathii adversus Origenem criminationes iniquæ non sunt, nec belle eas propulsat Huetius. Id expostulat Eustathius (*i*), quod paradisum terrestrem et fructiferas paradisi arbores allegorica expositione aboleverit. Nunquid bene purgatur Adamantius, cum illum hanc sententiam e Philonis libris mutuatum esse respondet Huetius (*j*)? Nunquid Origenis crimen simili Philonis crimine diluitur? Conqueritur Eustathius (*k*), quod nulla sensus historici injecta mentione, effossos ab Abraham puteos in allegorias traxerit, qui sua tamen ætate superant. B Respondet Huetius, ei qui tot annos in Judæa transegerat, ignotos esse non potuisse hujusmodi puteos. Verum annon hoc ipso excusatione minus dignus est Origenes, quod rem in propatulo positam et omnium oculis obviam, quasi commentitiam ac fictitiam traduxerit? Certe homilia 10 *in Genesin*, quam Huetio designasse videtur Eustathius, id habet : *Sæpe jam dixi, quod in his non historiæ narrantur, sed mysteria contexuntur.*

V. Sed reliqua demum quæ superant ex Eustathii operibus fragmenta, summatim recenseamus.

Et primum quidem complura excerpta ex ejus oratione in illud Prov. VIII, 22, *Dominus creavit me*, recitat cum in *Historia* tum in *Dialogis* Theodoritus : aliudque occurrit in Actis concilii Nicæni II in ea verba Prov. IX, 5, *Comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis.*

Alia præterea ex ejus Commentariis *in Psalterium Davidicum*, præcipue vero in psalmos XV et XCII, C refert in suis item *Dialogis* Theodoritus.

Ad hæc ex ejus *libro de anima* cujus meminit Hieronymus, nonnulla exstant apud eumdem Theodoritum, Eustathium presbyterum CP. et Joannem Damascenum.

Porro ex *libris* VIII *adversus Arianos* varia exhibent loca Gelasius papa, Eulogius apud Photium, Facundus Hermianensis et Joannes Damascenus.

Hæc autem omnia ex laudatis Ecclesiæ scriptoribus hausta, suis quæque locis digesta proferimus. Quibus addas, si libet, ex Gelasio Cyziceno (*l*), ejusdem sancti Patris Eustathii refutationem objectionum Phædonis philosophi, qui pro Ario ejusque blasphemia in synodo Nicæna verba fecit.

Postremo loco stitimus præsulis nostri Antiocheni *Allocutionem ad imperatorem Constantinum*, habitam in concilio Nicæno, quam nobis servavit Gregorius presbyter Cæsariensis (*m*). In eo sane concilio magnum Eustathium omnium primum D Constantino panegyricum dixisse narrat præ cæteris Theodoritus (*n*) : Πρῶτος ὁ μέγας Εὐστάθιος... τοῖς ἄνθεσι τῶν ἐγκωμίων τὴν βασιλέως ἐστεφάνωσε κεφαλήν. Qua de re Baronium adeas (*o*), neque Tillemontium (*p*) omittas velim.

(*a*) Anast. Sin. *Anagog. contempl. in Hexaem.* lib. IV.
(*b*) Hieron. *De vir. illust.*, cap. 85.
(*c*) Eustath. *Dissert. de Engastr.* § 1.
(*d*) Huet. *Origenian.* lib. II, cap. 2, quæst. 13, § 1, pag. 171.
(*e*) Id. *ibid.* § 5, pag. 175.
(*f*) De la Rue præfat. ad tom. II Opp. Origen., pag. 21.
(*g*) Huet. *l. c.*, p. 175.
(*h*) Eustath. *Dissert. de Engastr.*, § 21.
(*i*) Eustath. *Dissert de Engastr.*, § 21.
(*j*) Huet. *l. c.* pag. 175.
(*k*) Eustath. *l. c.* pag. 565.
(*l*) Gelas. Cyz. *Hist. conc. Nic.*, lib. II, capp. 14, 15.
(*m*) Greg. Cæs. *Orat. in Nicæn. Patr.*, apud Combef. *Auct. nov.* tom. II, pag 555.
(*n*) Theodor. *Hist. eccl.* lib. I, cap. 7.
(*o*) Baron. ad ann. 325, § 54.
(*p*) Tillem. *Mém.* tom. VI, pag. 809.

ORIGENES DE ENGASTRIMYTHO.

(I Reg. XXVIII.)

Vide hujusce *Patrologiæ* Græco-Latinæ tom. XII, col. 1011.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ

ΚΑΤΑ ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ

ΕΙΣ ΤΟ ΤΗΣ ΕΓΓΑΣΤΡΙΜΥΘΟΥ ΘΕΩΡΗΜΑ ΔΙΑΓΝΩΣΤΙΚΟΣ.

—

SANCTI EUSTATHII

ARCHIEPISCOPI ANTIOCHENI

CONTRA ORIGENEM DE ENGASTRIMYTHO DISSERTATIO

Leone Allatio interprete.

—

I. Ἀεὶ μὲν ἄγαμαι τὸν ἀξιοφανῆ τῆς ἐνθέου πολιτείας σου ζῆλον, ὦ διαπρεπέστατε τῆς ὀρθοδοξίας ἱεροκῆρυξ Εὐτρόπιε· τὸ δὲ τῆς εὐσεβείας σου γνώρισμα πολλαχῶς ἐκπληττόμενος οὐχ ἥκιστα καὶ περὶ τόδε μάλιστα τεθαύμακα τὸ μέρος· ὅτι σαφῶς ἀκριβῶσαι βούλει πῶς ἂν ἔχοιμι γνώμης ἕνεκα τῆς ἐγγαστριμύθου τῆς ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Βασιλειῶν ἱστορουμένης· οὐ γὰρ ἀρέσκεσθαι φῂς οἷς ἐξέδωκεν Ὠριγένης εἰς τήνδε τὴν ὑπόθεσιν. Οὐ μὴν ἀλλὰ ἔγωγε καὶ ἄλλους οἶδα ἔτι μεμφομένους οὐκ ὀλίγους ἐφ' οἷς ὡρίσατο προχείρως, ἀλλὰ συχνοὶ μέν εἰσιν οἱ δακνόμενοι τὰς ψυχὰς ἀσχάλλοντες οὐ μετρίως· ἔσθ' ὅτε δέ τινες οἷς ἔγραψεν ἐκεῖνος ὑπάγονται, τῇ προλαβούσῃ δοξοκοπίᾳ ῥᾷον ἀνατιθέμενοι, καὶ τοῖς ὀνόμασι μᾶλλον, ἀλλ' οὐ τοῖς πράγμασι προσέχοντες, ὡς δέον. Ἵν' οὖν μὴ δόξαιμι κατ' ἐμαυτὸν ἀγῶνα δικανικὸν εἰσάγειν, οὐκ ἀνοίκειον ἡγοῦμαι πᾶσαν μὲν ὁμοῦ συζεῦξαι τὴν ἐξήγησιν αὐτοῦ τῇδε τοῦ γράμματος ὑπαγορίᾳ, δι' ἑκατέρου δὲ τρανῶσαι τὸ σαφές· ὡς ἂν μήτε τινὲς οἴοιντο συκοφαντεῖν ἡμᾶς ὅπως δήποτε δοξάσαι προσαχθέντας, μήτ' αὖ πάλιν ἀμφηρίστους εἶναι τὰς δόξας ἑκατέρων· οἴονται γὰρ ἐκ τῆς παραλλήλου συγκρίσεως ἀνεξετάζειν μὲν ὅπως ἔχῃ δόξης ἑκάτερα τὰ μέρη, τὴν ἀμείνονα δὲ γνώμην ἐξ ἀμφοῖν αἱρεῖσθαι τοὺς φιλολόγους. Οὔτε γοῦν ἵππος ἀγωνιστὴς εἶναι κρίνεται δόκιμος ἑαυτῷ, τρέχων εὐσκελῶς, οὐδ' εἰ σφόδρα κοῦφος ὢν ὥσπερ ὑπόπτερος ἐπιδεί-

A I. Semper equidem divinæ vivendi rationis tuæ zelum, dignum qui et aliis innotescat, o rectæ fidei celeberrime et sacer prædicator Eutropi, commendo: verum tuæ insignis pietatis sæpius admiratione commotus, non minus atque illi præcipue eam laudavi. Vis quippe ut sententiam meam de Engastrimytho, cujus primo Regum historia legitur, declarem dilucideque aperiam. Etenim quæ de hac materia vulgavit Origenes, tibi neque grata neque accepta sunt. Novi equidem alios, eosque non paucos, questos de iis quæ temere ab illo prolata sunt, plurimosque fuisse qui propterea animo vehementissime excruciantur. Nonnulli item illius commentationibus acquiescunt, novumque dogma male intrusum facile amplectuntur, et nominibus potius
B quam rebus, quod facto opus esset, animum advertunt. Ne igitur sponte forense ac concertatorium judiciale genus subiisse videar, operæ pretium fecerim si omnem illius expositionem una cum hac mea scriptione conjungam, et utrinque verum aperiam: ne ulli opinandi sit locus nos aperte calumniari, quasi homini parum ingenue imposuerimus; ideoque utriusque sententias dubias esse. Opinantur enim utriusque comparatione utriusque partis sententiam melius discerni, deinceps philologos ad meliorem sese applicare. Non itaque ille equus concertator esse aliorum judicio comproba-

tur qui festinanter citato gradu properat, licet incredibili celeritate, quasi alis niteretur, miraque incitatione confestim advolet. Neque athletarum ille optimus est qui inter certandum ocius pedem conferre potest, nec quisquam alius, sive lucta agiliter contendat, sive durissimo pancratio vulnera patiatur, sive cæstu pugnam committat, vel aerem inani brachiorum jactatione everberet. Eos namque qui certamen ineunt, cominus cum hostibus pugnare contraque obstare decet, ut quis melior sit dignosci facile possit. Quare in primis quidem ante alia Origenis dicta proponemus, deinde contrariam illis sententiam subnectemus, quam ingenii industria atque diligentia discutere operæ pretium erit.

A χνυται τὰς κινήσεις· οὔτ' αὖθις ἀθλητῶν ὠκύτατα τρέχειν ἐν σταδίῳ δυνάμενος, οὔτε ἄλλος οὐδεὶς, οὔτε παλαίων ὑγρῶς, οὔτε τραχύτατα παγκρατιάζων, ἢ πυγμαχῶν, ἢ τὸν ἀέρα δέρων ἐωροκοπίαις ὑποκειμένοις· ἀλλὰ συσταδὸν ἁρμόττει τὰ μαχόμενα τοῖς ἐναντίοις ἀντιστατεῖν· ἵν' ἐξ ἑνὸς ὁποτέρου διαγινώσκηται τὸ προὖχον. Ὥστε τὰ μὲν Ὠριγένεια προτακτέον ἐν πρώτοις, ἰδίᾳ δὲ τάξει καὶ τὸν ἀντιπίπτοντα νοῦν ἐκείνοις ἐξετάσαι σπουδαστέον.

II. Age igitur historiæ seriem, quoad ejus fieri poterit nobisque facultas dabitur, speculemur, inde unde par est sumpto initio. Cum Saul optime populi præesset multitudini, *omnes*, inquit [1], *engastrimythos ejecit*, omnesque reliquos *gnostas* dictos, veluti perniciosissimas pestes, qui ita vocabantur, ariolos depulit. Verum ubi rebus pessimis animum advertit, a nequissimo dæmone male vexatus, rursum affata fatidicorum ac vatum ambitiose nimis amplectitur, paulo ante dissoluta componens, proptereaque semetipsum violati mandati reum arguens. Quippe cum vicini *alienigenæ* unanimi consensu bellum indicerent [2], et collatis signis, numerosa phalangum copia arma consererent, exsertisque gladiis summa animi contentione pugnam deposcerent; misellus Saul tabernaculi propugnaculum et reliqua omnia, ut ita dicam, oculata fide hostium armis occlusa contuitus, a se ipse discessit attonitus, ut divinæ testantur Litteræ. Deinceps addunt, *consulebat Dominum* [3], appetens videlicet scire quid opus factu esset; *et omnino non respondit ei Dominus in somniis, in manifestationibus et in prophetis*. Scelesto namque impieque agenti Sauli Numen responsa non dat. Quid vero divino destitutus auxilio posthac machinatur? Non placat Deum precibus iteratis assiduoque animi cultu, [4] quin contrariis ac pugnantibus studiis resiliens magis ac magis jura violat. Pueris suis imperat *mulierem engastrimythum quærere, ut ad eam accedens veluti ex oraculo sciscitaretur*. A ministris autem pessimis illico fanatica prodita, Saul prompte habitu suo mutato, indutusque aliis vestimentis, velocius exercitu dimisso pervolavit. Ubi ad ipsam accessit cum duobus viris nocte, tunc supplex illam alloquebatur: *Vaticinare mihi*, dicens, *in engastrimytho, et fac mihi ascendere quem dixero tibi*. Igitur si Saul per engastrimythum ut sibi divinaretur exorabat, veras quispiam fuisse ejus voces asseverabit? Verum quis illum in deploratas conversum divinationes et diabolicas fabularum operationes immani furore a dæmone vexatum fuisse ignorat? Nonne Deus, qui in os Balaami sermones imposuit, Moysique ut expresse in Numeris scriberet imperavit,

II. Φέρε οὖν αὐτὸ τὸ τῆς ἱστορίας γράμμα θεωρήσωμεν ὡς οἷόν τε κατὰ τὸ ἐφικτὸν ἐνθένδε πόθεν
B ἀρκτέον. Ὁπηνίκα μὲν ὁ Σαοὺλ ἄριστα προΐστατο τῆς τοῦ λαοῦ πολυανδρίας, ἐξῆρε *πάντας τοὺς ἐγγαστριμύθους*, ἔφη, καὶ τοὺς οὕτω καλουμένους ὀνόματι *γνώστας*, ἅτε δὴ λυμεῶνας ἐμφοχεύοντας (1) ἐχθίστους. Ἐπειδὴ δὲ τραπεὶς ἐπὶ τὰ χείριστα πρὸς τοῦ ἀλιτηρίου πικρῶς ἠλαύνετο δαίμονος, ᾤχετο πάλιν ἐπὶ τὰ φάσματα τῆς μαντείας αὐτῶν, οἰκοδομούμενος ἃ κατέλυσεν ὀλίγῳ πρόσθεν, ἑαυτὸν δὲ καὶ διὰ τοῦτο παραβάτην ἐλέγχων· ὡς γὰρ οἱ πέριξ *ἀλλογενεῖς* ὁμοθύμῳ σπουδῇ πολέμου γένεσιν ἀνεκήρυττον, ἀθροισθέντες μὲν ὡς ἔνι μάλιστα παμπληθεὶ τὰς φάλαγγας ἀντιπαρέταττον, ὅπλα δὲ γυμνάσαντες εἰς μάχην ἐξίεσαν εὐρώστως· ὁ μέντοιγε σχέτλιος Σαοὺλ, αὐτὸ τὸ τῆς παρεμβολῆς ἐπιτείχισμα πεφραγμένον ἰδὼν αὐτοψεὶ, καὶ, τὸ σύμπαν εἰπεῖν,
C ἐξέστη καταπλαγεὶς, ὡς ἡ θεία διαγορεύει Γραφή· μετὰ δὲ τοῦτό φησιν, *ἠρώτα διὰ τοῦ Κυρίου*, γνῶναι δηλαδὴ τὰ πρακτέα γλιχόμενος· *ὁ δὲ Κύριος οὐκ ἀπεκρίνατο τὸ παράπαν αὐτῷ* διὰ τὰς τῆς ἀδικίας ὑπερβολὰς, *οὔτε ἐν ἐνυπνίοις*, *οὔτε ἐν δήλοις*, *οὔτε ἐν τοῖς προφήταις*. Ἀλλὰ μὴν ἐκείνῳ γε τὸ Θεῖον οὐκ ἐχρημάτιζεν οὐδαμῶς ἀθέμιτα δράσαντι. Τί δὲ μετὰ ταῦτα πράττει τῆς ἀνωτάτω γυμνασθεὶς (2) ἐπικουρίας; ἀντὶ τοῦ μᾶλλον ἐξιλεώσασθαι συχνοτέρᾳ δεήσει καὶ καρτερᾷ ψυχολατρείᾳ, τοὐναντίον ἀποπηδήσας αὔξει μὲν τὰ τῆς ἀποστασίας ἐπιτηδεύματα. Τοῖς δὲ παισὶν αὐτοῦ προσέταττε *γυναῖκα ζητήσειν ἐγγαστρίμυθον, ἵνα ἀφίκοιτο πρὸς αὐτὴν πευσόμενος ὡς ἐν μαντείῳ*. Τῶν δὲ δὴ χειρίστων ὑπηρετῶν αὐτίκα δὴ μάλα καταμηνυσάντων,
D τὴν ἔμπληκτον, ὁ μὲν Σαοὺλ ἀμελητὶ μετασχηματίσας ἑαυτὸν, καὶ τὰ τῆς ἐσθῆτος ἀμείψας ἐνδύματα, δρομαῖος ᾤχετο, τὴν στρατιὰν ἐκλιπών· ὡς δὲ ἀφίκοιτο πρὸς αὐτὴν ἅμα δυσὶν ἀνδράσι νύκτωρ, ἀξιώσας αὐτῇ προσεφέρετο τηνικαῦτα, *Μάντευσαι δή μοι*, λέγων, *ἐν τῷ ἐγγαστριμύθῳ· ἀνάγαγέ μοι*, φησὶν, *ὃν ἂν εἴπω σοι*. Τοιγαροῦν εἴπερ ὁ Σαοὺλ ἐδεῖτο διὰ τῆς ἐγγαστριμύθου μαντεύσασθαι, φαίη τις ἂν ἀληθεῖς εἶναι τὰς ἐκείνου φωνάς; Ἀλλ' ἔστι τις ἀγνοῶν ὡς ἐκεῖνος ὑπὸ τοῦ δαίμονος ἀγρίαις ἐλαύνετο θυμοῖς εἰς ἀνηκέστους ἐκτραπεὶς μαντείας

[1] *I Reg.* xxviii, 3. [2] *ibid.* 4. [3] *ibid.* 6. [4] *ibid.* 7.

(1) *Ἐμφοχεύοντας*. Ἐμφωλεύοντας.

(2) *Γυμνασθείς*. Γυμνωθείς.

καὶ διαβολικὰς μύθων ἐνεργείας; Τί γάρ; οὐχ ἀξιό- A πιστος μᾶλλόν ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ τοὺς μὲν λόγους εἰς τὸ στόμα τοῦ Βαλαὰμ ἐμβαλὼν, ἐπιτρέψας δὲ Μωσεῖ γράψαι ῥητῶς ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς· *Οὐ γάρ ἐστιν οἰωνισμὸς ἐν Ἰακὼβ, οὐδὲ μαντεία ἐν Ἰσραήλ;* Εἰ τοίνυν ἀπαγορευτέα τοιάδε καθέστηκεν, οἷα δὴ βδελύγματα μυσαρὰ καὶ τῆς ἐχθίστης εἰδωλολατρείας αἴτια, πῶς ἂν εἴη φερέγγυος ὁ μάρτυς ὁ τούτοις ἀνοσιώτατα χρήσασθαι πειραθείς; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὀλίγον ὕστερον ἐπαναλαβόντες ἐντελέστερον ἐροῦμεν· ἐπανιτέον δὲ πάλιν εἰς τὴν τοῦ γράμματος ἱστορίαν.

fide dignior est? *Non enim est auguratio in Jacob, neque divinatio in Israel* [5]. Itaque si hæc veluti exsecranda detestandaque scelera odiosissimique idolorum cultus causæ prohibita sunt, quomodo ad ferendum testimonium is qui impiissime illis uti conatus est, idoneus erit? Sed hæc paulo inferius iterum arrepto sermone perfectius tractabimus. Quare ad historiæ seriem revertamur.

III. Ὡς οὖν ἡ γυνὴ τὸν ἔκφρονα Σαοὺλ ἐθεάσατο, πλαττομένη μὴ εἰδέναι τὸν δυνάστην, ἀνθυπέφερεν ὡς αὐτὸς ἄμεινον ἂν εἴη γινώσκων, ὅσα πεποιήκει τοῖς περὶ ταῦτα δεινοῖς ὁ Σαοὺλ, ὡς *ἐξωλόθρευσε τοὺς ἐγγαστριμύθους*, ἔφη, *καὶ τοὺς ἐκφωνοῦντας ἀπὸ* B *τῆς γῆς· ἕνεκα δὲ τούτου παγιδεύσασθαι πρὸς αὐτοῦ* (3) *τὴν ψυχὴν ἔφασκεν εἰς θάνατον*. Ἐπειδὴ δὲ πιστωσάμενος ὅρκῳ διεβεβαιώσατο μηδὲν αὐτὴν ὑποστῆναι σκαιὸν, αὖθις ἐπιῤῥωσθεῖσα τῇ κακίᾳ, παῤῥησιέστερον ἀποκρίνεται δήπουθεν ἡ γυνή· *Τίνα*, φησὶν, *ἀνάγω σοι;* Ποταπὴ καὶ ὁποία ἡ κακοδαίμων ἐτύγχανεν αὕτη γραῦς, ἵνα ὑπόσχηται τὸν Σαμουὴλ ἐκ νεκρῶν ἀνάξαι; Καὶ μὴν εἴγε δεῖ τὸ τῆς ἀξίας ὑπερθεμένους εἰπεῖν, οὐχ ὅπως οὐκ ἠδύνατο προφητικὴν ἀνάξαι ψυχὴν, ἀλλ᾽ οὐδὲ τῶν ἐπιτυχόντων οὐδενὸς οὐδόλως, ἀλλ᾽ οὐδὲ μύρμηκος ἢ ψύλλης· οὐ γὰρ οἱ δαίμονες ἐξουσίαν ἔχουσι πνευμάτων τε καὶ ψυχῶν, ἀλλ᾽ ὁ πάντων ὁμοῦ δεσπόζων Θεός· ὥστε τῇ θείᾳ δοτέον φύσει μόνῃ ἐξ ᾅδου μεταπέμπεσθαι καὶ πάλιν ἀνακαλεῖσθαι ψυχάς. Ἀλλ᾽ ὁ κομ- C ψὸς Ὠριγένης, εἰδωλολατρείας ὄργανα καὶ νεκυομαντείας εὑρήματα τῷ τῆς Ἐκκλησίας θέλων ἐπισκυλῆσαι (3') χορῷ, τοῦ θείου καταψεύδεται γράμματος. Αὐτῆς γάρτοι τῆς Γραφῆς ἀναφανδὸν ἐκβοώσης ὡς εἶπεν ἡ γυνή· *Τίνα ἀνάγω σοι;* τοὐναντίον ἀντιστρέψας οὗτος, τὸ πρόσωπον ἔφη ταῦτα εἰρηκέναι τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Εἶτα τοσοῦτον ἐξετράπη παρασυρεὶς, ὥστε οὐκ ἐρυθριᾷ τῷ ἁγίῳ περιτιθέναι Πνεύματι τὰ τῆς ἐπιλήπτου ῥήματα· τοιαῦτα δὲ γυμνοτέρᾳ τῇ γλώττῃ βλασφημῶν, εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀναφέρει τὸ πᾶν, ἀξιοπίστῳ τοὺς αὐτηκόους ὀνόματι καταιδέσαι πειρώμενος. Ἤρετο μὲν οὖν, ὡς ἔφην, ἡ γυνὴ, καὶ καθάπερ ἐξουσίαν ἔχουσα τοῦ μεταπέμπεσθαι τοὺς νεκροὺς, *Τίνα*, φησὶν, *ἀνάγω* D *σοι;* τοῦ δὲ μαντευομένου φήσαντος ἀναχθῆναι τὸν Σαμουὴλ, αὖθις ἐπιφέρει· *Καὶ εἶδεν ἡ γυνὴ τὸν Σαμουὴλ*, ἔφη, καὶ ἐβόησε φωνῇ μεγάλῃ, καὶ εἶπε τῷ δυνάστῃ· *Διατί παρελογίσω με; καὶ σὺ εἶ Σαούλ.* Ὡς δὲ ὁ βασιλεὺς ἔφησεν αὐτῇ, *Μὴ φοβοῦ*, καὶ τὸ, *Τί ἑώρακας;* ἐπάγει· αὖθις ἀνθυπενεγκοῦσα πάλιν ἡ πυθόμαντις ἔφη· *Θεοὺς ἑώρακα ἀναβαίνοντας ἐκ γῆς*. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὸ τελευταῖον ὁ δυνάστης ἤρετο, *Τί ἔγνως;* αὐτίκα πάλιν ἀνθυπήνεγκε πρὸς ἔπος· *Ἄνδρα ὄρθιον ἀναβαίνοντα ἐκ τῆς γῆς· καὶ οὗτος ἀναβεβλημένος διπλοΐδα.* Τί οὖν ἐπὶ

III. Mulier igitur amentem Saulem intuita, simulans se minime principem cognoscere, respondit illum melius scisse quæ adversus talium rerum peritos Saul patraverat; *quomodo exterminavit engastrimythos et manifestantes de terra. Ideo laqueum vitæ illius intendere dicebat, ut occideret* [6]. Ubi vero Saul jurejurando fidem alligasset suam, nullum ipsam subituram malum; mulier firmatis nequitia viribus liberius utique reddit responsa: *Quem*, ait, *evocabo tibi* [7]? Quæ qualisque erat hæc furiis agitata anus, ut Samuelem a mortuis evocaturam promitteret? Et sane, dignitatis insignibus omissis, fatendum est eam non potuisse propheticam animam evocare, sed nec alterius illius omnino, nec formicæ quidem, nec pulicis. Quippe in potestate dæmonum non sunt sive spiritus sive animæ, sed in solius Dei manu, qui omnium rector omnibus imperat. Quare ab inferis animas revocandi accersendique facultas soli divinæ naturæ tribuenda est. Sed industrius sane Origenes idololatriæ instrumenta vaticiniorumque, eorum præcipue quæ fiunt mortuis evocatis, artes in ecclesiasticum chorum cum haberet in animo obtrudere, in sacram mentitur Scripturam. Quippe Scriptura aperte palamque dicente mulierem dixisse: *Quem evocabo tibi?* consilium Scripturæ in contrariam partem afferens, personam ait hæc dixisse Spiritus sancti. Deinceps raptim usque eo a veritate deflexit ut fanaticæ mulieris verba Spiritui sancto non vereatur impingere. Hæc cum disertissimis verbis impie effutiat, totum refert in Spiritum sanctum auditores, nomine fide digno persuadere conatus. Quæsivit itaque, ut jam dixi, mulier, et quasi mortuos evocandi facultatem haberet, *Quem*, ait, *evocabo tibi?* Verum qui oracula consulebat, ut Samuel educeretur, petente, subdit: *Et vidit mulier Samuelem;* et sublata voce clamavit, dixitque principi: *Cur fefellisti me? et tu es Saul.* Postquam rex dixisset: *Ne timeas*, et, *Quid vidisti?* rursum pythonem habens mulier infert: *Deos vidi ascendentes de terra.* Cum vero tandem princeps interrogasset: *Qualis est forma ejus?* ad verbum ita affata est: *Hominis recti ascendentis de terra; et ipse amictus est diploide.* Quid præterea sacra Scriptura tradit? *Et novit Saul quod Samuel esset hic, et inclinavit se super faciem suam*

[5] *Num.* XXIII, 23. [6] *I Reg.* XXVIII, 9. [7] *ibid.* 11

(3) Αὐτοῦ. Forte αὐτῆς.
(3') Ἐπισκυλῆσαι. Quid sibi vult istud ἐπισκυλῆσαι, quod nihil significare potest? Haud dubium quin legendum sit ἐπικυλῆσαι, vel ἐπεισκυκλῆσαι, eodem fere sensu quo ἐπιτειχίζειν legitur col. 625, A. EDIT.

in terra, et adoravit eum[8]. Manifestum itaque est, nullibi omnino sacrarum litterarum seriem affirmasse per mulierem illam engastrimythum Samuelem evocatum fuisse. Sed illa quidem in primis per incitantem ipsam dæmonem dicit illum evocandum; deinde et deos ascendentes videre gloriata, fraudulenter signa hominis tradebat, ut ex insidiis occuparet. Et demens Saul ex his quæ audierat, intellexit quod ille ipse esset Samuel.

IV. An ergo fides adhibenda sit vel a dæmone vexato Sauli, quasi veram exactamque cognitionem haberet, vel dæmoni de semet gloriose loquenti promittentique ab inferis justorum animas educturum, inter nos ipsos dijudicemus, discernamusque hæc et similia hoc modo intelligere, quam vanum impiumque sit, o optime hominum Eutropi. Mirum enim quantum a veritate, ut videtur, Origenes aberraverit. Et si Dominus noster Jesus Christus de diabolo dicat[9-10]: *Ipse homicida erat ab initio, et in veritate non stetit; quoniam veritas in ipso non erat. Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quoniam mendax est, et pater ipsius*: quid hic, ais, Origenes? Prius enim interrogandus es: Hæc quæ Salvator dixit vera sunt, an respondens contrarium dices? Itaque si verba Domini de more vera sunt, ergo dæmon audacter insolescens mentitus est. Verum si dæmonis sermones veritati non absonos definis, mendacem Dominum utique audes demonstrare. Videsne quam inculcas sententiam, quæ absurda ineptaque contineat? Quandoque enim dæmones ad veritatem dicendam vi compelluntur doloribus torti: verumtamen nihil usquam voluntarie sine mendacio dixerint. Tamen si quis dæmonem justos ab inferis evocare affirmabit, quomodo manifestum non erit, fraude mendacium obtrudere, illo animo ut aliquem præcipitem actum consternat? Ita est, ait: At illa dæmon nullus effatus est, sed narrans scriptoris vox; sermonum vero scriptorem esse Spiritum sanctum, et non hominem credimus. Forte seriei narrationis pugnantia in medium afferre non plane intelligis? Rectius itaque, qui paulatim ad omnifarios sermones animum intendere noverunt, tradidisse narrativam scriptoris locutionem, quæ videbatur facere vel dicere oracula, petenti Sauli engastrimythus, de ea videlicet auctor narrans ejusque ad verbum sermones exponens, inquit: *Et dixit mulier: Quem evocabo tibi?* Quis ita vecors et stolidus erit, ut simulet se minime capere, voces has scriptoris minime esse, sed mulieris a dæmone vexatæ? Certe si quid in hac re verum sincerumque sit, perspicere debemus, narratio illud tantum habuit: *Vidit mulier Samuelem.* Hæc porro ita prosecutus est scriptione, quasi ad minime ignaros de dæmoniaca loqueretur. Neque enim dubium esse debet, dæmonem qui pio-

τούτοις διαγορεύει ἡ θεία Γραφή; *Καὶ ἔγνω Σαοὺλ, ὅτι Σαμουὴλ ἐστιν οὗτος, καὶ ἔκυψεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ.* Φαίνεται τοίνυν ὡς οὐδαμοῦ τὸ παράπαν ἡ τοῦ θείου γράμματος ἔφησεν ἐκδοχὴ τὸν Σαμουὴλ ἀνῆχθαι διὰ τῆς ἐγγαστριμύθου· ἀλλ' αὐτὴ μὲν προηγουμένως διὰ τοῦ ἐκβακχεύοντος αὐτῇ [*f.* αὐτήν, *v.* ἐν αὐτῇ] δαίμονος ἀποφθέγγεται δεῖν ἀνάγειν αὐτόν· εἶτα καὶ θεοὺς ἀνιόντας ἐπικομποῦσα θεωρεῖν, ἀπάτῃ μὲν ἐδίδου τὰ σημεῖα τἀνδρὸς εἰς ἐνέδραν· ὁ δὲ παράφρων ἔγνω Σαοὺλ ἐξ ὧν ἀκήκοεν ὡς αὐτὸς οὗτός ἐστι Σαμουήλ.

IV. Εἰ δὲ δεῖ πιστεύειν ἢ τῷ δαιμονιζομένῳ Σαούλ, ὡς ἀληθῆ γνώσεως ἠκριβωκότι κατάληψιν, ἢ δαίμονι καυχωμένῳ καὶ ψυχὰς ὑπισχνουμένῳ δικαίων ἐξ ᾅδου μεταπέμπεσθαι, κρίνωμεν παρ' ἑαυτοῖς ὅσης ἂν εἴη γε δυσφημίας ἀνάπλεα, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα νοεῖν, ὦ κράτιστε ἀνδρῶν Εὐτρόπιε· πολὺ γάρ, ὡς ἔοικεν, Ὠριγένης τῆς ἀληθείας ἐσφάλη· καίτοι τοῦ Δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ περὶ τοῦ διαβόλου διαῤῥήδην εἰρηκότος· *Ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν, ὅτι ἀλήθεια οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ. Ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ, ὅτι ψεύστης ἐστὶ καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ.* Τί τοίνυν φῄς, ὦ Ὠρίγενες; ἀνάγκη γὰρ ἐρέσθαι σε πότερον, ἀληθῆ ταῦτά ἐστιν ἅπερ ἔφρασεν ὁ Σωτήρ, ἢ τοὐναντίον ἀνθυποφέρων ἐρεῖς; Εἰ μὲν οὖν ἀληθεῖς οἱ τοῦ Κυρίου τυγχάνουσι λόγοι, εἰωθότως, ἄρα ὁ δαίμων ἐψεύσατο θρασυνόμενος· εἰ δὲ ἀψευδῆ τὰ τοῦ δαίμονος ὁρίζῃ ῥήματα, ψεύστην ἀποφῆναι τὸν Κύριον ἐγχειρεῖς· ὁρᾷς εἰς ὅσην ἐκπέπτωκεν ἀτοπίαν ὁ παρὰ σοὶ δογματιζόμενος ὅρος; Ἄκοντες μὲν γὰρ ἔσθ' ὅτε τἀληθῆ λέγειν οἱ δαίμονες ἀναγκάζονται στρεβλούμενοι τοῖς πόνοις, οὐ μὴν ἑκόντες ἀψευδῶς εἴποιεν ἂν ὁτιοῦν. Εἰ δὲ δεῖ (*f.* δὴ *vel* δεῖν) καὶ δικαίους ἀνάγειν ἐξ ᾅδου τοῦτον ὁριεῖταί τις ἀμελητί, πῶς οὐκ ἂν εἴη γε σαφὲς ὡς ἀπάτῃ τὸ ψεῦδος ἀντεισάγει, βουλόμενος ἐκτραχηλιάσαι τινά; Ναί, φησίν, ἀλλ' οὐχ ὁ δαίμων ταῦτα εἴρηκεν, ἀλλ' ἡ διηγηματικὴ τοῦ συγγραφέως φωνή· συγγραφεὺς δὲ τῶν λόγων εἶναι πεπίστευται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' οὐκ ἄνθρωπος. Εἶτ' οὐ νοεῖ πῶς ἐναντία φαίνει τῇ τοῦ διηγήματος ἐκδοχῇ; Κάλλιον οὖν ἴσασιν οἱ παντοίοις σχολαιότερον ὁμιλήσαντες λόγοις, ὡς ἡ διηγηματικὴ τοῦ συγγραφέως ὁμιλήσασα ταῦτα ἐξέδωκεν, ἅπερ ἐδόκει πράττειν ἢ λέγειν τῷ μαντευομένῳ Σαοὺλ ἡ ἐγγαστρίμυθος· ἀμέλει περὶ ἐκείνης ἐκδιηγούμενος ὁ συγγραφεύς, καὶ τοὺς λόγους αὐτῆς ἐπὶ λέξεως ἐκτιθέμενος, ἔφη· *Καὶ εἶπεν ἡ γυνή· Τίνα ἀναγάγω σοι;* Τίς δὲ οὕτως εὐήθης ἐστὶν ὡς ὑποκρίνεται [*f.* ὑποκρίνεσθαι] μὴ νοεῖν, ὅτι αὗται μὲν τοῦ συγγραφέως οὐκ εἰσι φωναί, τῆς δὲ δαιμονώσης εἰσὶ γυναικός; Ἀλλὰ μὴν εἴγε δεῖ φιλαλήθως εἰπεῖν, ἡ διηγηματικὴ τοῦτον (*f.* τοῦτο) ἔφησε μόνον, ὡς, *Εἶδεν ἡ γυνὴ τὸν Σαμουήλ·* οὕτως δὲ ταῦτα ἔγραψεν ὡς πρὸς εἰδότας περὶ δαιμονώσης ὁμιλῶν. Οὐ γάρ ἐστιν ἀμφισβητεῖν, ὅτι δαίμων οὐκ ἀνάγει ψυχὴν οὐδενός, ὅς, ὑπὸ τῶν εὐσεβῶν ὁριζόμενος ἀνθρώπων, ἐλαύνεται, πυρού-

[8] *I Reg.* XXVIII, 12-14. [9-10] *Joan.* VIII, 44.

ται, μαστίζεται, καὶ φεύγει τὸ σκήνωμα προλιπών· ἀλλ' εἶδεν ἡ παραπλὴξ ὡς ἔπρεπεν αὐτῇ τὸ σχῆμα τῆς πεφαντασιοκοπημένης ὄψεως. Εἴωθε γοῦν ὁ θὴρ εἰς πολυπροσώπους ἑαυτὸν ἐξαλλάττειν ἰδέας· ἵνα δὲ κατὰ τὸν ἁγιοφανῆ Παῦλον ἀποφθεγξάμενος εἴποιμ' ἄν· *Αὐτὸς γὰρ ὁ Σατανᾶς μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός*· οὐ μέγα γοῦν εἰ διαλεγόμενος ἔταξε μὲν καὶ τόδε τὸ χωρίον, οἰόμενος ἐκ τούτου περιγράφειν τοὺς τὴν ἀλήθειαν ἀντεισάγοντας, ἀτεχνίᾳ δὲ μᾶλλον ἢ τέχνῃ δοχῶν ἀνασκευάζειν αὐτῷ προσετέθη.

V. Καὶ διατί, φησὶν, οὐκ εἴρηται, *Εἶδεν ἡ γυνὴ δαιμόνιον ὃ προσεποιεῖτο εἶναι Σαμουήλ*, ἀλλὰ γεγράφθαι πρὸς ἐπὶ τούτοις ἔφησεν, *Ἔγνω Σαοὺλ, ὅτι Σαμουήλ ἐστιν;* Εἶτα πάλιν ἐπιφέρει προϊών· Εἰ μὴ ἦν Σαμουὴλ, ἔδει γεγράφθαι· *Καὶ ἐνόμιζε Σαοὺλ εἶναι αὐτὸν Σαμουήλ*· νῦν δὲ γέγραπται· *Ἔγνω Σαούλ*· οὐδεὶς δὲ ἔγνω τὸ μὴ ὄν· *Ἔγνω οὖν Σαοὺλ, ὅτι Σαμουήλ ἐστιν. Ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ.* Ἵνα δὲ μὴ παρεκβὰς ἐφ' ἕτερα τῶν παραδειγμάτων, ἐξ αὐτῶν ὧν ἔγραψεν, ἐνταῦθα ποιήσομαι τὴν ἐρώτησιν· εἶθ' οὕτως ἐπὶ τὰ λοιπὰ βαδιοῦμαι παραδείγματα. Καί μοι λέγε πρὸς Θεοῦ· Τί φῄς, ὦ Ὠρίγενες; πότερον ἡ γυνὴ τὸν Σαμουὴλ ἀνήγαγεν αὐτῷ σώματι, ἢ τῷ γε σχήματι σκιογραφίας εἴδει περιβεβλημένον; Εἰ μὲν οὖν ἀσώματον ἀνήγαγεν αὐτὸν, οὐκ ἄρα τὸν Σαμουὴλ ἀνέστησεν, ἀλλὰ πνεύματος ἰδέαν· ὁ γὰρ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἡρμοσμένος οὗτός ἐστι Σαμουὴλ ὁ ἄνθρωπος, ὁ κρᾶσιν ἔχων ἐξ ἀμφοῖν ἀνάλογον· εἰ δὲ ὁλόσωμον αὐτὸν ἀνήγαγε τὸν ἄνδρα, πῶς οὐχ ἑώρακεν αὐτὸν ὁ Σαούλ; εἰ γὰρ ἦν αὐτοψεὶ θεασάμενος αὐτὸν, οὐκ ἂν ὡς ἀβλεπτῶν ἐξήταζε τὴν γυναῖκα, φάσκων αὐτολεξεὶ τό, *Τί ἑώρακας;* Οὐκοῦν εἰ μὲν ἀόρατος ἦν, ἀναμφιλόγως ἀσώματος ἦν· εἰ δὲ ἀσώματος σχήματι διεφαίνετο, τί δήποτε τοὐναντίον ἔφραζεν ἡ πυθόμαντις, ἑωρακέναι μὲν ἄνδρα ὄρθιον ἐκ τῆς γῆς ἀναβαίνοντα, διπλοΐδα δὲ, κατὰ τὸ πρόσθεν ἔθος, ἀναβεβλημένον; Ἄρα οὖν αὐτὰ τὰ πράγματα μάχεταί σου τοῖς λόγοις, ὦ Ὠρίγενες· ὁ μέν γε Σαοὺλ οὐδὲν ὅλως ἑωρακὼς ὡς περὶ φαντάσματος ἀοράτου διαλεγόμενος ἐπυνθάνετο, τὸ, *Τί ἑώρακας;* εἰπών· ἡ δὲ τοὐναντίον ὡς αὐτὸν ἄνθρωπον ἰδοῦσα κέκραγεν· *Ἄνδρα ὄρθιον ἀναβαίνοντα ἐκ τῆς γῆς*· ὑπὲρ δὲ τοῦ πεῖσαι ὡς αὐτὸς ἄνθρωπός ἐστι, δίδωσιν αὐτῷ καὶ σημεῖον ἐπιφθεγξαμένη· *Καὶ οὗτος ἀναβεβλημένος διπλοΐδα.* Τί οὖν, ὦ τῆς ἀθεμίτου μαντείας ὑποφήμων, εἴπερ ἐτύγχανεν ἀνὴρ, οὐκ εἶδεν αὐτὸν ὁ Σαούλ; ἐκτὸς εἰ μήτοι καὶ τὸ αἰσθητὸν ὄμμα τυφλώττειν αὐτὸν εἴποις, ὥσπεροῦν ἀμέλει καὶ τὸ τῆς ἐννοίας αὐτὸ τὸ νοητόν.

VI. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖς ἁλισκόμενος εὐπετῶς· Αὐτὸ τὸ τῆς ψυχῆς ὄργανον ἀνθρωπόμορφον ἐσχηματίζετο κατὰ τὴν ὥραν, ἵνα ἐπιφανὲν ἐξείπῃ προφητικῷ μηνύματι τὸ μέλλον· οἷα δὴ κατὰ τοὺς ὕπνους ἐνίοτε

A rum hominum imperio subest, ejicitur, igne crematur, flagris cæditur et fugit, habitatione neglecta, ullius animam evocare. Sed vidit vesana, ut aptiori figura rem quam imaginatione sibi confictam conceperat, repræsentaret. Bellua namque se in multas variasque formas mutare consuevit, ut cum divino Paulo dicam: *Ipse enim Satanas transmutatur in angelum lucis* [11]. Nihil mirum itaque si is inter disserendum, locum hunc Scripturæ apposuit, ratus exquisite describere eos qui veritatem assererent, cui id addidit, ut propriam confirmaret sententiam, etsi nulla arte.

V. Et quare, inquit, non dictum est: *Vidit mulier dæmonium, quod fingebat se esse Samuelem;* sed scriptum esse dein dicit: *Intellexit Saul quod Samuel esset* [12]? B Quibus paucis interjectis subdit: Si Samuel non erat, scribendum omnino erat: *Et putabat Saul illum esse Samuelem.* Nunc vero scriptum est: *Cognovit Saul.* Nemo autem cognovit id quod non est. *Intellexit itaque Saul, quod Samuel esset. Procidit pronus in terram, et adoravit illum.* Non aliunde petitis exemplis, sed ab iis ipsis quæ scriptis mandavit, hoc in loco interrogatione instabo. Tandem et reliquis utar exemplis. Effare ergo mihi per Deum, Quid hic ais, Origenes? Mulier evocavitne Samuelem una cum corpore, an figura umbræ tantum imagine obvolutum? Si incorporeum illum evocavit, non ergo Samuelem, sed spiritus formam suscitavit: ex anima enim et C corpore compositus ipse est Samuel; homo ex utrisque proportione quadam constat. Si vero una cum toto corpore virum evocavit, quomodo non vidit illum Saul? quippe si oculatus testis ipse vidisset, non interrogasset mulierem, ac si non videret, illa ipsa verba enuntians: *Quid vidisti* [13]? Itaque si oculorum effugit obtutum, absque dubio et corporis expers erat. Si corporis expers figura apparebat, ut quid pythomantis oppositum dicebat [14]: *Vidisse* quidem *hominem rectum e terra salientem pallio*, uti prius ab eo fieri consueverat, *amictum?* Res itaque ipsæ, Origenes, cum tuis sermonibus pugnant. Et Saul ipse cum nihil omnino aspexisset, tanquam de phantasmate invisibili sermonem habens, interrogabat, inquiens: *Quid vidisti?* D Illa porro ac si hominem intuita fuisset, clamavit: *Virum stantem ascendentem de terra:* ut autem illi suaderet hominem esse, notas illius enarrat, subdens: *Et hic pallio amictus.* Quare igitur, o sacrilegæ vaticinationis præceptor, si vir erat, non aspexit illum Saul? nisi illi etiam oculos qui sensui subsunt, cæcutire velis affirmare, quemadmodum duntaxat et intellectus ea pars quæ intelligibile.

VI. Sed cum facili negotio refellaris, fortasse dicas, tunc organum animæ in speciem humanam efformatum fuisse, ut apparens prophetico vaticinio futura prædiceret: quemadmodum in somniis

[11] *II Cor.* XI, 14. [12] *I Reg.* XXVIII, 14. [13] *ibid.* 13. [14] *ibid.* 14.

quandoque et spiritus et animæ omnibus suis membris absolutæ, humanasque formas præ se ferentes, adveniunt; in quibus non una, sed varia indumenta conspicies, nec non cicatricum, typorum vibicumque, quin et plagarum et vulnerationum notas impressas. Si igitur animam tantum evocatam, non ipso corpore hominem decernis; quod etiam si volueris, Scripturæ series non concedet; tibimet ipsi pugnantia contrariaque loqui non percipis? Hocque tibi aliquis opponeret: Quare non dixit mulier: *Propheticam animam vidi*, sed oppositum, *virum erectum?* et eamdem, quam innuis rationem, quare Scriptura non ita effata est: *Vidit mulier dæmonium, quod fingebat se esse Samuelem?* Hac utique ratione ego tibi opponens objicerem: Quare evocata anima non dixit animam se vidisse, si res ita se haberet, quin contrarium, *hominem* et hunc *erectum*, quod habitudinis corporeæ, illiusque certæ figuræ signum est? Quippe mænas illa minime se vidisse affirmabat senem gibbosum, incurvum, sed stantem, intensum, directum, juvenili ardore bellum ambientem, ad nequitias promptum, vesano Sauli fraudem faciens; atque illud suadebat argumento, quod homo esset qui ascendebat e terra, eumque diploide amictum fatebatur. Quid igitur quispiam hic dicere posset? si vir ille prodiens, ipso emergeret corpore, nonne eum Saul vidisset, neque ab alio quis is esset, quasi cæcitate perculsus, conaretur perdiscere? Igitur res ipsa clamat eum hominem non fuisse, sed umbram, ut videtur, obscuram et fallacem, neque enim oculos fugisset. Et si opinaris, Origenes, animam Samuelis illic fuisse, quare umbra illa obvoluta diploide apparebat? Manifestum equidem est vestes, indumenta, nec non involucra corporibus potius, quam animabus convenire. Etenim non existimo te urbane faceteque respondentem etiam per simulationem dicturum, diploidem illam tot annis in sepulcro ad illam diem conservatam, ut prophetæ anima vestiretur, nec nuda hinc inde aberrans degeret. Et sane diceret quispiam nullum ignorare, sanctis e cœlo indumenta parari, nulli corruptioni obnoxia, claris luminibus late splendentia, non male textoris pectine percussa. Verum si Samuelis animam spectrum illud fuisse statuis, asserisque vestem tantum intellectu deprehensam fuisse, ut illius cæremoniæ ratio manifestaretur; utraque vero hæc intelligibilium rerum propria sunt: convincitur nihil sanum verumque mænadem illam effutiisse. Res enim aliter ac se habebant enuntiabat, eorum nomina quæ sub sensu cadunt invertens, et intellectualia manifestans. *Virum* itaque *erectum* appellans, et textile involucri indumentum manu factum, quod non videbatur, ex contrariis spiritum imaginatione tantum perceptum inferebat.

A πνεύματα καὶ ψυχαὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐφίστανται παμμελεὶ, τοὺς ἀνθρωπείους ἐπιδεικνύμεναι χαρακτῆρας· οὐ μὴν ἀλλά γε καὶ διάφορα καὶ ποικίλα φοροῦντες ἐσθήματα, καὶ σημασίας οὐλῶν, ἢ κτύπων, ἢ μωλώπων ἐπιφερόμενοι, καὶ πληγῶν, ἢ τρώσεων. Εἰ τοίνυν ὁρίζῃ ψυχὴν ἀνῆχθαι μόνον, ἀλλ' οὐχ ἄνθρωπον αὐτῷ σώματι (οὐδὲ γὰρ εἰ βούλει δίδωσί σοι τὸ γράμμα), μαχόμενα μὲν ἑαυτῷ θεσπίζων οὐκ αἰσθάνῃ; Σαυτὸν(3'') δὲ τοῦτό τις ἀνθυποφέρων ἐρεῖ σοι· Τί δήποτε οὐκ εἶπεν ἡ γυνὴ, *Προφητικὴν εἶδον ψυχὴν*, ἀλλὰ τοὐναντίον, *ἄνδρα ὄρθιον*; ᾧ γὰρ ἔφησθα τρόπῳ, καὶ διατί λέγων οὐκ εἴρηται· *Εἶδεν ἡ γυνὴ δαιμόνιον ὃ προσεποιεῖτο εἶναι Σαμουήλ*; Τούτῳ τῷ λόγῳ φαίην ἂν ἀνθυπενέγκας ἔγωγε· Τίνος ἕνεκα, ψυχῆς ἀναχθείσης, οὐκ εἴρηκεν ἑωρακέναι ψυχὴν, B εἴπερ οὕτως εἶχεν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐναντίων *ἄνδρα*, καὶ τοῦτον *ὄρθιον*, ὅπερ ἐστὶ γνώρισμα σωματικῆς εὐεξίας; οὐ γὰρ ἀμφίκυρτον, οὐδὲ κεκυφότα γέροντα θεωρεῖν ἔφασκεν ἡ μαινὰς, ἀλλ' ὄρθιον, ἐντεταμένον, ἀπηυθυμένον, εἰς πόλεμον ἀεὶ νεάζοντα, περὶ τὰς τῆς κακίας ἀναδόσεις· ἀπάτῃ δὲ τὸν ἔκφρονα δελεάζουσα, σημείῳ μὲν ἔπειθεν αὐτὸν, ὡς ἄνθρωπός ἐστιν ὁ ἀνιὼν ἐκ τῆς γῆς, ἀναβεβλῆσθαι δὲ αὐτὸν ἔφαινε διπλοΐδα. Τί οὖν (εἴποι τις ἄν); εἴπερ αὐτῷ σώματι προκύπτων ἐτύγχανεν ἀνὴρ, οὐκ ἂν ἑώρακεν αὐτὸν ὁ Σαοὺλ, ἀλλὰ παρ' ἑτέρου βούλεται μαθεῖν ὁποῖός ἐστιν, ὡς ἀορασίᾳ πληγείς; Οὐκοῦν αὐτὰ τὰ πράγματα κέκραγεν, ὡς ἄνθρωπος μὲν οὐκ ἦν, ἀλλὰ σκιά τις, ὡς ἔοικεν, ἀφανής· οὐ γὰρ ἂν ἀόρατος ἦν. Εἰ δὲ C νομίζεις, Ὠρίγενες, ὅτι ψυχὴ τοῦ Σαμουὴλ ἐτύγχανεν αὐτόθι, διατί διπλοΐδα περιβεβλημένον ἑωρᾶτο τὸ φάσμα; Προδήλῳ γοῦν ἐκφαίνεται σημασίᾳ, ὡς ἅπαντα τὰ τῆς ἐσθῆτος ἐνδύματα καὶ σκεπάσματα σώμασι πλέον, ἀλλ' οὐ ψυχαῖς ἁρμόττει· οὐ γὰρ οἴομαί σε φῆσαι (*l.* φήσειν) μεθ' ὑποκρίσεως ἀστεϊζόμενον, ὅτι μεμένηκεν ἡ διπλοῒς ἐπὶ τοῦ τάφου τοσούτοις ἔτεσιν ἄχρι τῆσδε τῆς ἡμέρας, ἵνα ἡ ψυχὴ τοῦ προφήτου φορῇ, μή πη ἄρα γυμνὴ βαδίζουσα διάγοι· καίτοι γε φαίη τις ἂν, ὡς οὐδεὶς ἔοικεν ἀγνοεῖν, ὅτι τοῖς ἁγίοις ἀδιάφθορα πάρεστιν οὐρανόθεν ἐνδύματα φεγγοβόλοις ἐκλάμποντα μαρμαρυγαῖς, ἀλλ' οὐκ ἐσθῆτος ὑφάσματα ποικίλοις εὐδιάφορα. Εἰ δὲ τὴν τοῦ Σαμουὴλ ὁρίζῃ ψυχὴν μὲν εἶναι τὴν ὀφθεῖσαν, ἱμάτιον μέντοι φῂς ἑωρᾶσθαι κατ' ἔννοιαν, ἵν' ὁ τῆς ἱερουργίας ἔκδηλος D εἴη τρόπος (ἀμφότερα δὲ ταῦτα νοητῶν ἐστι πραγμάτων ἴδια), συνέστηκεν ὡς οὐδὲν ὑγιὲς, οὐδὲ ἀληθῶς ἀπήγγειλεν ἡ μαινάς· ἕτερα γὰρ ἔλεγε παρὰ τὰ ὄντα, τὰ τῶν αἰσθητῶν ὀνόματα παραφέρουσα, καὶ τὰ νοητὰ διαδεικνύουσα πράγματα. *Ἄνδρα* γοῦν *ὄρθιον* ὀνομάζουσα, καὶ περιβολῆς ὑφαντὸν ἔσθημα χειρότευκτον, ἀόρατον, ἐκ τῶν ἐναντίων εἰσῆγεν πνεῦμα φαντασιῶδες.

VII. Eia dic ergo, o optime dogmatista, quomodo cognovit Saul illum fuisse Samuelem, quando nec umbræ quidem minimam partem, tantum

VII. Εἰπὲ τοίνυν, ὦ βέλτιστε δογματιστὰ, πῶς ἔγνω Σαοὺλ, ὡς αὐτὸς οὗτος ἐτύγχανε Σαμουὴλ, ὁπηνίκα μηδὲ σκιᾶς εἶδε μόριον, οὐχ ὅπως ἀνδρὸς ἰδέαν;

(3'') *Σαυτόν*. Sic impr., prave. Legendum prorsus videtur ταυτόν, ut pag. 644, B. Edit.

Ἀλλ' οὐκ ἐρυθριᾷς εἰρηκὼς, Ἔδει γεγράφθαι, *Καὶ ἐνόμιζε Σαοὺλ εἶναι αὐτὸν Σαμουήλ*, νῦν δὲ γέγραπται, *Ἔγνω Σαούλ;* Εἶτα ὅτι μὲν ὁ δαιμονιζόμενος ἔγνω παρὰ δαιμονώσης ἀκούσας, ἄνω καὶ κάτω λέγεις· ὅτι δὲ οὐδὲν οὐδὲ ὅλως ἐθεάσατο, σιγῇ τὸ γράμμα κρύπτεις· οὐδαμοῦ δὲ δὴ παραφέρεις ἐν μέσῳ τὸν ἔλεγχον, ἀφελεῖς μὲν οἰόμενος ἐξαπατᾷν ἀνθρώπους, εὕρημα δὲ μαντείας ἐπιτειχίζειν ἅπασιν ἀσεβοῦς· ἡ γάρτοι τοῦ δαιμονιζομένου γνῶσις ἀξία τοῦ κηρύγματος ἐτύγχανεν ἐκείνης τῆς καὶ τοὺς λόγους αὐτῷ διακονούσης. Ἀλλ' ἐπιστήμῃ καὶ συνέσει φαίης ἂν ὡς ἔγνω μὴ θεασάμενος, ἀλλ' οὐκ ἐνόμισεν· ἕκαστος γοῦν ἀνθρώπων ἀκοῇ μᾶλλον ἢ ὄψει πρᾶγμα παραλαβὼν οἴεται καὶ νομίζει, τὸ σαφὲς οὐκ εἰδὼς, ἄλλως τε κἂν ὑπὸ δαιμονῶντος ἀκούῃ προσώπου· μόνα γὰρ τὰ τοῦ Θεοῦ βεβαιοῦνται ῥήματα πρὸς ἀκριβῆ κατάληψιν καὶ πίστεως ὀχυρότητα. Καὶ μὴν εἰ περὶ τῶν ἀνθρώπων ἔφησεν ὁ μελογράφος, *Ἐγὼ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης*, πόσῳ γοῦν δὴ μᾶλλον εἰ περὶ γυναικὸς ἐκδιηγῆταί τις ἔκφρονος; Εἶτα λέγεις, ὅτι οὐδεὶς ἔγνω τὸ μὴ ὂν, οἷα μειρακίοις ἄντικρυς ὁμιλῶν. Εἰπὲ τοίνυν, πῶς ἔγνω τὸ ὂν, εἴπερ αὐτὸς οὐκ ἐθεάσατο πυνθανόμενος, οὐ τὸν ἄνδρα τὸν ὄρθιον, οὐ τὸ Ἐφοὺδ ὃ περιεῖχεν, οὐ τὸ ἀρχιερατικὸν ἱμάτιον, ἀλλ' οὐδὲν οὐδαμόθεν ὁρῶν ὑποκένοις ἀνεῤῥιπίζετο λόγοις, ὥσπεροῦν ἀμέλει καὶ σὺ κουφολογίᾳ τοὺς ἀστάτους ἀναπτεροῖς; Ἀλλ' ὁ μὲν ἱστοριογράφος ὄνομα προθεὶς ἐγγαστριμύθου, πρῶτον ἐδήλωσε τὸ πρόσωπον, ὁποῖόν ἐστιν, ἐμμανές· εἶθ' οὕτως αὐτῷ [*f.* αὐτὸ] τὴν ὀπτασίαν ἑωρακέναι διέγραφεν, ὡς πρέπει τοῖς εὖ φρονοῦσι περὶ τοῦ παραπεπληγμένου νοεῖν· οὐδεὶς γὰρ ἂν ὑπολάβῃ (*f.* ὑπολάβοι) φρενοβλαβῆ τινα, τὰ δέοντα θεωρεῖν. Ὁμοίῳ δὲ τρόπῳ καὶ τὸν ἔκφρονα Σαοὺλ ἔφησεν ἐγνωκέναι μαντευομένῳ [*f.* μαντευόμενον], ὡς ἄξιον ἂν εἴη περὶ ἐκείνου νοῆσαι, τοῦ τοσαύταις ἐτῶν περιόδοις ἐλαυνομένου πικρῶς ὑπὸ τοῦ δαίμονος.

A abest ut formam hominis aspexerit? Nec erubescis cum dicis scribendum fuisse : *Et putabat Saul illum esse Samuelem;* cum scriptum sit : *Cognovit Saul?* Sub hæc, quod a dæmone vexatus a dæmoniaca audiens cognoverit, ubique decantas; quod vero nihil omnino uspiam viderit, silentio præteris, neque reprehensionem ullam in medium affers, id in animo habens ut simplices homines fallas, omnibusque novam impiamque divinationem inculces. Dæmoniaci quippe cognitio illius quæ et verba ipsi subministrabat præconio digna erat. Dices illum scientia quadam prudentiaque quod non viderat cognovisse, sed non fuisse opinatum. Namque quilibet homo qui auditu potius quam oculis rem aliquam acceperit, cum verum non cognoscat, opi-

B natur et credit, atque præcipue, si a dæmoniaca persona illam hauserit. Sola etenim divina verba ad exquisitam comprehensionem et fidei munimentum firmitatem habent. Nam si de hominibus carminum scriptor scripsit [15] : *Ego dixi in excessu meo : Omnis homo mendax*, de muliere demente sane multo aptius dici poterit. Dicis præterea neminem nosse quod non est; quasi cum puerulis sermonem consereres. Dic igitur quomodo cognovit id quod erat, si ipse jam interrogans non viderat, neque hominem erectum, neque Ephod quod continebat, non summorum sacerdotum vestem, sed nihil usquam conspiciens vanis sermonibus jactabatur, quemadmodum et tu non minori orationis vanitate

C parum firmos commoves. Sed historiæ quidem scriptor, Engastrimythi nomine apposito, primum personam qualis esset, furiis videlicet agitatam, significavit. Deinceps ipsi spectrum quod viderat exposuit ea ratione, qua mentis compotes de excordibus debent judicare : nemo enim existimare potest aliquem mente captum videre ea quæ oporteat. Similiter et dementem Saulem, dum vaticinium peteret, dixerat cognovisse; quemadmodum de eo qui tot animorum conversionibus a pessimo dæmone correptus agitabatur, æquum erat discernere.

VIII. Ἀλλὰ μὴν ὅτι γε ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, αὐτὰ τὰ πράγματα βοὰς ἀφίησιν ἐναργεῖς. Ἵνα δὲ καὶ ἀφ' ἑτέρου τὰ ὅμοια συστήσαιμι παραδείγματος, φέρε τὴν ἐπὶ Ἠλίου τοῦ προφήτου προάγωμεν ἱστορίαν, ὁπηνίκα τὸν ἀριθμὸν ἠξίουν μὲν ἐν θυσίᾳ τὴν ἑκατέρων ἀνεξετάζεσθαι τάξιν, μηδένα δὲ πῦρ ἐπάγειν, ἀλλ' εὐχαῖς ἐπάγεσθαι πυρὸς ἐπιφορὰν, ἵνα ἐκ τοῦ κατακομπαζομένου μετεώρου οὐρανόθεν ἔκδηλος μὲν ἂν εἴη πᾶσιν ἐπακοῦσαι δυνάμενος ἐν φλογὶ πῦρ ἀποστέλλειν Θεὸς, ἐκ δὲ τούτου διαγινώσκηται τίς ἡ τοῦ κρείττονος ἐξουσία, καὶ πᾶσι φανερὸν ἂν εἴη γε τὸ ἄμεινον. Ὡς οὖν ἐπέταττε πρώτοις ἐπιτελεῖν ἐκείνοις, οἱ μὲν ἐπιλεξάμενοι βοΐδιον ἐμέλιζον εἰωθότως, ἐπικαλούμενοι δὲ δὴ τὸ τετράμορφον ἐμμέλετημα τοῦ καλουμένου Βάαλ, οὐδὲν ἧττον ἔπραττον, οὐδὲν οὐδαμῶς· ἀλλά γε *καὶ κατετέμνοντο κατὰ τὸ ἔθος αὐτῶν μαχαίραις*, ἔφη, *καὶ σειρομάσταις ἕως ἐκχύσεως αἵματος*· εἶτα ἐπὶ τούτοις ἡ διηγηματικὴ τοῦ συγγραφέως ἐπιφέρει βοή· *Καὶ προεφήτευον*

VIII. Et hæc in se habere res ipsæ clamant clarissima voce. Verum ut et alio exemplo rem mihi propositam confirmem, age Eliæ prophetæ historiam in medium afferamus [16], cum vellent numero in sacrificio partis utriusque præstantiam dijudicare, nullumque audere ignem injicere, sed

D precibus illum in cœlo conceptum subjicere, ut inde demisso cœlitus signo, quo liceret gloriari, pateret omnibus Deus, qui posset et exaudire et ignes suscitatos depellere, ex quo potioris dignitas elucesceret, et quod melius erat appareret. Ubi vero primum illis ut opus perficerent imperavit, illi selectam buculam more suo discerpebant in partes, et invocato non indiligenter quadriforme Baalis numine, nihil minus operabantur, nihil omnino. Addit [17] : *Et incidebant se ex more gladiis et siromastibus ad effusionem usque sanguinis.* Subdit his auctor illius narrationis [18] : *Et prophetabant quousque præteriit vespera.* Cum itaque Scriptura non expo-

[15] *Psal.* CXV, 11. [16] *III Reg.* XVIII, 19-26 [17] *ibid.* 28. [18] *ibid* 29.

fuerit verane an mendacia prophetarent, ideone illos prophetas fuisse veraces aliquis contenderet? Scilicet dicendum erat, ut Origenes ipse determinat, prophetabant ut ipsi opinabantur, non nisi mendacia conflantes. Neque enim fas erat in ipsis incidere præsagitionem; et tamen extricato claroque scribit sermone: *Et prophetabant quousque præteriit vespera*. Nonne ipsa rerum eventorumque consequentia hæc illis similia comprobantur? Etenim si amborum idem est auctor, unum etiam ex utrisque sensum elicere consequens est. Sed quemadmodum hic idololatrarum præfixo nomine id nobis innuit de illis ita sentiendum esse, scilicet pseudoprophetas fuisse omni prænotione destitutos; sic et ibi personis dæmone agitatis præpositis sacrilegique vaticinii facinoribus, per reticentiam quid de amentibus illis prudentes sentire deberent manifestavit.

IX. Sane si vellem rerum similium testimonia afferre, deficiet fortasse tempus dicentibus: satis vero erit, si alterum hujus rei exemplum adducam. In Exodi ergo historia habetur [19], Moysi Aaronique Dominum ipsum præcepisse ut ante Pharaonem in terram baculum dejicerent, qui commutata forma in eorum conspectu prodigio horribili Ægyptios deterreret. Quod ubi maxima omnium admiratione factum esset, princeps sine consilio amentia delusus vocavit una simul omnes et sapientes et incantatores Ægypti: *Et fecerunt etiam incantatores Ægyptiorum*, dixit, *per incantationes similiter; projeceruntque singuli virgas suas, et factæ sunt dracones: et devoravit baculus Aaronis virgas illorum* [20]. Refertur præterea [21] Ægyptiorum incantatores similiter sanguinem et ranas fecisse [22]. Cum igitur narratio neque hic singulorum actus subdividat, sed similiter incantatores fecisse fateatur; ideo ne dices quæ a magis confecta sunt, illis quæ a Moyse similia esse? Nequaquam, dicet quis, cum nec fas sit dicere curiosa isthæc et superstitiosa a Deo factis rebus assimilari. Quæcunque Moyses exsequebatur, veritatem præ se ferebant: at quæ incantatores ordiebantur, imaginatione tantum visum fallebant; quippe rerum imbecillitate satis abunde mendacium eludebatur. Quandoquidem, qua ratione una virga derepente omnes illas et multas devoravit? Neque fas est animo concipere quomodo illi ex rebus inanimatis possent facere uno impetu ut essent animatæ. Tunc enim nobis essent fortasse potiores, qui lignis emortuis animam indere haberent in facultate. Nec Moyses ipse quidpiam quod esset admiratione dignum præstabat, si illis similia perpetrabat. Quare æquum est hæc nullius esse momenti ostendere ipsius Scripturæ verbis. Nam si Deus, ut Ægyptiorum injurias propulsaret eosque puniret, omnes aquarum fluctus ut in sanguinem commutarentur imperabat; si similes plagas accipientes, ductus aquarum in sanguinem

A *ἕως παρῆλθε τὸ δειλινόν*. Ἐπεὶ τοίνυν οὐ διέστειλε τὸ γράμμα, πότερον ἀληθῆ προὐφήτευον ἢ ψευδῆ, παρὰ τοῦτο φαίη τις ἂν ἐκείνους εἶναι προφήτας ἀληθεῖς; Ἔδει γὰρ εἰρηκέναι κατὰ τὴν Ὠριγένους ἀπόφασιν, Προεφήτευον ὡς ᾤοντο τὸ δοκεῖν, μηδὲν ἀληθὲς λέγοντες (ἐπεὶ μηδὲ θέμις ἐμπολιτεύεσθαι ἐν αὐτοῖς πρόγνωσιν), ἀλλ' οὐχ ἀνεπιπλόκῳ καὶ καθαρᾷ προφωνῆσαι λέξει· *Καὶ προεφήτευον ἕως παρῆλθε τὸ δειλινόν*. Ἆρ' οὖν ἀκολούθως ἐκ τῆς αὐτῆς τοῦ γράμματος ἱστορίας ἔστιν ἰδεῖν, ὅτι ταῦτα ἐκείνοις ἐπέοικεν· εἰ γὰρ ὁ αὐτός ἐστιν ἑκατέρων ὁ συγγραφεὺς, ὅμοιον ἐξ ἀμφοῖν ἀνάγει τὸν νοῦν. Ἀλλ' ὥσπερ ἐνταῦθα τὸ τῶν εἰδωλολατρῶν ὄνομα προτάξας, ἐδήλωσε κατὰ ἔννοιαν, ὅτι χρὴ περὶ τούτων ὑπολαμβάνειν ὡς εἰσὶ ψευδοπροφῆται λειπόμενοι προγνώσεως·
B οὕτω κἀκεῖ πρόσωπα δαιμονιζόμενα προτάξας, καὶ μαντείας ἀθεμίτου δράματα, κατὰ ἀποσιώπησιν ἐμήνυσε τί δέοι περὶ τῶν ἐκφρόνων δοξάζειν τοὺς ἔμφρονας.

IX. Ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα μὲν εἰ παραφέροιμι μαρτύρια, τάχα ἴσως ὁ χρόνος ἡμᾶς ἐπιλείψοι λέγοντας· ἄλλην δὲ μίαν παραδείγματος εἰκόνα προθεὶς ἀρκεσθήσομαι. Τοιγαροῦν ἐν τῷ τῆς Ἐξόδου κατασεσήμανται γράμματι, πῶς ἐπέταττεν τοῖς ἀμφὶ Μωσέα καὶ Ἀαρὼν αὐτὸς ὁ Κύριος εἰς ἔδαφος ἐκρίψειν τὴν ῥάβδον ἀντικρὺ Φαραὼ, ἵνα εἰς ὄψιν ἀμείψασα τὸ σχῆμα σημείῳ καταπλήξῃ φοβερῷ τοὺς Αἰγυπτίους. Ὡς δὲ τοῦτο ἐγίνετο παραδόξως, ὁ δυνάστης ἀνοίᾳ φενακιζόμενος ἀβούλῳ, συνεκαλέσατο μὲν ὁμόσε τοὺς σοφιστὰς καὶ τοὺς φαρμακοὺς Αἰγύπτου· *Ἐποίησαν δὲ καὶ οἱ ἐπαοιδοὶ τῶν Αἰγυπτίων*, ἔφη, *ταῖς φαρμακείαις αὐτῶν ὡσαύτως, καὶ ἔῤῥιψεν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ ῥάβδον, καὶ ἐγένοντο δράκοντες·
C καὶ κατέπιεν ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν τὰς ἐκείνων ῥάβδους*. Ἔτι γε μὴν ἀναφερόμενόν ἐστιν, ὡς αἵματα καὶ βατράχους ἐποίησαν ἐπαοιδοὶ τῶν Αἰγυπτίων ὡσαύτως. Ἐπεὶ οὖν ἡ διηγηματικὴ μηδὲ δεῦρο διαιρεῖ φωνὴ τὰς ἑκατέρων τάξεις, ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς ἐπαοιδοὺς ἐξεῖπε πεποιηκέναι, παρὰ τοῦτο φαίης ἂν, ὅτι τὰ δεδραμένα τοῖς φαρμακοῖς ὅμοια τοῖς διὰ Μωϋσέως γενομένοις ἐστίν; Οὐμενοῦν, εἴποι τις ἂν, ἀλλ' οὐδὲ θεμιτὸν ἂν εἴη λέγειν, ὡς ἐξομοιοῦται τὰ περίεργα καὶ γοώδη τοῖς οὐρανίοις ἀπομιμήμασιν. Ὅσα μέν γε διὰ Μωσέως ἐπράττετο, τὴν ἀλήθειαν ἐκ τῶν δρωμένων ἐξέφαινεν· ὅσα δ' οὖν διὰ τῶν ἐπαοιδῶν ἐκατ-
D τύετο, τὸ δοκεῖν ἐφάνταζε τὰς ὄψεις· αὐτοτελῆ γὰρ ἔλεγχον ἐκ τῆς ἀδρανίας ἐπεφέρετο τὸ ψεῦδος· ἐπεὶ πῶς ἡ μία κατέπιε ῥάβδος ἄφνω τὰς πολλὰς ἐκείνας; Οὐδέ γε θέμις ἐστὶν ἐννοεῖν, ὡς ἐκ τῶν ἀψύχων ἐκεῖνοι ῥάβδους ἐμψύχους ἠδύναντο ἀποτελεῖν ἀθρόως· ἀμείνους γὰρ ἂν ἦσαν ἴσως ἡμῶν οἱ τὰ νεκρὰ δυνάμενοι ψυχῶσαι ξύλα· τάχα δὲ οὐδὲ Μωσῆς παράδοξον ἔπραττεν ἂν οὐδὲν, εἰ τὰ παραπλήσια τούτοις εἰργάζετο. Καίτοι πῶς οὐ δίκαιον ἀδρανῆ φαίνειν αὐτὰ δι' αὐτοῦ τοῦ Γραφικοῦ μηνύματος; Εἰ γὰρ ἀμυνόμενος τοὺς Αἰγυπτίους ὁ Θεὸς, ἅπαντα μὲν ἐπεκελεύετο τὰ ῥεῖθρα τῶν ὑδάτων εἰς αἷμα μεταβάλλεσθαι τιμωρίας χάριν· εἰ (*f.* οἱ) δὲ τοιαύταις αἰκιζόμενοι

[19] *Exod.* VII, 10. [20] *ibid.* 11, 12. [21] *ibid.* 22. [22] *Exod.* VIII, 7.

XVI. Rerum porro gestarum serie non interrupta auctor subdit: *Et festinavit Saul, et cecidit porrectus super terram, et timuit valde a sermonibus Samuelis* [53]. Eos enim sermones Samuelis esse agnoverat, quos cum adhuc esset in vivis et corpore et lingua prophetaverat. Hæc a spectro delecta quasi propria proferebantur. Quorum cum meminisset rex, et conspexisset satis aperte belli signa erecta, finem imminentem animadvertens metu fractus ac debilitatus est. At Origenes, sibimet ipsi dogmata effingens, sciens plurimos esse qui hæc determinant, ad sua dicta oppugnantes oratione conversa minime id

[48] *I Reg.* XV, 9. [49] *I Reg.* XIX, 9. [50] *I Reg.* XXII, 18. [51] *I Reg.* XII, 18. [52] *I Reg.* XXVIII, 19. [53] *ibid.* 20.

(5***) *Παρ' αὐτῷ.* Forte παρ' αὐτό, vel παρ' αὐτά. Edit.

(6) *Μετ' αὐτοῦ.* Forte μετὰ τοῦ.

(7) *Τοιαῦτα.* Forte ταῦτα. (Ταῦτα ῥήματα non est Græca locutio. Edit.)

curæ habuit ut debito respectu id quod æquum erat conquireret, sed prius engastrimythi fabulam ad omnes pertinere fassus, veritate ad necessariam examinationem invocata veritatem ipsam palam oppugnat. Deinceps Samuelis laudibus ex divinis litteris hinc inde deductis et recensitis, tunc iterum sub potestate dæmonis illum ponens, hisce verbis syllabisque rem agit : *Fortasse tantus vir sub terra erat? et eduxit illum engastrimythus? Habetne facultatem dæmon in animam propheticam?* Sed hæc quasi hæsitans vel fortasse etiam interrogans videtur sibi apud nonnullos aliquando dicere. Verum ut per subsequentes perorationes hæc ita se habere confirmaret, clariore nescio quo clamore obstrepens et elocutione, subjungit : *Scripta sunt hæc?* ait : *verane sunt hæc an non? Illa non esse vera affirmare in infidelitatem ducit, quæ in dicentium capita,* ut ipse dicit, *veniet. Si vera sunt, quæstionem et dubitationem nobis exhibent.* Ad hæc rursus parum caute quæ fert stabiliens, et contrarium sentientium opinionibus expositis, subdit : *Et tamen scimus nonnullos ex nostris fratribus adverso animo Scripturam contuitos dicere : Non credo engastrimytho. Engastrimythus dicit Samuelem vidisse; mentitur.* Plura alia præterea interserit, quibus aperte increpat omnes qui vaticinationes engastrimythi falsas esse pronuntiant, et maledicta in capita non credentium illi congerit; et nullo negotio facile animis mobilibus se persuasurum ratus, ipsi Scripturæ narrationem impingit : *Scripta hæc sunt,* dicens, *an non scripta sunt?* Et ratiocinationis vi hæc eadem repetens infert : *Verane sunt hæc, an non sunt vera? Tamen prophetæ animam nequaquam fuisse evocatam dubitationem nobis, et scrupulum injicit.* At similia dæmoni concedere, quod erit illud scelus? quæ impietas? Nondum hæsitat, neque pura ac mera dementia depravatus animum advertit. Quippe hujuscemodi facultatem præter Deum animas ab inferis revocandi educendique nemo alius habet. Itaque denuo hic respondendum est, hæc quidem in sacris Scripturis contineri, at non ex persona propria id actum fuisse auctorem prædicere. Neque enim liber propheticis sermonibus pugnantia multa simul in unum congereret, ut et prius ostendimus, et paulo infra dicemus; qui engastrimythi verba, et furiosam regis cognitionem operibus ignorantiæ plenam deprehensam designabat. Nam neque aptum neque congruum erit ita divinas litteras pertractare. Quippe cum ipsæ fateantur diabolum semet ipsum Deum aperte pronuntiare; ideo ne sola narrationis illius serie illi credendum erit, ac omnia illi deferenda, ut ipse Origenes asserit? id enim in sacris litteris scriptum habetur. Vel rursum, cum immodica elatus superbia omnem simul mundi hujus machinam

A ψηφιζόμενοι, πρὸς τοὺς ἀντιλέγοντας αὐτῷ διαλεγόμενος, οὐκ ἐσπούδασε μετὰ τῆς ὀφειλομένης εὐλαβείας ἀκριβῶσαι τὸ δέον, ἀλλά γε τὸ τῆς ἐγγαστριμύθου δρᾶμα πάντων ἅπτεσθαι προλέγων, καὶ τὴν ἀλήθειαν εἰς τὴν ἐξέτασιν ἀνειμαίαν (8) ἐπικαλούμενος, αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ μάχεται προφανῶς. Εἶτα τοῦ Σαμουὴλ ἐγκώμια διεξιὼν, ὅσα περὶ αὐτοῦ διαλαλοῦσιν αἱ θεῖαι Γραφαὶ, τηνικαῦτα πάλιν ὑπὸ τὴν τοῦ δαίμονος ἐξουσίαν ἀποφαίνων αὐτὸν, αὐτοῖς ῥήμασι καὶ αὐταῖς ἐπέφραζε συλλαβαῖς· *Ἆρ᾽ οὖν ὁ τηλικοῦτος ὑπὸ τὴν γῆν ἦν; καὶ ἀνήγαγεν αὐτὸν ἡ ἐγγαστρίμυθος; Ἐξουσίαν ἔχει δαιμόνιον ψυχῆς προφητικῆς;* Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς ἐπαπορῶν, ἢ τάχα ἴσως ἐρόμενος ὑπονοεῖται λέγειν ἐνίοτε παρά τισιν. B Ἵνα δὲ διὰ τῶν ἔπειτα συστήσειεν ἐπιλόγων, ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, λευκοτέρᾳ προσετίθη φάσει τι ὑποκεχραγὼς, *Ἐγγέγραπται ταῦτα;* φησίν· *ἀληθῆ ἐστιν, ἢ οὐκ ἔστιν ἀληθῆ; Τὸ μὴ εἶναι ἀληθῆ λέγειν εἰς ἀπιστίαν προτρέπει· χωρήσει ἐπὶ κεφαλὰς,* φάμενος, *τῶν λεγόντων· τὸ δὲ εἶναι ἀληθῆ ζήτησιν καὶ ἐπαπόρησιν ἡμῖν παρέχει.* Μετὰ δὲ τοῦτο, πάλιν βεβαιῶν ἀνεπισκέπτως ἅπερ εἰσαγγέλλει, καὶ τὰς τῶν ἀντιδοξούντων αὐτῷ γνώμας ἐκτιθέμενος ἐπιφέρει· *Καὶ μὴν ἴσμεν τινὰς τῶν ἡμετέρων ἀδελφῶν ἀντιβλέψαντας τῇ Γραφῇ, καὶ λέγοντας· Οὐ πιστεύω τῇ ἐγγαστριμύθῳ. Λέγει ἡ ἐγγαστρίμυθος ἑωρακέναι τὸν Σαμουήλ· ψεύδεται.* Καὶ πολλά γε πρὸς ἐπὶ τούτοις ἕτερα· διὰ δὲ τούτων ἀπαρακαλύπτως ἐπιτιμᾷ τοῖς ἀποφαίνουσι ψευδῆ τὰ τῆς ἐγγαστριμύθου μαντεύματα, καὶ C καταρώμενος (9) ἐπὶ κεφαλὰς ἀναφέρει τῶν ἀπιστούντων αὐτῇ. Ῥᾷστα μέντοι πεῖσαι τοὺς εὐχερεῖς ἐθέλων, αὐτῇ περιάπτει τῇ Γραφῇ τὸ διήγημα, *Γέγραπται ταῦτα,* λέγων, *ἢ οὐ γέγραπται;* Συλλογιστικῇ δὲ δεινότητι χρώμενος ἐπάγει δευτερῶν, *Ἀληθῆ ταῦτά ἐστιν, ἢ οὐκ ἔστιν ἀληθῆ; Καίτοι τὸ μὲν οὐκ ἀνῆχθαι τὴν τοῦ προφήτου ψυχὴν, ἐπαπόρησιν ἡμῖν,* ἔφη, *παρέχει καὶ ζήτησιν·* αὐτὸ δὲ τὸ τὰ τοιαῦτα διδόναι τῷ δαίμονι, πόσης ἀσεβείας ἐστὶ μεστόν; Οὐκέτι λέγει ζητῶν, οὐδὲ προσέχει τὸν νοῦν ἀκράτῳ πληγεὶς ἀσυνεσίᾳ. Θεῷ γὰρ ὑπάρχει μόνῳ τοιαύτη ἐξουσίᾳ ἐπιτάσσειν, ὥστε ψυχὰς ἐξ ᾅδου μεταπέμπεσθαι καὶ καλεῖν. Ἀνθυπενεκτέον οὖν ἐνταῦθα πάλιν· Ἐν μὲν ταῖς ἱεραῖς ἀνείληπται ταῦτα D Γραφαῖς, οὐ μὴν ἐξ ἰδίου προσώπου τὸ τοιοῦτο διαπεπρᾶχθαι γράμμα (10) προὔλεγεν ὁ συγγραφεύς· οὐ γὰρ ἂν ἐκκλησίαζεν ἡ βίβλος, ἐναντία ταῖς προφητικαῖς ἀντιβοῶσα φωναῖς, ὥς γε καὶ πρόσθεν ἐδείξαμεν, καὶ μικρὸν ὕστερον ἐροῦμεν· ἀλλὰ δὴ τὰ τῆς ἐγγαστριμύθου διεχάραττε ῥήματα, καὶ τὴν ἐμμανῆ τοῦ δυνάστου γνῶσιν ἔργοις ἀγνωσίας ἀποδεδειγμένην ἀνάπλεον. Εἰ γὰρ οὕτως ἁρμόσει ταῖς ἁγίαις ἐπισκῆψαι Γραφαῖς, οὐκοῦν ἐπειδή φασιν, ὅτι καὶ Θεὸν ἄντικρυς ὁ διάβολος ἑαυτὸν ἀναγορεύει, εἰ παρὰ τοῦτο δεήσει πιστεύειν αὐτῷ, τῇ διηγηματικῇ

(8) *Ἀνειμαίαν*. Leg. ἀναγκαίαν. — Legendum potius, ἀνειμένως. Edit.

(9) *Καταρώμενος*. Forte, κατάρας.
(10) *Γράμμα*. Forte πρᾶγμα.

τοῦ γράμματος ἐκδοχῇ τὸ πᾶν ἀνατιθέντας, ὡς Ὠριγένης εἰσηγεῖται; καὶ τοῦτο γὰρ εἰς αὐτὰς ἀναγέγραπται τὰς Γραφάς· ἢ αὖ πάλιν ἐπειδὰν ὑπερηφανίᾳ χρώμενος ἀμέτρῳ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν τοῦδε τοῦ κόσμου περιγραφὴν ἤτοι καὶ τὰς βασιλείας αὐτῆς ἰδίας εἶναι λέγοι, παρὰ τοῦτο φαίη τις ἄν, ὡς ἄρα προσήκει νοεῖν, ὅτι δημιουργὸς αὐτός ἐστιν ἁπάντων; Οὐμενουν, εἴποι τις ἄν· ἡ γάρ τοι διηγηματικὴ διεχάραξε φωνὴ τὰς ἐκείνου μεγαληγορίας, οὐ μὴν ἀληθεῖς ἀποφαίνει αὐτάς· οὐδ' ἐστὶ δὲ, ὅτι τοῦτο δεῖξαι δυνάμενος οὐδεὶς οὐδαμῶς. Ἀλλὰ μυρία μὲν ἔστι τοιαῦτα πρὸς ἐπὶ τούτοις ἰδεῖν, οὐχ οἷόν τε δὲ πάντα παράγειν, ἵνα μὴ μακρηγορίᾳ δόξωμεν ἐκκρούεσθαι τοῦ ζητήματος.

A vel regna illius sua esse dicat [34], ideone diceret quispiam credendum esse illum rerum omnium opificem esse? At nemo sane id dixerit. Quippe si narrationis ordo futilis illius jactationis verba expressit, at non vera illa fuisse determinat: neque id ullus uspiam probare poterit. Sed similia his infinita sunt in promptu, quæ in medium afferre minime libet, ne verborum longo circuitu quæstionis nodum effugere videamur.

XVII. Ὡς οὖν ἐδόκει τοῖς ὀρθότατα φρονοῦσιν οὐ μετρίως ἐπιτιμᾶν, αὖθις ὑπεκκλέψας ἐπ' ἄλλην ἀπεπήδησεν ἔννοιαν, ἐδεινοποίει δὲ δημαγωγῶν, ὅτι φάσκουσι πρὸς τοῖς ἄλλοις, ὡς εἴη φρικῶδες ὑπολαβεῖν, ἐν ᾅδου γεγονέναι τὸν εὐκλεῆ Σαμουὴλ, ὃς ἐκκρίτῳ προφητείας ἀξίᾳ τετίμηται. Τοῦτο μὲν οὖν ἄνω δὲ καὶ κάτω ταυτολογεῖ γραωδῶς, ἐξ ἄλλων εἰς ἄλλα μεταχειρίζεσθαι τοὺς αὐτηκόους ἀπάτῃ τεχνώμενος. Ἡμεῖς δὲ περὶ τούτων οὐ διαφερόμεθα περὶ ὧν ἅπασι συνομολογητέα καθέστηκεν, ἀλλ' ὧν ἕνεκα κυρίως ἀμφισβητεῖν ἐγνώκαμεν· οὐ γὰρ εἰ Σαμουὴλ γέγονε ζητητέα, ἀλλ' εἰ τοιαύτην ἔχει δαίμων ἐξουσίαν, ὥστε δικαίων ἀνακαλεῖσθαι ψυχὰς ἐξ ᾅδου, καὶ πάλιν ἀποπέμπειν. Ἐπεὶ τοίνυν ἐπαυτοφώρῳ ληφθεὶς ἑάλω βλασφημίας ἐπαντλῶν, ἀλλὰ τὰς τῶν ἀκροατῶν ἀκοὰς ἀπατηλῇ μὲν ὑπεκκλίνει τέχνῃ, καταφεύγει δὲ δῆθεν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ πρόσωπον, ἵν' ἀντεξετάσας αὐτὸ τοῖς ἁγίοις ἀνδράσιν, ἀποδείξειεν, ὅτι καὶ αὐτὸς εἰς ᾅδου κατῆλθεν ὁ Χριστὸς ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν· ἀλλὰ γὰρ ὡς ἀπεδείκνυε τοῦτο, καὶ δὴ καὶ τὸ κατ' ἄνδρα παραινῶν ἐπεφθέγγετο, *Τί φοβῇ*, λέγων, *εἰπεῖν*, *ὅτι πᾶς χρῄζει τόπος αὐτοῦ τε τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν προφητῶν*; ὀλίγα ἄττα διὰ μέσου τάττων, ἄλλην ἐπιπλέκει δυσφημίαν, ἐκφαίνων, ὅτι *καὶ κάτω τυγχάνων ὁ Χριστὸς*, ἵν' οὕτως εἴπω, φησὶν, *ἐν τῷ κάτω τόπῳ ὢν, τῇ προαιρέσει ἄνω ἦν*· ὡς περὶ ἀνθρώπου δὲ μόνου προσομιλῶν, ἀλλ' οὐκέτι τῆς θείας αὐτοῦ στοχαζόμενος φύσεως, ἐν τοῖς κατωτάτω μὲν αὐτὸν ἔφασκεν ἀφῖχθαι, προαιρέσει δὲ δήπουθεν ἄνω βεβηκέναι, καθάπερ οὖν ἀμέλει καὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους. *Οὕτω γὰρ*, ἔφη, *καὶ οἱ προφῆται καὶ Σαμουὴλ, κἂν καταβῶσιν ὅπου αἱ ψυχαί*, φησὶν, *αἱ κάτω, ἐν τῷ κάτω μὲν δύνανται εἶναι τόπῳ, οὐ κάτω δέ εἰσι τῇ προαιρέσει*. Κουφολογίᾳ δὲ δὴ περιηχήσας ἀπειροπληθεῖ τὸν κόσμον, οὐδὲ τοῦτο ξυνίησιν, ὅτι πᾶς ὁστισοῦν ἀνθρώπων, εἰ καὶ σφόδρα σχέτλιός ἐστιν, ἐν ᾅδου κατελθὼν, ἄνω τῇ προαιρέσει καθέστηκεν· οὐδεὶς γοῦν ἂν εἴη γε δικαίων οὐδ' ἀδίκων ὃς οὐ γλίχεται ἀνωτάτω μὲν ἑκάστοτε διατρίβων ἔχεσθαι, τῶν δὲ καταχθονίων ἀπηλλάχθαι τόπων. Εἰ τοίνυν ἅπαντες ὁμοῦ οἱ καταχθέντες εἰς ᾅδου τῶν ἄνω φορῶν (11) ἐρῶσι προαιρέσει, καὶ οὐ πάνυ δικαίου τινὲς ἐπεμελήσαντο βίου, ποταπὸν ἀξίωμα τοῦ προφητικοῦ διεσάφει χοροῦ; τί δὲ τὸ περιττὸν ἀπήγγειλε τοῦ Κυρίου, πᾶσιν ὅμοιον ἀποφαίνων αὐτόν;

XVII. Verum postquam rectissime sentientibus non mediocriter insultasse visus est, iterum non B obscure dissimulans in aliam transiliit sententiam, orationemque oratorie augens, inter alia quæ dicunt, horrendum sane id esse intellectu, indutum Samuelem præcipua vaticinii dignitate illustrem fuisse apud inferos. Hoc itaque satis aniliter sæpius iterat repetendo, ex aliis in alia auditores impellens, quod fraude deceptos adversos agere conatur. Sed nos de his quæ uno animo omnes recipiunt non dissidemus, verum de his quæ proprie in dubium verti posse cognoscimus. Nam minime disputandum an Samuel fuerit, sed an dæmon talem habeat potestatem, justorum scilicet animas ab inferis evocandi, rursusque transmittendi. Itaque re manifesta deprehensus blasphemias funditare, audientium aures subdola arte declinat, et ad C Christi duntaxat personam confugit, ut ea cum sanctis viris collata, una cum aliis omnibus Christum ipsum ad inferos descendisse demonstret. Sed ubi illud probavit, ad hominem hortatione agens scribit : *Quid horres*, inquiens, *dicere omnem locum ipsius Christi et prophetarum indigere?* Et paucis interjectis novum horrendum dictu connectit, declarans, *licet Christus inferius esset*, ut ita dicam, *et inferiori loco*, *electione tamen et voluntate in superiori erat*. De quo quasi de solo homine loqueretur, nulla illius divinæ naturæ ratione babita, in infima illum dixit devenisse, et si voluntate supra ascendisset, eo ipso modo scilicet quo et cæteri homines. *Sic enim*, inquit, *et prophetæ et Samuel*, D *tametsi eo descendant ubi degunt animæ quæ inferius sunt*, *possunt quidem in illo inferiori loco permanere, at inferius voluntate non sunt*. Is inani verborum copia profusa, quorum nec modus ullus nec finis inveniri potest, haud intellexit omnem hominem, licet in miseria alios excedat, ubi ad inferos migravit, superius degere voluntate. Itaque nullus, sive justus sive injustus, uspiam est qui non continuo semper teneatur desiderio a subterraneis ad suprema loca redeundi. Itaque si omnes simul ad inferos devecti, licet vitam rectam ac integram minime secuti sint, supernas semper appetunt stationes voluntate, quam ipse prophetici chori prærogativam agnoscit? quam Domini emi-

[34] *Matth.* IV, 8, 9.

(11) Φορῶν. Forte χορῶν.

nentiam manifestat, cum omnibus similem illum enuntiat? Sic imperite vocem emisit, non intelligens Verbum esse et Deum, qui non tam voluntate quam divinitatis vi omnia simul penetrat. Et si ante omnia spectabile suum templum ut dissolveretur permisit, post tertium diem nova quadam ratione statim ac iterum excitavit: anima vero illius humanæ habitationis in infimas terræ partes perveniens, portas quæ ibi erant impetu facto aperuit, animasque ibi detentas extraxit: sic autem divina corroborata fuit virtute propter Dei et Verbi communionem, ut omnem in se omnino potestatem haberet.

XVIII. Ego vero credo hujus conjecturam esse minime levem. Cum enim in subterraneos locos pervenit, inde latronis animam eodem die in paradisum introduxit. Nam si per unum hominem universis mortalibus salus advenit, manifestum fit, animam animas quæ ejusdem sunt generis redemptas liberasse, tum in subterranearum partium chaos accessu, tum in antiquissimam paradisi stationem restitutione, regni insuperabilis potestate. His consona Dei Filius antequam hæc essent prædicebat: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, Filius hominis qui in cœlis est* [illegible]. Itaque si fatebatur eum qui ex humano genere ortum duceret, solum ex omnibus in cœlum ascendisse, indeque rursum huc descendisse, hicque commoratum in cœlum tendere, patet animæ vi ac quadam excellentia illa absolvisse. Sancta enim Christi anima cum Deo et Verbo convivens, omnia quidem simul lustrat, in ipsum supremum cœlum ascendit, quo nemo hominum pervenit. Quippe ad hæc elevata est et humana forma, quam Deus et Verbum sustentavit. Verum Dei Filium ubique et repente adesse ipse etiam Joannes testatus est, qui Christum ipsum audivit, ingentique voce clamat ad verbum: *Deum nemo vidit unquam: unigenitus Filius qui est in sinu Patris, ille exposuit* [illegible]. Et tamen cum Christus hic degeret, corpore ambulabat, dum hos sermones Joannes efferebat; qui, illius verbis exceptis, prædicabat, illum quidem in sinu Patris esse, qui super terra una cum ipso corpore convivebat; quomodo non intelligendum est tunc etiam cœlos ascendere, et dum in sinu Patris degeret, in terra quemadmodum Deum decebat deambulasse, et omnibus simul, veluti Deum adfuisse?

A 'Αλλ' οὕτως ἀμαθῶς ἐξήχησε τὴν φωνὴν, οὐκ ἐννοήσας, ὅτι Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· οὐ προαιρέσει μᾶλλον, ἀλλ' ἀρετῇ τῆς θεότητος ἁπανταχοῦ πάρεστιν ἀθρόως. Εἰ δὲ καὶ τὸ μάλιστα τὸν ἔκκριτον ἑαυτοῦ ναὸν ἐπέτρεψε λυθῆναι, τριήμερον μὲν αὐτίκα πάλιν ἀνήγειρε καινοπρεπῶς· ἡ δὲ ψυχὴ τοῦδε τοῦ ἀνθρωπείου σκηνώματος εἰς τὰ κατώτατα κατελθοῦσα μέρη τῆς γῆς, ἀνεπέτασε τὰς ἐκεῖσε πύλας ἀθρόᾳ ῥοπῇ, καὶ τὰς αὐτόθι καθειργμένας ἀνῆκε ψυχάς· οὕτω δὲ θεσπεσίᾳ κεκραταίωται δυνάμει διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου συνουσίαν, ὥστε καὶ παντέφορον ἔχειν ἐξουσίαν.

XVIII. 'Αλλὰ μὴν ἔγωγε πείθομαι καὶ τούτου τεκμήριον εἶναι σαφές· ὁπηνίκα μὲν εἰς τοὺς καταχθονίους ἀφικνεῖτο τόπους, ἐν ταυτῷ δὲ καὶ τὴν τοῦ B ληστοῦ ψυχὴν αὐθήμερον εἰσῆγεν εἰς τὸν παράδεισον. Εἰ γὰρ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου τοῖς ἅπασιν ὑπῆρξεν ἀνθρώποις ἡ σωτηρία, πρόδηλον, ὡς ἡ ψυχὴ τὰς ὁμογενεῖς ἀναλυτροῦται ψυχὰς, ἅμα μὲν εἰς τὰ καταχθόνια κατιοῦσα μέρη τοῦ χάους, ἅμα δὲ καὶ τῇ ἀρχαιοτάτῃ τοῦ παραδείσου πάλιν ἀποκαθιστῶσα νομῇ τὸν ὑπεισδύνοντα τῷ κράτει τῆς ἀηττήτου βασιλείας. 'Ακόλουθα δὲ καὶ πρὸ τούτων ὁ τοῦ Θεοῦ Παῖς ἐμαρτύρετο, προλέγων, ὅτι καὶ *Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ.* Τοιγαροῦν εἴπερ ἔφασκε τὸν ἐκ τοῦ ἀνθρωπείου γένους ὁρμώμενον εἰς οὐρανὸν μὲν ἀναβεβηκέναι μονώτατον ἐκ πάντων, ἐκ δὲ τῶν ἐκεῖσε πάλιν καταβεβηκέναι ἐνθάδε, καὶ δεῦρο C βεβηκότα φοιτᾷν ἐν οὐρανῷ, συνέστηκεν, ὅτι ψυχῆς ἀρετῇ ταῦτα ἔπραττεν ὁ ἄνθρωπος ἐκκρίτως· ἡ γὰρ ἁγία τοῦ Χριστοῦ ψυχὴ τῷ Θεῷ συνδιαιτωμένη καὶ Λόγῳ, πάντα μὲν ἐκπεριπολεῖ συλλήβδην, εἰς αὐτὸν δὲ βέβηκε τὸν ἀνώτατον οὐρανὸν, εἰς ὃν οὐδεὶς ἄλλος ἀνῆλθε τῶν ἀνθρώπων· ἀλλὰ ταῦτα εἰς αὐτὴν ἀνήρτηται τὴν ἀνθρωπείαν εἰδέαν, ἣν ὁ Θεὸς ἐφόρεσε καὶ Λόγος· ὅτι δὲ πανταχοῦ πάρεστιν ἀθρόως ὁ τοῦ Θεοῦ Παῖς, οὐχ ἥκιστα καὶ περὶ τούτου μάρτυς ἕστηκεν Ἰωάννης, αὐτήκοος μὲν ὑπάρχων αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, βοᾷ δὲ γεγωνότως αὐτολεξεί· *Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ὁ μονογενὴς Υἱὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς ἐκεῖνος ἐξηγήσατο.* Καὶ μὴν εἰ δεῦρο παρὼν ἐπεφοίτα σωματικῶς ὁ Χριστὸς, ὁπηνίκα τούτους ἀπήγγειλεν Ἰωάννης τοὺς λόγους, ὁ δὲ τὰς τούτου D ῥήσεις ὑποδεξάμενος ἐκήρυττε μὲν αὐτὸν ἐν τοῖς κόλποις εἶναι τοῦ Πατρὸς, ἑστιώμενον ἐπὶ γῆς αὐτῷ σώματι· πῶς οὐκ ἐννοητέον, ὅτι καὶ τῶν οὐρανῶν ἐπεβεβήκει τῶν τοῦτο (12) καὶ ὡς κόλπων εἴσω διαιτώμενος καὶ τῇ γῇ θεοπρεπῶς ἐπεδήμει, καὶ πᾶσιν ὁμοῦ παρῆν, οἷα Θεός;

XIX. Si quis autem Judaica laborans cæcitate, evangelicas voces non recipit, ipsi Salomonis oracula adducemus, et sic orationem formabimus: *Quippe cum quietum silentium contineret omnia, et nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens tuum Verbum e cœlo a regalibus thronis ensem acutum, sincerum scilicet mandatum tuum ferens, stans*

XIX. Εἰ δέ τις Ἰουδαϊκὴν ἀῤῥωστῶν ἀβλεψίαν τὰς εὐαγγελικὰς οὐ προσίεται φωνὰς, ἐπακτέον αὐτῷ τὰ τοῦ Σολομῶντος ἀποφθέγματα, καὶ ῥητέον ὧδέ πως· *Ἡσύχου γὰρ σιγῆς περιεχούσης τὰ πάντα, καὶ νυκτὸς ἐν ἰδίῳ τάχει μεσαζούσης, ὁ παντοδύναμός σου Λόγος ἀπ' οὐρανοῦ ἐκ θρόνων βασιλικῶν ξίφος ὀξὺ τὴν ἀνυπόκριτον ἐπιταγήν σου φέρων,*

[illegible] *Joan.* III, 13. [illegible] *Joan.* I, 18.

(12) *Τῶν τοῦτο.* Forte τῶν τρίτων.

στας ἐπλήρωσε θανάτου τὰ πάντα· καὶ οὐρανοῦ μὲν ἥπτετο, βεβήκει δὲ ἐπὶ γῆς. Εἰ τοίνυν ὁ μονογενὴς Υἱὸς αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἀναγορεύεται καὶ Θεὸς ὁμοδόξῳ συνοδίᾳ, δι' οὗ γεγόνασιν ἄγγελοι, οὐρανοὶ, καὶ γῆ, καὶ θάλαττα, καὶ βυθοὶ, καὶ φωστῆρες οὐρανοδρόμοι, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν ἅπασα τῶν γεννητῶν ἡ σύστασις· οὗτος δὲ δικαίᾳ κρίσει σωφρονίζων ἅπαντας θρόνου μὲν οὐρανόθεν ἔχεται τῆς ἀϊδίου βασιλείας, ὀξείᾳ δὲ τιμωρεῖται δίκῃ τοὺς ἀδίκους· ἀλλὰ μὴν ἔργῳ καὶ πράξει παντοδύναμος ὢν, ἅτε δὴ Θεὸς καὶ Θεοῦ Λόγος, οὐρανοῦ μὲν ἥπτετο, βεβήκει δὲ ἐπὶ γῆς ἐν ταυτῷ· θεότητος ἀρετῇ δηλονότι πάντα πληροῖ πανταχῶς. Οὐκοῦν εἰ τοιαύτης ἐπείληπται φύσεως, ἀσεβοῦσι μὲν οἱ νομίζοντες ἀβουλίᾳ τόπῳ καὶ ῥητῷ τινι χωρίου μορίῳ περιγράφεσθαι τὸ θεῖον· ἀμαθίᾳ δὲ μᾶλλον ἢ φρονήσει κοσμίᾳ φθέγγεται προχείρως Ὠριγένης, ὅτι κατελθὼν εἰς τὰ κατώτατα μέρη τῆς γῆς ὁ Χριστὸς, ἄνω τῇ προαιρέσει διέτριβεν· οὐ γὰρ ἐνόησεν, ὅτι Θεὸς ὢν οὗτος, οὕτω (13) προθυμίᾳ γνώμης ἄνω τῷ δοκεῖν ἐπιθυμίᾳ παρῆν, ὅσῳ θειότητος ἐνεργείᾳ τοῖς ἅπασιν ὡς ἔνι μάλιστα πάντα πληροῖ πανταχῶς.

XX. Ἀλλὰ τοιαῦτα μὲν ἁρμόττει περὶ τοῦ Χριστοῦ δοξάζειν ἐκεῖνον, ὃς ὑπὸ δαίμονος ὁρίζεται ψυχὰς ἀνάγεσθαι προφητικάς· ἡ δὲ πυθόμαντις ὡς ἐθεάσατο τοὺς ὁμογαστρίους αὐτῇ δαίμονας, οἷα δή τινας ὁμοκοιλίους ἀδελφοὺς ἐπαίρουσα τὰ ὁμομήτρια γένη, βοᾷ *θεοὺς ἑωρακέναι ἀναβαίνοντας ἐκ τῆς γῆς*. Ἀλλ' ὁ μεγαληγόρος οὐκ ἔδεισεν Ὠριγένης εἰπεῖν, ὅτι τὸ δαιμόνιον οὐχὶ τὴν τοῦ προφήτου μόνον ἀνήγαγε ψυχὴν, ἀλλά· Μήτιγε καὶ ἄλλαι συναναβεβήκασιν, ἔφη, ψυχαὶ προφητῶν ἅγιαι; Μὴ κορεσθεὶς δὲ τῇ τοιαύτῃ παρανοίᾳ, καὶ τοὺς ἀγγέλους ὡρίσατο συναναβεβηκέναι τοῖς πνεύμασιν αὐτῶν· εἴρηκε γὰρ, ὅτι τῆς τῶν δεομένων ἕνεκα σωτηρίας ἀνίεσαν ἐνθάδε· μεγίστας οὖν, ὡς ἔοικεν, Ὠριγένης ἐλπίδας ὑποτίθεται τοῖς ἀγγέλοις καὶ προφήταις, ἤτοι καὶ παντὶ τῷ τῶν ἁγίων ὁμόσε χορῷ· πρῶτον μὲν εἰσάγων ὡς ὑπὸ δαίμονος ἐξουσίαν εἰσὶν, ἔπειτα δὲ μηνύων, ὅτι διὰ μαινάδος ἀνήχθησαν ἐνταῦθα γυναικὸς ἰατρεῦσαι τοὺς πάσχοντας, οἷα δεσμῶται προαχθέντες· οὔτι γέ μοι δοκεῖ μεῖον ἐκείνης ἀποφθέγγεσθαι φρενοβλαβῶς. Ἔστω γὰρ οὕτως· οἰκτρῶς ἐξεφαύλισε τοὺς ἁγίους ἄνδρας, οὐδὲ τὸ τῶν οὐρανοπετῶν ἀγγέλων ᾐσχύνθη τάγμα διαλλαβεῖν (14)· ἢ δεικνύτω τρανῶς ὁ τῷ τοιούτῳ συνιστάμενος ὅρῳ πόθεν λαβὼν ἐκ τῆς γῆς ἔφησεν ἀνιέναι τοὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐστιωμένους ἀγγέλους· οὐ γὰρ οὗτοι κατεληλύθασιν εἰς ᾅδου λυτηρίους ἐπαγόμενοι τοῖς αἰχμαλώτοις ἀφέσεις, ἀλλ' ὁ Χριστὸς, ἐπειδὴ καὶ νικηφόρον οὗτος ἵδρυσε κατὰ τοῦ πολεμίου τρόπαιον, καὶ τὰς τῶν αἰχμαλώτων ἀποσπάσας λείας αὐτῷ σώματι μεταρσίως ἀνῆλθεν εἰς οὐρανούς· ἄγγελοι δὲ τῷ Θεῷ παρεστῶσιν ἑκάστοτε, τὰς ὀφειλομένας ἐκτελεῖν ἐπειγόμενοι λατρείας, ἀλλ' οὐχὶ τὸν ᾅδην οἰκοῦσιν.

morte omnia replevit; et cœlum quidem tangebat, pedibus vero calcabat terram [57]. Si itaque unigenitus Filius Dei coæquale ipsius Verbum, per quod angeli facti sunt, et cœli, et terra, et mare, et profunditates, et luminaria per cœlum errantia, et, ut uno verbo dicam, rerum omnium creatarum constitutio, Deus denuntiatur : hic justo judicio cœlitus omnibus mentem dans meliorem thronum perpetui regni obtinet, et celeri sententia punit injustos. Quin opera et actione, cum sit omnipotens, ut Deus et Dei Verbum, cœlum tangebat, eodemque tempore ambulabat in terris, divinitatis scilicet potentia omnia replens. Ergo si talem retinet naturam, impii quidem sunt qui inconsiderate existimant loco locique aliqua parte determinata divinitatem circumscribi. Et ignorantia potius quam mente moderata inconsiderate Origenes loquitur, dicens Christum, dum ad infimas terræ partes pervenisset, voluntate superius commoratum fuisse. Non enim intellexit quod, cum is esset Deus, sic voluntatis affectu, ut videbatur, et desiderio fuerit superius, qui divinitatis operatione omnibus omnia ubique quantum fieri potest compleret.

XX. Sed concedamus hæc de Christo illum sentire, qui prophetarum animas a dæmone evocari decernit. Pythomantis ut sibi similes ventre dæmones intuita est, veluti quosdam ex eodem ventre fratres extollens qui ab eadem sunt nati matre, clamat, *deos conspexisse ascendentes e terra* [58]. At grandiloquus ipse Origenes non dubitavit dicere : Dæmonium non tantum prophetæ animam eduxit, sed : Num et aliæ una simul ascenderunt animæ sanctæ prophetarum? Porro cum illi tanta dementia non esset satis, angelos item definiit simul ascendisse cum illorum spiritibus : dixit quippe egentium salutis causa illuc advenisse. Itaque, ut apparet, maxima spe angelos et prophetas, totum denique sanctorum simul chorum, excitat; primo illud decernens, eos sub potestate dæmonis esse; secundo exponens mænadis mulieris opera illuc eductos, veluti captivos conductos, ut laborantibus mederentur. Quare non minus quam illa mente læsus enuntiare videtur. Sic enim se habet : misere sanctis hominibus insultavit; angelorum item ordinem qui per cœlum volant, male tractare non est veritus. Vel saltem aperte dicat qui sententiam hanc defendit, undenam habuit, e terra angelos in cœlis commorantes ascendere. Neque enim hi descenderunt in infernum secum liberatrices ferentes captivis emissiones; sed Christus, qui ex hoste raptum victor sibi erexit tropæum, et captivorum præda parta corpore ipso ad cœlos sublimis ascendit. Verum angeli Deo jugiter præsentes cultus debitos persolvere conantur, nec inferos habitant.

[57] *Sap.* XVIII, 14-16. [58] *I Reg.* XXVIII, 13.

(13) *Οὕτω*. An τοσούτῳ;

(14) *Διαλλαβεῖν*. Forte διαβάλλειν.

XXI. Sed Origenes, ut videtur, hæc se non percipere simulat, ut superstitiosas inculcet præstigias. Præterea, qui omnia Scripturæ verba allegoriis exponere ausus est, hoc solum ad litteram tradere non erubescit, per simulationem et veluti ex oraculo determinans, nec etiam de ipso corpore recte judicans. Quinimo de paradiso quem Deus in Edem plantaverat [59] verba faciens, nec non qua ratione ligna fructifera germinarunt enarrare tentans, inter alia subdit: *Cum legentes*, inquit, *a fabulis serieque quæ secundum litteram est gradu facto ascendimus, quænam illa ligna sint quæ Deus colit quærimus: dicimus in eo loco ligna quæ sensu accipi possunt, non reperiri.* Hæc cum per translationem exponat, non horret *fabulas* appellare quæ Deus creata perfecisse traditur, fidissimusque ejus servus Moyses scriptis consignavit. Et ex opposito, ea quæ fabula in ventre effingit et obscure insonat, ac si dogmata essent, programmate stabilit, vera esse demonstrans. Et verba Engastrimythi a Spiritu sancto dictata contendens, ea, ut sibi videtur, ascribens scripturæ, vult immota permanere; divinis vero oraculis a Moyse traditis *fabularum* nomine insignitis sensum invertit, litteræque traditioni non vult ut quis animum intendat. Nonne item ab Abraham puteos effossos [60], aliaque ad eos pertinentia, allegoriis exponit, tantaque sermonum copia in immensum protracta omne de illis negotium disterminat in aliam sententiam translatum, licet ad hæc usque tempora in regione illa oculis adhuc conspiciantur? Nonne Isaac et Rebeccæ res gestas [61] immutavit, inaures et armillas *sermones* esse *aureos* dicens, et universum denique argumentum per vim distortum, ad ea quæ animo cernuntur et ratione intelliguntur traductum, cavillationibus deturpavit? Porro de Job qui multa passus est [62] commentarios edens, non admiratur tolerantiam, non extollit labores, non commendat virtutem, non probat fidem, non fortitudinis animi exempla describit, non tirones milites magnitudine animi vigoreque prudentiæ ad virtutem hortatur, non armat certatores ut fortiter pro pietate pugnent; sed hæc omnia prætergressus sublimi dicendi modo filiarum nominibus exponendis aniliter multa sane consumpsit. Verum quæ de *Diei* nomine, et *Cassiæ* atque *Cornucopiæ* nugatus est, hic commemorare difficile est; multiplici namque scatent futilitate. Ad Lazarum [63] accedo. Cum debuisset Christi ingens opus magnifacere, illoque palam demonstrare Deum esse, qui mortuum jam fetentem e monumento auctoritate evocaverat, et verbi emissione corpora tumefacta animaverat, his omnibus silentio involutis, Lazarum amicum Domini, quem non abs re propter virtutem diligebat, in peccatis laborantem et mortuum trans-

A XXI. Ἀλλ', ὡς ἔοικεν, Ὠριγένης ὑποκρίνεται μὴ νοεῖν, ἵνα δεισιδαίμονα παρασκευάσῃ μαντείαν· εἶτα πάσας ἀλληγορῆσαι τὰς Γραφὰς ἐγχειρίσας, οὐκ ἐρυθριᾷ τοῦτο μόνον ἐπὶ τοῦ γράμματος ἐκδέχεσθαι, θεσπίζων ὑποκρίσει, καίτοι μηδ' αὐτῷ σώματι προσέχων εὐγνωμόνως· ἀλλὰ δὴ περὶ τοῦ παραδείσου διαλεγόμενος ὃν ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς ἐν Ἐδὲμ, εἶτα καὶ τίνα τρόπον ἐξανέτειλε τὰ καρποφόρα ξύλα διηγεῖσθαι βουλόμενος, ἐπιφέρει πρὸς τοῖς ἄλλοις· *Ὅταν ἀναγινώσκοντες ἀναβαίνομεν ἀπὸ τῶν μύθων*, ἔφη, *καὶ τῆς κατὰ τὸ γράμμα ἐκδοχῆς, ζητῶμεν τίνα τὰ ξύλα*, φησὶν, *ἐστὶν ἐκεῖνα ἃ ὁ Θεὸς γεωργεῖ· λέγομεν, ὅτι οὐκ ἔνι αἰσθητὰ ξύλα ἐν τῷ τόπῳ.* Ταῦτα δὲ δὴ τροπολογῶν οὐ φρίττει *μύθους* ὀνομάζειν ὅσα δεδημιουργηκέναι μὲν ἱστορεῖται Θεὸς, ὁ δὲ B πιστότατος τοῦ Θεοῦ θεράπων ἔγραψε Μωϋσῆς· ἀλλ' ἐκ τῶν ἐναντίων, ἅπερ ὁ μῦθος ἐν γαστρὶ πλαττόμενος ἀφανῶς ὑπηχεῖ, ταῦτα δογματικῷ βεβαιοῖ προγράμματι, δεικνύων ἀληθῆ. Τὰ μέν γε τῆς ἐγγαστριμύθου ῥήματα διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰρῆσθαι συνιστῶν, ἀσάλευτα μένειν ἀξιοῖ τῇ Γραφῇ τὸ δοκεῖν ἀναθείς· αὐτὰ δὲ τὰ τοῦ Θεοῦ διὰ Μωϋσέως ἐκδοθέντα μηνύματα *μύθους* ὀνομάσας, ἐνδιαλλάττει τὴν ἔννοιαν, οὐ δικαιῶν ἐμμένειν τῇ τοῦ γράμματος ἐκδοχῇ. Ἀλλ' οὐχὶ τὰ ὑπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ὀρωρυγμένα φρέατα, καὶ τῶν (15) ἀμφ' αὐτῶν ἀλληγορεῖ, καὶ τοσοῦτον ἀποτείνας λόγου ἑσμὸν, ἅπασαν ὁμοῦ τὴν πραγματείαν αὐτῶν ἀναιρεῖ, μεταθεὶς εἰς ἕτερον νοῦν, καίτοι τῶν φρεάτων ἐπὶ χώρας ἔτι καὶ νῦν ὄψει φαινομένων; Οὐχὶ τὰ τοῦ Ἰσαὰκ καὶ τὰ τῆς Ῥεβέκκας ἐτροπολό- C γησε πράγματα, τὰ μὲν ἐνώτια καὶ ψέλλια *λόγους* εἶναι *χρυσοῦς* εἰρηκὼς, ἅπασαν δὲ τὴν ὑπόθεσιν ἐκβιασάμενος, ἐκείνην ἐπὶ τοῦ νοητοῦ παραλαβὼν ἐσυκοφάντησε; Περὶ δέ γε τοῦ πολύτλα προσομιλήσας Ἰὼβ, ἀντὶ τοῦ θαυμάσαι τὴν ὑπομονὴν, ἐπαινέσαι τοὺς πόνους, εὐφημῆσαι τὴν ἀριστείαν, ἀποδέξασθαι τὴν πίστιν, ἐκφράσαι τὰ τῆς καρτεροψυχίας ὑποδείγματα, προτρέψασθαι διὰ τούτου τοὺς νεολέκτους εἰς ἀρετὴν εὐψυχίᾳ καὶ ῥώμῃ φρονήσεως, ὁπλίσαι τοὺς ἀγωνιστὰς ἀνδρείως ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀθλεῖν, ἀφέμενος ἐκείνου, μετεώρως εἰς τὰ τῶν θυγατέρων ὁρμήσας ὀνόματα κατετρίβη γραωδῶς. Ἀλλ' οἷα μὲν ἐφλυάρησεν εἰς τὸ τῆς *Ἡμέρας* ὄνομα ὁρμήσας, καὶ *Κασσίας* ἤτοι, καὶ *τὸ τῆς Ἀμαλθείας κέρας*, οὐδὲ D λέγειν οἷόν τε· χλεύης γάρ ἐστι παντοίας ἀνάπλεα. Περὶ δὲ τοῦ Λαζάρου γράφω (16). Ἀντὶ τοῦ δοξάσαι τὴν τοῦ Χριστοῦ μεγαλουργίαν καὶ διὰ τούτων ἀποδεῖξαι σαφῶς, ὅτι Θεός ἐστιν, ὁ τὸν ὀδωδότα νεκρὸν ἐκ τῶν μνημάτων ἐξουσίᾳ μεταπεμψάμενος, καὶ τῇ τοῦ ῥήματος ἀφέσει τὰ διῳδηκότα σώματα ψυχώσας, οὐδὲν μὲν ἕνεκα τούτου λέγων, Λάζαρον δὲ τὸν τοῦ Κυρίου φίλον, ὃν οὐκ ἀπεικότως ἠγάπα δι' ἀρετὴν, εἰς τὸν ἀσθενοῦντα καὶ τεθνειῶτα ταῖς ἁμαρτίαις ἀνήγαγεν. Οὐδεὶς δὲ κατὰ τοῦ δικαίου ταῦτα εἶπεν,

[59] *Gen.* II, 21. [60] *Gen.* XXI, 25. [61] *Gen.* XXIV, 22. [62] *Job* XLII, 14. [63] *Joan.* XI, 43.

(15) *Τῶν.* An τά;

(16) *Περὶ δὲ τοῦ Λαζάρου γράφω.* Huetius in notis ad exegetica Origenis, pag. 122, pro γράφω rescribit γράφων, de Origene verbum istud accipiens; sicque reddit: *De Lazaro autem scribens* Origenes, *cum debuisset*, etc.

οὔτ' ἔγραψεν· οὐ γὰρ ἂν οὕτως ἀκρίτως (17) ἐστέρξεν ὁ Κύριος αὐτὸν, εἰ μὴ θεσπεσίας ἐξῆπτο πολιτείας. Οὐχ ἔλαττον δὲ καὶ τὸ τῆς λιθοβολίας δρᾶμα θεωρῶν, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο πειρᾶται τροπολογῆσαι, τοῦ εὐαγγελικοῦ καταψεύδεται γράμματος· *Οὐ πάνυ τι*, λέγων, *εὕρομεν, ζητήσαντες ἐν τοῖς πρὸ τούτου, ὅτι ἐβάστασαν οἱ Ἰουδαῖοι λίθους ἵνα λιθάσωσιν αὐτόν*· εἶτα μετ' ὀλίγα φησίν· *Εἰ γὰρ πάλιν ἐβάστασαν, πρότερον ἐβάστασαν*· ἄνω δὲ καὶ κάτω βούλεται κατασκευάσαι μὴ προηγεῖσθαι καὶ ἄλλην ὁμοίως ἐκδοχὴν, ἵνα συστήσειεν, ὅτι λόγους, ἀλλ' οὐχὶ λίθους, ἐβάστασαν ἀμελητὶ κατ' αὐτοῦ· καίτοι τοῦ εὐαγγελιστοῦ πρόσθεν εἰρηκότος· *Ἦραν οὖν λίθους ἵνα βάλωσιν ἐπ' αὐτόν*. Ὡς δὲ ταῦτα προύγραψεν ἐν τῷ μεταξὺ πέντε που καὶ τριάκοντα πρὸς τοῖς ἑκατὸν στίχους ὑπερβὰς, ἐπιφέρει προσθείς· *Ἐβάστασαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι λίθους ἵνα λιθάσωσιν αὐτόν*. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν διττοῖς ἀναγέγραπται χωρίοις, ἐν διαφόροις δὲ φαίνεται πεπραγμένα καιροῖς ἀπὸ τοῦ μὴ τὰς αὐτὰς ἔχειν τῶν ῥημάτων ἐπιπλοκὰς ἢ συζυγίας· ἀλλ' Ὠριγένης, ὁ πάσας οἰόμενος εἰδέναι τὰς Γραφὰς, οὐχ ἀνέγνω τοῦτο καὶ ταῦτα γράφων ὡς ὅλον ὁμοῦ τὸ Εὐαγγέλιον ἐπὶ λέξεως.

XXII. Εἰ δέ τις ὑπολαμβάνει ταῦτα πλάττειν ἡμᾶς, αὐταῖς ταῖς εὐαγγελικαῖς ἐντυχὼν ἀποφάσεσι, καὶ τοῖς ἐμπονηθεῖσιν αὐτῷ περὶ τοῦτο σπουδάσμασιν, εὑρήσει μηδὲν ἡμᾶς εἰρηκέναι ψευδές. Ἀλλὰ τί δεῖ περαιτέρω λέγειν; Ἅπαντα μὲν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐκ τῶν ὀνομάτων ἀλληγορῶν, ἀναιρεῖ τὰς τῶν πραγμάτων ὑποθέσεις, οὐδὲ τοῦτο ἐννοῶν, ὅτι πολλαὶ μέν εἰσιν ὁμωνυμίαι δικαίων ἠδ' ἀδίκων, οὐχ οἷόν τε δὲ τὰς ἀνομοίους τοῦ βίου πολιτείας ἐκ τοῦ ἑνὸς ὡσαύτως ὀνόματος κρίνεσθαι· ἔστι γοῦν Ἰούδας ὁ προδότης, καὶ θάτερος Ἰούδας ἀπόστολος· ἢ αὖ πάλιν Ζαχαρίας ἀδικώτατος βασιλεὺς, καὶ Ζαχαρίας ἕτερος ὁ προφήτης. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ βληθεὶς ἐν τῇ καμίνῳ τοῦ πυρὸς Ἀνανίας· ἔστι δὲ παρὰ τοῦτον ἄλλος Ἀνανίας ὁ διώκων μὲν τὴν Ἐκκλησίαν ἀντὶ τοῦ διώκεσθαι, προστάττων δὲ τύπτεσθαι τὸν Ἀπόστολον, ᾧ καὶ καταντικρὺ πρὸς ἔπος ὁ Παῦλος ἀντεφθέγξατο· *Τύπτειν σε μέλλει ὁ Θεὸς, τοῖχε κεκονιαμένε· καὶ σὺ κάθη κρῖναί με μετὰ τὸν νόμον, καὶ παρανομῶν με κελεύεις τύπτεσθαι;* Τοιγαροῦν εἴπερ ὀνόματι τὰ πράγματα κρίνεται, λεγέτωσαν οἱ ταῖς τοιαύταις ἐπερειδόμενοι τροπολογίαις, ὁποίᾳ μεθόδῳ τὰς ἀνομοίους ἐπιστήμας ἢ πολιτειῶν ἀναγωγὰς ἐκ τῆς ὁμωνυμίας ἀξιοῦσιν ἑρμηνεύειν. Ἀμέλει πολλοὶ μὲν ἔτι καὶ τήμερον Ἰουδαῖοι προπατόρων ἢ προφητῶν ὀνόματα βαλλόμενοι δρῶσιν ἀθέμιτα· πολλοὶ δὲ καὶ παρ' Ἕλλησι Πέτροι καὶ Παῦλοι καλούμενοι πράττουσιν ἀνήκεστα. Τὰ μὲν τοίνυν ὑπόκενα τῶν λόγων Ὠριγένους οὐχ ἥκιστα καὶ διὰ τῆς τοιαύτης ἁλίσκεται κουφολογίας· ὅσα δὲ τῆς ἀναστάσεως ἕνεκα κακοδόξως εἰσηγεῖται, δηλῶσαι μὲν ἐπὶ τοῦ παρόντος

A tulit. Quæ nemo de justo aut dixit, aut dicta scriptis mandavit; neque enim eum tam valido amore Dominus prosecutus fuisset, nisi vitæ ratio quam profitebatur divina fuisset. Neque minus his, dum lapidationis factum speculatur, illud etiam ac si per tropos factum in aliam sententiam educere obnitens, in evangelicis verbis mire mentitur: *Licet*, inquit, *multum perscrutati fuerimus, nondum invenimus in his quæ scripta sunt, Judæos arripuisse lapides ut in illum injicerent*. Et paucis additis: *Nam si iterum assumpserunt, prius assumpserunt*. Vult autem tum in superioribus tum in inferioribus nil tale præcessisse, ut probet eos verba, sed non lapides, assumpsisse perperam in illum; et tamen evangelista prius dixit: *Tulerunt igitur lapides ut jacerent* B *in illum* [64]. Quæ ubi scripsisset, centum et triginta quinque versiculis interjectis, subdit: *Sustulerunt itaque Judæi lapides ut lapidarent ipsum* [65]. Hæc quidem duplici loco descripta sunt, diversisque temporibus gesta apparent, quod non habeant eosdem verborum nexus vel conjunctiones. Sed Origenes ipse, qui se Scripturas omnes tenere existimat, hæc scribens, non cognovit totum id Evangelii scriptum ad litteram.

XXII. Porro si quis hæc nos effingere existimat, sententiis evangelicis perlectis, illiusque in eas commentariis, ab omni nos abstinuisse mendacio comperiet. Quid inde opus est ultra progredi? Omnia, ut verbo expediam, allegoriis ex nominibus C desumptis exponit, rerum argumenta de medio tollit; neque illud percipiens, multas esse justorum et injustorum easdem denominationes, neque fieri posse ut diversæ vitæ rationes ab uno nomine similiter dijudicentur. Est itaque Judas proditor, et alter Judas apostolus; vel rursum, Zacharias rex injustissimus, et Zacharias alter propheta. Et qui in fornacem ignis injectus est, Ananias vocabatur; alter autem est præter hunc Ananias qui Ecclesiam persequebatur, cum ipse potius persecutionem pati debuisset, imperabatque ut flagris cæderetur Apostolus, cui in faciem ad verbum Paulus sic respondit: *Percussurus est te Deus, mure dealbate. Et tu sedes et judicas me secundum legem, et contra leges me jubes percuti* [66]? Igitur si nomine res ipsæ dis- D cernuntur, qui similibus tropologiis incumbunt, dicant qua methodo diversas scientias aut vitæ rationes ex eodem nomine explicant. Multi scilicet in hunc diem progenitorum aut prophetarum nominibus insigniti Judæi jus violant et impie vivunt; multi item et apud gentes Petri et Pauli nuncupati, nefarie rem suam gerunt. Itaque futilitas levitasque sermonum Origenis non minus per hanc vaniloquentiam deprehenditur. Quæ porro resurrectionis causa male sentiens intrudit, publicare non est præsentis negotii. Methodius enim sanctæ memoriæ in illud

[64] *Joan.* VIII, 59. [65] *Joan.* X, 31. [66] *Act.* XXIII, 3.

(17) Ἀκρίτως. Forte ἐκκρίτως.

quæsitum satis abunde scripsit, aperteque ostendit quod hæresim affectantibus ansam præbuerit male sentiendi, in specie, non ipso corpore resurrectionem fieri determinans. Ipsum vero allegoriis omnia invertisse, pravæque opinionis ubique semina ingessisse, facile cognitu est; sæpiusque hinc inde eadem revolventem ac repetentem, totum orbem immodica vanaque loquentia implesse. Hac duntaxat methodo ex more omnia ubique allegoriis infarciens, tantum Engastrimythi verba figurate extricare non potuit, neque ipsa rerum gestarum consequentia in lucem veritatis proferre.

XXIII. Quid præterea attulit religione sibi subterfugia fingens? Cum spectrum Sauli dixisse videretur: *Abscindet Dominus regnum de manu tua* [67]; his probabiliter dicens subintulit, non opus esse intelligere dæmonium de regno Israelitarum vaticinatum fuisse. Jam superius dicebamus verba ab Samuele prolata dæmonem suffuratum fuisse, ut amente Saule decepto ex propriis sermonem texere videretur. At hic simulat similes diaboli conatus non habere compertos. Ut ergo vaticinari videbatur dementis *regnum abscindendum*, tunc adjunxit: *Et dabit illud proximo tuo David*. At polyhistor Origenes hic motus dixit: Dæmonium non potest agnoscere regnum David divino suffragio destinatum. Mihi vero hic subest admiratio, quonam hic pacto apud plures sani consilii gloriam, ac si prudens simul et in sententiis ferendis optimus esset, assecutus sit. Igitur si regnum esset obscurum, forsan non incongrue se illud aliquo modo nescire dissimulasset: cum vero de illo testatus sit Deus, Davidque a Samuele unctus, et semper in bello primas ferens, regis gener sit effectus, ita ut huic quidem tripudiantes myriadas, Sauli chiliadas decantarint; si hæc et his similia manifestarant, quid mirum aut præter exspectationem erit, si regnum divino suffragio per prophetam munitum dæmon agnosceret? Nam si verum dicere velimus, non intelligendum illum solum corporea cognoscere, quemadmodum olei usus, cujus effusio tactus sensu percipitur. Sed nullus ambiget hæc omnibus manifeste innotescere. Addam vero quod excedit cætera. Si hæc manifesta non essent, quodnam majus est, ut simul conferamus, regnum David per olei unctionem agnoscere, an prophetarum animas ab inferis eduxisse? Et tamen illud de potiori persona commonstratum est. Nam a Christo dæmones torti, inviti clamant his verbis: *Quid nobis et tibi, Fili Dei? Venisti ante tempus delere nos* [68]? At animas ab inferis evocandi, et cœtus angelorum qui per cœlum volant eumdem in locum convocandi, re ipsa tantum Deus et divinissimus ejus Filius potestatem habet, præterque eos nullus omnino. Si itaque invisibile Dei regnum ac sancto Spiritu unctum

A οὐχ οἷόν τε. Μεθόδιος γὰρ ὁ τῆς ἁγίας ἄξιος μνήμης ἔγραψεν ἀποχρώντως εἰς τόδε τὸ θεώρημα, καὶ διέδειξέ γε φανδὸν, ὅτι τοῖς αἱρεσιώταις ἔδωκε πάροδον ἀβούλως ἐπὶ εἴδους, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ σώματος αὐτοῦ τὴν ἀνάστασιν ὁρισάμενος. Ἀλλ' ὅτι μὲν ἅπαντα τροπολογίαις ἀνέτρεψε, καὶ τὰ τῆς κακοδοξίας ἔσπειρεν ἑκασταχοῦ σπέρματα, ῥᾷόν ἐστιν ἰδεῖν· ἄνω δὲ καὶ κάτω ταυτολογῶν ἐπλήρωσε τὴν οἰκουμένην ἀμέτρῳ φλυαρίᾳ. Τοιαύτῃ δὲ μεθόδῳ συνήθως ἀλληγορῶν ἅπαντα πανταχῶς, οὐχ οἷός τε ἐγένετο τὰ τῆς ἐγγαστριμύθου τροπολογῆσαι ῥήματα μόνον, οὐδ' αὐτὸ σαφῶς ἐξ αὐτῆς ἱστορῆσαι τῆς ἀκολουθίας.

XXIII. Ἀλλὰ τί πρὸς ἐπὶ τούτοις εἰσήγαγεν ἀφοσιώσει πλαττόμενος ἀποφυγάς; Ἐπειδήπερ ἐδόκει τὸ φάσμα τῷ Σαοὺλ εἰρηκέναι· *Διαῤῥήξει Κύριος τὴν* B *βασιλείαν ἐκ χειρός σου*, πρὸς ταῦτα πιθανολογῶν ἀνθυπέφερεν, ὡς οὐ χρεὼν εἴη νοεῖν, ὅτι δαιμόνιον προφητεύει περὶ βασιλείας Ἰσραηλιτικῆς. Ἤδη δὲ καὶ πρόσθεν ἔφαμεν ὅτι ταῦτα τὰ ῥήματα τῷ Σαμουὴλ εἰρημένα πρόσθεν ἔκλεψεν ὁ δαίμων, ἵνα δὴ τὸν ἔκφρονα Σαοὺλ ἐξαπατήσας ἰδίᾳ δόξῃ λέγειν. Ἀλλ' οὗτος οὐ προσποιεῖται τὰ τοιάδε τοῦ διαβόλου δράματα γινώσκειν· ὡς οὖν ἐδόκει προλέγειν, ὅτι *διαῤῥαγήσοι* τοῦ παραπλῆγος ἡ *βασιλεία*, τηνικαῦτα προσετίθει· *Καὶ δώσει αὐτὴν τῷ πλησίον σου τῷ Δαυΐδ*. Ὁ μέντοιγε πολυΐστωρ Ὠριγένης ἐνταῦθα κινηθεὶς ἔφη· Δαιμόνιον δὲ λέγων, οὐ δύναται εἰδέναι τὴν βασιλείαν Δαυῒδ ὑπὸ Κυρίου χειροτονηθεῖσαν· ἀλλ' ἔμοιγε θαυμάζειν ἔπεισιν ὅπως οὗτος ἀποφέρεται δόξαν ἐπ' εὐβουλίᾳ παρὰ τοῖς C πολλοῖς, ὡς ἔμφρων ἅμα καὶ γνώμης ἄριστος. Εἰ μὲν οὖν ἄδηλος ἦν ἡ βασιλεία, ἐξῆν ἂν ἴσως ἄγνοιαν ὑποκρίνεσθαί τινα σκηπτόμενον· εἰ δὲ μεμαρτύρητο μὲν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, κέχριστο δ' ἐπὶ τούτοις ὑπὸ τοῦ Σαμουὴλ, ἔν τε τοῖς πολέμοις ἀριστεύων ἀεὶ γαμβρὸς ἀναδέδεικτο τοῦ βασιλέως, ὥστε τούτῳ μὲν τὰς χορευούσας ἀναθῆναι τὰς μυριάδας, τῷ δὲ Σαοὺλ ἀποδοῦναι τὰς χιλιάδας· εἰ δὲ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα καθεστήκει σαφῆ, τί ξένον ἢ τί παράδοξον ἦν, εἰ τὴν οὖσαν κεχειροτονημένην ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου βασιλείαν ἐπεγίνωσκεν ὁ δαίμων; Εἰ γὰρ οὐ διανοητέον, εἴγε δεῖ λέγειν ἐξ ὑπερβολῆς, ὅτι τὰ σωματικὰ μόνον εἶδεν, ὡς ἡ τοῦ ἐλαίου χρῆσις αἰσθητὴν ἔχει τὴν τῆς ἀφῆς ἐπιφοράν· ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐδεὶς ἀμφιλέξει πρόδηλα καθεστάναι πᾶσιν· ἵνα δὲ τὸ ὑπερβάλλον D ἐρῶ προσθείς. Εἰ γὰρ καὶ μὴ τοιαῦτα (18) καθέστηκε σαφῆ, πότερον ἂν εἴη μείζω πρὸς σύγκρισιν τὸ γνῶναι τὴν τοῦ Δαυῒδ βασιλείαν, ἢ ψυχὰς ἐξ ᾅδου προφητικὰς ἀνάξαι; Καίτοι τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ κρείττονος ἀποδέδεικται προσώπου· καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ στρεβλούμενοι καὶ ἄκοντες ἐκβοῶσιν οἱ δαίμονες αὐτολεξεὶ, *Τί ἡμῖν καὶ σοὶ*, κεκραγότες, *Υἱὲ τοῦ Θεοῦ; Ἦλθες πρὸ καιροῦ ἀπολέσαι ἡμᾶς;* Τὸ δὲ ψυχὰς ἐξ ᾅδου μεταπέμπεσθαι, καὶ χοροὺς ἀγγέλων οὐρανοπετεῖς ἐν αὐτῷ μετακαλεῖσθαι, μόνος ἐξουσίαν ἔχει

[67] *I Reg.* XXVIII, 17. [68] *Matth.* VIII, 29

(18) *Τοιαῦτα*. Forte ταῦτα.

διαπράττεσθαι Θεὸς καὶ ὁ θειότατος αὐτοῦ Παῖς, ἄλλος δὲ καὶ τὸ παράπαν οὐδείς. Εἰ οὖν τὴν ἀόρατον τοῦ Θεοῦ βασιλείαν ἔγνωσαν ἁγίῳ Πνεύματι χρισθεῖσαν, οὐ πολλῷ πλέον ἐπιγνῶναι τὴν τοῦ Δαυὶδ ἐδύναντο διὰ χρίσματος αἰσθητοῦ καὶ καταλύσεως ὁρατῆς; Ἀλλ' οὐκ ᾔδει τὰ πεπραγμένα καὶ Γραφαῖς ἀνακείμενα περὶ τοῦ Δαυὶδ ὁ ἀλιτήριος, ὅ γε καὶ τῷ Κυρίῳ περιβαλλομένῳ τὸ σῶμα προσελθὼν ἔφη τολμηρῶς· *Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλλε σεαυτὸν κάτω· γέγραπται γάρ, ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ*, φησὶν, *ἐντελεῖται περὶ σοῦ, καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου*. Οὐκοῦν εἴπερ ἐκ τῶν ἁγίων ὑποτυποῦται Γραφῶν ὁμιλεῖν, οἶδεν ἄρα τὰ γεγραμμένα κακομαθῶς· εἰ δὲ τούτων ἐν γνώσει καθέστηκεν, οὐκ ἄρα τὴν τοῦ Δαυὶδ ἠγνόει βασιλείαν, ἢ τοῖς ἱεροῖς ἐγκεχάρακται γράμμασιν· ὥστε τὰ γεγραμμένα λέγων ὁ δαίμων, οὐδὲν προεφήτευσεν οὐδαμῶς.

A agnoverunt, nonne multo magis scire poterant regnum David per visibilem unctionem visibilemque commutationem? Verum res gestas et in Scripturis descriptas de Davide perditissimus non vidit, qui Dominum corpore circumdatum aggressus audacter dixit: *Si Filius Dei es, mitte te deorsum; scriptum est enim: Angelis suis mandavit de te; et in manibus attollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum* [69]. Igitur si ex divinis litteris colloquia nectere fingit, scit quæ scripta sunt, tametsi prave; quæ si cognovit, profecto regnum David non ignorabat, quod divinis litteris erat scriptum; ita ut ea quæ scripta sunt dæmon pronuntians nihil omnino vaticinatus sit.

XXIV. Ἀλλ' ὁ πολύφημος Ὠριγένης, οὐδ' ὁτιοῦν B εὑρίσκων εἰπεῖν, εἰς τοῦτο κατέφυγε τετεχνασμένως, ἑτέρωθι πρὸς ἐπὶ τούτοις ἐπαγαγών· *Ἐγὼ δὲ*, φησὶν, *οὐ δύναμαι διδόναι δαιμονίῳ τηλικαύτην δύναμιν, ἵνα προφητεύῃ περὶ Σαοὺλ καὶ τοῦ λαοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ προφητεύῃ περὶ βασιλείας Δαυὶδ, ὅτι μέλλει βασιλεύειν*. Εἶτα φαίη τις ἄν· Ὦ ἀνοητότατε ἀνδρῶν, οὐ δίδως μὲν αὐτῷ προφητεύειν, ἐπιτρέπεις δὲ αὐτῷ προφήτας ἀνάγειν ἐξ ᾅδου, καὶ ἀγγελικοὺς ἄφνω μεταστέλλεσθαι χοροὺς, ὅπερ ἐστὶ μεῖζον καὶ προὖχον καὶ θειοτέρας ἐχόμενον ἐξουσίας; ἆρά γε τίς οὕτως ἐνόησεν ἀσθενῶς ἢ πτωχῶς; Ἀλλὰ μάλιστα μὲν ἔγωγε φαίην ἂν ἀνθυπενέγκας, ὅτι μηδὲν προεφήτευσεν ὁ δαίμων, ὥς γε καὶ πρόσθεν ἐδείξαμεν· εἰ δ' ἄρα καὶ προφητείας ἄξια διαλεχθεὶς ἐτύγχανεν, οὐδ' οὕτως ἐχρῆν ὑπολαμβάνειν, ὅτι πνεύ- C ματα καὶ ψυχὰς δικαίων ὁ δαίμων ἀνήγαγεν ἐξ ᾅδου· καὶ γὰρ ὁ Καϊάφας ἐπὶ τῇ κατὰ τοῦ Χριστοῦ συστάσει προεφήτευσεν, εἰρηκὼς, ὅτι *Συμφέρει ἡμῖν ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ ὅλον τὸ ἔθνος ἀπόληται. Ταῦτα μὲν οὐκ εἶπεν ἀφ' ἑαυτοῦ*· καθάπερ ὁ σοφώτατος ἐξέδωκεν Ἰωάννης· *ἀρχιερεὺς δὲ τυγχάνων ἐκείνου τοῦ ἔτους, προεφήτευσεν*. Εἰ δὲ οὗτος ὁ κατὰ τοῦ Κυρίου βουλὰς ἀδίκους ἀράμενος, ὅμως οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ προφητεύει, κινούμενος δὲ δήπουθεν ὑφ' ἑτέρου καθ' ἑαυτοῦ ποιεῖται τὸν ἔλεγχον· οὐδὲ εἴ τις ἄλλος ἄρα τοιοῦτό τι δρᾷ, προσεκτέον, ὅτι παρὰ τοῦτο θειοτέρας ἐξῆπται δυνάμεως. Οὐδὲ ἀνασχετέον, εἰ λέγοντες ὅτι μαντείᾳ δαιμονιώδει ψυχὰς ἀνάγειν ἔοικεν ἐξ ᾅδου D καὶ στρατιὰς ἀγγέλων, οἷα Θεός· ἐπακουστέον γὰρ οἷα περὶ τῶν τοιούτων ἐξαγορεύει προφητῶν ἐν τῷ Δευτερονομίῳ θεσπίζων ὁ Μωϋσῆς· *Ἐὰν δὲ ἀναστῇ*, φάσκων, *ἐν σοὶ προφήτης, ἢ ἐνυπνιαζόμενος τὸ ἐνύπνιον, καὶ δῷ σοι σημεῖον ἢ τέρας, καὶ ἔλθῃ τὸ σημεῖον ἢ τὸ τέρας ὃ ἐλάλησε πρὸς σὲ, λέγων· Πορευθῶμεν, καὶ λατρεύσωμεν θεοῖς ἑτέροις, οὓς οὐκ οἴδατε, οὐκ ἀκούσεσθε τῶν λόγων ἐκείνου τοῦ προφήτου*, φησὶν, *ἢ τοῦ ἐνυπνιαζομένου τὸ ἐνύπνιον ἐκεῖνο, ὅτι πειράζει Κύριος ὁ Θεὸς ὑμᾶς*,

XXIV. Sed multi nominis Origenes, cum non haberet quid diceret, ad hoc artificiose confugit, aliunde argumentis excogitatis: *Ego sane*, inquit, *tales dæmoni vires concedere nequeo, ut de Saule et populo Domini vaticinia edat, item de regno David, illum scilicet regno potiturum*. Sed dicet quispiam: O omnium stolidissime! illi vaticinia negas, et prophetas ab inferis educere, cœtusque derepente angelorum, quod majus est diviniorisque potentiæ argumentum, concedis? Quis ita infirme aut exiliter rem intellexit? Næ ego potissimum responderem, dæmonem, ut et antea demonstravimus, nihil vaticinatum fuisse; qui licet prophetia non indigna collocutus fuisset, non ideo tamen existimandum erat, spiritus et justorum animas eum ab inferis evocasse. Etenim et Caiphas cum de Christo prophetasset, dixit: *Expedit nobis ut unus homo moriatur pro populo, et non tota gens pereat* [70]. *Hæc autem non dixit ex semetipso*, ut scitissimus tradidit Joannes; *sed cum esset pontifex anni illius prophetavit*. Si hic, qui contra Dominum sententiam injustam tulit, tamen non a semetipso vaticinatur, sed motus duntaxat ab alio coarguitur; neque ergo si quis alius idem effecerit, ideo propterea divinioris eum esse naturæ censendum. Neque sustinendum est si dicant præstigiis diabolicis animas ab inferis exercitusque angelorum, ut videtur, veluti Deum, eduxisse. Attendenda quippe sunt quæ de his prophetis præcipiens Moyses in Deuteronomio effatur: *Si surrexerit in medio tui propheta, seu somnium somnians, et dederit tibi signum vel prodigium, et evenerit signum sive prodigium quod locutus est ad te, dicens: Eamus et colamus deos alienos quos ignoratis; non audietis verba prophetæ illius*, ait, *aut somniantis somnium illud, quia tentat vos Dominus Deus, ut palam fiat utrum diligatis Dominum Deum vestrum* [71]. Verum hic dualitatem Patris et ejus unigeniti Filii repræsentans, alterum quidem Dominum tentantem appellat, alterum esse Dominum item et Deum dilectum.

[69] *Matth.* IV, 6. [70] *Joan.* XI, 50. [71] *Deut.* XIII, 1-3.

ut hoc numero binario unam Deitatem probaret, veramque Dei generationem. Si autem propheta ille qui signum aut portentum ostendere promiserat, omnibus modis abjiciendus est, ideo quod nefarium idolorum cultum introduceret, licet signi potentia præcesserit, quanto magis dæmoni, qui ab inferis spiritus justorum evocare pollicetur, nulla fides est adhibenda? Nemo præterea quamvis impius diceret, illis oracula consulentibus, Deum tentantem impium, suscitasse Samuelem; ut factum postea subsecutum dæmonis promissioni ascriberetur, eoque nomine per fraudem deleret aliquos. Nam omnino cavendum erat, ut legum lator mandaverat, a vaticinii scelere. An non auguria eorumque causas exsecrandas putas? nonne vaticinationes engastrimythi et sortium symbola? Audi quæ paulo post iterum præcepit: *Si introieris in terram quam Dominus Deus tuus dat tibi, non disces facere secundum abominationes illarum gentium. Non inveniatur in te qui lustret filium suum vel filiam suam in igne, et vaticinans vaticinia, et mittens sortes, et augurans incantationibus incantationem, ventriloquus, et portentorum inspector, et interrogans mortuos: est enim abominatio Domino omnis qui facit hæc* [72]. Post hæc innuens etiam alienigenis propterea mortem et internecionem minari, statim subdidit: *Propter enim tales abominationes Dominus exterminabit illos a te.* Manifestum itaque est, engastrimythi vaticinationem cum cæteris idololatriæ causis conjunctam esse. Ita enim in febribus internæ sordes morbum incendunt, vitiososque humores exacuunt, adeo ut ex tumore et corruptione plerumque pestem inferant. Et dum portentorum inspectiones tristes visiones vocavit, quæ per Engastrimythos factæ historia traduntur, probavit in illis nihil veri contineri. Ideo, ut existimo, rursus in Levitico atrociorem contra eos sententiam dixit, his ipsis verbis peractam: *Et vir aut mulier, si facti fuerint ventriloqui vel incantatores apud vos, morte moriantur; lapidibus illos obruite: rei sunt* [73].

A *τοῦ ἰδεῖν εἰ ἀγαπᾶτε Κύριον τὸν Θεὸν ὑμῶν.* Ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν τὴν δυάδα Πατρός τε καὶ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ παριστῶν, ἄλλον μὲν τὸν πειράζοντα Κύριον ὀνομάζει, ἄλλον δὲ παρὰ τοῦτον εἶναι τὸν ἀγαπώμενον Κύριόν τε καὶ Θεὸν, ἵνα ἐκ δυάδος τὴν μίαν ἀποδείξῃ θεότητα καὶ τὴν ἀληθῆ θεογονίαν. Εἰ δὲ ὁ προφήτης ἐκεῖνος ὁ τὸ σημεῖον ὑποσχόμενος ἢ τὸ τέρας ὑποδεῖξαι παντάπασιν ἀποκριτέος ἐστὶ, τῷ τὴν ἀθέμιτον εἰδωλολατρείαν εἰσηγεῖσθαι, κἂν ἡ τοῦ σημείου δύναμις ἐνεργοῦσα προτρέχῃ· πόσῳ δὴ μᾶλλον οὐ χρὴ δαίμονι πιστεύειν ἐπαγγελλομένῳ ψυχὰς ἐξ ᾅδου μεταπέμπεσθαι καὶ πνεύματα δικαίων; Ἀλλ' οὐδὲ φαίη τις ἂν ἀσεβῶν, ὅτι μαντευομένων ἐκείνων ὁ Θεὸς ἀνέστησε τὸν Σαμουὴλ ἐκπειράσαι τὸν ἄδικον ἐθέλων, ἵνα ἐπιγράψῃ τῇ τοῦ B δαίμονος ἐπαγγελίᾳ τὸ δρᾶμα, καὶ διὰ τῆσδε τῆς προφάσεως ἀπάτῃ φθείρῃ τινάς· ἀνάγκη γὰρ ἐξ ἅπαντος φυλάττεσθαι τὸ τῆς μαντείας ἄγος, ὡς ὁ νομοθέτης ἐθέσπισεν· ἀλλ' οὐ μυσαρά τις ἡγεῖται τὰ τῆς οἰωνοσκοπίας αἴτια, καὶ τὰ τῆς ἐγγαστριμύθου μαντεῖα καὶ σύμβολα κληδόνων; Ἀκουέτω πῶς ὀλίγα πρόσθεν ὑπερβὰς ἐδογμάτισε πάλιν· *Ἐὰν δὲ*, φησὶν, *εἰσέλθῃς εἰς τὴν γῆν ἣν Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι, οὐ μαθήσῃ ποιεῖν κατὰ τὰ βδελύγματα τῶν ἐθνῶν ἐκείνων· οὐχ εὑρεθήσεται ἐν σοὶ περικαθαίρων τὸν υἱὸν αὐτοῦ καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ ἐν πυρὶ, καὶ μαντευόμενος μαντείαν, καὶ κληδονιζόμενος, καὶ οἰωνιζόμενος φαρμάκοις ἐπαοιδὴν, ἐγγαστρίμυθος, τερατοσκόπος, ἐπερωτῶν τοὺς νεκρούς· ἔστι γὰρ βδέλυγμα Κυρίῳ πᾶς* C *ὁ ποιῶν ταῦτα.* Μετὰ τοῦτο μηνύων, ὅτι καὶ τοῖς ἀλλογενέσι διὰ ταῦτα θανάτου γένεσιν ἀπειλεῖ καὶ φθορὰν, ἐπήγαγεν εὐθέως· *Ἕνεκα γὰρ τῶν βδελυγμάτων τούτων Κύριος ἐξολοθρεύσει αὐτοὺς ἀπὸ σοῦ.* Φαίνεται τοίνυν, ὡς ἡ μαντεία τῆς ἐγγαστριμύθου συνέζευκται μετὰ πάντων ὁμοῦ τῶν τῆς εἰδωλολατρείας αἰτιῶν· ὥσπερ ἐν πυρετῷ σκυβάλων ἔνδοθεν ὑποκειμένων ἐγερτικῶν μὲν ἀῤῥωστίας, ὑπεκκαυμάτων δὲ μοχθηρῶν, οἰδήσει καὶ φθορᾷ τὴν λυμώδη νόσον ἀποχύειν εἰωθότων. Εἰ δὲ δὴ καὶ τερατοσκοπίας ὠνόμασε τὰς ἀμειδεῖς ὀπτασίας, ὅσαι διὰ τῶν ἐγγαστριμύθων ἱστοροῦνται, συνέστησεν, ὅτι μηδέν ἐστιν ἀληθὲς ἐν αὐτοῖς· ἐντεῦθεν, οἶμαι, πάλιν ἐν τῷ Λευϊτικῷ σκυθρωποτέραν ἀπόφασιν ἐξήνεγκε κατ' αὐτῶν, ἐπαγαγὼν αὐτοῖς ῥήμασι· *Καὶ ἀνὴρ ἢ γυνὴ*, φάμενος, *ἂν γένηται ἐγγαστρίμυθος ἢ ἐπαοιδὸς ἐν ὑμῖν, θανάτῳ θανατούσθωσαν, λίθοις λιθοβολίσατε αὐτούς· ἔνοχοί εἰσιν.*

XXV. Quid hic igitur dicent qui novas Origenis sententias amplectendas esse contendunt? Utrum veluti pessimarum artium operatores Engastrimythos jubet occidi, vel e contrario bonorum operum præceptores? Nam si impiorum sunt auctores facinorum, jure legum lator detestandos, qui nihil veri pronuntiant, eliminat; sin optimarum actionum magistri sunt, frustra in eos lex animadvertit. Quippe si ab inferis animas educunt quæ cum huc advenerint futura prædicant, necessaria indigentibus utiliter suggerunt; injuste ergo lapidibus obrui benefactores legum lator præcepit:

D XXV. Τί τοίνυν φασὶν οἱ τὰς Ὠριγένους ἀσπαστέας εἶναι τιθέμενοι δοξοκοπίας; Πότερον ὡς ἐχθίστων ἐπιτηδευμάτων αἰτίους ἀναιρεῖσθαι προστάττει τοὺς ἐγγαστριμύθους, ἢ τοὐναντίον ὡς ἀγαθῶν ὑποθήμονας ἔργων; Εἰ μὲν οὖν ἀσεβῶν εἰσι δραμάτων αὐτουργοὶ, δικαίως ὁ νομοθέτης ἀπελαύνει τοὺς ἐναγεῖς, οὐδὲν εἰσαγγέλλοντας ἀληθές· εἰ δὲ καλλίστων εὑρεταὶ πράξεών εἰσι, περιττῶς ὁ νόμος ἐψηφίσατο κατ' αὐτῶν. Εἰ γὰρ ἀνάγουσι μὲν ἐξ ᾅδου ψυχὰς, αἱ δὲ ἀφικνούμεναι δεῦρο κηρύττουσι τὸ μέλλον, ἐφοδιάζουσι τοὺς δεομένους ἐπωφελῶς, οὐ δικαίως ἄρα λιθοβολεῖσθαι τοὺς εὐεργέτας ἐθέσπισεν ὁ νομοθέτης

[72] *Deut.* XVIII, 9-12. [73] *Levit.* XX, 27.

ὥστε δυοῖν ἀνάγκη θάτερον, ἢ ταύτας ἀχρειῶσαι τὰς φωνὰς, ἢ τὰ τῆς ἐγγαστριμύθου ῥήματα διαβαλεῖν ὡς ἔωλα καὶ ψευδῆ. Ἀλλὰ τί φῶμεν; Ἀντιδοξοῦσιν ἑαυταῖς αἱ θεῖαι Γραφαί; ταῖς δὲ πολλαῖς ἡ μία μάχεται ψῆφος; Εἰ δ' ἄρα καὶ μάχη τίς ἐστιν, ἐπικρατοῦσι πολλαί. Καὶ μὴν ἐκ τῶν ἐναντίων οὕτως ὁμοφώνῳ συνοδίᾳ καταψηφίζονται τῶν ἐγγαστριμύθων ὡς ἀνόσια δρῶνται· οὐδὲν ἧττον ἔτι κἀν τῇ τετάρτῃ τῶν Βασιλειῶν ἀνειλημμένον ἐστὶν, ὅτι Μανασσῆς μὲν ἀσεβείας ὑπερβολῇ πρὸς οἷς ἐδικαιοκτόνει, καὶ παντοίας ἐθρήσκευεν εἰδωλομόρφους ὕλας· *Ἐποίησεν ἑαυτῷ*, φησὶν, *ἐγγαστριμύθους καὶ γνώστας*· ἀντιστρόφως δ' αὖ πάλιν ὁ δικαιοσύνης ἀρετῇ διαπρέψας Ἰωσίας ὁ βασιλεὺς ἅπαντα μὲν ὁμοῦ τὰ χειρότευκτα καθεῖλεν ἀφιδρύματα, πυρὶ δὲ τεφρώσας ἠφάνισεν· οὐ μὴν ἀλλά γε πρὸς τούτοις *ἀφεῖλεν*, ἔφη, *τοὺς ἐγγαστριμύθους*, *καὶ τοὺς γνώστας*, *καὶ τὰ θεραφὶμ*, *καὶ τὰ εἴδωλα*, *καὶ τὰ καρασαεὶν*· εἶτα καὶ μετ' ὀλίγα φησὶν, ὅτι καὶ *ἐνεπύρισεν*, ὡς ἀθέμιτα δηλαδή. Τοιγαροῦν εἴπερ ὁ αὐτός ἐστι συγγραφεὺς ἑκατέρου τοῦ γράμματος, ἐνταῦθα δὲ δύο πρόσωπα βιολογεῖ βασιλέων, εἶτα τούτοιν τὸ μὲν ἄδικον εἰσάγει [ὅτι πρὸς] ἄλλοις εἵλετο καὶ τῶν ἐγγαστριμύθων, τὸ δὲ ζήλῳ διεγηγερμένον ἐπαινεῖ, τῷ καὶ τοὺς ἐγγαστριμύθους ἐξᾶραι πρὸς ἅπασι τοῖς ἐχθροῖς. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, συνέστηκεν, ὅτι οὐχ ἑαυτῷ μαχομένας ἐξεδίδου φωνάς. Οὐδ' αὖ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔφασκεν ἀναβεβηκέναι τὸν Σαμουὴλ, ἀλλὰ τοὺς τῆς ἐγγαστριμύθου διηγεῖτο λόγους, ὡς ᾤετο καὶ τὸ δοκεῖν ἐκόμπαζεν ἐκείνη φαντασιοκοπίαις ἀναπτεροῦσα τὸν δυνάστην ἀδήλοις· οὐ γὰρ ἂν ἑαυτῷ καὶ ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις ἐμάχετό πως Γραφαῖς. Ἀλλ' οὐχὶ μόνον αὗται ταῦτα διελέγχουσιν αἱ ῥήσεις, ἀλλ' ἔτι γε τούτοις ἐπιψηφίζεται καὶ μάρτυς ἄλλος ἀξιοφανὴς, ὁ προφήτης Ἡσαΐας, πῆ μὲν ἀπαγορεύων τὰ τοιάδε μύση, πῆ δὲ παραινῶν ὀρθότατα τοῖς ὑπηκόοις αὐτῷ κελαδεῖ· *Καὶ ἐὰν εἴπωσι πρὸς ὑμᾶς· Ζητήσατε τοὺς ἐγγαστριμύθους, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς γῆς φωνοῦντας, τοὺς κενολογοῦντας, οἳ ἐκ τῆς κοιλίας φωνοῦσιν· οὐχὶ ἔθνος πρὸς Θεόν*. Εἶτά τι μετὰ ταῦτα προσθεὶς ἐπιφέρει· *Τί ἐκζητοῦσιν*, ἔφη, *περὶ τῶν ζώντων τοὺς νεκρούς; Νόμον γὰρ εἰς βοήθειαν ἔδωκεν, ἵνα εἴπωσιν οὐχ ὡς τὸ ῥῆμα τοῦτο, περὶ οὗ οὐκ ἔστι δῶρα δοῦναι*· προδήλῳ μὲν ἱεροφωνίᾳ τὸ τῶν ἐγγαστριμύθων ἀπεκήρυξε γένος. Εἰ δὲ κενολόγων ἀπέφηνε τὸ τοιοῦτο συνέδριον, ἀναμφιλόγως ἀπέδειξεν, ὅτι τούτων οὐδὲν οὐδεὶς οὐδεπώποτε λέγει τὸ παράπαν ἀληθὲς, ἀλλὰ ψευδηγορίᾳ μὲν ὑποκένῳ πλάττουσι τὴν ἀπάτην, ἑώλῳ δὲ κενολογίᾳ φεναχίζουσι τοὺς ἀμαθεῖς. Ὅθεν ἀκολούθως ἐπέσκωπτεν ἐκείνοις ὅσοι περὶ τῶν ζώντων ἐρωτῶσι τοὺς νεκρούς· αὐτοὶ γὰρ, ὅλοι νεκροὶ καὶ πηροὶ τυγχάνοντες, οἱ κενολόγοι τὰς τῶν νεκρῶν ὑποτυποῦνται διακονεῖσθαι φωνάς· ὁ δὲ προφήτης ἐπεμαρτύρετο βοῶν, ὅτι νόμος ἀῤῥαγὴς ἔκκειται περὶ τούτων, ἵνα μὴ κατὰ τοὺς ἀποφθεγγομένους ὑπαχθῶσι κουφολογίαις ἑώλοις· ἀκρο-

A ita ut unum ex duobus necesse factu sit, aut has voces tanquam inutiles abjicere, vel engastrimythi verba tanquam falsa atque vana criminari. Sed quid dicemus? Pugnantne inter se sacræ litteræ? an una sententia multis adversatur? Si quæ tamen inter eas controversia est, potiori eorum parti palma danda est. Et tamen contrariæ omnibus sententiis in engastrimythorum condemnatione, tanquam eorum qui impie agunt, concurrunt. Nec minus præterea in quarto Regum relatum est, Manassem impietatis excessu, præter justorum neces, omnibus rebus quæ idola præ se ferebant servivisse: *Fecit sibi ipsi*, ait [74], *engastrimythos et gnostas*. Ex altera vero parte, qui justitiæ laude illuxit, Josias rex omnes simul manufactas statuas

B dejectas, igne consumptas delevit. Inter cætera et id memoratu dignum egit: *Sustulit*, inquit [75], *ventriloquos, et gnostas, et theraphim, et idola, et carasaim*: et paucis interjectis, *ea combussit*, ait, veluti nefaria. Itaque si utriusque scriptionis unus est auctor, in quibus duorum regum vitas scripsit, horum alterum injustum fuisse ait, quod præter alia ventriloquos induxerit, alterum laudibus extollit quod divino zelo excitatus ventriloquos præ omnibus inimicis deleverit. Hæc si ita se habent, patet non sibi adversantes voces emisisse. Neque Spiritus sanctus dixisset Samuelem ascendisse, sed engastrimythi referebat sermones, illam, uti sibi videbatur atque opinabatur, magnifice se jactasse,

C spectris quæ tantum imaginatione obscure deprehendebantur, regem spe bona extollendi. Neque enim sibimet ipsi aliisque Scripturis omnibus adversaretur. Neque tantum hæ auctoritates ista damnant, sed præter has alius item testis fide dignus Isaias propheta, calculum addit. Hic quidem similes abominationes exsecratus hæc subdit, ut ita sentiant, rectissime adhortatus: *Et si dixerint vobis: Quærite ventriloquos, et eos qui a terra clamant, qui vane loquuntur, vel e ventre dicunt: non est gens ad Deum*. Deinde paucis additis: *Quid quærunt de vivis mortuos? Legem quippe in auxilium dedit, ut dicant, non sic ut verbum hoc, pro quo non est dare munera pro eo* [76], clara sanctaque voce genus omne ventriloquorum explosit. Et si

D vaniloquorum similem consessum declaravit, sine dubio demonstravit horum neminem ullam unquam omnino proferre veritatem, sed mendaciis, iisque inanibus, ingestis fraudes componere, levique ac frivolo sermone indoctis imponere. Quare non incongrue illis exprobrabat qui de vivis mortuos interrogant. Ipsi enim vaniloqui, cum mortui sint et cæci, mortuorum voces deferre se simulant. Contra quos testimonium dicebat propheta clamans, legem jam de his fuisse latam, ne inani sermonis dicacitate subducantur, quemadmodum et hi qui talium rerum sunt auctores. Est enim firmissima legis custodia, cœleste auxilium implorare, et non e re-

[74] *IV Reg*. XXI, 6. [75] *IV Req*. XXIII, 24. [76] *Isa*. VIII, 19, 20.

bus terrenis, in ipsis subterraneis animum figentes, opem emendicare.

XXVI. Sed qui omnes jam Scripturas interpretatum se esse existimat Origenes, hæc testimonia ignorare simulat, neque uti decet usurpat, sed quæ ad propositum minime faciunt infarcit, iis prætermissis quæ natura sua congruebant. Quod si ignorantia, stolide quidem, ut videtur, effecit; si malignitate, negotium audacter obivit. Quin cum ambiguus et anceps dixisset : *Quid igitur hic facit ventriloqua? Quid igitur facit ventriloqua circa animæ justi eductionem?* sermonis dubietate sublimiter effugit, quod ipse fecerat aliis donans : totum vero Scripturæ attribuens, Samuelem eductum fuisse confidenter asseverat, at non secundo audet repetere : *Quis ipsum eduxit?* Ego porro existimo pro prima interpretatione a rectissime semper sentientibus reprehensum, secunda expositione cum responderet, dixisse observatum engastrimythi locum. Deinceps subdit scriptum : *Engastrimythum aliquem eduxisse*; itemque, *Saulem Samueli dixisse*, Litteris proditum esse. His similia complura inani verborum ambitu iterum atque iterum repetit, tum denuo infit : *Non autem enuntiavit, si volens ascendit. Non enim habes*, inquit, *textum, si eduxit illum engastrimythus. Si minus, Scripturam percurrens aliquis me reprehendat.* Igitur ex adverso reprehensus aperte negavit quæ prius sensit inconsiderate. Ibi enim determinavit Scripturam potius dixisse, non mulierem : *Quem evocabo tibi?* Hic vero manifeste convictus oblivione accusationem vitare studuit. Sic ubique sibi adversantes opiniones exponit, quemadmodum et hic perperam inter opinionum pugnas ac turbas criminis actionem coactus fuit effugere. Quando igitur vi quadam adductus mulierem prophetæ animam non evocasse fassus est, dicat quis eam eduxit. Ipse enim in eo firmiter stetit, evocatam tantum eam tradens. Ipsa itaque sola pythomantis erat, et Saul exorator illius, ut prophetam educeret. At hic nequaquam fuerit auctor fabulæ : neque enim noctu ad illam deveniens engastrimythum precaretur. Si vero factum subsecutum est, nulli alii quam engastrimytho opus ascribi debet. Ita ut ex his duobus unum affirmare necesse sit, vel hoc nunquam omnino opere præstitum fuisse, vel ab engastrimytho et dæmone hominem rectum eductum fuisse. Nonne qui religione voces proprias dum negare videtur, diversa methodo eamdem opinionem fraudulenter obtrudit? Sed per orationem qua se defendere videtur, mendacium, ac si veritas esset, inculcat. Neque illi pudorem incutiunt tot tantaque legum latorum decreta, consona prophetarum testimonia, reliquusque seriei historicæ unus ac idem consensus. Quin sanctissimis oraculis prava ratione perversis, libere engastrimythi verba confirmat, recentiora idolorum cultus instrumenta decernens, quæ pla-

A τάτη γὰρ, οἶμαι, φυλακὴ νόμου καθέστηκεν, οὐρανόθεν ἐπικαλεῖσθαι τὴν βοήθειαν, ἀλλὰ μὴ ἐκ τῶν γηΐνων ἐρανίζεσθαι τὴν ἐπικουρίαν, εἰς αὐτὰ τὰ καταχθόνια βλέποντας.

XXVI. Ἀλλ' ὁ πάσας ἑρμηνεῦσαι τὰς Γραφὰς οἰηθεὶς Ὠριγένης οὐ προσποιεῖται ταύτας εἰδέναι τὰς μαρτυρίας, οὐδὲ τίθησιν αὐτὰς, ὡς δέον, ἀλλ' ἐπεὶ συγκαλεῖ μὲν ἐκείνας ὅσαι μηδὲν ἐν μηδενὶ τῷ ζητήματι διαφέρουσιν, ὑπερβαίνει δὲ τὰς αὐτῇ φύσει προσηκούσας· ἤτοι γὰρ ἀμαθίᾳ τοῦτο πράττειν ἔοικεν ἀφρόνως, ἢ κακοθελίᾳ πραγματεύεσθαι τολμηρῶς· ἀλλὰ καὶ καθάπερ ἐπαμφοτερίζων εἰρηκὼς, ὅτι, *Τί οὖν ποιεῖ ἐγγαστρίμυθος ἐνθάδε; Τί οὖν ποιεῖ ἐγγαστρίμυθος περὶ τὴν ἀναγωγὴν τῆς ψυχῆς τοῦ δικαίου;* λόγου μὲν ἀπορίᾳ μετεώρως ἀπέ- B φυγεν· ἀλλ' ὁ τοῦτο ἐπιγράφων ὅπερ ἔδρασεν αὐτός· αὐτῇ δὲ τῇ Γραφῇ τὸ πᾶν ἀναθεὶς, ἰσχυρίζεται μὲν ἀνῆχθαι τὸν Σαμουὴλ, οὐκ ἔτι δὲ τολμᾷ δευτερῶσαι τό· *Τίς ἀνήγαγεν αὐτόν;* Οἶμαι δὲ, ὅτι καὶ μετέπειτα διελεγχόμενος ὑπὸ τῶν ὀρθότατα φρονούντων ἀεὶ, δευτέρᾳ πάλιν ἀπολογούμενος ἐξηγήσει, τετηρῆσθαι μὲν ἔφη τὸν τῆς ἐγγαστριμύθου τόπον· εἶτα λέγει καὶ ὅτι μὲν *ἡ ἐγγαστρίμυθός τινα ἀνήγαγε* γέγραπται· καὶ ὅτι *Σαοὺλ εἶπε τῷ Σαμουὴλ* ἀναγέγραπται. Φλυαρίᾳ δὲ πολλῇ τοιαῦτα συχνά τινα ταυτολογήσας, ἐπιφέρει πάλιν· *Οὐχ εἴρηκε δὲ*, φησὶν, *εἰ ἑκουσίως ἀναβέβηκεν· οὐ γὰρ ἔχεις*, ἔφη, *κείμενον εἰ ἀνήγαγεν αὐτὸν ἡ ἐγγαστρίμυθος· ἐπεὶ ἐλεγξάτω μέ τις ἀναγνοὺς τὴν Γραφήν.* Οὐκοῦν C ἀντιπροσώπως ἐλεγχόμενος ἠρνήσατο λευκῶς ἅπερ ἀβουλίᾳ πρόσθεν ἐδόξασεν· ἐκεῖ γὰρ αὐτὴν ὡρίσατο τὴν Γραφὴν εἰρηκέναι μᾶλλον, ἀλλ' οὐ τὴν γυναῖκα, τό· *Τίνα ἀναγάγω σοι;* Δεῦρο δὲ καταφανῶς ἁλισκόμενος ἐκφυγεῖν ἐσπούδασε λήθῃ τὴν αἰτίαν· οὕτως ἑκασταχοῦ μαχομένας ἑαυτῷ δόξας ἐκτιθέναι γυμνῶς, ὥσπερ οὖν ἀμέλει κἀνταῦθα γνωσιμαχήσας ἑάλω τὴν ἐγκληματικὴν ἀποδρᾶναι δίκην ἐπειχθείς· ἐπεὶ τοίνυν ἄκων ἑλκόμενος ὡμολόγησεν ὡς οὐκ ἀνήγαγεν ἡ γυνὴ τὴν τοῦ προφήτου ψυχὴν, εἰπάτω τίς ὁ ταύτην ἀναγαγών· ἐνέμεινε γὰρ ἀμεταστάτως ἀνῆφθαι μόνον αὐτὴν ὁρισάμενος· αὕτη γοῦν ἡ πυθόμαντις ἐτύγχανε μόνη, καὶ Σαοὺλ ὁ δεόμενος ἐκείνης ἀναξαι τὸν προφήτην. Ἀλλ' οὗτος μὲν οὐκ ἂν εἴη γε τοῦ δράματος αὐτουργός· οὐ γὰρ ἂν ἐδεῖτο τῆς ἐγγα- D στριμύθου νύκτωρ ἀφικνούμενος ὡς αὐτήν· εἰ δὲ γέγονεν ἡ πρᾶξις, οὐχ ἑτέρῳ τινὶ τὸ δραθὲν ἐπιγραπτέον· ὥστε δυοῖν ἀνάγκη θάτερόν ἐστιν εἰπεῖν, ἢ τοῦτο μηδεπώποτε γεγονέναι μηδαμῶς, ἢ διὰ τῆς ἐγγαστριμύθου καὶ τοῦ δαίμονος ἀνῆχθαι τὸν ἄνδρα τὸν ὄρθιον. Ἆρ' οὖν ἀφοσιώσει τὰς ἑαυτοῦ φωνὰς ἀρνεῖσθαι δοκῶν ἄλλῃ μεθόδῳ τὴν αὐτὴν εἰσηγεῖται δοξοκοπίαν ἀπατηλῶς; Ἀλλὰ δι' ὧν μὲν ἔοικεν ἀπολογεῖσθαι, διὰ τούτων ὡς ἀλήθειαν εἰσηγεῖται τὸ ψεῦδος. Οὐ καταιδοῦσι δὲ αὐτὸν αἱ τοσαῦται καὶ τοιαῦται νομοθετικαὶ ψηφοφορίαι, οὐ σύμφωνοι προφητικαὶ μαρτυρίαι, οὐχ αἱ λοιπαὶ τῆς ἱστοριογραφίας ὁμόδοξοι συνοδίαι· τὰ δὲ δὴ πανάγια παραλογισάμενος ἀποφθέγματα, προαιρέσει βεβαιοῖ τὰ τῆς ἐγγαστριμύθου ῥήματα, καινότερα μὲν εἰδωλολατρείας

ὄργανα θεσπίζων, ἀσεβεῖ δὲ μαντείᾳ δαιμόνων ἐπισκυλῶν. Οὐ πείθει δὲ αὐτὸν οὐδὲ τὸ σύνθετον ὄνομα ποταπὴν ἔχει διαγωγήν. Ἡ γὰρ *Ἐγγαστρίμυθος* ἑρμηνεύεται παρὰ *τὸ μῦθον ἐν γαστρὶ πεπλασμένον ἐμφαίνειν*· ἡ δὲ τοῦ μύθου σύνθεσις ἐσχημάτισται σκηνοπηγουμένου πιθανῶς εἴσω γαστρὸς, οὐχ ἀλήθειαν, ἀλλὰ τὸ ψεῦδος ἄντικρυς ἐκφωνεῖ. Μακρῷ γοῦν ἄμεινον ἴσασιν οἱ ποικίλαις ὁμιλήσαντες λόγων ἀναφοραῖς, ὁποῖόν ἐστι τὸ γένος αὐτοῦ· κἂν τὰ μάλιστα δὲ δεισιδαιμονίαν πυρέττων Ἑλληνικὴν μαντείαν εἰσηγεῖται λεληθότως.

XXVII. Ἀλλ' ὅμως οὐ παραιτητέον ἡγοῦμαι κἀντεῦθεν ἐλέγξαι τὴν ἀξυνεσίαν αὐτοῦ δι' ὀλίγων, ὡς δέον. Αἱ γάρ τοι ῥητορικαὶ δηλοῦσι τεχνογραφίαι σαφῶς, ὅτι μῦθός ἐστι πλάσμα συγκείμενον μετὰ ψυχαγωγίας πρός τι τῶν ἐν τῷ βίῳ χρήσει διαφέρον· πλάσμα δὲ δήπουθεν εἴρηται παρὰ τὸ πεπλάσθαι, φασὶν, αὐτὸν συνομολογουμένως· οὐ γὰρ ἔτι νομίζοιτο *μῦθος*, εἰ γεγονὼς εἴη κατὰ ἀλήθειαν· εἰ δὲ πλάσματος αὐτοσχεδίου σύνθεσίς ἐστιν ἡ μυθοποιΐα, πόῤῥω μὲν ἔργῳ τῆς ἀληθείας ἐλήλεγκται, λόγῳ καὶ πραγμάτων ὕλας εἰκονίζει τῇ πράξει λειπομένη· τὰ γὰρ οὐκ ὄντα πιθανολογεῖν ἔοικεν ὡς ὄντα, καὶ διηγήσει μίμησιν εἰσάγει πεπλασμένην· ἀνυπόστατα τοίνυν εἰδοποιεῖ πράγματα, μηδεμιᾶς ὑποκειμένης ἕδρας, ὡς οἷόν τε βεβαίως. Οὐδὲν δέ μοι δοκεῖ διαφέρειν ἀψύχου σκιαγραφίας ἡ τοῦ μύθου πλαστουργία· καθ' ὁμοιότητα γὰρ, οἶμαι, τοῦ πίνακος αὐτῇ διαχαράττεται τῇ γραμμῇ· παραπλησίῳ γέ τοι προσεμφερείᾳ προσωποποιεῖ μὲν ὑπόθεσιν, εἴς τι μέρος ἀποβλέπουσα, αὐτὰ δὲ σχηματίζει τῇ μιμήσει τὰ πράγματα γραμμαῖς ἐντεταμέναις, ἀνομολογίαν μὲν οὖν ἐφ' ἑκάστων ἐς τὰ μάλιστα τηρεῖ τῶν ῥυθμῶν. Ἄκρα τε πολέμου γράφει καὶ τέλος, ἐοικότα βάσει, καὶ χείλη φθεγγόμενα, καὶ φωνῶν ἰδιώματα, καὶ γέλωτας, καὶ κλαυθμοὺς, ἢ δημηγορίας ἀρχοντικὰς, ἢ συμπόσια καὶ κώμους, ἢ βακχείας, ἢ τελετὰς, ἢ μέθας ἀκολάστους, ἢ παροινίας ἐρωτικὰς, ἢ ληστρικὰς ἁρπαγὰς, ἢ φθορὰς ἀνηκέστους, ἢ σφαγὰς ἀκρίτους, ἢ πενίας ὑποκρίσεις, ἢ πλούτων ἐπιῤῥοίας. Εἰκοτολογίᾳ μὲν οὖν ἅπαντα χαρακτηρίζει, προσωποποιίᾳ δὲ προσεμφερεῖς διαγορεύει πράξεις ἀνδρανεῖς· οἱ γάρ τοι μυθοποιοὶ τὰς ἀνθηρὰς ἀναλεγόμενοι λέξεις αὐτουργοῦσι ποικίλα χρωμάτων εἴδη, καὶ τῇ προσωποποιίᾳ συμπλέκουσιν· εἶτα λόγοις ἐπιχρώσαντες ἡδέσι, πᾶσαν μὲν ἐπισυνάγουσι τὴν τοῦ μύθου διήγησιν· ὥσπερ δὲ ζῳδιογράφοι τὴν τῆς ὄψεως εἰκονίζουσιν ὥραν, ἐρυθροῖς ἠδ' ἀνθινοῖς χρώμασι χηρογραφοῦντες· ῥήμασι δὲ καὶ σχήμασι μελοποιεῖν ἐπειγόμενοι, χαρακτῆρας ὑλικοὺς ἔργῳ τῆς ἀληθείας αὐτῆς ἀποδέουσιν. Ἀλλ' οὗτοι μέν τοι τούτῳ ποικίλλουσι τρόπῳ τὰς τῶν μύθων εἰκόνας· ἐντεῦθεν δὲ μουσική τις ἁρμονία συνίσταται, καὶ ποιητικῆς οἰησικοπίας εὕρεσις.

XXVIII. Ἀμέλει γοῦν ἐρωτώμενος ὁ Πλάτων μουσικῆς μὲν εἶναι λόγους ὁρίζεται, λέγων· *Λόγων δὲ διττὸν εἶδος*, ἔφη, *τὸ μὲν ἀληθὲς, ψεῦδος δὲ θάτερον· παιδευτέον δὲ ἐν ἀμφοτέροις*, ἀλλά γε

A giaria dæmonum vaticinatione obtrudunt. Ipsum nomen compositum persuadet quanam in parte versatur. *Engastrimythus* enim interpretatur a *ventre* et *fabula*, quasi *fabulam in ventre confictam demonstrans*. Compositio autem fabulæ intra ventrem probabiliter quemadmodum et tentoria efformata, non veritatem, sed mendacium aperte pronuntiat. Multo melius itaque qui varia periti sunt lectione, noverunt quodnam illius genus : qui non modo ille superstitiosis præstigiis apprime deditus, gentium superstitiones clanculum introducit.

XXVII. Nihilominus inde etiam paucis ejus stoliditatem, uti par est, reprehendere, omittendum non est. Etenim rhetoricæ artis traditiones satis commode exponunt, fabulam esse fictionem quam- B dam cum delectatione ad aliquem vitæ usum necessarium. *Fictio* vero dicta est quod, ut omnes æque fatentur, conficta sit. Neque enim *fabula* diceretur, si re ipsa gesta fuisset. Quare si fabula rei fictæ ex improviso compositio est, re quidem ipsa longe abest a veritate, at rerum ratione materias suppeditando repræsentat actione destituta. Quippe quæ non sunt, verisimilitudine, quasi essent, proponit, narrationeque imitationem confictam introducit. Res itaque quæ non subsistunt, formis atque figuris ornatas, nulla suffultas firmitate, quoad fieri potest, stabilit. Mihi vero videtur fabulæ confictio nihil ab inanimatæ umbræ delineatione differre. Ad similitudinem quippe tabulæ lineis ipsis C designatæ, et pari æqualitate argumento, in unam partem respiciens, personam confingit, imitationeque res ipsas lineis inductis figurat, et in omnibus inæqualitate numerum observat potissimum ; sicque ortus et fines bellorum non dissona basibus pingit, labia loquacia, vocum proprietates, risus, planctus, aut conciones principum, convivia, saltationes, furores bacchicos, mysteria, ebrietates turpissimas, petulantias amatorias, prædonum direptiones, deploratas cædes, clades enormes, paupertatis simulationes, divitiarum affluentias. Decenti igitur oratione notas apponit, et personarum fictione ad actiones similes quæ viros decent, designat. Fabulatores quippe floridis vocibus selectis varias colorum species adhibent, compli- D cantque personarum fictioni ; deinceps orationis suavitate adumbrantes omnem quidem fabulæ narrationem expediunt. Et veluti signorum pictores aspectus pulchritudinem rubeis floridisque coloribus, ac si cera pingerent, distinguunt ; verbis item figurisque dum numerum accommodare coguntur, characteribus pinguibus, veritatis causa, quasi compedibus vinciunt. At hi quidem hac ratione fabularum imagines exornant. Hinc musica quædam harmonia constituitur, ac poeticæ imaginationis inventio.

XXVIII. Itaque Plato interrogatus musicæ quidem orationem esse determinat, dicens *orationis duas esse species, unam veram, alteram falsam ; in utrisque vero instituendum* (civitatis custodem), *sed*

primum quidem in mendaciis. Prius quippe dixerat pueros fabularum cantu deliniri. Itaque *in unaquaque re maximum est atque præstantissimum principium; potissimum vero juveni et tenero cuilibet. Tunc enim maxime formatur et inducitur figura ejus rei, quam quis unicuique imprimere atque obsignare velit.* Quibus dictis illud conatur ostendere, minime esse necessarium immodicis purisque mendaciis juvenum animos occupare; cum quæ puerulis recentioribus pravæ opinionis notæ imprimuntur, vix divelli aut aboleri possint. Quapropter ratione non interrupta subdit: *Adeone facile permittemus quaslibet fabulas a quibuslibet pro arbitratu inventas audire pueros, easque animo suscipere opiniones quæ ut plurimum sunt iis contrariæ, quas ubi ad constantem ætatem pervenerint, habere illos debere arbitramur? Nullo id quidem modo,* dixit, *permittemus. Primum quidem constituendi sunt fabulatoribus illis censores, qui, si quam illi bonam fabulam fecerint, excernant atque seligant, malas autem repudient eodem illo judicio atque examine. Quas vero fabulas e cæterarum numero exemerimus, dabimus operam ut et nutrices et matres pueris eas commemorent: ut illis fabulis potius informentur atque instituantur eorum animi, quam corpora manibus curentur. At ex iis quas nunc commemorant, multæ erunt repudiandæ.* Deinde cum de earum pro ratione differentiis interrogaretur, *In majoribus,* dicebat, *fabulis et minores videbimus.* Cum rursus Adimantus, eas se non intelligere innuens, quæreret, subintulit: *Quas et Hesiodus et Homerus nobis commemorarunt. Hi enim falsas quasdam fabulas effinxerunt quas hominibus proponerent, et quæ jam olim invaluerunt, atque etiam nunc obtinent.*

XXIX. Itaque si Homeri carmina atque Hesiodi fabulas falsas fatetur, quæ potissimum eruditionis causa auditores delectant, quin et dictionis ornatu mentem ad perfectam eloquentiam excitant, quanto magis sermones illos quos fanatica mulier effutiit, malas fabulas esse, easque fallaces, fatebitur, quando et *Engastrimythi* nomen ipsum hoc prædicat. Græci enim, qui nominum cujusque rei impositionem accurata exquisitaque diligentia examinant, in ea lingua fictiones falsas μύθους, id est *fabulas,* appellant. Sequitur ergo rem ipsam ex nomine quo proprie nominatur, conspicere. Æsopi quidem ludicra similes præ se ferunt fabularum fictiones, quas pueri in ludis facere urbaneque jocando recitant, et anus Corybantum more insanientes garrulo sermone decantant; quandoque etiam dum hæc agunt, larga vina gutturi fundunt, calicique et potioni intentæ mirum quantum blaterant. Qui vero philosophiæ mores apprime profitentur, et veras Musarum cantiones, veluti falsorum fabulamentorum species, uti par est, accusabant.

XXX. Si nomen itaque ipsum recte de re ipsa positum est, *engastrimythum,* utique hæc engastrimythus efformare videtur. Neque enim a naturali

A *πρότερον ἐν τοῖς ψεύδεσι·* προηγουμένως γὰρ εἶπε τὰ παιδία καταλέγεσθαι μύθων ἐπαοιδῇ. *Οὐκοῦν ἀρχὴ παντὸς ἔργου μέγιστον· ἄλλως τε καὶ νέῳ καὶ ἁπαλῷ ὁτῳοῦν· μάλιστα γὰρ δὴ τότε πλάττεται καὶ ἐνδύεται τύπος, ὃν ἄν τις βούλεται ἐνσημήνασθαι ἑκάστῳ.* Διὰ δὲ τῶν τοιούτων πειρᾶται ῥήσεων ἐκφαίνειν, ὡς οὐ χρεὼν ἂν εἴη γε ψευδηγορίαις ἐπαντλεῖν ἀκράτοις τὰς τῶν νεηλύδων ἀκοάς· ἐπειδὴ τοῖς ἀρτίως ἐνσημαινόμενοι μείραξιν οἱ κτύποι τῆς κακοδοξίας ἀμετάστατοι φιλοῦσι γίνεσθαι καὶ δυσέκνιπτοι· διόπερ ἀκολούθως ἐπιφέρει πάλιν· *Ἆρ' οὖν ῥᾳδίως οὕτω παρήσομεν,* ἔφη, *τοὺς ἐπιτυχόντας ὑπὸ τῶν ἐπιτυχόντων μύθους πλασθέντας ἀκούειν τοὺς παῖδας, καὶ λαμβάνειν ἐν ταῖς ψυχαῖς, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐναντίας δόξας* B *ἐκείναις ἃς, ἐπειδὰν τελειωθῶσιν, ἔχειν οἰησόμεθα δεῖν αὐτάς; Οὐδ' ὁπωστιοῦν,* εἴρηκε, *παρήσομεν. Πρῶτον μὲν ἡμῖν ὡς ἔοικεν ἐπιστατητέον τοῖς μυθοποιοῖς· καὶ ὃν μὲν, ἂν καλὸν μῦθον ποιήσωσιν, ἐγκριτέον· ὃν δὲ μὴ, ἀποκριτέον· τοὺς δὲ ἐγκριθέντας ποιήσομεν τὰς τροφούς τε καὶ μητέρας λέγειν τοῖς παισὶ, καὶ πλάττειν τὰς ψυχὰς αὐτῶν τοῖς μύθοις, πολὺ μᾶλλον ἢ τὰ σώματα ταῖς χερσίν· ὧν δὲ νῦν λέγουσι τοὺς πολλοὺς ἐκβλητέον.* Εἶτα ἐπειδὴ περὶ τῆς ἑκάστων ἀναλόγου διαφορᾶς ἐρωτώμενος, *Ἐν τοῖς μείζοσιν,* ἔφασκε, *μύθοις ἀναγνωρίζεσθαι τοὺς ἐλάττους·* ὡς ἤρετο πάλιν ὁ Ἀδείμαντος, οὐδὲ τούτους εἰδέναι δηλῶν, αὖθις ἀνθυπενέγκας ἔφησεν· *Οὓς Ἡσίοδός τε, εἶπον, καὶ Ὅμηρος ἡμῖν ἐλεγέτην· οὗτοι γάρ* C *που μύθους ἀνθρώποις ψευδεῖς συντιθέντες ἔλεγόν τε καὶ λέγουσιν.*

XXIX. Εἰ δὲ τοίνυν Ὁμήρου τὰ ἔπη καὶ Ἡσιόδου μύθους ἀποφαίνει ψευδεῖς, ἃ δὲ καὶ μάλιστα καὶ παιδείας ἕνεκα ψυχαγωγεῖ τοὺς αὐτηκόους, οὐ μὴν ἀλλά γε καὶ καλλιλεξίᾳ διεγείρει τὸ φρόνημα πρὸς εὐγλωττίαν ἐντελῆ· πόσῳ δὴ μᾶλλον ὅσους ἡ δαιμονῶσα γραῦς ἀπεφθέγξατο λόγους οὐχὶ μυθοποιίας ὁρεῖταί τις εἶναι ψευδεῖς, ὁπηνίκα καὶ τοὔνομα τῆς *Ἐγγαστριμύθου* τοῦτον ὑπαγορεύει τὸν νοῦν; Οἱ γὰρ Ἑλλήνων παῖδες, οἱ καὶ τὰς ὀνοματοποιίας ἑκάστου πράγματος ἀκριβοῦντες ἐν τῇ Ἑλλάδι φωνῇ, πλάσματα ψευδῆ τοὺς μύθους ὀνομάζουσιν, ἀκόλουθον ἐκ D τοῦ ὀνόματος ἐποπτεῦσαι τὸ πρᾶγμα καθ' οὗ τέτακται κυρίως· ἀλλ' αἱ μὲν Αἰσώπου λογοποιίαι τοιαῦτα μύθων ἴσασι πλάσματα, οἷα καὶ τὰ μειράκια πολλαχῶς ἐν ταῖς παιδιαῖς ἀστεϊζόμενα παίζει, καὶ Κορυβαντιῶσαι γραῖαι κωτίλοις ἐπᾴδουσι λόγοις· ἔσθ' ὅτε ταῦτα δρῶσιν οἴνῳ μὲν ἐπιβρέχουσαι τὸν φάρυγγα συχνῷ· κύλικι δὲ προσέχουσαι ποτῷ, φλυαροῦσιν ἀμέτρως· οἱ μέντοιγε φιλοσοφίας ἤθη πρεσβεύειν ἡγούμενοι, καὶ τὰς ἐμμούσους ποιήσεις οἷα ψευδῆ μύθων εἴδη διέβαλλον, ὡς δέον.

XXX. Εἰ οὖν αὐτὸ τοὔνομα κατὰ τοῦ πράγματός ἐστι τεταγμένον ὀρθῶς, *ἐγγαστρίμυθον* ἔοικεν ἀναπλάττειν ἡ ἐγγαστρίμυθος. Οὐ γὰρ ἐκ τοῦ φυσικοῦ

φθέγγεται νοῦ σωφρόνως· ἀλλ' ἐν τοῖς ἐνδοτάτω μορίοις ἐμφωλεύων ὁ δαίμων, αὐτὴν ἐπινέμεται, καὶ βλάπτει τὴν φρόνησιν· ἐκ δὲ τῆς γαστρὸς ἐξηχεῖ μυθώδη πλάσματα συγκροτῶν· εἰς ποικίλα δὲ μεταμορφούμενος εἴδη, διαφόροις ἰνδάλμασιν ὑπάγει τὴν ψυχήν. Ἐπειδὴ δὲ παντοδαποῖς ἐναλλάττεται σχήμασι πολυπρόσωπος ὤν, οὐδὲν ἧττον ἔτι καὶ ἐκ τῆς γῆς ἀναβαίνειν ὑποκρίνεται καὶ φωνεῖν· εἶτα παρ' ἑκάτερα τὰς διακονίας ἀμείβων ὁμοῦ ταῖς μορφαῖς, ἄλλον μὲν τὸν ἀναβαίνοντα παρὰ τὸν τοῦ καλοῦντος δοκεῖ παριστᾷν· ὁ αὐτὸς δὲ, τῇδε κἀκεῖσε περιτρέχων, ἀλλάττει τὰς ἰδέας, ἵνα ἔργοις ἀποδεικνύοι καὶ λόγοις, ὅτι ψεύστης ἐστίν· ὑποτυποῦται γοῦν αὐτὰ τὰ πρόσωπα νεκρῶν ἀνάγειν, ὡς εἰκός ἐστιν ἐκ τοῦ τοιοῦδε δράματος ὑπολαβεῖν· ἀμειδεῖ μὲν ὄψει, σκυθρωπὰ δὲ φάσματα πεπλασμένως εἰσάγων· ὅλα δὲ κατηφῆ καὶ νεκρᾶς ὀδμῆς ἀνάπλεα παριστῶν, ὡς ἐξ ᾅδου μετακεκλημένα δεινοποιεῖ, καὶ καθάπερ εἱρκτῆς ἢ δεσμῶν ἀνειμένα πρὸς ὀλίγον, εἶτα πάλιν ἐντεῦθεν ἐκεῖσε διαβαίνοντα. Τοιγάρτοι καὶ καταπλήττει τοῖς δείμασι τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν ὄψεων· ὠχρὰ μὲν εἴδη πλάττων· ὄμμα δὲ βλοσυρὸν ἢ κατηφὲς, ἅτε δὴ νεκρῶν ἀρτίως ἐμπνεῖν, καὶ πάλιν ὑπισχνουμένων. Εἴωθε γὰρ ὑποκρίσει συσχηματίζεσθαι τοῖς δεινοῖς ὁ πλαστογράφος. Ἀλλ' ἔσθ' ὅτε δὲ συνεργοῖς ἀποκέχρηται τοῖς ὁμοηθέσιν αὐτῷ δαίμοσιν· οὔτε δὲ ψυχὰς ἐξ ᾅδου μεταπέμπεται προφητῶν· οὔτε πνεύματα δικαίων, οὔτε τὰς ἀγγελικὰς ἀξίας, ἀλλὰ τοὐναντίον ἐγένετο μὲν εἰς τὸ καταπιέζεσθαι πρὸς τῶν ἀγγέλων· ἐξεδόθη δὲ τοῖς ἀρίστοις ἀνδράσιν, ὥστε πατεῖσθαι πρηνὴς εἰς τοὔδαφος ἀποῤῥαγείς. Ἀλλ' οὗτος μὲν ἐκ τῶν ἀνωτάτω, ῥοιζήματι βιαίῳ κατενεχθεὶς ὑπεστόρεσε τὰ νῶτα· μόνῳ δὲ τῷ παντοκράτορι πάρεστι Θεῷ καὶ τῷ θειοτάτῳ τούτου Παιδὶ ἀνάγειν ψυχὰς ἐξ ᾅδου· καὶ χοροὺς ἀγγέλων ἐν τάξει παρεστῶτας ἔχειν, ὅπερ ἴδιόν ἔκκριτον ὑπάρχει τῆς τοῦ θείου φύσεως.

A sanaque mente loquitur, sed in intimis visceribus dæmon diversans, mentem ipsam depascitur et lædit, et ex ventre fabulosas fictiones componens strepitum edit, nec non in varias commutatus formas variis spectris seducit animam. Quando vero multis formis, ipse multiformis cum sit, varietur, non minus et nunc e terra ascendere se simulat, et clamat. Et ad ministerii bina membra figuris commutatis, alium quidem ascendentem, ab eo qui in vocante est, videtur ob oculos exhibere. Idem vero huc illucque discurrens species mutat, ut factis sermonibusque ostendat se esse mendacem. Simulat itaque personas ipsas mortuorum educere, ut ex rei gestæ serie videre est. Et cum tetrico vultu tristia spectra ficte inducat, universaque B mœsta, mortuorumque putore plena ostendens, quasi ab inferis evocata horride repræsentat, et veluti a carcere vinculisque soluta, non diu post rursum ex hoc loco illuc transmeare. Quin imo et visis ipsis terrore percutit animum, pallidas formas fingens, et oculos horrendos atque demissos, quales mortuorum esse solent, qui jamjam animam efflare videntur. Nam similium rerum fictor per simulationem terribilibus omnibus sese accommodat. Quandoque etiam non dissimilibus sui dæmonibus ad opus ascitis : sed neque prophetarum animas, neque justorum spiritus, neque dignitates angelicas ab inferis educit ; quin ex adverso ab angelis deprimitur, datusque est optimis viris, ut ab illis C conculcaretur humi effusus disruptusque. Sed hic a supremis illis raptu violento deletus, terga illisit. Solius vero Dei omnipotentis est, ejusque divinissimi Filii animas ab inferis educere, cœtusque angelorum ordine astantes habere, quod divinæ naturæ proprium, eximium ac singulare est.

SANCTI EUSTATHII

EPISCOPI ANTIOCHENI

ALLOCUTIO AD IMPERATOREM CONSTANTINUM

IN CONCILIO NICÆNO.

(Apud Gregorium presbyterum Cæsariensem, *Orat. in Nicænos Patres*; ex Combefisii *Auctar. noviss.*, II, 555.)

Εὐχαριστοῦμεν Θεῷ, κράτιστε βασιλεῦ, τῷ τὴν ἐπίγειον συνθύνοντί σοι βασιλείαν· τῷ τὴν πλάνην τῶν εἰδώλων διὰ σοῦ καταργήσαντι, καὶ τῶν πιστῶν καταστήσαντι ἐν παῤῥησίᾳ τὸν εὔθυμον. Πέπαυται κνίσσα δαιμόνων· καταλέλυται πολυθείας Ἑλληνικῆς τὰ σεβάσματα· τὸ τῆς ἀγνωσίας ἀπελαύνεται σκότος· τῷ τῆς θεογνωσίας φωτὶ ἡ οἰκουμένη καταυγάζεται· Πατὴρ δοξολογεῖται· Υἱὸς συμπροσκυνεῖται· τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καταγγέλλεται· Τριὰς ὁμοούσιος, μία

D Deo gratias agimus, optime imperator, qui terrenum tibi imperium dirigit : qui simulacrorum errorem per te abolevit, ac æquos fidelium animos in libertate collocavit. Cessavit dæmonum nidor : multiplici deorum cultu eversa est gentilium superstitio : expelluntur tenebræ impietatis : illustratur orbis terrarum luce divinæ scientiæ. Pater glorificatur, Filius simul adoratur, annuntiatur Spiritus sanctus : Trinitas consubstantialis, una

divinitas in tribus personis et hypostasibus prædicatur. Per eam, imperator, munitur tuæ pietatis imperium; eam nobis serva inviolatam. Nullus hæreticus in Ecclesiam subintrans unum aliquid a Trinitate auferat, sine honore affectumque ignominia relinquens, quod est reliquum. Arius nobis qui a furore nomen accepit, orationis causa est et conventus; qui nescio quomodo, in Ecclesiæ Alexandrinæ presbyterium allectus, nescientibus nobis, alienus a doctrina beatissimorum prophetarum et apostolorum inventus fuit. Unigenitum enim Filium et Verbum Patris non veretur ejusdem cum Patris substantiæ consortio privare, et Creatorem, creaturæ cultor, contendit creatis accensere. Eum autem persuaseris, imperator, mutata sententia non repugnare apostolicis doctrinis; aut si in sinistræ opinionis cujus est convictus, impietate perstiterit, a Christi et nostro cœtu prorsus exterminaveris, ne simpliciorum animus turbidis verborum suorum lenociniis deprædari contingat.

A θεότης ἐν τρισὶ προσώποις καὶ ὑποστάσεσι κηρύττεται. Ταύτῃ τειχίζεται, βασιλεῦ, τὸ τῆς εὐσεβείας σου κράτος· ταύτην ἡμῖν ἄσυλον διαφύλαττε. Μηδεὶς αἱρετικὸς, ὑποδὺς τὴν Ἐκκλησίαν, ἕν τι τῆς Τριάδος ἀφαιρείτω, καταλιμπάνων τὸ λειπόμενον ἄτιμον. Ἄρειος ἡμῖν ὁ τῆς μανίας ἐπώνυμος τοῦ λόγου καὶ τῆς συνελεύσεως αἴτιος· ὃς, ὡς οὐκ ἴσμεν ὅπως, τῷ πρεσβυτερίῳ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐγκαταλεγεὶς Ἐκκλησίας, ἐλάνθανεν ἡμᾶς, τῆς τῶν τρισμακαρίων προφητῶν καὶ ἀποστόλων διδασκαλίας ὑπάρχων ἀλλότριος. Τὸν γὰρ μονογενῆ Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Πατρὸς ἀποστερεῖν τῆς ὁμοουσιότητος τοῦ Πατρὸς οὐκ ἐντρέπεται, καὶ τῇ κτίσει τὸν κτίστην ὁ κτιστολάτρης συναριθμεῖν ἐπείγεται. Τοῦτον ἂν πείσειας, αὐτοκράτωρ, μεταφρονοῦντα, τοῖς ἀποστολικοῖς μὴ ἀντιτείνειν
B διδάγμασιν· ἢ τοῖς ἐν οἷς ἑάλω κακοδοξίας ἐγκείμενον ἀσεβήμασιν, ἄρδην τῆς Χριστοῦ καὶ ἡμῶν ἀφανίσειας ἐπαύλεως, ὡς ἂν μὴ τῆς θολερᾶς αὐτοῦ λογοθωπείας τὰς τῶν ἁπλουστέρων ψυχὰς ἐργάσηται θέραμα.

FRAGMENTA

EX LIBRIS S. EUSTATHII EPISCOPI ANTIOCHENI DEPERDITIS

I.

In illud Proverb. VIII, 22, *Dominus creavit me.* — Apud Theodoritum, lib. I *Hist. eccl.*, cap. 8.

C Veniam autem nunc ad ea quæ gesta sunt. Quid igitur? Cum ob eas res maxima synodus Nicæam convenisset, ducentis circiter ac septuaginta episcopis (neque enim numerum certo referre possum ob ingentem conventus illius multitudinem, quippe cum nec in eo investigando valde curiosus fuerim), postquam de modo fidei quæri cœptum est, libellus Eusebii prolatus est in medium, ejus blasphemiæ certissimum argumentum. Qui cum palam audientibus cunctis recitatus fuisset, statim auditoribus quidem immensum dolorem attulit ob doctrinæ pravitatem: auctorem autem ipsum ingenti pudore ac dedecore affecit. Porro cum Eusebianorum officina jam detecta esset, et impius libellus in conspectu omnium discerptus; quidam nihilominus ex composito nomen pacis prætendentes, reliquis
D omnibus qui optima dicere consueverant, silentium imposuerunt. Ariani vero, metuentes ne, tot episcopis in unum congregatis, ipsi Ecclesia ejicerentur, in medium prosilientes, dogma quod improbatum fuerat, anathemate damnarunt, et libello qui unanimi omnium consensu conscriptus fuerat, propria manu subscripserunt. Verum episcopali dignitate per ambitum et assiduas interpellationes retenta, cum eos pœnitentiam agere oporteret, damnatas opiniones nunc clam, nunc aperte defendunt, variis argumentationibus insidiantes. Cupientes autem zizaniorum semina stabilire, peritos homines reformidant, et sagaces inspectores refugiunt: atque idcirco pietatis præcones bello appetunt. Ve-

Βαδιοῦμαι δὲ ἐντεῦθεν ἤδη καὶ ἐπὶ τὰ πεπραγμένα. Τί οὖν; ἐπειδὴ διὰ ταῦτα σύνοδος εἰς τὴν Νικαέων ἀφικνεῖται μεγίστη, διακοσίων μήτι γε καὶ ἑβδομήκοντα τὸν ἀριθμὸν ὁμόσε συναχθέντων· τὸ γὰρ σαφὲς διὰ τὸν τῆς πολυανδρίας ὄχλον οὐχ οἷός τέ εἰμι γράφειν, ἐπειδὴ μὴ πάντῃ τοῦτο περισπουδάστως ἀνίχνευον· ὡς δὲ ἐζητεῖτο τῆς πίστεως ὁ τρόπος, ἐναργὴς μὴν ἔλεγχος τὸ γράμμα τῆς Εὐσεβίου προὐβάλλετο βλασφημίας. Ἐπὶ πάντων δὲ ἀναγνωσθὲν, αὐτίκα συμφορὰν μὴν ἀστάθμητον τῆς ἐκτροπῆς ἕνεκα τοῖς αὐτηκόοις προὐξένει· αἰσχύνην δ' ἀνήκεστον τῷ γράψαντι παρεῖχεν. Ἐπειδὴ δὲ τὸ ἐργαστήριον τῶν ἀμφὶ τὸν Εὐσέβιον σαφῶς ἑάλω, τοῦ παρανόμου γράμματος διαῤῥαγέντος ὑπ' ὄψει πάντων, ὁμοῦ τινες ἐκ συσκευῆς, τοὔνομα προβαλλόμενοι τῆς εἰρήνης, κατεσίγησαν μὲν ἅπαντας τοὺς ἄριστα λέγειν εἰωθότας. Οἱ δ' Ἀρειομανῖται δείσαντες, μήπως ἄρα τοσαύτης ἐν ταὐτῷ συνόδου συγκεκροτημένης ἐξοστρακισθεῖεν, ἀναθεματίζουσι μὲν προπηδήσαντες τὸ ἀπηγορευμένον δόγμα, συμφώνοις γράμμασιν ὑπογράψαντες αὐτοχειρί. Τῶν δὲ προεδριῶν διὰ πλείστης ὅσης περιδρομῆς κρατήσαντες, δέον αὐτοὺς ὑπόπτωσιν λαμβάνειν, τοτὲ μὲν λεληθότως, τοτὲ δὲ προφανῶς τὰς ἀποψηφισθείσας πρεσβεύουσι δόξας, διαφόροις ἐπιβουλεύοντες τοῖς ἐλέγχοις. Βουλόμενοι δὲ παγιῶσαι τὰ ζιζανιώδη φυτουργήματα, δεδοίκασι τοὺς ἐπιγνώμονας, καὶ ἐκκλίνουσι τοὺς ἐφόρους· καὶ ταύτῃ τοὺς τῆς εὐσεβείας κήρυκας ἐκπολεμοῦσιν. Οὐχ οὕτω δὲ πιστεύομεν, ὡς ἀνθρώπους ἀθέους δύνασθαι κρατῆσαι πώποτε τοῦ θείου. Κἂν γὰρ πά-

λιν ἰσχύσωσι, καὶ πάλιν ἡττηθήσονται κατὰ τὸν σεμνόφωνον προφήτην Ἡσαΐαν.

A rum ne sic quidem credimus, impios homines divinum numen unquam posse superare. Quamvis enim vires denuo comparent, denuo vincentur, juxta magnificum prophetam Isaiam.

Apud eumdem Theodoritum. *Dial.* I. Opp. tom. IV, pag. 38.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ λόγου εἰς τό· « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ. »

Εἰ μὲν οὖν ἀρχὴν τῆς γεννήσεως εἴληφεν ὁ Λόγος, ἀφ' οὗ διὰ τῆς μητρῴας διοδεύσας γαστρὸς τὰς σωματικὰς ἐφόρεσεν ἁρμονίας, συνέστηκεν, ὅτι γέγονεν ἐκ γυναικός· εἰ δὲ Λόγος καὶ Θεὸς ἦν ἀνέκαθεν παρὰ τῷ Πατρὶ, καὶ τὰ σύμπαντα δι' αὐτοῦ γεγενῆσθαί φαμεν, οὐκ ἄρα γέγονεν ἐκ γυναικὸς ὁ ὤν, καὶ τοῖς γεννητοῖς ἅπασιν αἴτιος ὤν· ἀλλ' ἔστι τὴν φύσιν Θεὸς αὐτάρκης, ἄπειρος, ἀπερινόητος· ἐκ γυναικὸς δὲ γέγονεν ἄνθρωπος, ὁ ἐν τῇ παρθενικῇ μήτρᾳ Πνεύματι παγεὶς ἁγίῳ.

Ejusdem, ex sermone in illud: « Dominus creavit me initium viarum suarum. »

Si ergo generationis principium accepit Verbum, ex quo per maternum transiens uterum corporalia membra gestavit, constat quod factus est ex muliere. At si Verbum et Deus antea erat apud Patrem et universa per ipsum facta esse dicimus, non est utique factus ex muliere, qui est, et creaturis omnibus ut sint causam præbet: sed Deus natura B est, omnibus bonis abundans, infinitus, et qui mente comprehendi nequit: ex muliere autem factus est homo, qui in virginali utero Spiritu sancto formatus est.

IBIDEM.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ναὸς γὰρ κυρίως ὁ καθαρὸς καὶ ἄχραντος, ἡ κατὰ τὸν ἄνθρωπόν ἐστι περὶ τὸν Λόγον σκηνὴ, ἔνθα προφανῶς σκηνώσας, ᾤκησεν ὁ Θεός. Καὶ ταῦτα οὐκ ἐκ τῶν εἰκότων φαμέν. Τούτου γὰρ ὁ φύσει τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, τὴν λύσιν καὶ ἀνάστασιν προαγορεύων τοῦ νεὼ, ἀναμφιβόλως ἡμᾶς διδάσκων ἐφοδιάζει τοῖς μιαιφόνοις φάσκων Ἰουδαίοις· *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν.*

Ejusdem, ex eodem sermone.

Templum enim proprie mundum et immaculatum, est humanum Verbi tabernaculum, in quo se conspiciendum præbens habitavit Deus. Neque vero hæc probabilibus ducti conjecturis dicimus. Nam is qui natura Filius Dei est, hujus templi destructionem et instaurationem prædicens, sine ulla ambiguitate nos hac de re docuit, cruentis Judæis dicens: *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo ipsum* [77].

C

IBIDEM.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ὁπηνίκα οὖν τὸν ἄνθρωπον ναουργήσας ἐφόρεσεν ὁ Λόγος, σώματι μὲν τοῖς ἀνθρώποις ἐπιφοιτῶν, παντοδαπὰς ἀοράτως θαυματουργίας ἐπεδείκνυτο, τοὺς δὲ ἀποστόλους κήρυκας τῆς ἀϊδίου βασιλείας ἐξέπεμπε.

Ejusdem, ex eodem libro.

Quando igitur hominem tanquam templum fabricatum Verbum gestavit, corpore quidem inter homines versatum est, varia autem miracula invisibiliter edidit et apostolos æterni regni præcones misit.

Apud eumdem Theodoritum, *Dial.* II, pag. 90.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τό· « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ. »

Οὐ γὰρ εἶπεν ὁ Παῦλος συμμόρφους τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ *συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ*· ἄλλο μέν τι δεικνύων τὸν Υἱὸν εἶναι, ἄλλο δὲ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ· ὁ μὲν γὰρ Υἱὸς, τὰ θεῖα τῆς πατρῴας ἀρετῆς γνωρίσματα φέρων, εἰκών ἐστι τοῦ Πατρὸς, ἐπειδὴ καὶ ὅμοιοι ἐξ ὁμοίων γεννώμενοι, εἰκόνες οἱ τικτόμενοι φαίνονται τῶν γεννητόρων ἀληθεῖς. Ὁ δὲ ἄνθρωπος, ὃν ἐφόρησεν, εἰκών ἐστι τοῦ Υἱοῦ, τοῦ καὶ ἐξ ἀνομοίων χηρογραφεῖσθαι χρωμάτων εἰκόνας· καὶ τὰς μὲν εἶναι θέσει χειροτεύκτους, τὰς δὲ φύσει καὶ ὁμοιότητι γεγενημένας. Ἄλλως τε καὶ αὐτὸς ὁ τῆς ἀληθείας τοῦθ' ὑπαγορεύει θεσμός. Οὐ γὰρ τὸ ἀσώματον τῆς σοφίας πνεῦμα σύμμορφόν τοῖς σωματικοῖς ἀνθρώποις ἐστὶν, ἀλλ' ὁ τῷ πνεύματι σωματοποιηθεὶς ἄνθρωπος χαρακτὴρ, ὁ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἰσάριθμα μέλη φορῶν, καὶ τὴν ὁμοίαν ἑκάστοις περιβεβλημένος ἰδέαν.

Ejusdem, ex sermone in illud: « Dominus creavit me initium viarum suarum. »

Non enim dixit Paulus, conformes Filio Dei, sed *conformes imagini Filii ipsius* [78]: aliud docens esse D Filium Dei, aliud imaginem ejus. Nam Filius divina paternæ virtutis insignia gerens, imago est Patris; quia similes ex similibus geniti, veræ imagines filii sunt parentum. Homo vero quem gestavit, imago est Filii; quoniam et ex dissimilibus pinguntur in cera coloribus imagines: et hæ quidem manu formantur, aliæ vero natura et similitudine fiunt. Præterea lex ipsa veritatis hoc declarat. Non enim incorporeus sapientiæ spiritus conformis est corporeis hominibus: sed qui per spiritum formatus est homo character, qui aliis omnibus paria numero membra gerit, et similem unicuique formam indutus est.

[77] *Joan.* II, 19. [78] *Rom.* VIII, 29.

IBIDEM.

Ejusdem, ex eadem oratione.

A Quod autem corpus dicat conforme humanis esse, apertius nos docet scribens ad Philippenses [79]: *Nostra conversatio*, inquit, *in cœlis est : unde et Salvatorem exspectamus Dominum Jesum Christum, qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ, ut sit ipsum conforme corpori gloriæ ipsius.* Quod si humile corpus hominum transfigurans, conforme proprio corpori efficit, vana prorsus demonstrata est adversariorum calumnia.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ὅτι δὲ τὸ σῶμα λέγει σύμμορφον τοῖς ἀνθρωπίνοις εἶναι, σαφέστερον ἡμᾶς διδάσκει Φιλιππησίοις ἐπιστέλλων· *Ἡμῶν τὸ πολίτευμα*, φησὶν, *ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ ὧν καὶ Σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ.* Εἰ δὲ τὸ ταπεινὸν μετασχηματίζων τῶν ἀνθρώπων σῶμα, σύμμορφον τῷ ἰδίῳ σώματι κατασκευάζει, ἕωλος πανταχόθεν ἀποδέδεικται ἡ τῶν ἐναντίων συκοφαντία.

IBIDEM, PAG. 91.

Ejusdem, ex eadem oratione.

Sed quemadmodum ex virgine natus homo, ex B muliere dicitur factus esse, ita et sub Lege factus esse dicitur, quia per legalia quandoque præcepta incessit; ut cum infantem ipsum octo dierum parentes circumcidere prompto animo festinarunt, sicut Lucas evangelista tradit [80]. Postea etiam in templum adduxerunt, ut sisterent eum Domino purificationis oblationem peragentes, ut hostiam darent, sicut scriptum est in Lege Domini, par turturum aut duos pullos columbarum. Si ergo purgationis munera secundum legem pro ipso oblata sunt, et octavi diei circumcisionem pertulit, non abs re hac de causa sub Lege factum esse scribit. Neque vero Verbum subjacebat Legi, ut opinantur sycophantæ, cum ipse Lex sit : neque Deus indigebat sacrificiis purgantibus, qui solo nutu omnia purgat et sancti- C ficat. Sed quamvis assumptum ex virgine humanum organum gestavit, et sub Lege factus est, primogenitorum ritu purgatus ; non quod ipse hoc remedio indigeret, has observationes sustinuit, sed ut a Legis servitute eos redimeret, qui venundati erant condemnationi maledicti.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ἀλλ' ὥσπερ ἐκ τῆς παρθένου τεχθεὶς ὁ ἄνθρωπος ἐκ γυναικὸς λέγεται γεγονέναι, οὕτω δὴ καὶ ὑπὸ Νόμον γεγενῆσθαι γράφεται τῷ διὰ τῶν νομικῶν ἔσθ' ὅτε βαδίσαι μηνυμάτων· ὁπότε μάλιστα παῖδα μὲν αὐτὸν ὄντα ὀκταήμερον, προθύμως οἱ γονεῖς περιτέμνειν ἠπείγοντο, καθάπερ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐκδίδωσι Λουκᾶς. Εἰς δὲ τὸ ἱερὸν ἀνῆγον μετέπειτα παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ, τὰς καθαρσίους ἐπιτελοῦντες ἀναφορὰς, τοῦ δοῦναι θυσίαν κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν Νόμῳ Κυρίου, ζεῦγος τρυγόνων, ἢ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν. Εἰ τοίνυν τὰ καθάρσια δῶρα κατὰ τὸν Νόμον ὑπὲρ αὐτοῦ προσεφέρετο, καὶ περιτομὴν ὀκταήμερον ἐφόρει· ταύτῃ καὶ ὑπὸ Νόμον αὐτὸν οὐκ ἀπεικότως γεγενῆσθαι γράφει. Οὔτε δὲ ὁ Λόγος ὑπέκειτο τῷ Νόμῳ, καθάπερ οἱ συκοφάνται δοξάζουσιν, αὐτὸς ὢν ὁ Νόμος· οὔτε ὁ Θεὸς ἐδεῖτο θυμάτων καθαρσίων, ἀθρόᾳ ῥιπῇ καθαρίζων ἅπαντα, καὶ ἁγιάζων. Ἀλλ' εἰ καὶ ἐκ τῆς Παρθένου τὸ ἀνθρώπινον ὄργανον ἀναλαβὼν ἐφόρησε, καὶ ὑπὸ Νόμον ἐγένετο, κατὰ τὰς τῶν πρωτοτόκων ἀξίας καθαρισθεὶς, οὐχ αὐτὸς δεόμενος τῆς τούτων χορηγίας ὑπέμεινε τὰς θεραπείας, ἀλλ' ἵνα τῆς τοῦ Νόμου δουλείας ἐξαγοράσῃ τοὺς πεπραμένους τῇ δίκῃ τῆς ἀρᾶς.

Apud eumdem Theodoritum, *Dial.* III, pag. 156.

Ejusdem, ex oratione in illud : « Dominus creavit me initium viarum suarum. »

Nam homo qui mortuus erat, tertia die resurrexit, et Mariæ quæ ad sancta membra tangenda magna alacritate ferebatur, respondit [81] : *Noli me tan-* D *gere ; nondum enim ascendi ad Patrem meum : sed vade ad fratres meos, et dic eis : Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, et Deum meum et Deum vestrum.* Illud autem : *Nondum ascendi ad Patrem meum*, non dixit Verbum et Deus qui e cœlo descenderat et in sinu Patris versabatur, nec Sapientia quæ res omnes creatas continet : sed ipse qui ex diversis membris compactus erat, homo id protulit; qui ex mortuis resurrexerat, et ad Patrem nondum post mortem abierat, sibi autem profectionis primitias reservabat.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ λόγου εἰς τό· « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ. »

Ὁ ἄνθρωπος γὰρ ὁ ἀποθανὼν τριήμερος μὲν ἀνίσταται, τῇ δὲ Μαριὰμ, καρτερίαν μὲν ψυχῆς, ἅπτεσθαι προθυμουμένῃ τῶν ἁγίων μελῶν, ἀνθυπενέγκας ἐκφωνεῖ· *Μή μου ἅπτου· οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν Πατέρα μου· πορεύου δὲ πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ εἰπὲ αὐτοῖς· Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν.* Τὸ δέ· *Οὔπω ἀναβέβηκα πρὸς τὸν Πατέρα μου*, οὐχ ὁ Λόγος ἔφασκε, καὶ Θεὸς ὁ οὐρανόθεν ὁρμώμενος, καὶ ἐν τοῖς κόλποις διαιτώμενος τοῦ Πατρὸς, οὐδ' ἡ πάντα τὰ γενητὰ περιέχουσα Σοφία, ἀλλ' αὐτὸς ὁ ἐκ παντοδαπῶν ἡρμολογημένος μελῶν ἄνθρωπος τοῦτο ἐπέφηνεν· ὁ ἐκ τῶν νεκρῶν ἐγερθεὶς, καὶ οὐδέπω μὲν πρὸς τὸν Πατέρα μετὰ τὸν θάνατον ἀνελθὼν, ταμιευόμενος δὲ αὐτῷ τῆς προόδου τὴν ἀπαρχήν.

[79] *Philipp.* III, 20, 21. [80] *Luc.* II, 21 seqq. [81] *Joan.* XX, 17.

IBIDEM, PAG. 157.

A

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Κύριον δὲ τῆς δόξης αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον τὸν σταυρωθέντα σαφῶς ὀνομάζει, γράφων· ἐπειδὴ καὶ Κύριον καὶ Χριστὸν ἀνέδειξεν αὐτὸν, καθάπερ οἱ ἀπόστολοι τῷ αἰσθητῷ Ἰσραὴλ ὁμοφώνως διαλεγόμενοι φασίν· *Ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι Κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε, τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε.* Τὸν παθόντα τοιγαροῦν Ἰησοῦν Κύριον ἐποίησε, καὶ οὐ τὴν σοφίαν οὐδὲ τὸν Λόγον τὸν ἀνέκαθεν ἔχοντα τῆς δεσποτείας τὸ κράτος, ἀλλὰ τὸν μετέωρον, τῷ σταυρῷ προσεκπετάσαντα τὰς χεῖρας.

Ejusdem, ex eadem oratione.

Dominum vero gloriæ ipsum hominem crucifixum diserte nominat scribens, quia et Dominum et Christum declaravit ipsum, sicut apostoli uno ore ad populum Israel dicunt [82]: *Certissime sciat ergo omnis domus Israel, quod et Dominum eum et Christum fecit Deus, hunc Jesum quem vos crucifixistis.* Jesum igitur qui passus est, Dominum fecit, et non Sapientiam neque Verbum quod ab omni antiquitate jus habet dominii; sed eum qui in sublime actus est, et manus expandit in cruce.

IBIDEM.

B

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Εἰ γὰρ ἀσώματός ἐστιν, οὔτε ἁφῇ χειρῶν ὑποπίπτει, οὔτ' αἰσθητοῖς ὄμμασι περιλαμβάνεται· οὐ τρῶσιν ὑπομένει, οὐχ ἥλοις προσηλοῦται, οὐ θανάτῳ κοινωνεῖ, οὐ κρύπτεται γῇ, οὐ τάφῳ κατακλείεται, οὐκ ἐκ μνημάτων ἀνίσταται.

Ejusdem, ex eadem oratione.

Si enim est incorporeus, nec manuum tactui subjacet, nec sensu oculorum percipitur; vulnera non accipit, clavis non affigitur, mortem non participat, non tegitur terra, sepulcro non includitur, nec a monumento resurgit.

IBIDEM.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχὴν ἀπ' ἐμοῦ· ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. Εἰ δὲ ἑκατέρων τὴν ἐξουσίαν εἶχεν οἷα Θεὸς, συνεχώρει μὲν αὐτοῖς λύειν ἀβούλως τὸν νεὼν ἐγχειροῦσιν, ἐπιφανέστερον δὲ ἀνιστῶν ἐνεούργει. Ἐξ ἀναντιῤῥήτων δέδεικται ψήφων, ὅτι αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ τὸν ἴδιον ἀνεστήσατο νεουργήσας C οἶκον. Ἀναθετέον δὲ καὶ τῷ θειοτάτῳ Πατρὶ τὰς τοῦ Υἱοῦ μεγαλουργίας. Οὔτε γὰρ Υἱὸς ἄνευ τοῦ Πατρὸς δημιουργεῖ κατὰ τὰς ἀῤῥαγεῖς τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἀποφάσεις. Τούτου γὰρ δὴ χάριν ποτὲ μὲν ὁ θειότατος γεννήτωρ τὸν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἐγηγερκέναι γράφεται· ποτὲ δὲ ὁ Υἱὸς τὸν ἴδιον ἀναστήσειν ὑπισχνεῖται ναόν. Εἰ οὖν ἐκ τῶν προεξητασμένων ἀπαθὲς δέδεικται τὸ θεῖον τοῦ Χριστοῦ πνεῦμα, περιττῶς τοῖς ἀποστολικοῖς ἐπισκήπτουσιν ὅροις οἱ ἐναγεῖς. Εἰ γὰρ ὁ Παῦλος ἔφρασε, τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταυρῶσθαι, σαφῶς εἰς τὸν ἄνθρωπον ἀφορῶν, οὐ παρὰ τοῦτο δεήσει πάθος τῷ θείῳ προσάπτειν. Τί οὖν τοῦτο συνάπτουσι πλέκοντες ἐξ ἀσθενείας ἐσταυρῶσθαι λέγοντες τὸν Χριστόν;

Ejusdem, ex eadem oratione.

Nemo tollit animam a me: potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam [83]. Quod si utriusque potestatem habebat ut Deus, permisit quidem ipsis templum solvere inconsiderate volentibus, quod tamen resurgens illustrius instauravit. Demonstratum enim est certissimis testimoniis, quod ipse per se propriam domum renovatam excitarit. Ascribenda autem sunt etiam divinissimo Patri magnifica Filii opera. Neque enim Filius sine Patre operatur secundum invicta sacrarum litterarum effata. Quo fit, ut Christum alias quidem suscitasse divinissimus Genitor dicatur, alias vero Filius proprium se templum excitaturum polliceatur. Si ergo ex iis quæ hactenus exposita sunt, impatibilem esse divinum Christi spiritum ostensum est, apostolicis decretis frustra innituntur impuri homines. Nam si Dominum gloriæ crucifixum Paulus dixit [84], ad hominem aperte respiciens: non propterea divinitati passionem tribuere oportebit. Cur igitur ista conjungunt, dicentes ex imbecillitate Christum esse crucifixum?

IBIDEM.

D

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Εἰ δὲ δὴ καὶ ἀσθενείας εἶδος περιάπτειν αὐτῷ προσῆκον ἦν, τῷ ἀνθρώπῳ ταῦτα προσαρτᾷν ἀκόλουθον εἶναι φαίη τις ἂν, οὔτιγε δὴ τῷ πληρώματι τῆς θεότητος, ἢ τῷ ἀξιώματι τῆς ἀνωτάτω σοφίας, ἢ τῷ *ἐπὶ πάντων*, κατὰ τὸν Παῦλον, γραφομένῳ Θεῷ.

Ejusdem, ex eadem oratione.

Quod si omnino imbecillitatis species illi erat attribuenda, homini hæc assignanda consentaneum diceret quispiam, non vero plenitudini divinitatis, aut summæ Sapientiæ dignitati, aut ei qui, secundum Paulum [85], scriptus est *Deus super omnia.*

IBIDEM, PAG. 158.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Οὗτος μὲν δὴ τῆς ἀσθενείας ὁ τρόπος, δι' ὃν εἰς θάνατον γράφεται κατὰ τὸν Παῦλον ἀφῖχθαι. *Ζῇ γὰρ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ*, τῷ θείῳ Πνεύματι δηλονότι

Ejusdem, ex eadem oratione.

Hic sane est infirmitatis modus, per quem secundum Paulum [86], ad mortem venisse scribitur. *Vivit* enim *ex virtute Dei*, qui una cum divino

[82] *Act.* II, 36. [83] *Joan.* X, 18. [84] *I Cor.* II, 8. [85] *Rom.* IX, 5. [86] *II Cor.* XIII, 4.

Spiritu versatur homo, quoniam et virtutem Altissimi esse, qui in ipso creditur, ex præcedentibus decretis ostensum est.

A συνδιαιτώμενος ὁ ἄνθρωπος· ἐπειδὴ καὶ δύναμις Ὑψίστου ὁ ἐν αὐτῷ πιστευόμενος, κατὰ τοὺς φθάσαντας ὅρους ἀποδέδεικται.

IBIDEM.

Ejusdem, ex eadem oratione

Quod si Virginis uterum ingressus, non minuit potestatem, nec corpore ligno crucis affixo, spiritus polluitur. Corpus enim sublime in cruce pendebat, divinus vero Sapientiæ spiritus et intra corpus versabatur, et in cœlestibus insidebat, et totam terram continebat, et abyssis imperabat, et singulorum animas perlustrans judicabat, et omnia ut Deus de more administrabat. Nec enim intra moles corporeas suprema Sapientia inclusa continetur, sicut humida et sicca vasis concluduntur, et continentur potius quam receptacula contineant. Sed cum divina quædam sit et inexplicabilis potentia, intima et extima templi complectens confirmat; et hinc ulterius procedens, moles simul universas continens moderatur.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Εἰ δὲ τῆς παρθενικῆς ἐπιβατεύσας μήτρας οὐκ ἐμείωσε τὴν ἐξουσίαν, οὐδὲ τῷ ξύλῳ τοῦ σταυροῦ προσπαγέντος τοῦ σώματος, χραίνεται τὸ πνεῦμα. Τὸ μὲν γὰρ σῶμα μετάρσιον ἐσταυροῦτο· τὸ δὲ θεῖον τῆς σοφίας πνεῦμα καὶ τοῦ σώματος εἴσω διῃτᾶτο, καὶ τοῖς οὐρανίοις ἐπεβάτευε, καὶ πᾶσαν περιεῖχε τὴν γῆν, καὶ τῶν ἀβύσσων ἐκράτει, καὶ τὰς ἑκάστων ψυχὰς ἀνιχνεύων διέκρινε, καὶ πάντα ὁμοῦ συνήθως οἷα Θεὸς ἔπραττεν. Οὐ γὰρ εἴσω τῶν σωματικῶν
B ὄγκων ἡ ἀνωτάτω σοφία καθειργμένη περιέχεται, καθάπερ αἱ τῶν ὑγρῶν καὶ ξηρῶν ὕλαι, τῶν μὲν ἀγγείων εἴσω κατακλείονται, περιέχονται δὲ μᾶλλον ἢ περιέχουσι τὰς θήκας. Ἀλλὰ θεία τις οὖσα καὶ ἀνέκφραστος δύναμις, τά τ' ἐνδοτάτω καὶ ἐξωτάτω τοῦ νεὼ περιλαμβάνουσα, κραταιοῖ· κἀντεῦθεν ἐπέκεινα διήκουσα, πάντας ὁμοῦ τοὺς ὄγκους κρατεῖ περιέχουσα.

IBIDEM.

Ejusdem, ex eadem oratione.

Si autem sol cujus corpus cerni et sensu percipi potest, tot tantasque ubique terrarum ferens contumelias, non mutat ordinem, nec ictum ullum parvum magnumve sentit, incorpoream Sapientiam pollui existimamus et mutare naturam, si ejus templum cruci affigatur, aut destructionem sustineat, aut vulnera excipiat, aut corruptionem admittat? Sed templum quidem patitur; labis autem expers substantia, omni ex parte impollutam retinet dignitatem.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Εἰ δ' ὁ ἥλιος, σῶμα ὢν ὁρατὸν καὶ αἰσθήσει καταληπτὸν, τοσαύτας καὶ τοιαύτας πανταχοῦ γῆς ὑπομένων αἰκίας, οὐ μεταβάλλει τὴν τάξιν, οὐδὲ αἰσθεται μικρᾶς ἢ μεγάλης πληγῆς· τὴν ἀσώματον σοφίαν
C οἰόμεθα χραίνεσθαι, καὶ μεταλλάττειν τὴν φύσιν, εἰ ὁ ναὸς αὐτῆς σταυρῷ προσηλοῦται, ἢ λύσιν ὑπομένει, ἢ τρῶσιν ὑφίσταται, ἢ διαφθορὰν δέχεται; Ἀλλὰ πάσχει μὲν ὁ νεὼς, ἡ δὲ ἀκηλίδωτος οὐσία παντάπασιν ἄχραντος τὴν ἀξίαν καθέστηκεν.

II.

In illud Proverb. IX, 5: *Comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis.* — Ex Actis concilii Nicæni II, act. VI, t. VIII, pag. 1099 et 1479.

Versio Anastasii Bibliothecarii.

Ergo liquido demonstratum est, quod nusquam Dominus vel apostoli aut Patres, imaginem dixerunt sacrificium sine sanguine quod per sacerdotem offertur, sed ipsum corpus et ipsum sanguinem. Et ante sanctificationis quidem celebrationem, typos (19) quibusdam SS. Patrum hæc pie visum est nominare; quorum est Eustathius propugnator orthodoxæ fidei et Arianæ destructor vesaniæ, et Basilius, ejusdem infelicis superstitionis depositor, qui omne quod sub sole est, planam rectorum dogmatum basim edocuit. Ex uno enim eodemque spiritu disputantes, unus quidem eorum interpretans Salomoniacum dictum quod in Proverbiis legitur: *Comedite panem meum et bibite vinum quod miscui*

Οὐκοῦν σαφῶς ἀποδέδεικται, ὅτι οὐδαμοῦ οὔτε ὁ Κύριος, οὔτε οἱ ἀπόστολοι ἢ Πατέρες εἰκόνα εἶπον τὴν διὰ τοῦ ἱερέως προσφερομένην ἀναίμακτον θυ-
D σίαν, ἀλλὰ αὐτὸ σῶμα καὶ αὐτὸ αἷμα. Καὶ πρὸ μὲν τῆς τοῦ ἁγιασμοῦ τελειώσεως ἀντίτυπά τισι τῶν ἁγίων Πατέρων εὐσεβῶς ἔδοξεν ὀνομάζεσθαι· ὧν ἐστιν Εὐστάθιος ὁ εὐσταθὴς πρόμαχος τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ τῆς Ἀρειανῆς κακοδαιμονίας καταλυτὴς, καὶ Βασίλειος τῆς αὐτῆς δεισιδαιμονίας καθαιρέτης, ὁ τὴν ὑφ' ἥλιον τὴν λείαν βάσιν τῶν ὀρθῶν ἐκδιδάξας δογμάτων. Ἐξ ἑνὸς γὰρ καὶ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος φθεγγόμενοι, ὁ μὲν ἑρμηνεύων τὸ ἐν ταῖς Παροιμίαις Σολομῶντος ῥητόν· *Φάγετε τὸν ἐμὸν ἄρτον, καὶ πίετε οἶνον ὃν κεκέρακα ὑμῖν*, τάδε φησί· Διὰ

(19) *Celebrationem, typos.* Gr., *consummationem, antitypa.* Sacramenta corporis et sanguinis Domini, ἀντίτυπα μυστήρια vocat etiam auctor *Constitutionum apost.* lib. V, cap. 14, lib. VI, cap. 30, et lib. VII, cap. 25. Sic item Græci Patres jam sanctificata non raro vocant *antitypa*, ut Nazianzenus *Orat. fun. in sororem*, et *Apolog.* 1; Cyrillus Hierosol. *Catech.* V *myst.*, et alii, ut observat scholiastes Græcus ad hunc Nicæni concilii locum.

τοῦ οἴνου καὶ τοῦ ἄρτου τὰ ἀντίτυπα τῶν σωματικῶν τοῦ Χριστοῦ κηρύττει μελῶν· ὁ δὲ ἐκ τῆς αὐτῆς πηγῆς ἀπαντλήσας, ὡς ἴσασι πάντες οἱ τῆς ἱερωσύνης μυστηπόλοι, ἐν τῇ εὐχῇ τῆς θείας ἀναφορᾶς ὧδέ πως λέγει· « Θαῤῥοῦντες προσεγγίζομεν τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ, καὶ προθέντες τὰ ἀντίτυπα τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ σου, σοῦ δεόμεθα, καὶ σὲ παρακαλοῦμεν· » καὶ τὸ ἑξῆς ἐπιφερόμενον.

A *vobis*, hæc dicit : *Per panem et vinum, typos corporalium Christi prædicat membrorum.* Alter vero eodem fonte hauriens, ut noverunt omnes sacerdotii mystici cultores, in oratione divinæ oblationis ita dicit : « Confidentes appropinquamus sancto altari, et proponentes typos sancti corporis et sanguinis Christi tui, te deprecamur et te rogamus. Et quod deinceps infertur, » etc.

Vulgata et antiqua editio.

Legas quousque voles, nunquam invenies, neque Dominum neque apostolos neque Patres incruentum illud sacrificium quod a sacerdote offertur, imaginem dixisse; verum, ipsum corpus et ipsum sanguinem. Attamen ante sanctificationis consecrationem, quibusdam Patribus pie sane visum est, ἀντίτυπον, hoc est exemplar similis formæ nominare : quorum de numero Eustathius, constans is propugnator orthodoxæ fidei et Arianicæ insaniæ expugnator clarus; item Basilius ejusdem superstitionis averruncator : qui apertam et planam rectorum probatorum dogmatum viam docentes, uno ore et spiritu loquuntur : hic quidem exponens dictum illud in Proverbiis Salomonis : *Edite meum panem, et bibite vinum quod commiscui vobis*, hæc inquit : *Per panem et vinum* ἀντίτυπα *membrorum corporalium Christi prædicat.* Ille vero ex eodem fonte hauriens, ut omnes sacerdotii mystæ cognoscunt, in precatione divinæ anaphoræ sic alibi legit : « Confidentes tuo sacro altari appropinquamus, et proponentes antitypa sancti corporis et sanguinis Christi tui, te precamur et invocamus, » etc.

III.

Τοῦ ἁγίου Εὐσταθίου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας καὶ ὁμολογητοῦ, εἰς τὰς Ἐπιγραφὰς τῆς στηλογραφίας.

B *Sancti Eustathii episcopi Antiocheni et confessoris, in Inscriptiones titulorum psal.* xv *et* lvi, *juxta LXX.*

Apud Theodoritum *Dial.* ii, pag. 90.

Ἐντεῦθεν τοίνυν ἐπὶ θρόνου προὔγραφεν αὐτὸν ἁγίου καθέζεσθαι, δηλῶν, ὅτι σύνθρονος ἀποδέδεικται τῷ θειοτάτῳ Πνεύματι διὰ τὸν οἰκοῦντα Θεὸν ἐν αὐτῷ διηνεκῶς.

Inde igitur accidit, ut perscriberet eum in throno sancto sedere, significans eum in eodem throno cum divinissimo Spiritu collocatum esse, propter Deum in ipso assidue habitantem.

Apud eumdem Theodoritum *Dial.* iii, pag. 158.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ λόγου εἰς τὰς Ἐπιγραφὰς τῶν ἀναβαθμῶν.

Δόξαν δὲ ἐπίκτητον ὁ Πατὴρ οὐκ ἐπιδέχεται, τέλειος, ἄπειρος, ἀπερινόητος ὤν, ἀπροσδεὴς κάλλους, καὶ παντοίας ἐπηρείας. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ Λόγος αὐτοῦ Θεὸς ὢν ὁ γεννηθεὶς ἐξ αὐτοῦ· δι' οὗ γεγόνασιν ἄγγελοι, καὶ οὐρανοὶ, καὶ γῆς ἄπειρα μεγέθη, καὶ πᾶσαι συλλήβδην τῶν γενετῶν ὗλαι τε καὶ συστάσεις· ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος τοῦ Χριστοῦ, ἐκ νεκρῶν ἐγειρόμενος, ὑψοῦται καὶ δοξάζεται, τῶν ἐναντίων αἰσχύνην ἄντικρυς ἀραμένων.

Ejusdem, ex oratione in Inscriptiones Psalmorum graduum.

Gloriam acquisitam Pater non recipit, quum sit perfectus, infinitus, extra omnem captum mentis, nec pulchritudine indigeat, sitque ab omni probro alienus. Sed neque Verbum ejus, qui Deus est C ex ipso genitus; per quem facti sunt angeli et cœli et immensa terræ spatia et omnes, ut paucis complectar, creaturarum materiæ et formæ : sed homo Christi ex mortuis suscitatus exaltatur et glorificatur, adversariis ignominiam palam referentibus.

Ibidem, pag. 159.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Οἱ δὲ φθόνῳ τὸ μῖσος ἀράμενοι κατ' αὐτοῦ, καὶ πεφραγμένοι πολεμίᾳ παρατάξει, σκορπίζονται τοῦ Λόγου τε καὶ Θεοῦ τὸν ἑαυτοῦ ναὸν ἀξιοπρεπῶς ἀναστήσαντος.

Ejusdem, ex eadem oratione.

Qui odium in illum per invidiam susceperant, et infesta in eum acie processerant, dissipantur; quum Verbum et Deus suum ipse templum gloriose suscitavit.

Apud eumdem Theodoritum *Dial.* i, pag. 37.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ ιε' ψαλμοῦ.

Ἀλλὰ μὴν ἡ τοῦ Ἰησοῦ (ψυχὴ) ἑκατέρων πεῖραν ἔσχε. Γέγονε γὰρ καὶ ἐν τῷ χωρίῳ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, καὶ τῆς σαρκὸς ἐκτὸς γενομένη ζῇ καὶ ὑφέστηκε. Λογικὴ ἄρα καὶ ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων ὁμοούσιος, ὥσπερ καὶ ἡ σὰρξ ὁμοούσιος τῇ τῶν ἀνθρώπων σαρκὶ τυγχάνει, ἐκ τῆς Μαρίας προελθοῦσα.

D *Ejusdem, ex interpretatione psalmi* xv.

Atqui anima Jesu utrumque experta est. Fuit enim et in loco humanarum animarum, et extra carnem constituta vivit et superstes est. Ratione igitur est prædita, et ejusdem cum animabus hominum substantiæ; sicut et caro consubstantialis carni hominum, quæ ex Maria prodiit.

Apud eumdem *Dial.* iii, pag. 159.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ ϟβ' ψαλμοῦ.

Πέρας γοῦν ὁ προφήτης Ἡσαΐας, αὐτὰ μὲν τὰ τῶν

Ejusdem, ex interpretatione psalmi xcii.

Tandem igitur propheta Isaias, passionum ejus

vestigia persequens, hoc quoque inter alia majori voce subjunxit [87]: *Et vidimus eum, et non est species ei neque decor: sed species ejus despecta et deformis infra filios hominum.* Deinde aperte ostendens, quod ad hominem, non ad Deum referendæ sunt decoræ formæ et affectiones, iterum mox addit: *Homo in plaga exsistens, et sciens ferre infirmitatem.*

A παθῶν αὐτοῦ διεξιὼν ἴχνη, πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐπιφέρει καὶ τοῦτο μεγαλοφωνοτέρᾳ βοῇ, τὸ, *Καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν οὔτε εἶδος οὔτε κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον καὶ ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων.* Εἶτα διαῤῥήδην ἐκφαίνων, ὡς εἰς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐκ εἰς τὸ Θεῖον ἀνήρτηται τὰ τῆς εὐπρεπείας εἴδη τε καὶ πάθη, παραυτίκα πάλιν ἐπάγει προσθείς· *Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν.*

IBIDEM.

Ejusdem, ex eadem interpretatione.

Ipse ergo is est qui post contumelias sine specie et forma visus, iterum deinde mutatione facta decorem induit. Neque enim habitans in ipso Deus instar agni ad mortem ductus est et tanquam ovis mactatus, cum sit natura invisibilis.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς αὐτῆς ἑρμηνείας.

Αὐτὸς ἄρ' οὗτός ἐστιν ὁ μετὰ τὰς ὕβρεις, ἀειδὴς, ἄμορφος ὁραθεὶς, εἶτα πάλιν ἐκ μεταβολῆς εὐπρέπειαν ἐνδυσάμενος. Οὐδὲ γὰρ ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῷ B Θεὸς ἀμνοῦ δίκην εἰς θάνατον ἤγετο, καὶ προβάτου τρόπον ἀπεσφάττετο, φυσικῶς ἀόρατος ὤν.

Apud eumdem *Dial.* I, pag. 38.

Ejusdem, ex eadem interpretatione.

Palam est ergo, si ungens Deum designat cujus sedem æternam dixit, quod natura Deus sit atque ex Deo genitus, qui unxit. Qui vero unctus est, acquisitam accepit virtutem, egregio templo ornatus ex habitantis in ipso divinitate.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς αὐτῆς ἑρμηνείας.

Πρόδηλον οὖν, εἴπερ ὁ χρίων ἀποδεικνύει Θεὸν, οὗ τὸν θρόνον εἶπεν αἰώνιον, δῆλος μέν ἐστι φύσει Θεὸς ἐκ Θεοῦ γεννηθεὶς ὁ χρίσας· ὁ δὲ χρισθεὶς ἐπίκτητον εἴληφεν ἀρετὴν, ἐκκρίτῳ ναουργίᾳ κοσμηθεὶς ἐκ τῆς τοῦ κατοικοῦντος ἐν αὐτῷ θεότητος.

Apud Theodoritum *Dial.* I, pag. 37.

Sancti Eustathii episcopi Antiocheni et confessoris, ex libro De anima.

Quid autem dicent qui ad infantis educationem respexerint, vel ad ætatis accessionem, vel ad productionem temporum, vel ad corporis incrementum? Ut autem prætermittam miracula in terra edita, videant mortuorum resuscitationes, passionis symbola, flagellorum vestigia, plagarum cicatrices, latus perfossum, clavorum notas, sanguinis effusionem, mortis signa, atque ut omnia complectar, ipsam proprii corporis resurrectionem.

Τοῦ ἁγίου Εὐσταθίου ἐπισκόπου Ἀντιοχέων καὶ ὁμολογητοῦ, ἐκ τοῦ Περὶ ψυχῆς *λόγου.*

Τί δ' ἂν εἴποιεν εἰς τὰς τοῦ βρέφους ἀναβλέψαντες C ἀνατροφὰς, ἢ τὴν τῆς ἡλικίας ἀνάδοσιν, ἢ τὴν ἐπίτασιν τῶν χρόνων, ἢ τὴν τοῦ σώματος αὔξην; Ἵνα δὲ παρῶ λέγειν τὰς ἐπὶ ἐδάφους ἐκπληρωθείσας θαυματουργίας, ὁράτωσαν τὰς τῶν νεκρῶν ἀναβιώσεις, τὰ τοῦ πάθους σύμβολα, τὰ τῶν μαστίγων ἴχνη, τοὺς τῶν πληγῶν μώλωπας, τὰς τετρωμένας πλευρὰς, τοὺς τῶν ἥλων τύπους, τὴν τοῦ αἵματος ἔκχυσιν, τὰ τοῦ θανάτου σημεῖα, καὶ τὸ σύμπαν εἰπεῖν, αὐτὴν τὴν τοῦ ἰδίου σώματος ἀνάστασιν.

IBIDEM.

Ejusdem, ex eodem libro.

Si quis vero ad corporis generationem respicit, palam deprehendet, quod in Bethleem natus fasciis est involutus, et in Ægypto propter immanissimi Herodis insidias per aliquot annos educatus, et in Nazareth ad virilem ætatem provectus.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Καὶ μὴν εἴ τις εἰς τὴν τοῦ σώματος γέννησιν ἀφορᾷ, προδήλως εὑρήσειεν ἂν ὡς ἐν τῇ Βηθλεὲμ τεχθεὶς ἐσπαργανώθη, κἂν τῇ Αἰγύπτῳ χρόνοις ἐτράφη τισὶν D ἕνεκεν τῆς τοῦ ἀλάστορος ἐπιβουλῆς Ἡρώδου, κἂν τῇ Ναζαρὲτ ἀνδρωθεὶς ηὐξήθη.

IBIDEM.

Ejusdem, ex eodem libro.

Non enim est idem tabernaculum Verbi et Dei, per quod divinam gloriam contemplabatur beatus Stephanus.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Οὐ γὰρ ταυτόν ἐστιν ἡ σκηνὴ τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ, δι' ἧς τὴν θείαν ἐθεώρει δόξαν ὁ μακάριος Στέφανος.

Apud eumdem *Dial.* II, pag. 90.

Ejusdem, ex libro De anima.

Ante passionem quidem ubique corporalem suam mortem prædixit, tradendum se sacerdotibus dicens, et crucis tropæum annuntians. Post passio-

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ Περὶ ψυχῆς *λόγου.*

Πρὸ μὲν τοῦ πάθους ἑκάστοτε τὸν σωματικὸν αὐτοῦ προὔλεγε θάνατον, τοῖς ἀμφὶ τοὺς ἀρχιερέας ἐκδοθήσεσθαι φάσκων, καὶ τὸ τοῦ σταυροῦ τρόπαιον ἀπαγ-

[87] *Isa.* LIII, 2, 3.

γέλλων· μετὰ δὲ τὸ πάθος, τριταῖος ἐκ τῶν νεκρῶν ἀναστὰς, ἐνδοιαζόντων αὐτῶν ἐγηγέρθαι τῶν μαθητῶν, ἐπιφανεὶς αὐτοῖς αὐτῷ σώματι, σάρκα μὲν ἅπασαν σὺν ὀστέοις ἔχειν ὡμολόγει· ταῖς δὲ ὄψεσι τούτων τὰς τετρωμένας ὑποβάλλων πλευρὰς, καὶ τοὺς τύπους αὐτῶν ὑποδεικνύει τῶν ἥλων.

A nem vero, cum tertio die resurrexisset a mortuis, et de ipsius resurrectione dubitarent discipuli, apparens illis in eodem corpore, carnem quidem totam cum ossibus se habere profitetur: oculis vero illorum perfossum latus objiciens, clavorum quoque illorum vestigia ostendit.

Apud eumdem *Dial.* III, pag. 156.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ Περὶ ψυχῆς *λόγου.*

Δι' ὀλίγων δέ ἐστιν ἐλέγξαι τὴν ἀσεβῆ συκοφαντίαν αὐτῶν· μάλιστα μὲν γὰρ, εἰ μὴ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἕνεκεν σωτηρίας εἰς τὴν τοῦ θανάτου σφαγὴν τὸ ἴδιον ἑκουσίως ἐξεδίδου σῶμα. Πρῶτον μὲν πολλὴν αὐτῷ περιάπτουσιν ἀδυναμίαν· ὅτι μὴ οἷός τ' ἐγένετο τὴν τῶν πολεμίων ὁρμὴν ἐπισχεῖν.

Ejusdem, ex libro De anima.

Pauci convinci potest impia illorum calumnia: et maxime quidem, si non salutis hominum causa corpus suum ad mortem sponte sua præbuit. Primum enim magnam ei attribuunt imbecillitatem, qui non potuerit hostium impetum reprimere.

IBIDEM.

B

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Διὰ τί δὲ περὶ πολλοῦ ποιοῦνται δεικνύναι τὸν Χριστὸν ἄψυχον ἀνειληφέναι σῶμα, γεώδεις πλάττοντες ἀπάτας; Ἵνα, εἰ δυνηθεῖεν ὑποφθεῖραι τινὰς, ταῦθ' οὕτως ἔχειν ὁρίζεσθαι, τηνικαῦτα τὰς τῶν παθῶν ἀλλοιώσεις τῷ θείῳ περιάψαντες Πνεύματι, ῥᾳδίως ἀναπείσωσιν αὐτοὺς, ὡς οὐκ ἔστι τὸ τρεπτὸν ἐκ τῆς ἀτρέπτου φύσεως γεννηθέν.

Ejusdem, ex eodem libro.

Cur autem magni faciunt ostendere Christum corpus inanimum suscepisse, terreas fraudes confingentes? Ut si possint aliquos corrumpere, qui hæc ita se habere definiunt; tunc affectionum mutationes divino tribuentes Spiritui, facile ipsis persuadeant, quod mutabile est, ex immutabili natura genitum non esse.

Ex Eustratii *presbyteri CP. libro adversus eos qui dicunt, animas statim atque e corpore solutæ sunt, non operari* : cap. 19.

Apud Allatium *De purgatorio*, pagg. 497-500.

Εὑρίσκομεν δὲ καὶ Εὐστάθιον, τὸν ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας τῆς Συρίας καὶ ὁμολογητὴν, λέγοντα ἐν τῷ Περὶ ψυχῆς καὶ κατὰ Ἀρειανῶν λόγῳ, συνῳδὰ τοῖς προειρημένοις Πατράσι. Σύμφωνα δὲ τούτοις διεξιὼν ὁ αὐτὸς Ἱερεμίας εἰσηγεῖται τὰς τοῦ Θεοῦ διακονούμενος φωνὰς, δι' ὧν δείκνυσιν, ὅτι μήτε τὰς τῶν δικαίων προσίεται πρεσβείας, εἰ βουληθεῖεν τῶν μιαιφόνων χάριν ἀξιῶσαι. Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς μὲ λέγων· Ἐὰν στῇ Μωϋσῆς καὶ Σαμουὴλ πρὸ προσώπου μου, οὐκ ἔστιν ἡ ψυχή μου πρὸς αὐτούς. *Δεδήλωται παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ, ὅτι Μωϋσῆς καὶ Σαμουὴλ ἀπέθανον· πῶς οὖν καὶ ὑπὲρ τῶν ἀναξίων πρεσβεύουσιν, εἰ καθ' ὑμᾶς οὐκ ἐνεργοῦσιν* (20); *Καὶ ἐπιφέρει πάλιν ὁ αὐτὸς Πατὴρ, καὶ φησίν·* Εἰ δὲ διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐπιφανείας εἰς τὸν παράδεισον τὸ τῶν ἀνθρώπων εἰσάγει γένος, ὁπηνίκα δὲ ἐσταυρώθη, τὸν λῃστὴν αὐθήμερον εἰσάξειν αὐτόθι προηγόρευσεν, τοῦ σώματος ἔτι βεβλημένου τῷ μνήματι, συνέστηκεν, ὅτι συνδιαιτωμένη κυρίως ἡ ψυχὴ τοῦ Χριστοῦ τῷ Λόγῳ καὶ Θεῷ, τῷ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν τῶν γενητῶν περιέχοντι κτίσιν, τὴν ὁμογενῆ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν εἰς τὸν παράδεισον εἰσήγαγεν. Οὐδὲ γάρ ἐστιν γεγραμμένον, ὅτι πρὸ τῆς ἀναστάσεως τοῦ ἁγίου σώματος τὸ τοῦ λῃστοῦ προηγέρθη σῶμα τὴν ἐπαγγελίαν ἀπολαβόν. Ἀκόλουθον ἄρα ἐστὶν ὑπολαμβάνειν ἐμφρόνως, ὅτι ἡ ψυχὴ τὴν

Reperimus præterea Eustathium Antiochiæ Syriæ episcopum et confessorem, Patribus jam laudatis C *consona scribere in libro De anima et contra Arianos.* Concordia his prosequens idem Jeremias, vocibus Dei asserviens insinuat, quibus commonstrat, neque justorum supplicationes acceptas se habere, si velint illi propter homicidas preces fundere. Et dixit Dominus ad me, dicens [a]: Si steterit Moyses et Samuel ante faciem meam, non est anima mea erga ipsos. *In divinis litteris indicatur Moysen et Samuelem vita esse defunctos, quomodo ergo pro iis qui minime digni sunt, orant, si per vos non operantur? Hisce præterea idem Pater adnectit et quæ sequuntur:* Si itaque, postquam Christus apparuit, in paradisum genus humanum introducit; cum vero cruci affixus est, latronem statim eodem die D in illum introducturum se promisit, corpore adhuc intra sepulcrum involuto: constat ab anima Christi, quæ proprie cum Deo et Verbo res omnes creatas in se continente commoratur, natura sibi similem hominis animam in paradisum illatam fuisse. Non enim scriptum est, ante sancti corporis resurrectionem corpus latronis in vitam revocatum, promissi compos factum fuisse. Consequens ergo fuerit, si caute rem intelligere volumus, animam a cognata sibi anima, tanquam quæ majore aucto-

(20) *Εἰ καθ' ὑμᾶς οὐκ ἐνεργ.* Sic sane Allatius. Fabricius tamen *Bibl. Gr.* tom. VIII, pag. 186, legendum statuit καθ' ἡμᾶς, atque ita vertendum: *Si non ita ut nos (qui vivimus) operantur?* Quam equidem emendationem minime necessariam existimarim.

[a] *Jerem.* XV, 1.

ritate polleret, humaniter ductam, promissa sua **A** eodem die persolvente, cum aperuisset paradisum, in præclaram hæreditatem invectam fuisse. *Fatetur hic doctor a Christo humanum genus, eos scilicet qui vita optime ducta inclaruerant, et fidem catholicam professi fuerant, quemadmodum latronem; ex parte enim eorum qui virtuti operam dedere, genus universum ostendit, in paradisum introductum fuisse.*

συγγενῆ ψυχὴν ὁδηγοῦσα φιλοφρόνως, ἅτε δὴ καὶ μείζονος ἐξουσίας ἐχομένη, τὴν μὲν ὑπόσχεσιν αὐθήμερον ἐπὶ πέρας ἦγεν, εἰς δὲ τὴν ἐξαίρετον εἰσῆγε κληρονομίαν, ἀνοίγουσα τὸν παράδεισον. *Εἰπὼν ὁ Πατὴρ, ὅτι ὁ Χριστὸς τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων εἰς τὸν παράδεισον εἰσήγαγε, δηλονότι τοὺς βίῳ κεκοσμημένους, καὶ τὴν ὀρθὴν ὁμολογήσαντας, καθάπερ καὶ τὸν λῃστήν· ἀπὸ μέρους γὰρ τὸ τῶν ἐναρέτων ἅπαν ἐνεδείξατο γένος.*

Ex Joannis Damasceni *sacris Parallelis*, opp. tom. II, pag. 752.

Eustathii episcopi Antiocheni, ex libro De anima.

Εὐσταθίου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας, ἐκ τοῦ Περὶ ψυχῆς.

Divinum numen non legum et temporum expressis verborum circumscriptionibus subjicitur.

Θὺ νόμων καὶ χρόνων ῥηταῖς τὸ θεῖον ὑπόκειται περιγραφαῖς.

Ibidem, pag. 788.

Somnus corpori et animæ omni communis est.

Κοινὸν σώματος καὶ ψυχῆς ὕπνος.

V.

FRAGMENTA EX LIBRIS VIII CONTRA ARIANOS DEPERDITIS.

Ex lib. VI.

Eulogius Alex., apud Photium cod. ccxxv, pag. 760.

Etenim Eustathius Antiochenus episcopus in sexto **B** *adversus Arianos libro his verbis scribit:* Sed Arianæ scenæ saltatores peccatum fecisse Christum jactant. *Et post pauca :* Illud vero : *Quoniam Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi* [89], nec memoria tenent, neque lingua pronuntiant : sed veluti graves calumniatores et accusatores locum labefactantes, accusationis certamen instituunt. Deinde et Legis decretum : Oportet vero veritatis studio legitime certantes [90], omnia abunde accipientes, sed non ad fraudem, partim quidem silere, partim vero abstrahentes offerre.

Καὶ γὰρ καὶ Εὐστάθιος ὁ τῶν Ἀντιοχέων ἀρχιερεὺς ἐν ἓξ λόγοις τὰ (21) κατὰ Ἀρειανῶν, *αὐτοῖς ῥήμασιν οὕτω φησίν·* Ἀλλ' οἱ παράδοξοι τῆς Ἀρείου θυμέλης μεσόχοροι τὸ μὲν ἁμαρτίαν πεποιηκέναι τὸν Χριστὸν φράζουσι· *καὶ μετ' ὀλίγα·* Τὸ δὲ, *Ὅτι Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ*, οὔτε ἐν μνήμῃ φέρουσιν, οὔτε τοῖς τῆς γλώττης ὀργάνοις ἐκφωνοῦσιν· ἀλλ' ὥσπερ δεινοὶ συκοφάνται καὶ κατήγοροι ἀκρωτηριάσαντες τὸ χωρίον, τὸν ἀγῶνα τῆς κατηγορίας ποιοῦνται. Εἶτα καὶ ἡ ψῆφος ἡ ὑπὲρ τοῦ νόμου· Δεῖ δὲ φιλαλήθως τοὺς ἐννόμως ἀγωνιστὰς, πάντα συμπεριλαβόντας ἀπαραλείπτως, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἀπάτην, μέρος μὲν ἀποσιωπᾷν, μέρος δὲ ἀποσπῶντας **C** προφέρειν.

Facundus Hermianensis lib. xi, cap. 1.

Nam beatus Eustathius Antiochenus episcopus, qui primus in Nicæno concilio fuit, sexto adversus Arianos *libro* (22) *de eo quod ait Dominus* [91], « *Nemo scit diem illum :* » Dicamus, *inquit*, cujus rei gratia Filius hominis diem proprii adventus ignorat. Neque enim dubium est, quia et hoc causa utilitatis hominum providens adinvenit omnium creator et generis opifex Deus. Sicut enim hominem causa salutis hominum Verbo coaptavit et Deo : sic et insignem judicii diem causa divini beneficii homini competenter abscondit; ne forte ineffabilia mysteria similis generis hominibus homo indicans, et diem secundi adventus ostenderet.

Itemque in eodem libro : « *Dum sederit*, ait, *Filius hominis in sede majestatis suæ* [92], » alia quidem videtur loqui persona; de altera autem facit manifeste sermonem. Ergo divinus Spiritus de homine clare dicens apparet : *Dum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ;* sine contradictione denuntians, quia supervenientes glorias homo suscipit justitia et virtute ornatus, et excelsum regni solium rite percipiens.

Rursus autem eodem libro de verbis Christi disputans dicit : « *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo* [93], » manifeste ex persona hominis prophetare cognoscitur, sicut et ante probavimus. Iste enim maximas et accidentes virtutes percipit, ad meliora dignitate procedens.

(21) *Ἐν ἓξ λόγοις τά.* Leg. ἐν ἕκτῳ λόγῳ τῶν. **D** Fabric.

(22) Ex hoc opere *adversus Arianos* alium etiam locum profert Anastasius in *Ecloge* his verbis : *Εὐσταθίου Ἀντιοχείας ἐκ τοῦ κατὰ Ἀρειανῶν λόγου·* Εἰ γὰρ κτιστὸς, οὐχ ἄρα γεννητός· εἰ δὲ γεννητὸς, οὐχ ἄρα κτιστός. Ἐπεὶ μηδὲ οἷόν τε περὶ τὴν αὐτὴν φύσιν ἑκατέρων στρέφεσθαι τὸ γένος· σημεῖόν τε, ὅτι ἀδύνατον εἰπεῖν περὶ τὴν αὐτὴν φύσιν τὸ κτιστὸν ὑπάρχειν καὶ τὸ ἄκτιστον. Καθολικὸν γὰρ παράλογον τῷ διδασκάλῳ. Sirmond.

[89] *II Cor.* v, 19. [90] *II Tim.* ii, 5. [91] *Matth.* xxiv, 36. [92] *Matth.* xix, 28. [93] *Matth.* xi, 27.

Ex lib. VIII. — *Apud eumdem Facundum l. c.*

Qui (Eustathius) octavo quoque libro sic ait : Contemplandum autem quomodo loquens Deo et dicens, *Et civitates destruxisti* [94], rursus alterum introducit Dominum inferens, *Et Dominus in æternum manet. Paravit in judicio sedem suam* [95]. Manifestissime enim alii de alio loquens apparet : significavit quia judex est, qui præparavit ei sedem tanquam prius non habenti hunc honorem : sic videbatur loqui : quasi per figuras enim indicabat propheticas, quoniam homo ex membris justitiæ templum decenter factus, et sacratissimo habitans Verbo; virtutis (23) adeptus est perpetuum solium.

Item in eodem libro : Non enim, *ait*, qui regni sedem habet, alteram sibi apparat sortem; sed cui non adest sedis potentia. Ergo hæc ad hominem Christi manifeste respiciunt. Neque autem Omnipotenti hæc reponenda sunt, proprium habenti sceptrum; neque Verbo ipsum regnum habenti, quod etiam Pater habet; sed in Christo dicendum, *Dominus in cœlo præparavit sedem suam.* Nam omnium simul creaturarum dominator propter divini Verbi commistionem.

ALIA FRAGMENTA EX IISDEM LIBRIS ADVERSUS ARIANOS INDEFINITE EXCITATA.

Apud Gelasium *De duabus naturis in Christo*, *Bibl. PP. Paris.* 1644, tom. IV, part. I, *pag.* 424.

Eustathii episcopi Antiocheni confessoris, contra Arianos.

Quapropter congruas virtutes et gubernationes gentium et populorum, et mistarum plebium, et rerum universarum imperium homo percipiebat Christi palam, et qui *sapientia et ætate gratiaque proficit*, sicut Evangelii litteræ [96] docent particulariter.

Ejusdem contra eos. — Ibidem.

Et iterum cum dicitur *Jesus sciens quia omnia dedit ei Pater in manus* [97], atque ut ita introducit; hominis potestatem declarat : quæ quomodo æterni sumens sceptrum imperii, omnium haberet commissum judicium.

Ejusdem contra eos. — Ibidem.

Si enim *in Christo*, inquit [98], *plenitudo divinitatis inhabitat;* aliud vero inhabitatur. Si vero naturaliter differunt ab alterutris, neque mortis passionem, neque cibi appetitum, neque desiderium poculorum, non somnum, non tristitiam, non fatigationem, non lacrymarum effusiones, non aliam quamlibet mutationem plenitudini divinitatis coexsistere fas est, cum sit inconvertibilis per naturam. Homini vero hæc applicanda sunt proprie, qui ex anima constat et corpore : congruit enim ex ipsis humanis et innoxiis motibus demonstrare, quia non phantastice et putative, sed ipsa veritate totum hominem indutus est Deus perfecte assumens.

In eosdem. — Ibidem.

Quocirca aliud quidem erit mortale, aliud quidem præter hoc immortale. Consequenter autem et Timotheo eamdem scribens epistolam, prospiciens deiferum hominem proclamabat [99] : *Memor esto Jesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine David, secundum Evangelium meum.*

Et post pauca. — Ibidem.

Homo autem Deum ferens, qui mortis passionem sponte censuit sustinere propter hominum utilitatem, palmam quidem et certaminis, ut ita dicendum sit, honorem, et potestatem percepit. Et ubi recipitur gloria, quam nequaquam prius habuerat.

Apud eumdem Gelasium, l. c., pag. 429.

Eustathii episcopi Antiocheni, contra Arianos.

Deus, *inquit*, Verbum eamdem quam genitor portat imaginem; imago quippe exsistens divinæ substantiæ : verum autem ejus templum homo exsistens, non idem quod templi fabricator est, dissimili ortus ex genere.

Rursus ejusdem post pauca. — Ibidem.

Sed potestatis majestatem introducere volens, et ipsum corpus mortificatum hic Filium dixit : ipsum quidem sublimitatis nomen imponens, id est habitantis in eo Dei decibiliter.

Et post pauca. — Ibidem.

Puto autem, *inquit*, nec insane quisquam et furiose debacchatus dixerit aliquando, quia divinitatis plenitudo mortis passa dispendium est. Ergo vesaniunt et bacchantur et furiunt, et insaniunt et suis mentibus excesserunt, qui Deo Verbo passionem applicare præsumunt.

[94] *Psal.* IX, 7. [95] *Ibid.* 8, 9. [96] *Luc.* II, 52. [97] *Joan.* XIII, 3. [98] *Coloss.* II, 9. [99] *II Tim.* II, 8.

(23) *Virtutis.* Codex Veron., *virtute*, quod magis placet.

Et post pauca.— Ibidem.

Si enim (24) in Christo, *inquit*, plenitudo divinitatis inhabitat..., hæc homini applicanda seorsum sunt, qui ex anima constat et corpore.

Ejusdem.— Ibidem.

Quoniam nec dicere fas est, quia Verbum mortuum est, et Deus qui suum templum triduanum suscitavit. Si autem ipse igitur iste natus est primogenitus ex mortuis, qui morte circumamictus est; ipse vero sit princeps in omnibus, qui virtutes acquisitas suscepit. Denique triduanum ex sepulcro resurgens Verbi templum, ipso corpore quidem ad proprios venit apostolos; hæc autem verba dixit eis [1]: *Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra.* Quia vero hanc potestatem accepit extrinsecus templum, et non qui ædificavit templum præcipua pulchritudine Deus.

Apud JOANNEM DAMASC. ex sacris Parallelis, Opp. tom. II, pag. 314.

Eustathii, *contra Arianos*

Quidquid principium habet, finem quoque sortitur: quod autem finem admittit, corruptioni obnoxium est.

A

Εὐσταθίου κατὰ Ἀρειανῶν.

Πᾶν τὴν ἀρχὴν ἔχον καὶ τέλος ἐπιδέχεται· τὸ δὲ τέλος ἐπιδεχόμενον φθορᾶς ἐστι δεκτικόν.

IBIDEM, PAG. 751.

Eustathii Antiochiæ episcopi.

Deus universa replet, nullo circum termino definitus. Qui enim a loco minime circumscribitur, is prorsus, ut Davidis cantico fertur [2], in omni loco erit. Quod si enim extra locum aliquem esset, oporteret ipsum illo terminari, a quo destitueretur. Cum ergo totus in universo existat, nequaquam ex aliis in alia loca migrat, a quo replentur omnia.

Εὐσταθίου (25) *ἐπισκόπου Ἀντιοχείας.*

Ὁ Θεὸς τὰ πάντα πληροῖ, ὑπ' οὐδενὸς περιοριζόμενος. Ὁ γὰρ ὑπὸ τόπου μὴ περιοριζόμενος πάντως ἐν παντὶ τόπῳ, κατὰ τὴν τοῦ Δαυὶδ ὁμολογίαν, ἔσται. Εἰ γὰρ ἔξω λέγοιτο τόπου τινὸς, ἀνάγκη περιορίζεσθαι αὐτὸν ὑπ' ἐκείνου, οὗπερ στερίσκεται. Ὅλος οὖν ἐν παντὶ γενόμενος, οὐδαμῶς ἐξ ἑτέρων εἰς ἑτέρους μεθίσταται τόπους, τὰ πάντα πληρῶν.

ALIA FRAGMENTA.

(Ex libro cui titulus: *Σειρα ενος και πεντηκοντα υπομνηματιστων εις την Οκτατευχον και τα των Βασιλειων, ηδη πρωτον τυποις εκδοθεισα. Αξιωσει μεν του ευσεβεστατου και γαληνοτατου ηγεμονος πασης Ουγκροβλαχιας κυριου κυριου Γρηγοριου Αλεξανδρου* ΓΚΙΚΑ, *επιμελεια δε Νικηφορου ιερομοναχου του θεοτοκου.* Εν Λειψια της Σαξονιας, εν τη τυπογραφια του Βρειτκοπφ. Ετει αψοβ' (1772). Tom. I, pp. 398, 350.)

I.

De Melchisedech.

Eustathii Antiocheni. Non recensetur genealogia Melchisedeci, quoniam virtute justi non digni fuerunt majores. Comparatur autem Christo, non secundum carnis naturam; etenim Domini genealogia recensetur; sed secundum ordinem sublimiorem inenarrabilem habens genealogiam.

B

Εὐσταθίου Ἀντιοχείας. Οὐ γενεαλογεῖται ὁ Μελχισεδὲκ, ὡς οὐκ ἀξίων τῶν προγόνων ὄντων τῆς ἀρετῆς τοῦ δικαίου. Ἀφωμοίωται δὲ τῷ Χριστῷ, οὐ κατὰ τὴν φύσιν τῆς σαρκός· καὶ γὰρ ὁ Κύριος γενεαλογεῖται· ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀνωτάτω τάξιν, ἀδιήγητον ἔχων τὴν γενεάν.

II.

Ex tractatu « In inscriptiones titulorum. »

Eustathii Antiocheni. Jacob Spiritu sancto insusurratus, primum quidem ipsam corpoream Christi videt speciem, luculenter antea descriptam, quæ visibilis est et loci ratione comprehenditur: secundo autem vincens crucis tropæum scalæ simile: huic enim adactus est in sublimi, omnes ad sese trahens. Intelligentes igitur videre possunt nomine quidem quatenus nonnulli ipsos tentationum affectus appellant scalæ gradus, ascensus si-

Εὐσταθίου Ἀντιοχείας. Ὁ Ἰακὼβ ἐνηχηθεὶς ἁγίῳ Πνεύματι, πρῶτον μὲν αὐτὸ τὸ σωματικὸν εἶδος ὁρᾷ τοῦ Χριστοῦ, προαναγραφόμενον ἐναργῶς· ὅπερ ἐστὶν ὁρατὸν, καὶ τοπικῆς ἐχόμενον περιγραφῆς. Δεύτερον δὲ καὶ τὸ νικηφόρον τοῦ σταυροῦ τρόπαιον κλίμακι ἀπεικαζόμενον. Τούτῳ γὰρ ἐπεστηρίχθη μετεώρως, ἑλκύσας ἅπαντας πρὸς ἑαυτόν. Ἔστι γοῦν ἐννοοῦντας ἰδεῖν, ὅπως ὀνόματι μὲν, αὐτὰ τὰ τῶν πειρασμῶν πάθη κλιμακτῆρας ἔσθ' ὅτε κικλήσκουσί τινες, ἀμφι-

[1] *Matth.* XXVIII, 18. [2] *Psal.* CXXXVIII, 7-10.

(24) *Si enim*, etc. Hæc plenius recitantur paulo superius.

(25) *Εὐσταθίου*, κ. τ. λ. Hæc ex Eustathio Antiocheno citantur, nullo ejus opere memorato.

χρήμνους ἀναβάσεις ὑπεμφαίνον καὶ καταβάσεις· σχήματι δὲ, τῷ σταυρῷ προσέοικεν ὀλίγως πως ἡ κλίμαξ, ὀρθίοις τε καὶ πλαγίοις ἁρμοσθεῖσα ξύλοις. Ὡς οὖν ἱστόρησε τὴν τοιαύτην ὀπτασίαν, τὸν λίθον ἄρας, ἐφ' ᾧ τὴν κεφαλὴν ἀνακλίνας, ἔστησε μὲν αὐτὸν εἰς στήλην, ὑπόμνημα τῆς ἱστορίας, εἰκόνα δὲ τοῦ φανέντος αὐτῷ προσώπου χαρακτηρίζων, ἐν ᾧ μνήμης ἀνανέωσιν ἵδρυσεν. Οἶκον δὲ Θεοῦ λόγου ναὸν, ὡς καὶ αὐτὸς ἐξέφηνεν ὁ τοῦ Παντοκράτορος Υἱός· *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν*. Ἤδη δὲ καὶ πύλην οὐρανοῦ ὠνόμασε τὸν αὐτὸν, ἐπειδὴ διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ θεουργίας τὸ σῶμά τε καὶ ψυχὴν καθαριζόμενοι, τῇ θείᾳ δυνάμεθα προσιέναι φύσει. Τοιγαροῦν οὐδὲ τὸ ἔλαιον ἀργῶς ἐπὶ τὸ ἄκρον ἐπέχεε τῆς στήλης· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐκείνου δηλωτικὸν ἦν, οὗ διεπράττετο σπουδαίως ἡ Μαρία, μύρον ἐξ ἄκρων ἐπιχέουσα τοῖς τοῦ Χριστοῦ ποσίν. Αὐτὸ δὲ πάλιν ἐτύγχανεν ἐκεῖνο μήνυμα τῆς ταφῆς, ὡς αὐτὸς ἐσαφήνισεν ἀναφανδὸν ὁ Κύριος· Ὁ δὲ λίθος οὗτος εἰκονίζει τὸν ἀκρογωνιαῖον ἐκεῖνον λίθον, *ὃν ἀπεδοκίμασαν μὲν οἱ οἰκοδομοῦντες, εἰς γωνίας δὲ κεφαλὴν ἐγένετο*.

[a] *Joan*. II, 19. [b] *Psal*. CXVII, 22.

A gnificari atque descensus : re autem cruci quodammodo comparatur scala, erectis transversisque composita lignis. Quemadmodum igitur memoriæ tradidit hancce visionem, tollens lapidem, in quo caput reclinaverat, columnæ instar erexit eum, historiæ monumentum, imaginem autem speciei sibi visæ repræsentans, in eo memoriæ renovationem constituit. Ædem Dei autem cum appellaret eum innuit divini Verbi templum, quemadmodum et ipse exposuit Omnipotentis Filius : *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud* [a]. Jam vero etiam portam cœli nuncupavit illum, quandoquidem nos, divina Christi ope secundum corpus et animam purificati, ad divinam accedere possumus naturam. Quapropter nec frustra oleum infudit vertici columB næ, sed hoc quidem præfiguravit illud, quod Maria solerter fecit, unguentum superne infundens pedibus Christi. Illud autem ipsum etiam fuit signum sepulturæ, uti ipse luculenter demonstravit Dominus. Hicce vero lapis præfigurat lapidem illum angularem, *quem reprobaverunt ædificantes, factus est autem in caput anguli* [b].

LITURGIA SANCTI EUSTATHII
PATRIARCHÆ ANTIOCHENI (26).

(Renaudot, *Liturgiarum Orientalium Collectio*, ed. II, Francofurti 1847, in 4°, t. I, p. 254.)

Primo oratio ante osculum pacis.

Deus clemens et multæ misericordiæ, Domine, qui te non dubitanter invocantes juste exaudis, nobis etiam qui una et æquali voce clamamus ad te, largire, ut cum unanimi concordia, demus nobis invicem pacem in osculo sancto et divino, et referemus tibi gloriam, etc.

Populus. Amen.

Diaconus proclamat Mediam.

Sacerdos elevans vocem. Omnem quoque dubitationem depellens a nobis, Domine, vinculo charitatis tuæ confirma nos, et benedictiones abundantes, nobis et illis qui coram te inclinati sunt mitte, ut efficiamur adoratores veri et participes bonorum tuorum æternorum, referemusque tibi gloriam, etc.

Populus. Amen.

C *Sacerdos*. Tu es thesaurus auxiliorum, et fons bonorum, Domine : nos igitur qui egestate et paupertate laboramus, divites fac divitiis incomprehensibilibus donorum tuorum divinorum : et perfice nos in populum sanctum, et congregationem salvatam, quæ annuntiet laudes tuas, Deus Pater, et unigeniti Filii tui, et Spiritus tui vivi.

Diaconus. Date pacem.

Sacerdos. Charitas Dei Patris.

Populus. Amen. Misericordiæ Dei.

Sacerdos. Sursum corda.

Populus. Habemus ad Dominum.

Sacerdos. Gratias agamus Domino.

Populus. Dignum et justum est.

Sacerdos inclinatus. Gratias agamus, adoremus, D et glorificemus Patrem, Filium, et Spiritum sanctum unum Deum verum.

(26) Celeberrima est non modo inter Jacobitas, sed apud orthodoxos Eustathii Antiocheni, qui Nicæno concilio interfuit (*a*), memoria : neque magis ad Jacobitas pertinebat quam reliqui Patres veteres : nisi quod cum Antiochenæ Ecclesiæ episcopus fuerit, locum illi inter eos dederunt, a quibus suas temere deducunt origines. Ut igitur Petri, qui illam Ecclesiam fundavit, nomine Liturgias duas : unam Ignatii nomine scripserunt, ita facile fuit ut Eustathio quoque unam ascriberent. Illam inter eas quæ in usu apud Maronitas forent numeravit Gabriel Sionita in epistola ad Nihusium (*b*), Abraham Echellensis in notis ad Hebed Jesu : et Faustus Naironus in *Evoplia* sua (*c*). Edita quoque est in Missali Maronitico : sed cum interpolationibus, quæ in aliis factæ sunt. Sinceram lectionem restituimus ex codice Colbertino bonæ notæ, qui eam repræsentabat : nam in multis desideratur. Cum vero omnium liturgiarum una sententia sit, idem disciplinæ color, doctrina de sacramento prorsus eadem : discrimen vero nullum, præterquam in verborum ubertate, aut strictiori simplicitate possit animadverti, quæ ad alias observata sunt, ad istius quoque explicationem possunt sufficere, si pauca excipimus.

(*a*) Soz. l. I, c. 2 et 17.
(*b*) Allat. *Symmicta*, p. 297.
(*c*) *Evopl.*, p. 319, p. 162.

Elevans vocem. Magnificentiam tuam, Domine, glorificant omnes virtutes materiæ expertes; legiones inflammatæ ex flamma productæ: agmina ardentia cherubim fortium: turmæ terribiles Seraphim sanctorum; qui moventes alas suas, clamant, vociferantur et dicunt.

Populus. Sanctus, sanctus, sanctus.

Sacerdos inclinatus. Trinas sanctificationes offerimus tibi, Deus Pater, et unigenito Filio tuo, et Spiritui tuo sancto: neque enim mensurabilis est sanctitas tua, Domine: qui cum indigni essemus, misisti Filium tuum in mundum pro salute nostra: ortusque est in Virgine, et per mortem suam vitam præstitit mortalitati nostræ.

Elevans vocem. Qui cum voluntate sua, quasi succidaneus pro nobis peccatoribus venit ad mortem, accepit panem in manus suas sanctas, † benedixit, † sanctificavit, † fregit, deditque discipulis suis sanctis, et dixit: Accipite manducate ex eo: Hoc est corpus meum (27), quod vos et omnes suscipientes illud fideles, præparat ad vitam æternam.

Populus. Amen.

Sacerdos. Similiter et calicem quem miscuerat vino et aqua, † benedixit, † sanctificavit, † et dedit iisdem discipulis sanctis et dixit: Accipite, bibite ex eo vos omnes: Hic est sanguis meus qui vos et omnes suscipientes eum fideles præparat ad vitam æternam.

Populus. Amen.

Sacerdos. Sed et quando mysterium istud celebrabitis, agite memoriam mortis meæ, donec veniam.

Populus. Mortis tuæ, Domine, memoriam agimus.

A *Sacerdos.* Etiam adventum tuum salutarem, et secundum illum retributionis commemorantes, Domine, laudes cum deprecationibus majestati tuæ offerimus, ut in die illo magno judicii tui justi, non per peccata nostra fiamus cibus carbonum ignis, alimentumque flammæ terribilis: non demergamur in mare ardens, aut jactati obruamur fluctibus ignium. Non simus hæredes suspiriorum: neque gemitibus acerbis addicas nos: non fiamus habitatores locorum tenebrosorum, et regionum timore plenarum: non alieni fiamus ab hæreditate tua, neque privati familiaritate tua: sed cum invitatis ad recumbendum tecum, et vocatis ad convivium tuum conjunge nos, et splendore regni tui impingua nos. Et propter hæc omnia præcipue, Ecclesia tua B et grex tuus deprecatur te, et per te, atque tecum Patrem tuum, dicens.

Populus. Miserere.

Sacerdos. Nos quoque.

Populus. Te laudamus.

Sacerdos. Præcipue.

Diaconus. Quam timenda est hæc hora.

Sacerdos dicit invocationem Spiritus sancti.

Misericordiam tuam obtestor et deprecor, Domine Deus: miserere mei, et effunde super me et super oblationes istas propositas, gratiam Spiritus tui sancti: et munda me ab omnibus maculis peccati, et conforta me ad ministerium hoc purum et sanctum.

C *Sacerdos.* Exaudi me, Domine.

Populus. Kyrie eleison.

Sacerdos. Ut per illapsum suum exhibeat (28), panem quidem istum, † corpus sanctum † Christi Dei nostri †.

(27) ***Hoc est corpus meum.*** Id habet singulare illa verborum Christi formula, quod contra reliquarum omnium Græci, Coptici, et Syriaci ritus liturgiarum exemplum, particula illa, *quod pro vobis frangitur et datur in remissionem peccatorum*, omittitur: quæ tamen ex rigidiorum theologorum opinione necessaria non est: unde prætermittitur ubique in Missali Romæ edito. Sequentia autem verba, *suscipientes illud fideles præparat ad vitam æternam*, significant sacramentum digne susceptum gratiam conferre fidelibus ad consequendam vitam æternam.

(28) *Ut per illapsum suum exhibeat.* Eo in loco duæ voces occurrunt, quarum hac in oratione usus frequentissimus est: *illapsus* מאגננותא ἐπιφοίτησις, ἐπισκίασις, a verbo אגן quod legitur in versione Syriaca Lucæ I, 35. *Virtus Altissimi obumbrabit tibi*, ἐπισκιάσει: ut significetur illapsus Spiritus sancti in B. Virginem, ad formandum ex ea corpus, mox assumendum a Verbo Dei. Ut enim alibi explicatum est, ea comparatione Orientales uti potissimum solent, ad explicandam propositorum elementorum in corpus et sanguinem Christi mirabilem transmutationem. Altera vox est נחוא seu Græca ἀναδείξῃ quæ occurrit in Syriaca Jacobi liturgia, et de qua pariter dictum est, certisque argumentis demonstratum, intelligendam illam esse, non tam ex Syriaca quam ex Græca origine, ita ut non simpliciter *demonstrare* et *designare*, sed *efficere* et *consecrare* significet. Si quis pervicacius insistat, tricisque grammaticis simplicem et tot aliis liturgiis expressam sententiam obscurare nitatur, ex sequenti formula, quæ ad calicem refertur, refelli potest, in qua vox נעבד *faciat* usurpatur, significationemque alterius vocis determinat. Idem enim pro misto, quod calix continet, postulatur miraculum, ac pro pane in altari proposito: et si effectus non alius est, quam ut significet designetque sanguinem Christi, alia voce uti debebant liturgiæ auctores, quam ea quæ *efficere* significat. Si vere efficitur merum aqua mistum, sanguis Christi, vere quoque panis efficitur corpus Christi. Itaque dubium superesse nullum potest, quin utraque vox, diversæ licet originis et etymologiæ, eodem significatu accipienda sit: quod etiam variarum aliarum liturgiarum consensus demonstrat.

D In Romana editione forma Invocationis integra relicta est, eo solum a codicibus mss. discrimine, quod in utraque periodo, tam in ea quæ ad panem spectat, quam in altera, quæ ad calicem, occurrit vox eadem נחוא. An ita habuerint codices mss. ex quibus editio facta est, dicere non possumus: id autem facile fuit, cum Syri utraque voce indifferenter uti soleant. Verum si quidem emendandæ fuerunt in locis aliis Invocationis formulæ, in ista, ut in Jacobi liturgia, idem erat observandum: nam constare sibi debent in re tam gravi censorum judicia. Si quæ in duabus illis liturgiis intacta servata est, omni erroris suspicione caret: sollicitari et immutari aliæ non debebant, aut utraque, illa præ cæteris debebat emendari, ea ipsa ratione, quæ ipsam, ut verisimile est, a censura liberavit. Nam qui voce עבד, quæ ποιεῖν significat, offensi sunt, alteram חוא, ἀναδεῖξαι aliud quidpiam significari judicaverunt, scilicet *designare*, *demonstrare*, etc. At qui

Populus. Amen.

Sacerdos. Et mistum quod est in hoc calice, faciat sanguinem Christi Dei nostri.

Populus. Amen.

Sacerdos. Nobis autem per illorum susceptionem, det veniam delictorum, remissionem peccatorum, scientiam veram fidei, zelumque laudabilem religionis, et participationem vitæ æternæ.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Da, Domine, Ecclesiæ tuæ et præsulibus ejus, ut juxta præscriptum legum tuarum se gerant, omnibus diebus vitæ suæ.

Elevans vocem. Et oculos intellectuales mentis nostræ illumina, Domine, ut contemplemur miracula legum tuarum divinarum : et a lupis spiritualibus universum gregem tuum conserva : et simul referemus tibi gloriam et laudem, etc.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Memento, Domine, eorum qui invocant te cum fide vera, et bona operantur propter nomen tuum sanctum.

Elevans vocem. Omnes quoque reliquos orthodoxos auxilio tuo adjuvans, Domine, benedic eos qui juvant Ecclesiam tuam sanctam: ut ab omnibus glorificeris, cum unigenito Filio tuo, et Spiritu tuo sancto, etc.

Populus. Amen.

Sacerdos. Coerce et aufer a nobis, Domine, omnem potestatem inimicam pugnantem adversus nos.

Elevans vocem. Et concede, Domine, liberationem perfectam a bellis, tumultibus, et incursionibus barbarorum, populo tuo fideli : atque in pace, quæ a te est, conserva omnem gregem tuum : ut assidue glorificemus te, unigenitumque Filium tuum, et Spiritum sanctissimum.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Memento, Domine, sanctæ Genitricis Dei Mariæ, et sanctorum apostolorum tuorum, ut etiam illorum qui inter eos recenseri meruerunt.

Elevans vocem. Nos etiam robora, ut gloriose perficiamur in scientia vera, et conscientia sincera : ut ea ratione similes effecti sanctis tuis, qui tibi vivunt, et apud te custoditi, cum illis referamus tibi gloriam, etc.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Memento, Domine, Patrum sanctorum et beatorum, qui spiritualiter nos genuerunt, educaverunt, et aluerunt, in omni timore Dei.

Elevans vocem. Eorum qui doctores veri fuerunt Ecclesiæ tuæ sanctæ, et a seductionibus erroris eam converterunt, et vias rectas ad vitam immortalem, illi demonstraverunt : numeratos igitur inter ordines eorum fac nos, ut cum illis et inter illos referamus tibi gloriam, etc.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Miserere et parce, Domine, per hoc sacrificium, omnibus defunctis fidelibus, qui pridem decubuerunt, cum spe tua, in fide orthodoxa.

Elevans vocem. Omnes aspiciens cum misericordia, tanquam conditor animarum et corporum illorum. Acceptas igitur habe istas oblationes, quæ pro illis tibi offeruntur : et præsta illis bona promissa diligentibus Christum tuum ; per quem, et cum quo misericordiam consequi speramus, et remissionem peccatorum quæ propter eum est, et nobis et illis.

Populus. Quietem præsta.

Sacerdos. Propitius igitur esto omnibus iniquitatibus nostris et illorum, Domine, neque in memoriam revoces crimina quæ a nobis et ab illis commissa sunt : verum rege nos in hoc sæculo liberos a judiciis et angustiis, et in futuro fac nos pervenire ad habitacula lucis, gaudii et lætitiæ : ut hic et illic glorificemus, laudemus, veneremur et extollamus nomen tuum valde honorandum et benedictum, simulque Domini nostri Jesu Christi, et Spiritus tui sancti.

Populus. Sicut.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Sacerdos. Misericordiæ Dei sint.

Postea frangit oblatam et signat dicens : Credimus.

Diaconus dicit Catholicam.

Sacerdos dicit orationem ante Pater noster.

Princeps magne et Pater vere utriusque sæculi, Domine, qui nos ex nihilo eduxisti, ut essemus, et vias rectas salutis, per Filium tuum unigenitum docuisti nos : tu nunc etiam per gratiam tuam compatiens nobiscum, Domine, sanctifica mentes et linguas nostras, eo fine ut pure invocemus te Deum Patrem omnipotentem, sanctum, oremusque et dicamus : Pater noster qui es in cœlis.

Populus. Sanctificetur.

Sacerdos. Semper esto armatura nostra, Domine : auxiliator, et adjutor ; et a tentationibus præservator et liberator : quia tuum est regnum, et potestas et laus, unigenitique Filii tui, et Spiritus tui, etc.

Eucharistiam jam consecratam, corpus et sanguinem Christi designare dicit, errat longe deterius eo qui super dona proposita, verbis Christi a sacerdote rite pronuntiatis consecrata, invocari posse credit Spiritum sanctum, ut illapsu suo mysterium plena sanctificatione confirmet. Neque invocari potest Spiritus sanctus, aut illius illapsu et obumbratione opus est, ut panis et vinum significent corpus et sanguinem Christi. Nam mystica hæc adumbratio statim ab initio liturgiæ, etiam in præparatoria actione, per preces et cæremonias satis significatur : ut cum panis ad altare infertur, et dicitur : *Tanquam ovis ad occisionem ductus est :* et ad calicem : *Unus militum lancea latus ejus aperuit :* et alia similia, dudum ante quam pronuntientur Christi verba. Tota imo liturgiæ series eo spectat, cum repræsentatio sit totius humanæ ipsius in terris dispensationis.

Populus. Amen.
Sacerdos. Pax.
Populus. Et cum spiritu tuo.
Diaconus. Inclinate.
Populus. Coram te, Domine.
Sacerdos. Adorande qui ter adoraris, et sancte glorificaris, sanctifica, Domine, animas et corpora eorum qui coram te inclinati sunt, ut sancte mysteriis istis communicemus, et referemus tibi gloriam, etc.
Populus. Amen.
Sacerdos. Misericordiæ Dei sint.
Diaconus. Unusquisque cum timore.
Sacerdos. Sancta sanctis.
Populus. Unus Pater sanctus, etc.

Sacerdos dicit orationem gratiarum actionis.

Omnem laudem indeficientem, gratiæ tuæ inenarrabili offerimus, Domine: qui per susceptionem hujus mysterii illuminasti animas nostras radiis A spiritualibus divinitatis tuæ. Præsta nos igitur incolumes ab igne illo inexstinguibili, per istud convivium: et referemus tibi gloriam, etc.
Populus. Amen.
Sacerdos. Pax.
Populus. Et cum spiritu tuo.
Diaconus. Post.
Sacerdos. Domine, custodi populum tuum fidelem, et salva nos omnes ab omni timore et tremore: tranquillitatemque et pacem concede nobis omnibus, benedictionesque bonas, gaudia et exsultationem: ut pro omnibus retribuamus tibi gloriam, laudem, exaltationem et gratiarum actionem, Deoque Patri genitori tuo, et Spiritui tuo sancto, nunc, etc.
B *Populus*. Amen.
Diaconus. Benedic, Domine.
Sacerdos. Benedic nobis omnibus.
Diaconus. Benedicam Dominum.

SPURIA

—

S. EUSTATHII COMMENTARIUS IN HEXAEMERON

(Edidit Leo Allatius, Lugduni 1629, in-4. Eidem volumini inest Eustathii *Contra Origenem De engastrimytho Disputatio*, quam primus in lucem protulit Allatius.)

—

LECTORI.

Eustathius, Antiochenæ Ecclesiæ summus antistes, cujus apud veteres copiosa et honorifica mentio, eamdem cum aliis magni nominis scriptoribus, iniquam adversamque fortunam expertus est. Quæ enim ipse maximis vigiliis magnaque diligentia in catholicæ veritatis oppugnatores monumenta reliquerat, vel bonorum incuria, utinam non malorum inimicorumque hominum studio fraudeque! interiere; vel tractu ipso temporis, et rerum humanarum ingenio sunt absumpta. Sæpius legeram in antiquorum commentariis Eustathium hunc, divite verborum ac sententiarum copia, elegantique eruditionis varietate ad amussim perfecta, atque ad summum absoluta, eaque in magno numero scripta elucubrasse. Quæro avidius si quid reliqui est, nam omnia exspectare desipientis esse judicabam. Refertur a prudentissimis viris, nomen tantum superesse, monumenta excidisse omnia. Indolui. Quid enim facerem? Magnorum auctorum ruinas non sine dolore miseratus sum. At præsagus animus magis magisque inopia, ceu quodam incitamento accensus sagaci quadam curiositate omnia perlustrabat, si quid tanti viri offenderet. Quare impensius manuscriptos codices, cum liceret evolvebam, agitabamque intentius. Nec spes ad irritum cecidit. Forte enim dum Romæ bibliothecam quamdam librorum, et typis editorum, et manuscriptorum omni genere refertissimam amici cujusdam beneficio videndi gratia adeo, in ipso ingressu, dolet namque dum tempus abit iners, libro obvio non grandi volumine manus injicio, aperio, lego; quæ primo occurrere non displicent. Prosequor; diffunditur mens, animus erigitur, et aures dictionis sono, quasi voluptate titillantes, oblectantur. Nihil in eo tritum, nihil vulgare, rerum etiam ipsarum materies ciebat admirationem. Recurro ad frontem libri, auctorem perquiro; et, o lætum nuntium, o fortunatum diem, o insperatum gaudium! titulus hic erat: Εὐσταθίου ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας εἰς τὴν ἑξαήμερον ὑπόμνημα πάνυ θαυμαστόν. Diu hærens substiti, inopinato eventu perculsus, tandem ad finem libri propero, si forte omnia essent Eustathii. Præter hunc tractatum, cætera aliorum esse comperi, quæ in eo volumine continebantur. Exiguus potus sitim valde sitientis, non exstinxit, sed auxit. Sic si paululum aquæ magno igni infundas, accendes eum potius quam exstingues. Quamvis itaque meum desiderium non explevit,

lenivit tamen, et dum metuo moras celerrime nec invito custode, exscribo; deque illius in linguam Latinam versione cogito. Interea in aliis etiam bibliothecis perquirens idem opus eidem auctori ascriptum inveni, et in totius orbis terrarum instructissima ac celeberrima bibliotheca Vaticana, necnon nobilissima Vallicellana Romæ; et cum bibliothecam Palatinam Romam adveherem, Monachii in illustrissima Bavarica. Quare et promptior laborem amplexus, conatus sum de republica litteraria bene mereri.

Institutum meum fuit, mentem ac sententiam auctoris, simpliciter, fideliter ac perspicue transferre, quod primum præcipuumque munus esse interpretis semper existimavi, ita tamen quod nullum sit verbum quod non explicarim, nullumque addiderim a sententia alienum. Ubi rerum ordo, vel obscuritas dictionis id poscebat, blandienti luxuriantique orationi aliquid concessi. Quapropter nec verbis me astrinxi, nec periodis colligavi, dummodo sententiam explicarem : quam antiquorum ut potui et Plinii præsertim verbis expressi. Ad rerum enim naturas ingeniaque exponenda Pliniano stylo nullus mihi videtur aptior, nullus accommodatior, opportunior nullus. Quod an sim assecutus æquus judicet lector. In textu Græco nihil immutavi, nihil detruncavi, nihil addidi. Sed ut habui, omnia pure dedi. Quoniam autem multis in locis textus erat mutilus, lacunosus, inversus, multisque etiam obscurus, ne tanquam rem desperatam abjiceremus, notas et collectanea subjunxi, quibus illa loca vel emendantur, vel supplentur, vel ad pristinam formam reducuntur; idque aliorum Patrum scriptorumque fultus sententiis, quandoque etiam meis aggressus sum, et sæpenumero etiam divinavi. Sat scio meum studium, et industriam iniquos venenoso hiatu rictuque dilaceraturos, cum ipsi non possint meliora. Non desistam tamen absterritus, quin alacrior de aliis bene mereri conabor. In notis fui prolixior; multa namque quæ occurrebant necessaria, et dubia explicavi aliorum auctorum collatione, quorum loca exscripsi, ne lector, vel auctores habendo nimis fatigareris in illis inveniendis, vel non habendo, fraudareris spe, et desiderio illos videndi. Quidquid tamen sit, quod ab aliis in exponendis auctoribus exoptassemus, hoc nos in aliorum usum effecimus. Sicque in corrigendis aliis caute, in reprehendendis modeste, in laudandis officiose nos gessimus, quemadmodum et obtrectatorum in alios maledicta negleximus.

Argumentum hujus operis est, divini Numinis in humanam naturam beneficia collata palam omnibus facere; ejusque bonitatem, potentiam, sapientiam, clementiam, tolerantiam ostendere; quod ex ipsa rerum creatione, elementorum scilicet productione, ornatu mundi, motus æquabilitate, solis, lunæ siderumque omnium pulchritudine ac vi, maris atque terrarum magnitudine, animalium proprietatibus, hominis structura, propagatione, multiplicatione, ac tandem via ad gratiam, quæ per Christum illuxit, confirmat et comprobat. Quæ omnia ita acerrimo ingenio Eustathius adinvenit, disponit et prosequitur, ut ab ipso Deo rerum naturæque opifice ea didicisse videatur. Multa in aliis et elegantissime scripta et prudentissime dictata invenies, at dictis Eustathii, absit verbo injuria, nihil est præstabilius, nihil pulchrius, sed ne cogitari quidem melius potest. Unde non immerito tractatus hic inter alios aliorum de eadem materia solus ὑπόμνημα πάνυ θαυμαστόν vocari meruit; quod in omnibus cod. præfixum post titulum legitur. Non deerunt, qui id fieri potest? qui ne morem perdant, aliquid Eustathio objicient, et cum non possint nec orationis structuram, nec ordinem rerum reprehendere, notabunt rerum quas tractat incertitudinem, contendentque vulgaria esse et anilia quæ hic continentur, viro ecclesiastico et tanto Patri indigna. Hoc item Epiphanio in *Physiologo* objectum est a quibusdam, acriusque in illum animadversum. Inter eos Conradus Gesnerus, et non infimi nominis auctor Pererius, qui *in Genes.* cap. XXX, disp. 1, scribit : *Nec admodum quempiam moveat Epiphanii auctoritas id tradentis in* Physiologo. *Nimirum is non tam in eo libro diligens et curiosus fuit veritatis historiæ earum rerum quas ibi memorat, quam eas res interpretandi apposite pieque secundum intelligentiam allegoricam et tropologicam. Quare proprietates animalium et plantarum vulgo creditas, et consilio et proposito suo accommodatas libenter assumpsit.* Sed pro Epiphanio satis superque respondet Consalvus Pontius Præfatione ad lectorem, in ejusdem Epiphanii *Physiologo*.

Quæ de proprietatibus animalium et Judæorum antiquitate, aliisque nonnullis edisserit Eustathius, ea sunt multorum auctorum firmata consensu. Quod ut magis, ac magis innotescat in notis laudavi auctores unde desumpsisse videtur, necnon et eos qui ab Eustathio sua mutuati sunt. Rebus enim hoc addit maximam auctoritatem, habere viros laudatos, qui una tecum sentiant eademque narrent. Mirum autem est in omnibus acre tanti Patris judicium eligit meliora totaque, veluti margaritas e luto, in suaque scripta transfert, cætera ut abjecta, vilia nulliusque momenti despicit negligitque, accuratæ ejus in omnibus diligentiæ exquisitique studii argumentum. Alias, annuente Deo, et benignitate, ac humanitate illustrissimi ac reverendissimi Francisci cardinalis Barbarini, S. R. E. bibliothecarii, cujus nutu securo, felicissimis studiis auspiciisque munificis res litterariæ reparatæ fundantur et confirmantur, favente, nonnulla alia ejusdem, et præsertim quæ *adversus Origenem de engastrimytho* disertissime piissimeque composuit, dabo; quibus et hæc mea addam, et meliora, et emendatiora. Hæc, lector, volebam nescius ne esses. Vale.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΞΑΗΜΕΡΟΝ

ΥΠΟΜΝΗΜΑ

—

S. P. N. EUSTATHII

ARCHIEPISCOPI ANTIOCHENI ET MARTYRIS

COMMENTARIUS IN HEXAEMERON

Leone Allatio interprete.

—

Clemens et Africanus, et præter hos Tatianus, et ex Judæis Josephus et Justus, proprio quisque modo, ab antiquis historiis ad id probandum præbitis argumentis, divinum Moysem temporibus Inachi qui septingentis annis bellum Trojanum antecesserat, floruisse, litteris prodidere. Quidam etiam sanctitate illustris, exquisitissime temporum ratione contracta, sanctissimum Jacobum ætate Inachi comperit claruisse. Sed hoc de Moyse Josephus affirmat. Ipse enim cum annorum ordinem ratione et judicio, quasi regulam quamdam, e regione disposuisset, omnium gentium dominos inter se collatos enumeravit. Collegit autem annos regni Chaldæorum, Assyriorum, Medorum, Persarum, Lydorum, Hebræorum, Ægyptiorum, Atheniensium, Argivorum, Sicyoniorum, Lacedæmoniorum, Corinthiorum, Thessalorum, Macedonum, Latinorum, qui postea Romani nuncupati sunt. Horum temporibus in eadem serie notatis, cujusque nationis principum annos congessit. In his annos dominii Assyriorum, reginæ Semiramidis nempe, annis Abrahami opponit. Semiramidis namque temporibus, beatus Abrahamus clarus habebatur, Josephus tempore Inachi, Moyses Cecropis, quem ante Trojana tempora annis CCCXXX primum Atticæ regnum occupasse, historiis Græcorum traditum est; ita ut sapientibus antiquis, qui id nominis apud Græcos consecuti sunt, Moyses sit antiquior Homero, Hesiodo, Trojanis temporibus, Hercule, Musæo, Lino, nec non Chirone, Orpheo, Dioscuris, Æsculapio, Libero Patre, Mercurio, Apolline, mysteriis initiisque Græcorum, et ipsis rebus a Jove gestis. Præterea Deucalioneo diluvio, terrarum tempore

A Κλήμης μὲν οὖν, καὶ Ἀφρικανὸς καὶ πρὸς τούτοις Τατιανὸς, τῶν δὲ ἐκ περιτομῆς Ἰώσηπος, καὶ Ἰοῦστος κατὰ Ἴναχον ἀκμάσαι τὸν θεσπέσιον Μωϋσέα ἱστόρησαν, ἰδίως ἕκαστος ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας ὑποσχὼν τὴν ἀπόδειξιν. Ἴναχος δὲ ἑπτακοσίοις ἔτεσι τὸν Ἰλιακὸν προτερεῖ πόλεμον. Τῶν δὲ ἁγίων τις* ἀκριβεστάτην τῶν χρόνων ποιησάμενος τοῖς χρόνοις Ἰνάχου, τὸν μὲν ἁγιώτατον εὗρεν Ἰακὼβ συνακμάσαντα· Μωϋσέα δὲ Ἰώσηπος. Χρονικοῦ γὰρ κανόνος σύνταξιν ἐπινοήσας ἐκ παραλλήλου, ἀντιπαρέθηκε τὸν παρ' ἑκάστῳ ἔθνει δυναστεύοντα. Συνήγαγε δὲ χρόνους τῆς βασιλείας Χαλδαίων, Ἀσσυρίων, Μήδων, Περσῶν, Λυδῶν, Ἑβραίων, Αἰγυπτίων, Ἀθηναίων, Ἀργείων, Σικυωνίων, Λακεδαιμονίων, Κορινθίων, Θετταλῶν, Μακεδόνων, Λατίνων, τῶν ὕστερον κληθέντων Ῥωμαίων. Καὶ τούτων τοὺς χρόνους ἐπὶ ταυτ..... σας ἑκάστου ἔθνους τῶν βασιλέων συνεκ..... χρόνους, ἀντιπαρατιθεὶς τὰ ἔτη τῆς βασι- B λείας Ἀσσυρίων βασιλίδος, τουτέστι τῆς Σεμιράμεως Ἀβραὰμ τοῖς ἔτεσι. Κατὰ γὰρ τὴν Σεμίραμιν Ἀβραὰμ ὁ μακάριος ἐγνωρίζετο· ὁ δὲ Ἰώσηππος κατὰ Ἴναχον· Μωϋσῆς δὲ κατὰ Κέκροπα, ὃν πρὸ τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι τριακοσίοις........ πρῶτον τῆς Ἀττικῆς Ἑλλήνων παῖδες, ὡς εἶναι τῶν παρ' Ἕλλησιν ἀρχαίων σοφῶν τὸν Μωϋσέα πρεσβύτατον, Ὁμήρου λέγων καὶ Ἡσιόδου, καὶ τῶν Τρωϊκῶν, Ἡρακλέους τε, καὶ Μουσαίου, καὶ Λίνου, ἔτι τε Χείρωνος, Ὀρφέως, Διοσκούρων, Ἀσκληπιοῦ, Διονύσου, Ἑρμοῦ, Ἀπόλλωνος, καὶ τῶν Ἑλληνικῶν μυστηρίων, καὶ τελετῶν, καὶ αὐτῶν τῶν Διὸς πράξεων· ἔτι δὲ τοῦ κατὰ Δευκαλίωνα κατακλυσμοῦ, καὶ τῆς ἐπὶ Φαέθοντος ἐκπυρώσεως, Ἐριχθονίου τε γενέσεως ἐξ Ἡφαίστου καὶ Γῆς, καὶ Κόρης ἁρπαγῆς. Οὗτοι γὰρ πάντες

* Eusebius.

A ὑπῆρξαν μετὰ Κέκροπα, ὃν πολλὰ Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος τοῖς χρόνοις ὑποβεβήκασιν. Εἰ δὲ τούτων ἐλαττοῦνται τοῖς ἔτεσι, πολὺ δήπου τῆς Μωϋσέως ὑπάρχουσιν ἡλικίας κατώτεροι. Οὗτος τοίνυν τῶν σοφῶν πάντων διδάσκαλος ἀνεδείχθη τῆς ἀληθείας θειότατος. Τὴν γὰρ τῶν Αἰγυπτίων λεγομένην διαπτύσας σοφίαν, ἄριστα περὶ τῆσδε τοῦ κόσμου διεξῆλθε συστάσεως, ὑπ' αὐτοῦ δηλονότι τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ καὶ δημιουργοῦ τοῦ παντὸς ἐμπνευσθεὶς τὴν ἀλήθειαν. Λέγει γάρ· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.* Καὶ πολλοὶ τῶν παρ' Ἕλλησι τἀναντία τούτων διεξιέναι τολμήσαντες εἰς βυθὸν ἀγνοίας κατηκοντίσθησαν. Τὰ γὰρ ἐξ ἀνθρωπίνης διανοίας προφερόμενα δόγματα σαφῆ.... ἄνει καὶ ἀνερμάτιστα. Οὐδεὶς γὰρ παρ' αὐτοῖς ἕστηκε λόγος ἀκίνητος, ἀεὶ τοῦ δευτέρου τὸν πρὸ αὐτοῦ B καταβάλλοντος· ὥστε μηδὲν ἔργον εἶναι τοῖς πιστοῖς, τἀκείνων ἐλέγχειν, ἀρκούντων ἐκείνων ἀλλήλοις πρὸς τὴν οἰκείαν ἀνατροπήν. Ὁποῖος δὲ τὸ σχῆμα καὶ τὴν οὐσίαν ὁ οὐρανός ἐστι, διδάσκει ἡμᾶς Ἡσαΐας λέγων· *Ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν·* αὐτοῦ λεπτὴν, καὶ οὐ στερεὰν, οὐδὲ παχεῖαν αἰνιττόμενος εἶναι, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· *Ὁ στερεώσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καπνόν.* Τὴν δὲ γῆν φάσκει ὁ ψαλμὸς ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἐνηρεῖσθαι, λέγων· *Αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτὴν, καὶ ἐπὶ ποταμῶν ἡτοίμασεν αὐτήν.* Καὶ τὸ πῶς οὐ δεῖ πολυπραγμονεῖν, ἀλλὰ πιστεύειν. Τὸ γὰρ ἁπλοῦν τῆς πίστεως ἰσχυρότερον ὑπάρχει λογικῶν ἀποδείξεων· ἀνέφικτα γὰρ καὶ ἀκατάληπτά ἐστι τοῦ Θεοῦ τὰ κρίματα.

Phaetontis deflagratione, Eritchthonii ortu ex Vulcano et Terra, atque raptu Proserpinæ. Illi enim omnes post Cecropem fuere, quo Homerus et Hesiodus longe ætate posteriores. Qui si annis horum sunt inferiores, næ ab ætate Moysis longe dissitos esse comperimus. Hic itaque ex omnibus sapientibus divinissimus veritatis præceptor habitus est. Etenim Ægyptia, quam dicunt, sapientia delibata, omnium optime de mundi hujus constructione, ipsius scilicet Dei, rerum et universi hujus Opificis, afflatu concitatus ad veritatem disseruit. Dicit enim, *In principio creavit Deus cœlum et terram* [a]. Nonnulli Græcorum in contrariam partem permulta disputare conati, in profundum ignorantiæ præcipites acti sunt. Dogmata namque humana ratione judicioque prodita, multis obscuritatis latebris involuta latent, nec ullo firmitatis fulcro constabilita vacillant. Nulla quippe sententia apud eos immota manet, semper primum oppugnante secundo, ita ut eos refellere nihil sit negotii, cum illi propriis dogmatibus evertendis sufficiant. Qualis porro figuræ naturæque cœlum sit, nobis Isaias verbis illis significavit : *Qui stare fecisti cœlum quasi fornicem ;* quibus etiam tenuem illius et non solidam, neque crassam naturam esse innuit, sicuti et alibi dicit : *Qui firmasti cœlum quasi fumum.* Terram vero Psalmodus ait super aquas sustentari. *Ipse super maria fundavit eam, et super flumina præparavit eam* [b]. Sed enim modum non debemus curiose inquirere, verum credere. Simplicitas enim nostræ fidei demonstrationibus dialecticis, longe validior est, cum judicia Dei, nec comprehendi possint, nec ea capiat humanæ conjectura mentis.

C *Τῇ πρώτῃ οὖν ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὸ φῶς*· καὶ πάντα ὀξείᾳ καιροῦ ῥοπῇ κατεφώτισε· τοῦτο δέ ἐστι τὸ φθαρτόν. Πρὸ γὰρ τούτου σκιάσματι περιεῖχε σκοτεινὸν τοῦ οὐρανοῦ περιταθέντος, καὶ πάντα ὅσα συνεῖχε, καὶ τὸν ἀπολειφθέντα τόπον ἀφεγγῆ καταστήσαντος. Ἔξωθεν δὲ τοῦ οὐρανοῦ φῶς εἶναι ἀσκίαστον, καὶ ἄφθαρτον, καὶ αἰώνιον, ἐν ᾧ ἄγγελοι διαιτῶνται, περὶ οὗ φησι Σολομῶν· *Φῶς δικαίοις διὰ παντός*, εἰς ὃ καὶ οἱ καλῶς βιώσαντες ἀναπαύονται. Νοήσεις δὲ τούτου τὴν οἰκονομίαν ἐξ ἐναργοῦς παραδείγματος, ὅτι φῶς ἄσβεστον τὸν ἔξω χῶρον περιλάμπει τοῦ οὐρανοῦ. Τὸν δὲ ἔσω ἀχλὺς περιεῖχε πρὸ τοῦ γενηθῆναι τὸ φῶς. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐν σταθερᾷ μεσημβρίᾳ πήξας ἐκ πυκνῆς ὕλης σκηνὴν σκότος D αὐτοσχέδιον ποιεῖ, καὶ οὐδαμῶς φωτισθῆναι δύναται ὁ περιεχόμενος τόπος, εἰ μὴ φωτὸς ἐκλάμψῃ μαρμαρυγή· οὕτω τοιοῦτον ἀνυπόστατον σκότος περιεῖχε τὸν κόσμον ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ καλυπτόμενον, ὅπερ ὁ Θεὸς διεχώρησε δημιουργήσας τὸ φῶς, καὶ ἡμέραν αὐτὸ προσονομάσας, καὶ τὸ σκότος νύκτα. Ἀναχεομένου γὰρ τοῦ φωτὸς, ἡμέρα γίγνεται, συστελλομένου δὲ, νὺξ ἀντέπεισιν. Ὅθεν καὶ ἐν τῇ συμμετρήσει τῶν χρόνων ἡμέρας, καὶ οὐχὶ νύκτας ἀριθμοῦμεν.

Primo itaque die creavit Deus cœlum, et terram, et lucem, et omnibus velocissimo puncto temporis, lumen quod corruptioni obnoxium est, communicavit. Ante enim illud umbra quædam obscura cœlo extenso dejecta velabat omnia, lumenque a locis illis arcebat. Verum extra cœlum, lumen quod obscurari non potest, omni corruptione, omni ætate superius, in quo angeli degunt, extenditur, de quo Salomon ait : *Lumen justis in perpetuum;* in quod, qui bene vixerint, delati quiescunt. Dispositionem hanc dilucidam reddet clarum et apertum exemplum, lumen scilicet inexstinctum, locum omnem cœli exterum illuminare, quem vero complexu suo cœlum tenet, antequam lumen fieret, caligine ac tenebris tectum non apparuisse. Quemadmodum enim si quis meridie ferventissimo ex densa materia tabernaculum confecerit, obscuritatem et tenebras ex tempore paratas affert, neque locus ille qui illius circumflexu tegeretur, potest illuminari, ni luminis radio fuerit perfusus : sic similes tenebræ quæ non subsistebant, mundum quem cœlum complectitur adumbrabant, eas Deus, producto lumine, sejunxit, lumen diem, tenebras noctem nuncupavit. Etenim dum lumen diffunditur, gignitur dies; dum contrahitur, nox advenit; quare, et dum tempora commetimur, dies, non autem noctes annumeramus.

[a] *Gen.* I, 1. [b] *Psal.* XXIII, 2.

Secundo die creavit Deus firmamentum naturæ diversæ. Aliud autem id est, et aliud cœlum a principio productum : quamvis quisbusdam unum quid et idem esse placuerit; aiunt namque hoc secundi perfectionem fuisse; ibi enim quasi confuse et permiste terræ et cœli creationem, hic discretius et exactius modum quo Deus ea produxit, sacræ litteræ tradunt. Nos vero fatemur aliud, et aliud, cum et nomen aliud, et proprium usum secundo cœlo suppeditatum cognoscamus. Diversum itaque est solidiore natura præditum ab eo quod initio fuit creatum. *Et divisit Deus in medio aquarum* [7], quæ sub firmamento sunt. Infinitam enim atque immensam aquarum vim sejunxit, ita ut et super et infra firmamentum abundarent. Æther igneus est et incensus, totumque terrarum orbem utique consumpsisset, ni sui creatoris præscriptis imperatisque compesceretur. Propterea et aquæ surgunt aereæ, ex vaporum exspiratione per nubes delatæ, quos vapores, et flumina, et fontes, et stagna, et maria emittunt, ne æther omnia perdat inflammata. Imbres ita generantur; exhalationes sursum per aera feruntur, ventorumque compressionibus condensantur, et vapores in nube concreti alii ab aliis segregati, guttæ fiunt, hinc pondere coagmentatorum defluunt. Nix ex aquis sic coalescit; vi ventorum humidum discerptum in spumam redigitur, totumque per quamque sui partem divisum frigefactum congelatur, et nebula disrupta, nix cadit. Tonitrua conflictu flatus existunt, qui in cavis nubium actus vique erumpens, tonitrus fragorem edit.

A Τῇ δὲ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸ στερέωμα. Τοῦτο δὲ ἕτερόν ἐστι παρὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς ποιηθέντα οὐρανόν. Καὶ εἴρηται τοῖς *, ὅτι καὶ ταυτόν ἐστιν· ἐπεξέργασις γάρ ἐστί φησι τοῦ δευτέρου, διὰ τὸ ἐκεῖ μὲν παραδεδόσθαι ὡς ἐν κεφαλαίῳ γῆς καὶ οὐρανοῦ ποίησιν· ἐνταῦθα δὲ ἐπεξεργαστικώτερον τὸ πῶς γέγονεν ἡ Γραφὴ παραδίδωσιν. Ἡμεῖς δέ φαμεν ἄλλο, καὶ ἄλλο· ἐπειδὴ καὶ ὄνομα ἕτερον καὶ χρεία ἰδιάζουσα τοῦ δευτέρου οὐρανοῦ παραδέδοται. Ἕτερος οὖν ἐστι παρὰ τὸν ἐν ἀρχῇ ποιηθέντα οὗτος, στερεωτέρας ὑπάρχων φύσεως. *Καὶ διεχώρησεν ὁ Θεὸς ἀνὰ μέσον τοῦ ὕδατος*, ὃ ἦν ὑποκάτω τοῦ στερεώματος. Ἄπειρον γὰρ οὖσαν τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν διεμέρισεν, ὥστε καὶ ἐπάνω εἶναι τοῦ στερεώματος, καὶ ὑποκάτω. Ὁ δὲ αἰθὴρ πυρώδης ἐστὶ καὶ διακαής,
B καὶ πᾶσαν ἂν τὴν ἤπειρον ἐξανάλωσεν, εἰ μὴ τῷ ὅρῳ τοῦ ποιήσαντος αὐτὸν κατείχετο. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὕδωρ ἐστὶν ἀέριον ἐκ τῆς ἀναφορᾶς τῶν ἀτμῶν διὰ νεφῶν φερόμενον, οὓς ἀτμοὺς οἱ ποταμοὶ, καὶ αἱ κρῆναι, καὶ αἱ λίμναι, καὶ τὰ πελάγη πάντα προΐενται, ὡς ἂν μὴ πάντα ὁ αἰθὴρ πυρακτώσας ἐξαναλώσειε. Γίνεται δὲ οὕτως ὁ ὑ... συνάγονται περὶ τὸ ὕψος αἱ ἀναθυμιάσεις, καὶ πυκνοῦται ὁ ἀὴρ ταῖς τῶν πνευμάτων πιλήσεσι, καὶ αἱ νοτίδες αἱ τῷ νέφει ἐνεσπαρμέναι, ἀλλήλαις προσχωρήσασαι, σταγόνες γίνονται, καὶ τῷ βάρει τῶν συγκριθέντων πρὸς τὸ κάτω ἐφίενται. Ἡ δὲ χιὼν ἐκ τῶν ὑδάτων οὕτω συνίσταται· ἐκ τῆς βίας τῶν ἀνέμων ἀνακοπὲν τὸ ὑγρὸν ἐξαφρίζεται· καὶ ὅλον δι' ὅλου ἀνακοπὲν, καταψυχθὲν πήγνυται, καὶ θραυσθέντος τοῦ νέφους, ἡ χιὼν καταφέρεται. Ἡ δὲ βροντὴ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον....
C ἀντιτυπία γίγνεται, ὅπερ ἐλαυνόμενον ἐν ταῖς κοιλότησι τῶν νεφῶν, καὶ βιαίως ἐκρηγνύμενον τὸν τῆς βροντῆς ἦχον ἀποτελεῖ.

Die tertio Dei mandato *convenerunt aquæ in congregationes suas, et apparuit arida, et vocavit aridam terram, et congregationes aquarum vocavit maria* [8]. Propterea congregatæ sunt in locum unum, ne e locis in quibus manent recedentes, sublatæ atque redundantes effusæ, terram inundarent. Ideo sæpissime mare vi ventorum agitatum atque turbatum, quasi furens undis, se in immensam altitudinem attollit; sed ubi tantum in littus pervenerit, alliso impetu, facta spuma, et dealbatum regreditur, imbecillima omnium arena quasi freno injecta. Quid enim mare Rubrum repressit, atque alligavit, ne universa Ægypto, cum ea excelsius sit, immersa, proximo se mari applicaret, ni solum sui Opificis mandatum? Hoc autem verum esse, opere nobis Sesostris Ægypti rex, mox Darius Medus testatum reliquere. Ægytium enim ac Indicum mare simul conjungere aggressi, non potuerunt. Ita mari Rubro Ægyptus depressior est. Mandavit itaque ut convenirent in congregationem unam, et ne ex hac aliud fieret mare, sed in una manerent collectione. Multæ etenim erant per varia loca aquæ dispersæ, quippe et montium cavitates vallesque aquas in se congregatas continebant. Illud vero, *et congregatio-*

Τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ προστάγματι τοῦ Θεοῦ *συνήχθη τὸ ὕδωρ εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν, καὶ ὤφθη ἡ ξηρά· Καὶ ἐκάλεσε τὴν ξηρὰν γῆν, καὶ τὰ συστήματα τῶν ὑδάτων ἐκάλεσε θαλάσσας.* Συνήχθη διὰ τοῦτο εἰς συναγωγὴν μίαν, ἵνα μὴ ἐκ τῶν χωρίων ἔνθα ἐστὶν........ καὶ ὑπεκβαῖνον ἐπικαλύπτῃ τὴν ἤπειρον. Διὰ τοῦτο μαινομένη πολλάκις ἐξ ἀνέμων ἡ θάλασσα, καὶ εἰς ὕψος μέγιστον διανισταμένη τοῖς κύμασιν, ἐπειδὰν μόνον τῶν αἰγιαλῶν ἅψηται, εἰς ἀφρὸν διαλύσασα τὴν ὁρμὴν, ἐπανῆλθε, τῇ πάντων ἀσθενεστάτῃ ψάμμῳ χαλινωθεῖσα. Ἐπεὶ τί ἐκώλυσε τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν ἐπικλύσαι πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον κοιλοτέραν αὐτῆς ὑπάρχουσαν, καὶ συναφθῆναι τῷ παρακειμένῳ πελάγει, εἰ μὴ
D ὑπῆρχε τῷ προστάγματι τοῦ κτίσαντος πεπεδημένη; Ὅτι δὲ ἀληθὲς τοῦτο ἔργῳ ἡμᾶς ἔπεισαν Σέσωστρις ὁ Αἰγύπτιος καὶ Δαρεῖος ὁ Μῆδος. Τὸ γὰρ Αἰγύπτιον καὶ τὸ Ἰνδικὸν ἐπιχειρήσαντες συνάψαι πέλαγος, οὐκ ἠδυνήθησαν. Οὕτως ὑπάρχει κοιλοτέρα τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἡ Αἴγυπτος. Προσέταξεν οὖν συναχθῆναι εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ μὴ ἀπὸ ταύτης ἄλλην γενέσθαι θάλασσαν, ἀλλὰ τῇ πρώτῃ ἀπομεῖναι συλλογῇ. Πολλὰ γὰρ ἦν.................. ὕδατα............. κοιλότητες.......

[7] *Gen.* I, 6. [8] *Ibid.* 9, 10.

συλλογὴν καὶ αἱ φάραγγες. Τὸ δὲ, *καὶ τὰ συστήματα τῶν ὑδάτων ἐκάλεσε θαλάσσας*, τοὺς κόλπους σημαίνει τοὺς κατὰ τὸ ἴδιον σχῆμα ὑπὸ τῆς περιχειμένης γῆς ἀπολειφθέντας· οἷον θάλασσα βόρειος, θάλασσα νότιος, ἑῴα, ἑσπέρια πελάγη, καὶ τούτων ὀνόματα ἰδιάζοντα, Πόντος Αἰγαῖος, Ἰώνιος, Σαρδωνικὸν, Σικελικὸν, Τυῤῥήνιον. Οὐ τὰ τυχόντα δὲ τῶν ὑδάτων ἀθροίσματα εἰς μίαν κατέληξε θάλασσαν, ἤτοι σύστασιν, ἀλλὰ τὰ μέγιστα καὶ ἐξέχοντα· οὐ γὰρ καὶ τὰ τελματιαῖα καὶ λίμνια χρὴ νοεῖν. Ὥσπερ γὰρ τὸ πῦρ καὶ εἰς μικρὰ κατακεκερματισμένον ἐστὶ καὶ ἀθρόον ὑπὸ τοῦ ἀέρος κέχυται, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ὕδατος, εἰ καὶ μικραί τινές εἰσι διῃρημέναι συστάσεις, ἀλλὰ μία γε ἐστὶ συναγωγὴ, ἡ τὸ ὅλον στοιχεῖον τῶν λοιπῶν ἀποκρίνουσα. Πηγὴ γάρ ἐστι τῆς περὶ γῆν ἁπάσης νοτίδος τὸ τῆς θαλάσσης ὕδωρ, καὶ πᾶσα ἡ γῆ ὑπόνομός ἐστι, καὶ διὰ πόρων ἀφανῶν διαδίδοται, καθὼς δηλοῦσι τόποι τινὲς τῆς ἠπείρου ὕπαντροι. Ἡ γὰρ ῥοώδης θάλασσα διὰ τόπων στενῶν διατρέχουσα, ἐπειδὰν σκολιαῖς καὶ ὀρθίοις ἐξόδοις ἐναπολειφθῇ, ὠθουμένη τῇ βίᾳ τοῦ πνεύματος τῆς γῆς ἀποῤῥήσσει τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ ἐπὶ τὸ ἔξω προελθοῦσα, γίνεται πότιμος ἐκ τῆς διηθήσεως μεταβληθεῖσα εἰς γλυκύτητα. Πάλιν δὲ ἐπειδὰν θερμοῖς τόποις ἐναπολειφθῇ πρὸς τὴν ἔξοδον, τῇ αὐτῇ αἰτίᾳ ἑλκομένη ὑπὸ τοῦ πνεύματος ζέουσα γίνεται. Αὕτη καὶ τῶν ἀερίων ὑδάτων πηγὴ καθέστηκε· διὰ νεφῶν γὰρ ἀνελκόμενα αὐτῆς τὰ ὕδατα, καὶ ὑπὸ τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος θαλπόμενα, καὶ τῇ σκιᾷ τοῦ νέφους καταψυχθέντα, καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὕψους αἰθριασθέντα γλυκαίνεται, καὶ καταψεκάζει τὴν ἤπειρον. Τῇ δ' αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ *βλαστῆσαι βοτάνην χόρτου τὴν γῆν* ὁ Θεὸς προσέταξεν· *Σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος, καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ*. Καὶ ἔτι καὶ νῦν ἡ τάξις τῶν φυομένων μαρτυρεῖ τῇ πρώτῃ διακοσμήσει. Ἡ γὰρ βλάστησις καθηγεῖται πάσης βοτάνης, καὶ πάσης πόας· νοτίδας γὰρ συμμέτρως καὶ θερμὴν ἐχούσης τῆς γῆς, τὸ σπέρμα εἰς αὐτὴν καταβάλλεται, καὶ γίνεται χαῦνον καὶ πολύσπορον, καὶ τῆς περὶ αὐτὸ γῆς ἀρξάμενον πρὸς αὐτὸ ἐπισπᾶται τὰ οἰκεῖα καὶ σύμφυλα, καὶ πιαινόμενον ἐπὶ πλεῖον πλατύνεται· ὥστε ῥιζοῦσθαι μὲν εἰς τὸ κάτω, προκύπτειν δὲ εἰς τὸ ἄνω, καὶ ἰσαρίθμους ταῖς ῥίζαις τοὺς καλάμους προβάλλεσθαι. Θαλπομένου δὲ ἀεὶ τοῦ βλαστήματος, συρομένη διὰ τῶν ῥιζῶν ἡ νοτὶς, ὑπὸ τῆς θέρμης συνεπάγεται τῆς γῆς τὸ τρόφιμον· καὶ καταμερίζεται τοῦτο εἰς καλάμην, καὶ φλοιὸν, καὶ τὰς θήκας τοῦ σίτου, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν σῖτον, καὶ τοὺς ἀνθέρικας. Ἡ δὲ καλάμη τοῦ σίτου κονδύλοις διαζώννυται, ἵν' ὡς σύνδεσμοί τινες τῶν σταχύων τὸ βάρος φέρωσιν. Ἔστι δὲ καὶ ἡ καλάμη διάκενος, ὅπως θήκη τοῦ κόκκου γένηται, πρὸς τὸ μὴ τοῖς σπερμολόγοις ὑπάρχειν εὐδιάρπαστον. Τοὺς δὲ ἀνθέρικας ἀντὶ ἀκίδων προβέβληται, ἵνα τῶν μικρῶν ζώων τὰς βλάβας εἴργωσιν. Ὁ δὲ βρόμος δι' ὅλου κενὸς καθέστηκεν, ἐπειδὴ τὴν κεφαλὴν οὐ βαρύνεται. Καὶ εἰ

A *nes aquarum vocavit maria*, sinus maris significans, quosque ad sui figuram terra ambiens complectitur; tales sunt mare Aquilonare, mare Australe, Orientale, Occidentale, et horum propria nomina Pontus Ægæus, Ionius, Sardonius, Siculus, Tyrrhenus. Cæterum non quoscunque aquarum conventus in unum mare congessit, vel cœtum, sed maximos atque ingentiores; nam neque palustres, neque stagnantes hic intelligendi sunt. Veluti enim ignis et in minutas partes redigitur, et totus simul aerem circumdat, sic et in aquis, etsi parvæ quædam, ac inter se dissitæ collectiones exsistant, una tamen est congregatio, quæ totum elementum hoc a cæteris sejungit. Totius enim humiditatis quæ in terra latet fons est et origo maris aqua, quæ, cum universa B terra cuniculosa sit, per meatus minime oculis obvios effunditur, ut ex locis quibusdam terræ cavernosis manifestum apparet. Fluidum namque mare per angusta loca excurrens, ubi obliquis et rectis exitibus cursum inflexerit, vi flamineque ventorum, terræ superficiem disrumpit, egressumque usu est efficaci ad potum, percolatum enim cribratumque dulcescit. Rursus si locis fervidis relinquatur, eadem ratione a vento in exitum ductum fervescit. Fons item est aquarum, quæ aerem occupant; illius enim aquæ per nubes attractæ nec non a solis radiis calefactæ, mox nubis umbra frigefactæ, tandem ipsa altitudine cœlo expositæ dulcescunt, terramque guttis aspergunt. Hoc eodem die jussit Deus ut C *terra germinaret herbam virentem, et facientem semen suum lignumque fructiferum faciens fructum, cujus semen in semetipso* [a]; et ad hæc tempora eorum quæ gignuntur e terra series, quænam fuerit prima rerum distinctio descripta, declarat. Germinatio namque qualibet herba plantaque prior est. Semen enim, ubi terra illud gremio moderate humido calidoque sparsum ac subactum excepit, mollitur, fitque ad res abunde gignendas idoneum: hinc primum e terra quæ ambit, magis sibi natura cognatum atque affine attrahit, quo pinguefactum latius extenditur, ita ut ima sede radicibus defigatur, erumpat superiori edatque radicibus pares numero stipulas. Germine in dies calescente, humor per radices adductus, una secum medio D calore e terra defert alimentum, quod in stipulam, corticem frumenti, thecam, ipsum frumentum atque aristas partitur. Frumenti stipula nodis cingitur, ut veluti compages spicarum pondus sustineant. Præterea et ipsa stipula vacua est, ut granum receptaculum habeat, ne frugilegorum prædæ facile sit expositum, et contra minorum animalium morsus munitur pro spiculis vallo aristarum. Verum avena tota inanis cernitur, cum capite non gravescat. Et si cum esculentis simul venena nata comperimus, quale est veratrum, aconitum, mandragoras, et succus papaveris, nullum tamen horum supervacaneum est, sed suum usum

[a] *Gen.* I, 11.

habet. Cicuta namque pascuntur sturni propter corporis constitutionem; etenim cum sint poris circa cor angustis, hac ratione rem absorptam excernunt. Veratro coturnices vescuntur, propriaque corporis temperatione, nullo afficiuntur incommodo. Medici mandragora somnum conciliant, opio summos dolores sopiunt, cicuta immanes sedant appetitus, et tamen veratro inveteratos affectus mitigant. *Et lignum fructiferum faciens fructum* [10], et uno temporis puncto, quæ prius minime erant, e terra nata sunt, suis quæque proprietatibus et formis, quibus quasi naturalibus notis a rebus reliquis secreta dignoscuntur. Oliva et palma, et cupressus, in altum provehuntur, et harum hæ quidem nec multis ramis nec nodis, ut abies, cupressus, et quandoque palma constipantur; illæ semper virescunt: oliva, palma, laurus, myrtus, picea, cupressus, abies, juniperus, thya, et quam Arcades phillodrin appellant. His adde oleastrum, cedrum, pinum, buxum, ilicem, aracem, cicerculam. Rosa sine spinis tunc orta est, quæ tandem floris pulchritudini sunt adjectæ, ut jucundis prope situm mœrorem esse cernentes, peccati non oblivisceremur, cujus causa spinas et tribulos nobis terram efferre judicatum est. Floret prima omnium amygdala, postremaque pomum maturat, fitque dulcis ex amara, ima parte stipite circumforato cuneoque ex picea arbore idoneo in internas partes adacto usque ad medullam; ita enim succos minime amabiles in dulces ciboque idoneos commutat. Hoc idem salutare est, et malo punico acris succi, ubi namque excepit cuneum, dulce evadit. Palma femina nutat in marem prona, quasi illius complexus desiderio teneretur, et agricolæ maris fructus ramis illius inserunt, sicque pristinam illi rectamque formam restituunt. Mori tarde germinant, tamen in fructu ferendo non sunt aliis posteriores. Oliva, tilia, populus, ulmus post æstivum solstitium folia supina deflectunt, suntque omnibus argumento solstitium æstivum præteriisse. Ficus domestici fructus, ne decidant, hoc præstant agricolæ: grossos ex caprifico decerptos et inter se colligatos fico injiciunt. Animal enim quod in grosso est minutissimum fundo fici domestici insidens, auram quæ circumfusa spirat impedit, ne fructui molestiæ sit, ficusque antequam maturescat, cadat, et cum hic fructus mollis sit, crassitudine foliorum operitur; ubi nucis solidus levi foliorum tegmine velatur. Nec alia causa folium vitis scissum est, nisi ut ab aeris incommodis uva se defendat, solisque radios raritate excipiat. Sic nihil est in rebus inane, sed omnia Deus sapientia, quam effari non possumus, exornavit. Una quippe aqua, quæ per radices delata attrahitur, alio modo truncum alit, alio medullam, alio corticem, alio lignum, alio radices ipsas; et ex eodem humore in vite quidem vinum conficitur, in oliva oleum, et in alio aliud;

[10] Gen. I, 11.

A συνεβλάστησε τοῖς τροφίμοις τὰ δηλητήρια, οἷον ἐλλέβορος, καὶ ἀκόνιτον, καὶ μανδραγόρας, καὶ τῆς μήκωνος ὁ ὀπὸς, οὐδὲν τούτων εἰς χρῆσιν ἀργὸν παρείληπται. Τὸ μὲν κώνιον οἱ ψᾶρες βόσκονται διὰ τὴν κατασκευὴν τοῦ σώματος· λεπτοὺς γὰρ ἔχοντας τοὺς ἐπὶ τὴν καρδίαν πόρους, ἀποπέμψαι τὸ καταποθὲν φθάνουσι· τὸν δὲ ἐλλέβορον ἐσθίουσιν ὄρτυγες, καὶ οὐχ ὑφίστανται βλάβην, ἰδιότητα κράσεως ἔχοντες. Διὰ δὲ τοῦ μανδραγόρου ὕπνον ἰατροὶ κατεπάγουσι, καὶ τῷ ὀπίῳ τὰς σφοδρὰς ὀδύνας κατακοιμίζουσι. Τῷ δὲ κωνίῳ τὰς λυσσώδεις ὀρέξεις καταμαραίνουσι, καὶ τῷ ἐλλεβόρῳ τὰ χρόνια πάθη καταπραΰνουσι. *Καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπόν.* Καὶ πάντα ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ ἀνεφύη ἐκ τῆς γῆς, οὐκ ὄντα πρότερον, μετὰ τῆς οἰκείας ἕκαστον ἰδιότητος, καὶ ἰδίῳ
B χαρακτῆρι ἕκαστον γνωριζόμενον. Ἡ μὲν ἐλαία, καὶ φοῖνιξ, καὶ κυπάριττος εἰς ὕψος αὔξονται. Καὶ τούτων τὰ μέν ἐστιν οὐ πολύοζα, οὐδὲ πολύκλαδα, οἷον ἐλάτη, καὶ ἡ κυπάριττος, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ φοῖνιξ. Ἀείφυλλα δέ ἐστιν ἐλαία, φοῖνιξ, καὶ δάφνη, μυῤῥίνη, πεύκη, κυπάριττος, ἐλάτη, ἄρκευθος, θυία, καὶ ἣν Ἀρκάδες φιλόδρυν λέγουσιν· ἔτι φύλεος, κέδρος, πίτυς, πύξος, πρῖνος, ἀράκη, λάθυρος. Τὸ δὲ ῥόδον ἄνευ τῆς ἀκάνθης τότε ἐβλάστησεν· ὕστερον δὲ τῷ κάλλει τοῦ ἄνθους παρεζεύχθη ἡ ἄκανθα· ὅπως τῷ τερπνῷ παρακειμένην τὴν λύπην ἔχοντες μνημονεύωμεν τῆς ἁμαρτίας, δι' ἣν ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἡμῖν ἡ γῆ ἀνατέλλειν κατεδικάσθη. Ἡ δὲ ἀμυγδαλῆ πρώτη μὲν βλαστάνει, ὑστέρα δὲ ἐκφέρει τὸν καρπόν.
C Ἡ δὲ πικρὰ ἀμυγδαλῆ τυγχάνουσα τὸ πρὸς τὴν ῥίζαν στέλεχος διατρηθεῖσα, σφῆνα δὲ πεύκης λιπαρὸν τῆς ἐντεριώνης μέσης ἐλαθέντα δεξαμένη, τοὺς ἀηδεῖς χυμοὺς εἰς γλυκύτητα μεταβάλλει ἐδώδιμον. Τὴν αὐτὴν δὲ θεραπείαν καὶ ἡ ὀξύνη ῥοιὰ δεξαμένη, τρέπεται εἰς γλυκύτητα. Ἡ δὲ θήλεια φοῖνιξ καθίησι τοὺς κλάδους οἱονεὶ τῆς συμπλοκῆς ἐφιεμένη τοῦ ἄῤῥενος· καὶ οἱ γεωργοὶ, τοὺς ψῆνας τοῦ ἄῤῥενος τοῖς κλάδοις ἐμβάλλοντες αὐτῆς, πρὸς τὸ οἰκεῖον τῆς ὀρθότητος σχῆμα καθιστῶσιν αὐτήν. Ἡ δὲ συκάμινος ὀψὲ μὲν βλαστάνει, οὐχ ὑστερεῖ δὲ τῶν ἄλλων εἰς καρπογονίαν. Ἡ δὲ ἐλαία, καὶ ἡ φιλύρα, καὶ ἡ λεύκη, καὶ πτελέα στρέφουσι μετὰ τροπὰς θερινὰς τὰ φύλλα ὕπτια· καὶ ἐν τούτῳ πάντες γνωρίζουσιν, ὅτι τροπαὶ θεριναὶ γεγένηνται. Τῆς δὲ ἡμέρου συκῆς τὸν καρ-
D πὸν ἄῤῥευστον οἱ γηπόνοι οὕτω φυλάττουσιν· τοὺς ὀλύνθους τῆς ἀγρίας συκῆς ἐκδύσαντες, ἄπτωτον διαμένειν παρασκευάζουσι. Τὸ γὰρ ἔνδον τοῦ ὀλύνθου ὑπάρχον ζῶον μικρότατον τῷ πυθμένι τοῦ ἡμέρου προσίζον σύκου τὴν ἔξωθεν αὔραν περιπνέουσαν ἀπείργει, πρὸς τὸ μὴ ἀηδῆ γενόμενον τὸ σῦκον ἀποπεσεῖν. Ἐπειδὴ δὲ ἁπαλός ἐστι τῆς συκῆς ὁ καρπὸς, πάχει φύλλων κεκάλυπται· τῆς δὲ καρύας, ἐπειδὴ τυγχάνει στεῤῥὰ, ἐλαφρᾷ φύλλων προσβολῇ σκέπεται. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ τὸ φύλλον τῆς ἀμπέλου ἔσχισται, ἵνα καὶ τὰς ἐκ τοῦ ἀέρος ἐκκλίνῃ βλάβας ὁ βότρυς, καὶ τὴν ἡλιακὴν ἀκτῖνα εἰσδέχηται τῇ ἀραιότητι. Οὕτως οὐδὲν ἀργὸν, ἀλλὰ πάντα ἀποῤῥήτῳ

σοφίᾳ ὁ Θεὸς διεκόσμησεν. Ἓν γὰρ ὕδωρ, διὰ τῆς ῥίζης φερόμενον ἢ ἑλκόμενον, ἄλλως μὲν τρέφει τὸ στέλεχος, ἄλλως τὴν ἐντεριώνην, ἄλλως τὸν φλοιὸν, ἄλλως τὸ ξύλον, ἄλλως τὴν ῥίζαν αὐτήν· καὶ ἐκ τῆς αὐτῆς νοτίδος ἐν μὲν τῇ ἀμπέλῳ οἶνος συνίσταται, ἐν δὲ τῇ ἐλαίᾳ ἔλαιον, καὶ ἐν ἄλλῳ ἄλλο. Καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς γλυκέσι καρποῖς ἀμύθητος ἡ παραλλαγὴ τῆς πιότητος· ἄλλο γὰρ τὸ ἐν ἀμπέλῳ γλυκὺ, καὶ ἄλλο ἐν μηλέᾳ, καὶ ἐν συκῇ καὶ τῷ φοίνικι ἕτερον. Καὶ αὐτὰ δὲ τῶν δένδρων διάφορά ἐστι τὰ δάκρυα· ἄλλο γὰρ τῆς σχίνου τὸ δάκρυον, καὶ ἄλλος ὁ τῆς βαλσάμου ὀπὸς, ὅπερ πάντων τῶν μύρων ὑπάρχει κάλλιστον, καὶ πλεονάζει ἐπὶ τῆς Ἱεριχὼ γενόμενον. Τεμνόντων δὲ αὐτὸ ἐκ τῶν θάμνων λίθῳ ὀξεῖ τῶν ἐπιχωρίων, ὀπὸς ἀναποδοίη. Ἱστοροῦσι δέ τινες καὶ τὸ ἤλεκτρον ὀπὸν εἶναι φυτῶν, εἰς φύσιν λίθου μεταπηγνύμενον.

A et in ipsis dulcibus fructibus, mira est pinguedinis varietas, aliud namque dulce est quod in vite gustatur, aliud in pomo, aliud in ficu, aliud in palma. Item variæ snnt et arborum lacrymæ, etenim aliud est lentisci lacryma, aliud balsami succus, qui omnium unguentorum præstantissimus est, ejusque apud Hiericho largissima copia. Indigenis illud acuto lapide ex surculis secantibus, succus effluit. Tradunt quidam et succinum plantarum esse succum, qui in naturam lapidis concrescat.

4. Τῇ δὲ τετάρτῃ ἡμέρᾳ ὁ Θεὸς *τοὺς μεγάλους δύο φωστῆρας ἐδημιούργησεν, ἥλιόν τε καὶ σελήνην ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, εἰς φαῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, τοῦ διαχωρίζειν ἀναμέσον τῆς ἡμέρας καὶ ἀναμέσον τῆς νυκτός*. Τοῦτο τὸ ἡλιακὸν φῶς, ὄχημα ἐκείνῳ τῷ φωτὶ τῷ πρωτογόνῳ παρεσκεύασται. Ὡς γὰρ ἄλλο τὸ πῦρ, καὶ ὁ λύχνος ἄλλο· τὸ μὲν γὰρ τὴν τοῦ φωτίζειν δύναμιν ἔχει, τὸ δὲ τὴν τοῦ παραφαίνειν τοῖς χρῄζουσιν· καὶ ὡς ἕτερόν τι ἡ λευκότης, ἕτερον δὲ τὸ λελευκασμένον σῶμα, οὕτω καὶ ταῦτα διάφορα ὄντα τῇ φύσει ἥνωνται τῇ δυνάμει τοῦ κτίσαντος. Καὶ μηδεὶς νομίσῃ ταυτὸν ἡμέραν εἶναι καὶ ἥλιον. Πρῶτον μὲν γὰρ ὁ δημιουργὸς ἁπλοῦν φῶς κατεσκεύασεν, ὃ δὴ καὶ ἡμέραν ἐκάλεσεν, ἔπειτα τὸν ἥλιον ἐκ τοῦ πυρὸς καὶ φωτὸς συγκείμενον. Ὡς γὰρ τὴν γῆν ὁρῶμεν πῦρ ἐν τοῖς στέρνοις αὐτοῖς δεδημιουργημένον ἔχουσαν, οὕτω καὶ τὸν ἥλιον φῶς ἔχοντα· φῶς γὰρ συνελθὸν μετὰ πυρὸς τὸν φανότατον ἐποίησεν ἥλιον. Ἀλλ' ἴσως ἀντερεῖ τις· Καὶ πόθεν τοῦτο δῆλον, οὐ βλεπομένης τῆς διαιρέσεως; οὐχ ὁρᾶται γὰρ ἰδίως μὲν τὸ φῶς, ἰδίως δὲ τὸ πῦρ. Ἀλλὰ γινωσκέτω ὁ τοιοῦτος, πόσα τὸ πῦρ ἐν ἑαυτῷ προβάλλεται, αὐγὴν, θερμότητα, ξανθότητα, ἅτινα πανσόφως ὁ τεχνίτης διαμερίζων, ὑπεμφαίνει τούτων τὴν σύνθεσιν. Ὅτε γὰρ θέλει θερμᾶναι τὸ ζῶον, λαμβάνει τοῦ πυρὸς τὸ θερμὸν, καὶ τὸ μὲν θερμὸν ἔχει τούτου, τὸ δὲ φῶς οὐκ ἔχει. Ἀλλ' ἐμερίσθη ἐν τῷ ζώῳ ἡ θέρμη ἀπὸ τοῦ φέγγους, πάλιν λαμβάνει τὸ ξανθόν. Καὶ ὁρῶμέν τοι τὸ ξανθὸν, οὐκέτι δὲ τὸ θερμὸν καὶ φαῖνον. Καὶ πάλιν ἀπομερίζει τὴν θέρμην, καὶ δίδωσι μόνην τὴν αὐγὴν, οἷον ὡς ἔστιν ἰδεῖν ἐπὶ τῆς ἀστραπῆς, ὅτι ἐκλάμπουσα μόνον φωτίζει, οὐ μὴν δὲ καὶ θερμαίνει. Τὸ δ' αὐτὸ παράδειγμα καὶ ἐπὶ τῆς σελήνης καθέστηκε. Καὶ γὰρ αὕτη ὑπὸ τοῦ ἡλίου φωτιζομένη φανερωτέρα γίνεται, ὥσπερ ὑπὸ τῆς ἡμέρας ὁ ἥλιος. Τὸ γὰρ τῆς σελήνης εἶδος ἀνθρακοειδὲς τυγχάνει, ὡς ἔστιν ἰδεῖν ἐπὶ τῆς ἐκλείψεως· ἀπάρας γὰρ ἀπ' αὐτῆς τὸ οἰκεῖον φέγγος ὁ ἥλιος ἀμαυρὰν αὐτὴν καθίστησι· φωτίζων δὲ αὐτὴν, πλησιφαῆ ἀπεργάζεται. Ἐνδυομένη γάρ πως τὸ ἡλιακὸν φῶς φαιδροτέρα καθίσταται· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ ἥλιος, τῆς ἡμέρας τὸ φῶς ἐνδυόμενος, λαμπρότερος τυγχάνει, τῆς ἡμέρας ἐκείνης μήτε

B 4. Quarto die Deus *duo luminaria magna creavit solem et lunam in firmamento cœli, ut lucerent super terram ad dividendum diem et noctem* [11]. Hoc solis lumen ut primo illi nato lumini quasi vehiculum deserviret, ordinatum est. Etenim veluti aliud est ignis, et lucerna aliud, hic enim vim habet illuminandi, illa egentibus lumen præferendi; et quemadmodum aliud est candor et aliud corpus candidum, sic et hæc, quamvis diversæ naturæ Creatoris facultas in unum copulata conjunxit. Et cave ne putes idem esse diem et solem. Primum enim Opifex simplex lumen condidit, quod et diem vocavit, deinceps solem ex lumine ignem quæ conflavit. Quemadmodum enim terram ipsam in suo gremio ignem factum foventem cernimus, ita et solem lumen gestantem. C Cum enim lumen et ignis simul in unum convenissent, splendidissimus sol productus est. Sed fortasse aliquis contradicet: Undenam hoc manifestum est, cum nulla videatur divisio; neque enim lumen ab igne separatim perscriptum neque ignem a lumine sejunctum conspicimus. Verum is sciat quænam ignis in semetipso contineat, splendidum scilicet, calidum, flavum, quæ sapientissime artifex secernendo, eorum compositionem manifestat. Cum enim animali calorem indere cupit, ignis calorem sumit, et calorem illius, non tamen lumen possidet. Sed in animali calor a lumine sejungitur, rursus flavum suscipit, et flavum quidem, non autem calidum splendidumque videmus. Iterum calore segregato, D splendorem tantum exhibet, ut videre est in fulmine, quod ubi scintillando eruperit, tantum lumen, non autem calorem progignit. Eodem exemplo et in luna demonstratur id quod dicimus ejusmodi esse. Hæc quippe solis lumine collustrata clarior fit, quemadmodum et lumine diei sol. Aspectus enim lunæ similis est carboni, ut in ejus defectu videre est: nam sol ubi ab ea proprium lumen subtraxerit, eam obscurat; ubi illustrarit totum orbem implendo, accendit. Induens namque quodammodo solis lumen, splendidior fit; non alia ratione, et sol lumen diei circumseptus clarior est et illustrior, die illa neque urente, neque calefa-

[11] *Gen.* I, 16.

ciente, sed tantum illuminante. Solem autem ex A igne constitui, illud argumento est quod incendat ei torreat.

Ad dividendum diem et noctem, quasi diceret, solem diei terminis, lunam noctis inclusit; neque aliud est nox quam terræ umbra, solis radios terra interpositu suo auferente. Ut enim in die, si quis lumen intercludat, umbra effunditur lumenque evanescit, sic et nox aere circa terram tenebris obvoluto, constituitur, et sol quod a primo suæ creationis exordio lumen a Creatore accepit, in semetipso continuo conservat abditum, quod lunæ denegatum est, quæ illud sæpe crescendo et decrescendo amittit.

Et sint in signa et in tempora, et in dies, et in annos [13]. Temporis sol et luna origo sunt. Etenim B dum cursus ordinate feruntur, certos temporum exitus efficiunt, vocaturque tempus quando veluti quodam in circulo alternis beneque constitutis successionibus volvitur primum ad secundum, et tertium ad id quod sequitur.

Illud, *sint in signa*, quoniam ineuntem tempestatem semper significant; caligo namque aeri offusa solis radios circumcludens minus luminis relinquit, veluti qui carbonibus similis cruore perfusus rubescit, cum aerem vaporibus terræ condensatum discutere dissolvereque nequeat. Inde tempestas ostenditur futura; et cum quas dicunt *areas* (sunt vero circumscriptiones quædam rotundo ambitu, areis similes, et ex hoc nomen adeptæ sunt) solem C cinxerint, ventos nobis innuunt sævos ac vehementes; nec non et anthelii vocati, si cursu solis una ferantur, aerem nobis futurum maleficum pronuntiant; et rursus si virgæ colore Iridis circa auroram inter nubes conspicuæ cernantur, vel imbres, vel tempestates, vel ut plurimum aeris mutationem præsignant.

Luna si tertio die tenuis cornibus puroque nitore fulserit, stabilem ac firmam tranquillitatem promittit; sin vero cornua crassiora subrufaque visa fuerint, aquarum repentinum impetum horridamque tempestatem portendit. Suntque instrumenta temporum sol et luna; tempus, dierum, mensium, annorum; sidera, mensium, seminum, messium. D

Vergiliarum exortum, messis vindemiæque tempus occasu seminis denuntiari scimus. Navigantibus Plaustrum sidus viam aperit. Locos enim sidera significant et ostendunt. Ursa enim septentrionem plagam insinuat. Vergiliarum pars acuminata ad Orientem spectans, hoc idem enuntiat. Ipsius item Ursæ flexæ cornu, et lunæ pars quæ illustratur, Orientem præmonet. Antequam vero hæc fierent, tempus non erat, sed spatium ætasque nimium ea longa extraque omne tempus. Et hoc de signis dictum sit.

Tempora porro horarum, sive temporis ipsius

[13] *Gen.* I, 14.

οὔσης, μήτε πάλιν θερμαινούσης, ἀλλὰ μόνον φωτιζούσης. Ὅτι δὲ ἐκ πυρὸς συνέστηκεν ὁ ἥλιος, δῆλον ἐκ τοῦ πυροῦν, καὶ φλέγειν.

Τοῦ διαχωρίζειν ἀναμέσον τῆς ἡμέρας καὶ ἀναμέσον τῆς νυκτός. Οἷον τὸν ἥλιον τῆς ἡμέρας τοῖς μέτροις ἔταξε, καὶ τὴν σελήνην τῆς νυκτός. Ἔστι δὲ ἡ νὺξ σκίασμα τῆς γῆς, ἀποκρυπτομένου τοῦ ἡλίου. Ὡς γὰρ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, ἀντιφράσσοντός τινος, σκιὰ γίνεται, καὶ τὸ φῶς παρυφίσταται· οὕτως ἡ νὺξ, σκιαζομένου τοῦ ἀέρος τοῦ περὶ γῆν, συνίσταται. Καὶ ὁ μὲν ἥλιος, ὅσπερ ἐξ ἀρχῆς φῶς παρὰ τοῦ ποιητοῦ εἴληφε, τοῦτο ἔχει διὰ παντὸς ἐγκεχρυμμένον ἐν ἑαυτῷ· ἡ δὲ σελήνη οὐχ οὕτως, ἀλλὰ συνεχῶς ἀποδύεται, αὔξουσα, καὶ μειουμένη.

Ἔστωσαν δὲ εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καιροὺς, καὶ εἰς ἡμέρας, καὶ εἰς ἐνιαυτούς. Χρόνον δὲ ἥλιος καὶ σελήνη γεννᾷ τοῦτον. Ἑλκόμεναι συμμέτρως γὰρ αἱ φοραὶ τεταγμένας τῶν καιρῶν τὰς ἐξόδους γεννῶσι. Χρόνος δὲ καλεῖται, ἐπειδὴ ὥσπερ ἐπί τινα κύκλον ἐπαλλήλοις εἱλεῖται εὐτάκτοις διαδοχαῖς, πρῶτος πρὸς δεύτερον, καὶ τρίτος πρὸς τὸν ἑξῆς.

Τὸ δὲ, *ἔστωσαν εἰς σημεῖα*, ἐπειδὴ τὴν παρουσίαν τοῦ χειμῶνος ἀεὶ προσημαίνουσιν· ἀχλὺς γὰρ, τῷ ἀέρι ἐγγενομένη, τοῦ ἡλίου τὰς ἀκτῖνας ἀμαυροῖ, καὶ φαίνεται ἀνθρακώδης καὶ ὕφαιμος, μὴ δυνάμενος τὸν ἀέρα ἐκ τῶν ἀτμῶν τῆς γῆς πεπυκνωμένον διαχέαι· κἀκ τούτου σημεῖον χειμῶνος δείκνυται. Ὅταν δὲ αἱ λεγόμεναι *ἅλῳ* (στρογγύλαι δέ εἰσί τινες περιγραφαὶ ὅμοιαι ἅλῳ, ἐκ τούτου γὰρ οὕτως ἐπονομάζονται) τὸν ἥλιον περιστοιχίσωσι, σφοδρότης τῶν ἀνέμων σημαίνεται· ἐπὰν δὲ καὶ οἱ καλούμενοι ἀνθήλιοι τῇ τοῦ ἡλίου φορᾷ συντρέχωσι, συμπτωμάτων ἀερίων σημεῖον γίνεται· καὶ πάλιν ἡνίκα ῥάβδοις ἐοικυῖα κατὰ τὴν χρόαν τῆς Ἴριδος εἰς ὄρθρον τοῖς νέφεσιν ἐμφαινόμεναι δειχθῶσιν, ὄμβροι, ἢ χειμῶνες, ἢ μεταβολὴ ἐπιπλεῖον τοῦ ἀέρος σημαίνεται.

Ἡ δὲ σελήνη, ἐπειδὰν ἐν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ λεπτὴ καὶ καθαρὰ ταῖς κεραίαις ἀποδειχθῇ, σταθερὰν εὐδίαν κατεπαγγέλλεται· παχεῖα δὲ ταῖς κεραίαις, καὶ ὑπέρυθρος φανεῖσα, ὕδωρ λάβρον ἢ νότον βίαιον εὐαγγελίζεται. Ὄργανα οὖν χρόνων ἥλιος καὶ σελήνη καθίσταται· χρόνος δὲ ἡμερῶν, μηνῶν, καὶ ἐνιαυτῶν· τὰ δὲ ἄστρα, καὶ μηνῶν, καὶ σπόρων, καὶ ἀμητῶν.

Καὶ αἱ Πλειάδες, ἀνατέλλουσαι μὲν ἀμητοῦ καιρὸν, δύνουσαι δὲ σπόρου, δεικνύουσι. Καὶ τοῖς ναυτιλλομένοις μετὰ τῆς Ἁμάξης σημεῖον γίνεται· τόπων γὰρ σημεῖα καὶ δεικτήρια τὰ ἄστρα γίνεται. Ἄρκτος μὲν γὰρ ἄρκτον δείκνυσι· τῆς δὲ Πλειάδος πρὸς ἀνατολὴν βλέπων τὸ ὀξὺ τὴν ἄρκτον δείκνυσιν· αὐτῆς δὲ τῆς ἄρκτου στρεφομένης τὸ κέρας τὴν ἀνατολὴν δείκνυσι, καὶ τῆς σελήνης τὸ λαμπόμενον μέρος τὴν ἀνατολὴν σημαίνει. Πρὸ δὲ τούτων χρόνος οὐκ ἦν, ἀλλὰ διάστημα, καὶ αἰὼν μακρός τις καὶ ἄχρονος. Εἴρηται οὖν περὶ τῶν σημείων.

Καιροὺς δὲ λέγειν ἡγούμεθα τὰς ἐναλλαγὰς τῶν

A ὡρῶν, χειμῶνος, ἔαρος, θέρους, μετοπώρου. Καὶ χειμὼν μὲν γίνεται τοῖς νοτίοις μέρεσι τοῦ ἡλίου προσδιατρίβοντος, καὶ πολὺ τὸ νυκτερινὸν σκίασμα περὶ τὸν καθ' ἡμᾶς τόπον ἀποτελοῦντος, ὡς καταψύχεσθαι μὲν τὸν περὶ τὴν γῆν ἀέρα, καὶ τὰς ὑγρὰς ἀναθυμιάσεις συνισταμένας ὄμβρων, καὶ κρυμῶν, καὶ νιφάδων αἰτίας γίνεσθαι· ἐπειδὰν δὲ ἐπανιὼν πάλιν ἀπὸ τῶν μεσημβρινῶν χωρίων ἐπὶ τοῦ μέσου γένηται, ἰσημερία γίνεται, καὶ ὅσῳ τοῖς ἐπὶ γῆς ἐνδιατρίβει τόποις, τοσούτῳ κατὰ μέρος ἐπανάγει τὴν εὐκρασίαν, καὶ γίνεται ἔαρ, τοῖς μὲν φυτοῖς παρέχων βλάστησιν, τοῖς δὲ δένδροις τὴν ἀναβίωσιν. Ἐκεῖθεν δὲ ἤδη πρὸς τὰς θερινὰς τροπὰς ἐπ' αὐτὴν τὴν Ἄρκτον τρέχων ὁ ἥλιος τὰς μεγάλας ἡμέρας ἡμῖν παρίστησι, καὶ διὰ τὸ πλεῖον αὐτὸν προσομιλεῖν τῷ ἀέρι, αὐτὸν καταφρίσσει τὸν ἀέρα, καὶ τὴν γῆν B πᾶσαν καταξηραίνει, καὶ πάντα καρπὸν ὡραῖον ἀπεργάζεται φλογωδέστατος ὤν, καὶ βραχείας ποιεῖ τὰς σκιὰς ἀφ' ὑψηλοῦ καταλάμπων. Ἐν γὰρ ταῖς βραχυτάταις ἡμέραις αἱ σκιαὶ μακρόταται γίνονται. Καὶ πάλιν ἀπὸ τῶν προσαρκτίων ἐπὶ τὰ νότια παραγενομένου, μετόπωρον γίνεται, τῆς θέρμης κατ' ὀλίγον τῆς πολλῆς ἀμαυρουμένης, καὶ τοῦ χειμῶνος ἀβλαβῶς ἐπιόντος.

Οὐ ποιεῖ δὲ τὴν ἡμέραν ὁ ἥλιος· μηδεὶς οὕτως ὑπολάβῃ· πρεσβυτερεῖ γὰρ τούτου ἡ ἡμέρα καὶ νύξ· ἀλλὰ κατάρχει μόνον τῆς ἡμέρας, καθὼς καὶ ὁ ψαλμῳδὸς διαγορεύει ἡμῖν· *Ἔθετο*, λέγων, *τὸν ἥλιον εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας, τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας εἰς ἐξουσίαν τῆς νυκτός.* Ἔχει δὲ οὕτως C τὴν ἐξουσίαν τὸ φῶς περιφέρων ἐν ἑαυτῷ· ἐπειδάν ποτε τὸν καθ' ἡμᾶς ὁρίζοντα ὑπεράρῃ, ἡμέραν παρέχει διασκεδάσας τὸ σκότος.

Ἡ δὲ σελήνη, ἐπειδὰν δωδεκάκις τὸν ἑαυτῆς ἐκτελέσῃ δρόμον, ἐνιαυτοῦ τυγχάνει ποιητική, πλὴν ὅτι μηνὸς ἐμβολίμου δεῖται πρὸς τὴν ἀκριβῆ τῶν ὡρῶν συνδρομήν. Ὁ γὰρ ἡλιακὸς ἐνιαυτὸς ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἐπὶ τὸ αὐτὸ σημεῖον κατὰ τὴν οἰκείαν κίνησιν τοῦ ἡλίου ἐστὶν ἀποκατάστασις. Τῆς δὲ σελήνης ληγούσης, ἀραιοῦται τῶν ζώων τὰ σώματα, καὶ ὑπόκενα γίνεται· αὐξομένης δὲ, ἀναπληροῦται. Διότι ὑγρότητα μετὰ θερμότητος κεκραμμένην λεληθότως ἐνίησιν· οἱ γὰρ καθεύδοντες ὑπὸ σελήνην ὑγρότητος περισσῆς πληροῦνται τὰς κεφαλάς, καὶ τὰ νεοσφαγῆ D δὲ τῶν κρεῶν, καὶ πᾶν εἴ τι τοιοῦτον, τῇ προσβολῇ τῆς σελήνης ταχέως τρέπεται. Ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ τὸν ἀέρα πάθη τοιαύτης αἰτίας συνίσταται. Νουμηνίας γὰρ ἐνστάσης, γαλήνης οὔσης σταθερᾶς, αἰφνιδίων ἀνέμων ταραχαὶ γίνονται τῶν νεφῶν κλονουμένων καὶ συμπιπτόντων ἀλλήλοις· καὶ γίνονται περὶ τοὺς εὐρίπους παλίρροιαι, καὶ περὶ τὸν ὠκεανὸν ἀναδρομὴ τῆς θαλάσσης. Εἰ δὲ καὶ τοῦ ἡλίου ἔκλειψις νουμηνίας οὔσης γίνεται, σφοδροτέρα συμβαίνει· κάτωθεν γὰρ ἡ σελήνη ὑπελθοῦσα ἐμφράττει ἡλίου τὰς ἀκτῖνας.

Μέγα δέ τι καὶ αὕτη ἡ σελήνη καθέστηκε. Μῦθοι δὲ ληρώδεις ὑπὸ μεθυόντων γραϊδίων πανταχοῦ διεσώθησαν· ὅτι μαγγανείαις τισὶ τῆς οἰκείας ἕδρας ἀποκινεῖται, καὶ πρὸς τὴν γῆν καταφέρεται. Καὶ ποῖος ἂν τόπος καταχθεῖσαν αὐτὴν ὑπεδέξατο; Μὴ

mutationes, ac vices, hiemis scilicet, veris, æstatis, autumni, intelligendas esse censemus. Hiems tunc irruit, cum sol in partibus australibus commoratur, noctisque umbram apud nos satis diu productam longiorem omnino facit, ita ut aer circa terram frigescat, vaporesque humidi excitati, pluvias, glacies nivesque producant. Sed ubi rursum a meridiana plaga remigrando medium cœli permeat, æquinoctium fit, frigorisque et caloris modum temperant modici illius accessus vel recessus; hinc ver esse incipit, quo herbæ germinant arboresque reviviscunt. Inde jam æstivis temporibus ineuntibus ad ipsam Ursam sol cursans magnos nobis efficit dies, et cum diutius in aere versetur, ipsum torret, et terra universa exsiccata, fructus maturos reddit summo calore; umbræque curtæ jaciuntur, cum sol illi loco supra verticem sit lumenque demittat. In brevissimis enim diebus umbræ longissimæ cadunt. Iterum a meridianis in australes partes illo remeante, autumnus gignitur, multo calore sensim evanescente, hiemeque sine ullo incommodo accedente.

Sol diei causa nusquam est, nemo id ita se habere opinetur; hunc etenim dies præcedit, et nox; sed est dux et princeps et moderator illius, quemadmodum et Psalmodus nobis insinuat. *Posuit* dicens *solem in dominium diei, lunam et stellas in dominium noctis.* Illius autem obtinet principatum, lumen in semet deportans, qui cum in nostrum finitorem pervenerit, tenebris fugatis, diem affert.

Luna, ubi duodecies totum suum confecit et peragravit iter, anni spatium terminat; mense tamen opus est intercalari, ad horarum concursus exactam rationem perspiciendam. Annus enim solaris ab eodem signo, ad idem secundum proprium solis motum reversio est. Luna decrescente animalium corpora rarescunt extenuata et exinaniuntur; crescente, augentur expleta. Clam enim humiditatem calori commistam indit; hinc fit sub luna dormientium multa humiditate capita oppleri, et recenter jugulatorum carnes, et quidquid aliud his non absimile, lunæ aspectu subito immutari, et ipsas aeris affectiones illius causa contingere. Nam luna nascente, si tranquillitas plenissima fuerit ventorum, repentini turbines, nubibus pulsis et inter se conflictantibus, erunt; fientque in euripis reciprocationes aquarum regressusque maris in Oceano; quod si luna novissima primave solis defectus fiet, hæc omnia vehementiora contingunt; interventu quippe lunæ solis radii occultati hebetantur.

Immensum quid est et ipsa luna; nugæ meræ illæ sunt planeque liræ, nobis a temulentis aniculis traditi, lunam veneficiis quibusdam propria sede moveri et in terram delabi; et quisnam illam locus delapsam exceperit? neque per errorem in fraudem

incurrit, neque quod visioni parvum externæ videtur, parvum id esse indicato. Nostra enim visio, cum ipsa parva sit, parva etiam et ea quæ cernentur, ut opinemur esse, efficit, proprium morbum rebus visis communicans; namque etiam si quis e summitate montium campos patentes, et in illis simul boves pascentes despexerit, formicas sibi videre videbitur. Visio enim per aerem extenuata, et quasi evanescens, res sibi objectas percipere non valet. Verum lunæ corpus maximum esse illa argumento sunt. Civitates enim in terrarum orbe multum inter se distantes longeque sejunctæ, strigis quæ Orientem respiciunt, æque omnes lunæ lumen excipiunt; et similiter occasus et meridianarum et australium partium incolæ spectant.

Quinto autem die, *Deus aquis ut animarum viventium reptilia secundum genus producerent jussit* [13]; statimque mare varia animantium genera peperit. Horum quædam non minus humo quam stagno consuescunt, veluti vituli marini, quos vocant phocas; crocodili, equi fluviatiles, nec non et ranæ, et cancri, quibus natandi non inest facultas; cum enim natura id habeant ut repant, ductu aquarum trahuntur. Quædam animalia pariunt, veluti vituli marini, delphini, torpedines, et his similia. Tantum Deus jussit, et pisces omnes, sive illi in alto mari, sive in littore, sive in imis partibus, sive in saxis gregatim vel sparsim vivunt, sive immensæ magnitudinis cete, sive minutissimi prodibant; naturali quadam cum aquis affinitate conjuncti. Paulisper enim si ab aquis separentur, spirandi facultate destituti, intereunt; nam branchiarum dilatatione et contractione recipiunt aquam et emittunt, vitalemque hunc habitum reddunt; nullus inter eos dimidiatos habet dentes, sed omnes illis acuminatis muniuntur, ne diu in mandendo impediti, cibum diffluentem amittant; sane enim tunc cibus male perderetur. Solus piscium scarus dicitur ruminare, alimentisque aliis, alii sibi consentaneis utuntur. Quidam enim luto vescuntur, alii alga, alii herbis quæ in aqua crescunt, quidam etiam sese mutuo devorant.

Habent item et suas proprietates. Serra piscis alas habet oblongas, si navem secundis ventis cursum tenentem suum viderit, alis in altum extensis, navis varios ingrediendo motus atque figuras imitatur, et cum ipsis navigantibus de cursu certat; qui ubi quadraginta stadiorum spatium expleverit, labore fatigatus, alis dimissis, summa aqua natans, in proprium locum retro actus appellit.

Balæna quam Aspidochelonam quidam dicunt, in immensam magnitudinem adolescit, ita ut navigantibus speciem ingentis insulæ repræsentet. Ex profundo namque emergens eminet dorso multum supra aquas, quod duris asperisque saxis vestitum videtur; et in eo fixis palis naves alligant, quæ statim in aquam emergunt, cum balæna apricatione incaluerit seque in profundum immerserit; habet

[13] *Gen.* I, 13.

A γὰρ ἐξηπάτησε τὸ φαινόμενον ὡς μικρόν τι εἶναι νομιζόμενον. Μικρὰ γὰρ ἡ ὄψις ἡμῶν γινομένη, μικρὰ ἐποίησε νομίζεσθαι καὶ τὰ ὁρώμενα, τὸ οἰκεῖον πάθος τοῖς ὁρατοῖς ἐπιφέρουσα. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐπ' ἀκρωρείας θεάσοιτο πεδία καὶ βόας ἐπὶ τὸ αὐτὸ νεμομένας, οὐχὶ ὡς μυρμήκων φαντασίαν ὁρᾷν δοκεῖ· ἐνδαπανηθεῖσα γὰρ τῷ ἀέρι ἡ ὄψις, καὶ ἐξίτηλος γενομένη, πρὸς τὴν ἀκριβῆ κατανόησιν τῶν ὁρωμένων οὐκ ἐξαρκεῖ. Καὶ ὅτι παμμέγεθες τῆς σελήνης τὸ σῶμά ἐστι, μαθεῖν ἐκ τεκμηρίων ἔστιν. Αἱ γὰρ κατὰ τὴν οἰκουμένην πόλεις πλεῖστον ἀλλήλων ἀπῳκισμέναι, ταῖς κατὰ τὴν ἀνατολὴν τετραμμέναι ῥυμοτομίαις, ἐξ ἴσου πᾶσαι τὸ σεληναῖον φῶς ὑποδέχονται, καὶ ὁμοίως αὐτὴν οἱ τὴν δύσιν οἰκοῦντες καὶ τὰ μεσημβρινὰ καὶ ἀρκτῷα μέρη θεωροῦσιν.

B Τῇ δ' ἡμέρᾳ τῇ πέμπτῃ *προσέταξεν ὁ Θεὸς ἐξαγαγεῖν τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν κατὰ γένος*· καὶ εὐθέως ἡ μὲν θάλασσα παντοῖα ζώων γένη διάφορα ἀπεκύησε. Τῶν γὰρ ἐναλίων τὰ μέν ἐστιν ἀμφίβια, οἷον φῶκαι, καὶ κροκόδειλοι, καὶ οἱ ποταμιαῖοι ἵπποι, ἔτι δὲ οἱ βάτραχοι, καὶ οἱ καρκῖνοι, οὐ μέντοι τὸ νηκτικὸν ἔχουσι· ἑρπυστικὰ γάρ ἐστι τῇ φύσει, τῷ ἡγήματι τοῦ ὕδατος ἐπισυρόμενα· τὰ δὲ ζωοτόκα, οἷον φῶκαι, καὶ δελφῖνες, καὶ νάρκαι, καὶ τὰ ὅμοια αὐτοῖς. Μόνον δὲ προσέταξεν ὁ Θεὸς, καὶ τὰ πελάγια, καὶ τὰ αἰγιαλώδη, τὰ βύθια, τὰ πετρώδη, τὰ ἀγελαῖα, τὰ σποραδικὰ, τὰ κήτη, τὰ ὑπέρογκα, τὰ λεπτότατα τῶν ἰχθύων προΐει, συγγένειαν πρὸς τὸ ὕδωρ φυσικὴν ἔχοντα. Μικρὸν γὰρ εἰ τοῦ ὕδατος χωρισθῇ, μὴ ἔχοντα ἀναπνοὴν, διαφθείρεται· ἡ γὰρ τῶν
C βραγχίων αὐτοῖς διαστολὴ, καὶ ἐπίπτυξις, δεχομένη τὸ ὕδωρ, καὶ διεῖσα, ταύτην τὴν ἀναπνοὴν κέκτηται. Οὐδὲν παρ' αὐτοῖς ἐξ ἡμισείας ἔχει τοὺς ὀδόντας, ἀλλὰ πάντα ὀδοῦσιν ὀξέσι καταπεπύκνωται, πρὸς τὸ μὴ διαῤῥέειν τῇ χρονίᾳ μασήσει τὴν τροφήν. Ἔμελλε γὰρ ἐν τῇ λεπτῇ μασήσει διαφθείρεσθαι ὑπὸ τοῦ ὕδατος. Μηρυκίζει δὲ οὐδὲν ἄλλο παρ' αὐτοῖς εἰ μὴ ὁ σκάρος. Ἔστι δὲ καὶ ἡ τροφὴ ἄλλη ἄλλοις κατάλληλος. Οἱ μὲν γὰρ ἰλύϊ τρέφονται, οἱ δὲ τοῖς φυκίοις, ἄλλοι ταῖς βοτάναις ταῖς τρεφομέναις τῷ ὕδατι· ἕτεροι δέ εἰσιν ἀλληλοφάγοι.

Ἔστι δὲ αὐτῶν καὶ διάφορα ἰδιώματα. Ὁ πριὼν πτέρυγας ἔχει μακράς· καὶ θεασάμενος πλοῖον οὐριο-
D δρομοῦν, καὶ αὐτὸς ὑψώσας ἑαυτοῦ τὰς πτέρυγας, μιμεῖται τῆς νηὸς τὰ σχήματα τῆς κινήσεως, καὶ ἐρίζει τοῖς πλέουσι. Ποιήσας οὖν σταδίους τεσσαράκοντα, καὶ κοπιάσας, καθίησιν αὐτοῦ τὰς πτέρυγας, καὶ φέρεται ὑπὸ τῶν κυμάτων εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον.

Οἱ δὲ Αἰθίοπες, μόλις φόνον τῇ φυγῇ διαδράσαντες, τὴν πόλιν Σαβὰ καταλαμβάνουσιν. Ἦν γὰρ αὐτῶν αὕτη βασίλειος, ὠχυρωμένη τείχει κρατερῷ καὶ χώμασιν, ἀπρόσβατος διὰ τὸν Νεῖλον (ἐπειδὴ πᾶσαν αὐτὴν περιτειχίζει τῷ ῥεύματι)· διόπερ καὶ δυσπολι-

A fert ad patrem, ut illum regni sui scriberet successorem exorans, infantemque in patris manus imposuit, qui ubi eum accepit ulnis, pectori astrictum osculabatur, et pueri suavitate hilaratus diadema capiti suo demptum, illius capiti imponit; sed Moyses illud, in terram projectum, pedibus calcabat, quo viso scriba, qui ejus ortum prædixerat, eum esse, qui, ut oraculis acceperat, Ægyptiorum regna tanquam hostis esset invasurus cognoscens, ad eum occidendum aggressus est, sed viribus fessis abstinuit, et clamore edito dixit regi :

« Hic ipse est, o rex, quem nobis ex Hebræis oriundum divinum numen prædixerat, regni Ægyptiorum insidiatorem, qui et nunc rerum futurarum non leve præbuit argumentum, quando ipsum regni insigne in terram dejectum conculcavit. Hunc si neci tradideris, Ægyptios ab imminentibus periculis liberabis, Hebræisque spem, et fiduciam, quam in eo posuerant, adimes. »

B

Hæc cum ille diceret, rex, ita providente Deo, remissior in eo occidendo fuit. Et Thermuthis, e regis manibus Moysem sublatum, secure custodiebat.

Porro Æthiopes Ægyptiis finitimi, improviso impetu facto, obsidebant Ægyptum, Ægyptiosque ex adverso instructos, in fugam vertentes usque ad Memphim et mare progressi sunt; ita ut Ægyptii oraculi monitu Hebræorum auxiliariis copiis in eos

C irruerent. Et Pharao tempus id opportunum esse, quo Moyses morte occumberet, opinatus, Thermuthin rogavit, ut sibi Moysem exhiberet, sic enim eum ducem Hebræorum eligeret, et jurejurando comprobavit, se illi malum nullum illaturum, sed tantum copiarum Hebraicarum ductorem constituturum : meditatus eum facillimo negotio, quasi militiæ rudem ab hostibus trucidatum iri.

Thermuthis patri, scribisque exprobrans, quod quem veluti hostem interficere satagebant, nunc veluti adjutorem desiderarent, tradit illis Moysem, qui propriæ nationis dux electus, Æthiopibus insciis, copias ducit per aliam viam, inaccessam scilicet, bestiisque infamem, alit enim bestiarum omne genus, ita ut quædam ex his etiam

D volent; ne quis autem a bestiis cæderetur, capsulas plicatas ibibus plenas, ut quisque secum afferat, jubet. Est enim hoc animal aspidi infensum. Quando igitur per loca illa proficiscebantur, ibes in bestias dimiserunt, quæ cum eorum impetum ferre non possent, comsummabantur; et hac ratione prætergressus inexspectatus Æthiopes adoritur, illisque magna clade illata reliquos aversos fugavit.

Æthiopes, fuga vix morte repulsa, in civitatem Saba confugiunt; hæc enim erat eorum regia mœnibus validissimis aggeribusque septa, et propter Nilum inaccessa, quando eam undequaque circumfluens, æque ac murus concludit, quare et Ægy-

ptiis obsessu difficilis erat. Moyses rerum consiliique inops, in hujus provinciæ difficultate, exercitum ad urbem conduxit, variaque Ægyptiis meditantibus cum nihil eis succederet, filia regis Tharmis nomine, ut per turres Moysem vidit, illius eximia forma delectata, nec non et in rebus magnis cogitationibus pervestigandis consilium admirata, ejus amore saucia, servo fidissimo misso, de nuptiis cum eo sermonem confert. Moyses id se facturum pollicetur, si illi civitatem tradidisset; illa repente fœdus ferit, et urbem dedit. Itaque bello sublato, et Ægyptiis in propria loca reversis, eam in matrimonium ducit, et civitatem ædificat, et Hermupolin nominat; ita enim ab Ægyptiis Moyses nuncupatur, propter sacrarum litterarum, quam habuit, interpretationem.

Erat et apud Æthiopas propter admirabilem sapientiam in summo honore. Usum enim navium, machinas ad lapides excidendos, armaturas Ægyptias, instrumenta ad hauriendas aquas, ac bellica, primus omnium illis excogitavit. Etiam universam Ægyptum in triginta præfecturas divisit, ad regnum Chenaphræ stabiliendum, cum absque ordine a regibus regerentur pro animi libidine regem appellantes, et item repudiantes quem magis vellent. Propter hæc a sacerdotibus ut deus observabatur, ab Æthiopibus ut rex: etenim et circumcisionem ab eo acceptam ad hunc diem conservant. Primus namque ut historiis tradidit Eupolemus, sapiens fuit, et primus litteras Hebræos erudiit, quæ beatus Abraham e Chaldæis detulerat. Harum enim primi inventores Chaldæi; ex Hebræis Phœnices habuere, Cadmusque has ad Græcos transtulit. Post adversus Æthiopas exercitum ductum in Ægyptum appellit, et Chenephras verbis eum laudibus plenis excipit, re tamen in cum mortem machinabatur; eum enim hominibus ejusdem generis spoliatum in Memphim secum ducit, interrogatque, quid humanis usibus esset accommodatum; et ille respondit: Bovium genus, ipsi enim terram arant et colunt. Igitur Chenephres tauri Apidis fanum ut exædificaret, multitudini cum mandasset, Moysis virtutis monumenta (erant autem hæc ære conflata ibum excogitationem, et historiam rerum fortiter adversus Æthiopas gestarum narrantia) sub pavimento templi abdidit, ut ejus res gestæ, oblivione obscurarentur; et Hebræorum multitudinem, quæ eum tuebatur, in duas provincias partitus est: partim enim in Æthiopiæ custodiam misit, partim in Jovis urbe ad structuram templi, quod, monte vicino in lapides exciso, erat exstruendum, olim enim ex coctis laterculis erat compactum; item eum Ægyptiis nudatum amicis, interficere jubebat jurejurando fidem astringens, ne illi insidias has Moysi revelarent. Omnibus itaque consilium hoc recusantibus Chanenothes quidam sententiæ regiæ operam daturum se promisit, doloque Moysi mortem illaturum; tunc temporis et Μέρρις (sic enim Thermuthis vocabatur) defuncta,

A ὀρχητος τοῖς Αἰγυπτίοις ἐτύγχανεν. Ὁ γοῦν Μωσῆς προσῆγε τῇ πόλει τὴν στρατιὰν, ἐν ἀμηχανίᾳ μεγίστῃ ὢν, διὰ τὸ εἶναι δυσάλωτον. Μηχανωμένων οὖν πολλὰ τῶν Αἰγυπτίων, καὶ μηδὲν ἰσχυόντων, ἡ θυγάτηρ τοῦ βασιλέως Θάρμεις ὀνόματι, τὸν Μωϋσέα διὰ τῶν πύργων θεασαμένη, καὶ ἡσθεῖσα ἐπὶ τῷ κάλλει αὐτοῦ, καὶ θαυμάσασα τῶν ἐπιχειρήσεων αὐτοῦ τὴν ἐπίνοιαν, εἰς πόθον ἔρχεται· καὶ ἀποστείλασα τῶν οἰκετῶν τὸν πιστότατον, περὶ γάμου πρὸς αὐτὸν διελέχθη. Ὁ δὲ Μωϋσῆς ποιήσειν τοῦτο ὑπέσχετο, εἰ τὴν πόλιν αὐτῷ παραδώσειεν. Ἡ δὲ παραχρῆμα τὴν εἰρήνην σπένδεται, καὶ τὴν πόλιν αὐτῷ παραδίδωσιν. Λυθείσης οὖν τῆς μάχης, καὶ τῶν Αἰγυπτίων εἰς τοὺς οἰκείους τόπους ἐπανελθόντων, ἄγεται πρὸς γάμον αὐτὴν, καὶ κτίζει πόλιν, καὶ Ἑρμούπολιν ἀναγορεύει· οὕτω γὰρ ὑπὸ
B τῶν Αἰγυπτίων ὁ Μωϋσῆς προσαγορεύεται, διὰ τὴν [*f.* τὸ] τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἑρμηνείαν ποιήσασθαι.

Ἐτιμᾶτο δὲ καὶ παρὰ τοῖς Αἰθίοψιν οὐ μικρῶς διὰ τὴν σοφίαν τὴν ἀξιάγαστον. Πλοίων γὰρ τὴν χρῆσιν, καὶ μηχανὰς πρὸς λιθοθεσίαν, καὶ ὅπλα Αἰγύπτια, καὶ ὄργανα ὑδρευτικὰ καὶ πολέμια πρῶτος αὐτοῖς ἐπενόησεν. Ἔτι δὲ καὶ τὴν Αἴγυπτον πᾶσαν εἰς τριάκοντα διεῖλε νομοὺς, πρὸς τὸ τῷ Χενεφρῇ τὴν βασιλείαν βεβαιῶσαι· ἐπειδὴ ἀτάκτως ἐβασιλεύοντο Αἰγύπτιοι, γνώμῃ προσάγοντες καὶ καθαιροῦντες ὃν ἂν προῄρηντο. Δι' ἃ γοῦν ὑπὸ μὲν τῶν ἱερέων ὡς θεὸς ἐτιμᾶτο, ὑπὸ δὲ τῶν Αἰθιόπων ὡς βασιλεύς· καὶ γὰρ καὶ τὴν περιτομὴν παρ' αὐτοῦ μαθόντες ἄχρι τοῦ δεῦρο φυλάττουσιν. Πρῶτος γὰρ οὗτος σοφὸς γεγένηται, ὡς
C ἱστορεῖ ὁ Εὐπόλεμος, καὶ γράμματα πρῶτος Ἑβραίοις παραδέδωκεν, ἅπερ ὁ μακάριος Ἀβραὰμ ἀπὸ τῶν Χαλδαίων ἐκόμισε· πρῶτοι γὰρ εὑρεταὶ τούτων οἱ Χαλδαῖοι γεγένηνται· παρὰ δὲ τῶν Ἑβραίων ἔλαβον Φοίνικες· καὶ Κάδμος ταῦτα μετήγαγεν εἰς τοὺς Ἕλληνας. Μετὰ δὲ τὴν κατὰ τῶν Αἰθιόπων στρατηγίαν ἀφικνεῖται εἰς Αἴγυπτον· καὶ ὁ Χενεφρῆς λόγοις μὲν εὐφήμοις ἐδεξιοῦτο αὐτὸν, ἔργοις δὲ τὸν θάνατον κατὰ αὐτοῦ ἤρτυεν· ἔρημον γὰρ τῶν ὁμοφύλων καταστήσας αὐτὸν, εἰς Μέμφιν μετ' αὐτοῦ παραγίνεται· καὶ ἐρωτᾷ αὐτὸν, τί τοῖς ἀνθρώποις ὑπάρχει εὔχρηστον. Ὁ δὲ ἔφη· Τῶν βοῶν τὸ γένος, διὰ τὸ ἀρώσιμον τὴν γῆν ὑπ' αὐτῶν καθίστασθαι. Κελεύσας οὖν τοῖς ὄχλοις ὁ Χενεφρῆς ταύρου Ἄπιδος σηκὸν τεκτήνασθαι, τὰ τοῦ Μωϋσέως τῆς ἀρετῆς ὑπομνήματα (ἦν δὲ ταῦτα
D ἐκ χαλκοῦ πεποιημένα, τῶν ἴβεων τὴν ἐπίνοιαν, καὶ τὴν ἱστορίαν τῆς κατ' Αἰθιόπων ἀνδραγαθίας κηρύττοντα) ὑπὸ τὸ ἔδαφος ἐνέκρυψε τοῦ ναοῦ πρὸς τὸ λήθῃ παραδοῦναι τὰ τούτου δράματα. Τὸν δὲ ὄχλον τῶν Ἑβραίων τὸν περιέποντα αὐτὸν, εἰς δύο ἔργα διένειμε· τοὺς μὲν γὰρ εἰς φυλακὴν τῆς Αἰθιοπίας ἐξέπεμψε, τοὺς δὲ τὸν ἐν Διὸς πόλει ναὸν ἐκ λίθου κατασκευάσαι, λατομήσαντας τὸ πλησίον ὄρος, ἐπέτρεψε· πάλαι γὰρ ἐξ ὀπτῆς πλίνθου ὁ ναὸς κατεσκεύαστο· Ἀποξενώσας δὲ καὶ τῶν Αἰγυπτίων αὐτὸν, ἀνελεῖν αὐτὸν τοῖς φίλοις αὐτοῦ ἐνετέλλετο, πάντας ὁρκωμοτῶν, μὴ ποιῆσαι αὐτῷ τὴν κατ' αὐτοῦ τυρευομένην κατάδηλον. Πάντων οὖν τὴν βουλὴν ταύτην ἀπειπαμένων, Χανένώθης τις διακονῆσαι τῇ γνώμῃ τοῦ βασιλέως κατέθετο, δολοφονῆσαι τὸν Μωϋσέα ἐπαγγειλάμενος. Τότε δὴ καὶ τῆς

Μεῤῥόης (οὕτω γὰρ ἡ Θέρμουθις ἐκαλεῖτο) τελευτησάσης, ἕρμαιον ὁ Φαραὼ τὸν καιρὸν ἡγησάμενος, προστάττει Μωϋσῇ καὶ Χανενώθῃ εἰς τοὺς ὑπὲρ Αἰγύπτου τόπους κηδεῦσαι αὐτήν. Ἀφικνουμένων δὲ αὐτῶν, εἷς τις τῶν συνειδότων τὴν γνώμην τοῦ Φαραὼ ἀνακοινοῦται τῷ Μωϋσῇ· καὶ φυλάξας ἑαυτὸν πάντοθεν ὁ Μωϋσῆς, τὴν Μεῤῥόην ἔθαψε, καὶ τὸν τόπον καὶ τὸν ποταμὸν Μεῤῥόην ἐξ αὐτῆς προσηγόρευσεν. Αὐτὸς δὲ ἐκ μὲν Μέμφεως τὸν Νεῖλον διαπορθμεύσας, καθ' ὑπόθεσιν Ἀαρὼν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, εἰς τὴν Ἀραβίαν ἀπέφευγεν· ὁ δὲ Χανενώθης πυθόμενος, γυμνώσας τὸ ξίφος ὑπαντιάζει αὐτῷ· ὁ δὲ Μωϋσῆς κατεῖχεν αὐτοῦ τὴν χεῖρα, καὶ ἐκσπάσας τὸ ξίφος αὐτοῦ τῆς χειρὸς, τῷ οἰκείῳ ξίφει αὐτὸν διεχειρίσατο, καὶ εἰς Ἀραβίαν πρὸς Ῥαγουῆλον τὸν τῶν τόπων ἄρχοντα παρεγένετο, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Σεπφόραν ἀγόμενος, ἐξ αὐτῆς δύο παῖδας ἐγέννησεν.

Ὁ δὲ Φαραὼ, πᾶσαν τὴν δραματουργίαν τοῦ Μωϋσέως πυθόμενος, τὸν θυμὸν ἐπὶ τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων ἔχεε, καὶ ἄρδην τούτους ἀναιρεῖσθαι προσέταξε· μόνους γὰρ αὐτοὺς λινῆν ἐσθῆτα φορεῖν κελεύσας διὰ τὸ εὔσημον, εἰς σφαγὴν αὐτοὺς τοῖς Αἰγυπτίοις ἐκδίδωσιν· ἐφ' ᾧ ὁ Θεὸς μεγίστῃ τιμωρίᾳ τοῦτον ἐκόλασε· πρῶτος γὰρ παντὸς ἀνθρώπου ἐλεφαντιάσας ὁ Φαραὼ, αἰσχρῷ τὸν βίον τέλει κατέλυσεν. Ὁ δὲ τούτου τὴν αὐτὴν ἀρχὴν τῆς βασιλείας διαδεξάμενος, ὁμοῦ καὶ τῆς πονηρίας αὐτοῦ ἦν διάδοχος· τοῖς γὰρ αὐτοῖς κακοῖς τοὺς Ἰουδαίους ὑπέβαλλε.

Καὶ θρήνου πολλοῦ περιέχοντος αὐτοὺς, ὁ Θεὸς οἶκτον λαβὼν αὐτῶν, τὸν Μωϋσῆν ἐξέπεμψεν εἰς τὴν Αἴγυπτον, προστάττων τῷ Φαραὼ ἀπολῦσαι τῶν Ἰουδαίων τὸ ἔθνος εἰς τὴν ἔρημον, ὥστε λατρεῦσαι αὐτῷ.

Ἐπὶ γοῦν τῇ τοιαύτῃ ῥήσει τοῦ Μωϋσέως χαλεπήνας ὁ Φαραὼ, εἰς εἱρκτὴν παραχρῆμα ἐμβληθῆναι αὐτὸν προσέταξε· καὶ διὰ τῆς νυκτὸς σεισμῷ διεσείσθη πᾶσα ἡ γῆ, ὡς τινὰς τῶν φυλάκων ἐκ τοῦ δέους ψυχοῤῥαγῆσαι, τινὰς δὲ ὕπνῳ βαθεῖ παρεθεῖναι τὰ μέλη· αὐτὰς δὲ τὰς πύλας τῆς εἱρκτῆς ἀναπετασθῆναι, καὶ ἐξελθεῖν τὸν Μωϋσῆν, καὶ παραγενέσθαι νυκτὸς εἰς τὰ βασίλεια· καὶ γὰρ κἀκείνου αἱ θύραι κλονουμένης τῆς γῆς διέστησαν· καὶ πάντων τῶν σωματοφυλάκων καθευδόντων, διύπνησε τὸν Φαραὼ λέγων· « Ὁ Θεὸς ἐξαπέστειλέ με ἀπολῦσαι προστάττων σοι τὸν τῶν Ἰουδαίων λαόν. » Ὁ δὲ καταπλαγεὶς ἠρώτα καὶ ποῖος οὗτός ἐστι, καὶ τί τὸ ὄνομα τοῦ ἀποστείλαντος αὐτὸν Θεοῦ· ὁ δὲ Μωϋσῆς, προκύψας εἰς τὴν ἀκοὴν αὐτοῦ, τοῦ Θεοῦ τὸ ὄνομα αὐτῷ διεσάφησε· καὶ μὴ καρτερήσας τὴν ἀκοὴν ὁ Φαραὼ, ἐπὶ τῆς γῆς ἔπεσεν ἄφωνος. Καὶ προσελθὼν ἤγειρεν αὐτὸν ὁ Μωϋσῆς, καὶ εἰς δέλτον τὸ πανάγιον ὄνομα ἐγχαράξας, ἐσφράγισε· καί τις τῶν παρ' Αἰγυπτίοις ἱερέων, φαυλίσαι τοῦτο τολμήσας τὸ ὄνομα, σπασμῷ εὐθέως τὸν βίον κατέλυσε.

Ὁ δὲ Φαραὼ ποιῆσαί τι σημεῖον τὸν Μωϋσῆν ἐπέτρεπε· καὶ ὁ Μωϋσῆς, ἣν κατεῖχε ῥάβδον ἀφεὶς ἐπὶ τῆς γῆς, εἰς ὄφιν αὐτὴν μετέβαλε· καὶ πάλιν αὐτῆς ἁψάμενος, εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατέστησε.

A ingens oblatum se nactum Pharao existimans tempus, Moysi et Chanenothæ jubet extra fines Ægypti filiæ justa facere. Quo cum pervenissent, unus ex consciis mentem Pharaonis illi communicat. Moyses sibi undequaque cavens Meroem sepeliit, et locum, et fluvium Meroem ex ea nominavit. Ipseque ex Memphi, Nilo trajecto, nomine Aaronis fratris in Arabiam fugit; quod ubi præsensit Chanenothes, stricto gladio adversus impetit: verum Moyses deprehensa manu, enseque illius arrepto, ejusmet illius gladio jugulat, et in Arabiam ad Raguelem regionis principem migrat [10], et ex ejus filia Sepphora sibi in matrimonium collocata, duos suscepit filios.

B Pharao ubi Moysis factum audiit, iram in Judæorum multitudinem effudit, eosque internecioni tradi prorsus mandavit; tantum enim eos lineo vestimento indui jussit, ut facilius cognoscerentur, sicque occidendos Ægyptiis tradit; pro quo Deus maximo supplicio eum punivit; omnium enim hominum primus Pharao, elephantiasi, fœdissimo fine, vitam amisit. Hujus in dominatu successor, simul et illius vitiorum hæres fuit. Iisdem quippe malis Judæos conficiebat.

Inde maximo planctu interpellante, Deus eorum misertus Moysem in Ægyptum misit [11], Pharaoni præcipiens Judæorum nationem liberam dimittere in desertum, ut illi deserviret.

C Hoc Moysis dictum ægre ferens Pharao comprehensum illico in custodiam tradidit includendum, et per noctem terræ motibus universus terrarum orbis conquassatus est, ita ut multi ex custodibus timore perculsi, animam efflarint, multi etiam gravi somno correpti, membris fuerint dissoluti, ipsæ custodiæ fores pares patentes apertæ sint, Moysesque ereptus ad regiam perveneril, cujus portæ dum terra contremisceret, divisæ sunt; et omnibus custodibus corporis somno correptis, Moyses excitavit Pharaonem, dicens: « Deus misit me, ut Judæorum populum dimittas, tibi mandans; » ille perterrefactus quærebat, quis hic esset, et quod nomen Dei, qui illum miserat. Moyses se ad aurem illius D admovens, nomen Dei manifestavit; Pharao, tanti nominis audiendi impar, voce amissa in terram decidit, et accedens Moyses, eum erexit, nomenque sanctissimum chartæ inscriptum sigillo obsignavit, et unus ex sacerdotibus Ægyptiis, nomen hoc parvi facere ausus, statim spasmo vitam abjecit.

Pharao signum a Moyse poscebat, et Moyses baculum, quem præ manibus habebat, in terram conjectum, in serpentem commutavit [12], quem iterum cum tetigisset, pristinam illi formam restituit.

[10] *Exod.* II. [11] *Exod.* III. [12] *Exod.* VII.

Porro cum neque hoc cederet ad populum dimittendum, orante Moyse Deum, magnus terræ motus una cum grandine factus est ut qui terræ motum evitando e domibus egressus sit, a grandine perderetur; qui rursus grandinem declinando, in domos aufugeret, terræ motu corrueret.

Quando autem neque hoc flecti potuit, baculo Nili aqua cæsa, totam fere Ægyptum inundans fluvius parum abfuit quin immerserit, ita ut ab eo tempore ad hoc usque ipse suos descensus iteret. Itaque Pharao sacerdotibus omnibus, qui Memphim incolebant, convocatis, ni eadem quæ et Moyses miracula efficerent, mortem illis, deorumque fanis ruinam minatus est. Qui carminibus magicis, ut solebant, dracones ut serperent fecerunt, fluminisque colorem mutarunt, ita ut his inflatus Pharao, maximis suppliciis Judæos affecerit; et Moyses baculo pulsata terra, alatum animal produxit, quod Ægyptiorum insidens corporibus operosis, molestisque ulceribus defatigabat, ita ut medicamenta nullam possent afferre utilitatem.

Ut et in hac plaga Pharao induratus est [13], tandem primogenitos totius Ægypti morte delevit: quare ingenti luctu Ægypto occupata e terra omnes Pharao Judæos emisit, qui multam viam progressi, fluminibusque Arabiæ trajectis, tertia die in mare Rubrum conveniunt. Sed Deo cor Pharaonis indurante, rursus Ægyptii, præteritorum malorum obliti, cum Pharaone Israelitas persequebantur [14].

Cæterum nemo Pharaonem in rerum agendarum stuporem a Deo vi coactum impelli existimet; etenim Deum is injustitiæ accusat, dum dicit: Si ipse est qui cor indurat, ut quid indurato succenset? Verum sciat, has plagarum inducias stuporis illi causam fuisse; cum enim in eum plagas inferebat, populum dimittere promittebat; verum ubi a suppliciis abstinebat, ille indurabatur; hoc enim, et verbis ipsis Scriptura nobis insinuat, cum ait [15]: *Videns autem Pharao, quod facta esset respiratio, aggravavit cor suum, et non audivit eos, sicut locutus est Dominus;* et [16]: *In hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te totum robur meum,*

Quæ dum audis, cave id malo sensu percipias, dicens: Quas ob causas eos punit prius illos, ut sibi obstent, præparans? quare vapulant, si ab injustitia Deus abhorret? Sed scito primum, quæ apud Scripturam adversari sibi videntur, non discursibus, sed exemplis dissolvenda esse.

Quemadmodum enim medicorum optimi qui humano generi commodo utilitatique esse student, decreto ultimo morti subactos expostulantes, eos in membra incidunt, ut per morti obnoxios, homines fructum aliquem consequantur: sic Deus omnem

A Τούτου δὲ ἐπὶ τοῦτο μὴ εἴξαντος ἀπολῦσαι τὸν λαὸν, εὐξαμένου τοῦ Μωϋσῆ πρὸς τὸν Θεὸν, σεισμὸς μέγας μετὰ χαλάζης ἐνέσκηψεν, ὡς τὸν φεύγοντα ἐκ τῶν δωμάτων τὸν σεισμὸν ὑπὸ τῆς χαλάζης ἀπόλλυσθαι, τοὺς δ' αὖ πάλιν τὴν χάλαζαν ἐκκλίνειν σπεύδοντας ὑπὸ τοῦ σεισμοῦ καταφθείρεσθαι.

Ὡς δὲ καὶ ἐπὶ τοῦτο ἔμεινεν ἀδυσώπητος, τῇ ῥάβδῳ τὸ Νειλῶον ὕδωρ ἐπάταξε, καὶ τὴν Αἴγυπτον πλημμυρήσας ὁ ποταμὸς, μικροῦ δεῖν πᾶσαν ἐπέκλυσεν, ὡς ἔκτοτε ἄχρι τοῦ νῦν ποιεῖσθαι αὐτὸν τὴν κατάβασιν. Ὁ γοῦν Φαραὼ, τοὺς ὑπὲρ Μέμφιν ἱερεῖς προσκαλεσάμενος, ἠπείλησεν αὐτούς τε καὶ πάντας τοὺς τῶν εἰδώλων ἐξαφανίσαι σηκοὺς, εἰ μὴ τῷ Μωϋσῇ παραπλησίως τερατουργήσειαν. Οἱ δὲ, ταῖς εἰωθυίαις γοητείαις χρησάμενοι, δράκοντας ἐξέρπειν ἐποίησαν,
B καὶ τὸν ποταμὸν δοκήσει μετέχρωσαν, ὡς ἐκ τούτου τυφωθέντα τὸν Φαραὼ τιμωρίᾳ μεγίστῃ τοὺς Ἰουδαίους ὑποβαλεῖν. Καὶ ὁ Μωϋσῆς, τῇ ῥάβδῳ παίσας τὴν γῆν, πτηνόν τι ζῶον ἐξερπύσαι αὐτὴν παρεσκεύασεν, ὅπερ τοῖς σώμασιν ἐφιζάνον τῶν Αἰγυπτίων ἑλκώσεις ἀνιαρὰς αὐτοῖς παρείχετο, ὡς μηδεμίαν τὴν ἰατρικὴν ποιῆσαι τούτοις ἐπικουρίαν δύνασθαι.

Ὡς δὲ καὶ ἐπὶ τῆς μάστιγος ταύτης ἐσκληρύνθη Φαραὼ, τελευταῖον θανάτῳ τὰ πρωτότοκα τῆς Αἰγύπτου πάσης ὑπέβαλε. Καὶ πένθους ἐπὶ τοῦτο ἀμέτρου καταλαβόντος τὴν Αἴγυπτον, ἀπὸ τῆς χώρας παγγενῆ πάντας ὁ Φαραὼ τοὺς Ἰουδαίους ἐξέπεμψε· καὶ πολλὴν οὗτοι ὁδὸν διανύσαντες, καὶ τοὺς Ἀραβίας διαβάντες ποταμοὺς, τριταῖοι ἐπὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν παρεγένοντο. Τοῦ δὲ Θεοῦ τὴν καρδίαν σκληρύναντος τοῦ Φαραὼ, πάλιν οἱ Αἰγύπτιοι ἐπιλησθέντες τῶν προλαβόντων κακῶν, τοὺς Ἰσραηλίτας ἅμα τῷ Φαραὼ ἐπεδίωκον.

C Μηδεὶς δὲ ὑπολάβῃ τὸν Φαραὼ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς ἀναισθησίαν τῶν πραττομένων χωρεῖν ἐκβιάζεσθαι· ἀδικίας γὰρ ἴσως τοῦ Θεοῦ ὁ τοιοῦτος καταψηφίζεται φάσκων· Εἰ αὐτὸς σκληρύνει τὴν καρδίαν, τί μέμφεται τῷ σκληρυνομένῳ; Ἀλλὰ γινωσκέτω, ὅτι ἀνοχὴ τῶν μαστίγων αἰτία τῆς πωρώσεως αὐτῷ ἐγίνετο· ἡνίκα γὰρ ἐπῆγεν ἐπ' αὐτὸν τὰς πληγὰς, ἀπολύειν τὸν λαὸν ἐπηγγείλατο· ἡνίκα δὲ ἠφίει τῶν βασάνων αὐτὸν, ἐσκληρύνετο· τοῦτο γὰρ ἐπὶ λέξεως σημαίνει καὶ ἡ Γραφὴ λέγουσα· *Ἰδὼν δὲ Φαραὼ, ὅτι γέγονεν ἀνάψυξις, ἐβάρυνε τὴν καρδίαν αὐτοῦ, καὶ οὐκ εἰσήκουσεν αὐτῶν, καθάπερ ἐλάλησεν ὁ Κύριος*· καὶ, *Εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε, ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ πᾶσαν τὴν δύναμίν μου.*

Ἀλλ' ἀκούων μὴ δυσφήμως ὑπολάβῃς, λέγων· Διὰ
D τί τιμωρεῖται αὐτοὺς, ἀντιστῆναι αὐτῷ παρασκευάζων αὐτόν; διὰ τί τύπτει, εἰ οὐκ ἔστιν ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ; Ἀλλὰ γινωσκέτω πρῶτον, ὅτι τὰ δοκοῦντα εἶναι ἀντιλεγόμενα παρὰ τῇ Γραφῇ, οὐ λογισμοῖς, ἀλλὰ παραδείγμασι λύεται.

Ὥσπερ γὰρ οἱ ἄριστοι τῶν ἰατρῶν, ὠφέλιμόν τι ἐπινοῆσαι τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει σπουδάζοντες, τοὺς θανατικῇ ἀποφάσει ὑποβληθέντας αἰτησάμενοι ἀνατέμνουσιν, ἵνα διὰ τῶν ὑποδίκων τῷ θανάτῳ ὠφέλιμόν τι τοῖς ἀνθρώποις ἐφεύρωσιν· οὕτως ὁ πᾶσαν ἀνθρωπί-

[13] *Exod.* XII. [14] *Exod.* XIV. [15] *Exod.* VIII. [16] *Exod.* IX.

νην σοφίαν ὑπερβαίνων Θεὸς διὰ τοῦ ἀνίατον ἡμαρτηκότος Φαραὼ σημεῖα μεγάλα δείκνυσι, τὸν μὲν ἄξιον τιμωρίας κολάζων, τοὺς δὲ μετὰ ταῦτα γενωμένους θεραπεύων, σωτηρίας ὑπόθεσιν τὴν αὐτοῦ τιμωρίαν αὐτοῖς παρεχόμενος.

Συναγαγὼν οὖν πᾶσαν τὴν δύναμιν ὁ Φαραὼ, ἅρματα μὲν διακόσια, ἱππέων δὲ μυριάδας λ', τοὺς Ἰσραηλίτας ἐδίωκεν. Οἱ δὲ, διαιρεθείσης τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ὑπὸ Μωϋσέως, προστάγματι Θεοῦ ἐπορεύοντο· καὶ Αἰγύπτιοι κατόπιν αὐτῶν ἐλαύνοντες κατεποντώθησαν, τῇ ῥάβδῳ τοῦ Μωϋσέως πατάξαντος, καὶ συναγαγόντος τὰ ὕδατα.

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἡμέρᾳ, τὰ ὅπλα τῶν Αἰγυπτίων τῷ πλήθει τῶν Ἑβραίων προσήνεγκε τὸ ὕδωρ ὠθούμενον ὑπὸ τοῦ πνεύματος. Καὶ ὁ Μωϋσῆς εἰκάσας καὶ τοῦτο B τῇ τοῦ Θεοῦ γεγενῆσθαι προνοίᾳ, ἐκέλευσεν αὐτὰ πορίσασθαι, ὅπως μὴ εἶεν ἄνοπλοι. Ἀφικνοῦνται γοῦν εἰς τὴν ἔρημον.

Καὶ ὁ Ῥαγουῆλος καὶ Ἰοθὼρ (διώνυμος γὰρ ἐτύγχανεν) ἀφικνεῖται πρὸς τὸν Μωϋσῆν, ἐπαγόμενος αὐτῷ τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς υἱούς· καὶ μαθὼν πᾶσαν παρ' αὐτοῦ τὴν κατ' Αἰγυπτίων τοῦ Θεοῦ θαυματουργίαν, κατεπλάγη, καὶ ἐδόξασε τὸν Θεόν. Ἦν δὲ οὗτος, ὥς φασι, τοῦ Ἀβραὰμ ἀπόγονος, ἐξ ἑνὸς τῶν ἐκ Χεττούρας γεννηθέντων αὐτῷ τεχθείς· ἐκ γὰρ τοῦ Ἰεζὰν ἐγένετο Δάδαν, Ῥαγουὴλ, Ἰοθὼρ καὶ Ὀβάβ. Δεξιῶς οὖν αὐτὸν φιλοφρονησάμενος ὁ Μωϋσῆς, εἰς τοὺς οἰκείους τόπους προέπεμψεν.

Αὐτὸς δὲ πολλὰς πρὸς τὸ χρήσιμον τοῖς Ἑβραίοις C νομοθετήσας ὁ Μωϋσῆς ἐτελεύτησε, βιώσας ἔτη ρκ'· καὶ Ἰησοῦς ὁ Ναυῆ τὴν ἡγεμονίαν αὐτοῦ διαδέχεται, καὶ ἐξάγει τῆς ἐρήμου τὸν λαὸν, ἔτη μ' ἐν αὐτῇ διατρίψαντα, ἐφ' ἧς ἔτι τὰ ἴχνη τῆς κατοικήσεως τῶν Ἰουδαίων σώζεται. Οἱ γὰρ χάριν ἱστορίας τοῖς τόποις ἐπιδημήσαντες, τῶν σκηνῶν τύπους ἔτι συνεστάναι διηγοῦνται μυρίου πλήθους ὑπαρχούσας [*f.* ὑπαρχουσῶν], τό τε Σιναῖον ὄρος θεωρεῖσθαι, παρ' ᾧ τὰς νομοθεσίας ὁ Μωϋσῆς εἴληφε, καὶ ἕκαστα τῶν ἐν μέρει ἀναγεγραμμένων.

Ζητητέον δέ· Οἱ Ἑβραῖοι ἐν τῇ Αἰγύπτῳ παρῴκησαν ἔτη υ' καὶ λ', καὶ οὐχὶ ιε' καὶ διακόσια· ἡ μὲν γὰρ τῶν χρόνων ἐφεξῆς ἀναγραφὴ σιε' σημαίνει, ἡ δὲ Γραφὴ υ' καὶ λ'. Λέγει γὰρ, ὅτι *πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ ἔτη υλ'.* D

Πρῶτον μὲν οὖν ἐπιτηρητέον, ὅτι οὐκ εἶπεν *ἐν Αἰγύπτῳ*, ἀλλ' *ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ*· ἀλλοτρία δὲ ὑπῆρχε καὶ ἡ Χαναναία γῆ, ἣν παρῴκησεν ὁ Ἰσαὰκ, σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ πρὸ πάντων αὐτὸς τυγχάνων ἐξαίρετον· υἱὸς γὰρ ἦν. Δῆλον οὖν, ὅτι πρὸ τοῦ κληρονομῆσαι τῶν ἀλλοφύλων τὴν γῆν, ὑπῆρχον πάροικοι μέχρις ἐτῶν υλ', ὥς που καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει· *Διαθήκην προκεκυρωμένην ὑπὸ Θεοῦ μετὰ ἔτη υλ', εἰς τὸ καρποφορῆσαι τὴν ἐπαγγελίαν*· καὶ ἐπιφέρει· *Τῷ δὲ Ἀβραὰμ δι' ἐπαγγελίας ἐχαρίσατο ὁ Θεός.* Εἰκὸς οὖν, ὅτι ἐν μὲν τῇ Χαναναίᾳ σιε' παρῴκησαν, ἐν δὲ

A humanam sapientiam superans, per eum qui sine spe ulla medicinæ peccavit Pharaonem signa magna ostendit, eum qui supplicio dignus est castigans, et eos qui illi succedent fovens et sanans, salutis punitionem illius exhibens argumentum.

Itaque Pharao [17] universo exercitu convocato, curribus ducentis, equitatu ad triginta millia, superveniens Israelitas sequebatur, qui mare Rubro, ita jubente Deo, in duas partes diviso per Moysem, iter habebant, et Ægyptii aversos eos invadentes, immersi sunt, baculo Moyse percutiente, et aquas in unum congregante.

Postero die Ægyptiorum arma ad multitudinem Judæorum aquam vento pellente, delata sunt. Et Moyses hoc quoque divina Providentia contigisse ratus illis ea sibi comparare mandavit, ne sine armis forent. Deveniunt tandem in desertum [18].

Et Raguelus, sive Iothor, utraque enim appellatione nuncupabatur, venit ad Moysem, illi uxorem filiosque afferens; qui cum totum Dei adversus Ægyptios opus admirabile audisset, obstupefactus, gloriam dedit Deo. Erat vero hic, ut ferunt, ex Abraham oriundus, ex uno filiorum, quos ille ex Chettura habuit, natus; ex Jezan enim natus est Dadan, Raguel, Iothor et Obab. Hunc Moyses, uti par erat, perhumane acceptum in propria loca dimisit.

Verum Moyses [19], multis legibus maximo cum emolumento Judæis latis, mortuus est, ætatis annorum CXX, et Jesus filius Nave copiarum ductor succedit, et populum in solitudinem annos quadraginta commoratum eduxit, in qua adhuc Judæorum habitationis vestigia integra cernuntur. Qui enim visendi causa ad illa loca profecti sunt, adhuc formas tentoriorum infinitæ multitudinis conspici asseverant, et Sinaium montem adhuc stare, in quo leges Moyses accepit, et quæcunque sigillatim scriptis prodita sunt.

Quærendum tamen est: Hebræi in Ægypto habitarunt annis CCCC et XXX et non quindecim et CC; nam temporum continuata descriptio, CCXV innuit, sed Scriptura CCCCXXX; ait namque [20]: *Peregrinum erit semen Abrahæ in terra aliena annos* CCCCXXX.

Primum itaque observandum, non dixisse, *in Ægypto*, sed *in terra aliena peregrinum erit semen Abrahæ.* Aliena autem erat et terra Chanaam, quam habitavit Isaac, qui præ omnibus ipse semen Abrahæ erat eximium. Erat quippe filius. Manifestum itaque est, eos antequam externorum terræ hæredes facti fuissent, peregrinos palasse annos CCCCXXX, quemadmodum et Apostolus ait [21]: *Testamentum prædeterminatum a Deo post annos* CCCCXXX, *ut fructificaret promissio;* et subdit, *Abraham autem per promissionem dedit Deus.* Consentaneum itaque est, eos in Chananæa habitasse annos CCXV,

[17] *Exod.* XIV. [18] *Exod.* XVIII. [19] *Deut.* XIV. [20] *Gen.* XV. [21] *Gal.* III.

et in Ægypto itidem ccxv, qui simul sunt ccccxxx.

Cæterum ducente Jesu [22] populum, et arcam Testamenti per Jordanem, aquæ divisæ sunt in unam concretionem, maximis spatiis dissitam; pars vero altera, quæ in mare salium effunditur, in mare Arabum lapsa est, donec omnino defecit, et omnes sicco pede prætergressi circa Hiericho castrametati sunt [23]. Hæc maximis septa mœnibus muniebatur. Dei jussu, eam per dies sex obsidione cinctam, septima antequam dies illucesceret, undique invasam tubis clangentibus, universoque populo unanimi consensu ad clamandum a sacerdotibus excitato, et opem ferente, diripuerunt, repente mœnibus collapsis, totamque Domino sacrarunt.

Post [24] Hiericho civitati Vai insidiantur, eamque captam igne absumpsere, et regem illius ligno appensum, ita Jesu præcipiente, cruci affixerunt, et occidente sole, in vallem corpus illius projectum acervo lapidum obruerunt.

Gabaonitæ, ubi ad eos Judaicarum obsidionum fama delata est (erant enim eorum finitimi et propinqui), malitiose Israelitas hoc pacto eluserunt [25]. Ne enim approximantes circa eorum civitatem castrametarentur, occurrunt illis, veste et calceis discissis induti, panis sicci carieque obesi, saccos utresque vetustos portantes, qui dixerunt: « Nostra civitas longe dissita est; panes enim hos recentes nobis paravimus, vestimentumque quo volvimur, novum erat, cum induimus, calceique novi, cum eos pedibus adaptavimus; sed hæc omnia longum productumque iter confecit inveterata. Inite igitur nobiscum pacem, et in amicitiam fœdusque vestrum nos admittite. » Et beatus Jesus jurejurando amicitiam cum illis habitam stabiliit. Deinceps, eorum dolo comperto, ab eis, ne jusjurandum violaret, abstinuit, sed ligna et aquam Israelitarum populo advehere, pro fraude jussit.

Sed Adonibezec, rex Hierusalem, Gabaonitis, tanquam illis qui ad Israelitas hostes defecissent, iratus, omnes finitimos reges sibi auxilio jungens, Ælam regem Chebron, et Phidom regem Jerimuth, et Sipha regem Lachis, nec non et Dad regem Sadollam, castrametatus, obsidione premebat Gabaon [26]. Gabaonitæ malis oppressi, legatos mittunt ad Jesum, qui in Galgalis cum esset, acie ex adverso instructa, congressus est fugatique alienigenæ partim gladio occubuere, partim grandine. Fugientibus enim Deus grandinem immittit, quæ plures inimicorum quam bellum interemit: ut autem omnino eos deleret Jesus, Deum oravit, ut diem præter naturæ ordinem protraheret versus Gabaon, solis cursu impedito, et versus vallem Arnon, lunæ; et Deus solem a cursu arcuit, et lunam, quousque in die integro, hostes prædatus est. Quinque autem gentium reges Jesus Nave cum abditos invenisset in

A τῇ Αἰγύπτῳ τὰ αὐτὰ σιε', ἅπερ ὁμοῦ γίνεται ἔτη υλ'.

Διάγοντος δὲ τοῦ Ἰησοῦ τὸν λαὸν καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς Διαθήκης διὰ τοῦ Ἰορδάνου, διέστη τὰ ὕδατα εἰς πῆγμα ἐν ἀφεστηκὸς μακρὰν σφόδρα· τὸ δὲ καταβαῖνον εἰς τὴν θάλασσαν τῶν ἁλῶν Ἄραβα κατῆλθεν, ἕως οὗ εἰς τέλος ἐξέλιπε, καὶ πάντες ἐπὶ ξηρᾶς διέβησαν, καὶ στρατοπεδεύουσιν ἐπὶ τὴν Ἱεριχώ. Ἦν δὲ αὐτὴ μεγίστοις ὠχυρωμένη τείχεσι. Κυκλοῦσι γοῦν αὐτὴν ἐπὶ ἡμέρας ἕξ, Θεοῦ προστάξαντος· καὶ τῇ ἑβδόμῃ ὄρθρου περιῆλθον αὐτὴν ἕβδομον κυκλόθεν, καὶ οἱ ἱερεῖς σαλπίγξαντες ταῖς σάλπιγξι τὸν λαὸν πάντα ἀλαλάξαι ὁμοθυμαδὸν διήγειραν· καὶ βοησάντων αὐτῶν, παραχρῆμα τὸ τεῖχος ἔπεσε, καὶ ἑάλω ἡ πόλις, καὶ πᾶσα τῷ Κυρίῳ ὑπῆρξεν ἀνάθημα.

Καὶ μετὰ τὴν Ἱεριχὼ ἐνεδρεύουσι τὴν πόλιν Οὐαΐ,
B καὶ λαβόντες αὐτὴν ἐνέπρησαν, καὶ τὸν βασιλέα αὐτῆς ἐπὶ ξύλου κρεμάσαντες, προστάξαντος τοῦ Ἰησοῦ, ἐσταύρωσαν. Καὶ δύνοντος τοῦ ἡλίου ἔῤῥιψαν τὸ σῶμα αὐτοῦ εἰς φάραγγα, καὶ σωρῷ αὐτὸ λίθων ἐπέχωσαν.

Οἱ δὲ Γαβαωνῖται, τούτων τὰς πολιορκίας πυθόμενοι (ὑπῆρχον γὰρ αὐτῶν ἀστυγείτονες), πανούργως τοὺς Ἰσραηλίτας κατασοφίζονται. Ἦσαν (*l.* ὡς ἂν) γὰρ μὴ φθάσαντες τῇ πόλει αὐτῶν παρεμβάλωσιν, ὑπαντῶσιν αὐτοῖς ἐσθῆτα καὶ ὑποδήματα διεῤῥωγότα ἠμφιεσμένοι, καὶ σάκκους ἄρτων ξηρῶν καὶ εὐρωτιώντων, καὶ ἀσκοὺς παλαιοὺς ἐπηχθισμένοι, φάσκοντες αὐτοῖς· « Ἡ μὲν πόλις ἡμῶν πολὺ ἀφ' ἡμῶν διέστηκε· τοὺς γὰρ ἄρτους τούτους νεαροὺς ἐφωδιάσθημεν, καὶ τὴν ἐσθῆτα ἣν περικείμεθα καινὴν
C ἠμφιέσμεθα, καὶ τὰ ὑποδήματα νέα τοῖς ποσὶν ὑπεβάλομεν· καὶ ταῦτα πάντα τὸ μῆκος τῆς ὁδοῦ κατέτριψε, καὶ ἐπαλαίωσε. Διάθεσθε οὖν πρὸς ἡμᾶς εἰρήνην, καὶ φίλους ἡμῶν καταστήσατε. » Καὶ ὁ μακάριος Ἰησοῦς ὅρκοις εἰρήνην τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐπιστώσατο. Ὕστερον δὲ τὴν πανουργίαν αὐτῶν ἐπιγνοὺς, ἐφείσατο μὲν αὐτῶν διὰ τὸν ὅρκον, ξυλοφορεῖν δὲ καὶ ὑδροφορεῖν τοῖς Ἰσραηλίταις ἀντὶ τῆς ἀπάτης προσέταξεν.

Ὀργισθεὶς δὲ Ἀδωνιβεζὲκ ὁ βασιλεὺς Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ τὸ αὐτομολῆσαι τοῖς Ἰσραηλίταις τοὺς Γαβαωνίτας, συμμάχους τοὺς πλησιοχώρους λαβὼν βασιλεῖς, τὸν Αἰλὰμ βασιλέα Χεβρὼν, καὶ τὸν Φιδὼν τὸν τῆς Ἱεριμούθ, καὶ Σιφὰ τὸν Λαχεὶς, ἔτι δὲ καὶ τὸν Δὰδ
D τῆς Σοδολλὰμ, ἐστρατοπέδευσε πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἐπολιόρκει τὴν Γαβαών. Οἱ δὲ Γαβαωνῖται συνεχόμενοι πρεσβεύονται πρὸς Ἰησοῦν. Ὁ δὲ ἐν Γαλγάλοις ὢν, ἀντιπαρετάξατο αὐτοῖς, καὶ συμβολῆς γενομένης ἐτροπώθησαν οἱ ἀλλόφυλοι· καὶ οἱ μὲν ξίφει διεφθάρησαν, οἱ δὲ χαλάζῃ. Φευγόντων γὰρ αὐτῶν, ὁ Θεὸς χάλαζαν αὐτοῖς κατώμβρησεν, ἥτις πλείστους τῶν ἐναντίων ἀνεῖλε, ἤπερ ὁ πόλεμος. Ἵνα δὲ τέλεον ἐξαφανίσῃ αὐτοὺς Ἰησοῦς, ηὔξατο τῷ Θεῷ, ὅπως τὴν ἡμέραν παρὰ φύσιν μηκύνῃ αὐτοῖς στήσας τὸν ἥλιον κατὰ Γαβαὼν, καὶ τὴν σελήνην κατὰ φάραγγα Ἀρνῶν. Καὶ ἔστησεν ὁ Θεὸς στάσει τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, ἕως οὗ πανημέριον τοὺς πολεμίους ἠλαύ-

[22] *Jos.* III. [23] *Jos.* VI. [24] *Jos.* VIII. [25] *Jos.* IX. [26] *Jos.* X.

A Τοὺς δὲ πέντε βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ κρυπτομένους εὑρὼν, εἰς σπήλαιον ὑπτίους ἐπὶ τῆς γῆς, ῥιφῆναι αὐτοὺς πρόσεταξε, καὶ καταπατεῖσθαι ὑπὸ τοῦ λαοῦ ἐπὶ τοῦ τραχήλου ποιήσας, ἀπέκτεινε· καὶ τὰ σώματα αὐτῶν ἐπὶ ξύλου ἀναρτήσας, ὕστερον εἰς τὸ σπήλαιον αὐτὰ κατώρυξε. Πάσας δὲ τὰς πόλεις ἐκπορθήσας αὐτῶν, πᾶσαν τὴν ὀρεινὴν καὶ τὴν πεδινὴν ὑπέταξε.

Ἀσὼρ δὲ, ὁ βασιλεὺς Ἰαβὶν, συμμάχους τοὺς πέριξ λαβὼν βασιλεῖς, πολλὴν συνήγαγε δύναμιν, ὡς εἰκάσαι τὸ πλῆθος τῆς στρατείας αὐτῶν τῇ ἀναριθμήτῳ τῆς θαλάσσης ψάμμῳ, καὶ ἀντιπαρετάξατο τῷ Ἰησοῦ. Ὁ δὲ αὐτοῖς ἄφνω ἐπιπεσὼν Ἰησοῦς αὐτόν τε καὶ πάντας τοὺς συμμάχους πανστρατὶ κατέσφαξε, καὶ τοὺς ἵππους αὐτῶν ἐνευροκόπησε, καὶ πᾶσαν αὐτῶν τὴν γῆν τοῖς Ἰσραηλίταις διένειμε· τῇ μὲν B φυλῇ τοῦ Ῥουβὶν τὴν τῶν Ἀμοῤῥαίων γῆν ἀπεκλήρωσε καὶ τὴν Ῥαφασὴν, τὴν δὲ Γὰδ τὴν αὐτὴν γῆν τῶν Ἀμοῤῥαίων, καὶ τὸ ἥμισυ φυλῇ Μανασσῆ ἀπένειμε, καὶ τῇ φυλῇ Ἰούδα τὴν τῶν Ἑβραίων, καὶ Χετταίων, καὶ τὴν Ἐναχείμ. Ἤγουν Ἰούδα φυλὴ, σύμμαχον λαβοῦσα τὴν φυλὴν Συμεὼν, τοὺς Χαναναίους καὶ Φερεζαίους ἐπόρθησε, καὶ φεύγοντα τὸν Ἀδωνιβεζὲκ χειρωσάμενοι, τοὺς πόδας αὐτοῦ καὶ τὰς χεῖρας ἠκρωτηρίασαν· καὶ κατοδυρόμενος ἑαυτὸν ἔφη· « Καθὼς ἐποίησα, οὕτω μοι ὁ Θεὸς ἀνταπέδωκεν. Ἑβδομήκοντα γὰρ βασιλεῖς, τὰ ἄκρα τῶν ποδῶν αὐτῶν καὶ τῶν χειρῶν ἐκκεκομμένοι, ὑποκάτω ἦσαν τῆς τραπέζης μου τὰ ἐμπίπτοντα ἀναλέγοντες. » Κομισθεὶς οὖν εἰς Ἱερουσαλὴμ παραυτίκα ἀπέθανε. Τῇ δὲ φυλῇ Ἐφραὶμ τὴν τῶν Ἀμοῤῥαίων, καὶ Φερεζαίων, C καὶ Σαμαραίων· καὶ τῷ ἡμίσει φυλῆς Μανασσῆ τὴν τῶν Γερσαίων, καὶ Ἀμοῤῥαίων γῆν ἀπένειμεν Ἰησοῦς· τὴν δὲ τῶν Ἑβραίων, καὶ Ἀμοῤῥαίων, καὶ Ἰεβουσαίων τῇ τοῦ Βενιαμὶν ἐκληροδότησε· τῇ δὲ τοῦ Συμεὼν τὴν τῶν Ἑβραίων καὶ Φερεζαίων· καὶ τῇ τοῦ Ζαβουλὼν τὴν τῶν Φερεζαίων· τὴν δὲ τῶν Κιναίων τῇ Νεφθαλείμ· καὶ τῇ φυλῇ τοῦ Δὰν τὴν Ἀμοῤῥαίων· τῇ δὲ φυλῇ Ἰσσάχαρ, καὶ τῇ φυλῇ Ἀσὴρ τὴν τῶν Φερεζαίων. Ταύτην πᾶσαν διανείμας τὴν γῆν Ἰησοῦς ρ' καὶ ι' βιώσας ἔτη, ἀπέθανεν. Ἐλεαζάρου δὲ τοῦ υἱοῦ Ἀαρὼν τελευτήσαντος τὴν ἀρχιερωσύνην Φινὲς ὁ υἱὸς αὐτοῦ διεδέξατο. Μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν Ἰησοῦ Ναυῆ οἱ Ἰσραηλῖται, ἀποστάντες τοῦ Θεοῦ, τῇ Ἀστάρτῃ ἐλάτρευσαν καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς ὑποχειρίους ὁ Θεὸς Χουσαρθὰν τῷ Σύρων βασιλεῖ, ὅστις εἰς πολλὴν συνοχὴν αὐτοὺς κατέστησεν, ὡς ἐπὶ πολὺ καταπονηθέντας αὐτοὺς βοῆσαι πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ δοθῆναι αὐτοῖς κριτάς.

spelunca, supinos humi projectos, et a populo super collo conculcatos interemit, et eorum corpora lignis appensa, tandem in spelunca sepeliit, et omnibus eorum civitatibus expilatis montanam campestremque regionem subegit.

Porro Asor rex Jabin [27], omnes reges vicinos in auxilium vocatos immensam copiarum multitudinem coegit, ita ut innumerabili arenæ maris similis videretur, quibus se Jesus opposuit. At hic improviso irrumpens, ipsum omnesque ejus auxiliares copias internecione delevit, artusque equorum abscidit, et eorum terram universam Israelitis partitus est. Et tribui Ruben sortibus conjectis dedit terram Amorrhæorum, et Raphasen, et Gad ipsam terram Amorrhæorum, et dimidium tribui Manassæ, et tribui Judæ Hebræorum et Chettæorum, et Enacim [28]. Sed Judæ tribus, tribu Symeon in auxilium advocata [29], Chananæos, et Pherezæos prædata est; cumque cepissent fugientem Adonibezec, extrema pedum ac manuum obtruncarunt, qui semetipsum deplorans dixit: « Quemadmodum feci, ita mihi Deus retribuit. Septuaginta enim reges extrema pedibus ac manibus mutili, sub mensa mea ea quæ cadebant colligebant. » Hic in Hierusalem delatus subito periit. Tribui Ephraim Amorrhæorum et Pherezæorum, et Samaræorum, et dimidiæ parti tribus Manassæ Gersæorum, et Amorrhæorum tribuit Jesus: Hebræorum vero et Amorrhæorum, et Jebussæorum tribui Benjamin; tribui Symeon Hebræorum, et Pherezæorum, et tribui Zabulon Pherezæorum, et tribui Nephthalim Cinæorum, et tribui Dan Amorrhæorum, et tribui Issachar, et tribui Aser Pherezæorum. Hanc universam terram cum divisisset Jesus, ætatis annorum centum et decem e vita decessit [30]. Et Eleazaro filio Aaron mortuo in summo sacerdotio Phines ejus filius successit. Cæterum post Jesu Nave obitum [31] Israelitæ, cum defecissent a Deo, Astartam coluere, et dedit illos Deus captivos Chursathan Syrorum regi, qui eos variis modis multisque affligebat, ita ut magnopere calamitatibus defatigati clamarint ad Deum, datique sint illis judices.

[27] *Jos.* XI. [28] *Jos.* XIII. [29] *Jud.* I. [30] *Jos.* XXIV. [31] *Jud.* III.

LEONIS ALLATII

IN

EUSTATHII ANTIOCHENI HEXAEMERON

NOTÆ UBERIORES ET COLLECTANEA.

Col. 707, in inscript. *Εὐσταθίου*. De Eustathio A Antiocheno, et ejus scriptis, plura in præfatione mea ad lectorem. Hic duo tantum, quæ ibi consulto silentio prætermisi tractanda suscipio. Et primum erit discrimen inter hunc nostrum Eustathium, et alium Eustathium, qui Basilii Magni *Hexaemeron* in linguam Latinam convertit. Secundum, ostendemus auctorem hunc nostrum, quisquis ille fuerit, fuisse antiquissimum ipsi Eustathio Antiocheno coævum. Et sane dum animo ea quæ in hoc libello continentur, agitarem, inveniremque Basilii Magni sententiis, verbisque super eadem materia simillima quæ hic habentur, diu me torsit quomodo id fieri potuit, ut vel Basilius ab Eustathio, vel Eustathius a Basilio, uterque et in dicendo peritissimus, nec alienæ elocutionis subsidio indigens, easdem sententias, et verba, luminaque orationis fuerit mutuatus. Sigebertus lib. *De illustribus scriptoribus ecclesiaticis*, cap. 21, in hac re magis animum dubium faciebat, dum scriberet, *Eustathius transtulit de Græco in Latinum* Hexaemeron *Basilii Cæsariensis*. Quibus Possevinus in *Apparatu* hæret: *Quod vero Sigebertus inquit in Catalogo, Eustathium in Latinum transtulisse* Hexaemeron *Basilii Cæsariensis, nescio de quonam dicat*. Existimabam Sigebertum hallucinatum, et Eustathium potius compilatorem, sive epitomatorem operis Basiliani fuisse, non interpretem. Verum a sententia detorsere Cassiodorus lib. *De institutione divinarum Scripturarum : Geneseos*, inquit, *principia sanctus Basilius Attico sermone lucidavit, quem Eustathius vir disertissimus ita transtulit in Latinum, ut ingenium doctissimi viri facundiæ suæ viribus æquiparasse videatur : qui usque ad hominis conditionem novem libros tetendit ;* et Junilius episcopus Africanus, sive potius Beda, nam Junilius Afer Eustathio antiquior fuisse quibusdam visus est, in præfatione *Commentarii in Genes. : De principio libri Genesis, in quo mundi hujus creatio descripta est, multi multa dixere, et multa posteris ingenii sui monumenta reliquere. Sed præcipue, quantum nostra pusillanimitas ediscere potuit, Basilius Cæsariensis, quem Eustathius interpres de Græco fecit esse Latinum*. Manifestum itaque Eustathium hunc, qui in vertendo Basilio laborem insumpsit, alium esse ab Eustathio hoc nostro, cum et illius versibus edita sit, et ipsemet in præfatione suæ versionis scopum suum, et intentionem exponat, ubi hanc curam sibi fuisse demandatam asserit, ut opus scilicet sancti Basilii episcopi Græco sermone conscriptum monumentis linguæ Latialis insereret, a Syncletica diaconissa, cui et paruit, et operam suam fideliter exhibuit.

Quidam affirmarunt hujus Syncleticæ diaconissæ, ad quam Eustathius suum opus dirigit, meminisse Sedulium, multisque eam prosecutum laudibus in præfatione operis *Paschalis*. Quæ si vera sunt, Eustathium interpretem Sedulio coævum tempore Theodosii floruisse necessario fatendum est, maximeque eos decipi qui Junilium eo antiquiorem constituunt, cum Junilii et Sedulii tempora non multum distent.

Sed de Antiocheno auctore hujus tractatus, quo B scilicet tempore vixerit, sermonem instituere, cum compertum sit in historia, operæ pretium non est. Argumentum tamen evidentissimum illius ætatis in hoc ipso opere habemus pag. 83, ubi, cum de fine et consummatione hujus mundi disputationem instituisset, quem tantum ad annorum sex millia duraturum contendebat, et accuratam annorum enumerationem prosequeretur, ut qui præterierat, quid adhuc futurum posset exspectari legenti significaret, suum computum ad tricesimum annum Constantini imp. perductum finit, alios annos prætermittens. Signum ergo dum hæc hic auctor scriberet, annos tantum numeratos nec plures fuisse elapsos, quos utique non tacuisset ; id enim erat illius institutum. Quod C mihi satis superque est, si vivente Constantino hæc scribebantur, quamvis auctor diu vitam trahens tempus illud excesserit.

Ibid. *Εἰς τὴν Ἑξαήμερον*. Hexaemeron Græci vocarunt, spatium illud sex dierum, quo mundus conditus et fabricatus fuit ; non quod temporis spatio opus habuerit conditor, Deus enim non jussu tantum, sed et cogitatu operatur, sed quoniam opus erat res creari quodam ordine : ordini autem numerus est proprius. Philo Judæus, *De mundi opificio :* Ἓξ δ' ἡμέραις δημιουργηθῆναί φησι τὸν κόσμον, οὐχ ἐπειδὴ προσεδεῖτο χρόνων μήκους ὁ ποιῶν, ἅμα γὰρ δρᾷν εἰκὸς Θεὸν, οὐ προστάττοντα μόνον, ἀλλὰ καὶ διανοούμενον, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς γενομένοις ἔδει τάξεως, τάξει δὲ ἀριθμὸς οἰκεῖον, et senarium numerum inter alios lege naturæ esse generationi aptissimum multis explicat ibidem. Quotiescunque igitur quispiam ad enarranda illa quæ in illo spatio

fuerunt divina facultate producta, studium conferebat, in *Hexaemeron* scribere dicebatur, quorum summa toto primo Geneseos capite concluditur, cujus ea fuit apud omnes difficultas, ut multi aggressi sint illud onus, nullus tamen pro dignitate compleverit, adeo omnia sunt difficultatum tenebris obvoluta. Theophilus Antiochenus lib. II, *ad Autolycum :* Τῆς μὲν οὖν *Ἑξαημέρου* οὐδεὶς ἀνθρώπων δυνατὸς κατὰ ἀξίαν τὴν ἐξήγησιν καὶ τὴν οἰκονομίαν πᾶσαν ἐξειπεῖν, οὐδὲ εἰ μυρία στόματα ἔχοι, καὶ μυρίας γλώσσας, ἀλλ' οὐδὲ εἰ μυρίοις ἔτεσι βιώσοι τις ἐπιδημῶν ἐν τῷδε τῷ βίῳ, οὐδὲ οὕτως ἔσται ἱκανὸς πρὸς ταῦτα ἀξίως τι εἰπεῖν, διὰ τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος καὶ τὸν πλοῦτον τῆς σοφίας τοῦ Θεοῦ, τῆς οὔσης ἐν ταύτῃ τῇ προγεγραμμένῃ *Ἑξαημέρῳ*· πολλοὶ μὲν οὖν τῶν συγγραφέων ἐμιμήσαντο, καὶ ἠθέλησαν περὶ τούτων διήγησιν ποιήσασθαι, καίτοι λαβόντες ἐντεῦθεν τὰς ἀφορμὰς, ἤτοι περὶ κόσμου κτίσεως, ἢ περὶ φύσεως ἀνθρώπου, καὶ οὐδὲ τὸ τυχὸν ἔναυσμα ἄξιόν τι τῆς ἀληθείας ἐξεῖπον. Ideoque Judæis prohibita ejus lectio ante tricesimum annum. Hieronymus Prolog. *in Ezechielem*, et Ludovicus Fidelis *De structura mundi*, in prologo, in quo et difficultatem, et hujus capitis ambages ita expressit : *Hanc divini vatis Genesim, seu hujusce prægrandis mundanæ molis sex diebus descriptam structuram veluti silvam quamdam opacam, densam ac tenebrosam, horridam accessu, difficilem aditu, et instar labyrinthi ambagibus plenam, et maris vastissimi scopulis refertissimam, semper judicavi. Ingenue fateor, candide lector, me in tota Scriptura sacra hac mundanæ molis descriptione nihil invenisse difficilius, abstrusius, atque occultius, ita ut mirari cessem, antiquitus ante tricesimum annum hanc Genesim legere non licuisse. Cujus ingressum tetricum, ac prosecutionem tam arduam, tot tantisque vepribus, cuniculis, mæandris ac difficultatum acervis scatentem inveni, ut una non modo, atque altera vice, sed ter quaterque a calamo destiterim, rei veritus arduitatem, et emergentibus undequaque obrutus ambiguitatibus.* Nec immerito, cum Jobius monachus apud Photium in *Bibliotheca* tradat opus hoc sex dierum, quibus mundi creatio perfecta est, sua magnitudine ac pulchritudine Creatoris esse imaginem, et ad mysterii Trinitatis cognitionem maxime conducere, et per hanc materialem, atque compositam cognitionem, simplicis atque incompositæ naturæ substantiæque notitiam advenire, idque sacræ Scripturæ testimoniis confirmat. Multi tamen non tantum ex antiquioribus provinciam hanc subierunt, sed ex recentioribus Vicentius Belluacensis episcopus omnia ingenti volumine, triginta duobus magnis libris diviso, sub *Speculi naturalis* nomine complexus est.

Col. 708, lin. 1. *Κλήμης μὲν οὖν*. Eusebius in *Chronico*, Μωϋσέα γένος Ἑβραῖον προφητῶν ἁπάντων πρῶτον ἀμφὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, λέγω δὲ τοῦ Χριστοῦ, ἀμφί τε τῆς τῶν ἐθνῶν δι' αὐτὸν θεογνωσίας χρησμοὺς καὶ λόγια θείᾳ Γραφῇ παραδεδωκότα, τοῖς

A χρόνοις ἀκμάσαι κατὰ Ἴναχον εἰρήκασιν ἄνδρες ἐν παιδεύσει γνώριμοι, Κλήμης, Ἀφρικανὸς, Τατιανὸς τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου, τῶν τε ἐκ περιτομῆς Ἰώσηπος, καὶ Ἰοῦστος, ἰδίως ἕκαστοι τὴν ἀπόδειξιν ἐκ παλαιᾶς ὑποσχόντες ἱστορίας. Ἴναχον δὲ τῶν Ἰλιακῶν ἔστησαν ἑπτακοσίοις πρεσβεύειν. Horum verborum primam partem omisit Eustathius, secundam sui tractatus initium esse voluit, Κλήμης μὲν οὖν, qua vel una particula, etsi sententia in reliquis sit sibi constans et absolutissima, libellum hunc principio mutilum esse dictitant. Est enim, inquiunt, collectiva et rationalis, necessarioque alia præsupponit, ex quibus dictum illud infertur : adeoque illis ab illa principium orationis ducere summa religio est. Verum qui gratiarum Atticarum non ignarus, lasci-
B vientes verborum modulos, novosque in oratione sales non abhorret, fatebitur id quidem sine ulla reprehensionis nota fieri posse, idque sermonis esse principium non incommodum. Nec desunt exempla apud Himerium, Gregorium Nazianzenum et alios. Porro Clementem Cyrillus Alexandrinus ἄνδρα ἐλλόγιμον καὶ πολυΐστορα vocat; et rursus ἄνδρα ἐλλόγιμον, καὶ φιλομαθῆ, καὶ ἀναγνωσμάτων Ἑλληνικῶν πολυπραγμονήσαντα βάθος ὡς ὀλίγοι τάχα που τῶν πρὸ αὐτοῦ. Plura de Clemente, et ejus scriptis Eusebius *De præparatione evangelica*, lib. II ; *Eccles. histor.*, lib. III, cap. 11, et lib. VI, cap. 5 et cap. 11 ; Hieronymus in *Catalogo script. ecclesiast.*; Cassiodorus lib. I *Divin. institutionum;* Epipha-
C nius hæresi 32, *Contra Secundianos*, qui refert quosdam Alexandrinum, alios Atheniensem fuisse tradidisse ; Photius in *Bibliotheca;* Nicephorus in *Hist.* lib. IV, cap. 33, et alii ; Moysem vero omnibus Græciæ sapientibus antiquiorem et Inachi coævum fuisse demonstrat libro suorum *Stromatum* I, in quo et Cassiani cujusdam Χρονογραφίας meminit : necnon et de Judæis Aristobulum quemdam et Demetrium, et Eupolemum scriptores adversus gentes refert, qui in similitudinem Josephi Ἀρχαιογονίας, Moysis et Judaicæ gentis antiquitatem asseverarunt : is inter cætera habet : Ἀπίων τοίνυν ὁ γραμματικὸς, ὁ πλειστονίκης ἐπικληθεὶς ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν *Αἰγυπτιακῶν ἱστοριῶν*, καίτοι φιλαπεχθημένως πρὸς Ἑβραίους διακείμενος, ἅτε Αἰγύπτιος τὸ γένος, ὡς
D καὶ κατὰ Ἰουδαίων συντάξαι βιβλίον, Ἀμώσιος τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως μεμνημένος, καὶ τῶν κατ' αὐτὸν πράξεων, μάρτυρα παρατίθεσθαι Πτολεμαῖον τὸν Μενδήσιον, καὶ τὰ τῆς λέξεως αὐτοῦ ὧδε ἔχει· Κατέσκαψε δὲ τὴν Ἀθυρίαν Ἄμωσις, κατὰ τὸν Ἀργεῖον γενόμενος Ἴναχον, ὡς ἐν τοῖς χρόνοις ἀνέγραψεν ὁ Μενδήσιος Πτολεμαῖος. Ὁ δὲ Πτολεμαῖος οὗτος ἱερεὺς μὲν ἦν· τὰς δὲ τῶν Αἰγυπτίων βασιλέων πράξεις ἐν τρισὶν ὅλαις ἐκθέμενος βίβλοις, κατὰ Ἄμωσίν φησιν, Αἰγύπτου βασιλέα, Μωϋσέως ἡγουμένου γεγονέναι Ἰουδαίοις τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν· ἐξ ὧν συνῶπται κατὰ Ἴναχον ἠκμακέναι τὸν Μωσέα. Firmum profecto argumentum ad probandum, et ex ipso adversario ductum. Amosis tempore Inachi vivebat; Moyses tempore Amosidis. Quis nisi demens Ina-

chum et Moysem iisdem temporibus floruisse negabit?

Ibid. *Καὶ Ἀφρικανός*. De Africano, vide Hieronymum, Tritemium, Suidam, Sixtum Senensem et alios: multa ac varia ingenii sui monumenta maximo litteratorum commodo reliquit; quorum passim mentio apud auctores Græcos et Latinos. Legationem pro instauratione urbis Emmaus suscepit; quæ postea Nicopolis appellata est, et obtinuit. Eusebius in *Chronico*, Παλαιστίνης Νικόπολις ἡ πρότερον Ἐμμαοὺς ἐκτίσθη πόλις, πρεσβεύοντος ὑπὲρ αὐτῆς καὶ προϊσταμένου Ἰουλίου Ἀφρικανοῦ ταῦτα *Χρονικὰ* συγγράψαντος. Sub imperatore Marco Aurelio Antonino, qui Macrino successerat. Quinque de temporibus volumina conscripsit; incipit a mundi creatione apud Moysem, pervenitque usque ad Christi adventum, succincte quoque gesta a Christi ætate usque ad Macrini imperatoris tempora prosequitur, ita tamen ut nullum necessarium cognitu omittat. Photius in *Biblioth.*: Ἀνεγνώσθη Ἀφρικανοῦ ἱστορικόν. Οὗτός ἐστιν ὁ καὶ τοὺς λεγομένους *Κεστοὺς* ἐν λόγοις συντάξας ιδ΄. Ἔστι δὲ σύντομος μὲν, ἀλλὰ μηδὲν τῶν ἀναγκαίων ἱστορηθῆναι παραλιμπάνων. Ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῆς Μωσαϊκῆς κοσμογονίας, καὶ κάτεισιν ἕως τῆς Χριστοῦ παρουσίας. Ἐπιτροχάδην δὲ διαλαμβάνει καὶ τὰ ἀπὸ Χριστοῦ μέχρι τῆς Μακρίνου τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως βασιλείας, ὅτε αὐτῷ, ὥς φησι, καὶ ἥδε ἡ συγγραφὴ συνετελεῖτο ἐτῶν οὖσα ͵εψκγ΄. Τεύχη δὲ τοῦ βιβλίου πέντε. In his, ut quidam tradunt, omnia regnorum, nationum, rerum publicarum initia a capite repetita ad finem deduxit: deinde per certa intervalla, quas ὁμάδας vocant, ea inter se comparavit; postremo eorum indicem adjecit, quem Canona vocavit, in quo quæ καθ' ὁμάδα in superioribus libris congesta erant, per annos expansos, quæ Græci ἁπλᾶ ἔτη nuncupant, digessit, quos falli, pace tantorum virorum dixerim, nemini dubium esse debet; aliud enim est canon in Chronicis, et aliud index, nec ὁμάδαι eæ sunt quas ipsi dicunt, sed tantum pleraque non ita necessaria, nec quorum certa temporis ratio potuit haberi sub aliqua serie temporum in unum congesta, ὁμάδα facere facile existimarim, quemadmodum sunt quæ in *Chronico* Eustathiano titulo σποράδην explicantur. Quidquid tamen sit, certissimum est Eusebium omnia Africani in suum *Chronicum* transcripsisse, ab eoque omnia hausisse. Quare hujus chronologici operis potissima laus Africano debetur, cujus et labor, non Eusebio tribuenda; neque defuerunt qui Eusebium reprehenderent, quod tanta securitate alienam industriam sibi vindicaret, neque crimen ingrati animi horruerit, cum vix illius meminerit, nisi in iis in quibus ab ejus sententia discedit, quin et optimo scriptori fraudem fecisse, cum verba Africani interpolando invertat. Solemne vitium hoc pluribus fuit, magnorumque virorum animos tetigit, inter eos Leonis imperatoris qui Onosandri nomen, a quo multum profecerat, ingrato semper obruit silentio in Tacticis, nisi semel cum ejus carpit sententiam. Optima Dionis sententia oratione Rhodiaca, Τὸ δὲ τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν ἐπιλανθάνεσθαι, καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς ἆθλα ἀποστερεῖν οὐκ ἔνι τυγχάνειν οὐδεμιᾶς εὐπρεπῶς προφάσεως, ἀλλ' ἀχαριστία, φθόνος, μικρολογία ἅπασι τοῖς αἰσχίστοις ἀνάγκη προσήκειν. Neque minus fur est, qui bona aliorum surripit, quam qui mentis monimenta, et aliorum studia suffuratur, et auctorem silentio præterit. De quo si quis plura desiderat, adeat nostros in Longini *De sublimi genere orationis* libellum Commentarios. Chronicorum Africani ἀποσπασμάτια quædam una cum Eusebiano *Chronico* edita sunt a Josepho Scaligero. Porro verba Africani, quibus Moysem Inacho coævum scribit, habes apud Eusebium in *Chronico*, libro priori. Nec illud silentio prætereundum, quando de historiis ab Africano scriptis sermonem habemus, Jacobum archiepiscopum Genuensem, lib. *Annuarum solemnitatum*, et Petrum episcopum Equilinum, lib. IX *Catalogi sanctorum*, referre, Abdiam primum Babylonis episcopum, et ab ipsis apostolis ordinatum, vitas duodecim apostolorum scripsisse, quas Eutropius Abdiæ discipulus transtulit ex Hebræo in Græcum, et Julius Africanus in Latinum: et sub titulo hujus Abdiæ emissi sunt Basileæ opera Wolfangi Lazii ab Oporino libri decem certaminis apostolici, quos ut fide indignos, quemadmodum refert Sixtus Senensis in *Bibliotheca*, lib. II, Paulus papa IV, inter scripta a se damnata rejecit.

Ibid. *Καὶ πρὸς τούτοις Τατιανός*. Clemens Alexandrinus lib. I *Strom.*: Πρότερον δὲ ὅπερ ἀκόλουθον ἦν περὶ τῶν κατὰ Μωσέα χρόνων ἤδη λεκτέον, δι' ὧν δειχθήσεται ἀναμφηρίστως πάσης σοφίας ἀρχαιοτάτη ἡ κατὰ Ἑβραίους φιλοσοφία. Εἴρηται μὲν οὖν περὶ τούτων ἀκριβῶς Τατιανῷ ἐν τῷ *πρὸς Ἕλληνας*· εἴρηται δὲ καὶ Κασιανῷ ἐν πρώτῳ τῶν *Ἐξηγητικῶν*· ἀπαιτεῖ δὲ ὅμως τὸ ὑπόμνημα καὶ ἡμᾶς ἐπιδραμεῖν τὰ κατὰ τὸν τόπον εἰρημένα. Sententiam de ætate Moysis Tatianus pertractat in *Oratione adversus Gentes*, de qua inferius. De Tatiano, et ejus hæresi et scriptis plura Hieronymus in *Catalogo*; Irenæus, lib. I, cap. 31; Eusebius, lib. VI, *Hist. eccles*, cap. 16, 17, 19; Epiphanius hæres. 46; Rodiginus, lib. III, cap. 10; *Chronicum Alexandrinum*, pag. 610 et 612; Nicephorus, lib. IV, cap. 4; Theodoretus, lib. I; Philastrius, Damascenus et alii. Hunc quidam vocarunt, inepte tamen, Alexandrinum; alii Assyrium; Syrum fuisse tradunt Clemens Alexandrinus lib. III *Stromat.*, et Epiphanius qui hæc addit: Scholam suam erexit ab initio in Mesopotamia circa XII fere annum Antonini Pii Cæsaris, maximam vero partem prædicationis suæ in Antiochia, quæ ad Daphnem sita est, fecit, et in Cilicum partibus, multum autem et in Pisidia, ubi, cum tempora quibus vixit significat sub Antonino, necesse est mendum esse in Philastrio illud, *Post Decii persecutionem*, pro quo forte legendum Adriani, nam sub illo passum Justinum Martyrem

testis est præter alios Epiphanius. Neque mirum videri debet unum et eumdem auctorem, modo Assyrium, modo Syrum nuncupari. Nam Assyria et Syria partes Asiæ adeo inter se sunt vicinæ ut sæpe confundantur, unde Herodotus, lib. VII : Οἱ ὑπὸ Ἑλλήνων ἐκαλέοντο Σύριοι, ὑπὸ τῶν βαρβάρων Ἀσσύριοι ἐκλήθησαν, quem locum laudat Eustathius *in Dionysium :* Ὅτι δὲ ἄλλοι παρὰ τοὺς Συρίους οἱ Ἀσσύριοι, δηλοῖ καὶ Ξενοφῶν ἐν τοῖς *Ἑλληνικοῖς*. Ἡρόδοτος δὲ δοκεῖ ἄγειν αὐτοὺς εἰς ταὐτὸν ἐν οἷς φησιν, ὅτι Ἀσσύριοι, etc., et Justinus lib. I, qui a barbaris Assyrii, a Græcis Syri, et ut scribunt Acron, et Porphyrius super *Od.* 12 Horatii, et Ammianus Marcellinus lib. XXIII, *Quæ nunc Syria, olim Assyria vocabatur*. Hyginus fabula 275, *Semiramis Dercetis filia in Syria Babylonem condidit.* Hieronymus Isaiæ XX, *Quos veteres Assyrios, nunc nos vocamus Syros*. Transmisit hic multa posteritati volumina, ex quibus insignis ille *Ad gentes* liber quem apud multos maximo fuisse in pretio et honore monumentis traditum est, in quo de Moysis antiquitate multa disserit. *Chronicon Alexandrinum* ex Eusebii *De hist. ecclesiast.* lib IV, cap. 27 : Καταλέλοιπε δὲ οὗτος πολύ τι πλῆθος συγγραμμάτων, ὧν μάλιστα παρὰ πολλοῖς μνημονεύεται διαβόητος αὐτοῦ λόγος ὁ *πρὸς Ἕλληνας*, ἐν ᾧ καὶ τῶν ἀνέκαθεν χρόνων μνημονεύσας, τῶν παρ' Ἕλλησιν εὐδοκίμων ἁπάντων Μωσέα τε καὶ τοὺς Ἑβραίων προφήτας ἀπέφηνε προγενεστέρους· ὅς δὴ καὶ δοκεῖ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ πάντων καλλίων τε καὶ ὠφελιμώτατος ὑπάρχειν. In eo cum retro acta tempora commemorasset, omnibus apud Græcos laudatis, probatisque (ita enim verto, non ut interpres) Moysem et Hebræorum vates vetustiores ostendit. Scripsit *Orationem ad Gentes*, qui liber ipsius ex omnibus quos scripsit longe pulcherrimus est, et utilissimus, et hic liber idem et unus est, non diversus ut opinabatur Possevinus, cum illo tractatu adversus eosdem, qui finit : Ταῦτα μὲν, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, ὁ κατὰ βαρβάρους φιλοσοφῶν Τατιανὸς συνέταξα, γεννηθεὶς μὲν ἐν τῇ τῶν Ἀσσυρίων γῇ, παιδευθεὶς πρῶτον μὲν τὰ ὑμέτερα, δεύτερα δὲ ἅτινα νῦν κρύπτειν (fort. κηρύττειν) ἐπαγγέλλομαι. Γινώσκων δὲ λοιπὸν τίς ὁ Θεὸς, καὶ τίς κατὰ αὐτὸν ποίησις, ἕτοιμον ἐμαυτὸν ἡμῖν πρὸς τὴν ἀνάκρισιν τῶν δογμάτων παρίστημι, μενούσης μοι κατὰ Θεὸν πολιτείας ἀνεξαρνήτου. Scripsit et aliud opus quod *Diatessaron* appellavit, ex quatuor Evangelistis collectum ; de eo hæc habet *Chronicon Alexandrinum* ex Eusebio : Ὁ μέντοιγε πρότερος αὐτῶν Τατιανὸς συνάφειάν τινα καὶ συναγωγὴν, οὐκ οἶδ' ὅπως, τῶν Εὐαγγελίων ποιησάμενος, τὸ *Διὰ τεσσάρων* τοῦτο προσωνόμασεν, ὁ παρά τισιν εἰσέτι καὶ νῦν φέρεται. Quæ ita vertimus : Enimvero his antiquior Tatianus nescio qua Evangeliorum cohærentia, et collectione perfecta, quam, etc., non *confusionem et Synagogam*, ut ejus interpres, sed cum mentio sit de libro hoc Tatiani quem Διατεσσάρων, non ut refert Victor Capuanus, *Diapente*, inscripsit, non abs re mihi vi-

A detur esse, si pauca de eo edisseram, ut maxime difficultas, quæ inter auctores maximi nominis est tollatur. In Bibliotheca Patrum editi sunt libelli duo, unus inscriptione, *Sanctorum quatuor Evangeliorum harmonia Tatiano Alexandrino auctore;* alter, *Evangeliorum quatuor narratio Ammonio Alexandrino*, etc. *Harmoniam* Victor Capuanus conjecturis quibusdam tribuit Tatiano, et non Ammonio, quem maxime labi, et in re aperta cæcutire plura sunt argumento, et in hoc errasse Victorem manifestum est, non quia opus *De canonibus evangelicis* ascripserit Tatiano, quod falso illi imputat Possevinus, nusquam illud affirmante Victore, imo contrarium, si recte verba illius considerentur ; ait enim in Præfatione : *Dum fortuito in manus meas incideret unum* B *ex quatuor Evangelium compositum, et absente titulo non invenirem nomen auctoris, diligenter inquirens qui gesta vel dicta Domini et Salvatoris nostri evangelica lectione discreta, in ordinem quo se consequi videbantur, non minimo studii labore redegerit, reperi Ammonium quemdam Alexandrinum, qui* CANONUM QUOQUE EVANGELII FERTUR INVENTOR, *Matthæi Evangelio reliquorum trium excerpta junxisse, ac in unam seriem Evangelium nexuisse, sicut Eusebius episcopus Carpiano cuidam scribens in præfatione editionis suæ, qua canones memorati Evangelii edidit, supradicti viri imitatus studium, refert in hunc modum : Ammonius quidam Alexandrinus, multum ut arbitror laboris et studii impendens, unum ex quatuor nobis reliquit Evangelium ; ex historia quoque* C *ejus comperi*, etc. Græca Eusebii verba illa sunt : Ἀμμώνιος μὲν ὁ Ἀλεξανδρεὺς, πολλὴν, ὡς εἰκὸς, φιλοπονίαν καὶ σπουδὴν εἰσαγηοχὼς, τὸ διὰ τεσσάρων ἡμῖν καταλέλοιπεν Εὐαγγέλιον, τῷ κατὰ Ματθαῖον τὰς ὁμοφώνους τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν περικοπὰς παραθεὶς, ὡς ἐξ ἀνάγκης συμβῆναι τὸν τῆς ἀκολουθίας εἱρμὸν τῶν τριῶν διαφθαρῆναι ὅσον ἐπὶ τῷ ὕφει τῆς ἀναγνώσεως, et inferius idem Victor, *Arbitror enim propterea non Ammonii, sed hujus esse editionem memorati voluminis, quod Ammonius Matthæi fertur relationi, evangelistarum reliquorum relationum discretos annexuisse sermones. Hic vero sancti Lucæ principia assumpta, reliquorum trium dicta conjunxerit ut jure ambigi possit utrum Ammonii, an* D *Tatiani inventio ejusdem operis debeat æstimari.* Nullus ex his Victoris error deprehenditur, cum opus *De canonibus apostolicis*, quod fuisse diversum ab opere et *Harmonia* ejusdem *Evangeliorum* necesse fuit, non putat esse Tatiani sed Ammonii. Sed error illius est quem non est odoratus Possevinus, quamvis alios habuerit ante auctores, qui illum adnotarint, quod *Harmoniam Evangeliorum*, quæ erat legitimum opus Ammonii, Tatiano falso ascripserit. Consimili Victoris errore lapsi sunt Gregorius Ederus lib. III *Œconomiæ Bibliorum*, et Sixtus Senensis lib. IV *Bibliothecæ* in Ammonio et Tatiano. Reddimus itaque genuino parenti suum fetum, et mutatis in inscriptione nominibus, libellum sive Evangeliorum concordantiam, et *Harmo-*

niam, quæ sub Tatiani nomine circumfertur, et incipit, *Quoniam quidem multi conati sunt*, quam Victor Tatiano, et cum eo plures alii referunt, Ammonio Alexandrino uti genuinum fetum restituimus, alteram vero, quæ præfert nomen Ammonii, Tatiano de quo nobis est sermo, et incipit, *In principio erat Verbum*. Etenim quæ Eusebius, *Chronicum Alexandrinum*, Theodoretus, de *Diatessaron* Tatiani prodidere huic conveniunt. Eusebius, lib. IV *Hist. eccles.*, cap. 27, ita scribit : *Tatianus ille qui erat primus eorum auctor, et princeps conjunctionem quamdam, etiam collectionem Evangeliorum nescio quomodo composuit, illudque opus Διὰ τεσσάρων, id est, Unum Evangelium ex quatuor collectum nuncupavit, quod etiam adhuc quorumdam habetur in manibus.* Ex Eusebio locum hunc totum descripsit B *Chronicum Alexandrinum* et Nicephorus, *Hist. eccl.* l. IV, c. 4, in quo sane illud, *Nescio quomodo*, οὐκ οἶδ' ὅπως, considerandum est; fraus enim vel dolus hæretici auctoris indecore et non, ut par erat, opus illud concinnantis nobis significatur, quod Theodoretus palam exponit, lib. I *Hæret. fabul.*, his verbis : *Tatianus composuit etiam Evangelium quod dicitur Διὰ τεσσάρων, amputatis genealogiis et aliis, quæcunque ostendunt Dominum natum esse ex David secundum carnem. Eo autem usi sunt, non ii soli qui sunt illius sectæ, sed ii etiam qui dogmata apostolica sequuntur compositionis fraudem non cognoscentes, sed simplicius eo tanquam libro compendioso utentes. Ego quoque inveni plus-* C *quàm ducentos hujusmodi libros, qui in honore habebantur in nostris Ecclesiis, quos cum omnes simul coegissem, deposui, et loco eorum reposui quatuor evangelistarum Evangelia.* Sed in hoc secundo opere aperte recisas genealogias omnes Domini, quæ eum ex David secundum carnem genitum demonstrant comperimus et alia omnia detruncata, et nova forma structuraque orationis conversa, non item in primo, in quo omnia quatuor evangelistarum dicta, nullo fere prætermisso ad verbum descripta reperiuntur. Deinde primum opus cum titulo quo circumfertur, *Harmonia* scilicet, ex expressis Evangeliorum verbis concinnatum illud esse deprehenditur Ammonii Alexandrini, quod Zacharias Chrysopolitanus episcopus ante quingentos annos illustra- D vit commentariis, quos ex sententiis sanctorum Patrum in unam catenam contextis pulchro artificio coaptavit. Præterea quis nescit Tatianum Syrum vel Assyrium, non autem Alexandrinum, Ammonium vero Alexandrinum fuisse? Restituamus ergo titulos libris, libros parentibus, ut unusquisque suos fetus agnoscat, inscribamusque in primo, *Sanctorum quatuor Evangeliorum* Harmonia *Ammonio Alexandrino auctore;* in secundo, *Evangeliorum Diatessaron Tatiano Assyrio auctore.* Si quis plura desiderat adeat Cæsarem Baronium, tomo II, *ann.* 174, ubi accurate plurima de eo opere animadvertit.

Col. 708, lin. 2. *Τῶν δὲ ἐκ περιτομῆς Ἰώσηπος.* De Josepho historico, ejus vita et scriptis plura Eusebius, *Eccles. hist.* lib. III, cap. 9; Hieronymus, in lib. *De scriptoribus eccles.*, et *Epistola ad Magnum*, oratorem Romanum; Sozomenus, lib. I, cap. 1; Evagrius, lib. V, cap. 24; Photius, in *Bibliotheca;* Suidas, ipse de se pluribus in locis; Josephus Scaliger in Prolegom. in lib. *De emendatione temporum*, virum hunc summopere laudat, historicisque omnibus Græcis et Latinis anteponit. *Diligentissimus*, inquit, καὶ φιλαληθέστατος *omnium scriptorum Josephus, de quo nos audacter dicimus, non solum in rebus Judaicis, sed etiam in externis tutius illi credi, quam omnibus Græcis et Latinis : itaque desinat mirari doctus vir, cur tot eruditi et nos quoque qui non in illis eruditis, sed hujus scriptoris lectione peregrini non sumus, tantum illi deferamus, cujus fides et eruditio in omnibus elucet.* Gaudeo laudes hasce Josepho decantatas audacter dictas esse ab ipso etiam laudatore cognosci. Quis æquo animo ferret hominem, qui nesciat sibi imperare, ne dicat quod contra æquum omne esse fatetur : audaciter dicitur, ergo verum non est, ergo qui dicit decipitur, si Aristoteli credimus *Moralium Eudemiorum* lib. III, cap. 3; res enim aliter ac sunt videntur. *Tutius illi credi quam omnibus Græcis et Latinis*, nunquam existimassem hominem ita audacter dicere posse, et humanam historiam, ab homine et fortassis pessimo conscriptam divinæ sacræque præferri. Tutius credis Josepho quam Evangelio? tutius homini, quam Deo? Dices sed audacter dices, quod etiam prius animo audacter conceptum audacter et evomis, sacra omni historia tutiorem esse Josephi, vis dicam uno verbo? si ut verus est in historia Josephus, ita et tu in emendatione temporum, ruent tempora. Multos Josephi errores in historia, et hallucinationes prudentissime magni viri observarunt, et correxerunt, inter eos Cæsar Baronius, in *Annalibus;* Pererius, in *Gen.;* Hegesippus et alii. Et sane etiamsi concederem Josephum φιλαληθέστατον in rebus, quas ipse viderit, nunquam tamen adduci possum ut credam in tanta obscuritate scriptorum, varietate temporum, diversitate sententiarum, annorum serie veritatem in omnibus κατορθῶσαι, etiamsi diligentissimus fuerit. Illud præterea addam quod jam olim Joannes Picus epistola quadam ad ignotum amicum de Josepho animadverterat. *Quod petis de Josepho, scias justum Josephum apud Hebræos non reperiri, sed Josephi epitomen, id est, breviarium quoddam, in quo et multa sunt commentitia, et quæ de decem tribubus ibi leguntur, quæ post Babylonicam captivitatem postliminio non redierunt, ea esse notha et adulterina, ex Hebræis mihi plures confessi sunt, quapropter illorum Josepho nulla omnino fides adhibenda. In Josepho Græco scio esse quædam, quæ de Christo et fidem, et honorificam faciant mentionem, sed eadem esse penitus cum his, quæ in Latinis codicibus leguntur non assererem nisi exemplar Græcum, cujus hic mihi nulla est copia, recens legerem.*

Ibid. *Καὶ Ἰοῦστος.* Hujus parentes, πολιτείαν,

historiam, et stylum expressit Photius in *Bibliotheca*. Oppido Tiberiensis, parente Pisto homine nequissimo, si Josepho credimus, genere Judæus, auspicatus est historiam a Moyse, perduxitque ad exitum usque Agrippæ septimi e familia Herodis, et Judaicorum regum postremi; stylus maxime concisus, et pleraque relatu cum primis necessaria prætermisit. Adesis Hieronymum in *Catalogo*, Josephum in *Vita* sua, Suidam. Stephanus item de urbibus hæc de eo : Ἐκ ταύτης [τῆς Τιβεριάδος] ἦν Ἰοῦστος ὁ τὸν Ἰουδαϊκὸν πόλεμον τὸν κατὰ Οὐεσπασιανοῦ ἱστορήσας. Verum non tantum de Justo hoc, sed et de Josepho Judæo, Tatiano, Africano, Clemente, Eusebio, necnon et aliis scriptoribus, quorum in hoc tractatu fit mentio, et eorum scriptis fusius in nostra de scriptoribus ecclesiasticis *Bibliotheca* quam jamdudum paramus. Hic ea tantum tetigimus quæ ad rem facere videbantur.

Col. 708, lin. 6. *Τῶν δὲ ἁγίων τις*. Eusebium esse nulli dubium, quem tacito nomine præterit, idque odio et simultate quadam offensus consulto agit. Homo apostolicæ veritatis rectæque fidei sectator, tutorem ac vindicem Arianæ hæreseos, vulgatum et notum omnibus Eusebii negotium : illustris in fide conservanda Eustathii provincia synodus illa Nicæna 1 et 2, dictaque veterum historicorum confirmant ipsæ Eusebii scriptiones. Pio sanctoque animo ad concipiendum odium causa hæc plus etiam satis. Hujus etiam dissidii Origenes ipse causa altera et singularis. Eusebius totus est in Origene defendendo; suum studium et operam impendit in historia; etiam Apologeticos a se scriptos, ut eis addat et robur et pondus sanctissimo Pamphilo martyri ascribit. Susque deque ruant omnia, tantum illi solus servetur incolumis Origenes, ab accusationibus et a delictis liber. Tantum hominem, et tantum heroa in Ecclesia (quidni enim dubitem sic Origenem appellare, multorum et vetustissimorum, eorumque sanctissimorum Patrum testimonio fultus) a calumniis vindicatum defendere pium est, amicique animi, sed in criminis defensione, et dignitatis propugnatione veritatem obvertere, et malum malo trudere pejori, Eusebio tantum, et illius farinæ hominibus concedamus. Ægre fert hoc ingenuus Eustathii candor, et pro veritate, quod aiunt, γυμνῇ κεφαλῇ cum Origene certamen init : palamque et voce, et scriptis errores illius impugnat, et apertam veritatis faciem, non ambagibus et dolis suspectam amatoribus exponit, volentibusque judicium committit. Ideoque quorum scripta sibi molesta, et nomina odiosa ducit. Ne tamen omnino famæ detrahere videretur illius, conatusque non æstimare, hoc eum elogio, τῶν ἁγίων τις, quo et perniciosissimos homines exceptos legimus, decoravit.

Ibid. *Ἀκριβεστάτην τῶν χρόνων*. Georgius Syncellus, Ὁ μέντοι Εὐσέβιος, καίπερ πραγματείαν οὐ τὴν τυχοῦσαν συλλεξάμενος φιλοπόνως, καὶ ταύτην τὴν ἑαυτοῦ χρονικὴν συγγραφὴν κατασεμνύνας. Et Eusebius de semetipso in prologo *Historiæ ecclesiasticæ*, Ἤδη μὲν οὖν τούτων καὶ πρότερον ἐν οἷς διετυπωσάμην χρονικοῖς κανόσιν ἐπιτομὴν κατεστησάμην· πληρεστάτην δ' οὖν ὅμως αὐτῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος ὡρμήθην τὴν ἀφήγησιν ποιήσασθαι. Mirum sane est ut Josephus Scaliger in horum verborum perceptione cæcutiat, et aliorum omnium censor in his clarissimis verbis indigeat censore; ait namque in animadversionibus ad Eusebium, cum de illius operis titulo tractat, *Eusebius proœmio Historiæ ecclesiasticæ simpliciter, ac in genere* Χρονικά *appellat, eorumque sese epitomen conscripsisse dicit*. Nusquam hæc sententia in Eusebii verbis, nusquam Chronicorum Epitome. Sed de mente Eusebii inferius. Quibus Eusebii verbis, cum non animadvertisset Suidas, sibi aliisque pluribus, forte etiam et Scaligero varia commentandi auctor fuit; χρονικῶν κανόνων παντοδαπῆς ἱστορίας, καὶ τούτων ἐπιτομή.

Unum opus perfectum absolutumque in duo sejunctum divisit, quorum alterum esset *Chronicon* late patens, alterum eadem quæ et primum, decurtata tamen, et in epitomen redacta contineret. Joannes Curterius in epistola quam præfixit fragmentis Eusebii in editione librorum *Hist. ecclesiasticæ*, asserit solam epitomen nobis superesse, canones autem chronicos excidisse, argumento sumpto ex illis fragmentis quæ citantur ab Anastasio episcopo Nicæno, *Lib. quæst. in S. Scripturam ex Eusebio in Chronicis*, quæ tamen non habentur in Eusebianis Chronicis quæ circumferuntur. Huic opinioni videtur favere Trithemius, dum, lib. *De scriptoribus ecclesiasticis* Eusebii opera enumerans, vocat hoc ipsum opus Eusebii non *Chronicon*, sed *Epitomen Chronicæ* : sic enim ille, *Epitomes Chronicæ liber unus cum hoc initio : Moysem gentis Hebraicæ*. Alii existimarunt *Chronicum* quod exstat non esse illam ab Eusebio confectam Epitomen, nec Hieronymum illam vertisse : sed esse verum Chronicon historiæ factum ab Eusebio, et translatum ab Hieronymo, licet in aliam formam redactum et mutilatum. Ludovicus Vives in August. lib. XVIII, *De civit. Dei*, cap. 8, et Arnoldus Pontacus sentiunt utrumque exstare et *Chronicon*, et *Epitomen*, et hoc ipsum esse illud opus quod habemus præ manibus, et quod vocatur a Hieronymo et aliis Eusebii *Chronicon*. Horum varias rationes et explicationes si quis desiderat, legat *Apparatum* Pontaci in notas ad Eusebii *Chronicon*. Ibi enim, dum has quas scripsimus opiniones refellit, suam probat, et ut ipse existimat validissimis rationibus confirmare nititur, non quod sibi proposuerat, sed aliud præter spem et exspectationem demonstrat; ait namque: *Eusebius enim distinguit libros* Historiæ ecclesiasticæ *a* Chronico, *quod in illis plenius, in hoc brevius, in illis singillatim, in hoc summatim, et ut ipse loquitur, per epitomen, et ita Chronicos canones et epitomen idem opus esse docet manifestissime*; quæ cum vera sint, non tamen propositum illius probant : aliud enim est una cum Ludovico Vives sentire, utrumque

Eusebii opus, et *Chronicon* et *Epitomen* exstare, et aliud Eusebium libros suæ *Historiæ* a *Chronico* distinxisse, et in illa plenius et singillatim, in *Chronico* brevius et summatim, res gestas, et annorum seriem enarrasse. Ridiculum item esset asserere, quod quidam existimarunt, ita opus hoc *Chronicon* in duas partes digessisse, ut in priori essent certi canones seu ordines aut columnæ, in quibus nihil aliud cernebatur, quam nomen regis, et numeri annorum ipsius; in posteriori continerentur ea omnia, quæ ad historiam pertinerent, quæque nunc diversas has columnas occupant. Rem igitur hanc multis difficultatibus obstructam, vel ex sola verborum Eusebii interpretatione, planissimam efficiemus, si quæ jam prædicti auctores in Eusebio dividunt, et uti duos tractatus agnoscunt, unum et eumdem esse existimarint. Etenim Eusebius rerum præteritarum peritissimus, in *Historia ecclesiastica* rerum varios eventus prolixe, et ut historico muneri incumbebat, enarravit, nulli verborum, nulli parcens sententiarum structuræ. Hæc omnia ut melius lectori, faciliusque possent occurrere, superfluis detractis minusque necessariis detruncatis, antequam *Historiam* conscriberet, veluti in epitome in suo *Chronico* digesserat. Hoc enim verba ipsa Eusebii nobis innuunt, quæ male interpretum vitio excerpta viris eruditissimis magnæ fuere difficultati. Sententia quippe illorum verborum recte a Ruffino expressa ea est: *Quamvis jam de his ipsis nonnulla etiam in Chronicis (id est, in eo opere quod de temporum ratione conscripsimus) breviter succincteque perstrinxerim, plenius tamen in præsenti opere singulorum narrationem aperire tentabimus.* Epitome itaque quam hic laudat Eusebius, non est sui Chronici epitome, ut fere omnes opinati sunt ad hunc diem, sed est epitome rerum, quas plenius, et prolixiori verborum et sententiarum ambitu in *Historia* fuerat prosecutus. Neque Suidam si minimam verborum seriem invertas, ab hac nostra sententia dissidere vel discordare comperies; ait enim de Eusebio, et ejus scriptis: *'Εκκλησιαστικῆς ἱστορίας* λόγοι ι', Χρονικῶν κανόνων παντοδαπῆς ἱστορίας, καὶ τούτων ἐπιτομή. Tu ita legito: *'Εκκλησιαστικῆς ἱστορίας* λόγοι ι', καὶ τούτων ἐπιτομὴ Χρονικῶν κανόνων παντοδαπῆς ἱστορίας: nempe Ecclesiasticæ historiæ *libri decem, et horum* Epitome *Chronicorum canonum omnimodæ historiæ*, quasi diceret, Canones omnimodæ historiæ librorum decem, *Historiæ ecclesiasticæ* sunt epitome. Conscripsit itaque *Chronicon* Eusebius quod est veluti compendium rerum a se scriptarum in *Historia ecclesiastica*, et non Chronicon, et Compendium chronici, ut multi temere opinati sunt.

Col. 708, lin. 7. *Τοῖς χρόνοις 'Ινάχου τὸν μέν.* Eusebium in suo *Chronico* in multis esse hallucinatum reperit Josephus Scaliger, et alii, et ante eos Georgius Syncellus. Nec mirum est hominem in tanta rerum obscuritate, ac ignoratione aliquando lapsum fuisse. Habent et reliqui omnes scriptores

A suas notas, multosque dum alios corrigunt, vel exagitant, peccare et fœdissime deprehensum est; *Homines sumus*, aiebat ille, *non dii*. Illud tamen est aliqua consideratione non indignum: num videlicet Eusebius dignus sua laude sit, dum spreta tot scriptorum Judæorum et Christianorum de ætate Moysis sententia, ad nova quædam reperta recurrit. Sane veneranda antiquitas, et sapientum hominum sententiæ dignæ sunt, quas et admiremur, et honoremus, et extra eas vagari nimis periculosum est. Quare Georgius Syncellus mirum in modum Eusebii consilium exagitat his verbis: "Οτι μὲν οὖν αὐτὸς ἑαυτῷ τὴν ἀτοπίαν τοῦ λόγου μεμαρτύρηκεν Εὐσέβιος, ἀρκεῖ πρὸς κατανόησιν τοῖς γε ποσῶς μετεσχηκόσι παιδεύσεως, ἄλλης τε καὶ τῆς ἐν ἱστο-

B ρίαις παλαιαῖς ὁμολογουμένης. Ἐν γὰρ αὐτῷ πρὸς ἀνατροπὴν τῶν συγγεγραμμένων ἤρκει τοῦτο, καὶ μόνον τὸ ταῖς τοσαύταις τηλικούτων δόξαις ἀνδρῶν φιλοσόφων ἀντιπεσεῖν, ἀμάρτυρόν τε τὴν παρ' αὐτοῦ παρεισαγαγεῖν. Τὰ γὰρ ταῖς τῶν πολλῶν, μᾶλλον δὲ τῶν πάντων δόξαις ἀντεισαγόμενα μόλις ἄν, καὶ μετὰ πολλῆς προσδεχθεῖεν ἂν ἀποδείξεως παρὰ τοῖς εὖ εἰδόσι ταῦτα κρίνειν. Josephus Scaliger Eusebium ab hac Georgii expostulatione vindicat. *Nam quod omnium consensu receptum est, et tempore fidem, atque auctoritatem meruit, non sequitur necessario verum esse.* Bona ratio, nescio an a recta mente. Nollem Scaligerum hoc nomine veterum Patrum catholicæque Ecclesiæ a suo exordio continuatas sententias auctoritateque firmata dogmata rejice-

C re, intrudendo nova: quia *non sequitur necessario vera esse*. Novatoribus favet ipse novator. Sciat nova omnia suspecta esse.

Ibid., lin. 9. *Χρονικοῦ κανόνος*. Ex Eusebio, Ἐν δὲ τῷ παρόντι ἐπὶ τὸ αὐτὸ τοὺς χρόνους συναγαγὼν, ἀντιπαραθεὶς ἐκ παραλλήλου τὸν παρ' ἑκάστῳ ἔθνει τῶν ἐτῶν ἀριθμὸν, χρονικοῦ κανόνος σύνταξιν ἐποιησάμην. Opus hoc Eusebii variis titulis, seu nominibus insignitur; quibusdam enim dicitur *Chronica* in singulari feminino, aliis *Chronicæ*, aliis *Chronicum*, aliis *Chronici*, aliis *Chronica*, aliis *Chronicorum libri*, aliis *historia Chronica*, *Historia temporum*, *Historia Chronicorum*, *Annales*, *Liber temporum*, *Chronicorum Canonum multiplex historia*,

D *Chronicon omnimodæ historiæ*. Verum ut clarius omnia hæc innotescant, ne variis titulis res una eademque obscuretur, operæ pretium erit explicare, quisnam fuerit hic Eusebii tractatus, et in quæ membra divisus, et quis præcipuus primusque ejus scopus. Unum itaque perfectum absolutumque fuit Eusebii *Chronicon*. *Quod*, ut Marcellinus comes in præfatione sui *Chronici* asserit, *a mundi fabrica usque ad Constantinum principem Eusebius Cæsariensis hujus sæculi originem, tempora, annos, regna, virtutesque mortalium, et variarum artium repertores, omniumque pene provinciarum monumenta Græco edidit stylo, nosterque Hieronymus transtulit in Latinum, et usque in Valentem Cæsarem Romano adjecit eloquio. Igitur uterque hujus operis auctor*

MMDLXXXVIII *annorum hunc mundum tunc fore miro computarit ingenio*. Hujus excellentis et unius operis partes duas auctor fecit: priorem Κανόνας παντοδαπῆς ἱστορίας· posteriorem, Κανόνα χρονικόν inscripsit. In priorem omnium gentium, regnorum, civitatum, cunabula, origines, antiquitates contulerat: in secundam solum seriem numerorum, seu annorum imperatorum, et nonnulla alia. Prima pars prolixior ex variis auctoribus concinnata, quasi diffusa, et pene communis ad quascunque alias rationes temporum nobis proponitur. Secunda strictior et pressior soli demonstrationi dedita, annos eorumque seriem per strigas et virgulas manifestat; multa quæ in priori parte confusa, in secunda distincta cernuntur: in *Canone* enim *chronico* consideratur et series et rectus ordo numerorum seu annorum, necnon eorumdem oppositio diversorum ordinum. Arnaldus Pontacus putat Canones chronicos nil aliud esse, quam tabulas aliquas, id est, diversa spatia dimensa lineis ac laterculis, quæ continent numeros sibi oppositos ex adverso, quibus indicantur tempora seu anni diversorum regum invicem concurrentes, seu concordantes, et ex quorum collatione, seu computatione, colligitur canonica, seu regularis et certa temporum supputatio, et collectio. Ideoque unio, seu concordia quatuor evangelistarum, quæ ab Eusebio describitur, per hujusmodi lineas rectas et transversas, quæ complectuntur certos et diversos numeros invicem sibi oppositos, quibus indicantur diversa capita in quibus ipsi evangelistæ conveniunt, *Canones evangelici* dicuntur. Sed quid verbis opus, cum hic ipse Eustathius, quisnam fuerit *Chronicus canon* Eusebii clarissime explicet? Χρονικοῦ γὰρ κανόνος σύνταξιν ἐπινοήσας ἐκ παραλλήλου ἀντιπαρέθηκε τὸν παρ' ἑκάστῳ ἔθνει δυναστεύοντα. Omnium optime id declarat Eusebius in procœmio secundæ partis, in quo quid prima pars a secunda differat hisce exponit: Ἐγὼ δὲ περὶ πολλοῦ τὸν ἀληθῆ λόγον τιμώμενος, καὶ τὸ ἀκριβὲς ἀνιχνεῦσαι διὰ σπουδῆς προὐθέμην. Ἔνθεν ὁρμηθεὶς, ἐν μὲν τῇ πρὸ ταύτης συντάξει ὕλας ἐκποριζων ἐμαυτῷ χρόνων ἀναγραφὰς συνελεξάμην, παντοίας βασιλείας τῶν Χαλδαίων, Ἀσσυρίων, Μήδων, Περσῶν, Λυδῶν, Ἑβραίων, Αἰγυπτίων, Ἀθηναίων, Ἀργείων, Σικυωνίων, Λακεδαιμονίων, Κορινθίων, Θετταλῶν, Μακεδόνων, Λατίνων, οἷς ὕστερον γέγονεν ἐπίκλην ὄνομα Ῥωμαῖοι· ὁμοῦ γίνονται ιε'· ἐν δὲ τῷ παρόντι, ἐπὶ τὸ αὐτὸ τοὺς χρόνους συναγαγὼν, καὶ ἀντιπαραθεὶς ἐκ παραλλήλου τὸν παρ' ἑκάστῳ ἔθνει τῶν ἐτῶν ἀριθμὸν, χρονικοῦ κανόνος σύνταξιν ἐποιησάμην. En unius operis perfecti ex ipso auctore duo membra distincta, et amborum scopum, atque propositum, quibus optime nobis quis sit Χρονικὸς κανών innotescit.

Col. 708, lin. 10. *Ἐκ παραλλήλου ἀντιπαρέθηκε*. Optime noster Eustathius verbis hisce, a quonam vel unde sui Chronici canonis initium fuerit auspicatus exponit, videlicet ἐκ τῆς ἀντιπαραθέσεως· series enim temporum, ratione annorum, et rei demonstrandæ propositum potius id exposcebant ut ab Adam, vel si a regibus a Belo, vel a Saturno, vel aliis antiquioribus initium dicendi faceret. Ipse vero a Nino seu Abraham exorditur. Cæterum Eusebio, aliisque, qui pro antiquitate, et veritatis religione cum gentibus certabant, necesse erat, ut ex rebus apud illos notis, nullique controversis scripta componerent. Ethnicis autem historiographis, tam Græcis quam Latinis commune fuit, ut testatur Paulus Orosius, ut annales suos a Nino inciperent, cum omnia ante eum penitus ignorarent, nec gentilem ullam haberent historiam. Et ipse Eusebius in præfatione: Ἐν οἷς οὐδὲν ἐπίσημον γεγονὸς ἱστορεῖται παρ' Ἕλλησιν. Hinc Tertullianus lib. *De pallio: Piget tristia non minus, quam regnorum vices recensere. Quoties et ista mutaverint, jam inde a Nino Beli progenie! si tamen Ninus regnavit primus, ut autumat superiorum profanitas, fermeque apud vos ultra stylus non progreditur.* Et Albertus abbas Stadensis in *Chronico: A primo parente hominum usque ad Ninum nullos actus rerum mundalium historiographi posteris attulerunt. Ideoque ab ipso cœperunt, quia ipse primus aliena invadens minime suis terminis erat contentus.* Hac itaque ratione ducti omnes, et ipse Eusebius a Nino orditur. Vide Justinum, Diodorum, Orosium, Cassiodorum et alios.

Col. 708, lin. 11. *Συνήγαγε δὲ χρόνους*. Verba sunt Eusebii in procœmio sui *Chronici canonis*, et a nobis superius recitata. Ex quibus regnis duo exciderunt in Canone, Chaldaicum et Thessalicum. Sed Chaldæorum regnum salvum adhuc superest in reliquiis Græcis prioris libri, Thessalorum neutrubi exstat.

Ibid., lin. 16. *Καὶ τούτων τοὺς χρόνους*. Ita puto supplendum, Καὶ τούτων τοὺς χρόνους ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναθροίσας ἑκάστου ἔθνους τῶν βασιλέων συνεξελέξατο χρόνους, aut quid simile.

Ibid., lin. 20. *Κατὰ γὰρ τὴν Σεμίραμιν*. Eusebius: Πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτως κατὰ μὲν Ἴναχον, ὃν πρῶτον Ἕλληνες Ἄργους βασιλεῦσαί φασι, τὸν Ἑβραίων προπάτορα Ἰσραὴλ γενόμενον εὗρον, ἐξ οὗ τὸ δωδεκάφυλον τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους τῆς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπωνυμίας ἠξιώθη. κατὰ δὲ Σεμίραμιν τὸν Ἀβραάμ, Χαλδαῖον μὲν τὸ γένος, ἄλλως γε ἄνδρα θεοφιλῆ, καὶ πρῶτον τῶν παρ' Ἑβραίοις προφητῶν εἶναι πεπιστευμένον. Et Joannes Antiochenus in *Archæologia*: Ὅτι κατὰ τοὺς Ἀβραὰμ χρόνους Νῖνος, καὶ Σεμίραμις ἐβασίλευον.

Ibid., lin. 23. *Μωϋσῆς δὲ κατὰ Κέκροπα*. Eusebius: Τούτων γὰρ ἁπάντων τὴν ἱστορίαν νεωτέραν τῆς Κέκροπος ἡλικίας παῖδες Ἑλλήνων παραδεδώκασι. Μωϋσέα δὲ ἡ παροῦσα ἐξέτασις τῶν χρόνων γενέσθαι κατὰ Κέκροπα τὸν διφυῆ, ὃν πρῶτόν φασι τῆς Ἀττικῆς βασιλεῦσαι, συνίστησι πρὸ τῶν Ἰλιακῶν ἀμφὶ τν' ἔτη. Ex quibus supplenda lacuna in nostro Eustathio: Ὃν πρὸ τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι τριακοσίοις πεντήκοντα παραδεδώκασι βασιλεῦσαι πρῶτον τῆς Ἀττικῆς Ἑλλήνων παῖδες. Imo utrum-

que corrigamus : misere enim in Eusebio, a quo noster, non tantum in editis, sed in omnibus fere manuscriptis positum est τν' CCCL, pro CCCLXXV; sed castigatio hæc inita supputatione firmatur. Nam si anno CCCCLX ab Abraham in quem incidit annus XXXV Moysis, et primus Cecropis, aggregaveris CCCLXXV, reperies annos DCCCXXXV, quo Trojanum contigit excidium, et hic quæ scribit Eusebius ipse circa annum ab Abraham DCCCXXXV. Quod ut facilius credam facit Africani auctoritas in *Chronico*, ubi ait : Ἀπὸ Κέκροπος ἐπὶ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν συνάγονται μικρῷ δέοντα ἔτη υ'.

Col. 708, lin. 24. *Ὡς εἶναι τῶν παρ' Ἕλλησι.* Ex Eusebio : Μωϋσέα δὲ, φιλαλήθως εἰπεῖν, τούτων μὲν νεώτερον, τῶν δὲ παρ' Ἕλλησιν ἀρχαιολογουμένων πρεσβύτατον, Ὁμήρου λέγω, καὶ Ἡσιόδου, καὶ αὐτῶν τῶν Τρωϊκῶν, καὶ ἔτι Διοσκούρων, Ἀσκληπιοῦ, Διονύσου, ἡρώων τε πάντων, Ἑρμοῦ τε καὶ Ἀπόλλωνος, τῶν τε λοιπῶν παρ' Ἕλλησι θεῶν, μυστηρίων τε, καὶ τελετῶν, Διός τε αὐτοῦ πράξεων τῶν παρ' Ἕλλησι μνημονευομένων. Et inferius : Γίνεται γὰρ μετὰ Κέκροπα ὁ κατὰ Δευκαλίωνα κατακλυσμὸς, καὶ ἡ ἐπὶ Φαέθοντος ἐκπύρωσις, Ἐριχθονίου τε γένεσις, καὶ ἡ ὑπὸ Δαρδάνου τῆς Δαρδανίας κτίσις, ὃν πρῶτον φησὶν Ὅμηρος,

. . . . *Τέκετο νεφεληγερέτα Ζεύς·*

Κόρης τε ἁρπαγὴ, καὶ Δήμητρος μυστήρια, etc. Qui locus Eusebii ex hoc nostro Eustathio Hieronymo duce supplendus est, Ἐριχθονίου τε γένεσις ἐξ Ἡφαίστου καὶ Γῆς, quæ desiderantur in Græco. Idem Eusebius in hoc eodem *Chronico* parte prima : Πᾶσα παρ' Ἕλλησι θαυμαζομένη πρᾶξις ἀπὸ τῶν Ἰνάχου χρόνων, καὶ Φορωνέως εἰς τὸν μετέπειτα φέρεται. Διὸ καὶ Πλάτων ἐν Τιμαίῳ τῷ διαλόγῳ τοῦ Φορωνέως ἐπιμέμνηται χρόνων, ὡς πάνυ παλαιῶν, καὶ Νιόβης, καὶ τοῦ κατ' Ὠγύγου ἀρχαιοτάτου κατακλυσμοῦ, ὡς λέγεται.

Ibid., lin. 25. *Ὁμήρου λέγων καὶ Ἡσιόδου.* De his et aliis auctoribus ab Eustathio commemoratis in nostra de scriptoribus profanis *Bibliotheca* plura dicemus. Non enim videtur præsentis negotii plura de illis referre, quemadmodum et de aliis fabulosis quorum hic fit mentio. Lege si placet Apollodorum, Phornutum, Palefatum, Hyginum cæterosque fabularum scriptores. Non patitur tamen Homeri dignitas ita sicce præteriri; quare quæ de eo scripsit tradidit Velleius hic transcribam : *Clarissimum deinde Homeri illuxit ingenium sine exemplo maximum : qui magnitudine operum, et fulgore carminum solus appellari poeta meruit. In quo hoc maximum est, quod neque ante illum, quem ille imitaretur, neque post illum, qui eum imitari possit inventus est : neque quemquam alium, cujus operis primus auctor fuerit, in eo perfectissimum, præter Homerum et Archilochum reperiemus. Hic longius a temporibus belli quod composuit, Troici, quam quidam rentur, abfuit ; nam ferme*, etc. De ejus ætate, et excellenti natura divinaque, vide Justi Lipsii animadversiones ibidem. Hæc Julio Scaligero non

A placent ; quid mirum ? displicuit antea et divinorum hominum acre inculpatumque judicium ; et quod, utinam bono suo falsum sit ! veræ catholicæque veritatis ; sed ad ejus sicut et cæterorum in Homerum conatus et rationes, in Homero nostro a calumniis vindicato, ut veritas causæ exposcit respondemus. De Homeri et Hesiodi temporibus hæc habet Joannes Antiochenus, in *Archæologia* : Φασί τινες Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον Δαβὶδ συνακμάσαι, οἱ δὲ ὀλίγῳ πρότερον, οἱ δὲ μετὰ ταῦτα γενέσθαι.

Ibid., lin. 27. *Ἔτι τε Χείρωνος.* Josephus Scaliger Animadvers. in Eusebii *Chronicum*, acriter in Hieronymum invehitur, multisque eum exagitat, quod multa in illa interpretatione necessaria omiserit, plura de suo addiderit, in multis etiam non

B sit Eusebii mentem assecutus : sic etiam hoc in loco de *Chirone* ait nomen hoc *de suo addidisse Hieronymum, neque per omnia auctoris sui vestigiis institisse*. Aliud est infensum esse nomini alicujus, aliud veritatem quæ in scriptis est indagare ; multa namque forte in codice quem Hieronymus interpretabatur aliter legi poterant, quæ ipse Latinis dedit, etsi modo in textu quem præ manibus habemus vel superare, vel deficere cernuntur ; idque ex hoc nomine Chironis patet, quod si in textu Eusebiano non fuisset, nunquam Eustathius in suis scriptis retulisset. Sic dicimus et in aliis. At in multis erravit Hieronymus, nec fidelis interpretis munere, uti par erat, functus est. Dicam Scaliger

C quod sentio. Errata præclarissimorum hominum stuporem, non contemptum commovent ; sic in robusto homine gravior morbus, et mors inopina metum incutit, humanæ fragilitatis non minus valentes, sed et robustissimos admonet et cautiores reddit. Qui Catonem ebrium viderunt, non riserunt, sed erubuerunt. Ideoque optime dictum, non ab illis Catonem, sed illos a Catone deprehensos. Nec minus æque Seneca lib. *De tranquillitate animi*, cap. 15 : *Catoni ebrietas objecta est. At facilius efficiet quisquis objecerit hoc crimen honestum, quam turpem Catonem*. Humanitatis est hominem de republica, de litteris, de historia, de omnibus bene meritum, et præcipue Hieronymum, si quando deficit, venerari. Sed machinam aperiam. Existimat

D Scaliger, ut et alii multi, si interpretationes Hieronymi exagitando refellant, illius viri auctoritatem minuere, et in ejus versionibus fidem desiderare : quare postea concludant et vulgatam sacræ Scripturæ editionem non esse illius ponderis et dignitatis, prout illam habet catholica Ecclesia ; quare novas ipsi moliantur interpretationes, veraque dogmata jam diu confirmata ea conturbent, ut nova sua simplicioribus communicent : sed stabunt quales quales sunt Hieronymi interpretationes ; Scaligeri si quæ sunt perbellæ et elegantes, et aliorum similium cadent.

Col. 709, lin. 3. *Οὗτος τοίνυν.* Justinus Martyr *Cohortatione ad Græcos*, de eodem Moyse : Τούτῳ πρῶτον ὁ Θεὸς, καὶ τὴν ἄνωθεν ἐπὶ τοὺς

ἁγίους ἄνδρας θείαν καὶ προφητικὴν τηνικαῦτα κατιοῦσαν παρέσχετο δωρεὰν, καὶ πρῶτον τῆς θεοσεβείας ἡμῶν διδάσκαλον γενέσθαι παρεσκεύασεν· εἶτα μετ' αὐτὸν τοὺς λοιποὺς προφήτας, τοὺς καὶ αὐτοὺς τῆς αὐτῆς αὐτῷ τυχόντας δωρεᾶς, καὶ τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν διδάξαντας ἡμᾶς. Sic item Basilius Magnus a Moysis laudatione suas in *Hexaemeron* ordi_tur explanationes.

Col. 709, lin. 5. *Τὴν γὰρ τῶν Αἰγυπτίων*. Basilius homil. 1 *in Hexaem.* : Ὃν εἰσεποιήσαντο μὲν ἡ θυγάτηρ τοῦ Φαραὼ, ἐξέθρεψε δὲ βασιλικῶς, τοὺς σοφοὺς τῶν Αἰγυπτίων διδασκάλους αὐτῷ τῆς παιδεύσεως ἐπιστήσασα. Pluribus hæc eadem lib. I *Strom.* Clemens Alexandrinus, et quænam fuerit Ægyptiorum doctrina, laudatis Philone et Eupolemo, explicat, quem, si libet, adi; et his antiquior Justinus *Cohortatione ad gentes* : Παρ' οἷς, Ægyptiis scilicet, οὐχ ἐτέχθη Μωϋσῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ πάσης τῆς Αἰγυπτίων παιδεύσεως μετασχεῖν ἠξιώθη διὰ τὸ ὑπὸ θυγατρὸς βασιλέως εἰς παιδὸς ᾠκειῶσθαι χώραν, καὶ διὰ τὴν προειρημένην πρόφασιν πολλῆς ἠξιῶσθαι σπουδῆς, ὡς ἱστοροῦσιν οἱ σοφώτατοι τῶν ἱστοριογράφων, οἱ καὶ τὸν βίον αὐτοῦ καὶ τὰς πράξεις, καὶ τὸ τοῦ γένους ἀξίωμα ἀναγράψασθαι προελόμενοι, Φίλων τε καὶ Ἰώσηπος. Philonis locus est l. I *De vita Moysis*, pag. 410; Josephi l. II *Archæol. Judaic.*, c. 5 : et Aug. l. XVIII *De civit. Dei*, c. 37 : *Verum quod fatendum est, non quidem in Græcia, sed in barbaris gentibus, sicut in Ægypto, jam fuerat ante Moysem nonnulla doctrina, quæ illorum sapientia diceretur; alioquin non scriptum esset in libris sanctis Moysem eruditum fuisse omni sapientia Ægyptiorum, tunc utique quando ibi natus est, et a filia Pharaonis adoptatus, atque nutritus etiam liberaliter educatus est.* Ex quibus verbis, sicut etiam et ex iis quæ supra pro antiquitate Moysis allata sunt, manifestus error Philonis loco jam dicto, qui ad erudiendum Moysem præceptores non tantum e præfecturis Ægypti proximis, sed etiam magnis præmiis e Græcia fuisse invitatos : Διδάσκαλοι δ' εὐθὺς ἀλλαχόθεν ἄλλοι παρῆσαν, οἱ μὲν ἀπὸ τῶν πλησιοχώρων, καὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον νομῶν αὐτοκέλευστοι, οἱ δ' ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἐπὶ μεγάλαις δωρεαῖς μεταπεμφθέντες. Et inferius : Ἀριθμοὺς μὲν οὖν καὶ γεωμετρίαν, τήν τε ῥυθμικὴν, καὶ ἁρμονικὴν, καὶ μετρικὴν θεωρίαν, καὶ μουσικὴν τὴν σύμπασαν διά τε χρήσεως ὀργάνων, καὶ λόγων τῶν ἐν ταῖς τέχναις, καὶ διεξόδοις τοπικωτέραις Αἰγυπτίων οἱ λόγιοι παρέδοσαν, καὶ προσέτι τὴν διὰ συμβόλων φιλοσοφίαν, ἣν ἐν τοῖς λεγομένοις ἱεροῖς γράμμασιν ἐπιδείκνυνται, καὶ διὰ τῆς τῶν ζώων ἀποδοχῆς, ἃ καὶ θεῶν τιμαῖς γεραίρουσι· τὴν δ' ἄλλην ἐγκύκλιον παιδείαν Ἕλληνες ἐδίδασκον· οἱ δὲ ἐκ τῶν πλησιοχώρων τά τε Ἀσσύρια γράμματα, καὶ τὴν τῶν οὐρανίων Χαλδαϊκὴν ἐπιστήμην. Nulla ante Moysem in Græcia doctrina, nullæ disciplinæ, quæ si fuissent, utique Moyses non omnibus Græciæ sapientibus antiquior; sicque ruerent omnia chronographorum argumenta, quibus antiquitatem et excellentiam Moysis demonstrant. De Moysis vero parentibus, genere, patria, infra aliquid ex veterum scriptis delibabimus.

Ibid., lin. 7. *Ὑπ' αὐτοῦ δηλονότι*. Hæc enim cum occultissima essent, et omnem humanæ intelligentiæ captum excederent, non poterat cognoscere nisi lumine prophetico illustratus. Non defuit tamen et humana industria, et solers prudensque tanti viri consilium; etenim quæ scripserat potuit a filiis vel nepotibus Josephi patriarchæ excipere, cum inter Josephi mortem et ortum Moysis anni non plures quatuor et sexaginta interfuerint. Josephus habuit a patre suo Jacobo, Jacobus ab Isaaco, Isaacus ab Abraham, Abraham a Sem et Noe, Noe ab avo suo Mathusalem qui simul cum Adam ducentos et quadraginta tres annos vixit, quem sæpenumero et vidit præsentem, et loquentem audivit, plurimaque ab eo de rebus divinis edoctus est. Potuit ergo Moyses hæc quamvis divina humana ratione percipere, et Ægyptiorum doctrina explorata verissima et certissima aliis tradere.

Ibid., lin. 10. *Καὶ πολλοὶ τῶν παρ' Ἕλλησι*. Eadem ratione et Theophilus ad *Autolycum* l. II, philosophorum ac poetarum super rerum creatione placita meras esse nugas, atque garrulitates fatetur, in quibus neque particulam veritatis cernere quis potest, idque venenati ac mortiferi pharmaci exemplo confirmat. Δοκεῖ δὲ τὰ ὑπὸ τῶν φιλοσόφων, ἢ συγγραφέων, καὶ ποιητῶν εἰρημένα ἀξιόπιστα μὲν εἶναι, παρὰ τὸ φράσει κεκαλλωπίσθαι· μωρὸς δὲ καὶ κενὸς ὁ λόγος αὐτῶν δείκνυται· ὅτι πολλὴ μὲν πληθὺς τῆς φλυαρίας αὐτῶν ἐστι, τὸ τυχὸν δὲ τῆς ἀληθείας ἐν αὐτοῖς οὐχ εὑρίσκεται. Καὶ γὰρ εἴ τι δοκεῖ ἀληθὲς δι' αὐτῶν ἐκπεφωνῆσθαι, σύγκρασιν ἔχει τῇ πλάνῃ. Καθάπερ γὰρ φάρμακόν τι δηλητήριον συγκραθὲν μέλιτι, ἢ οἴνῳ, ἢ ἑτέρῳ τινὶ, τὸ πᾶν ποιεῖ βλαβερὸν καὶ ἄχρηστον, οὕτω καὶ ἡ ἐν αὐτοῖς πολυλογία εὑρίσκεται ματαιοπόνια, καὶ βλάβη μᾶλλον τοῖς πειθομένοις αὐτῇ. Differentiam item, quæ est inter philosophum ethnicum omni divino lumine destitutum, et philosophum fidei fundamentis fultum, etiam in *Moralibus* elegantissime expressit Probus Constantinopolitanus, *Epist. ad Armenios*, de fide : Διαφόρως δὲ ὡρίσαντο περὶ ταύτης οἵ τε ὑπὸ πλάνης ἀγχόμενοι Ἕλληνες, καὶ τὸ ἀκριβὲς τῆς διακρίσεως ὑπὸ τῆς περὶ τὸ Θεῖον ἀγνοίας ἐπισκοτούμενοι, καὶ οἱ διὰ πίστεως τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας πεφωτισμένοι Χριστιανοὶ, καὶ πρὸς τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον τρανῶς διὰ τῆς ὁμολογίας ἀτενίζειν δυνάμενοι. Οἱ μὲν γὰρ τοῖς οἰκείοις λογισμοῖς ὥσπερ ἐν σκότει προσπταίοντες, καὶ ἀνηγεμόνευτον ἔχοντες ὑπὸ προλήψεως τὸν νοῦν ἐπισφαλῶς ὁδεύουσι τοῖς λογισμοῖς, μόνην ἐν οἷς δογματίζουσι ψηλαφῶντες τὴν ῥέουσαν καὶ ἄστατον τῶν ὁρωμένων φύσιν· τὸ δὲ τῆς ἀληθοῦς θεωρίας ὄμμα, ἢ ἀμβλυώττοντες ὑπὸ χρόνου, ἢ πηρωθέντες ὑπὸ πλάνης, ἀπώλεσαν. Legenda omnino est lepidissima facundissimaque Hermiæ philosophi philosophorum gentilium irrisio, in qua multa

enarrat, ut contrarietatem quæ in eorum opinionibus est patefaciat, et inquisitionem rerum quam suscipiunt in infinitum vagari, et nullo termino contineri, eorumque finem esse inexplicabilem atque inutilem, quippe quod nulla re evidenti, et ratione perspicua confirmetur. Qui non tantum rerum statum modumque non cognoverunt, sed maxima inscitia stultaque animi contentione veritatem ipsam oppugnare summa ope conati sunt, Porphyrius, Proclus, Eunapius, Zosimus, sexcentique alii de quibus in historia sermones prolixi.

Col. 709, lin. 12. *Τὰ γὰρ ἐξ ἀνθρωπίνης*. Tamen quandocunque philosophorum placita atque doctrinæ a veritate non vacillant, ubi ratio eorum manifesta est, certumque experimentum, cum sacris litteris minime contrariæ sint, non est cur ab eis abhorreamus : veritas enim sacrarum litterarum nusquam humanis rationibus et experimentis contraria est. Tuta est super hoc Augustini sententia, lib. I *in Genes. ad litter.*, cap. 21 : *Hoc indubitanter tenendum est, ut quidquid sapientes hujus mundi de natura rerum veraciter demonstrare potuerint, ostendamus nostris litteris non esse contrarium ; quidquid autem illi in suis voluminibus contrarium sacris litteris docent, sine ulla dubitatione credamus id falsum esse, et quoquo modo possumus etiam ostendamus : atque ita teneamus fidem Domini nostri, in quo sunt absconditi omnes thesauri sapientiæ, ut neque falsæ philosophiæ loquacitate seducamur neque simulatæ religionis superstitione terreamur.* Et ut in re nimis agitata et controversa, dicam quod sentiam libere : Semper illos stultissimos existimavi, qui ita sunt philosophiæ et cultioribus litteris infensi, ut ne auditum quidem earum permittant. Alia omnia ab illis habent. Scripturæque verba ita detorquent ut non illius sententiam, sed quid exteri senserint curiose perquirant, et ita illorum sententiæ Scripturam accommodant. Næ semper uti prudentissimos laudavi eos qui rationes humanas veraque experimenta ita explicant, ut idem cum divinis litteris sentire clarissime demonstrent, et mentem illorum cum vero Scripturæ sensu congruere efficacissime probant. Quamvis enim divinæ litteræ nullo indigeant externo subsidio, sed suomet divino spiritu fultæ veritatem nulli dubiam omnibus manifestant : non est tamen ab earum majestate et dignitate alienum et indecorum, si illius veritatis tantam esse vim cognoscamus ita ut et aliis satis patens fuerit manifestata. Immerito itaque *in Genes.*, lib. I, Pererius reprehendit Joannem Picum Mirandulanum, qui super caput primum Geneseos *Heptaplum* composuerat, et septem novas expositiones, doctrinæque Moysis de operibus sex dierum a nullo priorum scriptorum tentatas, a se autem primo cogitatas, inventas, elaboratas, perfectasque pertractavit, librumque illum parum ad doctrinam Moysis intelligendam conducere. Quæsissem utique libenter a Pererio, si sententiæ Joannis Pici ita elaboratæ et explicatæ dissonant a sententiis Moysis, textusque illius discordant? si discordant, quæ est hæc discordantia? fateatur, deinde animadvertat. Si inhærent sententiæ Moysis, et verbis sunt accommodatæ, et congruunt, nec a Catholica veritate, nec sanctorum Patrum dictis abhorrent, utquid culpat inculpatum? Tentandum est aliquid maximis ingeniis, quæ frena pati nesciunt , laxandæ sunt ingenii vires, nec angustissimo antiquorum gyro eorum impetus refringendi. Hæc sicuti laudo, sic et Cajetani sententiam initio Commentariorum suorum *in Genesim* accusavi ; ea autem est : *Si quando occurrerit aliquis sensus textui consonus, quamvis a torrente doctorum alienus, lector æquum se præbeat censorem, nullusque detestetur, quod dissonet a priscis doctoribus. Non enim alligavit Deus expositionem Scripturæ priscorum doctorum sensibus, alioquin spes nobis tolleretur exponendi Scripturam, nisi transferendo, ut aiunt, de libro in quinternum.* Textum autem Eustathii Græcum ita restituo : Τὰ γὰρ ἐξ ἀνθρωπίνης διανοίας περιφερόμενα δόγματα ἀσαφῆ τυγχάνει καὶ ἀνερμάτιστα. Consona tandem sunt verba Basilii in philosophos, hom. 1 : Πολλὰ περὶ φύσεως ἐπραγματεύσαντο οἱ τῶν Ἑλλήνων σοφοὶ, καὶ οὐδὲ εἷς παρ' αὐτοῖς λόγος ἕστηκεν ἀκίνητος καὶ ἀσάλευτος, ἀεὶ τοῦ δευτέρου τὸν πρὸ αὐτοῦ καταβάλλοντος· ὥστε ἡμῖν μηδὲν ἔργον εἶναι τὰ ἐκείνων ἐλέγχειν· ἀρκοῦσι γὰρ ἀλλήλοις πρὸς τὴν οἰκείαν ἀνατροπήν. Et hom. 3 : Καὶ τί δεῖ πράγματα ἔχειν ἡμᾶς τὸ ψευδὲς αὐτῶν διελέγχοντας, οἷς ἐξαρκεῖ, τὰς αὐτῶν ἐκείνων βίβλους ἀλλήλαις ἀντιπαραθέντας, ἐν ἡσυχίᾳ πολλῇ θεατὰς αὐτῶν τοῦ πολέμου καθῆσθαι; Οὔτε γὰρ ἀριθμῷ ἐλάττους, οὔτε ἀξιώματι ὑφειμένοι, πολυφωνίᾳ δὲ καὶ παρὰ πολὺ διαφέροντες πρὸς τὸ ἐναντίον αὐτοῖς ἀντικαθίστανται λόγον.

Ibid., lin. 19. *Ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανόν*. Circa hujus loci expositionem a quibusdam Augustinus Eugubinus acerbe admodum reprehenditur, et ejus expositio veluti falsa et perabsurda, et a Christiana disciplina abhorrens non solum, sed tanquam perversum et impium dogma exploditur. Hic namque in sua *Cosmopœia*, et tract. *De naturis incorporeis*, scribit cœlum empyreum esse quidpiam æternum et increatum, hoc est, esse lucem, et claritatem quamdam manantem ex Dei essentia, in qua Deus est, et ad cujus participationem atque fruitionem tam boni angeli quam viri justi admittuntur. Hæc enim est, inquit, illa æterna lux et claritas Dei, quæ in Scriptura toties justis hominibus pro mercede laborum promittitur : de qua intelligendum putat illud quod de Deo in psal. CIII canit David, *Amictus lumine sicut vestimento* [1]; et illud Pauli : *Qui lucem habitat inaccessibilem* [2]; et illud Domini apud Joannem : *Clarifica me, tu Pater, claritate quam habui priusquam mundus fieret, apud te* [3]. Ejusdem lucis specimen

[1] *Psal.* CIII, 2. [2] *I Tim.* VI, 16. [3] *Joan.* XVII, 5.

quoddam datum est in transfiguratione Domini nostri, et in rubo Moysis, et in ejus vultu ex colloquio, et consuetudine cum Deo habita supra humanum obtutum resplendente; et hanc suam opinionem confirmat testimonio Basilii Magni, qui hom. 2 *super Genesim* tradit eadem omnia iisdem verbis quæ et noster Eustathius pag. 50. Hanc Eugubini sententiam si quis velit defendere, omni ipse defensione indignus erit. Cœlum empyreum Deus non est, quomodo ergo æternum, quomodo increatum? Lux hæc manat ex Dei essentia, quomodo ergo cœlum empyreum? et si cœlum empyreum Deus est, quomodo Scriptura non insanit de illo dicens, *In principio creavit Deus cœlum* [a]? nunquam dicerem rem ejusdem cum Deo essentiæ non esse Deum. Lux ergo hæc tua, et cœlum empyreum Deus est, et creator, et rursum diversum a Deo et creatura. Neque sententia Eustathii et Basilii, quos etiam videtur secutus Theodoretus *in Genesim*, et Methodius, sive Timotheus presbyter Hierosolymitanus oratione *in Hypapantem*, illius sententiam probant, nec pondus addunt, nec firmitatem. Etenim hi Patres lucem illam et claritatem quam increatam statuunt, diversam ab ea quæ una cum cœlo, et terra, et eadem ratione qua cœlum et terra producta est, quamvis nullis tenebris, nulli corruptioni, nulli tempori obnoxia sit, non affirmant esse cœlum empyreum, nec cœlum illud de quo dicitur, *In principio creavit Deus cœlum et terram.* Sed de hac Patrum sententia quid sentiendum sit, et an sit inter memorabilia, et paradoxa rejicienda, in præsenti non judico: inferius enim una cum Eustathio pag. 60, dicemus aliqua, reverenter tamen. Veneror namque dicta Patrum catholicorum, et verum dicam, adoro.

Col. 709, lin. 20. *Ὁ στήσας τὸν οὐρανόν*. Basilius hom. 1 *in Hexaemeron*: Καὶ περὶ τοῦ σχήματος δὲ ἱκανὰ ἡμῖν τὰ παρ' αὐτοῦ εἰπόντος ἐν δοξολογίᾳ Θεοῦ, *Ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν*. Τὰ αὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ περὶ τῆς γῆς συμβουλεύομεν ἑαυτοῖς, μὴ πολυπραγμονεῖν αὐτῆς τὴν οὐσίαν ἥτις ποτέ ἐστιν. De figura cœli apud veteres maximum fuit dissidium; eorum placita præter alios refert Plutarchus, lib. II *De placit. philosoph.*; Theodoretus, lib. *De natura et mundo*; Aristoteles, lib. II *De cœlo*, cap. 4; Ptolemæus, lib. I, c. 3 editionis mag., et ejus commentator Theon Alexandrinus; Cleomedes in *Meteor.* lib. I, et alii multis rationibus et experimentis sphæricum esse probant. Plato ea de re ita scripsit in *Timæo*: Τῷ γὰρ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ ζῶα περιέχειν μέλλοντι ζώῳ πρέπον ἂν εἴη σχῆμα τὸ περιειληφὸς ἐν αὐτῷ πάντα ὁπόσα σχήματα· διὸ καὶ σφαιροειδὲς ἐκ μέσου πάντη πρὸς τὰς τελευτὰς ἴσον ἀπέχον κυκλοτερὲς αὐτὸ ἐτορνεύσατο πάντων τελειότατον, ὁμοιότατόν τε αὐτὸ ἑαυτῷ σχημάτων, νομίσας μυρίῳ κάλλιον ὅμοιον ἀνομοίου· λεῖον δὲ κύκλῳ πᾶν ἔξωθεν αὐτὸ ἀπηκριβοῦτο πολλῶν χάριν. Hæc verba Platonis varie explicat, et rationes aperit Proclus *Commentar. in Timæum*, et Cicero etiam II *De nat. deorum*, *Quid*, inquit, *pulchrius ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexa continet, quæque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum?* Alcinoriæ Introductione in Platonis philosophiam, Σχῆμα δ' αὐτῷ περιέθηκε τὸ σφαιροειδὲς, εὐμορφότατον σχημάτων, καὶ πολυχωρότατον καὶ εὐκινητότατον. Quæ non repugnare divinis litteris, quin inde non obscure colligi, confirmari potest ex illis verbis initio Ecclesiastes: *Sol occidit, et in locum suum revertitur, ibique renascens gyrat per meridiem et flectitur ad aquilonem: lustrans universa in circuitu pergit spiritus, et in circulos suos revertitur* [b]. Quare Hieronymus in *Comm.* cap. V *Epist. ad Ephesios* graviter eos increpat, qui cœlum non undique rotundum, sed fornicis modo curvatum faciunt. Quod omnino certum est cum non rationibus tantum convincatur, sed experimento etiam compertum sit, duplex hoc hemisphærium esse, et antipodas adversa nobis vestigia premere, de quibus Manilius in *Astronom.*:

Nec minor est illis mundus, nec lumine pejor;
Nec numerosa minus nascuntur sidera in orbe:

et alii quorum rationes leges in locis a nobis laudatis. *Hæc namque figura*, ut ait Plinius lib. II, c. 2, *omnibus suis partibus vergit in sese, ac sibi ipsa toleranda est, seque includit, et continet, nullarum egens compaginum. Nec finem aut principium ullis suis partibus sentiens, nec quia ad motum, quo subinde verti debeat, ut mox apparebit, talis aptissima est, sed oculorum quoque probatione quod convexus, mediusque quacunque cernatur, cum id accidere in alia non possit figura.* Et Theodorus Prodromus Dialog. de amic. exsule: Ἢ τίς τὸν εὐρὺν οὐρανὸν καὶ τὸν μέγαν ἄκαμπτον ὄντα τὸ πρὶν εὐθυωρίαν, ἀρχῇ πυθέσθαι τοῦ λόγοις τοῦ φαμένου ἔκαμψεν εἰς τὴν σφαῖραν εἰ μὴ φιλία; οἷον γὰρ εἰπεῖν ὡς καλοῦ καὶ κοσμίου ἐρῶν ἑαυτοῦ πρὸς κύκλον συνεστράφη, ἑαυτὸν αὐτῷ φιλιῶν πανταχόθεν καὶ παντάπασι συμπερισφίγγων μέρη. In hanc sententiam legi possunt et quæ habet Clemens Romanus, lib. VIII *Recognit.* Verum antiquis Patribus mirus in hoc fuit consensus, cœlum scilicet non esse rotundum sed instar fornicis, ut habemus hic ex nostro Eustathio, Basilio, Chrysostomo hom. 14 et 17 *ad Hebræos*, Augustino, l. II *De Genes. ad litteram*, qui et alibi ait se dubitare, *An terra cœlo undique circumfuso contineatur.* Ejusdem sententiæ fuit auctor libri Christianorum nuncupati, ut refert Photius in *Biblioth.*: Ὅτι ὁ οὐρανὸς οὐχ ἔστι σφαιρικὸς, οὐδὲ ἡ γῆ, ἀλλ' ὁ μὲν ὡσεὶ καμάρα, ἡ δὲ ἑτερομήκης, καὶ κεκόλληται τὰ πέρατα τοῦ οὐρανοῦ πρὸς τὰ πέρατα τῆς γῆς. Theodorus item episcopus Tarsensis l. III Contra fatum multis hoc idem capitibus exsequitur, ut habetur apud Photium: Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ πει-

[a] *Gen.* I, 1. [b] *Eccle.* I, 5, 6.

ρᾶται μὲν διά τε τοῦ κα' κάτω καὶ τοῦ κβ', καὶ μὴν καὶ τοῦ τρίτου καὶ εἰκοστοῦ, καὶ κ' καὶ δ' ἐλέγχειν τοὺς τὸν οὐρανὸν σφαιρικὸν ὑποτιθεμένους. Οὐ μέντοιγε διὰ τῶν ἰσχὺν ἐχόντων οἱ ἔλεγχοι πρόεισι. Τὸ σφαιρικὸν δὲ οὐ βούλεται συγχωρεῖν τῷ οὐρανῷ· διότι νομίζει τὴν εἱμαρμένην ἐκ τῆς τοιαύτης εἰσάγεσθαι θέσεως. Quamvis hujus rationem uti minimi momenti refellat idem Photius ibidem : Καίτοι οὐδεμία τοῦτο ἀπόδειξις ἐκβιάζεται· οὐ γάρ, εἴ γε σφαιρικὸς ὁ οὐρανός, καὶ τὸ τῆς εἱμαρμένης ἐξ ἀνάγκης συνίσταται. Lactantius l. v *Divin. inst.*, c. 24, deridet eos qui cœlum rotundum, et in omnes partes devexum crediderunt. Procopius eam mordicus ita defendit *Comm. in Gen.*, ut eorum sententiam, qui cœlum prædicant rotundum, a catholica disciplina vocet alienam ; ait enim : Assertio dicentium cœlum esse figuræ sphæricæ, et circulari motu converti, non concordat orthodoxæ veritati, sed contradicit Moysi, prophetis, Paulo, et Christo, qui hanc opinionem ubique in divinis Scripturis refellunt, docentes cœlum, neque circulo ferri, neque sphæricam formam habere, sed immobile prorsus esse. Atque idem hoc repetit infra, cap. 7, et videtur mutuatus a Chrysostomo, a quo item sua hauserunt Theophylactus et Theodoretus. Vide Damascenum lib. II *Fidei orthod.*, cap. 6. Ita inducebantur ut crederent, testimonio ducti Scripturæ psal. CIII, *Extendens cœlum sicut pellem* [6], et Isaiæ, *Expandit cœlos sicut habitaculum ad habitandum* [7].

Col. 709, lin. 13. Αὐτοῦ λεπτήν. Basilius hom. 1 in *Hexaem.* : Ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς οὐσίας τοῦ οὐρανοῦ ἀρκούμεθα τοῖς παρὰ τοῦ Ἡσαΐου εἰρημένοις, ὃς ἐν ἰδιωτικοῖς ῥήμασιν ἱκανὴν ἡμῖν τῆς φύσεως αὐτοῦ τὴν διάνοιαν ἐνεποίησεν, εἰπών· *Ὁ στερεώσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καπνόν*, τουτέστι λεπτὴν φύσιν· καὶ οὐ στερεάν, οὐδὲ παχεῖαν ἐς τὴν τοῦ οὐρανοῦ σύστασιν οὐσιώσας. Ex cujus verbis locum hunc ita restituo : Τὴν δὲ οὐσίαν αὐτοῦ, vel τὴν φύσιν ; in quibus illustrem illam controversiam determinat, cœli videlicet substantiam non esse mistam, sed simplicem, de qua multa nobis et Plotinus *De mundo*, et alii tradiderunt. Quidam enim cœlum ejusdem esse naturæ cum elementis arbitrati sunt, quod refert Theodoretus *De materia et mundo*, et Philo Judæus *De somno*, et Plutarchus. Alii igneæ esse naturæ, cujus opinionis auctores tradit Ægyptios Albertus Magnus tract. 1 *De cœlo*, cap. 4. Platonis circa hoc opinionem habes in *Alcinoo;* Macrobio lib. *in Somn. Scipion.;* Augustino, VIII *De civitate Dei*, cap. 11 ; Philopono ad VI et XIII *Procli*. Sed de hoc plura inferius noster Eustathius ex quibus cœlum concretum sit aliis declarandum relinquens, verbis Isaiæ ejus naturam tenuem, non solidam, neque crassam esse tradit, eorum opinionem refellens qui cœlum solidum veluti crystallum ponebant, et eorum qui terreum, gravemque, et Anaximenis qui illud e terra fabricaverat, de quo Origenes lib. I *Elenchi contra hæres.* : Γεγονέναι δέ, τὰ ἄστρα ἐκ γῆς διὰ τὸ τὴν ἰκμάδα ἐκ ταύτης ἐνίστασθαι, ἧς ἀραιουμένης τὸ πῦρ γίνεσθαι· ἐκ δὲ τοῦ πυρὸς μετεωριζομένου τοὺς ἀστέρας συνίστασθαι. Εἶναι δὲ καὶ γεώδεις φύσεις ἐν τῷ τόπῳ τῶν ἀστέρων συμφερομένας ἐκείνοις. Hanc Eustathii sententiam tuetur et Olympiodorus in Job super illis verbis cap. XXXVIII, *Diffusum autem est sicut terræ cinis* [8]. Notanda Joannis Chrysostomi sententia, Ὅτι μὲν καμάρας εἰκόνα διασώζει, ἴσμεν· τίς δέ ἐστι τὴν οὐσίαν, ἀγνοοῦμεν. Stolidissimus Mohametus affirmat aerem factum ex fumo, fumum ex vapore aut exhalatione marina. Primum cœlum ex aqua viridi constare, secundum ex aqua clara, tertium ex smaragdo, quartum ex auro, quintum ex hiacyntho, sextum ex tabula lucida, septimum ex claritate ignis, et de uno cœlo ad aliud esse distantiam itineris quingentorum annorum. Quis non miretur hominis ingenium, in hisceque describendis patientiam? ut oculatus est vir iste ! ut multa videt ! Abeant ergo mathematici et geometræ cum suis mensuris et numeris. Solus vidit distantiam quam non reliqui omnes homines nec auctor ipse naturæ.

Ibid., lin. 23. Τὴν δὲ γῆν φάσκει. Basilius tamen ait hom. 1, terræ fundamenta naturæ hominum esse incognita, et locum Palmi, quem hic adducit Eustathius, explicat. Τὸ γάρ, *Ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτήν*, τί δηλοῖ ἢ τὸ πάντοθεν περικεχύσθαι τῇ γῇ τὴν τοῦ ὕδατος φύσιν ; Πῶς οὖν, ῥυτὸν ὑπάρχον τὸ ὕδωρ, καὶ ἐπὶ τὸ πρανὲς πεφυκὸς καταπίπτειν, μένει ἀπεωρούμενον, καὶ οὐδαμοῦ ἀπορρέον ; Σὺ δὲ οὐ λογίζει, ὅτι τὴν αὐτήν, καὶ ἔτι πλείονα ἀπορίαν τῷ λόγῳ παρέχει ἡ γῆ καθ' ἑαυτὴν κρεμαμένη βαρυτέρα τὴν φύσιν οὖσα. Externorum tamen philosophorum opinio est magis recepta : Fundasse Deum terram in sphæræ, quæ mundum undique complectitur, centro, quippe quæ propter suum æquilibrium ex omni parte tantumdem distat a cœlo, ut ob id ipsum et firmam sedem obtinuerit, et immota nitatur, et fixam sit nacta basim ; et hoc II *De cœlo* cap. 14 validissimis rationibus probat Aristoteles, et sane despicaciori, et deteriori elemento, infimus locus debebatur, terræ elementorum deterrimæ, locus qui maxime a cœlo distat infimus. Centrum mundi maxime a cœlo distat, ideoque in eo erat collocanda sua natura, unde terra aquas, non e contrario terram aquæ sustentant. En novam Nebulonis physiologiam. Terra, ait Mohametus, sustinetur a magno bove cujus caput extenditur in orientem, cauda in occidentem, quatuor vero pedes innituntur lapidi candido. In capite habet quadraginta cornua, quorum unum ab altero distat itinere mille annorum. Subtus lapidem vero est mons infernalis dictus Zoth, quem conscendere coguntur peccatores, et ubi bene oneratus est collabascit, eosque submersos in infernum præcipitat : sub hoc monte terra est et postea mare, et rursus

[6] *Psal.* CIII, 2. [7] *Isa.* XL, 22. [8] *Job* XXXVIII, 38.

terra aliudque mare usque ad septem terrarum et marium numerum. Ultima vero terrarum est alba ut lac, mollis ut crocus, odora ut moschus, et clara ut luna, infra eam magnus piscis cujus caput in orientem, cauda versus occidentem porrigitur, super cujus dorso fundantur ac jacent terræ, maria, aer, usque ad finem mundi. Subtus piscem ventus est, qui eum sustinet, subtus hunc tonitru, rursus sub hoc mare obscurum, postmodum laudes, ab hisce gloria, deinceps thronus, post eum tabula picta, et penna, et inferius magna Dei nomina : sed piget ineptiarum, quarum nullus modus apud hunc nugatorem.

Col. 709. lin. 26. *Καὶ τὸ πῶς οὐ δεῖ πολύ*. Ubi namque fides humanum intellectum informaverit, et rationes humanæ et experimenta veluti nullius momenti rejici debent, in qua nulla opinio, nulla verisimilitudo, nulla fallacia, nulla hæsitatio, nulla inest dubitatio, sed in obscuritate patentia omnia, atque aperta intelligendo firmiter tenet; et quæ non videt, uti certissima credit Christianus et illis assentitur. Fides hæc qualibet demonstratione superior est, qualibet certitudine certior, qualibet disciplina excelsior. Quare Joannes Picus sapientissime in conclusionibus affirmabat : *Sicuti fides, quæ est credulitas, est infra scientiam; ita fides, quæ est vere fides, est supersubstantialiter supra scientiam et intellectum nos Deo immediate conjungens.* Furor est divinæ potentiæ opera ita scrutari, ut noster intellectus sit ejus mensura; furor est humana mente, divina illa, et quæ mundus non capit agitasse, et incerta modica fragilique conjectura immensa, sacra, æterna, admirandaque indagare.

Ibid., lin. 27. *Τὸ γὰρ ἁπλοῦν τῆς πίστεως*. Basilius hom. 1, Εἰ δὲ μή, ἀλλά τό γε ἁπλοῦν τῆς πίστεως ἰσχυρότερον ἔστω τῶν λογικῶν ἀποδείξεων. Christianorum philosophiam simplicem et ejus causam eruditissimus et φιλοσοφικώτατος Alexander Lycopolita libello vere aureo contra Manichæos disertissimis verbis explicat, quem jam paramus commoditati publicæ edendum. Ejus verba cum non sint quod ego sciam ad hanc diem edita nec Græce, nec Latine, non gravabor hic Græca apponere, ut quis sit auctor, unusquisque tanquam ex ungue leonem possit conjicere: Ἡ Χριστιανῶν φιλοσοφία ἁπλῆ καλεῖται· αὐτὴ δὲ ἐπὶ τὴν τοῦ ἤθους κατασκευὴν τὴν πλείστην ἐπιμέλειαν ποιεῖται αἰνιττομένη περὶ τῶν ἀκριβεστέρων λόγων περὶ Θεοῦ, ὧν τὸ κεφάλαιον τῆς περὶ ταῦτα σπουδῆς εἰκότως ἂν ἅπαντες ἀποδέξαιντο. Ἔνθα τὸ ποιητικὸν αἴτιον τιμιώτατον τίθενται, καὶ πρεσβύτατον, καὶ πάντων αἴτιον τῶν ὄντων. Ἐπεὶ καὶ τοῖς ἠθικοῖς τὰ ἐργωδέστερα παραλείποντες, οἷόν τίς τε ἡ ἠθικὴ ἀρετή, καὶ λογική, καὶ ὅσα λέγεται περὶ ἠθῶν καὶ παθῶν, περὶ τὸν ὑποθετικὸν διατρίβουσι τόπον· στοιχεῖα μὲν πρὸς ἑκάστης ἀρετῆς ἀνάληψιν οὐκ ἀποδιδόντες, παραγγέλματα δὲ παχύτερα, ὡς ἐτύγχανεν, ἐπισωρεύοντες, ὧν ὁ πολὺς δῆμος ἀκούων, ὡς ἐκ τῆς πείρας ἐστὶ μαθεῖν, σφόδρα ἐπιδίδωσιν εἰς ἐπιείκειαν, καὶ τῆς εὐσεβείας χαρακτὴρ ἐνιζάνει αὐτῶν τοῖς ἤθεσιν, ἀναζωπυρῶν τὸ ἐκ τῆς τοιαύτης συνηθείας συνειλημμένον ἦθος, καὶ κατ' ὀλίγον εἰς τὴν τοῦ καλοῦ αὐτοὺς ὄρεξιν ὁδηγῶν. Εἰς πλεῖστα δὲ ταύτης ὑπὸ τῶν ἐπιγενομένων μερισθείσης, ζητήσεις συνέστησαν πλείονες, καθάπερ ἐν τοῖς ἐριστικοῖς, ἀφ' ὧν ἐντρεχεστέρους μὲν ἄλλους ἑτέρων μᾶλλον, καὶ ζητικωτέρους, ὡς ἄν τις εἴποι, γεγονέναι συμβέβηκε, καί τινες ἤδη καὶ αἱρέσεων προὔστησαν, ἀφ' ὧν ἡ κατὰ τὸ ἦθος ἄδηλος κατασκευὴ ἐμαραίνετο· τῆς μὲν κατὰ τὸν λόγον ἀκριβείας οὐκ ἐφικνουμένων τούτων, ὅσοι τῶν αἱρέσεων ἡγεῖσθαι ἠξίουν, τοῦ δὲ πολλοῦ πλήθους στασιαστικώτερον πρὸς αὐτὸ διατεθέντος, κανόνος δὲ οὐδενὸς εἰπόντος, οὐδὲ νόμων, ἀφ' ὧν τῶν ζητήσεων πορίσασθαι λύσιν. Καθάπερ δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις ἡ φιλοτιμία, εἰς ὑπερβολὰς ἐκπίπτουσα, οὐκ ἔστιν ὅτι οὐ λυμαίνεται, οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τούτων, τῇ καινότητι τῶν δοξῶν ἑκάτερος τὸν πρὸ αὐτοῦ ὑπερβάλλεσθαι σπουδάζων, εἰς ἀνήνυτον πρᾶγμα τὴν αὐτὴν ταύτην ἐμβεβλήκασι φιλοσοφίαν· ὥσπερ ὁ λεγόμενος Μανιχαῖος, ὃς Πέρσης μέν τίς ἐστι τὸ γένος, κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν, πάντας ὑπερβαλὼν τὸ θαυμάσια λέγειν. Καὶ οὐ πάλαι μὲν ἐπεπόλασεν ἡ τούτου καινοτομία. Πρῶτός γέ τις Πάπος τοὔνομα, etc.

Ibid., lin. 28. *Ἀνέφικτα γάρ*. Elegantissime prosequitur sententiam hanc Georgius Pisidas *De mundi opificio* per totum, quem vide.

Ibid., lin. 33. *Καὶ τὸ φῶς*. Hoc lumen fuisse quoddam luminosum per totam mundi machinam diffusum Basilius hom. 6 *in Hexaem.* Gregorius Nazianzenus *in novam Dominicam*, qui qua ratione intelligi debeat explicat Nicetas. Idem tenuerunt alii Græci, Theodoretus quæst. 14 et 16; Athanasius quæst. 74; Anastasius Antiochenus *in Hexaem.* lib. IV; Procopius, *in Genesim*; Damascenus, lib. II *De fide orthod.*, cap. 7; Didymus et Apollinarius in Catena, quod postea quarto die inditum est luminaribus cœli. Sed de hoc nonnulla inferius.

Ibid. *Καὶ πάντα ὀξείᾳ*. Basilius hom. 2 *in Hexaem.* : Ἐν δὲ τῷ πλάτει πάντα τὰ μέρη τοῦ κόσμου, βόρειά τε, καὶ νότια, καὶ ἑῷα, καὶ τὰ ἑσπέρια, ἐν ὀξείᾳ καιροῦ ῥοπῇ κατεφώτιζε, cujus etiam usum et rationem reddit, quam si libet legito. Mira illius præconia, et plusquam triginta proprietates refert Dionysius Areopagita capite 4 *De divinis nomin.*, et cap. 15 *De cœlesti hierarchia.* Nihil enim ad mundi decorem et ornatum aptius; unde Hugo de Sancto Victore, *Quid pulchrius luce? quæ cum in se colorem non habet, omnium tamen rerum colores ipsa quodammodo colorat.* Hæc item cum in omnes partes se effuse communicat, præcipuum dicitur instrumentum, quo cœlestia corpora influant in inferiora, eoque vehente ad nos a cœlo perveniunt. Quod Avicenna quoque dixit, lib. *Meteor.*, lumen vocans vehiculum virtutum omnium cœlestium, et Albertus Magnus lib. *De som. et vigil.* confirmat. Quare D. Ambrosius lib. I *Hexaem.*, cap. 9, scripsit, unius naturam non immerito, non in mensura, non in pondere esse, ut res cæteras

a Deo creatas. Quod tamen explicat D. Thomas prima part., quæst. 5, et alibi. Verum hanc Eustathii sententiam de celerrima ac momentanea lucis actione, qua sese explicat confirmat præter Basilium et Ambrosium, Arist. lib. II *De anim.*, tex. 70, aliisque contra Empedoclem, qui lucem moveri aiebat. Nam si trajectio illa non fieret puncto temporis, saltim mora in magno quidem spatio deprehenderetur. Quod etiam rationi convenit naturæque ipsius lucis, cum lux contrarium non habeat: nam et substantiæ nihil est contrarium, et quia ita effunditur ut non eadem lucis portio ab una parte in aliam transeat, sicuti accidit rei locum mutanti, quæ una atque eadem singulas partes spatii decurrit, eisque secundum se respondet; quo fit ut nunc has nunc illas successione decurrendo moras trahat, et tempus consumat. Quare optime Aristoteles opinionem contrariam ita refellendo ait: Τοῦτο γάρ ἐστι καὶ παρὰ τὴν ἐν τῷ λόγῳ ἀλήθειαν καὶ παρὰ τὰ φαινόμενα. Hoc idem voluisse Plotinum, lib. IV, *Ennead.* 6, existimo, cum de lumine verba faciens multis rationibus declaravit lumen non esse divisibile, aut multiplex propter diversas partes, sed esse totum in qualibet parte, quemadmodum et virtus rectrix tota est in qualibet parte ponderis, et anima corporis. Quod enim partium successione non extenditur, neque successione motus, sed puncto temporis per omnes partes diffunditur.

Col. 709, lin. 35. *Πρὸ γὰρ τούτου.* Basilius hom. 2: Τὸ γὰρ σκότος οὐχ ὡς πέφυκεν ἐξηγοῦνται, ἀέρα τινὰ ἀφώτιστον, ἢ τόπον ἐξ ἀντιφράξεως σώματος ἀποσκιαζόμενον, ἢ ὅλως καθ' ὁποιανοῦν αἰτίαν τόπον φωτὸς ἐστερημένον, ἀλλὰ δύναμιν κακὴν, μᾶλλον δὲ αὐτὸ τὸ κακὸν παρ' ἑαυτοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχον, etc.; et inferius: Ἐπεὶ οὖν ἐγένετο οὐρανὸς, προστάγματι, Θεοῦ ἀθρόως περιταθεὶς τοῖς ἐντὸς ὑπὸ τῆς οἰκείας αὐτοῦ περιφερείας ἀπειλημμένοις, σῶμα ἔχον συνεχὲς ἱκανὸν τῶν ἔξω διαστῆσαι τὰ ἔνδον, ἀναγκαίως τὸν ἐναπολειφθέντα αὐτῷ τόπον ἀφεγγῆ κατέστησε, τὴν ἔξωθεν αὐγὴν διακόψας. Τρία γὰρ δεῖ συνδραμεῖν ἐπὶ τῆς σκιᾶς, τὸ φῶς, τὸ σῶμα, τὸν ἀλαμπῆ τόπον. Τὸ τοίνυν ἐγκόσμιον σκότος τῇ σκιᾷ τοῦ οὐρανίου σώματος παρυπέστη. His consona sunt quæ habet Joannes Philoponus *in Hexaem.* referente Photio in *Biblioth.*: *Καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου·* τὸ μὲν ὕδωρ ἄβυσσον εἰπὼν, τὸ δὲ σκότος τὸν ἀφώτιστον ἀέρα. Καὶ γὰρ κυρίως σκότος ἐστὶν ἡ τοῦ φωτὸς ἀπουσία. Καὶ συνήθεια δὲ σκότος τὸν ἀφώτιστον λέγει ἀέρα, ἤτοι τὸ νυκτερινὸν τοῦ ἀέρος κατάστημα, ἢ καὶ τὸ ἄλλως πῶς συμβαῖνον. Certe notanda est sententia Methodii super illis verbis Job, *Ubi eras, cum fundarem ego terram* [9]? Qui negat, ut existimat Paulus Comitolus, has tenebras conditas fuisse, et tenebras quæ illi horridæ atque incomptæ rerum omnium moli in prima mundi constitutione, erant obductæ, nostra-

A tes hasce tenebras esse, quoniam hæ e lucis recessu efficiuntur, et cum eorum natura in luminis privatione sita sit proprie effectorem Deum habere non potuerunt, cum Deus non privationum, sed rerum quæ vere exsistunt auctor sit, quæ quidem tenebræ spectabilis hujus lucis conditionem e Græcorum Patrum sententia antecesserunt. Verba Methodii sunt: Ἐμοὶ φιλονεικεῖς, καὶ πρὸς ἐμὲ ἵστασαι, καὶ τοῖς ἐμοῖς ἀθληταῖς ἀνταγωνίζῃ. *Ποῦ δὲ ἦς ὅτε ἐγὼ τὴν γῆν εἰργαζόμην*; τίς ἦς τότε; Ἤδη, φησὶ, πεπτώκεις. Καὶ γὰρ ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς κοσμοποιίας, *Σκότος ἦν*, φησὶν, *ἐπάνω τῆς ἀβύσσου*, σκότος τοῦτο οὐ κτισθὲν σκότος, ἀλλὰ προαιρετικῶς ἀρξάμενον σκότος τῇ τοῦ φωτὸς στερήσει. Ex quibus verbis quomodo Comitolus eliciat eam fuisse
B Methodii sententiam quam ipse refert nondum video, cum verba Methodii aliud innuant, nec perplexe. Etenim tenebræ illæ super abyssum, non erant creatæ tenebræ, sed liberæ ipsæ cœperunt esse tenebræ lucis privatione. Unde ergo est, illas primas tenebras nostrates has esse? Unde eorum effectorem Deum non fuisse? Unde Deum non esse privationum, sed rerum quæ exstant auctorem? An vero hic Methodius una cum Ludovico Fideli sentiat in notis ad ipsum Methodium planius explicabimus; et an idem videatur sensisse Joannes Pius in *Heptaplo*, lib. VII, capit. 1: *Terra autem erat inanis et vacua, et tenebræ erant super faciem abyssi* [10]. — *Non creat Deus inanitatem, non creat tenebras, sed « terra, inquit, inanis et tenebræ erant; » non dicit hæc fuisse creata, sed fuisse.* Et paucis interjectis, *Neque hæc fecit Deus, sed hominis malitia, qui volens se his bonis privavit, quibus illum Deus ditaverat.* Sunt qui hoc loco tenebrarum nomine
C quos Ludovicus Fidelis lib. II *De mundi struct.*, cap. 7 et 8, non improbat, aerem caliginosum lumine destitutum intelligi velint, ex quo angeli suum sortiti sunt ortum, nam ut ex limo terræ tanquam præjacente materia hominem, sic ex aere caliginoso veluti subjacente substerniculo angelos Deum condidisse arbitrantur, Pauli fundamento innixi, dicentis: *Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie*
D *Christi Jesu* [11]. Deus enim, qui dixit de tenebris lucem splendescere, is est, qui de tenebris dixit, *Fiat lux, et facta est* [12]. Id autem intelligi non potest de simplici luminis carentia, quoniam ex hoc nequit quidquam oriri, et proinde cum dicat Paulus, *de tenebris lucem splendescere*, oportet tenebras ipsas unde lux prodeat aliquid esse. At quid, quæso, existimas, hujuscemodi tenebras esse, nisi aerem ipsum tenebris obsitum, sed luminis susceptivum? quod perpulchre his verbis insinuat Isaias, inquiens, *Ego Dominus, et non est alter formans lucem et creans tenebras* [13]; nomine autem tenebrarum hoc loco aliquid positivum intelligendum est. Non

[9] *Job* XXXVIII, 4. [10] *Gen.* I, 2. [11] II *Cor.* IV, 6. [12] *Gen.* I, 3. [13] *Isa.* XLV, 7.

enim luminis carentiam creavit Deus. Hæc tamen opinio minime probanda videtur, vel ex eo solo quod angelis, qui sunt puri spiritus nullo corpore obstricti, materiale principium tribuat, indeque eos corporeos materialesque efficiat. Add., hinc non simul cum cœlo et terra angeli producti referuntur, sed post cœli et terræ creationem.

Col. 709, lin. 38. *Ἔξωθεν δὲ τοῦ οὐρανοῦ.* Methodius presbyter Hierosolymitanus, orat. *in Hypapantem*, sive Timotheus sub cujus nomine hæc oratio præteritis annis initio mutila excusa est, quam integram suisque partibus absolutam tibi, lector, una cum aliis Methodiorum opusculis, et fragmentis, Deo dante, quam primum dabimus : is itaque de hoc eodem lumine sermonem agens ita exorditur : Μόνος ἐν ἀνθρώποις τέλειος ἄνθρωπος ὁ τῆς δικαιοσύνης B περὶ πολλοῦ τιθέμενος κτῆμα. Ἀείφωτον γὰρ τοῖς δικαιοπραγοῦσι τὸ τῆς δικαιοσύνης κτῆμα κατὰ τὸ φάσκον θεῖον ῥητόν· *Φῶς δικαίοις διὰ παντός.* Ποῖον φῶς; Οὐ τὸ νυκτὶ διαμαχόμενον, καὶ ἡλιακαῖς ἀκτῖσι διπλάσιον εὑρισκόμενον, καὶ τῷ παρόντι αἰῶνι ὡς προσκαίρῳ συντριβόμενον. *Φῶς δικαίοις διὰ παντός.* Ποῖον φῶς; Τὸ ἐπέκεινα τῶν οὐρανῶν αὐλιζόμενον, καὶ τὸ δεσποτικῷ θρόνῳ παριστάμενον. Ὅπερ ὁ δίκαιος Ἀβραὰμ ἐννοήσας τοὺς αὐτῷ προδεχομένους προσδέχεται, τοὺς δὲ μὴ τοιούτους τῷ ἀφεγγεῖ τῆς δικαίας καταδίκης χωρίῳ παραπέμπει. Διὰ τοῦτο κέκραγεν ὁ κράζων· *Φῶς δικαίοις διὰ παντός. Φῶς δὲ ἀσεβῶν σβέννυται.*

Ibid., lin. 41. *Εἰς ὃ καὶ οἱ καλῶς βιώσαντες.* Ergo C statim post hujus vitæ terminum sanctorum animæ in sempiternæ lucis claritatem delatæ, gloria sibi debita perfruuntur felicitateque immensa potiuntur. Hoc enim tempore qui bene sancteque vitam duxerunt ab ea illustrati quiescunt, nec aliud exspectant. Quod manifestissime colligitur ex verbis ad quæ confirmanda non est opus hic reliquorum Patrum sententias intexere. Theodoretus lib. IX *De affect. Græc.*, in fine, *Ἐν τῷ κόσμῳ γάρ*, ἔφη, *θλίψιν ἔχετε, καὶ μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ἕνεκεν ἐμοῦ. Χαίρετε, καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Καὶ τοὺς μὲν πόνους καὶ κινδύνους ὑπέδειξεν τὰ δὲ βραβεῖα καὶ τοὺς στεφάνους μετὰ τὸ τοῦ βίου τέλος D ἀποδώσειν ὑπέσχετο. Sed his diutius immorari esset soli lumen addere : hæc tamen res a pluribus controversa habuit suos defensores et propugnatores. Andreas Cæsariensis *in Apocalypsim*, serm. 15, capit. 45; et serm. 6, cap. 17; et serm. 11, cap. 33, existimavit justorum animas nondum gloriæ divinæ participes hujus mundi consummationem exspectare. S. Eulogius in paradiso terrestri eas deferri; frustra enim hortus ille deliciarum creatus esset, nisi jam sanctorum animorum esset receptaculum. Ejus verba refert Photius in *Biblioth.* : Τί δὲ καὶ τὸν κατὰ ἀνατολὰς παράδεισον ἐφύτευσε τὸν ἐν Ἐδὲμ, ἐν ᾧ τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἔπλασεν, ἔθετο, εἰ ἐκεῖνον μὲν εὐθὺς παραβήσεσθαι ᾔδει, καὶ τοῦ χω-

A ρίου γενησόμενον ὑπερόριον, μηδένα δὲ τὸν μετὰ ταῦτα ἀνθρώπων μέλλοντα πάλιν οἰκήσειν αὐτόν; Εἰ γὰρ ἕκαστος καὶ τῶν εὐσεβῶς βεβιωκότων, καὶ τῶν δυσσεβῶς πολιτευσαμένων, μετὰ τὸ στάδιον τοῦ παρόντος βίου πρὸς τὸ μὴ ὂν ἀναλύεται, καὶ οὐδεὶς οὐκ ἔτι διαμένει, ὥστε καὶ παράδεισον κληρονομεῖν, καὶ τῆς ἐν αὐτῷ τρυφῆς ἀπολαύειν ἱερᾶς· πῶς οὐ μάτην αὐτὸν γεγενῆσθαι ἡ τοιαύτη ἀγνώμων καὶ δυσσεβὴς ὑπόληψις ἀποφανεῖ, καὶ διὰ τῆς εἰς ἐκεῖνον ὕβρεως τὸν κοινὸν ἐξυβρίσει δημιουργόν, ἐκεῖνα πράττειν κατηγορῶν, ἃ μηδὲ μέτριος ἄν τις διαπράξοιτο ἀνήρ; Sed Eustathius magnæ Ecclesiæ presbyter eodem Photio referente pro veritate sumpta contentione probavit, Ὅτι μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ σώματος αὐτίκα εὐεργοῦσιν αἱ τῶν ἁγίων ψυχαί. Οὐ μόνον δὲ τῶν ἁγίων, ἀλλὰ καὶ ἁπλῶς κατὰ τὴν οἰκείαν ἑκάστη ἀξίωσιν πᾶσα ἀνθρωπίνη ψυχή. Cujus hic verba libentissime transcriberem, si libelli copia foret ut eorum pervicaciam comprimerem, qui in aperta et re manifesta ita cæcutiunt, ut et aliis tenebras offundere impudenter nitantur. Quis enim portenta circa hoc pessimorum hominum ferre posset? Malorum scilicet animas in dæmonas converti, in leones, lupos, aliasque bestias, sicut et justorum migrare. Paradisum, supernamque Hierusalem in tertio cœlo sitam esse, quin neque in cœlo, neque in terris. Sed horum magis accuratam explicationem in tractatu quem de differentiis Græcorum et Latinorum scribimus, tradémus. Nunc ista sint satis.

Ibid., lin. 42. *Νοήσεις δὲ τούτου τὴν οἰκονομίαν.* Basilius hom. 2 *in Hexaem.* : Νόησον δέ μοι ἀπὸ παραδείγματος ἐναργοῦς τὸ λεγόμενον, ἐν σταθηρᾷ μεσημβρίᾳ σκηνήν τινα ἐκ πυκνῆς καὶ στεγανῆς ὕλης ἑαυτῷ παραστήσαντα, καὶ ἐν σκότῳ αὐτοσχεδίῳ ἑαυτὸν καθειργοῦντα.

Ibid., lin. 49. *Οὕτω τοιοῦτον ἀνυπόστατον.* Basilius explicat hom. 2 : Λέγομεν τοίνυν καὶ τοῦτο τὸ σκότος μὴ κατὰ οὐσίαν ὑφεστηκέναι, καὶ πάθος εἶναι περὶ τὸν ἀέρα στερήσει φωτὸς ἐπιγινόμενον. Et inferius : Τοιοῦτον οὖν κἀκεῖνο τὸ σκότος ὑπόθου οὐ προηγουμένως ὑφεστηκός, ἀλλ' ἐπακολουθῆσαν ἑτέροις. Et hæc dicta sunt contra nugas Manichæorum, asserentium tenebras esse quamdam substantiam æternam, et principium rerum non minus quam lucem. Alexander Lycopolita *contra Manichæos* : Τὸ δὲ λαμπρὸν, καὶ τὸ φῶς, καὶ τὸ ἄνω, πάντα ταῦτα σὺν τῷ Θεῷ εἶναι· τὸ ἀμυδρὸν δὲ καὶ τὸ σκότος, καὶ τὸ κάτω σὺν τῇ ὕλῃ. Et iterum : Τῆς οὖν ὕλης ἧς ἀπεκρίθησαν ἥλιος καὶ σελήνη τὸ μέρος ἐκτὸς τοῦ κόσμου ἀπεληλάσθαι, καὶ εἶναι ἐκεῖνο πῦρ καυστικὸν μὲν, σκοτῶδες δὲ καὶ ἀφεγγὲς νυκτὶ προσόμοιον. Vide Didymum *contra Manichæos*, et alios.

Ibid., lin. 52. *Ἀναχεομένου γὰρ τοῦ φωτός.* Basilius hom. 2 : Τότε δὲ οὐ κατὰ κίνησιν ἡλιακὴν, ἀλλ' ἀναχεομένου τοῦ πρώτου φωτὸς ἐκείνου, καὶ πάλιν συστελλομένου κατὰ τὸ ὁρισθὲν μέτρον παρὰ Θεοῦ ἡμέρα ἐγένετο, καὶ νὺξ ἀντεπῄει. Quare non immerito illum diem Africanus vocavit νοητὴν ἡμέ-

ραν. Georgius Syncellus: Τὴν πρώτην ἡμέραν ὁ Ἀφρικανὸς νοητὴν λέγει, διὰ τὸ πρῶτον διοργανισθῆναι τέως τὸ πρωτόκτιστον φῶς καὶ κεχυμένον.

Ibid., lin. 54. *Ὅθεν καὶ ἐν τῇ συμμετρήσει.* Basilius hom. 2, Οὐκέτι προσηγόρευσεν ἡμέρα καὶ νὺξ, ἀλλὰ τῷ ἐπικρατοῦντι τὴν πᾶσαν προσηγορίαν ἀπένειμε. Ταύτην ἂν καὶ ἐν πάσῃ Γραφῇ τὴν συνήθειαν εὕροις ἐν τῇ τοῦ χρόνου μετρήσει ἡμέρας ἀριθμουμένας, οὐχὶ δὲ καὶ νύκτας μετὰ τῶν ἡμερῶν. Idque variis divinæ Scripturæ testimoniis ostendit. Nomades etiam ipsi Libycum genus in temporum dinumeratione non diebus, ut Scriptura, sed noctibus utuntur. Nicolaus Damascenus *apud Stobæum:* Οἱ νομάδες τῶν Λιβύων οὐ ταῖς ἡμέραις, ἀλλὰ ταῖς νυξὶν αὐτὸν ἀριθμοῦσι τὸν χρόνον. Id idem observasse Britannos, et Gallos, illiusque causam refert Gulielmus Camdenus in *Britannia*.

Col. 712, lin. 1. *Ὁ Θεὸς τὸ στερέωμα.* Zoroaster et Damascius variorum firmamentorum orbes ponunt, et eorum primum empyreum, tres sequentes æthereos, et tres ultimos materiales nuncupant. Ludovicus Fidelis *De mundi structura*, lib. III, c. 1, in explicatione horum verborum duplex esse ait firmamentum, unum quod primum mobile vocant, quod suo motu universos commovet orbes, et a nullo movetur, omnium orbium cœlestium supremum, quod suo ambitu reliquos sub se complectitur orbes, quod empyreum appellant, seu beatorum sedem : quoniam qui in eo resident divinis continuo exuruntur ardoribus ; et id quidem per antonomasiam vocatum cœlum cœli, seu cœlum cœlorum, sive cœli cœlorum, cœlum namque apud Hebræos numero caret singulari, unde apud eos cœli nonnunquam pro cœlo, quandoque pro cœlis sumuntur. Dicitur autem firmamentum ob singularem sui ipsius firmitatem, quod sua natura constans sit, atque semper firmum, de quo nunc fit mentio. Alterum est firmamentum quod movet simul et movetur, in quo luminaria quarto die a Moyse referuntur producta. Sed hæc opinio de veræ philosophiæ principiis abhorrens uti falsa rejicitur, sed experimentis ipsis contraria est.

Ibid., lin. 3. *Καὶ εἴρηται τοῖς.* Basilius hom. 3: Εἴρηται μὲν οὖν τισι τῶν πρὸ ἡμῶν μὴ δευτέρου οὐρανοῦ γένεσιν εἶναι ταύτην, ἀλλ' ἐπεξήγησιν τοῦ προτέρου, διὰ τὸ ἐκεῖ μὲν ἐν κεφαλαίῳ παραδεδόσθαι οὐρανοῦ καὶ γῆς ποίησιν, ἐνταῦθα δὲ ἐπεξεργαστικώτερον τὸν τρόπον, καθ' ὃν ἕκαστον γέγονε, τὴν Γραφὴν ἡμῖν παραδιδόναι; ex quibus poterit mutilus hic locus corrigi.

Ibid., lin. 7. *Ἡμεῖς δὲ φαμεν.* Basilius hom. 3: Ἡμεῖς δέ φαμεν ὅτι, ἐπειδὴ ὄνομα ἕτερον, καὶ χρεία ἰδιάζουσα τοῦ δευτέρου οὐρανοῦ παραδέδοται, ἕτερός ἐστι παρὰ τὸν ἐν ἀρχῇ πεποιημένον οὗτος, στερεωτέρας φύσεως, καὶ χρείαν ἐξαίρετον τῷ παντὶ παρεχόμενος. Idem sentit Constantinus Manasses in *Annalibus:*

Τοῦ δὲ βλεφάρου λάμψαντος ἡμέρας τῆς δευτέρας
Τὸν οὐρανὸν τὸν δεύτερον ἐσφαίρωσε πανσόφως,
Ὃν τοῖς ἐν τῇ παντοστεγῆ δημιουργήσας στέγην.
Ὠνόμασε στερέωμα Θεὸς ὁ καλλιτέχνης
Παρὰ τὴν πρώτην ἄναστρον ἑτέραν ὄντα σφαῖραν.

Ibid., lin. 8. *Καὶ χρεία ἰδιάζουσα.* De usu firmamenti plura in astrologorum, philosophorumque libris. Ludovicus Fidolis, lib. III, cap. 2, ait, ut homini Deus plantavit paradisum terrestrem, in quo feliciter erat cum tota posteritate victurus Adam : sic angelis hodie locum suæ felicitati convenientem fecit Deus firmamentum ; hoc ipso agendi modo loci designans excellentiam ; non enim propter bruta, vel animantia quævis locum quempiam fecisse legitur, sed solis hominibus et angelis; et perinde atque homo ob peccatum perpetuo exsul factus est, et a paradiso voluptatis exclusus, haud secus angeli mali a firmamento sejuncti sunt, illuc nunquam reversuri.

Ibid., lin. 10. *Στερεωτέρας ὑπάρχων.* Firmamenti corpus solidum, et firmum fuisse creatum omnes existimant; placet Augustino, lib. II, *De Gen. ad litteram*, c. 10, ita vocari propter firmitatem, aut propter intransgressibilem terminum superiorum et inferiorum aquarum. Philo *De mundi opificio*, ita ait appellatum ut rem corpoream, cum corpus naturaliter firmum solidumque sit trinas dimensiones habens. Ἐποίει τὸν οὐρανὸν ὁ Δημιουργὸς, ὃν ἐτύμως στερέωμα προσηγόρευκεν, ἅτε σωματικὸν ὄντα. Τὸ γὰρ σῶμα φύσει στερεὸν, ὅτιπερ καὶ τριχῇ διαστατόν· στερεοῦ δὲ καὶ σώματος ἔννοιά τις ἑτέρα πλὴν τὸ πάντῃ διεστηκός. Joannes Zonares *Annalium* tom. I: Στερέωμα δὲ ἐκλήθη, ὅτι στεγανὸν τὸ σῶμα τούτου, καὶ οὐ λεπτὴν οὐδὲ ἀραιὰν τὴν φύσιν ἔχει, κατὰ τὰ ὕδατα, ἐξ ὧν τὴν σύστασιν ἔσχηκεν, ὃ καὶ οὐρανὸς ὠνομάσθη. Ambrosius Catharinus *in Genesim* putat esse octavam sphæram, quod in ea stellæ omnes inerrantes fixæ firmæque sint, nec variis motibus divagentur; aliam hujus vocis expositionem habet apud Benedictum Pererium, *Commentar. in Genes.* lib. I. In illius tamen materia exponenda minime conveniunt. Theodoretus quæstion. 11 *in Genes.* Propterea, inquit, appellatum firmamentum, quod ex aqua, quæ prius erat fluxa, et liquabilis, vehementissime spissata, fortissimeque indurata concretum fuerit. Idem tradit Josephus lib. I *Antiquit. Judaic.*, cap. 1; Gennadius, Severianus catena in hunc locum, quibus consentit Beda; et confirmat verbis Petri commemoratis a Clemente lib. II *Recognit.* Hugo *Adnot. in Genes.*, capit. 6, et alii. Basilius hanc sententiam deridet, et puerile vocat, cœlum arbitrari fuisse ex aqua concreta; et censet firmamentum ex tenui quadam materia qualis est aerea, vehementer tamen densata et constipata, fuisse conflatum, quem sequitur Ambrosius.

Ibid., lin. 11. *Καὶ διεχώρησεν ὁ Θεός.* Quænam sint hæ aquæ quæ sunt supra firmamentum diu est quæsitum et disputatum. Albertus Magnus 2, distinct. 14, articul. 1; Ægidius *in Hexaem.* cap. 14; Catharinus et alii Scripturam ita explicant, ut no-

mine firmamenti intelligatur cœlum stellatum supra quod perhibentur esse aquæ, id est nonus et decimus orbis aquæ similitudinem referentes, qui undique translucidi sunt, nec ullam in se stellam habent; vel ita ut per firmamentum designetur aer, aquas vero eas vocari, quæ pluendo decidunt in terram, illasque ab his, quæ supra terram sunt, separari cœlo, hoc est aere. Et hoc videntur amplecti Augustinus lib. II *De Genesi ad litt.*, cap. 4; Hieronymus *epist.* 83, *ad Oceanum*, refellitur tamen a Francisco Valesio *De sacra philosophia*, capit. 1. Origenes, ut refert Epiphanius *Epist. ad Joannem Hierosolymitanum*, et Hieronymus *epist. ad Pammachium*, dixit aquas, quæ super firmamentum sunt, non esse aquas, sed esse angelos sanctes; aquas vero quæ sub firmamento sunt esse dæmones malos e cœlo lapsos. In hanc sententiam quam Epiphanius et Hieronymus damnarunt, Basilius hom. 3, *in Hexaem.*, suppresso Origenis nomine, hæc prodit: Ἡμῖν δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἐστί τις λόγος περὶ τῶν διακριθέντων ὑδάτων, οἳ προφάσει ἀναγωγῆς καὶ νοημάτων ὑψηλοτέρων εἰς ἀλληγορίας κατέφυγον, δυνάμεις λέγοντες πνευματικὰς καὶ ἀσωμάτους τροπικῶς ἐκ τῶν ὑδάτων σημαίνεσθαι· καὶ ἄνω μὲν ἐπὶ τοῦ στερεώματος μεμενηκέναι τὰς κρείττονας, κάτω δὲ τοῖς περιγείοις καὶ ὑλικοῖς τόποις προσαπομεῖναι τὰς πονηράς. Διὰ τοῦτο δέ φασι καὶ τὰ ἐπάνω τῶν οὐρανῶν ὕδατα αἰνεῖν τὸν Θεὸν, τουτέστι τὰς ἀγαθὰς δυνάμεις ἀξίας οὔσας διὰ καθαρότητα τοῦ ἡγεμονικοῦ τὸν πρέποντα ὕμνον ἀποδιδόναι τῷ κτίσαντι· τὰ δὲ ὑποκάτω τῶν οὐρανῶν ὕδατα πνευματικὰ εἶναι τῆς πονηρίας ἀπὸ τοῦ κατὰ φύσιν ὕψους εἰς τὸ τῆς κακίας βάθος καταπεσόντα, ἅπερ ὡς ταραχώδη ὄντα, καὶ στασιαστικὰ, καὶ τοῖς θορύβοις τῶν παθῶν κυμαινόμενα, θάλασσαν ὠνομάσθαι, διὰ τὸ μετάβλητον καὶ ἄστατον τῶν κατὰ προαίρεσιν κινημάτων. Τοὺς δὴ τοιούτους λόγους ὡς ὀνειράτων συγκρίσεις, καὶ γραώδεις μύθους ἀποπεμψάμενοι, τὸ ὕδωρ ὕδωρ νοήσωμεν, καὶ τὴν διάκρισιν τὴν ὑπὸ τοῦ στερεώματος γενομένην κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν δεξώμεθα. Valesius loco jam dicto ait, cœlum illud, quod plurimi hanc ob causam vocant crystallinum, aqueum esse aqua quadam cœlesti quæ puritate aquam referat, non tamen frigore, aut humore, quemadmodum cœlum, et astra ignea esse igne quodam cœlesti, qui præstantioris, quam elementaris est naturæ, fulgore solum referens illum, non etiam calore et siccitate. Itaque nomen ignis, et aquæ non proprie dici de utrisque, sed analogia quadam, ut sit duplex ignis et duplex aqua secundum analogiam, elementaris scilicet et cœlestis. Multorum tamen Patrum quemadmodum et Eustathii fuit sententia, eas aquas esse veras aquas, ejusdemque generis et formæ cum his inferioribus. Ideoque has aquas a Deo supra cœlum positas censent, ut insiti algoris propinquitate, ignem sidereum, fervoremque axis ætherei minuerent, ac temperarent. Ita Clemens Romanus lib. II *Recognit.*; Justinus martyr, quæst. 93, *ad Orthodoxos*; Basi-
A lius, hom. 3 *in Hexaem.*; Epiphanius in *Epist. ad Joannem Hierosolymitanum*; Chrysostomus, hom. 4, et *in psal.* CXLVIII; Cyrillus Hierosolymitanus, *Catech.* 9; Theodoretus *in Gen.*, quæst. 11; Procopius *in Genes.*, cap. 1; Hippolytus et Severianus in catena, Euthymius *in psal.* CIII; Hilarius *in psal.* CXXXVI; Ambrosius, lib. II *Hexaem.*, cap. 3 et 4; Hieronymus *Epist. ad Oceanum*; August., lib. II *De Gen. ad litt.*, cap. 5, et lib. XI *De civitate Dei*, cap. ultimo, et *in psal.* CIII; Dracontius Hispanus, Marius Victor *De opere sex dierum*; Drepanius Florus, in Hymno trium puerorum; Cassiodorus, Haymo, Bruno, et alii quos laudat Martinus Delrius in cap. I Genes. Ἀμαθέστατα igitur Calvinus blaterat hanc sententiam esse, et a sensu communi
B alienam, cum a tot Patribus, iisque doctissimis, sit uno ore recepta; et prorsus incredibilem, cum sacra Scriptura id apertissimis verbis, et alibi innuat, *cujus major est auctoritas*, ex Augustino, *quam omnis ingenii humani capacitas*. Et quemadmodum in his falue delirat, ita et fides ejus accusatur, et veluti impostor, mendaxque refellitur, cum manifeste mentitur scribens, Catholicos velle pro fide tenendum, has aquas supra cœlos veras aquas esse, cum aliam sententiam quæ cum ista minime convenit, Catholici viri, maximæque eruditionis vulgarint publice, et palam tutati sint. Hæreticorum is mos est, et dementia, ut quæ dixeris accusent, et refellent etiamsi verissima sint, quæ non dixeris
C imponant, ut iterum, et accusationis et reprehensionis ansam arripiant.

Col. 712, lin. 14. *Ὥστε καὶ ἐπάνω εἶναι*. Constantinus Manasses in *Annal.*:

Τότε καὶ τὴν παντόχυτον φύσιν τὴν ὑδατίαν
Καὶ τὰς ἀβύσσους διελὼν, καὶ τούτων μὲν ἀρίστην
Πρὸς ὕψος ἀνεννόητον κούφως μετεωρίσας
Τὸ δὲ ἐπὶ γῆς ἀπολιπὼν ἔστησε τούτων μέσον.

Τὸν οὐρανὸν ὥσπερ φραγμὸν, ὥσπερ στεῤῥὸν τειχίον. In versu secundo καὶ τούτων μὲν ἀρίστην quid sit non capio. Corrigo καὶ τούτων τὸ μὲν ἄνω. Ita enim et veritatem Dei, et auctoris mentem assequemur. Sed ad quid aquæ illæ quæ supra cœlos sunt? Procopius et Theodoretus, ne sol, luna et astra utpote ignita, cœlum ex aquis quasi congla-
D ciatum dissolvant; Beda, ad temperandum calorem ex vi et motu siderum ortum; Justinus, ad deprimendum firmamentum, ne sursum feratur; Hieronymus Oleaster, ut in diluvio Noe per cataractas emissæ terram obruerent. Alii ut solis et lunæ radios reverberent eosque deorsum ad terram repellant. Alii ad ornatum universi, tum ut matrix hæc cœlorum creationis index exstaret, quam supra se cœli semper intuerentur, tum ad voluptatem sanctorum, ut aquis bisce crystallinis oculi pascantur. Vel ut sicut aqua hæc aeri nostro, ita aquæ illæ subservirent ætheri, qui est in cœlo empyreo. Mitto nugas aliorum.

Ibid., lin. 18. *Ὁ δὲ αἰθὴρ πυρώδης*. Basilius hom. 3: Τὸν δὲ αἰθέρα τις ἀμφιβάλλει μὴ οὐχὶ πυ-

ρώδη εἶναι καὶ διαχαῆ, ὃς εἰ μὴ τῷ ἀναγκαίῳ τοῦ ποιήσαντος αὐτὸν ὅρῳ κατείχετο, τί ἂν ἐκώλυσεν αὐτὸν πάντα φλογίζοντα, καὶ καταπιμπρῶντα συνεχῆ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν ἐν τοῖς οὖσιν ἐξαναλῶσαι νοτίδα; Διὰ ταῦτα ὕδωρ ἀέριον γίνεται νεφουμένου τοῦ ἄνω τόπου ἐκ τῆς ἀναφορᾶς τῶν ἀτμῶν, οὓς ποταμοὶ, καὶ κρῆναι, καὶ τενάγη, καὶ λίμναι, καὶ πελάγη πάντα προΐενται ὡς ἂν μὴ πάντα πυρακτῶν ὁ αἰθὴρ ἐπιλάβοι. Æther quid sit, non una est omnium sententia; quidam existimarunt esse aerem ignitum, alii cœlum. Porphyrius et ante eum Orpheus mentem et intellectum Jovis appellarunt, Aristoteles lib. I *De cœlo*, cap. 3, et primo *Meteor.*, necnon et lib. *De mundo*, si tamen Aristoteles libri illius auctor est, ad Alexandrum, æthera cœli siderumque substantiam, elementum a quatuor aliis sublunaribus diversum, divinum, et corruptionis expers, non eo quidem nomine; quod cum ignea sit flagret. Sed quod ἀεὶ θεῖ. Οὐρανοῦ δὲ καὶ ἄστρων οὐσίαν μὲν αἰθέρα καλοῦμεν, οὐχ ὥς τινες, διὰ τὸ πυρώδη οὖσαν αἴθεσθαι, πλημμελοῦντες περὶ τὴν πλεῖστον πυρὸς ἀπηλλαγμένην δύναμιν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀεὶ θεῖν κυκλοφορουμένην στοιχεῖον οὖσαν ἕτερον τῶν τεσσάρων ἀκήρατόν τε καὶ θεῖον. Et lib. I *De cœlo* reprehendit Anaxagoram, quod pro igne, ætherem dixit, quod et alios fecisse satis notum est. Hi namque ab αἴθω, non ab ἀεὶ θεῖν, ætherem deducunt, in quam sententiam et Cicero lib. II *De natura deorum* ivisse videtur; et Phornutus item *De natura deorum*, cap. De cœlo : Ἡ δὲ οὐσία αὐτοῦ πυρώδης ἐστιν, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ ἡλίου καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἄστρων. Ὅθεν καὶ αἰθὴρ ἐκλήθη τὸ ἐξώτατον μέρος τοῦ κόσμου ἀπὸ τοῦ αἴθεσθαι. Eustathius tamen hic pro æthere quartum elementum intelligit, videlicet ignem, qui totam terram sua vi et facultate consumeret, nisi et jussu divino, et aquis aereis detineretur.

Col. 712, lin. 22. *Συνάγονται περὶ τὸ ὕψος*. Basilius hom. 3 : Συναγομένων γὰρ τῶν ἀναθυμιάσεων περὶ τὸ ὕψος, καὶ πυκνουμένου τοῦ ἀέρος ταῖς ἐκ τῶν πνευμάτων πιλήσεσι, ὅταν μὲν αἱ τέως ἀτμοειδῶς καὶ λεπτῶς ἐνεσπαρμέναι τῷ νέφει νοτίδες ἀλλήλαις προσχωρήσωσι, σταγόνες γίνονται τῷ βάρει τῶν συγκριθέντων φερόμεναι τὸ κάτω. Καὶ αὕτη ὑετοῦ γένεσις. Georgius Pisides *De mundi opificio*, pag. 19, et Plinius lib. II, capit. 42 : *Extra has causas non negaverim exsistere imbres ventosque. Quoniam humidam a terra, alias vero propter vaporem fumidam exhalare caliginem certum est. Nubesque liquore egresso in sublime, aut ex aere coacto in liquorem gigni. Densitas earum corpusque haud dubio conjectatur argumento, cum solem obumbrent, perspicuum alias etiam urinantibus in qualibet profundam aquarum altitudinem.* Etenim ex vapore solis vi elevato in mediam regionem aeris paulatim frigore nubes densantur, quæ calore, vel alio quopiam stimulante liquefiunt, et resolvuntur in aquam, descenduntque diversimode pro vaporis dissimilitudine : si enim vapor fuit rarior, guttatim dilabuntur, et est pluvia, seu stillæ ; si erit spissior, fiunt imbres, atque nimbi. Ex quibus ita lacunam supple : Γίνεται δὲ οὕτως ὁ ὑετός. Συνάγονται περὶ τὸ, etc.

Ibid., lin. 27. *Ἡ δὲ χιὼν ἐκ τῶν ὑδάτων*. Basilius, hom. 3 : Ὅταν δὲ τὸ ὑγρὸν ἐξαφρισθῇ ταῖς βίαις τῶν ἀνέμων ἀνακοπὲν, εἶτα εἰς ἄκρον καταψυχθὲν ὅλον δι' ὅλου παγῇ, θραυομένου τοῦ νέφους, ἡ χιὼν καταφέρεται. Non dissimilia habet Georgius Pisides *De mundi opificio;* Plinius lib. II, c. 60, *Grandinem conglaciato imbre gigni, et nivem eodem humore mollius coacto, pruinam autem ex rore gelido.* Sed brevi id explicemus sermone. Si vapor humidus in aeris media regione subvectus densatur, nec tum congelatur, fit pluvia, vel congelatur priusquam in aquam convertatur, et fit nix ex frigore tum fortiori quam pluvia, vel postquam in aquam resolutus fuerit, et fit grando ; si vapor in infima regione aeris subsidet, vel congelatur et fit pruina, vel non congelatur, et fit ros. Nivem candidissimam nigram invitis sensibus volebat esse Anaxagoras, quia esset aqua concreta. Sextus Empiricus Pyrrhon., *Hypotyp.* lib. I, cap. 13, Νοούμενα δὲ φαινομένοις, ὡς ὁ Ἀναξαγόρας τὸ λευκὴν εἶναι τὴν χιόνα, ἀντετίθει, ὅτι χιὼν ὕδωρ ἐστὶ πεπηγός· τὸ δὲ ὕδωρ ἐστὶ μέλαν, καὶ ἡ χιὼν ἄρα μέλαινά ἐστι. Quæ argumentatio vel ex illo solo refelli potest, quod terminos in propositionibus mutet, quos si non mutaret, ipsa per se rueret essetque ridicula : ipse sic formabat, Nix est aqua concreta ; aqua est nigra, ergo nix est nigra : cum ita esset formanda. Nix est aqua concreta, aqua concreta est nigra, tunc utique sequeretur, ergo nix est nigra. Sed quis concederet aquam concretam esse nigram ? cum aquam etiam ipsam etsi non concretam nigram esse non affirmaret.

Ibid., lin. 31. *Ἡ δὲ βροντὴ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον*. Basilius, hom. 3 : Τὴν γὰρ στεῤῥότητα καὶ ἀντιτυπίαν τοῦ πνεύματος τοῦ ἐναπολαμβανομένου ταῖς κοιλότησι τῶν νεφῶν, καὶ διὰ τὸ βιαίως ἐκρήγνυσθαι τοὺς τὰς βροντὰς ἀποτελοῦντας ψόφους, στερέωσιν βροντῆς ἡ Γραφὴ προσηγόρευσεν. Gregorius Nazianzenus *De theologia* : Τί μοι φιλοσοφήσεις περὶ ἀστραπῶν καὶ βροντῶν, ὦ βροντῶν ἀπὸ γῆς σὺ, καὶ οὐδὲ μικροῖς σπινθῆρσι τῆς ἀληθείας λαμπόμενε, τίνας ἀτμοὺς αἰτιάσῃ νέφους δημιουργοὺς, ἢ ἀέρος πύκνωσίν τινα, ἢ νεφῶν τῶν μανοτάτων θλίψιν ἢ σύῤῥηξιν ; ἵνα ἡ μὲν θλίψις σοὶ τὴν ἀστραπὴν, ἡ δὲ ῥῆξις τὴν βροντὴν ἀπεργάσηται, ποῖον δὲ πνεῦμα στενοχωρούμενον, εἶτα οὐκ ἔχον διέξοδον, ἵνα ἀστράψῃ θλιβόμενον, καὶ βροντήσῃ ῥηγνύμενον ; ex quibus locum Eustathii ita restituo : Ἡ δὲ βροντὴ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον τῇ στεῤῥότητι καὶ τοῦ πνεύματος ἀντιτυπίᾳ γίνεται. Celebris fuit eorum opinio qui existimarunt, tonitru fieri exstinctione ignis nubibus intercepti. Et quemadmodum ferrum candens in aquam immersum stridet, ita ignis ille, vel stella ignita, ut opinabatur Epicurus, in nubem delapsa stridorem excitat, sic in nubibus

contingere fatebantur. Hunc stridorem ita descripsit Ovidius.

Terribilem stridore sonum dedit, ut dare ferrum
Igne rubens plerumque solet, quod forcipe curva
Cum faber eduxit lacubus demittit, at illud
Stridet, et in tepida submersum sibilat unda.

Necnon et Lucretius,

Fit quoque ubi e nube in nubem vis incidit ardens
Fulminis, hæc multo si forte humore recepit
Ignem continuo magno clamore trucidet :
Ut calidis candens ferrum e fornacibus olim
Stridet ubi in gelidum propere demersimus imbrem.

Aristotelis et aliorum veterum philosophorum placita de generatione tonitrui lege apud Aristotelem, lib. II *Meteor.*, cap. ult.; Senecam lib. II *Natural. quæst.*, cap. 17; Plutarchum lib. III *De placitis*, cap. 3; Plinium lib. II, cap. 43, et in eumdem comment. Jacobi Milichii; Lucretium lib. VI; Albertum Magnum tractat. 3, lib. III, cap. 2; Joannem Stobæum, in *Eclogis physicis*, cap. 15; Origenem lib. I *Elenchi hæret.* et alios.

Col. 712, lin. 35. *Συνήχθη τὸ ὕδωρ*. De origine maris non constat inter philosophos. Anaximander et Diogenes omnem locum, qui terram ambit, fuisse humidum, et aqua repletum existimarunt, tum solis ardore exsiccatum plurimam ejus partem in vaporem abiisse, eam vero quæ remansit, mare constituere. Anaxagoras et Metrodorus putarunt mare esse terræ sudorem solis incalescentis, ideoque salsum, quia sudor salsus est. De his Aristot. lib. II *Meteor.*, cap. 1; et Plutarchus, lib. *De placitis philosoph.*, cap. 16, et alii in ipso mundi exordio, cum Deus aquas unum in locum secrevisset, duos globos, unum aquæ, alterum terræ, etsi inter se diversos, continuos tamen mansisse.

Ibid., lin. 38. *Ἵνα μὴ ἐκ τῶν χωρίων*. Basilius hom. 4: Ἵνα μὴ τὸ ἐπιῤῥέον ὕδωρ τῶν δεχομένων αὐτὸ χωρίων ὑπερχεόμενον, μετεκβαῖνον ἀεὶ, καὶ ἄλλα ἐξ ἄλλων πληροῦν, πᾶσαν κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπικλύσῃ τὴν ἤπειρον, ἐκελεύσθη συναχθῆναι εἰς συναγωγὴν μίαν. Ex quibus ita locum Eustathii supple, ἵνα μὴ ἐκ τῶν χωρίων, ἔνθα ἐστὶ, ὑπερχεόμενον καὶ ὑπεκβαῖνον ἐπικ. τὴν ἤ. Hujus autem rationem quidam esse volunt propensionem scilicet, quam habet aqua ut sese in rotundam figuram conglobet, quæ ad ejus impetum cohibendum satis esse sibi autumant exemplo guttarum quæ e tegulis pendent, nec fluunt. Alii divinæ potentiæ et bonitati id acceptum referunt, quæ humanæ salutis et vitæ gratia furens ac imminens mare, veluti quodam freno compescit, et jam proclive contundit, idque habent et ex locis Patrum, quos infra adducemus, et ex aliis sacræ Scripturæ testimoniis, quæ passim cuilibet occurrunt.

Ibid., lin. 40. *Διὰ τοῦτο μαινομένη πολλάκις*. Basilius hom. 4: Διὰ τοῦτο μαινομένη πολλάκις ἐξ ἀνέμων ἡ θάλασσα καὶ εἰς ὕψος μέγιστον διανισταμένη τοῖς κύμασιν, ἐπειδὰν μόνον τῶν αἰγιαλῶν ἅψηται, εἰς ἀφρὸν διαλύσασα τὴν ὁρμὴν, ἐπανῆλθεν. *Ἢ ἐμὲ οὐ φοβηθήσεσθε*, λέγει Κύριος, *τὸν τιθέντα*

A *ἄμμον ὅριον τῇ θαλάσσῃ*; Τῷ ἀσθενεστάτῳ πάντων τῇ ψάμμῳ ἡ ταῖς βίαις ἀφόρητος χαλινοῦται. Admirandam Dei potentiam, et in genus humanum clementiam, dum furentibus undis terminos constituit, impetusque fluctuum cohibet, et arena quasi interstitio quodam mare discriminat a continenti, et periculum arcet, summi viri summa eloquentia prædicare conati sunt; unam, vel alteram eorum sententiam, quia elegantissima est, non gravabor describere. Theophylactus Simocatus, epist. 3: Ὅρους ὁ δημιουργὸς καὶ τῷ θαλαττίῳ διετάξατο κλύδωνι, καὶ τοῖς αἰγιαλοῖς τὸ πελάγιον κεχαλίνωται ῥεῖθρον. Καὶ ψάμμος τις ἐπὶ μικρᾷ ἠπείρῳ θαλάττῃ μεταίχμιον. Οὐ γὰρ ἀδικεῖν ἡ θάλαττα τὴν γείτονα γῆν συγκεχώρηται· παλινδρομεῖ δὲ πρὸς ἑαυτὸ τὸ ῥεῖθρον
B μαινόμενον μεγάλην ἀπειλῆσαν τῇ χέρσῳ τὴν ἔφοδον; Andreas Cretensis oratione: Εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον καὶ εἰς τοὺς κοιμηθέντας. Τίς ὁ τιθεὶς θαλάσσῃ ψάμμον ὅριον; Φόβῳ δὲ τίνος χαλινουμένη συστέλλεται, καὶ ἡμεροῦται, καὶ τῶν ἰδίων ὅρων ἐντὸς καθελκομένη συνέχεται, καὶ ὑγρὰς οὐ παρατρέχει θύρας, ἀλλ' ὡς φορβαιὰν κατὰ στόμα τὸ πρόσταγμα φέρουσα τῆς μὲν γείτονος κατεξανίσταται γῆς, εἰς ἑαυτὴν δὲ ἀναποδίζουσα ὑπτίως τὸν μὲν ἀτμὸν ἐξαφρίζει, πρὸς δὲ τὰ χείλη τῷ σάλῳ συμφύρεται, καὶ πρὸς τοὐπίσω χωρεῖ τὸ δουλικὸν ὑπογράφουσα σχῆμα. Omnium elegantissime Methodius Patarensis episcopus, lib. *De libero arbitrio*, ubi Valentinum ita facit loquentem: Χθὲς τὸ δειλινὸν περιπατῶν, ὦ φίλε, παρὰ τὸν
C τῆς θαλάσσης αἰγιαλὸν, καὶ ὀξέως πως ἀτενίζων εἰς αὐτὴν, ἑώρων ὑπερβολήν τινα θείας δυνάμεως, καὶ σοφῆς ἐπιστήμης τέχνην, εἴ γε καὶ τέχνην τὸ τοιοῦτο καλεῖν χρή. Ὥσπερ γὰρ ὁ Ὁμηρικὸς στίχος φθέγγεται ἐκεῖνος·

Ὡς δ' ἄνεμοι δύο πόντον ὀρίνετον ἰχθυόεντα
Βορέης, καὶ Ζέφυρος, τώτε Θρήκηθεν ἄητον
Ἐλθόντ' ἐξαπίνης, ἄμυδις δέ τε κῦμα κελαινὸν
Κορθύεται, πολλὸν δὲ παρὲξ ἅλα φῦκος ἔχευαν·

οὕτω μοι καὶ χθὲς γεγονέναι δοκεῖ. Κορυφαῖς γὰρ ὀρέων παραπλήσιον ἑώρων κύματα, καὶ, ὡς λόγον εἰπεῖν, αὐτοῦ ἐφικνούμενα τοῦ οὐρανοῦ. Τὸ δ' ἐντεῦθεν οὐδὲν ἕτερον προσεδόκων ἢ ἅπασαν ἐπικλυσθήσεσθαι τὴν γῆν· καί μοι φυγῆς ἐν τῷ νοΐ τόπον, καὶ τὴν τοῦ Νῶε ἀνέπλαττον κιβωτόν. Τὸ δ' οὐκ ἦν ὃ
D ἐνόμιζον, ἀλλὰ γὰρ ἅμα κυρτωθῆναι τὴν θάλασσαν, πάλιν ἀνελύετο εἰς ἑαυτὴν, οὐχ ὑπερβαίνουσα τὸν οἰκεῖον τόπον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, θεῖόν τι πρόσταγμα πεφοβημένη. Καὶ καθάπερ πολλάκις τῶν οἰκετῶν τις, ἄκων τι πρὸς τοῦ δεσπότου πράττειν ἀναγκαζόμενος, τῷ μὲν προστάγματι διὰ τὸν φόβον πείθεται, ὃ δὲ πάσχει πράττειν μὴ θέλων λέγειν τι οὐ τολμᾷ, τονθορύζει δὲ ἐν ἑαυτῷ θυμοῦ τινος πληρούμενος· οὕτω μοί πως ἐφαίνετο, καὶ τὴν θάλασσαν ὡσπερεὶ θυμουμένην, καὶ ἐν ἑαυτῇ φράττουσαν τὴν ὀργὴν κρατοῦσάν τε ἑαυτῆς, οὐ βουλομένη τῷ δεσπότῃ φανερὸν ποιῆσαι τὸν θυμόν. Quæ ego sic vertebam · *Heri dum sol ad occasum vergeret, cum deambularem, o amice, prope maris littus, et oculorum aciem in illud attente conjicerem, divinæ virtutis quamdam exsuperantiam*

aspectu percipiebam : et excellentis ac singularis scientiæ artem, si ars hæc vocanda est. Etenim ut Homericis illis versibus relatum est :

Sicut autem venti duo pontum commovent piscosum
Boreas et Zephyrus, qui e Thracia spirant
Ruentes repente, simul vero et unda nigra
Attollitur, multamque extra mare algam fundunt :

ita mihi heri contigisse videtur : summitatibus enim montium similes aspiciebam undas, quæ si dicere fas est, ipsum cœlum tangebant; unde hinc tantum hoc exspectabam, universam scilicet terram submergendam; et mihi locum in quo me fuga reciperem, animo fingebam, et Noeticæ arcæ exemplar considerabam. Verum exspectatio mea frustrata est. Simul enim ac mare intumuit, iterum vice versa fractum mare dissolvebatur, ultra proprium locum non concedens, divino quodam, ut summatim dicam, jussu perterritum. Et quemadmodum sæpius servus quispiam, si invitus a domino ad opus compellatur, imperio quidem timore ductus audit, at quod subit, cum nolens agat, palam effari non ausus sub lingua immurmurat, iracundia exardens : sic mihi quodammodo et mare videbatur; etsi enim ira efferbuerat, in semet iram continebat sibi frenos injiciens, et furorem suum Domino manifestare nolens. Reliqua hujus orationis Græca et Latina cum nostro *Methodio* dabo. Vide præterea Georgium Pisidem *De mundi opificio*, et Joannem Chrysostomum super illud Hierem. cap. V, vers. 22, *Qui posui arenam terminum mari*, in catena quæ a nobis Latina facta jam est publici juris.

Col. 712, lin. 45. *Ἐπεὶ τί ἐκώλυσε*. Basilius hom. 4 : Ἐπεὶ τί ἐκώλυε τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον κοιλοτέραν οὖσαν ἑαυτῆς ἐπελθεῖν, καὶ συναφθῆναι τῷ παρακειμένῳ τῇ Αἰγύπτῳ πελάγει, εἰ μὴ τῷ προστάγματι ἦν πεπεδημένη τοῦ κτίσαντος; Et in hoc etiam sunt variantes philosophorum sententiæ. Quidam enim terram mari depressiorem affirmant, Catharinus ad cap. I Genes., Canus, Burgensis, noster hic auctor, Basilius et alii : eam probabiliorem censet S. Thomas, I part., q. 69, art. 1 : idem et Cicero censuisse videtur, I *De natura deorum* II : *Mare*, inquit, *cum supra terram sit, medium tamen terræ locum expetens congregatur undique æqualiter, neque redundat, neque effunditur.* Alii terram esse mare altiorem, ut Chrysostomus hom. 9 *ad pop. Antioch.*; Augustinus *in psal.* CXXXV; Hieronymus in illud psal. XXXII, *Congregans sicut in utre aquas maris;* Damascenus lib. II *Fid. orthod.* cap. 9 et 10; Contarenus lib. II *De elementis*, et alii. Quæ duæ opiniones etsi multum inter se distare videntur, ego tamen dixerim neutram falsam, sed certissimam utramque et veram, si non de universo terræ elemento, neque aquæ, sed parte quadam intelligatur. Quamvis enim Deus aquas terram omnem suo fluxu occupantes separatas in unum veluti locum, et stationem detulerit, et terra eas in proprio sinu, caverna duntaxat amplissima, mutuo complexu exceperit, non tamen id ita contigit, ut duo globi efficerentur, sed ita fuerunt omnia disposita, ut ex his duobus separatis, contiguis tamen, unum efficeretur rotundum, et globus unus perfectissimus, non geometrica rotunditate. Quod enim in aquis abundabat, in cavernis terræ occlusum est, et in profundissimis vallibus receptum, quod in terris super aquas emersit, in impendentium montium altitudines porrectum surrexit; et sic æqualiter undique terra et aquæ sustinentur, et sustinent, neque exceduntur neque excedunt. Fieri tamen potest, ut quemadmodum una pars terræ alia eminentior est, alia alia depressior, nec tamen terram esse rotundam negabimus, sic et una regio, et locus sit ipso mare humilior, ita ut si aditus pateret aquis submergeretur, altera altior et eminentior; quemadmodum Aristoteles de regione Ægyptiorum et mare Rubro tanquam certissimum notat libr. primo *Meteor.*, cap. ultimo; et ita existimo auctores quos supra nominavi esse intelligendos, omniaque dubia et argumenta, in utramque partem adducta facillimo negotio solvi : divinamque sapientiam et bonitatem dilucidius innotescere, quæ omnia ita in pondere et mensura disposuit.

Ibid., lin. 49. *Ὅτι δὲ ἀληθὲς τοῦτο*. Basilius hom. 4 : Ἐπεὶ τί ἐκώλυε τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον κοιλοτέραν οὖσαν ἑαυτῆς ἐπελθεῖν, καὶ συναφθῆναι τῷ παρακειμένῳ τῇ Αἰγύπτῳ πελάγει, εἰ μὴ τῷ προστάγματι ἦν πεπεδημένη τοῦ κτίσαντος; Ὅτι γὰρ ταπεινοτέρα τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἡ Αἴγυπτος, ἔργῳ ἔπεισαν ἡμᾶς οἱ θελήσαντες ἀλλήλοις τὰ πελάγη συνάψαι, τό τε Αἰγύπτιον καὶ τὸ Ἰνδικὸν, ἐν ᾧ ἡ Ἐρυθρὰ θάλασσα. Διόπερ ἐπέσχον τὴν ἐπιχείρησιν πρῶτος ἀρξάμενος Σέσωστρις ὁ Αἰγύπτιος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα βουληθεὶς ἐπεξεργάσασθαι Δαρεῖος ὁ Μῆδος. Habuerunt ab Aristotele lib. II *Meteor.*, cap. ult : Δηλοῖ δὲ τὸ γινόμενον· Οὓς γάρ φαμεν ἀρχαιοτάτους εἶναι τῶν ἀνθρώπων Αἰγυπτίους, τούτων ἡ χώρα πᾶσα γεγονυῖα φαίνεται καὶ οὖσα τοῦ ποταμοῦ ἔργον. Καὶ τοῦτο κατά τε τὴν χώραν αὐτὴν ὁρῶντι δῆλόν ἐστι, καὶ τὰ περὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν τεκμήριον ἱκανόν. Ταύτην γὰρ τῶν βασιλέων τις ἐπειράθη διορύττειν. Οὐ γὰρ μικρὰς εἶχεν ἂν αὐτοῖς ὠφελείας πλωτὸς ἅπας ὁ τόπος γιγνόμενος. Λέγεται δὲ πρῶτος Σέσωστρις ἐπιχειρῆσαι τῶν παλαιῶν· ἀλλ' εὗρεν ὑψηλοτέραν οὖσαν τὴν θάλατταν τῆς γῆς. Διὸ ἐκεῖνός τε πρότερον, καὶ Δαρεῖος ὕστερον ἐπαύσατο διορύττων, ὅπως μὴ διαφθαρῇ τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ συμμιγείσης τῆς θαλάττης. Strabo lib. I : Ἀπιθάνως δὲ λέγω, ὅτι πρὸ τῶν Τρωϊκῶν οὐδεμία ἦν διώρυξ. Τὸν δὲ ἐπιχειρήσαντα ποιῆσαι Σέσωστριν ἀποστῆναί φασι, μετεωροτέραν ὑπολαβόντα τὴν τῆς θαλάττης ἐπιφάνειαν. Et lib. XVII : Ἐτμήθη δὲ ἡ διώρυξ καταρχὰς μὲν ὑπὸ Σεσώστριος πρὸ τῶν Τρωϊκῶν, οἱ δὲ ὑπὸ τοῦ Ψαμμητίχου παιδὸς ἀρξαμένου μόνον, εἶτα ἐκλιπόντος τὸν βίον· ὕστερον δὲ ὑπὸ Δαρείου τοῦ πρώτου διαδεξαμένου τὸ ἑξῆς ἔργον. Καὶ οὗτος δὲ, δόξῃ ψευδεῖ πεισθεὶς, ἀφῆκε τὸ ἔργον περὶ συντέλειαν ἤδη. Ἐπείσθη γὰρ μετεωροτέραν

εἶναι τὴν Ἐρυθρὰν θάλατταν τῆς Αἰγύπτου, καὶ εἰ διακοπείη πᾶς ὁ μεταξὺ ἰσθμὸς, ἐπικλυσθήσεσθαι τῇ θαλάττῃ τὴν Αἴγυπτον. Hi tamen dissentiunt ab Herodoto, qui omnes fossas et dioryges a Sesostride fuisse effossas auctor est, sed de hac ne verbum quidem, sed ejus effossionem tribuit, lib. II, Psammeticho regi, qui multis post Sesostrim annis vixit : Ψαμμητίχου δὲ Νεκὼς παῖς ἐγένετο, καὶ ἐβασίλευε Αἰγύπτου, ὃς τῇ διώρυχι ἐπεχείρησε πρῶτος τῇ εἰς Ἐρυθρὰν θάλασσαν φερούσῃ, τὴν Δαρεῖος ὁ Πέρσης δεύτερα διώρυξε. Idem habetur *apud Diodorum*. Unde immerito reprehenditur a Pererio Basilius veluti memoria lapsus, aut mendum ejus scriptis aliunde irrepsisse.

Col. 712, lin. 55. *Καὶ μὴ ἀπὸ ταύτης ἄλλην*. Basilius hom. 4 : Τουτέστιν ἄλλη ἀπὸ ταύτης μὴ ἀπογενηθήτω, ἀλλ' ἐν τῇ πρώτῃ συλλογῇ ἀπομεινάτω τὸ συναγόμενον.

Ibid., lin. 56. *Πολλὰ γὰρ ἦν*. Basilius hom. 4 : Ἔπειτα ὁ εἰπὼν συναχθῆναι τὰ ὕδατα εἰς συναγωγὴν μίαν, ἔδειξέ σοι, ὅτι πολλὰ ἦν κατὰ πολλοὺς τόπους διῃρημένα τὰ ὕδατα. Αἵ τε γὰρ τῶν ὀρῶν κοιλότητες φάραγξι βαθείαις ὑπεῤῥηγμέναι εἶχον τῶν ὑδάτων τὴν συλλογήν. Ex quibus loco huic mutilo remedium, ita enim restitue : Πολλὰ οὖν κατὰ πολλοὺς τόπους διῃρημένα τὰ ὕδατα. Αἵ τε γὰρ τῶν ὀρῶν κοιλότητες εἶχον τῶν ὑδάτων τὴν συλλογὴν καὶ αἱ φάραγγες.

Col. 713, lin. 3. *Τοὺς κόλπους σημαίνει*. Basilius hom. 4 : Τὰ δὲ συστήματα τῶν ὑδάτων, τουτέστι τοὺς κόλπους τοὺς κατὰ ἴδιον σχῆμα ὑπὸ τῆς περικειμένης γῆς ἀπολειφθέντας, θαλάσσας ὁ Κύριος προσηγόρευσε· θάλασσα Βόρειος, θάλασσα Νότιος, Ἑῴα θάλασσα, καὶ Ἑσπερία πάλιν ἑτέρα. Καὶ ὀνόματα τῶν πελαγῶν ἰδιάζοντα Πόντος Εὔξεινος, καὶ Προπόντιος, Ἑλλήσποντος, Αἰγαῖος καὶ Ἰόνιος, Σαρδονικὸν πέλαγος, καὶ Σικελικὸν, καὶ Τυῤῥηνικὸν ἕτερον, καὶ μυρία γε ὀνόματα πελαγῶν, ἃ μακρὸν ἂν εἴη καὶ ἀπειροκαλίας μεστὸν δι' ἀκριβείας ἀπαριθμήσασθαι. Gregorius Cyprius in *Maris encomio* : Κόλπους μὲν πολυειδεῖς ἀναλίσσουσα, νήσους δὲ αὖ ἐκ μέσης μικρὰς καὶ μείζους ἀναδιδοῦσα, καὶ πορθμοὺς ἐν στενῷ εἰς μέσον διήκοντας ἀπεργαζομένη, τίς ἂν λόγος μετρίως εἰπεῖν ἀποχρήσοι. Quæ omnia elegantissime Dionysius Alexandrinus *De situ orbis*, quæ quia Commentarii loco esse possunt non gravabor ascribere :

Πάντη δ' ἀκαμάτου φέρεται ῥόος ὠκεανοῖο
Εἷς μὲν ἐὼν, πολλῇσι δ' ἐπωνυμίῃσιν ἀρηρώς.
Ἤτοι ὁ μὲν λοκροῖο παρ' ἐσχατιὴν ζεφύροιο
Ἄτλας ἑσπέριος κικλήσκεται· αὐτὰρ ὕπερθεν
Πρὸς βορέην, ἵνα παῖδες ἀρειμανέων Ἀριμασπῶν,
Πόντον μιν καλέουσι πεπηγότα τε, κρόνιόν τε.
Ἄλλοι δ' αὖ καὶ νεκρὸν ἐφήμισαν, οὕνεκ' ἀφαυροῦ
Ἠελίου. Βράδιον γὰρ ὑπεὶρ ἅλα τήν δε φαείνει,
Αἰεὶ δὲ σκιεροῖσι παχύνεται ἐν νεφέλῃσιν.
Αὐτὰρ ὅθι πρώτιστα φαείνεται ἀνθρώποισιν
Ἠῷον καλέουσι καὶ Ἰνδικὸν οἶδμα θαλάσσης.
Ἄγχι δ' Ἐρυθραῖόν τε, καὶ Αἰθιόπιον καλέουσιν
Πρὸς νότον. Ἔνθα δὲ πολλὸς ἀοικήτου χθονὸς [αὔλων
Ἐκτέταται, μαλεροῖσι κεκαυμένος ἠελίοισιν.

Reliqua lege apud ipsum; lege præterea Macrobium *Saturnalium* lib. VII, Plinium, Pomponium Melam, Solinum, Strabonem, et alios.

Ibid., lin. 7. *Οὐ τὰ τυχόντα δὲ τῶν ὑδάτων*. Fusius hoc idem Basilius hom. 4 : Οὐ γὰρ δήπου καὶ τὰ τελματιαῖα, καὶ τὰ ἐξ ὄμβρων συναθροιζόμενα προφέρειν ἡμῖν ὀφείλουσι, καὶ διὰ τούτων τὸν λόγον ἡμῶν ἐλέγχειν οἴεσθαι· ἀλλὰ τὴν μεγίστην, καὶ τελεωτάτην συνδρομὴν τῶν ὑδάτων ὠνόμασε συναγωγὴν μίαν. Καὶ γὰρ τὰ φρέατα συναγωγαὶ ὑδάτων εἰσὶ χειροποίητοι, καὶ τὸ κοιλανθὲν τῆς γῆς τῆς ἐνεσπαρμένης νοτίδος ἐπιῤῥεούσης. Οὐ τοίνυν τὰ τυχόντα τῶν ὑδάτων ἀθροίσματα ἡ τῆς συναγωγῆς ἐμφαίνει προσηγορία, ἀλλὰ τὴν ἐξέχουσαν καὶ μεγίστην, ἐν ᾗ πᾶν τὸ στοιχεῖον ἀθρόον διαδείκνυται. Ut enim vastam illam maris molem efficeret, non quæcunque res, sed grandes, et immensæ requirebantur. Quid stilla ad tantam aquarum illuviem? Et hæc sententia fuit etiam Arist. lib. II *Meteor.* Atque omnia quidem maria, extra omnem controversiam cum Oceano continua sunt, præter mare Caspium de quo non satis convenit inter auctores.

Ibid., lin. 11. *Ὥσπερ γὰρ τὸ πῦρ*. Basilius hom. 4 : Ὥσπερ γὰρ τὸ πῦρ καὶ εἰς μικρὰ κατακερματισμένον ἐστὶν ἐπὶ τῆς ὧδε χρείας, καὶ ἀθρόον ἐπὶ τοῦ αἰθέρος κέχυται· καὶ ὁ Ἀὴρ διῄρηται μὲν καὶ κατὰ μικρὰ καὶ ἀθρόως δὲ τὸν περίγειον ἐκπεριείληφε τόπον· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ὕδατος, εἰ καὶ μικραί τινές εἰσι διῃρημέναι συστάσεις, ἀλλὰ μία γε συναγωγὴ ἡ τὸ ὅλον στοιχεῖον τῶν λοιπῶν ἀποκρίνασα. Hæc ignis similitudo, quamvis rem de qua sermo est institutus commode explicet, non tamen in omnibus suis partibus esse veram opinamur. Aquæ namque quæ in paludibus, lacubus, aliisque locis fluitant, ejusdem sunt rationis et naturæ cum elemento aqueo, et in ullo alio nisi loco, sapore, et pondere differunt ; ignis autem quo utimur nos infra regionem aeris non est ejusdem formæ cum illo elementari, cum noster impurior sit et crassior, et ideo luminosior, nec illam siccitatem et calorem in se habet, quem ignis elementaris, sed longe diversa ratione ardet, et comburit, suosque præstat effectus.

Ibid., lin. 15. *Πηγὴ γάρ ἐστι τῆς περὶ γῆν*. Eadem habet Basilius hom. 4, et Gregorius Cyprius in *Maris encomio* : Μήτηρ δὲ τοῦ παντὸς ὕδατος, προσκείσθω δὲ καὶ παντὸς ὑγροῦ θάλασσα· εὔδηλον, ὡς καὶ τούτων οὐκ ἄλλη τις αἰτία τὸ μέρος τοῦτο, ὅτι μὴ θάλασσα· οὐ δὴ μόνα ταῦτα τὴν ὑγρὰν, ὡς μητέρα, κατὰ τὸν εἰρημένον κέκτηται τρόπον.

Ibid., lin. 17. *Καὶ πᾶσα ἡ γῆ ὑπόνομος*. Fusior Basilius hom. 4 : Πρῶτον μὲν ὅτι πηγὴ τῆς περὶ γῆν ἁπάσης νοτίδος ἐστὶ τὸ τῆς θαλάσσης ὕδωρ, τοῦτο μὲν ἐν τοῖς ἀφανέσι πόροις διαδιδόμενον, ὡς δηλοῦσιν αἱ σομφώδεις τῶν ἠπείρων, καὶ ὕπαντροι, ὑφ' ἃς ἡ ῥοώδης διαυλωνίζουσα θάλασσα, ἐπειδὰν σκολιαῖς καὶ πρὸς τὸ ὄρθιον φερομέναις ἐναπολειφθῇ διεξόδοις, ὑπὸ τοῦ κενοῦντος αὐτὴν πνεύματος ὠθουμένη φέρεται ἔξω τὴν ἐπιφάνειαν διαῤῥήξασα, καὶ γίνεται πότιμος ἐκ τῆς διηθήσεως τὸ πικρὸν ἰαθεῖσα. Ἤδη δὲ

καὶ θερμοτέρας ἐκ μετάλλων ποιότητος κατὰ τὴν διέξοδον προσλαβοῦσα ἐκ τῆς αὐτῆς τοῦ κινοῦντος αἰτίας ζέουσα γίνεται ὡς τὰ πολλά, καὶ πυρώδης. Ὅπερ πολλαχοῦ μὲν τῶν νήσων, πολλαχοῦ δὲ τῶν παραλίων τόπων ἔξεστιν ἱστορῆσαι· ὅπουγε καὶ κατὰ τὴν μεσόγειον τόποι τινὲς τῶν ποταμίων ὑδάτων γείτονες, ὡς μικρὰ μεγάλοις εἰκάσαι, τὰ παραπλήσια πάσχουσι. Πρὸς οὖν τί τοῦτο εἴρηταί μοι; Ὅτι πᾶσα ὑπόνομός ἐστιν ἡ γῆ διὰ πόρων ἀφανῶν ἐκ τῶν ἀρχῶν τῆς θαλάσσης ὑπονοστοῦντος τοῦ ὕδατος. De aquarum viribus, et saporibus, aliisque qualitatibus, vide quæ ex Aristotele compendio dicit Stobæus in *Physicis eclogis*, cap. 34.

Col. 713, lin. 19. *Ἡ γὰρ ῥοώδης θάλασσα*. De fluminum fontiumque causa et origine plura Aristoteles lib. I *Meteor.*, cap. 13, et lib. II, cap. 2; Plato, in *Phædone;* Georgius Agricola, lib. I *De ortu et causis subterraneorum;* Albertus Magnus, lib. II *Meteor.*, tract. 12, capit. 11; Jacobus Milichius, in capit. 103 lib. II Plinii; Valesius *De sacra philosophia*, cap. 63, et alii. Fuit quorumdam opinio intra terram esse quasdam cavitates et alveos, quibus imbres excipiantur, atque ex iis fontes et fluvios dimanare, et aquas illas usque ad futuram hiemem sufficere, nec exarescere antequam rursus pluat : siccari vero eos quorum alvei minores sunt, et ob defectum aquarum non fluitant usque ad novas pluvias. Aristoteles et alii causam primam generationis fluviorum statuunt loci naturam, ubi propter soli raritatem, multus et copiosus spiritus generatur, qui quam proxime ad vaporis naturam accedit. Deinde vero frigore loci in aquam cogitur, quæ ejecta fons et origo fluviorum est. Nec videtur absurdum si propter eamdem causam in terræ visceribus generatur aqua propter quam supra terram in aere; pari enim ratione in vaporante aere frigus operatur. Quæ Aristotelis opinio si recte consideretur suam habet probabilitatem, nec ita absona est in philosophia ut expelli omnino mereatur. Christiano tamen homini, ea super hoc sententia est amplexanda, quæ est sanctorum Patrum communis, et sacræ Scripturæ testimoniis confirmatur. Originem fontium e mari esse a quo effluunt, et in quod influunt, ita Basilius, homil. 4, noster Eustathius in hoc loco, Hieronymus ad primum caput Ecclesiastæ, Isidorus, l. III *Originum*, c. 20; Damascenus II *De fid. orthod.*, cap. 9; Gregorius Cyprius in *Maris encomio*, et ex aliis; Plato in *Phædone ;* Plinius lib. II, cap. 65 ; Philo Judæus *De mundi opificio*. Variant tamen in explicatione illius, quomodo videlicet suopte ingenio gravis possit e mari ascendere in altissimos montes, e quibus erumpit in tanta copia. Eustathius aquam maris spiritu, flatuve interius movente sursum ad scaturigines impelli. His consentit Basilius, Plinius, Plato. S. Thomas, II *Sentent.* dist. 14, quæst. 1, ait, fontanam et fluviatilem aquam attrahi sursum vi cœlestium corporum communis boni gratia. Nec motum hunc aquæ esse violentum,

A corpora enim elementaria naturæ lege atque ordine cœlestibus obediunt. Albertus lib. II *Meteor.*, tract. 2, cap. 12, inquit vapores in terris, cavernis elevatos reflexosque attrahere ad se aquam, eamque sursum efferre, et continua sua actione, et illisu ad montis latera poros aperire, quibus tandem erumpit. Alii dicunt, cum terra multis sit pervia specubus, aquam maris in ejusmodi cava loca sese inducere, quæ quia sunt angusta, neque tantam maris molem capere queunt, eam aquæ portionem compressam ad extrinsecus incumbente mari egressum qua via possit, quærere, sicque fieri aquarum exsilitiones. Aliorum alios modos et rationes quære in dictis auctoribus.

Ibid., lin. 24. *Πάλιν δὲ ἐπειδάν*. Causam propter quam aquæ cum ex uno et eodem fonte, mare
B scilicet, originem trahant, non eamdem servent et qualitatem, et saporem, sed secundum loci varietatem ipsæ etiam varientur pete a philosophis.

Ibid., lin. 27. *Αὕτη καὶ τῶν ἀερίων ὑδάτων*. Basilius, hom. 4 : Καλὴ καὶ διότι τοῖς ἀερίοις ὕδασιν ἀρχή τίς ἐστι καὶ πηγή, θαλπομένη μὲν τῇ ἀκτῖνι τοῦ ἡλίου, ἀποτιθεμένη δὲ τὸ λεπτὸν τοῦ ὕδατος διὰ τῶν ἀτμῶν, ὅπερ ἑλκυσθὲν εἰς τὸν ἄνω τόπον, εἶτα καταψυχθὲν διὰ τὸ ὑψηλότερον γενέσθαι τῆς ἀπὸ τοῦ ἐδάφους ἀνακλάσεως τῶν ἀκτίνων, καὶ ὁμοῦ τῆς ἐκ τοῦ νέφους σκιᾶς τὴν ψύξιν ἐπιτεινούσης· ὑετὸς γίνεται, καὶ πιαίνει τὴν γῆν. Gregorius Cyprius in *Maris encomio :* Ὄμβροι δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις, καὶ δρόσοι,
C καὶ νιφετοί, νεφέλαι τε αὖ αἱ τούτους γεννῶσαι, καὶ ὅσα πρῶτον εἰς τὸν ἄνω συνιστάμενα τόπον, εἶτ' ἐκεῖθεν εἰς γῆν κάτεισιν. Quomodo autem in aere aquæ generentur explicavimus superius.

Ibid., lin. 35. *Καὶ ἔτι καὶ νῦν*. Basilius, hom. 5 : Ἡ γὰρ τότε φωνή, καὶ τὸ πρῶτον ἐκεῖνο πρόσταγμα οἷον νόμος τις ἐγένετο φύσεως, καὶ ἐναπέμεινε τῇ γῇ, τὴν τοῦ γεννᾷν αὐτῇ καὶ καρποφορεῖν δύναμιν εἰς τὸ ἑξῆς παρεχόμενος. Et inferius : Ἵνα πρῶτον ἐκεῖνο πρόσταγμα διδασκαλεῖον τῇ φύσει γένηται πρὸς τὴν ἑξῆς ἀκολουθίαν. Et hom. 9 : Νόησον ῥῆμα Θεοῦ διὰ τῆς κτίσεως τρέχον, καὶ τότε ἀρξάμενον, καὶ μέχρι νῦν ἐνεργοῦν, καὶ εἰς τέλος διεξιὸν ἕως ἂν ὁ κόσμος συμπληρωθῇ. Vide locum ; est enim optimus.
D Leontius Arabissi episcopus sermone de creatione et Lazaro redivivo, non incompta similitudine verbum illud divinum, ait, loco seminis in rebus generandis fuisse, eamque in rebus illis vim habuisse quam et semen ; et adhuc ad conceptionem concurrere. Τί λέγεις αἱρετικέ; Βλέπεις ἀντὶ καταβολῆς σπέρματος τὸ τοῦ λόγου γινόμενον πρόσταγμα. Καὶ πῶς ἀμφίβολον λέγεις τῆς παρθενικῆς γεννήσεως τὸ μυστήριον; Ἃ γὰρ νῦν σπέρματος ἄνευ οὐ τίκτεται, τούτοις ἡ φωνὴ τότε συνέτρεχε τοῦ καλοῦντος πρὸς γέννησιν, καὶ συλλήψεως τρόπον, ὁ τῆς κελεύσεως ἐμιμεῖτο νόμος, καὶ διὰ μιᾶς φωνῆς ἐσαρκοῦτο τὰ πάντα. Καὶ ὁ τότε σαρκώσας τὴν κτίσιν, καὶ σπόρον ἀσπόρως χορηγήσας τοῖς πᾶσιν, αὐτὸς ἀπὸ λογικῆς σαρκωθεὶς γῆς προῆλθεν ἀσπόρως τὴν διὰ

σαρκὸς φυτευθεῖσαν τοῦ θανάτου ῥίζαν τῇ δρεπάνῃ A τῆς παρθενικῆς ἐκκόπτων γεννήσεως.

Col. 713, lin. 37. *Ἡ γὰρ βλάστησις καθηγεῖται.* Basilius, hom. 5 : Πρῶτον ἐστιν ἐν τῇ γενέσει τῶν φυομένων ἡ βλάστησις, ἔπειτα, ὅταν προκύψῃ μικρὸν τὰ βλαστήματα, βοτάνη γίνεται, εἶτα, ἐπειδὰν αὐξηθῇ, χόρτος ἐστὶ κατὰ μικρὸν διαρθρουμένων τῶν φυομένων, καὶ μέχρι τῆς ἐπὶ τὸ σπέρμα τελειώσεως προϊόντων. Quamvis enim germinationum genera varia, sicut et plantarum, nec uno tempore, nec loco conveniant, tamen semper priorem esse et fructibus, et floribus germinationem necesse est, quemadmodum et in animalium generatione conceptum. Plin., *Natur. hist.*, l. xvi, c. 25 : *Catulationem rustici vocant, gestiente natura semina accipere eoque animam inferente omnibus satis. Concipiunt variis diebus, et pro sua quæque natura, alia protinus ut animalia, tardius aliqua, et diutius gravida partus gerunt : quod germinatio ideo vocatur. Pariunt vero cum florent, flosque ille ruptis constat utriculis. Educatio in pomo est : hoc et germinatio.* Vide Theophrastum, *De histor. plant.*, lib. iii, cap. 6, ex quo sua mutuatus est Plinius. Pulcherrime Ocellus Lucanus, lib. viii *De universo*, de seminum ortu, et arborum productione circulum constituit. Arbores enim fructum ferentes, cæteræque plantæ ex seminibus sui ortus initium habent, fructus vero producti et jam perfecti rursus ab eodem in idem commeante natura dissolvuntur. Quod et de quatuor elementorum generatione asserit : Πῦρ μὲν γὰρ C εἰς ἓν συνερχόμενον ἀέρα ἀπογεννᾷ, ἀὴρ δὲ ὕδωρ, ὕδωρ δὲ γῆν, ἀπὸ γῆς δὲ ἡ αὐτὴ περίοδος τῆς μεταβολῆς μέχρι πυρὸς, ὅθεν ἤρξατο μεταβάλλειν. Οἱ δὲ καρποὶ καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ῥιζοφύτων ἀπὸ σπερμάτων ἀνέλαβον τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως· καρπωθέντα δὲ καὶ τελεσφορήσαντα, πάλιν ἐπὶ τὸ σπέρμα τὴν ἀνάλυσιν ποιεῖται ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ τὴν διέξοδον ἐπιτελουμένης τῆς φύσεως.

Ibid., lin. 38. *Νοτίδα γὰρ θερμήν.* Basilius, hom. 5 : Ὅταν ἐς γῆν καταπέσῃ τὸ σπέρμα συμμέτρως νοτίδος καὶ θέρμης ἔχουσαν. χαῦνον γενόμενον καὶ πολύπορον, τῆς παρακειμένης γῆς περιδραξάμενον, τὰ οἰκεῖα καὶ σύμφυλα πρὸς ἑαυτὸ ἐπισπᾶται. Ἐμπίπτοντα δὲ τοῖς πόροις, καὶ περιολισθαίνοντα τῆς γῆς τὰ λεπτότατα μόρια, ἐπὶ πλέον ἀνευρύνει τοὺς D ὄγκους αὐτοῦ, ὥστε ῥιζοῦσθαι μὲν εἰς τὸ κάτω, ἐπὶ τὸ ἄνω δὲ προκύπτειν ἰσαρίθμων ταῖς ῥίζαις τῶν καλάμων προβαλλομένων. Joannis xii, Christus optima similitudine ex grano in terra moriente ducta, suam glorificationem, nec non et aliorum ostendit. Quomodo autem ex semine, aut planta, aut animal generetur habes ex Aristotele ii *De generat. anim.*, cap. 1, ubi hæc longe dubia, et controversa, satis acute sicut et cætera omnia perpenduntur et explicantur.

Ibid., lin. 45. *Θαλπομένου δὲ ἀεὶ τοῦ βλαστήματος.* Basilius, hom. 5 : Θαλπομένου δὲ ἀεὶ τοῦ βλαστήματος συρομένην διὰ τῶν ῥιζῶν τὴν νοτίδα, τῇ ὁλκῇ τοῦ θερμοῦ συνεπάγεσθαι τοῦ τροφίμου τῆς γῆς ὅσον μέτριον, καὶ τοῦτο καταμερίζειν εἰς καλάμην, καὶ φλοιὸν, καὶ τὰς θήκας τοῦ σίτου καὶ αὐτὸν τὸν σῖτον καὶ τοὺς ἀνθέρικας. Et ideo Aristoteles libello *De juventute et senect. vit. mort. et respirat.*, capit., 1, radices esse ait os plantarum; quemadmodum enim animalia per os cibum excipiunt, quo vivunt et conservantur, eadem ratione et plantæ per radices humorem et alimentum contrahunt quo sustentantur. Quare autem hoc contrarie se habet in plantis et animalibus fuse ibidem explicat, quem vide; et Theophrastus *De hist. plant.*, lib. i, cap. 2 : Ἔστι δὲ ῥίζα μὲν δι' οὗ τροφὴ ἐπάγεται.

Ibid., lin. 50. *Ἡ δὲ καλάμη τοῦ σίτου.* Basilius, hom. 5 : Πῶς γόνασι διαζώννυται ἡ καλάμη τοῦ σί- B του, ἵνα ὥσπερ σύνδεσμοί τινες ῥᾳδίως τὸ βάρος τῶν ἀσταχύων φέρωσιν, ὅταν πλήρεις ὄντες καρπῶν πρὸς τὴν γῆν καταχλίνωνται; Διὰ τοῦτο ὁ μὲν βρόμος δι' ὅλου κενὸς, ἅτε μηδενὶ τὴν κεφαλὴν βαρυνόμενος, τὸν δὲ σῖτον τοῖς συνδέσμοις τούτοις ἡ φύσις κατησφαλίσατο. Ἐν θήκῃ δὲ τὸν κόκκον ἀποθεμένη, ὡς μὴ εὐδιάρπαστον εἶναι τοῖς σπερμολόγοις, ἔτι καὶ τῇ περιβολῇ τῶν ἀνθερίκων οἷον ἀκίσι τὰς ἐκ τῶν μικρῶν ζώων ἀφίστησι βλάβας. Cicero de senectute hæc omnia disertissime prosequitur : *Quanquam me quidem non fructus modo, sed etiam ipsius terræ jus ac natura delectat : quæ cum gremio mollito ac subacto semen sparsum excipit : primum id occæcatum cohibet ; ex quo occatio, quæ hoc efficit, nominata est : deinde tepefactum vapore et compressu suo diffundit, et elicit herbescentem ex eo viriditatem ; quæ vix a fibris stirpium, sensim adolescit, culmoque erecta geniculato, vaginis jam quasi pubescens includitur, e quibus cum emerserit, fundit frugem spisso ordine structam, et contra avium minorum morsum munitur vallo aristarum.* Hanc item naturæ vim ita explicat Alexander Aphrodiseus in lib. i, *Problem.* in procem. : Καρποὺς δὲ πάντας καὶ σπέρματα πρὸς γένεσιν καὶ διαδοχὴν τοῦ γένους τεχνησαμένη ἡ φύσις, λεπίσιν, ἢ σώμασί τισιν ὑγροῖς ἢ ξυλώδεσιν, ἢ δέρμασιν, ὁμοίως ἠσφαλίσατο· καθάπερ ἐν κιβωτῷ τούτους ἀποκρύψασα πρὸς ἀποφυγὴν κρύους ἢ θάλπους, ἢ ζώων τινῶν ἀδικούντων. Καὶ αὐτὸ δὲ τὸ περίβλημα παντελῶς ἀχρεῖον οὐ κατέλειψεν, ἀλλὰ πρὸς τροφὴν παρεσκεύασεν.

Ibid., lin. 57. *Καὶ εἰ συνεβλάστησε τοῖς τροφίμοις.* Basilius, hom. 5 : Καὶ εὐθέως συνεξεδόθη τοῖς τροφίμοις τὰ δηλητήρια, μετὰ τοῦ σίτου τὸ κώνειον, μετὰ τῶν λοιπῶν τροφίμων, ἐλλέβορος καὶ ἀκόνιτον, καὶ μανδραγόρας καὶ ὁ τῆς μήκωνος ὀπός. Multis hanc quæstionem proponit, et dissolvit Ludovicus Fidelis, *De mundi structura*, lib. iv, cap. 6, et respondet eorum opinioni, qui herbas noxias sexto die post primi parentis transgressionem conditas sentiebant, illa suasione permoti, quod Deus hominem condemnans, futurum respiciens dixerit : *Germinabit tibi terra tribulos et spinas*[14], ideoque rentur in hujuscemodi transgressionis pœnam ac

[14] *Gen.* iii, 18.

vindictam herbas noxias post Adæ prævaricationem solum fuisse productas. Vera tamen est sententia Eustathii et aliorum qui herbas has noxias una cum aliis herbis generatas existimat. Noxia enim et venenosa rebus aliis commista humano generi in corporis ægritudinibus sanandis usui sunt. Nec non animalibus quibusdam, eorum corporis constitutione ita poscente, pro alimento deserviunt, ut exemplis inferius patebit. Lucretius, lib. v :

Præterea nobis veratrum est acre venenum,
At capris adipes, et coturnicibus auget.
Quippe videre licet pinguescere sæpe cicuta
Barbigeras pecudes, homini quæ est acre venenum.

Idem sentiunt Theodoretus et Ambrosius; et Ausonius ait :

Toxica zelotypo dedit uxor mœcha veneno,
Nec satis ad mortem credidit esse datum.
Miscuit argenti lethalia pondera vivi,
Cogeret ut celerem vis geminata necem.
Dividat hæc si quis, faciunt discreta venenum,
Antidotum sument quæ sociata bibet.

Sic et animantium genera pulchra sunt, et hominibus non minus utilia quam necessaria : nonnulla tamen perniciosa sunt et nociva. Plinius *Naturalis Hist.* lib. II, cap. 63, aliam hujus rei causam assignat : *Quin et venena terram nostri misertam instituisse credi potest, ne in tædio diræ vitæ famis mors, terræ meritis alienissima, lenta nos consumeret tabe, ne lacerum corpus abrupta dispergerent, ne laquei torqueret pœna præpostera, incluso spiritu cui quæreretur exitus : ne in profundo quæsita morte, sepultura pabulo fieret, ne ferri cruciatus scinderet corpus. Ita est miserta, genuit id cujus facillimo haustu, illibato corpore, et cum toto sanguine extinqueremur, nullo labore, sitientibus similes : qualiter defunctos non volucris, non fera attingeret, terræque servaretur, qui sibi ipsi periisset; et, ut verum fateamur, terra nobis malorum remedium genuit, nos illud vitæ facimus venenum.* Sed quid diceret homo ethnicus, omni divino lumine destitutus, præque mundi hujus caducis blanditiis, nihil æstimans æternum, nullam exspectans felicitatem?

Col. 716, lin. 4. *Τὸ μὲν γὰρ κώνειον.* Basilius hom. 5: Τὸ μὲν γὰρ κώνειον οἱ ψᾶρες βόσκονται διὰ τὴν κατασκευὴν τοῦ σώματος τὴν ἐκ τοῦ δηλητηρίου βλάβην ἀποδιδράσκοντες. Λεπτοὺς γὰρ ἔχοντες τοὺς ἀπὸ τῆς καρδίας πόρους, φθάνουσιν ἐκπέψαι τὸ καταποθὲν, πρὶν τὴν ἀπ' αὐτοῦ ψῦξιν τῶν καιρίων καθάψασθαι. Alexander Aphrodiseus lib. I, *Problem.* in præfatione. Quare veratro coturnices, et sturni cicuta vescantur, inter quæstiones inexplicabiles, Deoque soli duntaxat tanquam eorum artifici solertissimo cognitas rejicit.

Ibid., lin. 8. *Τὸν δὲ ἐλλέβορον ἐσθίουσι.* Basilius hom. 5: Ἐλλέβορος δὲ ὀρτύγων ἐστὶ τροφὴ, ἰδιότητι κράσεως τὴν βλάβην ἀποφευγόντων. Alexander Aphrodis. loco citat., Ὄρτυγές τε σιτοῦνται τὸν ἐλ-

A λέβορον τοῖς ἀνθρώποις δηλητήριον ὄντα, ψᾶρες δὲ τὸ κώνειον. Coturnices item venenis pinguescere tradit Plinius lib. X, cap. 23, *Coturnicibus veneni semen gratissimus cibus : quam ob causam eas damnavere mensæ, simulque comitialem propter morbum despui suetum, quem solæ animalium sentiunt, præter hominem.* In his Plinii verbis obiter id animadvertendum de comitiali verbo non omnibus esse unam sententiam. Aristoteles in *Problem.* ait, Μόνους ἀνθρώπους ἐν τῷ τῶν ζώων γένει ἐπιλήπτους γίνεσθαι. Plutarchus addit capram; Jacobus Delecampius, et canes, et feles et arietes eo morbo periisse se vidisse testatur; capras et oves eo morbo vexari tradit Hippocrates lib. *Περὶ τῆς ἱερῆς νόσου·* equos Apsyrtus; accipitres, et graculos Brodæus lib. III, cap 23; Sextus vero Empiricus *Pyrrhon. Hypot.* lib. I, non helleborum, sed cicutam coturnices pinguefacere, sicuti hyoscyamus sues refert: Τὸ γοῦν κώνειον πιαίνει τοὺς ὄρτυγας, καὶ ὁ ὑοσκύαμος τὰς ὗς, αἳ δὴ χαίρουσι καὶ σαλαμάνδρας ἐσθίουσαι.

B Ibid., lin. 9. *Διὰ δὲ τοῦ μανδραγόρου.* Basilius, hom. 5: Ἔτι δὲ καὶ αὐτὰ ταῦτα ἐν καιρῷ ποτε καὶ ἡμῖν χρήσιμα. Διὰ μὲν γὰρ τοῦ μανδραγόρου ὕπνον ἰατροὶ κατεπάγουσιν· ὀπίῳ δὲ τὰς σφοδρὰς ὀδύνας τῶν σωμάτων καταχοιμίζουσιν· ἤδη δέ τινες τῷ κωνείῳ καὶ τὸ λυσσῶδες τῶν ὀρέξεων κατεμάραναν, καὶ τῷ ἐλλεβόρῳ πολλὰ τῶν χρονίων παθῶν ἐξεμόχλευσαν. Plenam mandragoræ herbæ considerationem habes apud *Plinium* lib. XXV, cap. 13, in quo, et ejus in medicinis usus explicatur, ejus item vim

C somnificam ita explicat : *Folia conservantur in muria efficacius, alias recentium succus pestis est : sic quoque noxiæ vires. Gravedinem etiam afferunt olfactu : quanquam mala in aliquibus terris manduntur, nimio tamen odore obmutescunt ignari. Potu quidem largiore etiam moriuntur. Vis somnifica pro viribus bibentium. Media potio cyathi unius. Bibitur et contra serpentes, et ante sectiones punitionesque ne sentiantur. Ob hæc satis est aliquibus somnum odore quæsisse. Bibitur et pro helleboro duobus obolis in mulso.* Et Theophrast. *Hist. plant.* lib. IX, cap. 10, Καθάπερ καὶ τοῦ μανδραγόρου τὸ μὲν φύλλον χρήσιμον εἶναί φασι πρὸς τὰ ἕλκη μετ' ἀλφίτου, τὴν δὲ ῥίζαν πρὸς ἐρυσίπελας ξανθεῖσάν τε καὶ ὄξει δευθεῖ-

D σαν, καὶ πρὸς τὰ ποδαγρικὰ, καὶ πρὸς ὕπνον καὶ φίλτρα. Διδόασι δὲ ἐν οἴνῳ ἢ ἐν ὄξει. Τέμνουσι δὲ τροχίσκους ὥσπερ ῥαφανίδος, ἐνείραντες δὲ ἐν γλεύκει ἐκρέμασαν ὑπὲρ καπνοῦ. Et Xenophon in *Symposio* : Τῷ γὰρ ὄντι οἶνος ἄρδων τὰς ψυχὰς τὰς μὲν λύπας ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους κοιμίζει, τὰς δὲ φιλοφροσύνας, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα ἐγείρει. In quo Xenophontis loco interpretem allucinatum, et Pierium Valerianus, lib. LVIII, c. de Mandragora versione hujus deceptum, optime annotavit vir in sacris explicandis Scripturis nemini secundus Michael Gislerius, quem semper maxime admiratus sum ejusque verba maximo meo usu et commodo semper excepi, et in hanc diem excipio, quem multis annis Ecclesiæ catholicæ utilitati bonorum omnium votis

Deus superstitem et incolumem conservet, in eruditissimis, solidaque doctrina, pietate ac vera religione refertis *Commentariis in Cant. cantic.*, capit. VII, vers. 13, expositione prima. De hac eadem re eadem Dioscorides, indeque factum proverbium Luciano in *Timone*, ὅπου γε καθάπερ ὑπὸ μανδραγόρου καθεύδεις, et Demostheni in IV *Philippica*, Ἀλλ' οὐδ' ἀνεγερθῆναι δυνάμεθα, ἀλλὰ μανδραγόραν πεπωκόσι, εἴ τι φάρμακον ἄλλο τοιοῦτον, ἐοίκαμεν ἀνθρώποις. Vide *Rodiginum*, libr. XVII, capit. 24. Notandum quod Theophrastus ait mandragoram ad amores, et philtra conducere, et præter Theophrastum idem testatur Dioscorides, Epiphanius in *Physiologo*, et alii; sic enim locum illum Geneseos intelliges, sed de hoc in nostris exercitationibus plura. Quid herbarii præcipiant in secanda, colligendaque mandragora habetur apud Theophrastum *Histor. plant.* lib. IX, c. 9, et Plinium lib. XXV, cap. 13. Plura de hac herba et ejus virtutibus Levinus Lemnius in *Explicatione herbar. biblic.*, cap. 2.

Col. 716, lin. 10. *Καὶ τῷ ὀπίῳ τὰς σφοδράς.* De opii præparatione et usu in medicinis Plinius *Hist. natur.* lib. XX, cap. 18; huic vim non soporiferam modo, verum si copiosior hauriatur mortiferam tribuit, et Galenus pluribus in locis.

Ibid. *Τῷ δὲ κωνείῳ τὰς λυσσώδεις.* De cicuta et ejus remediis Plinius lib. XXV, cap. ultimo; variam autem cicutæ præparationem ad obitum inferendum facilem et absque ullo dolore refert Theophrast. *Hist. plant.* l. IX, cap. 17, narratque etiam Chiorum circa hoc studium et industriam, qui illam non terebant, sed detracto tegmine quod difficultatem movet, quoniam concoqui ægre potest, pistam in mortario tundebant, et prætenui cribro transmissam, aqua inspersam bibebant, atque ita obitus celer facilisque eveniebat. Ὅτι δὲ διαφέρει τὸ χρῆσθαί πως ἑκάστῳ φανερὸν ἐκ πολλῶν. Ἐπεὶ καὶ Χίους φασὶ τῷ κωνείῳ πρότερον οὐχ οὕτω, ἀλλὰ τρίβοντας, καθάπερ οἱ ἄλλοι, χρῆσθαι. Νῦν δὲ οὐδὲ ἂν εἷς τρίψειεν, ἀλλὰ περιπτίσαντες καὶ ἀφελόντες τὸ κέλυφος (τοῦτο γὰρ τὸ τὴν δυσχέρειαν παρέχον δυσκατέργαστον ὄν), μετὰ ταῦτα κόπτουσιν ἐν τῷ ὅλμῳ, καὶ διαπτίσαντες λεπτὰ, ἐπιπάττοντες ἐφ' ὕδωρ πίνουσιν, ὥστε ταχεῖαν καὶ ἐλαφρὰν γίνεσθαι τὴν ἀπαλλαγήν. Ideoque Dioscorides lib. IV, cap. 79, efficacissimam vim tribuit cicutæ, quæ in insula Chio nascitur.

Col. 716, lin. 11. *Καὶ τῷ ἐλλεβόρῳ τὰ χρόνια.* De hellebori speciebus, figuris, vi, facultate et usu lege Plin. l. XXV, c. 5; Dioscoridem l. IV, c. 150 et 151. Advertit Sextus Empiricus *Pyrrhon. Hypot.* lib. I, cap. 14, helleborum, si tenue et lanuginosum quis ipsum edat, mortem afferre, sin crassum non item. Καὶ ὁ ἐλλέβορος λεπτὸς μὲν καὶ χνοώδης προσφερόμενον πνιγμὸν ἐπιφέρει, κριμνώδης δὲ ὢν οὐκέτι, et Rufinum quemdam apud Chalcidem sine ulla noxa bibere solitum fuisse. Καὶ Ῥουφῖνος δὲ ὁ ἐν Χαλκίδι πίνων ἐλλέβορον οὔτε ἤμει, οὔτε ὅλως ἐκαθαίρετο, ἀλλ' ὥς τι τῶν συνήθων προσεφέρετο καὶ ἔπεσσε, et superius dixerat anum quamdam Atticam cicutæ triginta holcas sine damno sorbuisse. Ἦν δὲ, φασὶ, γραῦς Ἀττικὴ τριάκοντα ὁλκὰς κωνείου ἀκινδύνως προσφερομένη. Res etiam notatu digna est. Refert Theophrastus *De histor. plant.*, lib. IX, cap. 18, Eudemum Chium viginti duas aliquando potiones hellebori uno die sumpsisse, cum fori apud merces sederet, nec surrexisse priusquam esset meridies, tunc vero domo petita balneas ingressum, cœnatumque more solito, nec quidquam evomuisse. Id tamen auxilio quodam præparato perfecisse, quamvis propter hominis consuetudinem pleraque ex medicamentis vim suam amittere nec amplius medicamenta esse posse negandum non sit; hocque refert ex Theophrasto Apollonius in *histor. Mirabilibus*, etsi mutato nomine et pro Eudemo, Eunomum scribat, et Eudemum *Pharmacopolam*, cum Eudemo Chio confundat, sed de his plura in nostris synonymis.

Ibid., lin. 13. *Καὶ πάντα ἐν μιᾷ καιροῦ.* Basilius hom. IV: Πάντα ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ, οὐκ ὄντα πρότερον, ὑπὲρ τῆς γῆς εἰς τὸ εἶναι παρῆλθε, μετὰ τῆς οἰκείας ἕκαστον ἰδιότητος ἐναργεστάταις μὲν διαφοραῖς ἀπὸ τῶν ἑτερογενῶν χωριζόμενα, οἰκείῳ δὲ ἕκαστον γνωριζόμενον χαρακτῆρι.

Ibid., lin. 17. *Καὶ τούτων τὰ μὲν ἐστι.* In arboribus sicut et in animalibus esse speciem quamdam, et figuram, quam auctor noster characterem appellat, qua et ab aliis divisæ cognoscuntur, et suæ naturæ opus exercere valeant, nulli dubium unquam fuit nec erit. Quæ forma ex omnibus partibus sumi potest, in una enim dum variant, etsi in aliis conveniunt, diversæ tamen nec ejusdem speciei judicabuntur. Hinc quædam latis foliis, aliæ strictis, serratis aliæ, aliæ in alium modum expansis. Sic de cortice, ramis, radicibus, fructibus, et aliis. Summa tamen eorum genera habemus ex Theophrasto lib. I *De histor. plant.*, cap. 6, et alibi: quædam enim earum sunt urbanæ, quædam silvestres, quædam fructiferæ, quædam steriles, quædam floriferæ, aliæ flore carentes, quædam perpetuo virentes, quædam perdentes folia, οἷον ἡμέρων, ἀγρίων, καρποφόρων, ἀκάρπων, ἀνθοφόρων, ἀνανθῶν, ἀειφύλλων, φυλλοβόλων. Plinius etiam lib. XVI, cap. 18, arborum differentias prosequitur, et cap. 19: *Præterea arborum aliis decidunt folia; aliæ sempiterna coma virent, quam differentiam antecedat necesse est prior. Sunt enim arborum quædam omnino silvestres, quædam urbaniores: quas hic placet nominibus distinguere. Ergo mites, quæ fructu, aut aliqua dote, umbramineve, officio humanius juvant, non improbe dicantur urbanæ.*

Ibid., lin. 20. *Ἀείφυλλα δέ ἐστιν ἐλαία.* Theophrastus I, *De hist. plant.*, cap. 15: Τῶν μὲν ἡμέρων ἀείφυλλα ἐλαία, φοίνιξ, δάφνη, μύῤῥινος, πεύκης τι γένος, κυπάριττος· τῶν δὲ ἀγρίων, ἐλάτη, πεύκη, ἄρκευθος, σμῖλαξ, θυία, καὶ ἣν Ἀρκάδες καλοῦσι φελλόδρυν, φιλύρα, κέδρος, πίτυς, μυῤῥίκη, πύξος, πρῖνος, ἀγρία, κήλαστρον, φιλύκη, ἀφάρκη. Ταῦτα

δὲ φύεται περὶ τὸν Ὄλυμπον, ἀνδράχνη, κόμαρος, τέρμινθος, ἀγρία, δάφνη. Δοκεῖ δὲ ἡ ἀνδράχνη καὶ ὁ οἴναρος τὰ μὲν κάτω φυλλοβολεῖν, τὰ δὲ ἔσχατα τῶν ἀκρεμόνων ἀείφυλλα ἔχειν· ἐπιφύειν δὲ ἀεὶ τοὺς ἀκρέμονας. Et Plinius ex Theophrasto *Hist. nat.*, lib. XVI, cap. 20 : *Urbanarum generi non decidunt, oleæ, lauro, palmæ, myrto, cupresso, pinis, hederæ, rhododendro*; et cap. 21 : *Silvestrium generi folia non decidunt, abieti, larici, pinastro, junipero, cedro, therebintho, buxo, ilici, æquifolio, suberi, taxo, tamarici; inter utraque genera sunt adrachne in Græcia, et ubique unedo. Reliqua enim folia decidunt his, præterquam in cacuminibus.* Et auctor Geoponic. : Δένδρα ἀειθαλῆ ἐστι, μηδέ ποτε φυλλοῤῥοοῦντα ἐν τῷ χειμῶνι, ἰδ. φοίνιξ, κίτρον, στρόβιλος, δάφνη, ἐλαία, κυπάρισσος, κερατία, πίτυς, πρῖνος, πύξος, μυρσίνη, κέδρος, ἰτέα, καὶ ἄρκευθος. Artemidorus *Oneirocr.* lib. I, cap. 79 : Φοίνικος δὲ καὶ ἐλαίας στέφανοι γάμους ἐλευθέρων περιποιοῦσι γυναικῶν διὰ τὴν πλοκήν. Καὶ τέκνα προσαγορεύουσι πολυχρόνια διὰ τὸ ἀειθαλὲς, υἱὸν μὲν ὁ φοίνιξ, θυγατέρα δὲ ἡ ἐλαία. Plutarchus in *Sympos.* 8, quæst. 9, palmam esse ait μακρόβιον, ἐμπεδόφυλλον, βεβαίως ἀείφυλλον, ideoque esse victoris præmium, Ὅτι δεῖ τὴν τῶν νικηφόρων δόξαν ἄφθιτον καὶ ἀγήρω διαμένειν. Phornutus, capit. de Musis, in ea agnoscit τὸ ἀείζωον. In Tylo insula, Plinius lib. XII, cap. 11, nulli arborum folia decidere tradit; et lib. XVI, cap. 21 : *In Thurino agro, ubi Sybaris fuit, ex ipsa urbe prospiciebatur quercus una, nunquam folia dimittens, nec ante mediam æstatem germinans. Idque mirum est, Græcis auctoribus proditum, apud nos postea sileri. Nam locorum tanta vis est, ut circa Memphim Ægypti, et in Elephantine Thebaidis nulli arbori decidant, ne vitibus quidem.* Vide Varronem lib. I, cap. 7, *De re rustica*; et Theophrastum *De histor. plant.* lib. I, capit. 15, ubi et de platano Gortinensi et de Elephantino agro. Περὶ γὰρ Ἐλεφαντίνην οὐδὲ τὰς ἀμπέλους, οὐδὲ τὰς συκᾶς φασι φυλλοβολεῖν. In quibus sicut et in aliis an Plinius fidelis interpretis munere functus sit aliis judicandum relinquo : hoc verum est, quædam de suo addidisse, alia omisisse. At non ex Theophrasto transtulit, sed ex aliis, Græcaque ut erant in illis auctoribus Latina fecit. Esto : tamen suspectus adhuc est cum et in aliis eodem modo se gerat; sed non est præsentis negotii.

Col. 716, lin. 22. *Καὶ ἣν Ἀρκάδες φίλοδρυν.* Corrige ex Theophrasto, φελλόδρυν. Hujus naturam et accuratam descriptionem habet idem Theophrastus *De histor plant.* lib. III, capit. 16 : Ὃ δὲ καλοῦσιν Ἀρκάδες φελλόδρυν τοιάνδε ἔχει τὴν φύσιν, ὡς μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀνὰ μέσον πρίνου καὶ δρυός ἐστι. Καὶ ἔνιοι ὑπολαμβάνουσιν εἶναι θῆλυν πρῖνον, διὸ καὶ ὅπου μὴ φύεται πρῖνος, τούτῳ χρῶνται πρὸς τὰς ἁμάξας, καὶ τὰ τοιαῦτα, καθάπερ ἡ περὶ Λακεδαίμονα καὶ Ἠλείαν. Καλοῦσι δὲ οἵ γε Δωριεῖς καὶ ἀγρίαν τὸ δένδρον. Ἔστι δὲ μαλακώτερον τοῦ πρίνου, σκληρότερον δὲ καὶ πυκνότερον τῆς δρυός. Καὶ A τὸ χρῶμα, φλοϊσθέντος τοῦ ξύλου, λευκότερον μὲν τοῦ πρίνου, οἰνωπότερον δὲ τῆς δρυός· τὰ δὲ φύλλα προσέοικε μὲν ἀμφοῖν, ἔχει δὲ μείζω ἢ ὡς πρῖνος, ἐλάττω δὲ ἢ ὡς δρῦς. Καὶ τὸν καρπὸν μὲν τοῦ πρίνου κατὰ τὸ μέγεθος ἐλάττω, ταῖς ἐλαχίσταις δὲ βαλάνοις ἴσον· καὶ γλυκύτερον μὲν τοῦ πρίνου, πικρότερον δὲ τῆς δρυός. Καλοῦσι δέ τινες τὸν μὲν τοῦ πρίνου, καὶ τὸν ταύτης καρπὸν ἄκυλον, τὸν δὲ τῆς δρυὸς βάλανον. Μήτραν δὲ ἔχει φανερώτερον, ἢ ὁ πρῖνος Καὶ ἡ μὲν φελλόδρυς τοιαύτην τινὰ ἔχει φύσιν. Plura possem congerere ab aliis de arboribus, quorum hic fit mentio, dicta et dubitata, sed notas in Eustathium, non herbarum historiam scribimus. Sufficit ejus dicta dictis aliorum confirmasse vel declarasse.

B Ibid. lin. 23. *Τὸ ῥόδον ἄνευ τῆς ἀκάνθης.* Basilius, hom. 5 : Πλήν γε ὅτι τὸ ῥόδον τότε ἄνευ ἀκάνθης ἦν. Ὕστερον δὲ τῷ κάλλει τοῦ ἄνθους ἡ ἄκανθα παρεζεύχθη, ἵνα τὸ τερπνὸν τῆς ἀπολαύσεως ἐγγύθεν ἔχωμεν παρακειμένην τὴν λύπην, μεμνημένοι τῆς ἁμαρτίας, δι' ἣν ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἡμῖν ἀνατέλλειν κατεδικάσθη ἡ γῆ. Pia et prudens commonefactio, ut videlicet homo in rosam aspectu injecto, statim pristini et antiqui primi parentis, et sui lapsus memoriam repetat; et calamitate inspecta, in quam propter peccatum incidit, corde fremat et intime doleat, suique creatoris opem exposcat, et sibi caveat. Continuata enim peccatorum memoria nullum remedium aptius ad veniam impe- C trandam, nec ullum aliud ita segnem reddit hominem ad nequitiam perpetrandam, ut scribit Chrysostomus *in Epist. ad Hebræos*, cap. XII, hom. 31, et in catena *in cap.* XIV *Hieremiæ* : Ἐπὶ τὸ λειπόμενον φάρμακον καταφεύγει τῶν ἁμαρτημάτων τὴν γνῶσιν. Nec dissentit August. lib. I, *De Gen. contra Manichæos*, c. 13 : *Per peccatum hominis terra maledicta est, ut spinas pareret, non ut ipsa pœnas sentiret, quæ sine sensu est, sed ut peccati humani crimen semper hominibus ante oculos poneret, quo admonerentur aliquando averti a peccatis, et ad Dei præcepta converti. Herbæ autem*, etc. Hæc tamen sententia Pererio l. I, *in Gen.* non arridet. Nec enim potest adduci ut credat rosam ante peccatum factam fuisse absque spinis. Deus enim tales condi- D dit res quales sunt secundum naturam suam, nec peccatum Adæ mutavit earum proprietates atque conditiones, cum nec ea quidem, quæ vera sunt secundum naturam hominis peccatum ejus quidquam variaverit. Rosam vero nasci inter spinas naturalem rosæ constitutionem atque generationem consequitur. Quare etsi ante peccatum Adæ erant hæc humanæ naturæ noxia, non fuissent ei in pœnam, si non peccasset, sed ita esset animo corporeque effectus, ut facillime hæc exitiosa internoscere et vitare posset. Verum est, Deum tales res condidisse quales sunt secundum naturam. Sanæ mentis est fateri rerum proprietates et naturas peccato primorum parentum non fuisse immutatas. Exploratum est, ante peccatum cum nulla

culpa neque corpus neque animum afficeret, neque pœnam ullam fuisse inditam. Vero verius est Adamum tunc ita animo et corpore fuisse effectum, ut et exitiosa cognosceret, et posset vitare. Ideo et rosam cum spinis natam affirmabimus, et in spinis nasci, naturalem rosæ constitutionem et generationem consequi? Alia nobis aliunde et rosæ natura et naturalis constitutio quærenda. Quod natura insitum est atque datum, et naturalem constitutionem consequitur, lex est, quæ nullo hominum ingenio, nulla temporum vicissitudine, nulla rerum varietate, nullo etiam ipsius naturæ, si fieri posset, impetu, violatur; sed semper eamdem rem ad exitum usque consequitur. Quod si tollas, vel in aliud transmutare tentaveris, rem et ipsam perdes, et in aliam immutabis. Et scimus etiam dubitari an id virtute et facultate divina fieri posset, et concludunt ex natura rei id implicare. At nos nostris hisce temporibus agricolarum industria ita rosas institui cernimus, ut absque spinis erumpant, neque minus venustiores, neque minus odoratiores. Quomodo ergo a natura ita comparatum esse affirmabimus? Idem est inter spinas nasci naturalem rosæ constitutionem consequi affirmare, ac inter domesticos parietes hominem nasci, naturalem hominis constitutionem. Et mirum est, quod cum in hoc flore omnium pulcherrimo plura possunt considerari quæ ejus naturam consequi non absurde diceremus, neglectis illis, ad spinas, quæ pessima sunt, animum attendamus. Ex Peripateticorum et ingenuorum philosophorum schola notum id, ac satis certum habemus, ita propria esse rei illa, quæ ad naturalem constitutionem consequuntur, ut de aliis dici, et aliis communicari minime possint salva utrorumque natura. At inter spinas nasci soline rosæ convenit? Ergo inter spinas nasci non consequitur naturalem rosæ constitutionem. At non ita propria ut sit aliis inconjuncta, ergo non natura data, ergo potest generari rosa, et sine spinis generari. Sed demus etiam rem ita se habere, et inter spinas nasci, consequi rosæ naturalem constitutionem. Quid inde? Culturæ, soli, aquæ, cœli tantam esse jam et facultatem in plantis, si Theophrasto aliisque credimus, ut miras alterationes mutationesque in iis quotidie cernantur, et Hippon auctor est, omnem plantam, et silvestrem, et urbanam cultum adeptam, aut non adeptam effici posse, et peccatum id non faciet? pœna peccati? Deus ipse? Adde, spinas et tribulos germinabit tibi. Si jam erant spinæ, si jam tribuli, inania divina verba, inanis pœna et maledictio, quamvis dicas fuisse, sed non in pœnam. Hæc sunt, Pereri, quæ, et si non esset Eustathii, Basilii, Augustini, quorum patrum! auctoritas, inducunt ut credam rosam ante peccatum factam esse absque spinis.

Col. 716. lin. 28. *Ἡ δὲ ἀμυγδαλῆ πρώτη*. Plinius libr. XVI, *Natur. Hist.*, cap. 25, *Ex his quæ hieme aquila exoriente, ut diximus, concipiunt, floret prima omnium amygdala mense Januario, Martio vero poma maturat*; et cap. 26, *Perdunt facillime ante maturitatem, palma, ficus, amygdala, malus, pyrus, item punica, quæ etiam roribus nimiis, et pruinis florem amittit. Qua de causa inflectunt ramos ejus ne subjecti humorem infestum excipiant, atque contineant. Pyrus et amygdala, etiam si non pluat, sed fiat austrinum cœlum, aut nubilum, amittunt florem, et primos fructus, si cum defloruere tales dies fuerint.* Idem refert lib. XVII, cap. 2, quæ habuit ex Theophrasto, *De causis plant.* lib. II, cap. 11: Ἀποβλητικὰ δὲ μάλιστα τῶν καρπῶν πρὶν πεπᾶναι συκῆ, καὶ φοίνιξ, καὶ ἀμυγδαλῆ, καὶ μηλέα, καὶ ἄπιος. Ἱκανὸν γὰρ καὶ ὁτιοῦν διυγρᾶναι, καὶ ἀσθενὲς ποιῆσαι, καὶ ἅμα τούτοις γε καὶ πνευμάτων ἐπιγίνεται μέγεθος. Ἡ δὲ ῥόα τοῖς μὲν ἄνθεσιν εὐκατάπτωτος. Ἀσθενὴς γὰρ αὐτῶν ἡ πρόσφυσις· ὡς δ' ὅταν ψεκάδια, καὶ δρόσοι πέσωσιν, εἰσδυόμενα κατὰ τὸ ἄνθος ἀνυγραίνει καὶ ποιεῖ τὴν βολήν. Διὸ καὶ κατάγουσι τὰ δένδρα, καὶ οὐκ ἀφιᾶσιν εἰς ὕψος, ὅπως οἱ κύτινοι μὴ ὀρθοὶ γενόμενοι δέχωνται τὸ ὑγρόν. Οἱ δὲ καὶ ἀνάπαλιν κελεύουσι φυτεύειν τὰς ῥάβδους τούτου χάριν, ὅπως εὐθὺς κατανεύσωσιν. Ὅτι δ' ὑγρότης αἰτία τῆς ἀποβολῆς, κἀκεῖθεν δῆλον. Αἱ γὰρ ἄπιοι καὶ ἀμυγδαλαῖ, κἂν μὴ βρέχῃ, νότιος δὲ ᾖ ὁ ἀὴρ καὶ ἐπινεφής, ἀποβάλλουσι καὶ τὰ ἄνθη καὶ τοὺς πρώτους καρποὺς, ἐὰν εὐθὺς μετὰ τὴν ἀπάνθησιν ᾖ. Theodoretus in capit. I *Hieremiæ*, Ἰστέον, ὅτι ὁ Ἑβραῖος ἀντὶ καρυΐνης ἀμυγδαλίνην φησίν. Ἡ δὲ ἀμυγδαλίνη τὸ ταχὺ τῆς τιμωρίας αἰνίττεται· πρὸ γὰρ τῶν ἄλλων δένδρων ἀνθεῖ.

Ibid., lin. 30. *Ἡ δὲ πικρὰ ἀμυγδαλῆ*. Basilius, Hom. 5: Τινὰ δὲ καὶ τὴν ἐκ φύσεως κακίαν ἐπιμελείαις γεωργῶν θεραπευόμενα ἔγνωμεν· οἷον τὰς ὀξείας ῥοιὰς, καὶ τῶν ἀμυγδαλῶν τὰς πικροτέρας, ὅταν διατρηθεῖσαι τὸ πρὸς τῇ ῥίζῃ στέλεχος σφῆνα πεύκης λιπαρὸν τῆς ἐντεριώνης μέσης διελαθέντα δέξωνται, εἰς εὐχρηστίαν μεταβάλλουσι τότε τοῦ χυμοῦ τὴν δυσχέρειαν. Theophrastus, *Histor. plant.* lib. II, cap. 8, amygdalam ex amara dulcem effici vult, si quis caudice circumfosso præterforatoque mensura dodrantali undique lacrymam effluentem in idem defluere sinat. Vide ejusdem, *De causis plant.* lib. I, capit. 21, quo loco amygdalam humoris abundantia sterilem sic castigari tradit Plin. lib. XVII, cap. 27: *Amygdalæ ex amaris dulces fiunt si circumfosso stipite, et ab ima parte circumforato defluens pituita abstergatur.* Africanus apud *Georgicorum* collectorem lib. X, medicinæ hujus meminit et alias subdit: Γλυκεῖαν δὲ ἐκ πικρᾶς ποιήσεις εἰ, ἐκτρυπήσας τὸ πρέμνον ἐπὶ παλαιστὴν ἐν τετραγώνῳ, τὸ δάκρυον ἐκδέξῃ τὸ κατ' ἐνιαυτὸν, ἕως ἂν γλυκανθῇ. Κάλλιον δέ τινες ποιοῦντες περιορύττουσι, καὶ περιβάλλουσι κόπρον ὑείαν ἐπιχέαντες καὶ οὖρον, εἶτα προσχώσαντες ἀρδεύουσι κατ' ἐνιαυτὸν, ἕως οὗ γλυκανθῶσι. Πᾶν δὲ στέλεχος ἀμυγδαλῆς ἐκκοπὲν ἀποβάλλει τὸν καρπόν. Ἁπαλὴν δὲ καὶ γλυκεῖαν ἐκ σκληρᾶς καὶ πικρᾶς ποιήσεις, εἰ τὰ περὶ τὸ στέλεχος ἕως τῶν ἐπὶ πολλῆς ῥιζῶν γυμνώσειας, καὶ ἀρδεύσειας συνεχῶς ὕδατι θερμῷ πρὸ τῆς ἀν-

θοβολήσεως. In quibus ultimis verbis ea sic corrigo, ἕως τῶν ἐπιπολῆς ῥιζῶν.

Col. 716, lin. 34. *Τὴν αὐτὴν δὲ θεραπείαν.* Aristoteles lib. I, *De plantis*, cap. 3, *Amygdala quoque, et mala granata suam malitiam per culturam amittunt, et mala granata stercore porcino radicibus injecto, et aqua dulci frigida rigata meliora redduntur. Sed amygdali clavis confixæ, gummi per multum tempus stillantes meliores redduntur, multæque silvestres plantæ per hoc artificium hortenses fiunt*; et Paxamus apud collectorem *Georgicorum* lib. X, Περιορύξας τοῦ δένδρου τὰς ῥίζας κόπρον ὑείαν ἐπίχρισον, καὶ χώσας ῥᾶνον οὔρῳ ἀνθρωπείῳ. Τὰ δὲ περὶ τούτου ἐν τῷ ἄλλῳ μου γεωργικῷ βιβλίῳ τρίτῳ ἐν τῷ κεφ. ζκε' τελεώτερον εὑρήσεις.

Ibid., lin. 35. *Ἡ δὲ θήλεια φοίνιξ.* Basilius, hom. 5: Καὶ ἴδοις ἄν ποτε τὴν παρ' αὐτῶν ὀνομαζομένην θήλειαν καθεῖσαν τοὺς κλάδους οἷον ὀργῶσαν, καὶ τῆς συμπλοκῆς ἐφιεμένην τοῦ ἄῤῥενος· τοὺς δὲ θεραπευτὰς τῶν φυτῶν ἐμβάλλοντας τοῖς κλάδοις οἱόν τινα σπέρματα τῶν ἀῤῥένων, τοὺς λεγομένους ψῆνας. καὶ οὕτως οἷον ἐν αἰσθήσει τῆς ἀπολαύσεως γίνεσθαι καὶ ἀνορθοῦσθαι πάλιν τοὺς κλάδους, καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον σχῆμα τοῦ φυτοῦ τὴν κόμην ἀποκαθίστασθαι. Plin. lib. XIII, cap. 4: *Arboribus, imo potius omnibus quæ terra gignat, herbisque etiam utrumque sexum esse diligentissimi naturæ tradunt. Quod in plenum satis sit dixisse hoc in loco; nullis tamen arboribus manifestius, mas in palmite floret, femina citra florem germinat tantum spinæ modo*; et inferius, *Cætero non sine maribus gignere feminas sponte edito nemore confirmant: circaque singulos plures nutare in eum pronas blandioribus comis, illum erectis hispidum afflatu, visuque ipso, et pulvere etiam reliquas maritare. Hujus arbore excisa viduas post sterilescere feminas. Adeoque est veneris intellectus, ut coitus etiam excogitatus sit ab homine ex maribus flore, ac lanugine, interim vero tantum pulvere insperso feminis.* Guillaudinus in Ægypto et Oriente observavit ne feminæ steriles sint, aut immaturum fructum perdant, mares eo intervallo seri ut ab iis pulverem ventus in illas perferat. Quod si longius distent, quam ut pulvis odorve pervenire possit, tum a mare funem religatum ad feminam perduci, ut maris fecunda vis per eam copulam ac vinculum irrepat. Refert Jovianus Pontanus *Eridani* l. I, palmas duas, marem Brundusii satum, feminam Hydrunti steriles tandiu fuisse, quoad adultæ fusis ramis se invicem conspexerint, et tum quamvis longo tractu dissitas fructum edidisse. Nonnus *Dionysiacor.*, 42.

Ἄρσενα καὶ φοίνικα γεγηθότα θήλεϊ μίσγω.

Mirus ac perditus amor arbores etiam vexans omni sensu destitutas! Quis hæc non fabulosa putaret? Plantas mutuo amore capi, ex iis molestissimum palmam sentire, si procul marem a femina conseri contingat, alteram amantem arescere, versus amatum sese inclinare, surculo, lanugine vel etiam pulvere si aspergatur, et, quod admirabilius, odore, A visu ipso recreari, corporeque excitari, et quasi complexu quodam reviviscere. Agricolæ subscribunt, testantur philosophi, experientia ipsa rerum magistra ducimur ad consentiendum. Hoc æquo animo ferre possemus, at quod refert Florentinus *in Georgicis*, palmam feminam non maris cujuscunque desiderio teneri, sed unius tantum ad quem inclinat, ita ne et apprehensa pulchritudo arboris ingenium alterat, et cujus solius amplexum exposcit; quem postea agricolæ arte quadam deprehendunt, multis simul ramis ex diversis maribus collectis, et ad feminam ægram atque amore fatigatam propositis; statim enim ipsa, neglectis cæteris, ad arborem sibi dilectam inclinat, et lætitia quadam subsilit voti compos; hoc, inquam, quis crederet? affectum, amorem, inclinatio- B nemque ad similes arbores palmæ non denegaverim; cognitionem quomodo concedere debeam adhuc hæreo. Surculos ab arbore decisos, ideoque vita privatos, optime distinguendo, ac cognoscendo, signa in surculo arboris amatæ optime dijudicat; sed audiamus verba Florentini: Ὁ δὲ φοίνιξ ἐρᾷ καὶ δριμέως ἑτέρου φοίνικος, καὶ οὐ πρότερον παύεται τοῦ πόθου, ἕως ἂν αὐτὴν ὁ ἐρώμενος παραμυθήσεται. Ἔστι γὰρ ἰδεῖν τὸ δένδρον ἐπικεκαμμένον, καὶ μὴ φέρον τὴν ἰδίαν βάσιν, μηδὲ καρποφοροῦν. Τοῦτο οὐ λανθάνει τὸν γεωργὸν, ἀλλ' ὅτι μὲν ἐρᾷ καὶ ἐρᾶται τεκμαίρεται, ἀγνοεῖ δὲ ποίου· διὸ παραπτόμενος φοινίκων πολλῶν, καὶ πάλιν ἐπὶ τὴν ἐρῶσαν ἐπανιὼν, καὶ ἐφαπτόμενος τῇ χειρὶ, δοκεῖ φιλήμα- C τι ὥσπερ διακονεῖν. Ποίου δὲ φοίνικός ἐστιν αὐτῇ πόθος, σημαίνει τρόπον τινὰ τῇ τῶν παθῶν καὶ τῇ τῶν χειρῶν, ὡς ἄν τις εἴπῃ νεύσει. Πρὸς ἐκεῖνον γὰρ ἀποβλέπει, καὶ ἐπὶ ἐκεῖνον πρόῤῥιζος ὥσπερ σπεύδουσα ἑαυτὴν ἐπιῤῥίπτει. Ἄχος οὖν γίνεται τῇ ἐρώσῃ τὸ τοῦ γεωργοῦ συνεχῶς ἁπτομένου τοῦ ἄῤῥενος τὰς χεῖρας αὐτοῦ προσπελάζειν τῇ ἐρωμένῃ μάλιστα δὲ πραΰνει τὸν ἔρωτα, εἰ κατὰ τὴν ἄνθην ἐξελὼν ἀπὸ τῆς σκαφῆς τοῦ ἄῤῥενος ἐνθήσει τῇ κεφαλῇ τῆς ἐρώσης, καὶ λοιπὸν ἡ φοίνιξ ἀγλαϊζομένη κάλλιστον καρπὸν οἴσει. In quibus necessario corrigendus est locus, et ita restituendus, εἰ κατὰ τὴν ἄνθην ἐξελὼν ἀπὸ τῆς σπάθης τοῦ ἄῤῥενος; ita enim ea arboris pars ex qua fructus pendent vocatur. Julius Pollux, *Onomast.* lib. I, cap. 12, Ὁ δὲ καρπὸς ὁ μὲν τοῦ ἄῤῥε- D νος ψήν, ὁ δὲ τῆς θηλείας βάλανος, ἐξ οὗ δὲ κρέμανται οἱ βάλανοι σπάθη. Εἴρηκε τὸ ὄνομα Ξενοφῶν καὶ Ἡρόδοτος, λέγων, ὅτι καὶ τόξα τινὲς εἶχον ἐκ ταύτης τῆς σπάθης. Ad hoc hujus arboris ingenium explicandum multi summi viri vires ingenii contulerunt, ut alter altero eloquentior videretur. Inter cæteros Philostratus in *Icon.*, lib. I, in ἕλη, Achilles Tatius *De Clisophrontis et Leucippes Amoribus*, lib. I, et Theophylactus Simocatus, epist. 18, et in *Quæst. naturalibus*, quæst. 5.

Ibid., lin. 39. *Ἡ δὲ συκάμινος ὀψὲ μέν.* Plinius, lib. XVI, cap. 22, *Morus autem novissima germinat, cum primis folia demittit*; et cap. 25, *Serotino quodam germinatu florent, maturantque celeriter, sicuti morus, quæ novissima urbanarum germinat, nec, nisi*

exacto frigore, ob id dicta sapientissima arborum. A *Sed cum cœpit, in tantum universa germinatio erumpit, ut una nocte peragat etiam cum strepitu;* ex Theophrasto *De causis plant.*, lib. I, cap. 20, Ταῦτα μὲν πρωΐκαρπα καθάπερ ἄμπελος, καὶ συκῆ, μάλιστα δὲ συκάμινος. Αὕτη μὲν γὰρ γυμνὸν ἔχει τὸν καρπόν· ὥσθ' ὅταν ὁ ἥλιος ἐπιθῇ, ταχὺ προηλλοίωσε, βραχείας δεόμενος θερμότητος. Ἅμα δὲ καὶ ἐν αὐτῷ συνεργάζεται δύναμις ἰσχυρὰ, καὶ ἀθρόως ἐπιοῦσα καθάπερ καὶ πρὸς τὴν βλάστησιν, ἡ γὰρ ὀψιότης ἐποίησεν ἀθροισμόν. Ὅθεν ἅτε βλαστήσεις ἀθρόαι, καὶ μετὰ φορᾶς γίνονται νεανικῆς, ὥστε καὶ ψόφον ποιεῖν, καθάπερ τινές φασι, καὶ πέψεις ταχεῖς. Et cap. 21: Ἡ μὲν οὖν τῆς συκαμίνου διὰ τοῦτο πρώϊος· ὡς δὲ Μενέστωρ φησὶν, ἡ μὲν βλάστησις αὐτῆς ὀψία διὰ τῆς ψυχρότητος τοῦ τόπου, ἡ δὲ πέψις B ταχεῖα διὰ τὴν ἀσθένειαν.

Col. 716, lin. 41. Ἡ δὲ ἐλαία. Oleas et reliquas arbores, quarum hic mentio fit, post æstivum solstitium folia convertere narrat collector *Geopon.* ex *Florent.*, cap. 2, Προσημαίνει δὲ καὶ τὰς τροπὰς θερινὰς στραφέντα τὰ φύλλα τῆς ἐλαίας, ὥσπερ ἡ φιλύρα καὶ ἡ πτελέα καὶ ἡ λεύκη. Quod experientia certum esse confirmat Antonius Mizaldus *De secret. agrorum*, lib. III, cap. 17, et Gellius lib. IX, cap. 7, *Vulgo et scriptum et creditum est, folia olearum arborum brumali et solstitiali die converti, et quæ pars eorum fuerat inferior, atque occultior, eam superfieri, atque exponi ad oculos, et ad solem, quod nobis quoque semel atque iterum experiri volentibus* C *ita esse propemodum visum est.*

Ibid., lin. 44. Τῆς δὲ ἡμέρου συκῆς. Basilius, hom. 5: Τὰ αὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ περὶ τῶν συκῶν φασιν· ὅθεν οἱ μὲν τὰς ἀγρίας συκᾶς παραφυτεύουσι ταῖς ἡμέροις, οἱ δὲ τοὺς ὀλύνθους ἐκθήσαντες, τῶν εὐκάρπων καὶ ἡμέρων συκῶν τὴν ἀτονίαν ἰῶνται ῥέοντα ἤδη, καὶ σκεδαννύμενον τὸν καρπὸν τοῖς ὀλύνθοις ἐπέχοντες. Theophrastus, *Hist. plant.* libr. II, cap. 9, ait caprificationem compertam ad auxilium, ne ficus fructus amittant. Ideoque in regionibus illis in quibus fructuum jactura non fit, caprificandi usum nullum penitus esse, ut in Italia, in locis item aquiloniis et macris, ut in Phalcio Megarensis agri, et quibusdam partibus Corinthii, et in eodem capite caprificandi rationem multis prosequitur, quem D vide sicut et Plinium lib. XIV, cap. 19, et Palladium, lib. II, cap. 10.

Ibid., lin. 51. Ἐπειδὴ δὲ ἁπαλός ἐστι. Basilius, hom. 5, Καὶ ὧν μὲν ἁπαλὸς ὁ καρπός· παχὺ τοῦ φύλλου τὸ σκεπαστήριον, ὡς ἐπὶ τῆς συκῆς· ὧν δὲ οἱ καρποὶ στεγανώτεροι ἐλαφρὰ τῶν φύλλων ἡ προσβολὴ, ὡς ἐπὶ τῆς καρύας. Ὅτι ἐκεῖνα μὲν διὰ τὸ ἀσθενὲς πλείονος ἐδεῖτο τῆς βοηθείας· τούτοις δ' ἂν προσβλαβὴς ἐγένετο ἡ παχυτέρα περιβολὴ ἐκ τῆς ἀπ' αὐτῶν σκιᾶς.

Ibid., lin. 54 Διὰ δὴ τοῦτο καὶ τὸ φύλλον. Basilius, hom. 5, Πῶς κατέσχισται τῆς ἀμπέλου τὸ φύλλον, ἵνα καὶ πρὸς τὰς ἐκ τοῦ ἀέρος βλάβας ὁ βότρυς ἀντέχῃ, καὶ τὴν ἀκτῖνα τοῦ ἡλίου διὰ τῆς ἀραιότητος δαψιλῶς ὑποδέχηται;

Ibid. lin. 57. Οὗτος οὐδὲν ἀργόν. Basilius, hom. 5, Οὐδὲν ἀναίτιον οὐδὲν ἀπὸ ταὐτομάτου, πάντα ἔχει τινὰ σοφίαν ἀπόῤῥητον. Augustinus lib. I, *De Genes., contra Manichæos*, cap. 16, confutat eorum inscitiam, qui quarum rerum ipsi usum ignorant, eas prorsus inutiliter et supervacue conditas censent. Aristoteles pluribus in locis Deum et naturam nihil agere frustra contendit, et præcipue I, *De cœlo*, text. 31, et lib. II, text. 50, et text. 59; et lib. I, *Polit.*, cap. 5, et alibi; et Theophrastus *De causis plant.*, initio, Οὔτε γὰρ ἡ φύσις οὐδὲν μάτην ποιεῖ, ἥ τε διάνοια βοηθεῖν ἐθέλει τῇ φύσει. Et Plinius prœm. lib. 22: *Nihil a rerum natura sine aliqua occultiore causa gigni*, scribit; et lib. XXVIII, cap. 24, *Adeo nihil parens illa rerum omnium sine ingentibus causis genuit;* et Palingenius in Vitæ zodiaco,

Quam nihil incassum faciat natura, Deusque,
Qui secum hæc reputat non casu, sed ratione,
Consilio jussuque Dei fieri omnia dicet

Col. 717, lin. 1. Ἓν γὰρ ὕδωρ διὰ τῆς ῥίζης. Basilius, hom. 5, Ἓν ὕδωρ, διὰ τῆς ῥίζης ἑλκόμενον, ἄλλως μὲν τρέφει τὴν ῥίζαν αὐτὴν, ἄλλως δὲ τὸν φλοιὸν τοῦ στελέχους, καὶ ἄλλως τὸ ξύλον, καὶ τὴν ἐντεριώνην ἑτέρως. Τὸ αὐτὸ καὶ φύλλον γίνεται, καὶ εἰς ἀκρέμονας, καὶ κλάδους κατασχίζεται, καὶ τοῖς καρποῖς παρέχει τὴν αὔξησιν, καὶ δάκρυον τοῦ φυτοῦ, καὶ ὀπὸς ἐκ τῆς αὐτῆς αἰτίας προέρχεται. In eamdem sententiam Sextus Empir. *Pyrrhon. Hypoth.* lib. I, Καὶ ὥσπερ τὸ ὕδωρ ἓν καὶ μονοειδὲς διαδόμενον εἰς τὰ δένδρα ὅπου μὲν γίνεται φλοιὸς, ὅπου δὲ κλάδος, ὅπου δὲ καρπὸς, καὶ ἤδη σῦκον, καὶ ῥοιὰ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον· hoc siquidem ita evenit quemadmodum idem cibus concoctus aliquando fit vena, interdum arteria, interdum os, nonnunquam nervus et unumquodque aliorum; et in musicis unus et idem musicorum flatus in tibiam inspiratus, modo acutus fit, modo gravis; et manus lyræ impressa nonnunquam gravem sonum, nonnunquam acutum reddit; et in aliis rebus idem contingere cernimus

Ibid., lin. 4. Καὶ ἐκ τῆς αὐτῆς νοτίδος. Basilius, hom. 5, Πῶς πάλιν ἐκ τῆς αὐτῆς νοτίδος ἐν μὲν τῇ ἀμπέλῳ οἶνος συνίσταται, ἐν δὲ τῇ ἐλαίᾳ τὸ ἔλαιον· καὶ οὐ τοῦτο μόνον θαυμαστὸν, πῶς ὧδε μὲν τὸ ὑγρὸν ἀπεγλυκάνθη, ἐκεῖ δὲ λιπαρὸν γέγονεν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐν τοῖς γλυκέσι καρποῖς ἀμύθητος ἡ παραλλαγὴ τῆς ποιότητος. Ἄλλο γὰρ τὸ ἐν ἀμπέλῳ γλυκὺ, καὶ ἄλλο τὸ ἐν μηλέᾳ, καὶ σύκῳ, καὶ φοίνικι. De succorum in plantis differentiis adesis Theophrastum *De Histor. plant.* lib. I, cap. 19, et ejus interpretem Plinium lib. XV, cap. 28, qui diffusissime horum varietatem pertractant.

Ibid., lin. 9. Καὶ αὐτὰ δὲ τῶν δένδρων. Basilius, hom. 5, Ἄλλο γὰρ τοῦ σχίνου τὸ δάκρυον, καὶ ἄλλος ὁ ὀπὸς τοῦ βαλσάμου, καὶ νάρθηκές τινες ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου, καὶ Λιβύης ἕτερον ὀπῶν γένος ἀποδα-

χρύουσι. Quæ sint arborum lacrymæ, et qui succi explicat Theophrast. *De causis plant.* libr. VI, cap. 18, Καλοῦσι δὲ τὰ μὲν ὀποὺς, τὰ δὲ δάκρυα. Κοινότερον δὲ ὁ ὀπός. Διαφέρει δὲ ἴσως οὐδὲν, ἐπεὶ τό γε κοινότατον ἀνωνύμως λεγόμενον· ἡ ὑγρότης οἰκεία καθ' ἕκαστον πέψιν ἔχουσα. Διὰ δὲ τὸ σωματωδεστέρας εἶναι καὶ γλίσχρας, τὰς δ' ὑδατώδεις, ἀγλίσχρους, τῶν μὲν γίνεται πῆξαι, τῶν δ' οὔ. Πρὸς ἐνίας δὲ καὶ παρεμβάλλουσί τι τοῦ πῆξαι, καὶ συλλέγειν.

Ibid., lin. 10. *Ἄλλο γὰρ τῆς σχίνου.* Lentisci lacrymam mastichem esse colligitur ex Theophrasto *De hist. plant*, lib. IX. c. 1, Συνίσταται δὲ καὶ ἐπὶ τῆς σχίνου, καὶ ἐπὶ τῆς ἀκάνθης τῆς ἰξίνης καλουμένης, ἐξ ὧν ἡ μαστίχη. Quæ autem sit ixine et quam mastichem procreet idem prosequitur, lib. VI, cap. 4, Ἡ ἰξίνη φύεται μὲν οὐ πολλαχοῦ· ῥιζόφυλλον δέ ἐστιν· ἀπὸ δὲ τῆς ῥίζης μέσης ὁ σπερματικὸς ἄκανος ἐπιπέφυκεν, ὥσπερ μῆλον εὖ μάλα ἐπικεκρυμμένον ἐπὶ τῶν φύλλων. Οὗτος δὲ ἐπὶ τοῦ ἄκρου φέρει τὸ δάκρυον εὔστομον, καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ ἀκανθικὴ καὶ ἡ μαστίχη. Ego tamen magis ad mentem auctoris et ad sententiam legerem, καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ ἀκάνθικὴ μαστίχη, et ni vererer ab aliquibus tanquam audax accusari, libenter utique pro ἄκανος, ἄκανθος legerem, ut modus phrasisque una eademque Theophrasto servetur; dicit enim hanc mastichem generari ἐπὶ τῆς ἀκάνθης, non ἐπὶ τοῦ ἀκάνου, ex quo non ἀκανθικὴ, sed ἀκανικὴ, diceretur, quemadmodum et ἀκανικαὶ ἄκανθαι apud ipsum leguntur, lib. IV, cap. 7, *Hist. plant.* Et si ἄκανος velis retinere, quare ejus sententiam non concludes, καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ ἀκανικὴ μαστίχη? Sed dubitasse satis de hac. Plinius lib. XII, cap. 17, *Sed mastiche quoque gemina est, quoniam et in Asia Græciaque reperitur, herba radice folia emittens, et carduum similem malo seminis plenum, lacrymaque erumpit incisa parte summa vix ut dignosci possit a mastiche vera. Nec non et tertia in Ponto est bituminis similior. Laudatissima autem est Chia candida, cujus pretium in libras* XX, *nigræ vero* XII. *Chia e lentisco traditur gigni gummi modo, adulteratur ut thura, resina.* Petrus Bellonius, *Observation.* lib. II, cap. 8, *Mastiches proventus in ea insula Chio tantus est, ut singulis annis Turcico imperatori pro quaternis vel quinis millibus ducatorum pendant in deductionem ejus summæ quam illi tributi nomine dare debent, et singulas centenas libras centenis quinis ducatis æstimant, quidquid ejus superest sibi reservant. Galli mercatores mastiches pretium idem perpetuo esse considerantes existimant; atque etiam referunt incolas, collecta ejus certa quantitate, reliquam abjicere. Sed id veritati maxime contrarium est : nam, uti diximus magnas impensas in lentisci fruticibus colendis, et curandis faciunt; sed quoniam Turcico imperatori singulis annis pro quatuor, aut plurium millium ducatorum æstimatione pendunt, ejus pretium vel augere, vel imminuere non licet.* In quibus multis labitur Bellonius. Verum enim est, incolas præscripta quantitate collecta reliquam vel abjicere, vel negligere. Falsum,

A eam quæ superest sibi reservare; falsum item pretium mastiches Turcico imperatori nomine tributi persolvi : sed hæc sunt alterius negotii. Dalecampius Plinium reprehendit quod falso mastichem resinis liquidis annumeraverit, lib. XIV, cap. 20. Sed immerito. Mastiche enim dum effluit, antequam coalescat, fluida est quemadmodum et terebinthus. Et forsan tempore Plinii res aliter se habebat ac modo videmus. Communis est omnium in ea insula traditio a majoribus excepta mastichem prius liquidam fluidamque fuisse. Verum postquam sanctus Dei martyr Isidorus in ea insula martyris corona ditatus, ad cœlestem patriam commigravit, in durum corpus veluti gummi concrevisse, idque sanguine tanti martyris præstitum

B fuisse, dum per illas arbores dilacerandus equis immanibus ligatus trahebatur. Facti hujus meminit Nicolaus Pepagomenus oratione in dictum sanctum, quam Latinam a nobis factam una cum Græca publico commodo, Deo dante, edemus. Is itaque ait : Λόγος δέ τις φέρεται καὶ ἡμῶν ἄχρι φθάσας, ὡς τὸν νῦν καταῤῥέοντα τῶν σχίνων ὀπὸν, καὶ πηγνύμενον, ὥστε πάντες ὁπόσα τούτου παρὰ τοῖς Χίοις μόνοις φορὰ, καὶ ὡς εἴπερ τι τῷ βίῳ τούτῳ λυσιτελέστατον καθ' αὐτόν τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιμιγνύμενον, μὴ πρόσθεν ἰσχυρὰν εἰωθότα λαμβάνειν τὴν πῆξιν, κἀντεῦθεν τοῖς ὕδασιν, ὕοντος, συμπαραφερόμενόν τε καὶ ἀπολλύμενον. Ὅτι μὴ πάνυ μετρίου τινὸς ἄνευ οἱ τοῦ μάρτυρος ἆθλοι, καὶ τὰ λαμπρὰ κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἀγωνίσματα, καὶ τὸ τῆς γνώμης ἀνένδοτον, καὶ αἱ

C συχναὶ καρτερήσεις, εἰς ὃ νῦν ὁρᾶται, πρὸς λίθου φύσιν ἐγγὺς μετεποίησαν, ἅμα τε τούτῳ τοσαύτην εἰργάσατο τὴν ἐπίδοσιν, ὡς μηδένα μικροῦ τῶν ὁπήποτε γῆς οἰκούντων μὴ τῆς κατ' ἔτος ἀπολαύειν φορᾶς. Μηδὲ γὰρ ἂν τοῖς πρὸ τοῦ πᾶσιν Ἀσκληπιάδαις, οὐδενὸς ὅτου τῶν πρὸς ἰατρείαν παθῶν οὐ μεμνημένοις, πολλάκις σχεδὸν ἀμνημοσύνη τούτου προσῆν, καίπερ τοῖς χαριωτάτοις συμβαλλομένου τὰ περιττεύοντα τῶν ὑγρῶν ἀποκαθᾶραι καὶ ἀλγηδόνας ἔστιν ἃς ἐπικουφίσαι τε καὶ κοιμίσαι, καὶ τὰ παρειμένα τοῦ σώματος ἰσχυροποιῆσαι, καὶ νευρῶσαι, φύσιν ἔχοντος. Ὄντως ἀρίστου καὶ θαυμαστοῦ γεωργοῦ καρπὸς ἥδιστος κατ' ἐπωνυμίαν αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν κεκτημένος. Πλὴν ὅσον ὁ μὲν καὶ ψυχὰς καμνούσας ἀξιοῖ θεραπείας, καὶ τοῖς τὸ σῶμα πονήρως ἔχουσι

D δωρεῖται τὴν ἴασιν· ὁ δὲ τῷδε βραχεῖαν ἐνίησι τῆς ἰατρείας ἀπόῤῥοιαν.

Ibid., lin. 11. *Καὶ ἄλλος ὁ τῆς βαλσάμου.* Theophrastus in valle Syriæ nasci, fructum magis odoratum esse quam lacrymam, et incisura facta ex caudice, sive parte superna, æstate tota succum, sed illum paucissimum colligi, lib. IX *De histor. plant.*, cap. 6, Τὸ δὲ βάλσαμον γίνεται μὲν ἐν τῷ Αὐλῶν, τῷ περὶ Συρίαν, παραδείσους δ' εἶναί φασι δύο μόνους, τὸν μὲν ὅσον εἴκοσι πλέθρων τὸν δ' ἕτερον πολλῷ ἐλάττονα. Reliqua vide apud Theophrastum, ex quo Plinius lib. XII, cap. 25, sua accepit, nec convenit in omnibus de historia balsami auctorum sententia. Plinius dicit balsamum uni terrarum Judææ concessum ; Dioscorides concedit etiam

Ægypto; Strabo lib. XVI silvestre nasci tradit in maritimis Sabæorum; Theophrastus silvestre balsamum nullum usquam repertum accepit; Pausanias in *Bœoticis* arbores in Arabia describit, myrtorum magnitudine, foliis amaraci. Vide reliquam historiam viperarum sub ejus fronde latitantium. Plinius incidi vitro, lapide osseisque cultellis, ferro lædi, Theophrastus ferreis unguibus cædi, Plinius primam gratiam esse lacrymæ, secundam semini, tertiam cortici, minimam ligno ait; Theophrastus primam fructus, secundam lacrymæ, ultimam virgarum. Diversam hujus balsami colligendi rationem sine censura narrat Brocardus monachus et se vidisse fatetur, in descriptione terræ sanctæ: *Est etiam ibi hortus Balsami, qui irrigatur a fonte parvo, uberrime tamen fluente, in quo aiunt beatam Virginem puerum Jesum lavisse: ob id habetur fons ille in veneratione, nedum a Christianis, verum et a Saracenis. Modum colligendi balsamum hunc mihi Saraceni ostenderunt. Carpebant folium unum a stipite, adhærent enim folia stipiti, et contra radium solis illud discerpentes, guttam lucidissimam et supra modum odoriferam elicuerunt: et is est verus liquor balsami: qui in phialas vitreas colligitur, et ad diversas mundi partes mittitur, tametsi raro sine mixtura ad regiones nostras perveniat. Aiunt etiam, si folium illud contra radium solis non frangeretur, minime succum illum stillaret.*

Col. 717, lin. 13. *Ἱστοροῦσι δέ τινες καὶ τὸ ἤλεκτρον.* Basilius, hom. 3, Λόγος δέ τίς ἐστι καὶ τὸ ἤλεκτρον ὀπὸν εἶναι φυτῶν εἰς λίθου φύσιν ἀποπηγνύμενον. Psellus *de lapidibus* duplex electrum constituit, unum Indicum, alterum Libyticum, et dicit reperiri juxta fluvium Eridanum, subdit, Ἔνιοι δὲ καὶ δάκρυον αὐτό φασι δένδρου τινός. Κοῦφον γάρ ἐστι καὶ θυμιᾶται, ὡς ὁ λιβανωτὸς καὶ ἡ μαστίχη. Varias auctorum sententias de succino, et ejus origine collegit Plinius, lib. XXXVII, cap. 2 et 3, quas hic recensere ineptum esse duxi. Si quis eruditionem tanti viri et admirari et venerari desiderat, adeat locum mirum sane, et omnimoda prudentia doctrinaque refertissimum. Nos miselli item et pauperes ad illum quid addemus? Aristoteles lib. *De mirabilibus auscultation.* ad fictitia poetarum commenta refugit. Dalecampius aliam succini originem contra Plinium ita narrat: *In regione, quæ succinum mittit, resiniferæ nullæ sunt arbores. At in septentrionalium littorum tractu bituminis certe genus flavum est ut nigrum apud nos in Arvernis, ejusque naphtha flava, qualem e Saxonibus afferunt, et petroleum vocant, ut apud nos atra. Cum ergo fonte suo scaturit bitumen id molle adhuc, et liquidum, obvia quæque amplectitur, retinet, includit. Fluctu vero lambente in altum provolutum magis vertigine, et salsugine, temporisque diuturnitate durescit, ut apud nos pissasphaltum, et jam tum succinum est, sicque concretum in littore ejus scaturigini opposito adversis ventis ejicitur. Gagatis, qui procul dubio bitumen est in visceribus terræ multis sæculis excoctum, glebam habui erutam prope Narbonem in ejus lapidis fodinis dimidia ex parte nigram, altera flavam, succini modo: quod argumento certissimo est, succinum eo modo gigni quo diximus.*

Ibid., lin. 19. *Τοῦτο τὸ ἡλιακὸν φῶς.* Quænam fuerit lux illa prima priscis illis temporibus nec non hisce nostris controversum adhuc est: de qua fuse et enucleate multi disputarunt. Damascenus lib. II, *Fid. orthod.*, c. 7, existimat, lucem illam fuisse elementum ignis. Ambrosius Catharinus ait lucem illam fuisse lucem solis perfectam, æque ac nunc est; cujus perfectionis et pulchritudinis magnum esse argumentum, quod ea Deus ipse suo judicio comprobavit. Beda in *Hexaem.*, Nicolaus *De lyra*, Tostatus, et alii arbitrantur primam illam lucem non fuisse solem, sed corpus quoddam lucidum ad similitudinem densæ lucentisque nubis in superiori parte mundi videlicet, in qua postea sol est positus, quod circa densiorem materiæ partem, quæ medium mundi locum circumplectebatur, in orbem conversum, dierum et noctium vicissitudines efficiebat, et ex illo lucido corpore postea, quarto die formatus est sol amplioris præstantiorisque lucis additione. Dionysius Areopagita part. I, cap. 4, *De divin. nomin.*, quem sequuntur D. Thomas prima parte quæst. 67, art. 4, et quæst. 70, art. 1; Dionysius Carthusianus super primum cap. Genes. art. 9; Pererius et alii existimant, non aliam fuisse, quam lucem solis, sed primo quidem die veluti informem, et imperfectam esse factam, quarto autem die fuisse absolutam et consummatam. Αὐτὸ γάρ ἐστι τὸ φῶς, εἰ καὶ τότε ἀσχημάτιστον ἦν, ὅπερ ὁ θεῖος ἔφη Μωσῆς, καὶ αὐτὴν ἐκείνην τὴν πρώτην ὁρίσαι τῶν καθ' ἡμᾶς ἡμερῶν τριάδα. Καὶ ὥσπερ, etc. Noster auctor, et Basilius cum eo hom. 6, cujus verba hic ascribam, ne eadem sæpius cogar repetere, tradit primam hanc lucem fuisse creatam per se, et immaterialem, quarto autem die factum esse corpus solis, tanquam ejus vehiculum cui insita et impressa est. Τότε μὲν γὰρ αὐτὴ τοῦ φωτὸς ἡ φύσις παρήχθη, νῦν δὲ τὸ ἡλιακὸν τοῦτο σῶμα ὄχημα εἶναι τῷ πρωτογόνῳ ἐκείνῳ φωτὶ παρεσκεύασται. Ὡς γὰρ ἄλλο τὸ πῦρ καὶ ἄλλο ὁ λύχνος, τὸ μὲν τὴν τοῦ φωτίζειν δύναμιν ἔχον, τὸ δὲ παραφαίνειν τοῖς δεομένοις πεποιημένον· οὕτω καὶ τῷ καθαρωτάτῳ ἐκείνῳ καὶ εἰλικρινεῖ, καὶ ἀΰλῳ φωτὶ, ὄχημα νῦν οἱ φωστῆρες κατεσκευάσθησαν. Idem videtur sentire Gregorius Nazianzenus, et alii, quos supra laudavimus. Hanc ultimam sententiam, quamvis miram a quibusdam existimatam, et novum inducentem miraculum quod minime admittendum in historia creationis, ut multis videtur, in sua doctrina ita defenderet Palingenius ex sui *Zodiaci Vitæ* libr. XII, ait enim Deum sua omnipotentia ac scientia extra cœlum plura et majora creasse, quinimo cum potuerit

— Facere infinita, putandum est
Fecisse infinita omnemque explesse vigorem,

Nec servasse in se vanum, vel inutile quidquam.

Hoc autem infinitum esse

Puram, immensam, et sine corpore lucem,
Lucem, qua nostri solis longe minor est lux,
Lucem, quam terreni oculi non cernere possent,
Lucem, quam ex sese effundit Deus infinitam.

Et illam lucem esse sine corpore quod minime videtur inconveniens, cum lux non proveniat a materia, sed a forma,

— Ex qua vis et decor effluit omnis.

Quæ cum concedantur formis corporeis, multo magis concedendum est formis incorporeis.

Præsertim cum sint puræ magis, et tenues, et
Participes multo uberius pulchrique bonique.
Imo inter divos quo quisque potentior est, et
Dignior hoc etiam majori lumine fulget.
Utque inter stellas multo nitidissimus est sol,
Sic inter divos lucet rex ille deorum.
Non tamen obscurat reliquos, quin perficit illos.

Nec requiritur aer, in quo tanquam in subjecto lumen illud inhæreat, cum aer minime sit luminis subjectum, neque lumen sit in aere : *Imo aer contra est in lumine,* et lux, *stare potest absque aeris visu.* Lux vero quæ est in sole, est particula lucis divinæ, ideoque in sole nitescit, quamvis in Deo non comprehendatur propter materiam illius, quæ est luci aptissima.

Illa etiam lux divina est impressa aliorum
Divorum formis, quamvis non omnibus æque,
Ut non stellæ omnes æquali lumine lucent,
Sed magis una alia, quanto hæc perfectior illa est.
Utque una candela alias accendere plures,
Nec tamen ipsa suum amittit, minuitve nitorem ;
Haud secus illa Dei lux inviolata, nihilque
Decrescens alios impertit lumine divos.

Palingenius itaque oppugnatoribus hujus sententiæ ita responderet : Lucem illam ita creatam sine ulla materia potuisse per se subsistere sine aere, in semetipsa veluti in propria forma, quæ erat ab omni corpore et materia separata, et sic nullum novum inducitur miraculum; illa postea lux quarto die fuit soli communicata, non per mutationem substantialem, sed per diversam applicationem, quemadmodum lumen divinum communicatur beatis, qua communicatione fiunt luminosi, siculi multæ candelæ accensæ a prima candela. Sed de hac Palingenii sententia aliorum esto judicium ; quædam esse quæ et caute legi, et prudenter explicari debere censeo. Verum mihi semper in his rebus, in quibus naturæ vis et facultas, rerum difficultate oppressa decumbit, et mentis humanæ acies, oculique caligant, nec nisi afflatu divino confirmari possunt, sanctorum Patrum sententia videtur probabilior, minimeque curiosus intellectum captivo, etsi non eadem quæ et ego, sentientes invenero.

Col. 717, lin. 23. *Καὶ ὡς ἕτερόν τι.* Basilius, hom. 6 : Ὡς οὖν ἕτερον μέν τι τῇ φύσει ἡ λευκότης, ἕτερον δέ τι τὸ λελευκασμένον σῶμα· οὕτω καὶ τὰ νῦν εἰρημένα, διάφορα ὄντα ἥνωται τῇ δυνάμει τοῦ κτίσαντος.

Ibid., lin. 28. *Ἔπειτα τὸν ἥλιον ἐκ τοῦ πυρός.* De solis natura, magnitudine, figura, conversionibus, defectu, signis, et motu, vide quæ refert Stobæus in *Eclogis physicis*, Julianus Apostata, hymno *in Solem*, et Proclus.

Ibid., lin. 47. *Τὸ δ' αὐτὸ παράδειγμα.* Hoc idem uberius prosequitur Basilius hom. 6. Lunam vero solis fulgore tegi, et in totum mutuata ab eo luce fulgere, refert Plinius lib. II, cap. 9, cujus verba cum ad rem faciant hic ascribam. *Solis fulgore eam, ut reliqua sidera, tegi : si quidem in totum mutuata ab eo luce fulgere, qualem in repercussu aquæ volitare conspicimus. Ideo molliore et imperfecta vi solvere, tantum humorem, atque etiam augere, quem solis radii assumant. Ideo et inæquali lumine aspici : quin ex adverso demum plena, reliquis diebus tantum ex se terris ostendat, quantum ex sole ipsa concipiat. In coitu quidem non cerni : quoniam haustum omnem lucis aversa illo regerat unde acceperit.* Apuleius lib. *De Deo Socratis : Luna solis æmula, noctis deus, seu corniculata, seu dividua, seu protumida, seu plena sit, varia ignium face, quanto longius absit a sole, tanto largius illuminata pars incremento itineris et luminis mensem suis actibus ac paribus dispendiis æstimat.* Et hanc ob causam Græci poetæ solis filiam vocant, Euripides in *Phœnissis*,

Ὦ λιπαροζώνου θύγατερ
Ἡελίου,
Σελαναία, χρυσεόκυκλον φέγγος.

Hesiodus vero et Virgilius sororem :

Nec fratris radiis obnoxia surgere luna.

Thales dixit eam a sole illustrari, quod etiam Pythagoras, Parmenides, Empedocles, Anaxagoras et Metrodorus senserunt. Avicenna et Macrobius lunam a sole mutuari lumen credunt : reliqua vero astra de suo collucere. Antipho proprio eam lucere lumine, partes autem ejus absconditas accessu solis obscurari, tanquam imbecillius a fortiori, quemadmodum et aliis stellis contingit ; Anaximander, Xenophanes proprium lunam habere lumen dixerunt ; Aristoteles proprium quidem, sed rarius ; Stoici subobscurum, et aereum ; Berosus auctore Cleomede, atque etiam Vitruvio lib. IX, cap. 4, quem vide, putavit lunæ corpus pilam esse altera parte candentem, altera cæruleam, ejusque mutationem fieri, prout magis minusve a sole corripitur. Causas diversitatis apparentiarum in luna optime exponit Jacobus Milichius, comment. in locum Plinii a nobis supra positum. Verum eorum opinio, qui lunam et proprium lumen habere, itemque a sole mutuari, quam etiam sequitur noster Eustathius, verior est et probabilior ; habet enim suum proprium obscurum quodammodo nec luminosum, carbonum instar, recipit vero solare splendens, clarum quo sese ostendat, aliisque ad videndum quemadmodum interdiu sol viam aperit. Plura de his Cleomedes lib. II *Meteor.*, inter cætera : Ἤδεσαν δὲ καὶ οἱ παλαίτατοι τῶν φυσικῶν τε καὶ ἀστρολόγων, ὅτι ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἡ σελήνη τὸ φῶς ἔχει, ὡς δῆλόν ἐστι πρῶτον μὲν ἐκ τῆς ἐτυμολογίας τοῦ ὀνόματος αὐτῆς, οὕτως ὠνομασμένης ἐκ τοῦ σέλας αὐτὴν νέον ἔχειν ἀεὶ, καὶ ἐκ τοῦ ἐπιδίδοσθαι ἐξῆς

τοῖς εἰς τὰ Ἀρτεμίσια εἰσιοῦσι. Τοῦτο γὰρ μὲν σύμβολόν ἐστι τοῦ ἔξωθεν ἔχειν τὴν σελήνην τὸ φῶς.

Ibid., lin. ult. *Τῆς ἡμέρας ἐκείνης μήτε οὔσης.* Lego μὴ καιούσης, μήτε etc., ad mentem auctoris, qui hæc duo in sole consideravit, lumen et calorem, lumen dedit diei, calorem soli : et ideo hic ait solem tantum ab illa die neque urente, neque calefaciente, sed solum illuminante lumen accipere.

Col. 720, lin. 2. *Ὅτι δὲ ἐκ πυρὸς συνέστηκεν.* Omnes fere veteres philosophi uno ore solem calidum et candens quid esse affirmarunt, etsi in calido hoc exprimendo non convenerint. Euripides in *Phœnissis* ignem vocavit,

Ἥλιε. θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα,

et in *Phaetonte*,

Θερμὴ δὲ ἄνακτος
Φλὸξ ὑπερτέλλουσα γῆς.

Anaxagoras, et Democritus ferrum, vel saxum candens; Parmenides solem et lunam de circulo lacteo voluit excerni, illum quidem a rariore calidi mistura, hanc a densiore frigidi; Xenophanes de nubibus incensis ortum solem putat, et defectum iisdem extinctis evenire, et alium rursus oriri; Theophrastus, physicis igniculis de humida exhalatione componi; Anaximandri et aliorum opiniones vide apud Stobæum in *Eclogis physicis*, pag. 55; et Patres antiqui, Basilius, hom. 6; Augustinus pluribus in locis; Ambrosius lib. II. *Hexaem.* et alii. Et ex recentioribus, Hugo de S. Victore *Adnot. in Genes*, cap. 6, solum, inquit, solem propriam habere lucem, et ipsum ex igne esse factum, reliquas vero stellas ex aerea materia relucere potius, quam lucere. Solem tamen, sicut et cætera astra non esse calidæ, nec igneæ naturæ multi doctores, validissimis rationibus concludunt. Sol enim incorruptibilis est, nec admittit qualitates corruptivas, tales sunt calor et frigus. Astra et sol nec præter naturam, nec violenter moventur : quod si essent ignea id accideret, ignis enim sursum movetur. Sic etiam nullum esset securum et tutum, omnia enim astrorum illo igne conflagrassent, cum non per lucem solum sed etiam per calorem, calefacerent et torrerent. Dicamus igitur, solarem calorem nihil aliud esse quam calorem ignis, solis fulgore, quo naturaliter trahatur, modificatum. Namque cum inter alimentaria corpora igneum solum cœlestem imitatur fulgorem, ipsum vero ita ut plurimi veterum philosophorum, ob eam similitudinem astra ignea esse suspicati sint, fit valde consentaneum, ut similitudinis illius causa facile trahatur ignis cœlesti lumine, quod etiam vestigium quoddam divinitatis ejus corporis est. Si plura cupis, adesis Franciscum Valesium *De sacra philosophia*, cap. 1. Denique sententia est Peripateticorum, solem per lumen facere tam calorem, tam frigus, diversa tamen ratione, illum quidem per se, hoc autem per accidens; nam præsentia luminis facit calorem, absentia vero frigus : quo enim lumen solis, aut nullo modo aut tenuiter pertingit, inibi frigus vigere et roborari cernimus. Ludovicus Fidelis *De mundi struct.* lib. v, cap. 5, quæstionem de calore solis proponit, et ad mentem nostri auctoris ita dissolvit : *Verum hic*, inquit, *nonnihil suboritur anxietatis, an soli perpetuus hæreat calor, an calore prorsus sit destitutus? Circa id varia circumferuntur sensa; nihil tamen alienum a veritate existimaverim, si ut soli splendor semper hærens, etiam internus tribuatur calor : qui circumquaque diffusus hæc calefaciat inferiora. Hinc quanto propius ad nos accedit sol, et nostro zenith vicinior apparet, tanto illius intensior, et quo remotior a nobis, eo debilior percipiatur calor. Et proinde qui zonæ subsunt torridæ vehementiori exuruntur æstu, quod illis sit solis perpendicularis calor, et qui absunt longius, majori rigent frigore. Hinc fit, ut qui sub polo arctico, vel antarctico resident immensis algoribus, sicut qui sub zona torrida continuis subjaceant ardoribus. Fit etiam ut sole horizontem nostrum occupante aer fervidior, et abscedente rigidior deprehendatur.*

Ibid., lin. 4. *Τοῦ διαχωρίζειν ἀνὰ μέσον.* Basilius, hom. 6, Νῦν δὲ ἥλιον ἐπέταξε τοῖς μέτροις τῆς ἡμέρας, καὶ σελήνην, ὅταν ποτὲ πρὸς τὸν ἴδιον κύκλον ἀπαρτισθῇ, ἀρχηγὸν ἐποίησε τῆς νυκτός. Constant. Man. in *Annal.*

Οὕτω μὲν οὖν τετέλετο τὰ κατὰ τοὺς ἀστέρας
Καὶ τέτακτο μὲν ἥλιος ἀστὴρ ἡμεροκράτωρ·
Τὸ δὲ σελήνης βλέφαρον ἐπύρσευσε τὴν νύκτα.

Ibid., lin. 7. *Ἔστι δὲ ἡ νὺξ σκίασμα.* Basilius, hom. 6, Καὶ ἡ νὺξ ἐπὶ τὸ ἐναντίον ταῖς ἀκτῖσιν ὑποχωρεῖ, οὐδὲν ἕτερον οὖσα κατὰ τὴν φύσιν ἢ σκίασμα γῆς. Ὡς γὰρ ἐν ἡμέρᾳ ἡ σκιὰ τῷ ἀντιφράσσοντι τὴν αὐγὴν παρυφίσταται, οὕτως ἡ νὺξ, σκιαζομένου τοῦ περὶ γῆν ἀέρος, συνίστασθαι πέφυκεν. Plinius l. II, cap. 10, *Terra subeunte repentinas obduci tenebras, rursumque illius umbra sidus hebetari. Neque aliud esse noctem quam terræ umbram.* Palingenius in *Zodiaco vitæ*, lib. II.

— Sed nox adversa in parte creatur,
Quippe aliud non est quam terræ atque æquoris umbra.

Ibid., lin. 11. *Καὶ ὁ μὲν ἥλιος ὥσπερ.* De solis præstantia, dignitate, vi admiranda, et potentia Dionysius Areopagita *De divin. nominibus*, cap. 4; Julianus Apostata, Orpheus, Proclus, Lycius, hymn. in solem, Plinius lib. II, cap. 6, elegantissime : *Eorum medius sol fertur, amplissima magnitudine ac potestate : nec temporum modo, terrarumque, sed siderum etiam ipsorum cœlique rector. Hunc mundi esse totius animum, ac planius mentem : hunc principale naturæ regimen ac numen credere decet, opera ejus æstimantes. Hic lucem rebus ministrat aufertque tenebras; hic reliqua sidera occultat : hic vices temporum annumque semper renascentem ex usu naturæ temperat; hic cœli tristitiam discutit, atque etiam humani nubila animi serenat; hic suum lumen cæteris quoque sideribus fœnerat. Præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens, ut principi litterarum Homero placuisse in uno eo video.* De solis encomiis lege Plutarchum lib. *De doctrina principum*; Macrobium I *Saturnalium*; Ambrosium

lib. IV *Hexaem.*, cap. 1; Gregorium Nazianzenum *De nova Dominica*, et orat. II, *De theologia*; Joannem Jovianum Pontanum *Uraniæ* lib. I; Augustinum Eugubinum, *Cosmop.* cap. 1.

Col. 720, lin. 13. *Ἡ δὲ σελήνη οὐχ οὕτω.* De variis lunæ mutationibus supra nescio quæ diximus. Quidam augmentum lunæ flammæ incremento tribuere, quæ ordine paulatim cresceret, donec plena reddatur, rursumque eodem pacto decrescere, donec in conjunctione prorsus exstinguatur, id quod etiam de menstrua occultatione Xenophanes asserebat.

Ibid., lin. 16. *Χρόνον δὲ ἥλιος καί.* De tempore, ejus natura et aliis ad tempus spectantibus plura philosophi in physicis.

Ibid., lin. 22. *Τὸ δὲ ἔστωσαν εἰς σημεῖα.* Nonnulli verba hæc astrologiæ quam vocant judiciariam, et pondus addere et auctoritatem præsumunt, et illam scientiam, si quæ est a Deo, ab ipso statim mundi exordio, hoc testimonio corroboratam, quin et mortalibus ad eam aucupandam, et sudoribus, et vigiliis propositam gloriantur. Inquiunt enim, in ipsa siderum positione et aspectu, veluti in tabula quadam cerni omnia, quæ usquam mundo huic inferiori eventura sunt, omni dubietate ac incertitudine sublata. Verum hæc sententia quam habeat validitatem et robur, et quibus nitatur fundamentis ac rationibus alii ante nos satis accurate tradiderunt, nec ratio nostræ scriptionis id poscit ut et nos eadem repetamus; rerum eventus, quæ sit hæc vanitas, quotidie etiam nolentibus demonstrat. Basilius in hunc locum acriter contra hosce astrologos invehitur. Chrysostomus, et Gregorius Magnus in II cap. Matthæi, Augustinus lib. II, *super Genes. ad litteram*, c. 17, et lib. II, *De doctrina Christiana*, cap. 21, et alibi; Eusebius *De præparatione Evangel.* lib. XIV, cap. 4; et lib. VI, cap. 9. Quin et ingenti voluminum copia contra eos scripserunt Diodorus, Tarsensis episcopus, referente Photio in *Bibliotheca*, et Bardesanes Syrus eo dialogo quem, rogatu amicorum, de fato, et adversus Chaldæos conscripsit, ut memorat Eusebius lib. VI, *De præparat. Evang.*, cap. 8, et ex recentioribus Joannes Picus duodecim libris et alii. Plerique cum nostro Eustathio verba hæc pertinere existimant ad signa naturalium effectuum, serenitatis, pluviæ, ventorum, sterilitatis, sanitatis, morborum, serendi, secandi, navigandi, et medicandi, de quibus lib. XVIII, cap. 35, copiose Plinius, collector *Georgicorum*, Aratus et alii; et nos nonnulla ex illis excerpere conabimur.

Ibid., lin. 23. *Ἀχλὺς γὰρ τὸ ἀέρι.* Basilius, hom. 6, Ἐπειδὰν γὰρ δι' ἀχλύος ἡ ἀναφορὰ γένηται τοῦ ἡλίου, ἀμαυροῦνται μὲν αἱ ἀκτῖνες, ἀνθρακώδης δὲ καὶ ὕφαιμος τὴν χρόαν ὁρᾶται, τῆς παχύτητος τοῦ ἀέρος ταύτην ἐμποιούσης τὴν φαντασίαν ταῖς ὄψεσι. Μὴ διαχυθεὶς δὲ ὑπὸ τῆς ἀκτῖνος ὁ πεπυκνωμένος τέως καὶ συνεστὼς ἀὴρ, δῆλός ἐστι διὰ τὴν ἀπόῤῥοιαν τῶν ἐκ τῆς γῆς ἀτμῶν κρατηθῆναι μὴ δυνηθεὶς, ἀλλὰ τῷ πλεονασμῷ τοῦ ὑγροῦ χειμῶνα ἐπάξων

A τοῖς χωρίοις περὶ ἃ συναθροίζεται. Plinius loco dicto: Cum orientis atque occidentis radii rubent coire pluvias. Cum oriente radii non illustres eminebunt, quamvis circumdati nube non sint, pluviam portendunt. Si ante exortum nubes globabuntur hiemem asperam denuntiabunt; si nubes solem circumcludent, quanto minus luminis relinquetur, tanto turbulentior tempestas erit; si vero etiam duplex orbis fuerit eo atrocior. Quod si in exortu fiet ita ut rubescant nubes maxima ostendetur tempestas. Plurima his similia refert Aratus Περὶ διοσημείων. Collector *Georgicorum* lib. I, Καὶ ὁ ἥλιος δὲ, ἀνατέλλων καὶ μελαινόμενος, ὄμβρους δηλοῖ. Καὶ ἀνατέλλοντος δὲ τοῦ ἡλίου, ἐὰν παρὰ τὰς ἀκτῖνας σκοτεινὸν νέφος φανῇ, ὄμβρον δηλοῖ. Δυόμενος δὲ ὁ

B ἥλιος, ἐὰν κατὰ τὸ ἀριστερὸν μέρος νέφος μέλαν ἔχῃ πλησίον, εὐθέως ὄμβρον προσδοκᾶν· βρονταὶ δὲ καὶ ἀστραπαὶ ὅθεν γίνονται, ἐκεῖθεν τὸν χειμῶνα δηλοῦσι.

Ibid., lin. 28. *Ὅταν δὲ αἱ λεγόμεναι ἅλως.* Basilius, hom. 6, Καὶ τῷ ἡλίῳ δὲ ὅταν αἱ λεγόμεναι ἅλως περιγραφῶσιν, ἢ ὕδατος ἀερίου πλῆθος, ἢ πνευμάτων βιαίων κίνησιν ἀποφαίνουσιν· ἢ καὶ οὓς ὀνομάζουσιν ἀνθηλίους, ὅταν συμπεριτρέχωσι τῇ τοῦ ἡλίου φορᾷ, συμπτωμάτων τινῶν ἀερίων σημεῖα γίνονται. Ὥσπερ οὖν καὶ αἱ ῥάβδοι, αἱ κατὰ τὴν χρόαν τῆς ἴριδος εἰς ὀρθὸν τοῖς νέφεσιν ἐμφαινόμεναι, ὄμβρους, ἢ χειμῶνας ἐξαισίους, ἢ ὅλως τὴν ἐπὶ πλεῖστον μεταβολὴν τοῦ ἀέρος ἐνδείκνυνται. Aratus:

C *Οὐδὲ μὲν ἠελίου σχεδόθεν μελανεῦσαι ἀλωαὶ*
Εὔδιοι, ἀσσότεραι δὲ καὶ ἀστεμφὲς μελανεῦσαι
Μᾶλλον χειμέριαι. Δύο δ' ἂν χαλεπώτεραι εἶεν.

Ptolemæus quoque lib. II, cap. ultimo arearum animadversionem non neglexit: nam si una fuerit pura paulatimque evanescat, serenitatem: sin duæ aut tres, hiemem significant. Atque hac cum ventorum turbulentia, subrubræ, quasique perruptæ, cum nive, caliginosæ vero, ac spissæ hæc accidentia majora ac severiora portendunt. Aratus hæc prognostica ita describit:

Εἰ δέ κέ μιν περὶ πᾶσαν ἀλωαὶ κυκλώσονται,
Ἢ τρεῖς ἠὲ δύο περικείμεναι, ἠὲ μί' εἴη,
Τῇ μὲν ἴῃ ἀνέμοιο γαληναίης τε δοκεύειν
Ῥηγνυμένη ἀνέμοιο· μαραινομένη δὲ γαλήνης.
Ταὶ δύο δ' ἂν χειμῶνι περιτροχάοιτο σελήνη.
D *Μείζονα δ' ἂν χειμῶνα φέρει τριέλικτος ἀλωὴ*
Καὶ μᾶλλον μελανεῦσαι, καὶ εἰ ῥηγνοίατο μᾶλλον.

Areas has coronas vocavit Plinius lib. II, cap. 29, quando videlicet circa solem et lunam, vel aliam claram stellam circulus conspicitur. *Exsistunt eædem coronæ circa lunam, et circa nobilia astra cælo quoque inhærentia.* Aristoteles de his lib. III, *Meteor.* omnium absolutissime.

Ibid., lin. 31: *Ἐπὰν δὲ καὶ οἱ καλούμενοι.* Aratus:

Σκέπτεο δ' ἢ ἀνιόντος, ἢ αὐτίκα δυομένοιο
Εἴ που οἱ νεφέων τὰ παρήλια κικλήσκονται.
Ἢ νότου, ἠὲ βορῆος ἐρεύθεται ἢ ἑκάτερθεν,
Μὴ δ' οὕτω σκοπιὴν ταύτην ἀμιρῆνα φυλάσσειν·
Οὐ γὰρ ὅτ' ἀμφοτέρωθεν ὁμοῦ περὶ μέσσον ἔχωσιν
Ἠέλιον κεῖναι νεφέλαι σχεδὸν Ὠκεανοῖο,

Γίγνεται ἀμβολίη διόθεν χειμῶνος ἰόντος.
Εἰ γε μὲν ἐκ βορέαο μιγ' οἴη φοινίσσοιτο,
Ἐκ βορέω πνοιάς κε φέροι· νοτίη δὲ νότοιο.
Ἢ καί που ῥαβδίγγες ἐπιτροχόωσ' ὑετοῖο,
Ἑσπερίοις καὶ μᾶλλον ἐπιπρεπὲς ἤματι τούτοις·
Ἑσπερόθεν γὰρ ὅμως σημαίνεται ἐμμενὲς αἰεί.

De antheliis, sive pareliis, Aristoteles, Plinius, et alii.

Col. 720, lin. 33 : *Καὶ πάλιν ἡνίκα ῥάβδοις.* Aristoteles *Meteor.* lib. III, parelia scribit, et virgas eadem ex causa fieri, sed nubis habitu diverso, siquidem cum illa caliginosa, et æqualis, ac præterea aquosa densaque fuerit, tum visum tanquam a levi speculo ad solem reflexum candorem concipere. Solem enim et colore et figura referre parelium, ac nubis quidem æqualitatem coloris esse causam, reflexionem autem visus ad nubem tanquam speculum figuræ, cum illa ut nondum sit aqua, ita confestim sit in ea mutanda, ideoque pluviam portendere parelium magis ad austrum quam ad boream situm, quod illius aer facilius quam hujus in aquam transeat. Denique oriente et occidente sole cerni, non alte sed oblique sita, ut et virgas, quæ propter nubium inæqualitatem sic vocantur.

Ibid., lin. 38. *Ἡ δὲ σελήνη ἐπειδὰν ἐν τῇ τρίτῃ.* Basilius, hom. 6, Λεπτὴ μὲν γὰρ οὖσα περὶ τρίτην ἡμέραν καὶ καθαρὰ, σταθερὰν εὐδίαν κατεπαγγέλλεται· παχεῖα δὲ ταῖς κεραίαις, καὶ ὑπέρυθρος φαινομένη, ἢ καὶ ὕδωρ λάβρον ἀπὸ νεφῶν, ἢ νότου βιαίαν κίνησιν ἀπειλεῖ. Ex quibus corrigo textum Eustathii, ὕδωρ λάβρον, ἢ νότον βίαιον. Aratus luculenter hæc omnia :

C

Λεπτὴ μὲν καθαρή τε περὶ τρίτον ἦμαρ ἐοῦσα,
Εὔδιός κ' εἴη, λεπτὴ δὲ καὶ οὐ μάλ' ἐρευθὴς
Πνευματίη. Παχίη δὲ καὶ ἀμβλείῃσι κεραίαις
Τέτρατον ἐκ τριτάτοιο φόως ἀμενηνὸν ἔχουσα
Ἢ νότῳ ἀμβλύνεται, ἢ ὕδατος ἐγγὺς ἐόντος.

Varro : *Si quarto die luna erit directa, magnam tempestatem in mari præsagiet, nisi si coronam circa se habebit, et eam sinceram : quoniam illo modo non ante planam lunam hiematurum ostendit, si plenilunio per dimidium pura erit, dies serenos significabit : si rutila, ventos : nigrescens, imbres. Si caligo orbis nubem incluserit, ventos qua se ruperit : si gemini orbes junxerint, majorem tempestatem, et magis si tres erunt, aut nigri, aut interrupti, atque distracti. Nascens luna si cornu superiore obatro surget, pluvias decrescens dabit, si inferiore, ante plenilunium, si in media nigritia illa fuerit, imbrem in plenilunio. Si plena circa se habebit orbem, ex qua parte his maxime splendebit, ex ea ventum ostendet; si in ortu cornua crassiora fuerint, horridam tempestatem. Si ante quartam non apparuit, vento Favonio flante, hiemalis toto mense erit. Si decima sexta vehementius flammea apparuerit, asperas tempestates præsagiet.* His similia habet Plinius libro dicto, et auctor *Geoponicorum*, lib. I; Ruellius collect. *De nativitate stirpium*, lib. II, cap. *De præsagiis solis et lunæ;* et Theophrastus.

D

Ibid., lin. 42. *Ὄργανα οὖν χρόνων.* Augustinus *De Genesi ad litt.* lib. II, cap. 16, *Certe*, inquit, *vel*

A

hoc concedant oculis nostris, ut ea duo sidera, manifestum sit amplius cæteris lucere super terram, nec diem clarescere nisi luce solis, nec noctem tot stellis fulgentibus, ita lucere si luna desit, quemadmodum præsentia illius illustratur.

Ibid., lin. 44. *Τὰ δὲ ἄστρα καὶ μηνῶν.* De varia astrorum observatione in agrorum cultura, multa veteres, Plinius, Theophrastus, Varro, auctor *Geoponicorum*, et alii.

Ibid., lin. 46. *Καὶ αἱ πλειάδες ἀνατέλλουσαι.* Hesiodus in *Ἔργοις καὶ ἡμέραις*, l. II.

Πληϊάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων,
Ἄρχεσθ' ἀμητοῦ· ἀρότοιο δὲ δυσσομενάων·
Αἳ δή τοι νύκτας τε καὶ ἤματα τεσσαράκοντα
Κεκρύφαται· αὖτις δὲ περιπλομένου ἐνιαυτοῦ
Φαίνονται, τὰ πρῶτα χαρασσομένοιο σιδήρου.

B

Et Columella, *De re rustica*, lib. II, cap. 8, *Placet nostro poetæ adoreum, atque etiam triticum non ante seminare quam occiderint Virgiliæ : quod ipsum numeris sic edisserit :*

At si triticeam in messem, robustaque farra
Exercebis humum solisque instabis aristis,
Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur.

Absconduntur autem altero et tricesimo die post autumnale æquinoctium, quod fere conficitur nono Kalend. Octobris : propter quod intelligi debet tritici satio dierum sex et quadraginta ab occasu Virgiliarum qui fit ante diem IX Kalend. Novembris ad brumæ tempora : sic enim servant prudentes agricolæ, ut quindecim diebus prius quam conficiatur bruma, totidemque post eam confectam neque arent, neque vitem aut arborem putent.

Ibid., lin. 54. *Πρὸ δὲ τούτων χρόνος.* Idque demonstrari potest argumento validissimo ex Aristotelis doctrina, præsupposito tempus esse numerum motus. In quo autem differat ævum a tempore plura Proclus Diadochus in *Theologia Platonica*.

Ibid., lin. 57. *Καιροὺς δὲ λέγειν ἡγούμεθα.* Basilius, hom. 6, Καιροὺς δὲ λέγειν ἡγούμεθα τὰς τῶν ὡρῶν ἐναλλαγὰς, χειμῶνος, καὶ ἔαρος, καὶ θέρους, καὶ μετοπώρου· ἃς εὐτάκτως περιοδεύειν ἡμᾶς τὸ τεταγμένον τῆς κινήσεως τῶν φωστήρων παρέχει. De quatuor anni temporum vicissitudine nonnulla, etsi pueriliter philosophatur, et quasi plastice proponit Eustathius, sive Eumathius Macrembolita lib. IV *De amoribus Ismenes et Ismeniæ*.

Col. 721, lin. 1. *Καὶ χειμὼν μὲν γίνεται.* Basilius, hom. 6, Χειμὼν μὲν γὰρ γίνεται τοῖς νοτίοις μέρεσι τοῦ ἡλίου προσδιατρίβοντος, καὶ πολὺ τὸ νυκτερινὸν σκίασμα περὶ τὸν καθ' ἡμᾶς τόπον ἀποτελοῦντος, ὥστε καταψύχεσθαι μὲν τὸν περὶ γῆν ἀέρα, πάσας δὲ τὰς ὑγρὰς ἀναθυμιάσεις, συνισταμένας περὶ ἡμᾶς, ὄμβρων τε αἰτίαν καὶ κρυμῶν, καὶ νιφάδος ἀμυθήτου παρέχειν. Gemin. *De apparent. cœlest.*, Τροπὴ δέ ἐστι χειμερινὴ, ὅταν ὁ ἥλιος πορρωτάτῳ ἡμῶν τῆς οἰκήσεως γένηται, καὶ ταπεινότατος ὡς πρὸς τὸν ὁρίζοντα, καὶ νοτιώτατον κύκλον γράφῃ, καὶ μεγίστην πασῶν τῶν ἐν ἐνιαυτῷ νύκτα ποιήσηται, ἐλαχίστην δὲ ἡμέραν.

Ibid., lin. 7. *Ἐπειδὰν δὲ ἐπανιών.* Basilius,

hom. 6, Ἐπειδὰν δὲ ἐπανιὼν πάλιν ἀπὸ τῶν μεσημβρινῶν χωρίων ἐπὶ τοῦ μέσου γένηται, ὥστε ἐξ ἴσου μερίζειν νυκτὶ πρὸς ἡμέραν τὸν χρόνον, ὅσον πλεῖστον τοῖς ὑπεργείοις προσδιατρίβει τόποις, τοσούτῳ κατὰ μέρος ἐπανάγει τὴν εὐκρασίαν, καὶ γίνεται ἔαρ πᾶσι μὲν φυτοῖς τῆς βλαστήσεως ἀρχηγὸν, δένδρων δὲ τοῖς πλείστοις παρέχον τὴν ἀναβίωσιν, ζώοις δὲ χερσαίοις, καὶ ἐνύδροις ἅπασι τὸ γένος φυλάσσον ἐκ τῆς τῶν ἐπιγινομένων διαδοχῆς. Geminus : Ἐαρινὴ μὲν οὖν ἰσημερία γίνεται περὶ τὴν τῶν ἀνθέων ἀκμὴν ἐν Κριοῦ μιᾷ μοίρᾳ. Vide de hoc plura apud Ciceronem, II *De natur. Deorum*.

Col. 721, lin. 11. *Καὶ γίνεται ἔαρ τοῖς μὲν φυτοῖς*. Longus sophista *Pœmenicon* lib. I, Ἦρος ἦν ἀρχὴ, καὶ πάντα ἤκμαζεν ἄνθη, τὰ ἐν δρυμοῖς, τὰ ἐν λειμῶσι, καὶ ὅσα ὄρεια. Βόμβος ἦν ἤδη μελιττῶν, ἦχος ὀρνίθων μουσικῶν, σκιρτήματα ποιμνίων ἀρτιγεννήτων· ἄρνες ἐσκίρτων ἐν τοῖς ὄρεσιν, ἐβόμβουν ἐν τοῖς λειμῶσιν αἱ μέλιτται, τὰς λόχμας κατῇδον ὄρνιθες.

Ibid., lin. 13. *Ἐκεῖθεν δὲ ἤδη*. Basilius, hom. 6, Ἐκεῖθεν δὲ ἤδη πρὸς θερινὰς τροπὰς ἐπ' αὐτὴν τὴν Ἄρκτον ἀπελαύνων ὁ ἥλιος τὰς μεγίστας ἡμῖν τῶν ἡμερῶν παρίστησι, καὶ διὰ τὸ ἐπὶ πλεῖστον προσομιλεῖν τῷ ἀέρι, αὐτόν τε καταφρίσσει τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν ἀέρα, καὶ τὴν γῆν πᾶσαν καταξηραίνει, τοῖς τε σπέρμασιν ἐκ τούτου συνεργῶν πρὸς τὴν ἄδρησιν καὶ τῶν δένδρων καρποὺς κατεπείγων ἐπὶ τὴν πέψιν, ὅτε καὶ φλογωδέστατός ἐστιν ἑαυτοῦ ὁ ἥλιος, βραχείας ποιῶν τὰς σκιὰς ἐπὶ τῆς μεσημβρίας, διὰ τὸ ἀφ' ὑψηλοῦ τὸν περὶ ἡμᾶς καταλάμπειν τόπον. Geminus : Τροπὴ δὲ θερινὴ γίνεται περὶ τὴν τῶν καυμάτων ἐπίτασιν ἐν Καρκίνου μιᾷ μοίρᾳ, ὅπου ὁ ἥλιος τὸν βορειότατον κύκλον γράφει, καὶ μεγίστην πασῶν τῶν ἐν ἐνιαυτῷ ἡμέραν ἐπιτελεῖ, ἐλαχίστην δὲ τὴν νύκτα. Longus *Pœmenicon* libr. I, Ἦρος οὖν ἤδη τέλος, καὶ θέρους ἀρχὴ, καὶ πάντα ἐν ἀκμῇ, δένδρα ἐν καρποῖς, πεδία ἐν ληΐοις· ἡδεῖα μὲν τεττίγων ἠχὴ, γλυκεῖα καὶ ἡ τῆς ὀπώρας ὀδμὴ, τερπνὴ δὲ ποιμνίων βληχή. Εἴκασεν ἄν τις καὶ τοὺς ποταμοὺς ᾄδειν ἠρέμα ῥέοντας, καὶ τοὺς ἀνέμους συρίττειν ταῖς πίτυσιν ἐμπνέοντας, καὶ τὸν ἥλιον φιλόκαλον ὄντα πάντας ἀποδύειν

Ibid., lin. 19. *Ἐν γὰρ ταῖς βραχυτάταις*. Basilius, hom. 6, Μέγισται γάρ εἰσιν ἡμερῶν, ἐν αἷς βραχύταταί εἰσιν αἱ σκιαὶ, καὶ βραχύταται πάλιν ἡμέραι αἱ τὰς σκιὰς ἔχουσαι μακροτάτας· καὶ τοῦτο παρ' ἡμῖν τοῖς ἑτεροσκίοις λεγομένοις, ὅσοι τὰ ἀρκτῷα τῆς γῆς ἐποικοῦμεν. Horum accuratam expositionem habes apud Cleomedem, *Meteor.* lib. I.

Ibid., lin. 20. *Καὶ πάλιν ἀπὸ τῶν προσαρκτίων*. Basilius, hom. 6, Ἐντεῦθεν διαδεξαμένη ἡμᾶς τοῦ μετοπώρου ἡ ὥρα ἀποθραύει μὲν τοῦ πνίγους τὸ ὑπερβάλλον, κατὰ μικρὸν δὲ ὑφιεῖσα τῆς θέρμης διὰ τῆς κατὰ τὴν κρᾶσιν μεσότητος ἀβλαβῶς ἡμᾶς δι' ἑαυτῆς τῷ χειμῶνι, προσάγει δηλονότι τοῦ ἡλίου πάλιν ἀπὸ τῶν προσαρκτίων ἐπὶ τὰ νότια ὑποστρέφοντος. Geminus : Ἰσημερία δέ ἐστι φθινοπωρινὴ, ὅταν ὁ ἥλιος ἀπ' ἄρκτων πρὸς μεσημβρίαν παροδεύων, πάλιν ἐπὶ τοῦ ἰσημερινοῦ γένηται κύκλου, καὶ ἴσην τὴν ἡμέραν τῇ νυκτὶ ποιήσηται. De modo incrementi, et decrementi dierum ac noctium, ac temporum mutatione, vicissitudine, caloris et frigoris successione, sole per spatia zodiaci quæ sunt inter æquinoctialia et tropica puncta percurrente, et eorum causa diligenter admodum Cleomedes libr. jam dicto, I, *Meteororum*; et Plinius lib. XVIII, cap. 25.

Ibid., lin. 25. *Οὐ ποιεῖ δὲ τὴν ἡμέραν*. Basilius, hom. 6, Ἔστωσαν δὲ καὶ εἰς ἡμέρας, οὐχ ὥστε ἡμέρας ποιεῖν, ἀλλ' ὥστε κατάρχειν τῶν ἡμερῶν. Ἡμέρα γὰρ καὶ νὺξ πρεσβύτερα τῆς τῶν φωστήρων γενέσεως. Τοῦτο γὰρ ἐνδείκνυται ἡμῖν καὶ ὁ ψαλμὸς λέγων· *Ἔθετο ἥλιον εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας, σελήνην καὶ ἀστέρας εἰς ἐξουσίαν τῆς νυκτός*. Πῶς οὖν ἔχει τὴν ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας ὁ ἥλιος; Ὅτι τὸ φῶς ἐν ἑαυτῷ περιφέρων, ἐπειδάν ποτε τὸν καθ' ἡμᾶς ὁρίζοντα ὑπεράρῃ, ἡμέραν παρέχει διαλύσας τὸ σκότος.

Ibid., lin. 34. *Ἡ δὲ σελήνη ἐπειδάν*. Basilius, hom. 6, Σελήνη μὲν, ἐπειδὰν δωδεκάκις τὸν ἑαυτῆς ἐκτελέσῃ δρόμον, ἐνιαυτοῦ ἐστι ποιητική· πλὴν ὅτι μηνὸς ἐμβολίμου δεῖται πολλάκις πρὸς τὴν ἀκριβῆ τῶν ὡρῶν συνδρομήν· ὡς Ἑβραῖοι τὸ παλαιὸν τὸν ἐνιαυτὸν ἦγον, καὶ τῶν Ἑλλήνων οἱ ἀρχαιότατοι. Ludovicus Fidelis *De mundi structura*, lib. V, cap. 5, *Sunt autem annorum hi, ut aiunt, lunares, illi solares. Lunares tredecim lunæ revolutionibus : solares una completa solis a puncto Arietis, usque ad idem punctum revolutione duodecim menses, seu trecentos sexaginta quinque dies complectente, uno addito quadrante perficiuntur. Annus autem bissextilis dicitur, qui quarto quoque anno* 366 *diebus completur*. Plura de hoc anno Censorinus, Josephus Scaliger et alii.

Ibid., lin. 35. *Πλὴν ὅτι μηνὸς ἐμβολίμου*. Plinius libr. II, capit. 8, *Deinde solis meatum esse partium quidem trecentarum sexaginta : sed ut observatio umbrarum ejus redeat ad notas, quinos annis dies adjici, superque quartam partem diei, quam ob causam quinto anno unus intercalaris dies additur, ut temporum ratio solis itineri congruat*. De anno intercalari et mense vide Solinum capit. III, Petrum Nannium *Symmicton* lib. V, et alios qui de emendatione temporum scripserunt.

Ibid., lin. 37. *Ὁ γὰρ ἡλιακὸς ἐνιαυτός*. Basilius, hom. 6, Ἡλιακὸς δέ ἐστιν ἐνιαυτὸς ἡ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἐπὶ τὸ αὐτὸ σημεῖον κατὰ τὴν οἰκείαν κίνησιν τοῦ ἡλίου ἀποκατάστασις. Et Isaacus Argyrus in *Canone paschali*, cap. 1, Ἐπειδὴ γὰρ ὁ ἐνιαυτὸς τῇ τοῦ ἡλίου κινήσει παραμετρεῖται, ἡ δὲ τοῦ ἡλίου κίνησις κυκλικῶς ἐνεργουμένη καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου εἰς τὸ αὐτὸ ἀποκαθισταμένη τὸν ἐνιαυτὸν ὁρίζει. Et Geminus libello *De Apparent. cœlest.*, Ὁ δὲ ἥλιος ἐνιαυτῷ διαπορεύεται τὸν ζωδιακὸν κύκλον· ἔστι γὰρ ἐνιαύσιος χρόνος, ἐν ᾧ ὁ ἥλιος περιπορεύεται τὸν ζωδιακὸν κύκλον, καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἐπὶ τὸ αὐτὸ σημεῖον ἀποκαθίσταται. Ὁ δὲ χρόνος οὗτός ἐστιν ἡμερῶν τξεδον'· ἐν τοσαύταις γὰρ ἡμέραις τὰς τξ' μοίρας παροδεύει ὁ ἥλιος· ὥστε

παρὰ μικρὸν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ μοῖραν κινεῖσθαι τὸν ἥλιον.

Col. 721, lin. 39. *Τῆς δὲ σελήνης ληγούσης*. Basilius, hom. 6, Οἶμαι δὲ καὶ τῇ τῶν ζώων κατασκευῇ, καὶ τοῖς ἀπὸ γῆς φυομένοις, μὴ μικρὰν ὑπάρχειν ἐκ τῆς κατὰ τὴν σελήνην μεταβολῆς τὴν συντέλειαν. Ἄλλως γὰρ διατίθεται μειουμένης αὐτῆς, καὶ ἄλλως αὐξομένης τὰ σώματα, νῦν μὲν ληγούσης ἀραιὰ γενόμενα, καὶ κενά, νῦν δὲ αὐξομένης, καὶ πρὸς τὸ πλῆρες ἐπειγομένης, καὶ αὐτὰ πάλιν ἀναπληρούμενα. Sextus Empyricus in eamdem sententiam l. VIII, *Adv. mathem.*, Κατὰ γὰρ τὰς τῆς σελήνης αὐξήσεις καὶ φθίσεις πολλὰ τῶν τε ἐπιγείων ζώων καὶ θαλασσίων φθίνει τε καὶ αὔξει, ἀμπώτεις τε καὶ πλημμυρίδες περί τινα μέρη τῆς θαλάσσης γίνονται. Hæc eadem incremento ejusdem augeri, decremento minui dicit Plinius lib. II, cap. 41, et cap. 99, ubi potestatem lunæ et terrenam et marinam explicat. Consule item Ælianum *De hist. anim.* lib. IX, cap. 4, qui etiam lib. XII, cap. 13, narrat, physam Ægyptium piscem, necnon et illius jecur cum luna pariter decrescere, pariterque recrescere. Plura quæ συμπάθειαν habent cum luna augescente, et senescente enumerat Gellius lib. XX, cap. 8, refertque Lucilii versus huc pertinentes. Manilius procem. lib. II, sic ait,

Sic submersa fretis, concharum et carcere clausa
Ad lunæ motum variant animalia corpus.

Hippocrates, sive quis alius libello *De Astronomia*, ex interpretatione Gulideoli Mordici : *Aspice lunam quando est plena lumine, quia tum crescit sanguis, et medulla in omni homine, et bestiis omnibus. Idem fit in mari et cunctis in rebus mundanis.* Ptolemæus, Ἥ τε σελήνη ὡς περιγειοτάτη δίδωσι τοῖς πρὸς τῇ γῇ τὴν ἀπόῤῥοιαν, συμπαθούντων αὐτῇ, καὶ συντρεπομένων τῶν πλείστων, καὶ ἐμψύχων καὶ ἀψύχων· καὶ ποταμῶν συναυξόντων καὶ συμμειούντων τοῖς φωσὶν αὐτῆς τὰ ῥεύματα, θαλασσῶν δὲ συντρεπουσῶν ταῖς ἀνατολαῖς· et interpres anonymus *Tab. Ptolem.*, Ὁρῶ μὲν γὰρ καὶ τὰ θαλάττια ζῶα συναυξανόμενα καὶ συμμειούμενα τῇ σελήνῃ, καὶ ἡμῶν δὲ αὐτῶν τινα μέρη τοῦ σώματος, οἷον ὄνυχας καὶ τρίχας· ἦν δέ τι καὶ ἱερὸν ζῶον ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ταῦρος ἀνακείμενος τῇ θεῷ, οὗ ἡ σόθη συνηύξανεν αὐτῇ, καὶ συνεμειοῦτο. Εἰσὶ δὲ καὶ νῦν συμφθίνοντες, καὶ συναυξοῦντες λίθοι τινὲς τῇ θεῷ. Horat. II, sermonum 4 :

Lubrica nascentes implent conchilia lunæ.

Isidorus libr. XII, cap. 6, *Omnium clausorum maris animalium, atque concharum incremento lunæ membra turgescunt; defectu evacuantur. Lunæ enim, cum in augmento fuerit, auget humorem, cum vero in defectum venerit, humores minuuntur*, etc. Ludovicus Fidelis *De mund. struct.* libr. V, cap. 5, *Lunæ*, inquit, *diversitate, incremento vel decremento, augentur vel minuuntur, impinguantur, vel marcescunt corpora inferiora, quod animantia bruta, aves ac pisces, illorumque medullæ, imo et maris accessus vel recessus liquido monstrant. Norunt pariter experti medici morbos, morborumque periodos, et ipso lunæ incremento, plenilunio, vel decremento nau æ vela committunt; agricolæ aspectu lunæ diverso terras aratro findunt, fimo impinguant, semina spargunt, segetes metunt, cæteraque agris ac hortis colendis diligenter adaptant, et id generis plurima astrorum referri possent signa.* Oppianus Ἁλιευτικῶν quinto, versu 589 :

Ἔθνεα δ' ὀστράκινα, τά θ' ἑρπύζουσι θαλάσσῃ
Πάντα φάτις, μήνης μὲν ἀεξομένης κατὰ κύκλον,
Σαρκὶ περιπλήθειν, καὶ πλείονα ναίεμεν οἶκον·
Φθινούσης δ' ἐξαῦτις ἀφαυροτέροις μελέεσσι
Ῥικνοῦσθαι· τοίη τις ἐνὶ σφίσιν ἔστιν ἀνάγκη.

Et Plinius lib. IX, cap. 31, *Cancri et omnia ejus generis hieme læduntur, autumno et vere pinguescunt et plenilunio magis, quia nocte sidus tepido fulgore mitificat.* Quibus manifestum est, non tantum conchilia, sed animalia, et multos præterea lapides aliaque diversissimi generis cum luna crescere, et decrescere. Nonnus *Dionysiacon* V, de selenete lapide

— Τῇ δὲ σελήνης
Εἶχε λίθον πάλλευκον, ὃς εὐκεράοιο θεαίνης
Λειπομένης μινύθει, καὶ ἀέξεται ὁππότε μήνη
Ἀρτιφανὴς σέλας ὑγρὸν ἀποστίλβουσα κεραίης
Ἠελίου γενετῆρος ἀμέλγεται αὐτόγονον πῦρ.

Psellus de lapidibus : Ὁ σεληνίτης. Καλεῖται δὲ οὕτως, ὅτι ὀφθαλμὸν οἷόν τινα συναυξόμενον τοῦτον καὶ συμμειούμενον ταῖς τῆς σελήνης αὐξήσεσι καὶ συμμειώσεσι δείκνυται. Vide Philippum Maussacum in notat. ad Plutarchum de flumin. in *Hydaspe*, et Cæsarem Ævolum Neapolitanum *De causis antipathiæ et sympathiæ rerum naturalium* in fine. Et Rodulphus Goclenius in *Morosophia* Joannis Roberti pag. 171, et sequent., plura ex laudatis auctoribus congerit, de vi et efficacia lunæ in his inferioribus. Mirum item est quod in Herbarii cujusdam schedis legitur, lunariam herbam in summis Alpibus nasci prope fontes aut flumina, foliis parvulis, rotundis instar nummuli ad amaraci fere similitudinem, cæsii vel cærulei coloris, caule rubro, et odorato, radice crocea; lunariamque idcirco appellari, quod ad lunæ auctus, vel imminutiones crescere ac decrescere consueverit, totidemque folia habere dicitur, quot luna habet dies.

Ibid., lin. 42. *Διότι ὑγρότητα*. Basilius, hom. 6, Διότι ὑγρότητά τινα θερμότητι κεχραμένην ἐπὶ τὸ βάθος φθάνουσαν λεληθότως ἐνίησιν. Aristoteles, lib. V, *De part. animal.*, cap. 5, rationem augmenti tradit esse noctes tepidiores, quemadmodum et decrementi frigidiores; cum enim animalia hæc exsanguia, ut ostreæ, conchylia, et id generis alia sint frigidioris naturæ, frigore vexata calorem desiderant, cujus ope pleniora evadunt, propter enim lucem pleniorem noctes sunt tepidiores, et non quia per id tempus copiosius pascuntur ut multi dixerunt. Quinimo ipse Aristoteles l. IV, *De generatione animal.*, cap. 2, docet sicuti sol per totum annum æstatem atque hiemem facit, ita lunam per men-

sem, non quidem accessu, decessuque ut solem, A sed incremento, et decremento luminis. Luna enim plena calorem, quem reliquo tempore habet minus intensum, intendit; sicut et sol æstate plus calefacit, hieme minus.

Col. 721, lin. 43. *Οἱ γὰρ καθεύδοντες*. Basilius, hom. 6 : Δηλοῦσι δὲ οἱ καθευδοντες ὑπὸ σελήνην ὑγρότητος περισσῆς τὰς τῆς κεφαλῆς εὐρυχωρίας πληρούμενοι, καὶ τὰ νεοσφαγῆ τῶν κρεῶν ταχὺ τρεπόμενα τῇ προσβολῇ τῆς σελήνης, καὶ ζώων ἐγκέφαλοι, καὶ τῶν θαλαττίων τὰ ὑγρότατα, καὶ αἱ τῶν δένδρων ἐντεριῶναι. Galenus lib. III *De dieb. decretor.*, de luna : Πάντα μὲν γὰρ ἃ δρᾷν πέφυκεν ἀμυδρὰ γίνεται, μηνοειδοῦς γενομένης αὐτῆς· ἅπαντα δὲ ἰσχυρὰ πεπληρωμένης, ὥστε καὶ τοὺς καρποὺς ἐν τῷδε πεπαίνει καὶ αὐξάνει τάχιστα, καὶ τὰ νεκρὰ σώματα B διασήπει, καὶ τοὺς ὑπὸ τὴν αὐγὴν αὐτῆς κοιμηθέντας, ἢ καὶ ἄλλως ἐπὶ πλέον διατρίψαντας, ὠχροὺς καὶ καρηβαρικοὺς ἀπεργάζεται. Omnia siquidem quæ facere nata est, ubi falcis figuram repræsentat, languida fiunt; valida omnia, cum plena fuerit. Quapropter et fruges tunc adauget, maturatque celerrime, mortua corpora in tabem dissolvit, somnoque sopitis sub ejus lumine, vel aliter diutius immoratis pallorem, et capitis dolorem conciliat.

Ibid., lin. 46. *Ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ*. Basilius, hom. 6 : Καὶ τὰ περὶ τὸν ἀέρα δὲ πάθη ταῖς μεταβολαῖς ταύτης συνδιατίθεται, ὡς μαρτυροῦσιν ἡμῖν αἵ τε κατὰ τὴν νουμηνίαν πολλάκις ἀπὸ γαλήνης καὶ νηνεμίας αἰφνίδιοι ταραχαὶ νεφῶν κλονουμένων, καὶ C συμπιπτόντων ἀλλήλοις.

Ibid. lin. 50. *Καὶ γίνονται περὶ τοὺς εὐρίπους*. Basilius, hom. 6 : Καὶ αἱ περὶ τοὺς εὐρίπους παλίῤῥοιαι, καὶ ἡ περὶ τὸν λεγόμενον ὠκεανὸν ἄμπωτις, ἣν ταῖς περιόδοις τῆς σελήνης τεταγμένως ἑπομένην ἐξεῦρον οἱ προσοικοῦντες. Οἱ μὲν γὰρ εὔριποι μεταῤῥέουσιν ἐφ' ἑκάτερα κατὰ τὰ λοιπὰ τῆς σελήνης, ἐν δὲ τῷ καιρῷ τῆς γενέσεως οὐδὲ τὸ βραχύτατον ἀτρεμοῦσιν, ἀλλ' ἐν σάλῳ καὶ ταλαντώσει διηνεκεῖ καθεστήκασιν, ἕως, ἐκφανεῖσα πάλιν, ἀκολουθίαν τινὰ τῇ παλιῤῥοίᾳ παράσχηται. Ἡ δὲ ἑσπερία θάλασσα τὰς ἀμπώτεις ὑφίσταται, νῦν μὲν ὑπονοστοῦσα, πάλιν δὲ ἐπικλύζουσα, ὥσπερ ἀναπνοαῖς τῆς σελήνης ὑφελκομένη πρὸς τὸ ὀπίσω, καὶ πάλιν ταῖς ἀπ' αὐτῆς ἐκπνοίαις εἰς τὸ οἰκεῖον μέτρον προωθουμένης. D Εὐρίπους, vel εὔριπος, est fretum seu ductus aquarum terram utraque parte adjacentem dividens. Cicero lib. v, *De legibus : Ductus aquarum quos isti Nilos Euriposque vocant, quis cum viderit non irriserit?* Pollux lib. IX, cap. 1 : Ἵνα δὲ ἡ θάλασσα ἑκατέρωθεν οὖσαν τὴν γῆν διαιρεῖ, τοῦτο θαλάσσης αὐλῶνα, καὶ εὔριπον, καὶ πορθμὸν δεῖ καλεῖν. Magis proprie tamen id nomen fuit impositum ad illa explicanda quæ moventur atque recurrunt, fluendo vel refluendo. Longus Pœmen. I : Πόλις ἐστὶ Λέσβου Μιτυλήνη μεγάλη καὶ καλή· διείληπται γὰρ εὐρίποις, ὑπεισρεούσης τῆς θαλάττης, καὶ κεκόσμηται γεφύραις ξεστοῦ καὶ λευκοῦ λίθου. Propriissime tamen Euripus dicebatur apud veteres fretum Pyrrhæum. Sita autem Pyrrha erat in occiduo Lesbi latere C a Malia stadiis, ita referente Strabone lib. XIII; et mare inter Eubœam et Chalcidem, quod ponte duum jugerum jungebatur. Quod et aliis fuisse commune satis manifestum est in historia, et quamvis Eustathius videatur refluxum maris in Euripis tantum affirmare; tamen si recte ejus verba perpendantur, de universa totius maris mole, sive (ut ita dicam) barathro intelliguntur. Euriporum autem mentionem induxit, quod in illis præcipue fluxus iste cernatur. *Et circa littora*, ut inquit Plinius, *magis quam in alto hi æquoris motus deprehenduntur.* Qui quo manifestior oculis spectantium est, eo perplexior angit considerantium animos, et veritatem sensu patentem deturbat B atque confundit. Quidam existimarunt, nocte, et interdiu reciproci æquoris fluxu æstuantem relabi septies. Seneca in Hercule Œtæo :

Euripus undas flectit instabiles vagas
Septemque cursus fert et totidem refert.
Dum lapsum Titan mergat Oceano jubar.

Livius lib. XXVII non assentitur huic sententiæ : *Et fretum ipsum*, inquit, *Euripi non septies die, sicut fama fert, temporibus statis reciprocat, sed temere in modum venti, nunc huc, nunc illuc verso mari velut monte præcipiti devolutus torrens rapitur.* Antiphilus Byzantius ejus reciprocationem *Antholog. Epig.* lib. I, cap. 36, elegantissime expressit :

Εὐβοϊκοῦ κόλποιο παλίνδινητε θάλασσα,
Πλαγκτὸν ὕδωρ, ἰδίοις ῥεύμασιν ἀντίπαλον
C *Ἠελίῳ κὴν νυκτὶ τεταγμένον ἐς τρὶς ἄπιστον·*
Ναυσὶν ὅσον πέμπεις χεῦμα δανειζόμενον,
Θαῦμα βίου θαμβῶ σε τὸ, μυρίον, οὐδὲ ματεύω
Σὴν στάσιν. Ἀῤῥήτῳ ταῦτα μέμηλε φύσει.

Diu item quæsitum a philosophis, quanam ratione, et quo impellente mare accederet, rursusque recederet; eorum placita refert Plutarchus. Euripides in *Iphigenia Taurica* a ventis quibusdam illic flantibus ita rapi credit. Quid, si id idem fieri nulla flante aura compertum est? Aristotelem, quod rei hujus naturam invenire non posset, tædio animam efflasse perhibet Nanzianzenus, Justinus martyr in illius profundum se præcipitem dedisse, sicque demersum animum abjecisse. Communior tamen sententia et veritati magis consona videtur, quam secuti sunt nonnulli antiqui philosophi et viri præstantissimi, sed etiam multi catholicæ Ecclesiæ Patres, et quam amplectitur noster Eustathius, lunam scilicet esse causam hujus motus, quomodo autem id fiat, explicatur a philosophis in meteoris, et nos infra quædam dicemus. Ita sensere Ptolemæus, Cicero, Plinius, Strabo, Marsilius Ficinus, Levinus Lemnius, et alii. Idem placuit Ambrosio lib. IV *Hexaem.*, cap. 7, Basilio, hom. 6.

Ibid., lin. 51. *Καὶ περὶ τὸν ὠκεανόν*. De æstu maris, et ejus consideratione, et causa, et aliorum circa hoc opinionibus plura habes apud Franciscum Vallesium, *De sacra philosophia*, cap. 52, et adversus Eratosthenem, qui soli ἀνωμαλίας hujus causam esse volebat, et maris ejusdem aliam at-

que aliam superficiem disertissime disputat Strabo A lib. I. Consule præterea Laurentium Corvinum in sua *Geograph.*, c. 11; Joannem Franciscum Picum, l. I *De examine vanit.*, c. 12; Joannem Picum, lib. III *Contra Astrol.*, cap. 15; Ficinum, cap. 6, ad Plotin. lib. III, *Ennead.* 2; Contarenum, lib. II *De elementis;* et Levinum Lemnium *De occult. nat. mirac.*, lib. II, cap. 41, cujus verba, quia controversiæ hujus nodum dilucide expediunt, et omne dubium amovent, lucemque afferunt auctori, hic describere non gravabor : *Magna sane*, inquit, *et lunæ opera, in rerum natura apparent : verum solis effectibus posteriora. Solis enim beneficio illa fruitur, lucemque ab illo sortitur, sic ut tanta illius pars illustretur, quantam sol suo splendore irradiat; deficit autem lucisque expers redditur, ubi terræ interventu* B *lux illi intercipitur. Tunc autem potissime in terrena vires suas explicat, cum vel soli ex adverso opposita impletur, atque orbiculata efficitur, vel ubi primum illi conjungitur. His enim dierum spatiis augescunt segetes, conchilia turgescunt, venæ sanguine, ossaque medullis implentur. Quo fit ut concubitus iis temporibus minus officiat. Et quoniam omnia humore imbuit, fit ut carnes radiis illius expositæ tabescant, atque homines somno vinoque sopiti, pallorem capitisque gravedinem contrahant, ac morbo comitiali afficiantur : relaxat enim nervos, ac cerebrum plus satis humectat, mentique vi algifica stuporem infert. Oceani quoque æstus excitare, causamque reciprocandi illi præbere non est quod quis ambigat. Si quidem* C *cum perspicimus silenti atque obscura luna; eaque vel medio orbe dissecta, vel in cornua falcata sive augescat, aut minuatur, nullos propemodum fieri aquarum concursus, nec in ullam altitudinem attolli oceanum, quæcunque etiam littora alluit. Rursum ubi cum sole congreditur, atque innovari incipit, aut in orbem circumducta plena conspicitur maximos excitari æstus, fluctusque attolli in immensum, quis alio quam in lunæ motum, fluxum, refluxumque oceani referat? Ut enim magnes ferrum allicit, sic sidus hoc terræ proximum mare attrahit concitatque. Nam cum luna oritur, oceanus circa illas plagas devolvitur, nempe orientales, partesque occidentales deserit. Quando vero ad occasum vergit, in illis partibus crebrescunt fluctus, in iis vero quæ* D *ad ortum spectant detumescunt, idque affluentibus vel parcius pro incremento defectuque lucis quam lunares radii exhibent.* Cætera ad hoc idem spectantia lege apud ipsum. Joannes Kepplerus in Introductione ad suam *Astrologiam novam* αἰτιολόγητον rationes fluxus et refluxus maris ita insinuat : lunam scilicet sua attractoria vi, quæ ad terras usque porrigitur, aquas sub zonam torridam prolectare, quo facto nudari littora zonarum, et climatum lateralium. Itaque aquis in latiori alveo oceani assurgentibus, fieri potest, ut in angustioribus ejus sinubus, modo non nimis arcte conclusis, aquæ præsente luna etiam aufugere ab ea videantur. Cum autem aquæ lunam verticem celeriter transvolantem sequi non possint, fluxus quidem fit Oceani sub torrida in occidentem, quoad impingit ad contraria littora, curvaturque ab iis : dissolvitur vero discessu lunæ concilium aquarum, quod est in itinere versus torridam, quæ desertæ a tractu qui illas exciverat, impetu capto, remeat, et assultat ad littora sua; et hic impetus est alius generatus per absentiam lunæ, donec ipsa rediens frena impetus hujus recipiat moderaturque, et una cum suo motu circumagat. Ita littora æqualiter patentia iisdem horis implentur omnia, reductiora vero tardius, nonnulla diversimode ob diversos oceani aditus.

Ibid., lin. 53. *Κάτωθεν γὰρ ἡ σελήνη*. In eclipsibus solaribus, quanam ratione solis radii lunam non penetrent, et quomodo luna, cum sit longe minor, totum tamen solem obscuret, diserte explicat Cleomedes, *Meteor.* lib. II, pag. 80 editionis Paris.

Ibid., lin. 55. *Μέγα δὲ καὶ αὐτὴ ἡ σελήνη*. De magnitudine lunæ, et aliorum planetarum plura Cleomedes loco d. et alii. Anaxagoras auctore Plutarcho lunam dicebat esse parem Peloponneso. Ludovicus Fidelis *De mun. str.*, l. V, c. 7, quærere atque scrutari de magnitudine et quantitate solis et lunæ arrogans esse contendit, nosque contentos esse debere descripto solis, et lunæ, ac stellarum hoc munere, ut sol diei, et luna nocti præsint, dividantque inter lucem et tenebras, diem et noctem. *Vanum est enim*, inquit, *præclarum terere tempus, et sudore multo exquirere, quæ Deus ignota esse voluit.*

Ibid. *Μῦθοι δὲ ληρώδεις ὑπὸ μεθυόντων*. Basilius, hom. 6 : Μῦθοί τινες καταγέλαστοι, ὑπὸ γραϊδίων κωθωνιζομένων παραληρούμενοι, πανταχοῦ διεδόθησαν, ὅτι μαγγανείαις τισὶ τῆς οἰκείας ἕδρας ἀποκινηθεῖσα σελήνη πρὸς γῆν καταφέρεται. Πῶς μὲν οὖν κινήσε γοήτων ἐπαοιδὴ, ἣν αὐτὸς ἐθεμελίωσεν ὁ Ὕψιστος· ποῖος δ' ἂν καὶ τόπος κατασπασθεῖσαν αὐτὴν ὑπεδέξατο; Sagas, magosque cœlum deponere, terram suspendere, ut verbis Apuleii utar, fontes durare, montes diluere, manes sublimare, deos infirmare, sidera exstinguere, tartarum ipsum illuminare, mare pigrum colligare, solem inhibere, lunam deducere, stellas evellere, et alia multa dictu gravia, et maximæ admirationis, suis magnis susurraminibus, quandocunque, et ubicunque libuerit multi credidere, et maxime omnium poetæ. Dido ad Annam sororem ait, lib. IV *Æneid.* Virgilianæ :

Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos :
Hæc se carminibus promittit solvere mentes
Quas velit, ast aliis duras immittere curas,
Sistere aquam fluviis, et flumina vertere retro,
Nocturnosque ciet manes : mugire videbis
Sub pedibus terram, et descendere montibus ornos.

Propertius, *Eleg.* lib. I, eleg. 1 :

At vos deductæ quibus est fallacia lunæ
Et labor in magicis sacra piare focis.
En agedum dominæ mentem convertite nostræ,
Et facite illa meo palleat ore magis.

Tunc ego crediderim vobis, et sidera, et amnes
Posse Cytææis ducere carminibus.

Tibullus, *Eleg.* 2, lib. I :

Hanc ego de cœlo ducentem sidera vidi,
Fluminis hæc rapidi carmine vertit iter.

Apollonius, *Argon.* lib. III :

Καὶ ποταμοὺς ἵστησ' ἱεροὺς κελαδεινὰ ῥέοντας·
Ἄστρα τε καὶ μήνης ἱερῆς ἐπέδησε κελεύθους.

Lucanus, lib. VI :

Et patitur tantos cantu depressa labores,
Donec suppositas propior despumet in herbas.

Ovid., XII *Metamorph.* :

Mater erat Mycale, quam deduxisse canendo
Sæpe reluctantis constabat cornua lunæ.

Horatius, oda V, *Epod.* :

Quæ sidera excantata voce Thessala
Lunamque cœlo diripit.

Plura collegit Joannes Passeratius in dictum locum Propertii. Quæ omnia uti stolida, fabulosa, quis sanæ mentis non rejiciet, cum auctores ipsi, qui illa mentibus hominum ingerere conati sunt, ea sibi contradicentes vituperant? Medea, si potuisset, non ita clamasset, *Si possem sanior essem, sed trahit invitam nova vis.* Circe quæ quidquid vellet posse credebatur, suum nequivit Ulyssem remorari : quæ sic cecinit Ovidius, lib. I, *De remed. amor.* :

Omnia fecisti ne callidus hostis abiret,
Ille dedit certæ lintea plena fugæ.
Omnia fecisti, ne te ferus ureret ignis;
Longus in invito pectore sedit amor.

Sciteque ab Hippocrate diluitur libello *De epilepsia* : *Si enim*, inquit, *homo carminibus lunam deducere cœlo posset, tum certe Deus, et mens divina, astrorum conditor et rector, hominum potestati, magnorumque incantamentis, quod dicere nefas est, esset obnoxius.* Fabulæ et erroris hujusce origo nata est, ut refert Plutarchus libr. *De præcept. connubial.*, quod homines lunæ deliquium ignorarent, ejusque luminis in eclipsi defectum. *Aganice*, verba sunt Plutarchi, *Hegetoris Thessali filia, siderum in pleniluniis defectus perita, ac temporis quo luna objectu terræ umbra obnubilaretur gnara, cum hæc muliérculis credulis præsaga futuri prædiceret, præcantatione lunam subducere cœlo credebatur.* Hoc idem confirmat fragmentum veteris poetæ apud Turnebum, *Adversar.* lib. XIX, cap. 3; et Martinum Delrium Disquisitionum magicarum lib. II, quæst. 11, et præter alios Cleomedes loco dicto. Τούτοις ἑξῆς τὸν περὶ τῆς ἐκλείψεως αὐτῆς ποιησώμεθα λόγον, ὅπως μὴ παραπλησίως τοῖς γραϊδίοις καὶ ἡμεῖς δοξάσωμεν, ὁπόταν ἐκλείπει ἡ σελήνη, ὅτι φαρμακίδες εἰσὶν αἱ καθαιροῦσαι αὐτήν. Multa in hanc sententiam habet Joannes Wierus *De præstigiis dæmonum* lib. II, cap. 17; et Delrius dicto loco, qui, *Quæ sit magorum potestas in orbes cœlestes, sidera et elementa*, pluribus explicat.

Ibid., lin. 59. *Μὴ γάρ ἐξαπατάτω σε τὸ φαι*-A *νόμενον*. Basilius, hom. 6, De sole : Μὴ ἐξαπατάτω σε τὸ φαινόμενον, μηδ' ὅτι πηχυαῖος τοῖς ὁρῶσι δοκεῖ, τοσοῦτον αὐτὸν εἶναι λογίσῃ. Συναιρεῖσθαι γὰρ πέφυκεν ἐν τοῖς μεγάλοις διαστήμασι τὰ μεγέθη τῶν ὁρωμένων, τῆς ὁρατικῆς δυνάμεως οὐκ ἐξαρκουμένης τὸν μεταξὺ τόπον διαπερᾷν, ἀλλ' οἱονεὶ ἐνδαπανωμένης τῷ μέσῳ, καὶ κατὰ ὀλίγον αὐτῆς μέρος προσβαλλούσης τοῖς ὁρατοῖς. Μικρὰ οὖν ἡ ὄψις ἡμῶν γενομένη, μικρὰ ἐποίησε νομίζεσθαι τὰ ὁρώμενα, τὸ οἰκεῖον πάθος τοῖς ὁρατοῖς ἐπιφέρουσα. Ὥστε εἰ ψεύδεται ἡ ὄψις, ἄπιστον τὸ κριτήριον. Multi tamen ex antiquis philosophis etiam solem illius esse magnitudinis, qua se hominum oculis ostendit, affirmarunt, inter eos princeps fuisse videtur Epicurus, quem elegantissime, et non invalidis argumen-B tis refellit Cleomedes, lib. II *Meteor.*

Col. 724, lin. 4. *Ὥσπερ γὰρ εἴ τις*. Basilius, hom. 6 : Ὑπομνήσθητι δὲ τῶν οἰκείων παθῶν, καὶ παρὰ σεαυτοῦ ἕξεις τῶν λεγομένων τὴν πίστιν. Εἴ ποτε ἀπὸ ἀκρωρείας μεγάλης πεδίον εἶδες πολύ τε καὶ ὕπτιον, ἡλίκα μέν σοι κατεφάνη τὰ ζεύγη, πηλίκοι δὲ οἱ ἀροτῆρες αὐτοί; εἰ μὴ μυρμήκων τινά σοι παρέσχον φαντασίαν. Εἰ δὲ καὶ ἀπὸ σκοπιᾶς καὶ μέγα πέλαγος τετραμμένης τῇ θαλάσσῃ τὰς ὄψεις ἐπέβαλες, ἡλίκαι μέν σοι ἔδοξαν εἶναι τῶν νήσων αἱ μέγισται, πηλίκη δέ σοι κατεφάνη μία τῶν μυριοφόρων ὁλκάδων λευκοῖς ἱστίοις ὑπὲρ κυανῆς κομιζομένη θαλάσσης; εἰ μὴ πάσης περιστερᾶς μικροτέραν σοι παρέσχετο τὴν φαντασίαν.

C Ibid., lin. 7. *Ἐνδαπανηθεῖσα γάρ*. Basilius, hom. 6 : Διότι, καθάπερ ἔφην, ἐνδαπανηθεῖσα τῷ ἀέρι ἡ ὄψις, ἐξίτηλος γενομένη, πρὸς τὴν ἀκριβῆ κατάληψιν τῶν ὁρωμένων οὐκ ἐξαρκεῖ. Eadem ratione Aristoteles *De generat. anim.* lib. V, cap. 1, ait ea quæ oculis prominentibus sunt procul cernere nequeunt, quæ contra intus in cavo oculos habent positos, longe aspicere possunt, διὰ τὸ τὴν κίνησιν μὴ διασκεδάννυσθαι εἰς ἀχανὲς, ἀλλ' εὐθυπορεῖν. Quibus verbis opinionem Platonis amplexus videtur Aristoteles, quemadmodum et III *Meteor.* cap. 3, 4 et 6, et *Problem.* sectione 31, problem. 16, ad dubitationes quasdam dissolvendas hac eadem utitur, quamvis contrariam secutus videatur. De opinione Platonis, aspectum scilicet affici imagine aliqua a re D visa effluente, sed emicare ex oculis lucem, qua objectum comprehendat, tractant Priscianus Lydus lib. *De phantasia;* Chalcidius *Comment. in Timæum Platonis;* Alcinous in Introductione ad Platon. *Philosophiam;* Nemesius *De nat. hom.*, cap. 7; Macrobius, *Saturn.* lib. VI, cap. 14; Plotinus lib. *De visione* ; Euclides libello *De prospectiva*, et alii.

Ibid., lin. 9. *Καὶ ὅτι παμμέγεθες*. Basilius, hom. 6 : Βούλει ἀπὸ μικρῶν τεκμηρίων λαβεῖν τοῦ μεγέθους αὐτῆς τὴν ἀπόδειξιν; Αἱ κατὰ τὴν οἰκουμένην πόλεις πλεῖστον ἀλλήλων ἀπῳκισμέναι κατὰ τὴν ἀνατολὴν τετραμμέναις ῥυμοτομίαις ἐξ ἴσου πᾶσαι τὸ σεληναῖον φῶς ὑποδέχονται. Plura de hoc vide apud Cleomedem loco dicto.

Ibid., lin. 14. *Καὶ ὁμοίως αὐτήν*. Similia le-

guntur apud Basilium, hom. 6 : Ὁμοίως γὰρ αὐτῆς ἀπὸ τῶν ἰσημερινῶν τόπων ἀνατελλούσης, οἵ τε προσοικοῦντες τῇ κατεψυγμένῃ, καὶ ὑπὸ τὰς περιστροφὰς τῆς ἄρκτου κείμενοι μεταλαμβάνουσι, καὶ οἱ κατὰ τὰ κοῖλα τῆς μεσημβρίας τῆς διακεκαυμένης γείτονες· οἷς πᾶσι κατὰ τὸ πλάτος ἀντιπαρήκουσα, σαφεστάτην μαρτυρίαν τοῦ μεγέθους παρέχεται.

Ibid., lin. 18. *Καὶ εὐθέως ἡ μὲν θάλασσα.* Basilius, hom. 7 : Ἦλθε πρόσταγμα, καὶ εὐθὺς καὶ ποταμοὶ ἐνεργοὶ, καὶ λίμναι γόνιμοι, τῶν οἰκείων ἕκαστον αὐτῶν καὶ κατὰ φύσιν γενῶν· καὶ ἡ θάλασσα τὰ παντοδαπὰ γένη τῶν πλωτῶν ὤδινε, καὶ οὐδὲ ὅσον ἐν ἰλύσι καὶ τέλμασι τοῦ ὕδατος ἦν, οὐδὲ τοῦτο ἀργὸν οὐδὲ ἄμοιρον τῆς κατὰ τὴν κτίσιν συντελείας ἀπέμεινε.

Ibid., lin. 19. *Τῶν γὰρ ἐναλίων.* Basilius, hom. 7 : Μάλιστα μὲν ἀμφίβια τὰ πολλὰ τούτων ἐστὶν οἷον φῶκαι, καὶ κροκόδειλοι, καὶ οἱ ποτάμιοι ἵπποι, καὶ βάτραχοι, καὶ καρκῖνοι· ἀλλ' οὖν προηγούμενον ἔχει τὸ νηκτικόν. Plinius, lib. XXXII, cap. 11 : Jam caniculæ, dromones, cornutæ, gladii, serræ communesque mari, terræ, amni hippopotami, crocodili : et amni tantum, ac mari, thymni, thymnides, siluri, coracini, percæ; et lib. IX, cap. 3, de Indici maris belluis sermonem habens : *Exeunt*, ait, *et pecori similes belluæ ibi in terram, pastæque radices fructuum remeant, et quædam equorum, asinorum, taurorum capitibus quæ depascuntur sata.* Vide Plinium lib. IX, cap. 19, et cap. 57, et Athenæum, lib. VIII, pag. 248. Onesicritus, apud Strabonem, c. 15, narrat circa Taprobanem Indiæ belluas marinas ancipites vitæ nasci, alias bobus similes, alias equis, alias variis animalibus terrestribus. Κήτη δὲ ἀμφίβια περὶ αὐτὴν γίνεσθαι, τὰ μὲν βουσὶ, τὰ δ' ἵπποις, τὰ δ' ἄλλοις χερσαίοις ἐοικότα. Ambrosius item lib. V Hex : *Quin etiam cum pleraque pedes habeant, et ambulandi usum, eo quod sint amphibia, quæ vel in aquis, vel in terra vivunt*, etc. Varro, IV *De lingua Latina : Græci ea quæ in aqua et in terra possunt vivere vocant amphibia.* Columella, lib. VIII, cap. 12 : *Venio nunc ad eas aves quas Græci* ἀμφιβίους *vocant, quia non tantum terrestria, sed aquatilia quoque desiderant pabula; nec magis humo quam stagno consuerunt : ejusque generis anser præcipue rusticis gratus est.* Hæc Cicero vocavit *ancipites bestias*, lib. I *De nat. deorum : Bestiarum autem terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites in utraque sede viventes.*

Ibid., lin. 23. *Τὰ δὲ ζωοτόκα.* Basilius, hom. 7 : Ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετά. Ἐν τούτοις τοῖς μικροῖς ῥήμασι τί παρεῖται γένος; τί οὐκ ἐμπεριείληπται τῷ προστάγματι τῆς δημιουργίας; Οὐ τὰ ζωοτοκοῦντα, οἷον φῶκαι, καὶ δελφῖνες, καὶ νάρκαι, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις τὰ σελάχη λεγόμενα; οὐ τὰ ᾠοτόκα, ἅπερ ἐστὶ πάντα σχεδὸν τῶν ἰχθύων τὰ γένη; οὐχ ὅσα φολιδωτὰ, οὐχ οἷς ἐστι πτερύγια, καὶ οἷς μὴ ἔστιν;

Ibid., lin. 25. *Μόνον δὲ προσέταξεν.* Basilius, hom. 7 : Ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετά. Ἐν τούτοις

A ἔνι τὰ πελάγια, τὰ αἰγιαλώδη, τὰ βύθια, τὰ πετρώδη, τὰ ἀγελαῖα, τὰ σποραδικὰ, τὰ κήτη, τὰ ὑπέρογκα, τὰ λεπτότατα τῶν ἰχθύων. Τῇ γὰρ αὐτῇ δυνάμει καὶ τῷ ἴσῳ προστάγματι τό τε μέγα καὶ τὸ μικρὸν μεταλαγχάνει τοῦ εἶναι.

Ibid., lin. 27. *Τὰ ἀγελαῖα, τὰ σποραδικά.* Cicero, *Tuscul.* V, Congregata et solivaga. Theodorus Gaza, Gregalia et incivilia; nam et Aristoteles docet I *De hist. anim.*, cap. 1, ex gregalibus, quemadmodum et ex solitariis quædam esse πολιτικά, civilia, quædam σποραδικά.

Ibid., lin. 28. *Συγγένειαν πρὸς τὸ ὕδωρ.* Basilius, hom. 7 : *Ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα.* Ἐξείξεσι τὴν φυσικὴν τῶν νηκτῶν πρὸς τὸ ὕδωρ συγγένειαν· διὸ μικρὸν οἱ ἰχθύες χωρισθέντες τοῦ ὕδατος διαφθείρονται. Οὐδὲ γὰρ ἔχουσιν ἀναπνοὴν, ὥστε ἕλκειν τὸν ἀέρα τοῦτον· ἀλλ' ὅπερ τοῖς χερσαίοις ἐστὶν ἀὴρ, τοῦτο τῷ πλωτῷ γένει τὸ ὕδωρ.

B

Ibid., lin. 30. *Ἡ γὰρ τῶν βραγχείων.* Basilius, hom. 7 : Καὶ ἡ αἰτία δήλη, ὅτι ἡμῖν ὁ πνεύμων ἔγκειται ἀραιὸν καὶ πολύπορον σπλάγχνον, ὃ διὰ τῆς τοῦ θώρακος διαστολῆς τὸν ἀέρα δεχόμενον, τὸ ἔνδον ἡμῶν θερμὸν διαῤῥιπίζει, καὶ ἀναψύχει. Ἐκείνοις δὲ ἡ τῶν βραγχίων διαστολὴ καὶ ἐπίπτυξις δεχομένων τὸ ὕδωρ καὶ διϊέντων τὸν τῆς ἀναπνοῆς λόγον ἀναπληροῖ. Hoc idem sentit Aristoteles, III *De part. anim.*, cap. 6, dum ait, piscium nullum habere pulmonem, sed pro eo branchias obtinere; aqua enim pisces refrigerantur, ut aere quæ spirant. Et

C lib. IV, cap. 1, pisces pulmone carere, et branchias vice pulmonis sortiri. Ambrosius, lib. V *Hexaem.*, cap. 4, item ait, quod cæteris animantibus est aer, hoc piscibus esse aquam, extra quam vivere nequeunt sicut intercluso spiritus commeatu animalia emori necesse est. Oppianus Ἁλιευτ. II :

Καὶ γὰρ καὶ πεζόδεσσι παλίῤῥοος ἕλκεται ἀήρ.

De hac quæstione Plinius, lib. IX, cap. 7, et Cælius Rhodiginus, lib. IV, cap. 15.

Ibid., lin. 33. *Οὐδὲ παρ' αὐτοῖς ἐξ ἡμισείας.* Basilius, hom. 7 : Οὐδὲν παρὰ τοῖς ἰχθύσιν ἐξ ἡμισείας ὥπλισται τοῖς ὀδοῦσιν, ὡς βοῦς παρ' ἡμῖν καὶ πρόβατον. Οὐδὲ γὰρ μηρυκάζει τι παρ' αὐτοῖς, εἰ μὴ τὸν σκάρον μόνον ἱστοροῦσί τινες. Πάντα δὲ ὀξυτάταις ἀκμαῖς ὀδόντων καταπεπύκνωται, ἵνα μὴ τῇ χρονίᾳ

D μασήσει ἡ τροφὴ διαῤῥέῃ· ἔμελλε γὰρ, εἰ μὴ ὀξέως κατατεμνομένη τῇ γαστρὶ παρεπέμπετο, ἐν τῇ λεπτοποιήσει διαφορεῖσθαι τοῦ ὕδατος. Aristoteles hoc idem, nec ejusdem causam eamdem cum hoc nostro auctore reddit, lib. III *De part. anim.*, c. 1 : Οἱ δ' ἰχθύες πάντες εἰσὶ καρχαρόδοντες, πλὴν τοῦ ἑνὸς τοῦ καλουμένου σκάρου. Πολλοὶ δ' ἔχουσι καὶ ἐν ταῖς γλώτταις ὀδόντας καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Τούτου δ' αἴτιον ὅτι ἀναγκαῖον ἐν ὑγροῖς οὖσι παρεισδέχεσθαι τὸ ὑγρὸν ἅμα τῇ τροφῇ, καὶ τοῦτο ταχέως ἐκπέμπειν. Οὐ γὰρ ἐνδέχεται λεαίνοντας διατρίβειν· εἰσρέει γὰρ τὸ ὑγρὸν ἐν τῇ κοιλίᾳ· διὰ τοῦτο πάντες εἰσὶν ὀξεῖς πρὸς τὴν διαίρεσιν· πάλιν καὶ πολλοὶ, καὶ πολλαχῇ, ἵνα ἀντὶ τοῦ λεαίνειν εἰς πολλὰ κερματίζωσι τῷ πλήθει. Γαμψοὶ δὲ διὰ τὸ τὴν ἀλκὴν σχεδὸν ἅπασαν

αὐτοῖς διὰ τούτων εἶναι. Plinius, lib. XI, cap. 37, sua ab Aristotele mutuatus, in causa tamen tradenda ab eo discrepat, convenit cum Eustathio. *Piscium omnibus serrati, præter scarum : huic uni aquatilium plani. Cæterum multis eorum in lingua, et toto ore ut turba vulnerum molliant, quæ attritu subigere non queant. Multis et in palato, atque etiam in cauda. Præterea in os vergentes, ne excidant ubi nullum habentibus retinendi adminiculum.* A

Ibid., lin. 37. *Μηρυκάζει δὲ οὐδὲν ἄλλο.* Basilius, hom. 7, Aristot. II *De hist. anim.*, cap. 17, et lib. VIII, cap. 2. Idem, III *De part. animal.*, cap. 14 et alibi. Plinius, lib. IX, cap. 17 : *Solus piscium dicitur ruminare, herbisque vesci, non aliis piscibus, mari Carpathio maxime frequens.* Etsi Horus Apollo aliter sentiat, ait enim hunc omnes occursantes pisciculos devorare. Οὗτος γὰρ μόνος τῶν ἰχθύων μηρυκᾶται καὶ πάντα τὰ προσπίπτοντα ἰχθύδια ἐσθίει. Vide Ælianum *De histor. anim.*, lib. I, c. 2, lib. II, cap. 54, lib. XII, cap. 42; Ambrosium *Hexaem.* lib. V, cap. 5; Athenæum lib. VII; Macrobium, III *Saturn.*, cap. 16; Isidorus lib. XII, cap. 6, escarum vocat : *Escarus*, inquit, *dictus eo quod solus escam ruminare perhibetur. Denique alii pisces non ruminant.* Idem tamen scribunt Arist. IX *Hist. anim.*, cap. ult., de quodam pisce, qui μήρυξ vocatur, qui an unus cum scaro non est præsentis negotii. Illud sane ridiculum est, a Rittershusio, murem ponticum inter pisces adnumerari notis in Oppian. Ἀλιευτ. l. I, vers. 134, Aristotelis verbis male intellectis decepto. Dicto enim loco ait Aristoteles : postquam determinaverat animalia, quæ superiore ordine dentium carent, ruminare ut boves, oves, capræ et alia, dubium adhuc remanebat, an ex dentatis utrinque sit animal aliquod ruminans, et respondendo ait esse nonnulla, ut mures Pontici, et pisces, et qui ob eam rem ruminalis a quibusdam appellatur. Ita enim locus ille vertendus erat, Μηρυκάζουσι δὲ καὶ τῶν ἀμφοδόντων ἔνια, οἵ τε μύες οἱ Ποντικοὶ, καὶ οἱ ἰχθύες, καὶ ὃν καλοῦσιν ἔνιοι ἀπὸ τοῦ ἔργου Μήρυκα. Quæ verba, quamvis ita legantur ab omnibus, corrupta esse minime dubitarim, vel certe Aristotelis maxima deprehenderetur inscitia. Quomodo enim pisces ruminant, cum inter eos solus scarus id faciat. Et si iste μήρυξ piscis est, cum inter pisces includatur frustra fit ejus mentio; si non piscis, quare muribus Ponticis non conjunxit. Sed sinamus hæc. Certe ex his verbis nunquam murem Ponticum esse piscem deprehendemus, cum eum Aristoteles a piscibus separatum, et tanquam quid diversum ab illis in Historia referat. Præterea Aristoteles libr. VIII *De histor. animal.*, capit. 17, scribit murem Ponticum album, sicuti et glires in arboribus conditos latitare hieme. Confirmat Plinius libr. VIII, capit. 37; et Ælianus *De histor. animal.* libr. VI, capit. 41, in montem more exercitus acie instructa decedere narrat quæ nullus de piscibus, nisi somnians affirmaret. Quid autem sit hoc μηρυκάζειν optime explicat Oppianus, Ἀλιευτικ. I :

B

Καὶ σκάρον, ὃς δὴ μοῦνος ἐν ἰχθύσι πᾶσιν ἀναύδοις
Φθέγγεται ἰκμαλέην λαλαγὴν, καὶ μοῦνος ἐδωδὴν
Ἄψοῤῥον προΐησιν ἀνὰ στόμα δεύτερον αὖθις
Δαινύμενος, μήλοισιν ἀναπτύων ἶσα φορβήν.

Et Ælianus Suida citante, Μόνος ὁ θαλάσσιος σκάρος τὴν τροφὴν ἀναπολεῖ ὥσπερ καὶ τὰ βλήχοντα, ἃ δὴ μηρυκᾶται. Hujus nominis ignoratione maxime hallucinatus est Billius in versione illorum verborum Isidori Pelusiotæ libr. II, epist. 119 : Τῶν ζώων τὰ μὲν διαμασσώμενα τὴν τροφὴν ζωοτοκεῖ, τὰ δὲ καταπίνοντα ὠοτοκεῖ. Sic enim vertit : *Ex animantibus eæ quæ cibum ruminant, animalia pariunt; quæ autem bibunt, ova procreant.* Multiplex hallucinatio : plures animantes sunt viviparæ quam quæ ruminant. Si omnes quæ bibunt animantes oviparæ sunt, et vaccæ igitur, et equi, et oves, etc.; aliud est διαμασσᾶσθαι τὴν τροφὴν, aliud μηρυκᾷν, aliud masticare, aliud ruminare, aliud πίνειν, aliud καταπίνειν, illud bibere significat, hoc deglutire. Quare optime animadvertit in eumdem locum, et vertit Rittershusius : *Animantium ea quæ cibum masticant, atque comminuunt viviparæ sunt, quæ vero deglutiunt integrum, oviparæ.* De ruminatione animalium multa adnotavit Hieronym. Mercurialis, libr. V *Variar. lectionum*, cap. 13, et tribus sequent.

C

Ibid. lin. 38. *Ἔστι δὲ καὶ ἡ τροφή.* Basilius, hom. 7 : Τροφὴ δὲ ἰχθύων ἄλλοις ἄλλη κατὰ γένος διωρισμένη. Οἱ μὲν γὰρ ἰλύϊ τρέφονται, οἱ δὲ τοῖς φυκίοις, ἄλλοι δὲ ταῖς βοτάναις ταῖς ἐντρεφομέναις τῷ ὕδατι ἀρκοῦνται. Ἀλληλοφάγοι δὲ τῶν ἰχθύων οἱ πλεῖστοι· καὶ ὁ μικρότερος παρ' ἐκείνοις βρῶμά ἐστι τοῦ μείζονος. Κἂν ποτε συμβῇ τὸν τοῦ ἐλάττονος κρατήσαντα ἑτέρου γενέσθαι θήραμα, ὑπὸ τὴν μίαν ἄγονται γαστέρα τοῦ τελευταίου. De piscium generibus, differentiis, proprietatibus, ac cibis, plura Aristoteles, Plinius, Ælianus, Conradus Gesnerus, Achilles Aldrovandus, et alii.

Ibid., lin. 42. *Ὁ πρίων πτέρυγας.* Hæc eadem ita narrat Petrus Damianus, lib. II, epist. 18 : *Serra, marina scilicet bellua, quæ cum prolixas habeat pennas, mox ut viderit navem velificantem, alarum et ipsa præcincta remigiis contendit velificare post navem. Sed vix per quadraginta stadia in hujus certaminis labore persistens deficit, et sic defessa alas inter discrimina marina deponit, fluctu itaque volante compellitur, et ad locum unde remigrare cœperat, iterum relabitur.* Serræ piscis meminit et Plinius libr. XXXII *Natur. histor.*, capit. 11. Sed dubium est, an de hoc intelligat, cum nec in explicanda serræ piscis natura conveniant auctores.

D

Ibid., lin. 50. *Τὸ δὲ κῆτος ὃ καλεῖται μέν.* Basilius, hom. 7 : Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς μεγίστοις ὄρεσι τῷ ὄγκῳ τοῦ σώματος παρισάζεται, ἅγε καὶ νήσων πολλάκις φαντασίαν παρέχεται, ἐπειδάν ποτε ἐπὶ τὴν ἄκραν ἐπιφάνειαν τοῦ ὕδατος ἀνανήχηται· ταῦτα

μέντοι, τηλικαῦτα ὄντα, οὐ περὶ ἀκτὰς, οὐδὲ περὶ αἰγιαλοὺς διατρίβει, ἀλλὰ τὸ Ἀτλαντικὸν λεγόμενον πέλαγος ἐνοικεῖ. Petrus Damianus, lib. II, epist. 18 : *Cetus et ille marinus nobis in memoriam revocatur : qui nimirum super enorme corpus sabulum portat, ac terga sua super undas elevat, ut tanquam insula fluctus marinos excedat. Hanc igitur incunctanter insulam esse credentes remiges, applicant, paxillos figunt, navim sistunt, foros instruunt; sed bellua mox ut ignis sentit ardorem, illico mergitur in profundum, et navem simul ac nautas vorat ferale naufragium. Nam et Gerardus noster videlicet monachus retulit in Normandiæ littoribus captam se vidisse balænam de cujus linguæ carnibus quatuordecim agmarii sunt non leviter onerati.* Plinius, lib. XXXII, capit. 1 : *Cetos sexcentorum pedum longitudinis et trecentorum sexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intrasse, pinguique ejus negotiatores, et omnium piscium adipe camelos perungere in eo situ, ut asilos ab his fugent odore.* De cetorum generibus, et eorum naturis et proprietate Ælianus, lib. II, *De histor. anim.*, cap. 13; lib. IX, cap. 49; lib. XVI, cap. 13; lib. XVII, cap. 6; ex opinione Onesicriti, Orthagoræ et Theoclis: Θεοκλῆς δὲ ἐν τῇ δ' περὶ τὴν Σύρτιν λέγει γίνεσθαι κήτη τριήρων μείζονα. Περὶ δὲ τὴν Γεδρωσίαν χώραν (ἔστι δὲ μοῖρα τῆς γῆς τῆς Ἰνδικῆς οὐκ ἄδοξος) Ὀνησίκριτος λέγει, καὶ Ὀρθαγόρας, γίνεσθαι κήτη ἥμισυ ἔχοντα σταδίου τὸ μῆκος, πλάτος δὲ κατὰ λόγον τοῦ μήκους, καὶ τοῦτο δηλονότι. Τοσαύτην δέ φασιν ἔχειν δύναμιν αὐτὰ, ὡς πολλάκις, ὅταν ἀναφυσήσῃ τοῖς μυκτῆρσιν, ἐς τοσοῦτον ἀναῤῥίπτειν τῆς θαλάττης τὸ κλυδώνιον, ὡς δοκεῖν τοῖς ἀμαθέσι καὶ ἀπείροις πρηστῆρας εἶναι ταῦτα. Et lib. XVI, cap. 18, varias cetorum formas et figuras monstrosas percurrit, vultque ἀμφίβια esse, et noctu segetes et herbas in terra depasci instar aliorum animalium, crepusculo vero matutino in mare redire, mersasque abdi. His non dissimilia refert Theodoretus, et lib. XXI *Histor. septentr.*, cap. 44, Olaus Magnus commemorat. De eorum magnitudine et piscatione elegantissime Oppianus Ἁλιευτ. lib. V. Hebræi balænas duas tantum creatas esse dicunt, ne si plures essent, pisces omnes devorarent, et naves omnes absorberent, scilicet feminam, quam Deus occidit, et reservat justis ad epulandum tempore Messiæ, et masculum quem reservat ut cum eo certis horis ludat singulis diebus, ut psalm. CIII : *Draco iste quem formasti ad illudendum ei*, Hebræus, *ut ludas cum eo.* Hanc fabellam sumpserunt ex libr. IV Esdræ, cap. VI, uti refert Lyranus, et Abulensis.

Col. 725, lin. 7. *Τῷ δὲ καρκίνῳ ἡ σάρξ*. Basilius, hom. 7 : Ὁ καρκῖνος τῆς σαρκὸς ἐπιθυμεῖ τοῦ ὀστρέου. Ἀλλὰ δυσάλωτος ἡ ἄγρα αὐτῷ διὰ τὴν περιβολὴν τοῦ ὀστράκου γίνεται. Ἀῤῥαγεῖ γὰρ ἑρκίῳ τὸ ἁπαλὸν τῆς σαρκὸς ἡ φύσις κατησφαλίσατο. Διὸ καὶ ὀστρακόδερμον προσηγόρευται. Καὶ ἐπειδὴ δύο κοιλότητες ἀκριβῶς ἀλλήλαις προσηρμοσμέναι τὸ ὄστρεον περιπτύσσονται, ἀναγκαίως ἄπρακτοί εἰσιν αἱ χηλαὶ τοῦ καρκίνου. Τί οὖν ποιεῖ; Ὅταν ἴδῃ ἐν ἀπηνέμοις

A χωρίοις μεθ' ἡδονῆς διαθαλπόμενον, καὶ πρὸς τὴν ἀκτῖνα τοῦ ἡλίου τὰς πτύχας ἑαυτοῦ διαπλώσαντα, τότε δὴ λάθρα ψηφῖδα παρεμβαλὼν διακωλύει τὴν σύμπτυξιν καὶ εὑρίσκεται τὸ λεῖπον τῆς δυνάμεως διὰ τῆς ἐπινοίας περιεχόμενος. Eadem habet Ambrosius, lib. V, cap. 8; Isidorus lib. XII, cap. 6. Disertissime item hæc omnia Oppianus Ἁλιευτ. II. Consule Plutarchum et Plinium, et Petrum Damianum lib. II, epist. 18.

Ibid., lin. 14. *Ὁ δὲ ἐχῖνος προγινώσκει*. Basilius, hom. 7 : Ἤκουσα ἐγὼ τῶν παραλίων τινὸς, ὅτι ὁ θαλάσσιος ἐχῖνος, τὸ μικρὸν παντελῶς καὶ εὐκαταφρόνητον ζῶον, διδάσκαλος πολλάκις γαλήνης καὶ κλύδωνος τοῖς πλέουσι γίνεται, ὃς ὅταν προΐδῃ ταραχὴν ἐξ ἀνέμων ψηφῖδά τινα ὑπελθὼν γενναίαν, ἐπ'
B αὐτῆς ὥσπερ ἐπ' ἀγκύρας σαλεύει κατεχόμενος τῷ βάρει, πρὸς τὸ μὴ ῥᾳδίως τοῖς κύμασιν ἀποσύρεσθαι. Similia scribit Ambrosius hom. 5, capit. 9; Phile in *Iambis.*; Aristoteles v *De generat. animal.*, cap 3; Ælianus *De histor. animal.*, libr. VII, capit. 33 : Plutarchus in Dialogo, Utrum prudentiora sint terrestria, an aquatilia; et Plinius libr. IX, capit. 31. *Tradunt sævitiam maris præsagire eos, correptisque operari lapillis, mobilitatem pondere stabilientes. Nolunt volutatione spinas atterere : quod ubi videre nautici, statim pluribus anchoris navigia infrenant.* Oppianus, Ἁλιευτικ., libr. II :

Ἔστι καὶ ὀξυκόμοισι νόος, καὶ μῆτις ἐχίνοις,
Οἵ τ' ἀνέμων ἴσασι βίας, ζαμενεῖς τε θυέλλας
Ὀρνυμένας, νώτοισι δ' ἀνοχλίζουσιν ἕκαστος
C *Λᾶαν, ὅσον βαρύθοντα περὶ σφετέροισιν ἀκάνθαις*
Ῥηϊδίως φορέοιεν, ἵν' ἀντία κύματος ὁρμῇ
Βριθόμενοι μίμνωσι. Τὸ γὰρ τρομέουσι μάλιστα,
Μή σφας ἐπὶ ἠόνεσσι κυκώμενον οἶδμα κυλίσσῃ.

Ibid., lin. 17. *Ὁ δὲ πολύπους*. Basilius, hom. 7 : Οὐκ ἂν παρέλθοιμι τὸ τοῦ πολύποδος δολερὸν, καὶ ἐπίκλοπον, ὃς ὁποίᾳ ποτ' ἂν ἑκάστοτε πέτρᾳ περιπλακῇ, τὴν ἐκείνης ὑπέρχεται χρόαν· ὥστε τοὺς πολλοὺς τῶν ἰχθύων ἀπροόπτως νηχομένους τῷ πολύποδι περιπίπτειν, ὡς τῇ πέτρᾳ δῆθεν, καὶ ἕτοιμον γίνεσθαι θήραμα τῷ πανούργῳ. Polypodem ad similitudinem loci colorem mutare cum iisdem scribunt Aristoteles, *De histor. animal.*, libr. IX, cap. 37; Plutarchus, *Quæst. natur.* 19; Plinius, libr. IX, cap. 29; Philo *Περὶ μέθης*· Nazianzenus, hom. et carm.
D Εἰς αὐτόν· Clemens Alexandrinus, lib. III *Pædagogi*, capit. 11; Lucianus, *De saltatione*; et *Dialogo Menelai et Protei*; Ambrosius, lib. V *Hexaem.*, capit. 8; Nonnus, *Dionysiacon.* primo; Ælianus, *Variar. histor.* libr. I, capit. 1; Phile in *Iambis*; Oppianus Ἁλιευτ. II, Phocylides :

Μηδ' ὡς πετροφυὴς πολύπους κατὰ χῶρον ἀμείβου.
Πᾶσιν δ' ἁπλόος ἴσθι, τὰ δ' ἐκ ψυχῆς ἀγόρευε.

Ion apud Athenæum : *Καὶ τὸν πετραῖον πλεκτάναις ἀναίμοσι στυγῶ μεταλλακτῆρα πολύπουν χροός.* Plutarchus ex Theognide, *Περὶ πολυφιλίας*· Theophrastus, lib. *Περὶ τῶν μεταβαλλόντων τὰς χρόας*· Petrus Damianus, libr. II, epist. 18 : Ludovicus Fidelis, *De struct. mund.*, libr. VI, cap. 5; Ovidius *Halieut.* :

At contra scopulis crinali corpore segnis
Polypus hæret, et hac eludit retia fraude,
Et sub lege loci sumit, mutatque colorem
Semper ei similis quam contigit, atque ubi prædam
Pendentem setis avidus rapit, hic quoque fallit
Elato calamo cum demum emersus in auras
Brachia dissolvit, populatumque exspuit hamum.

Hinc nata adagia *Polypus, Polypi caput, Polypi mentem* obtinere: consule adagiorum collectores. Nec silendum est multorum fuisse opinionem, polypos seipsos, vel pedes, vel cyrrhos fame coactos absumere rodendo. Hesiodus, lib. I, *Ὅτ' ἀνόστεος ὃν πόδα τένδει*; Carneades apud Stobæum Περὶ γραμμάτων· Καρνεάδης τὴν διαλεκτικὴν ἔλεγε πολύποδι ἐοικέναι· καὶ γὰρ ἐκεῖνον αὐξηθείσας τὰς πλεκτάνας κατεσθίειν, καὶ τούτους προϊούσης τῆς δυνάμεως, καὶ τὰ σφέτερ' ἀνατρέπειν. Alcæus· Ἔδωδα ἐμαυτὸν ὡς πολύπους. Oppianus *Ἁλιευτ.* II; Rhodiginus lib. XIII, cap. 32. Hoc idem scribunt Athenæus, Horus, Eustathius, Hesychius, Suidas et alii. Negant Aristoteles libr. VIII, capit. 2, *De histor. anim.*, Οἱ δὲ γόγγροι τοὺς πολύποδας κατεσθίουσιν· et mox, Ὃ δὲ λέγουσί τινες, ὡς αὐτὸς αὑτὸν ἐσθίει, ψεῦδός ἐστιν. Ἀλλὰ περιεδηδεσμένας ἔχουσιν ἔνιοι τὰς πλεκτάνας ὑπὸ τῶν γόγγρων. Plutarchus Dialogo, Utrum prudentiora sint, etc., a congris et murænis scribit cirrhos consumi. Plinius, libr. IX, capit. 29: *Ipsum brachia sua rodere falsa opinio est. Id enim a congris evenit ei; sed renasci sicut colotis, et lacertis caudam, haud falsum.*

Ibid., lin. 20. *Μικρότατον δὲ τῇ φύσει.* Basilius, hom. 7: Ἐὰν δὲ ἀκούσῃς, ὅτι τὰ μέγιστα τῶν πλοίων ἡπλωμένοις ἱστίοις ἐξ οὐρίας φερόμενα τὸ μικρότατον ἰχθύδιον ἡ ἐχενηῒς οὕτω ῥᾳδίως ἵστησιν, ὥστε ἀκίνητον ἐπὶ πλεῖστον φυλάσσειν, ὥσπερ καταῤῥιζωθὲν ἐν αὐτῷ τῷ πελάγει· ἆρ' οὐχὶ καὶ ἐν τῷ μικρῷ τούτῳ τὴν αὐτὴν τῆς τοῦ κτίσαντος δυνάμεως λαμβάνεις ἀπόδειξιν; Nonnus, *Dionys.* 21:

Ἔκλυες εἰναλίην ἐχενηΐδα, πῶς ἐνὶ πόντῳ
Ἰχθὺς βαιὸς, ἄναγκις ἐπέχραε πολλάκι ναύταις
Ἄψ ἀνασειράζων, Ὀλίγῳ δ' ὑπὸ χάσματι λαιμοῦ
Μηκεδανὴν ἀνέκοψε κατάσχετον ὁλκάδα δεσμῷ.

Eadem eleganter et copiose Oppianus *Ἁλιευτ.* lib. I; et Lucanus, lib. VI:

Non puppim renitens euro tendente rudentes
In mediis echeneis aquis.

Ovidius:

Parva echeneis adest, mirum, mora puppibus ingens.

Idem scribit Plutarchus, II *Sympos.* quæst. 7 et II problem. quæst. 7; Ambrosius, lib. V, *Hexaem.*, cap. 10; Franciscus Petrarcha, præfat., lib. II *De remed. utr. fort.*; Lilius Giraldus, *De navigiis*, cap. 5; Joannes Sambucus Emblem. 203; Phile in *Iambis* eas ναυκράτας vocavit. Meminit Cassiodorus lib. I *Var.* Echeneidem *remoram* Latini vocarunt; Afranius et Plautus apud Festum *remaliginem*; Petrus Damianus, lib. II, epist. 18, *echeneidem*, *echinam* vocat, quod puto incuria scriptorum, et similitudine nominis id accidisse; ergo Damiano proprium, et scribatur, *Quod echeneis etiam brevis*, etc.,

A et inferius, *Echeneis ergo figit in fluctibus.* Isidorus lib. II, cap. 2, *Echeneis*, inquit, *parvus et semipedalis pisciculus nomen sumpsit quod navem adhærendo retineat. Ruant licet venti, et sæviant procellæ, navis tamen quasi radicata in mari stare videtur, nec moveri, non retinendo, sed tantum adhærendo. Hunc Latini moram appellarunt, eo quod stare cogat navigia.* Plinius, lib. IX, cap. 25, idem confirmat, et lib. XXXII, cap. 1: *Tamen omnia hæc pariterque eodem impellentia, ac parvus admodum pisciculus echeneis appellatus, in se tenet. Ruant venti licet, et sæviant procellæ, imperat furori, viresque tantas compescit, et cogit stare navigia: quod non vincula ulla, non anchoræ pondere irrevocabili jactæ. Infrenat impetus, et domat mundi rabiem nullo suo labore,* B *non retinendo, aut alio modo, quam adhærendo. Hæc tantilla est satis contra tot impetus ut vetet ire navigia. Sed armatæ classes imponunt sibi turrium propugnacula ut in mari quoque pugnetur velut e muris. Heu! vanitas humana, cum rostra illa ære ferroque ad ictus armata, semipedalis inhibere possit, ac tenere devincta pisciculus!* Isidorus itaque sua ex Plinianis hisce mutuatus est, etsi mavis compilavit, non ex Ambrosio, ut animadvertit Rittershusius in Oppiani *Ἁλιευτ.* lib. I. Subdit Plinius Attiaco marte prætoriam navem Antonii pisciculum hunc tenuisse: et sua memoria Caii principis ab Astura Antium remigantis: hoc et experientiis nostrorum temporum comprobatum est. Testatur Guilelmus Rondeletius se cognovisse triremem, in qua cardinalis quidam C Turonensis Romam vectus est, medio cursu omnibus admirantibus inhibitam. Et ego dum Venetiis commorarer, alias conchas idem valere ejusdemque esse potentiæ deprehendi. Quæ et navis impetum impediunt, et cursum segniorem reddunt, si carinæ vel iis partibus navigii, quæ aquis mersæ latent applicentur, ideo nautis in more positum est eas ex illis partibus, dum ad iter agendum se præparant, extrahere. In hoc tamen naturæ consensu, nullique dubia experientia quidam esse volunt οὐ ταχυπειθεῖς, et ea quæ diximus uti fabulosa, et commentitia damnant. Inter eos est Gerartus Falkenburgius in lectionibus et conjecturis ad Nonni *Dionysica*: quibus responsio in promptu ex Oppiano. D Quid vero sit hæc echeneis quæ cogit stare navigia, controversum adhuc est. Qui temporibus Caii illam viderunt, limaci magnæ similem esse dixerunt. Mutianus, *muricem esse latiorem purpura neque aspero neque rotundo ore, neque in angulos prodeunte rostro, sed simplice concha utroque latere sese colligente*, referente Plinio. Straboni est βδέλλα; aliis pisciculus. Cardanus una cum torpedine confundit, atque, nominum similitudine, et effectus deceptum Aristotelem deceptus ipse rerum naturalium ignoratione, et minus attenta Aristotelicæ doctrinæ lectione. Sic etiam Trebius Niger pedalem esse, et crassitudine quinque digitorum affirmavit, Plinius semipedalem, Oppianus ἰσόπηχυν. Neque in tradenda causa conveniunt. Hieronymus Fracastorius,

De sympathia et antipathia rerum, cap. 8, non ab echeneide navim cohiberi, sed echeneidem esse signum scopuli, qui subsit sub aquis cujus saxi vis navem remorari valeat. Illum Julius Scaliger de subtilitate ad Cardanum, exerc. 219, pluribus argumentis refellit, cum nihil ipse de suo in medium afferat, sed ad occultas quasdam qualitates ab elementis rebus communicatas, quas nesciant animi temperati : et ad manifestas omnia deducere qualitates summa impudentia est. Scilicet hoc est in sententiis doctissimorum se exercere, quæ ipse nescias refellere, et aliorum in rerum causis indagandis studium et impetum oppugnando, quid ipse postea possit, quantum valeat in ingenii humani vires imbecilles, vel occultissima naturæ secreta amandare. O vere lepidum! o doctum caput! habent quem sequantur frugi in scientiis homines, quæ ignorant, jam se scire comprobabunt, si ad qualitates illas occultas, quas ipsi nesciunt scilicet, deducent. Sed nobis tantillis homuncionibus id forsan esset satis. At Scaligero, quem nihil in rerum natura fugit unquam, et qui nihil cum aliis commune.

Ibid., lin. 23. Ὕδρος δέ ἐστιν ἐν τῷ ποταμῷ. Petrus Damianus, lib. II, epist. 18 : *Hydrus animal est habitans in gurgitibus fluminum, crocodilis feraliter inimicum. Hic itaque cum viderit crocodilum aperto ore in crepidine fluminis dormientem, provolvitur in limo luti, ut faucibus illius lubrico corpore facilius possit illabi. Tunc in os crocodili dormientis perniciter insilit, quem ille desubitatus repente deglutit. Hydrus vero viscera ejus cuncta dilaniat, donec et jam prorsus exstincto de cadavere illius vivus et victor erumpat.* Hujus animalis meminit etiam Michael Glycas, lib. IV *Annalium ;* David Hœschelius, et Conradus Rittershusius, hic notis ad Oppiani *Cyneget*. lib. III, ver. 407, ille notis in Horum lib. II, cap. 35, animal hoc cum ichneumone videntur confundere, et Rittershusius locum Isidori ex lib. XII, cap. 6, adducit. Verba quæ laudat Isidori, sunt : *Bestiola ex eo nuncupata quod in aquis versetur, et maxime in Nilo* (nomen bestiolæ ἔνυδρος est), *quæ si invenerit dormientem crocodilum, volutat se in lutum primum et intrat in os ejus per ventrem et carpens omnia interiore ejus exit viva de visceribus crocodilo ipso mortuo.* Crocodili cum ichneumone internecinum bellum sciunt omnes, nec alio modo nisi mersum limo, eoque veluti coriis loricatum in dimicationem pergere. Crederem tamen hydrim diversum quid esse ab ichneumone, cum inferius noster Eustathius de ichneumone sermonem habeat, ejusque bellum cum aspide luculenter explicet, de qua hydri et verba Isidori intelligenda sunt. Nec aliud existimasse Solinum comperio, cum, cap. 35, hæc scribat, *Quod enydrus conspicatus, alterum ichneumonum genus, penetrat belluam, populatisque vitalibus, erosa exit alveo.* Quamvis Delrius illa, *Alterum ichneumonum genus*, veteres libros non continere affirmet. Non permittit Oppianus qui *Cy-*

A *neget*. lib. III, quod hydri Eustathius ichneumoni tribuit.

Ἰχνεύμων βαιὸς μὲν, ἀτὰρ μεγάλοισιν ὁμοίως
Μέλπεσθαι θήρεσσι καράξιος εἵνεκα βουλῆς,
Ἀλκῆς τε κρατερῆς ὑπὸ νηπεδανοῖς μελέεσσι
Ἦ γάρ τι κέρδεσσι κατέκτανε διπλόα φῦλα,
Ἑρπυστῆρας ὄφεις τε καὶ ἀργαλέους κροκοδείλους,
Κείνους Νειλῴους, φόνιον γένος· ὁππότε γάρ τις
Θηρῶν λευγαλέων εὕδῃ, τρίστοιχα πετάσσας
Χείλεα, καὶ χάος εὐρὺ, καὶ ἄσπετον αἰόλον ἕρκος
Δή ῥα τότ' ἰχνεύμων δολίην ἐπὶ μῆτιν ὑφαίνων
Λοξοῖς ὀφθαλμοῖσιν ἀπείρονα φῦλα δοκεύει,
Εἰσόκε δὴ βαθὺν ὕπνον ἐπὶ φρεσὶ πιστεύσηται.
Αἶψα δ' ἄρ' ἐν ψαμάθοισι καὶ ἐν πηλοῖσιν ἐλισθεὶς,
Ῥίμφ' ἔθορεν, πυλεῶνα διιπτάμενος θανάτοιο
Τολμηρῇ κραδίῃ, διὰ δ' εὐρέος ἤλυθε λαιμοῦ.
Αὐτὰρ ὅγ' ἐξ ὕπνου βαρναέος ἔγρετο δειλὸς,
Καὶ κακὸν ἐν λαγόνεσσι φέρων τόσον ἀπροτίελ-
[πτον,
B *Πάντη μαινόμενος, καὶ ἀμήχανος ἀμφαλάληται.*
Ἄλλοτε μὲν ποτὶ τέρματ' ἰὼν μυχάτου ποταμοῖο,
Ἄλλοτε δ' αὖ ψαμάθοισι κυλινδόμενος ποτὶ χέρσον
Ἄγριον ἀσθμαίνων, στρωφώμενος ἀμφ' ὀδύνῃσιν·
Αὐτὰρ ὅγ' οὐκ ἀλέγει· γλυκερῇ δ' ἐπιτέρπετ' ἐδωδῇ
Ἥπατι δ' ἄγχι μάλιστα παρήμενος εἰλαπινάζει.
Ὀψὲ δέ τοι προλιπὼν κενεὸν δέμας ἔκθορε θηρός.

Dubium auget Diodorus qui ichneumonem parvo cani similem facit, etsi mustelæ Nicander. Timotheus sive Theophilus Alexandrinus, oratione *Τίνι ὁμοιοῦται ὁ ἀνθρώπινος βίος*, animal hoc quod per os crocodili insilit, subiens in ventrem, et discerpto ejus ventre exit bellua mortua derelicta, hylum appellat, vultque alitem esse. Καὶ καθάπερ τὸ ὄρνεον ὕλλος τηρεῖ τὸν κροκόδειλον, ἕως ἂν ἴδῃ αὐ-
C τὸν ἡδέως καὶ ἀμερίμνως ὑπνώσσοντα, καὶ τὸ στόμα ἀνεῳγμένον ἔχοντα· καὶ τότε εἰσπηδήσαν εἰσέρχεται διὰ τοῦ στόματος αὐτοῦ εἰς τὴν κοιλίαν αὐτοῦ, καὶ διαῤῥῆξαν τὴν γαστέρα αὐτοῦ ἐξέρχεται, καταλιπὼν αὐτὸν νεκρόν. Sed de ichneumone inferius.

Ibid., lin. 30. Ἔστι δὲ ὁ κροκόδειλος. Plinius, lib. XXXII, cap. 11 : *Communesque terræ, mari, amni hippopotami, crocodili.* Eustathiana hæc eadem ad verbum leguntur apud Achillem Statium *De Clitophontis et Leucippes amoribus*, lib. IV. Crocodili accuratam descriptionem habes apud Herodotum in *Euterpe;* Aristotelem, lib. IX *Histor. anim.*, cap. 6; Heliodorum, lib. VI ; Ammianum Marcellinum, l. XXII ; Isidorum, lib. XII, cap. 6 ; Diodorum Siculum, lib. I, part. I ; Plinium, lib. VIII, cap. 27 ;
D Joannem Leonem in *Descript. Africæ*, lib. IX. Solinus hæc de eo, cap. 35 : *Crocodilus malum quadrupes, et in terra, et in flumine pariter valet, linguam non habet, maxillam movet superiorem : morsus ejus horribili tenacitate conveniunt, stipante se dentium serie pectinatim : plerumque ad viginti ulnas magnitudinis coalescit : qualia anseres edit ova; metatur locum nido naturali providentia, nec alibi fetus premit, quam quo crescentis Nili aquæ non possunt pervenire. In partu fovendo mas et femina vices servant. Præter hiatum oris armatus est etiam unguium immanitate. Noctibus in aqua degit; per diem humi acquiescit. Circumdatur maxima cutis firmitate, in tantum, ut ictus quovis tormento adactos tergore repercutiat.*

Ibid., lin. 42. *Ἐὰν δὲ χάνῃ.* Mirum est quod de eorum victu narrat Joannes Leo in *Descriptione Africæ*, lib. IX : *Harum belluarum amplius trecenta capita Canæ mœnibus diducto rictu affixa vidi, adeo magnæ ac stupendæ amplitudinis, ut vaccam integram capere potuissent, dentibus acutis et prægrandibus. Solent autem Ægyptii piscatores crocodilo caput præscindere, oppidorumque mœnibus, quemadmodum venatores ferarum capita affigere.*

Ibid., lin. 45. *Ὁ δὲ λεγόμενος ἱπποπόταμος.* Eamdem descriptionem iisdem fere verbis paucis immutatis habes apud Achillem Statium, lib. IV : Ἔτυχον ποτάμιον θηρίον ἄνδρες τεθηρακότες θέας ἄξιον. Ἵππον δὲ αὐτὸν τοῦ Νείλου ἐκάλουν οἱ Αἰγύπτιοι· καὶ ἔστι μὲν ἵππος, ὡς ὁ λόγος βούλεται, τὴν γαστέρα καὶ τοὺς πόδας, πλὴν ὅσον ἐν χηλῇ σχίζει τὴν ὁπλήν. Μέγεθος δὲ κατὰ βοῦν τὸν μέγιστον. Οὐρὰ βραχεῖα, καὶ ψιλὴ τριχῶν, ὅτι καὶ τὸ πᾶν τοῦ σώματος οὕτως ἔχει· κεφαλὴ περιφερὴς οὐ σμικρά. Ἐγγὺς ἵππου παρειαί, μυκτὴρ ἐπὶ μέγα κεχηνώς, καὶ πνέων πυρώδη καπνόν, ὡς ἀπὸ πηγῆς πυρός· γένυς εὐρεῖα, ὥσει καὶ παρειά. Μέχρι τῶν κροτάφων ἀνοίγει τὸ στόμα. Ἔχει δὲ καὶ κυνόδοντας καμπύλους, κατὰ μὲν τὴν ἰδέαν καὶ τὴν θέσιν ὡς ἵππος, τὸ δὲ μέγεθος εἰς τριπλάσιον. Et Plinius lib. VIII, cap. 39 : *Major altitudine in eodem Nilo bellua hippopotamus editur : ungulis bifidis, quales bubus, dorso equi, et juba, et hinnitu, rostro resimo, cauda, et dentibus aprorum, aduncis sed minus noxiis ; tergoris ad scuta galeasque impenetrabilis præter quam si humore madeat. Depascitur segetes, destinatione ante, ut ferunt, determinatas in diem, et ex agro ferentibus vestigiis, ne quæ revertenti insidiæ comparentur.* Et lib. IX, cap. 11, diversa ab Achille et Eustathio scribit, hippopotamos duntaxat, sicut et vitulos aquatiles corio et pilis integi. De hoc Aristoteles, *De hist. anim.* lib. II, cap. 7; Strabo, lib. XV; Joannes Leo, *Descriptionis Africæ* lib. IX, qui etiam eos depiles esse scribit. De ejus in parentes impietate et injustitia Plutarchus, lib. *De solertia anim.*; et quomodo symbolice notet impudentiam. Idem, lib. *De Iside*. Vide Ælianum, lib. VII, cap. 19, *De hist. anim.*, et præter cæteros Horum, lib I, cap. 16.

Ibid., lin. 54. *Καὶ ἔστιν ἀδηφαγώτατον.* Achilles Statius, lib. IV : Πρῶτον μὲν τὴν φύσιν τοῦ θηρίου καταλέγων, εἶτα καὶ τὸν τρόπον τῆς ἄγρας, ὡς ἐστι μὲν ἀδηφαγώτατον, καὶ ποιεῖται τροφὴν ὅλον λήϊον. Nonnus *Dionysiacon* lib. XXVI :

— ἑώιος Ἰνδὸς Ὑδάσπης.
Κεῖθι μελαμψηφῖδι διαξύων ῥόον ὁπλῇ
Νήχεται ὑδατόεις ποταμήϊος ἵππος ἀλήτης
Οἷος ἐμοῦ Νείλοιο θερειγενὲς οἶδμα χαράσσων
Ναιετάει βυθίοιο δι' ὕδατος ὑγρὸς ὁδίτης
Μηκεδανὸς γενέεσσιν, ἐπ' αἰγιαλοῖο δὲ βαίνει
Αἰχμῇ καρχαρόδοντι διασχίζων ῥάχιν ὕλης
Καὶ διερὴν ἀχάρακτον ἔχων γένυν ἅρπαγα καρπῶν
Μιμηλῇ δρεπάνῃ σταχυηφόρα λήϊα τέμνει
Ἀμητὴρ ἀσίδηρος ἀμαλλοφόρου τοκετοῖο.

Ælianus, lib. V, cap. 53, et Plinius, lib. VIII.

Ibid., lin. 55. *Ἀπάτῃ δὲ θηρᾶται.* Eadem habet Achilles Statius lib. IV, et simile quid, etsi in re diversa, legitur apud Longum sophistam, lib. I Ποιμενικῶν, in quo simili dolo pastores lupos capiunt.

Col. 728, lin. 3. *Δεύτερον βοός.* Cave hunc locum ita intelligas, ut hippopotamum magnitudine superari existimes, ea enim maximum quemquem bovem æquiparat. Achilles Statius, μέγεθος δὲ κατὰ βοῦν τὸν μέγιστον. Quare locum hunc ita restituo, videtur enim mutilus, Καὶ οἱ θηρευταὶ εὐθὺς ἀποκλείουσι. Καὶ ἔστι μὲν εἰς ἀλκὴν ἐλέφαντος Ἰνδοῦ δεύτερον· βοὸς δὲ ἔχει τὸ θηρίον τὸ μέγεθος.

Ibid., lin 5. *Ἐν δὲ τοῖς ἰχθύσι πολλή τις.* Aristoteles tamen *De generatione anim.*, lib. III, cap. 1, piscium naturam frigidiorem esse affirmat, ideoque ita illis sicut et avibus menstrua nulla prodire, et conceptum consistere sine coitu; et lib. VIII, cap. 19, *De histor. anim.*, pisces in locis frigidis parum vigere. Quare minime mirum est gelidam hiemem omnes sentire, maximeque eos, qui lapidem habere in capite existimantur : et cum asperæ hiemes fuerint multos cæcos captos fuisse, ita referente Plinio lib. IX, cap. 16 ; ex Aristotele *De hist. anim.*, lib. VIII, cap. 19; sicque his mensibus jacere speluncis conditos, alios arenis, alios saxorum angustiis. Ubi vero temperiem aeris, et maris tranquillitatem præsenserint, continuo se efferre choreasque ducere. Cultissimus Ælianus, lib. IX, cap. 57: Ἐν δὲ τῷ χειμῶνι βιαιοτάτῳ, κυμαινούσης μὲν τῆς θαλάσσης, σκληρόν γε τῶν ἀνέμων καὶ βίαιον καταπνεόντων, φρίττουσι τὴν σύντροφόν τε ἅμα καὶ φίλην οἱ ἰχθύες θάλατταν. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν τοῖς πτερυγίοις ἐπαμῶνται τὴν ψάμμον, καὶ ἑαυτοὺς ἐπηλυγάσαντες ὑποθάλπουσιν· οἱ δὲ ὑπειλοῦνταί τινα πέτραν, ἐν σκέπῃ τε τοῦ κρύους, καὶ εὖ μάλα γε ἀσμένως ἡσυχάζουσιν· οἱ δὲ ἐς τοὺς μυχοὺς τοῦ πελάγους καταθέοντες, εἶτα τὴν ἄνωθεν φρίκην ἐξέκλιναν κάτω καὶ ἐν βυθῷ. Οὐχ οὕτως γάρ φασιν, ὥσπερ οὖν ἄνω διοιδαίνειν τε καὶ τύπτειν τὸ κῦμα ἀγριαῖνον. Ὑπαρχομένου δὲ τοῦ ἦρος, καὶ τοῦ μὲν ἀέρος φαιδροῦ γενομένου, τῶν δὲ φυτῶν θάλλειν ἀρχομένων, καὶ τῶν λειμώνων τὰ σύντροφα κομώντων, γαληνά τε τὰ τοῦ πελάγους καὶ ὑπεύδια αἰσθόμενοι οἱ ἰχθύες, ἀναθέουσι καὶ πηδῶσι, καὶ πλησίον τῆς γῆς νήχονται ὥσπεροῦν ἥκοντες ἐξ ἀποδημίας. Nec propterea Aristoteles negat pisces voraces esse et gulosos, sed id ad aliam causam, non ad calorem refert, quæ et magis verosimilis videtur; libro enim III, *De part. anim.*, cap. 14 . *Genus piscium omne, quoniam cibum minus conficere possit, crudaque egerat, et vorax et gulosum est. Cætera etiam omnia, quibus intestina sunt recta, ciborum avida sunt. Cum enim cibus celeriter egeratur, proindeque brevis usus fruendi sit, brevi repetant cibum avida necesse est.*

Ibid., lin. 9. *Ἡ δὲ θαλάσσιος ἀλώπηξ.* Aliter hoc narrat Ælianus *De hist. anim.*, lib. IX, cap. 12; ait enim vulpem marinam hamo devorato omnia interiora evomere tanquam vestem invertentem, donec hamum egerat, deinde resorbere. Ex Æliano exscripsit Phile in *Iambis :*

Τὴν κερδαλῆν δέ φασι τὴν θαλαττίαν,
Τοῖς ἐγκάτοις ἄγκιστρον εἰσδεδεγμένην,
Σοφῶς ἑαυτὴν τῶν ἀπ' ἐξ ἔνδον στρέφειν,
Ὡς ἱματισμῶν σηρικῶν ὑφασμάτων,
Ὡς ἂν ὁ χαλκὸς ἐμπαγεὶς διεκπέσῃ.

Nec minus oscitanter id idem scripsit Plutarchus, Dialogo, Utrum prudentiora, etc. Hos ergo confudisse pisces, et quod erat unius alteri tribuisse, satis liquet ex his quæ ex Aristotele aliisque scriptoribus adducemus. Aristoteles enim disertissimis verbis *De histor. anim.*, lib. IX, cap. 37: Ἣν δὲ καλοῦσι σκολόπενδραν, ὅταν καταπίῃ τὸ ἄγκιστρον, ἐκτρέπεται τὰ ἐντὸς, ἐκτὸς ἕως ἂν ἐκβάλλῃ τὸ ἄγκιστρον, εἶθ' οὕτως εἰστρέπεται πάλιν ἐντός. Et Plinius, lib. IX, cap. 43: *Scolopendræ terrestribus similes, quas centipedes vocant, hamo devorato omnia interanea evomunt, donec hamum egerant, deinde resorbent. At vulpes marinæ simili in periculo glutiunt amplius, usque ad infirma lineæ quæ facile prærodant*; et Oppianus Ἁλιευτ. lib. III:

Λαιψηραὶ δ' ἀμίαι καὶ ἀλώπεκες, εὖ τ' ἂν ἔχωνται,
Εὐθὺς ἄνω σπεύδουσιν ὑποφθαδὸν, αἶψα δὲ μέσσην
Ὁρμιὴν ὑπ' ὀδοῦσι διέτμαγον, ἠδὲ καὶ ἄκρας
Χαίτας τοὔνεκα τῇσιν ἐχαλκεύσαντ' ἁλιῆες
Ἄλλον ἐπ' ἀγκίστρῳ δολιχώτερον ἄλγος ὀδόντων.

Quos etiam noster hic auctor sequitur; et ita sane rem se habere certo certius tenendum est. Error autem Æliani, Plutarchi et aliorum inde videtur fluxisse. Nam cum in textu Aristotelis, a quo acceperunt sua, ipsi legissent vulpem marinam, eodem modo ac centipedem hamum effugere, Τῶν δ' ἰχθύων αἱ ὀνομαζόμεναι ἀλώπεκες, ὅταν αἴσθωνται, ὅτι τὸ ἄγκιστρον καταπεπώκασι, βοηθοῦσι πρὸς τοῦτο, ὥσπερ καὶ ἡ σκολόπενδρα, hisce verbis contenti, reliqua verba Aristotelis neglexerunt, in quibus discrimen explicat, ideoque quod erat tribuendum centipedibus vel scolopendris, vulpi marinæ dederunt, et inverterunt historiam; vel saltem primum memoria lapsum affirmabimus, cæteros verbis illius delusos. Huc videtur allusisse Horatius, 2, *Serm. sat.*

— *Si vafer unus et alter*
Insidiatorem præroso fugerit hamum.

Theodorus Gaza in Aristotelicis vertendis, Aristotelis sententiam non expressit, de suoque nonnulla addidit quæ in Aristotele non habentur. Anthiæ quoque funem, vel lineam abrumpunt, non ore sed spinis tergi dissectam. Ovidius in fragmento *Halieut.*, et Oppianus, lib. III. Phile in *Iambis* similia tradit de trocta, et dicit hanc rem nomen pisci dedisse. Aristoteles glanidem ἀγκιστροφάγον vocat, et Plinius. De mugile hoc tradit Plutarchus d. loco.

Ibid., lin. 13. *Ὁ δὲ κροκόδειλος*. Plinius, libr. VI, capit. 20, hos humani corporis avidissimos vocat. Joannes Leo in *Descriptione Africæ*, libr. IX, refert eos circa littora reconditos magno astu homines vel propinqua animalia observare, quos subito cauda involutos in aquam pertrahere, ac devorare. Idque probi senis successu comprobat, qui longa crocodili cauda cinctus ex ipsa navi momento temporis detractus fuit.

A Ibid., lin. 24. *Περὶ γὰρ τὴν γαστέρα*. Plinius lib. VIII, cap. 15: *Et unguibus hic armatus est, contra omnes ictus cute invicta*; et inferius: *In ventre mollis est tenuisque cutis crocodilo*. Consule Solinum, et alios qui de crocodilo scribunt. Ideoque delphini immeantes Nilo, quorum dorso tanquam ad hunc usum cultellata inest pinna, subeuntes, crocodilorum alvum illa secant spina. Solinus, lib. XXXV: *Est et delphinum genus in Nilo, quorum dorsa serratas habent cristas. Hi delphines crocodilos studio eliciunt ad natandum, demersique astu fraudulento tenera ventrium subternatantes secant et interimunt.* Hi capita hominum, quos vorarunt, deflent, et mortuorum reliquias deplorant, ut tradit

B Asterius Amaseæ episcopus, non facti pœnitentia adducti, sed dolentes quod ipsum caput carne careat, quam ipsi devorent: homilia de jejunio: Τί σοι βούλεται ἡ νηστεία, ἢ τοὺς Νειλῴους κροκοδείλους μιμεῖσθαι; οὓς φασι ταῖς κεφαλαῖς ἐπιθρηνεῖν τῶν ἀνθρώπων, ὧν ἔφαγον, καὶ δακρύειν ἐπὶ τοῖς λειψάνοις τῶν φόνων, οὐ μετάνοιαν τῶν γεγενημένων λαμβάνοντας, ἀλλὰ τὸ ἄσαρκον τῆς κεφαλῆς, ἐμοὶ δοκεῖν, ὀδυρομένους, ὡς εἰς βρῶσιν οὐκ ἐπιτήδειον.

Ibid., lin. 30. *Ἔδωκε δὲ αὐτοῖς*. Basilius, hom. 8: Διὰ τί ἐξ ὑδάτων καὶ τοῖς πτηνοῖς τὴν γένεσιν ἔδωκεν; Ὅτι ὥσπερ συγγένειά τίς ἐστι τοῖς πετομένοις πρὸς τὰ νηκτά. Καὶ γὰρ ὥσπερ οἱ ἰχθῦς τὸ ὕδωρ τέμνουσι, τῇ μὲν κινήσει τῶν πτερύγων εἰς τὸ πρόσω χωροῦντες, τῇ δὲ τοῦ οὐραίου μεταβολῇ τάς τε περι-

C στροφὰς καὶ τὰς εὐθείας ὁρμὰς ἑαυτοῖς οἰακίζοντες· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν πτηνῶν ἔστιν ἰδεῖν διανηχομένων τὸν ἀέρα τοῖς πτεροῖς κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον· ὥστε ἐπειδὴ ἓν ἰδίωμα ἐν ἑκατέροις τὸ νήχεσθαι, μία τις αὐτοῖς ἡ συγγένεια ἐκ τῆς τῶν ὑδάτων γενέσεως παρεσχέθη. Præter hanc rationem optime Aristoteles, *De hist. anim.*, lib. VI, cap. 10, explicat piscium generationi ex ovo quid diversum, quidque commune cum avium procreatione; et lib. *De anim. incessu*, cap. 17: *Aves autem quodammodo, et pisces similiter se habent. Avibus namque alæ in superiori sunt parte, illis vero pinnæ duæ parte prona, et avibus quidem in supina corporis parte sunt pedes, illis vero in supinis juxta pronas pinnæ sunt pluribus, et aves præterea uropygium habent, illi vero caudam.* Aves au-

D tem ex aquis fuisse productas probabilior videtur sententia, cum nulla de aere in avium productione fiat mentio. Et gravissimi doctores id censuerunt, Hieronymus, Augustinus, Rupertus, Ambrosius, lib. V *Hexaem.* cap. 14; Cyrillus *in* primum *Geneseos*; Theodoretus, lib. V *Divinorum decret.*; Marius Victor, lib. I *in Genes.*; Damascenus, lib. II *Fid. Orthodoxæ*, cap. 9; Hugo, Richardus, et alii. Non conveniunt tamen inter se, quæ sint hæ aquæ ex quibus divina eloquia aves esse productas affirmant. Non defuerunt uti Cajetanus, Catharinus et alii, qui non ex aquis aves, sed ex ipsa terra fuisse factas contendunt verbis sacræ Scripturæ in dialecto Hebraico et paraphrasi Chaldæa nixi.

Ibid., lin. 34. *Ἔστι δὲ αὐτῶν τὰ μέν*. Basilius.

hom. 8 : Ἄλλο μὲν οὖν γένος τὸ τῶν σαρκοφάγων, καὶ A ἄλλη κατασκευὴ πρέπουσα τῷ τρόπῳ τῆς διαίτης αὐτῶν, ὀνύχων ἀκμαὶ, καὶ χεῖλος ἀγκύλον, καὶ πτερὸν ὀξὺ, ὥστε καὶ συλληφθῆναι ῥᾳδίως τὸ θήραμα, καὶ διασπαραγὲν τροφὴν τῷ ἑλόντι γενέσθαι· ἄλλη τῶν σπερμολόγων κατασκευὴ, ἄλλη τῶν ἐκ παντὸς τρεφομένων τοῦ συντυχόντος, καὶ ἐν τούτοις πλεῖσται διαφοραί. De avium generibus, ingeniis, facultatibus, cæterisque ad eas spectantibus plura, et Aristoteles, et Plinius, et Ælianus, et Albertus Magnus et alii, quos si libet adi. Unum tantum Aristotelis locum in medium afferam ex lib. III *De partibus anim.*, capit. 11, qui omnia hæc quæ a nostro auctore strictis et paucissimis verbis attinguntur, exponit, quæque commentarii loco deservire possunt: *Avibus os, quod rostrum vocatur, hoc enim pro labris et* B *dentibus habent, sed varie pro usu et auxilio; quæ enim aduncis unguibus sunt, quoniam carne vivunt, et nullo fructu vescuntur, rostrum omnia habent aduncum. Tale enim tum ad retinendum, tum vero ad vim inferendam commodius atque aptius est; vis autem in hoc, et in unguibus sita est. Unde fit, ut ungues etiam habeant aduncior*es. *Cæterarum avium rostrum utile ad victum cujusque est, verbi gratia roborei generis, et corvini robustum, atque prædurum os est : minuti generis latum ad terræ fructus colligendos, et ad bestiolas capiendas idoneum. Quæ autem herbis vivunt, quæque apud paludes victitant, ut nantes, et palmipedes partim alio quodam modo rostri commoditatem obtinent, partim latitudine rostri sibi sufficiunt : quippe quæ rostro ejusmodi* C *infodere possint, quale inter quadrupedes etiam suis est; nam is quod radicum appetens est. Quin etiam aves, quæ lato sunt rostro radicesque esitant, et reliquarum victus similis nonnullæ serratum rostri extremum habent : ita enim herbarum carptus quo vivunt facilius agitur.* Nec tantum ad necessaria comparanda ita nata sunt animalia, sed ut instrumenta habeant, quibus se ab inimicorum insidiis, sive ii homines sint, sive belluæ defendant, quæ omnia optime norunt, et dum occasio fuerit scientes utuntur. Theophylactus Simocatus in *Quæst. naturalibus*, quæst. 5 : Ἔστιν αἴσθησις καὶ τοῖς ἀλόγοις ζώοις, Πολύκρατες, καθ' ἣν τῆς οἰκείας σωτηρίας ἀπειλήφασι τὴν διάγνωσιν. Οἶδεν ἡ σηπία τῆς οἰκείας D ἀχλύος τὸ σόφισμα καί που θηραταῖς ἀορασίαν ἄγρας ἐνέθηκεν. Οἶδε τὰ γαμψώνυχα τὴν διὰ τῶν ὀνύχων ἀλκήν. Οἶδεν ὁ λαγωὸς διὰ τοῦ δρόμου καὶ τῆς τῶν ποδῶν ὀξύτητος κυνηγέτου ἐπιβουλὰς ἀποπέμπεσθαι. Οἶδεν ἡ ἔλαφος ἀποκειραμένη τὰ κέρατα ἀσθενεστέραν τὴν φύσιν ἀμύνεσθαι τοὺς λυπήσαντας, etc. Cicero, *De finibus* lib. V, qui laudatur a Nonio Marcello : *Serpere anguiculos, natare anaticulas, volare merulas, cornibus uti videamus boves* (ego legerem *cornibus niti*), *nepas aculeis, suam denique cuique naturam esse ad vivendum ducem;* et mellitissimus Anacreon:

Φύσις κέρατα ταύροις,
Ὁπλὰς δ' ἔδωκεν ἵπποις,
Ποδωκίην λαγωοῖς,
Λέουσι χάσμ' ὀδόντων,
Τοῖς ἰχθύσι τὸ νηκτὸν,
Τοῖς ὀρνέοις πέτασθαι,
Τοῖς ἀνδράσι φρόνημα.
Γυναιξὶν οὐκέτ' εἶχεν.
Τί οὖν δίδωσι; Κάλλος,
Ἀντ' ἀσπίδων ἁπασῶν.
Ἀντ' ἐγχέων ἁπάντων·
Νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον,
Καὶ πῦρ καλή τις οὖσα.

Et Phocylides :

Ὅπλον ἑκάστῳ νεῖμε Θεὸς φύσιν ἠερόφοιτον·
Ὄρνισι μὲν πολλὴν ταχύτητ', ἀλκὴν δὲ λέουσι,
Ταύροις δ' αὐτοχύτοις κεράεσσι, κέντρα μελίσσαις,
Ἔμφυτον ἄλκαρ ἔδωκεν.

Plinius, lib. X, cap. 24, hirundinem solam avem ex iis, quæ aduncos ungues non habent, carnibus vesci notat.

Ibid., lin. 40. *Καὶ τὰ μὲν ἔστιν ἄναρχα.* Basilius, hom. 8 : Πάλιν ἐν τούτοις τὰ μὲν ἄναρχά ἐστι, καὶ οἷον αὐτόνομα, τὰ δὲ ὑφ' ἡγεμόνι τετάχθαι καταδεχόμενα, ὡς αἱ γέρανοι. Ἤδη δέ τις καὶ ἑτέρα ἐν τούτοις ἐστὶ διαφορὰ, καθ' ἣν τὰ μὲν ἐπιδημητικά τέ ἐστι καὶ ἐγχώρια, τὰ δὲ ἀπαίρειν πέφυκε πορρωτάτω, καὶ χειμῶνος ἐγγίζοντος ἐκτοπίζειν ὡς τὰ πολλά.

Ibid., lin. 44. *Γαῦρον ὁ ἀλεκτρυών.* Basilius, hom. 8 : Γαῦρον ὁ ἀλεκτρυὼν, φιλόκαλον ὁ ταὼς, λάγνοι αἱ περιστεραὶ καὶ αἱ κατοικίδιοι ὄρνεις, ἐπὶ παντὸς καιροῦ τὸ συνουσιαστικὸν ἔχουσαι. Lucillius :

Gallinaceus, cum victor se gallus honeste
Sustulit, in digitos primoresque erigit ungues.

Ibid. *Ὁ δὲ ἱέραξ εὐνούστατος.* Aristoteles, lib. IX *De histor. anim.*, cap. 36 : Ἐν δὲ Θρᾴκῃ τῇ καλουμένῃ ποτὲ Κεδροπόλει ἐν τῷ ἕλει θηρεύουσιν οἱ ἄνθρωποι τὰ ὀρνίθια κοινῇ μετὰ τῶν ἱεράκων. Οἱ μὲν γὰρ ἔχοντες ξύλα σοβοῦσι τὸν κάλαμον καὶ τὴν ὕλην, ἵνα πέτωνται τὰ ὀρνίθια· οἱ δὲ ἱέρακες ἄνωθεν ὑπερφαινόμενοι καταδιώκουσι· ταῦτα δὲ φοβούμενα κάτω πέτεται πάλιν πρὸς τὴν γῆν· οἱ δὲ ἄνθρωποι τύπτοντες τοῖς ξύλοις λαμβάνουσι, καὶ τῆς θήρας μεταδιδόασιν αὐτοῖς, ῥίπτουσι γὰρ τῶν ὀρνίθων, οἱ δὲ ὑπολαμβάνουσιν. Eadem repetit libello *Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων*, ubi tamen Ἀμφίπολιν pro Cedropoli nominat, quæ ita vertebat Plin. lib. X, c. 8 : *In Thraciæ parte super Amphipolim homines atque accipitres societate quadam aucupantur. Hi ex silvis, et arundinetis excitant aves : illi supervolantes deprimunt. Rursus captas aucupes dividunt cum iis. Traditum est missas in sublime sibi excipere eos : et cum tempus sit capturæ clangore ac volatus genere invitare ad occasionem.* Similia habet Ælianus, *De hist. anim.*, lib. II, cap. 42, qui ait homines explicatis retibus quiescere, accipitres supervolantes aves, metu incusso, in retia compellere. Thraces captas aves cum illis partiri, ut fidos socios ad aucupium habeant. Sin accipitres ab illis distracti dissocientur. Quæ repetit etiam Antigonus Carystius cap. 34; Joannes Meursius in not., cum Cedropoleos nullus veterum mentionem habuerit, suspicatur esse mendum in Aristotele non hodie aut heri

natum, sed jam ante Antigoni tempora, qui ita inventum expressit, restituitque Κεκροπίδι quæ Stephano Thraciæ regio est; conciliatque secum Aristotelem, dum Amphipolim urbem in Thracia sitam in Cecropide regione ponit.

Col. 729, lin. 5. *Φιλότεκνον ὁ πελεκάν*. Cff. *Physiologus* Epiphanii, et Petrus Damianus, lib. II, epist. 18; Hieronymus, sive auctor epistolæ ad Præsidium, pelecanorum filios a serpentibus occidi, et parentum sanguine vivificari auctor est. Isidorus lib. XII, c. 7: *Pelicanus avis Ægyptia habitans in solitudine Nili fluminis, unde et nomen sumpsit. Nam Canopius Ægyptus dicitur. Fertur si verum est, eam occidere natos suos, eosque per triduum lugere, deinde seipsam vulnerare, et aspersione sui sanguinis vivificare filios.* Idem habet Augustinus in *psalm.* CI, et Gregorius *super* V *psalm. pœnitent.*; Albertus Magnus cum nostro Eustathio convenit, qui ait parentes a filiis provocatos, eos interficere. Consule Michaelem Glycam, *Annal.* libr. I; Horum libr. I, capit. 54. Aliam φιλοτεχνίας causam habes apud Ælianum, *De histor. animalium*, lib. III, capit. 24. Hunc Plinius plateam, plataleam, Cicero, Hieronymus, et Eucherius onocrotalum vocarunt. Consalus Pontius notis in *Physiologum* Epiphanii, quæ de pelecano narratur, nullo aut experimento, aut veteri probato testimonio affirmari posse contendit. Quare putat pro pictorum arbitrio hominibus exhibitam, nec ullam hujusce naturæ avem usquam esse, comprobatque Hebræorum sententia, qui fatentur nescire se quæ avis sit pelecanus. Quidquid tamen sit, avis hæc fuit insigne Julii Antonii Sanctorii cardinalis, post Gregorium decimum tertium pontificem optimum, collegii Græcorum primum patrem, primi propugnatoris ac defensoris, qui, ut Græcorum filii ex impia illa Turcarum tyrannide et ignorantiæ tenebris elapsi, et bonis artibus, et lectissimis moribus instruerentur, adversus malesanos nebulones, qui tantum opus evertere conabantur, propriis officiis opibusque bona a Gregorio legata, alumnorum educationi, diu jam corruentia, immunia, sanaque sustinuit, et confirmavit nutantia, suis commodis Græcorum eruditionem anteponens, et quos jam charitatis studio uti filios complexus fuerat, etiam si opus fuisset, sui sanguinis fovens effusione, o vere pelecanum, vere aureum, vere φιλότεκνον. Ne felicem te Græciam, felices tuos adolescentulos, tanti patroni præsidio in maxima necessitate vere defensos. Gaude, gaude, tanti viri exemplo præstantissimi quinque præsules tuos filios, et alunt, et moribus scientiisque informant, quorum laudes nunc *non tam prætermittimus, quam ad majorem scribendi diligentiam reservamus.*

Ibid., lin. 11. *Οὗτοι δὲ οἱ πελεκᾶνες*. Idem narrat Aristoteles lib. *Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων*, et lib. IX *De hist. anim.*, cap. 10: Οἱ δὲ πελεκᾶνες οἱ ἐν τοῖς ποταμοῖς γινόμενοι καταπίνουσι τὰς μεγάλας κόγχας καὶ λείας· ὅταν δ' ἐν τῷ πρὸ τῆς κοιλίας τόπῳ πέψωσιν, ἐξεμοῦσιν, ἵνα χασκουσῶν τὰ κρέα ἐξαιροῦντες ἐσθίωσι. Cicero, lib. II, *De natur. deorum*: *Legi etiam scriptum esse avem quamdam, quæ platalea nominaretur, eam sibi cibum quærere advolantem ad eas aves, quæ se in mari mergerent, quæ cum emersissent, piscemque cœpissent, usque eo premere earum capita mordicus dum captum illæ amitterent, id quod ipsa invaderet. Eademque hæc avis scribitur conchis se solere complere, easque cum stomachi calore concoxerit, evomere, atque ita eligere ex iis quæ sunt esculenta.* Plinius, lib. X, cap. 40: *Platea cum devoratis se implevit conchis, calore ventris coctas evomit, atque ita ex iis esculenta legit testas excerpens.* Et Ælianus, *De hist. anim.* lib. III, cap. 20: Οἱ πελεκᾶνες ἐν τοῖς ποταμοῖς κόγχας περιχαίνοντες, εἶτα καταπίνουσιν. Ἔνδον δὲ καὶ ἐν μυχῷ τῆς γαστρὸς ὑποθάλψαντες ἀνεμοῦσι. Καὶ τὰ μὲν ὀστράκια ἐκ τῆς ἀλέας διέστη ὥσπερ οὖν τῶν ἑφθῶν· οἱ δὲ ἐξορύττουσι τὰ κρέα, καὶ ἔχουσι δεῖπνον. Quæ carmine iambico ita reddidit Phile:

Κόγχην δὲ πελεκὰν ἐμβαλὼν τοῖς ἐγκάτοις,
Κἀνάπαλιν αὐτὴν ἐξενεγκὼν, ὀστράκοις
Τὸ σαρκίον βέβρωκε ληφθὲν εὐστόχως.
Τοῦ γὰρ τόνου θλάσασα τὰς κλεῖς ἡ ζέσις,
Ἔλυσεν ἃς ἔσφιγξεν ἡ κόγχη πτύχας.

Ibid., lin. 26. *Φιλόκαλον ὁ ταώς*. Hujus descriptionem iisdem pene verbis habes apud Achillem Tatium, lib. I: Ταύτῃ νῦν οὗτος τὸ κάλλος ἐπιδείκνυται λειμῶνα πτερῶν. Ὁ δὲ τοῦ ταὼ λειμὼν εὐανθέστερος. Πεφύτευται γὰρ αὐτῷ καὶ χρυσὸς ἐν τοῖς πτεροῖς· κύκλῳ δὲ τὸ ἁλουργὲς τὸν χρυσὸν περιθέει τὸν ἴσον κύκλον, καὶ ἔστιν ὀφθαλμὸς ἐν τῷ πτερῷ. Aristoteles, lib. I *De hist. anim.*, eum φθονερὸν καὶ φιλόκαλον vocat; ejus ostentationem, superbiam ac fastum explicat Ælianus lib. V *De histor. anim.*, cap. 21; Oppianus, *De venatione*, lib. II, et lib. III, qui ait nil jucundius ac pulchrius pavone in rebus a natura profectum; Phile, in *Iambis*; Georgius Pisida, *De mundi opific.*; Philostratus Junior *Heroic.* 2, in *Alexandro*; Gregorius Nazianzenus *Κατὰ γυναικῶν καλλωπιζομένων*, Athenæus, libr. IX, *Deipnosophist.*; Cicero, III *De finibus*; Columella, lib. VIII, capit. 11; Lucianus, *De domo*; Gellius, lib. VII, cap. 17; Dio Chrysostomus, oratione Olympica; Theophylactus Simocatus, epist. 31; Epiphanius in *Physiologo*; Ovidius, et alii. Plinius, lib. X, cap. 20: *Gemmantes laudatus expandit colores, adverso maxime sole, quia sic fulgentius radiant. Simul umbræ quosdam repercussus cæteris, in opaco clarius micant, conchata quærit cauda: omnesque in acervum contrahit pennarum, quos spectari gaudet oculos.* Tertullianus, lib. *De pallio*: *Pavo pluma vestis, et quidem de cataclitis, imo omni conchylio depressior, qua colla florent, et omni patagio inauratior, qua terga fulgent; et omni syrmate solutior, qua caudæ jacent, multicolor, et discolor, et versicolor, nunquam ipsa semper alia, etsi semper ipsa quando alia; toties denique mutanda quoties movenda.* Vide præterea Joannem Passeratium, et Ulyssem Aldrovan-

dum. Scaliger exercit. 238, in *Cardanum*, quod non infrequens est apud scriptores, pavonem scilicet, conspectis pedibus, quod turpes sint vociferari, anicularum fabulam vocat. Vide Pierium, lib. XXIV.

Ibid., lin. 35. *Ὁ δὲ φοῖνιξ μέγεθος μέν*. Plinius, lib. X, cap. 2 : *Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus, cæruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis faciem, caputque plumeo apice cohonestante*. Achilles Tatius, lib. III : Φοῖνιξ μὲν ὁ ὄρνις ὄνομα· τὸ δὲ γένος Αἰθίοψ, μέγεθος κατὰ ταῶνα· τὴν χροιὰν ταὼς ἐν κάλλει δεύτερος. Κεκέρασται μὲν πτερὰ χρυσῷ καὶ πορφύρᾳ, αὐχεῖ δὲ τὸν ἥλιον δεσπότην, καὶ ἡ κεφαλὴ μαρτυρεῖ· ἐστεφάνωσε γὰρ αὐτὴν κύκλος εὐφυής, ἡλίου δέ ἐστιν ὁ τοῦ κύκλου στέφανος εἰκών. Κυάνεός ἐστι, καί εἰσιν αὗται πτερῶν ἀνατολαί. Μερίζονται δὲ αὐτοῦ Αἰθίοπες μὲν τὴν ζωήν, Αἰγύπτιοι δὲ τὴν τελευτήν. Phœnicem deposito senio repullulare ac reviviscere vetus eadem et nova, tradunt Aristides oratione de Smyrna reædificata; Claudianus, auctor carminis de phœnice apud Lactantium; Joannes Xiphilinus, in *Tiberio*; Herodotus, lib. II; Horus, lib. I, cap. 35; Solinus, cap. 35; Pomponius Mela, lib. III, cap. 9; Clemens Romanus lib. V *Constitutionum*, cap. 6, quem laudat Cyrillus Hierosolymitanus, *Cateches*. 18, De resurrectione; Tertullianus lib. *De resurrect.*, cap. 13; Ambrosius, lib. VI, in *Hexaem*, cap. 23, et lib. *De fide resurrectionis*; Nazianzenus, *Carm. ad virgines*; Epiphanius, in *Ancorato*; Cyprianus et Rufinus, in Symbolo. Ejus meminit Eusebius Cæsariensis, lib. IV *De vit. Constant*. De historia hujus avis hæsitat Nazianzenus, et in dubium vocat, hom. de Spiritu sancto : Εἰ δέ τῳ πιστὸς ὁ λόγος, καὶ ἄλλος ἐστὶ τρόπος γεννήσεως, αὐτό τι ὑφ' ἑαυτοῦ δαπανώμενον, καὶ τικτόμενον. Et Plinius, lib. X, cap. 2 : *Æthiopes, atque Indi discolores maxime et inenarrabiles ferunt aves, et ante omnes nobilem Arabia Phœnicem : haud scio an fabulose, unum in toto orbe, nec visum magnopere*. Hieronymus Cardanus, lib. X, *De subtilitate* : Phœnicem prædicarunt multi, avem, inquit, fabulæ quam veritati propiorem; et Maximus Martyr, l. ad Petrum illustrem contra Severi dogmata : Εἰ γάρ ἐστιν ὄρνις ὁ φοῖνιξ, καὶ ζῶον πάντως ἐστίν. Εἰ δὲ ζῶον, πρῶτον μὲν οὐ πάντη μοναδικὴν, καθὸ ζῶον, οὐ γὰρ μόνον ζῶον· ἔπειτα δὲ εἴπερ ζῶον, καὶ σῶμα ἔμψυχον αἰσθητικόν. Εἰ δὲ σῶμα ἔμψυχον αἰσθητικόν ἐστιν ὁ φοῖνιξ, καὶ ὑπὸ γένεσίν ἐστι δηλονότι καὶ φθοράν· αὐτοὺς ἐρωτήσωμεν τοὺς σοφοὺς τῶν ὄντων θεάμονας, εἰ δυνατόν ἐστί τι τῶν ὑπὸ γένεσιν καὶ φθορὰν ἐμψύχων καὶ αἰσθητικῶν σωμάτων, μοναδικῆς ὑπάρχειν καθ' ὑπόστασιν φύσεως, ὧν ἡ ἐξ ἀλλήλων κατ' εἶδος διαδοχὴ ἀρίδηλος χαρακτὴρ τοῦ εἶναι καὶ ὅρος ἐστὶ, καθάπερ καὶ ἡ θεία μαρτυρεῖ Γραφὴ τὸ βέβαιον δι' ἑαυτῆς τοῦ λόγου παρεχομένη τῷ δικαίῳ Νῶε, *Εἴσελθε σὺ καὶ πᾶς*, etc., οἷς εἴπερ ὡς πτηνὸν ζῶον ὁ φοῖνιξ ἐστὶν ἐναρίθμιος, μοναδικῆς καθ' ὑπόστασιν φύσεως οὐκ ἔστι κατὰ τὴν θείαν

A ἀπόφασιν. Referunt tamen quidam in interiore India avem esse nomine semendam, quæ rostrum habet triplici ordine, atque ut in ellychiniis undequaque perforatum, quæ moritura dulce canat cygnorum more. Inde collectis sarmentis motu alarum accendat ea, uraturque, ex cujus cinere vermis, tum ex verme avis denuo renascatur. Scaliger, exercitatione contra Cardanum 233 : *Phœnicem*, inquit, *non esse penitus fabulosam legimus in Commentariis navigationum in mediterraneis Indiæ reperiri. Semenda vocatur ab incolis. Cæterum hujus historiæ fidem levat additum mendacium. Aiunt enim ei rostrum trifistulare, ut musicum edat sonum. Cujus ad imitationem pastores instrumentum composuerint haud insuave.*

B Ibid., lin. 41 : *Ὡς ἱστορῆσαι καὶ ἄλλους*. Carmina sunt Ezechielis tragœdiarum scriptoris, quæ item Eusebius lib. IX *De præparatione evangelica* retulit. Sic debent distingui.

Ἕτερον δὲ πρὸς τοῖσδ' εἴδομεν ζῶον ξένον,
Θαυμαστὸν, οἷον οὐδέπω ὥρακέ τις.
Διπλοῦν γὰρ ἦν τὸ μῆκος αἰετοῦ σχεδὸν,
Πτεροῖσι ποικίλοισιν, ἠδὲ χρώμασιν.
Στῆθος μὲν αὐτοῦ πορφυροῦν ἐφαίνετο·
Σκέλη δὲ μιλτόχρωτα, καὶ κατ' αὐχένα
Κροκωτίνοις μαλλοῖσιν εὐτρεπίζετο·
Κάρα δὲ κοίτης ἡμέροις παρεμφερὲς
Καὶ μηλίνῃ μὲν τῇ κόρῃ προσέβλεπε
Κύκλῳ, κόρη δὲ κόκκος ὡς ἐφαίνετο.
Φωνὴν δὲ πάντων εἶχεν ἐκπρεπεστάτην.
Βασιλεὺς δὲ πάντων ὀρνέων ἐφαίνετο,
Ὡς ἦν νοῆσαι. Πάντα γὰρ τὰ πτήν' ὁμοῦ
C *Ὄπισθεν αὐτοῦ δειλιῶντ' ἐπέσσυτο,*
Αὐτὸς δὲ πρόσθε, ταῦρος ὡς γαυρούμενος,
Ἔβαινε κραιπνὸν βῆμα βαστάζων ποδός.

Ibid., lin. 58. *Τοῦτό φασι μονογενές*. Michael Glycas, lib. I *Annal.* : Ὁ φοῖνιξ ὁ Ἀραβικὸς ὀρνέων λέγεται εἶναι μονογενὲς ἄζυγον ἐν τῇ δημιουργίᾳ· κατὰ ἔτη φ' τοῦτο πάσχει· ὃ καὶ φαιδρὰν παριστᾷ τὴν ἀνάστασιν. Et hoc fuit præcipuum argumentum Maximi martyris. Animal ergo non singulare; animatum quid, et sensu præditum, ergo non singulare, cum nullum animal solum, nullum animatum, ac sensu præditum, dum generationi, et corruptioni obnoxium est, solum esse possit.

Col. 732, lin. 1 : *Καὶ ἔτη ζῇν πεντακόσια*. Nec in explicando phœnicis vitæ periodo auctores conD veniunt. Plinius sexcentos sexaginta annos vivere ait, Solinus quingentos quadraginta, Philostratus sexcentos, Nonnus, *Dionysiac*. lib. XL, mille, quidam, referente Tacito, mille quadringentos sexaginta unum, Joannes Tzetzes ex Chœremone Ægyptio sacrarum litterarum scriba, sex et septem millibus annis vivere illum constanter affirmat; Noster Eustathius, Herodotus, Tacitus, Horus, Aurelius Victor, Glycas et alii quingentis. Sic etiam Epiphanius in *Physiologo*, cap. 11.

Ibid., lin. 2. *Καὶ ἐν καιρῷ τοῦ μέλλειν*. Michael Glycas, *Annal.* tom. I : Αὐτοὶ γὰρ καὶ οἱ Ἕλληνες περὶ αὐτοῦ διηγοῦνται, ὅτι προγνοὺς τὸ τέλος αὐτοῦ ἔρχεται περὶ τὴν Αἴγυπτον, καὶ ἀντικρὺ τοῦ ἡλίου ἵσταται, εἶτα τεφροῦται, καὶ ἀπὸ τοῦ χοὸς αὐτοῦ σκώ-

ληξ γεννᾶται, καὶ αὐτὸς αὖθις εἰς πτηνὸν μεταβάλλεται τὸν φοίνικα. Nonnus, d. loco :

Καὶ ξύλα κηώεντα φέρων γαμψώνυχι ταρσῷ
Χιλιετὴς σοφὸς ὄρνις ἐπ' εὐόδμῳ σέο βωμῷ
Φοῖνιξ τέρμα βίοιο φέρων αὐτόσπορον ἀρχὴν
Τίκτεται ἰσοτύποιο χρόνου παλινάγρετος εἰκὼν,
Λύσας δ' ἐν πυρὶ γῆρας, ἀμείβεται ἐκ πυρὸς ἥβην.

Alcimus Avitus :

Hic quæ donari mentitur fama Sabæis
Cynnama nascuntur, vivax quæ colligit ales,
Natali cum fine perit, nidoque perusto
Succedens sibimet quæsita morte resurgit;
Nec contenta suo tantum semel ordine nasci,
Longa veternosi renovatur corporis ætas,
Insensamque levant incendia crebra senectam.

Aliter tamen narrant ejus mortem Horus, lib. II, cap. 57; Origenes, lib. IV *contra Celsum;* Achilles Tatius, lib. III, in fine. Epiphanius in *Physiologo* ait : Postquam in cinerem tota consumpta est, sequenti die alis renatis inveniri, tertio integram sacerdotem salutare, restauratamque abire. Albertus, ignis vi in cinerem verti, die altero vermem in cinere nasci, qui alis die tertia assumptis intra paucos dies in avem pristinæ figuræ commutatur, et avolat. Artemidorus, *Onerocrit.* lib., cap. 49, locum ex quo phœnix evolet in Ægyptum, et ad quem mox revertatur, ait ignorari. Artemidorum transcripsit Suidas verbo Φοῖνιξ. De phœnice et ejus rogo vide Petrum Damianum, lib. II, epist. 18.

Ibid., lin. 10. *Ὁ δὲ ἀετὸς περὶ τὴν ἀνατροφήν.* Basilius, hom. 8 : Ἀδικώτατος περὶ τὴν τῶν ἐκγόνων ἐκτροφὴν ὁ ἀετός. Δύο γὰρ ἐξαγαγὼν νεοσσοὺς, τὸν ἕτερον αὐτῶν εἰς γῆν καταῤῥήγνυσι, ταῖς πληγαῖς τῶν πτερῶν ὑπωθούμενος. Τὸν δ' ἕτερον μόνον ἀναλαβὼν οἰκειοῦται, διὰ τὸ τῆς τροφῆς ἐπίπονον ἀποποιούμενος ὃν ἐγέννησεν. Ἀλλ' οὐκ ἐᾷ τοῦτον, ὥς φασι, διαφθαρῆναι ἡ φήνη, ἀλλ' ὑπολαβοῦσα αὐτὸν τοῖς οἰκείοις ἑαυτῆς νεοσσοῖς συνεκτρέφει. Quare aquila suos pullos ejiciat aliam affert causam Aristoteles, lib. IX *De hist. an.*, cap. 34 : *Mittit namque suos aquila antequam tempus sit, adhuc parentis operam desiderantes, nec volandi adeptos facultatem : quod per invidiam id facere creditur : natura enim invida et famelica est, nec copiosa venatione : magnum tamen quid nanciscitur cum venatur. Invidet ergo suis filiis jam masculis, atque edaciusculis, et ob eam rem unguibus secat. Pulli etiam inter se pugnare incipiunt de sede et pastu; itaque a parente ejiciuntur, et pulsantur, dejecti vociferantur, periclitanturque ;* et lib. VI, cap. 6, tædio etiam nutriendi illos expellere fatetur, eo enim tempore degenerare, et hebescere dicitur, ungues inverti, pennas albescere, quare ut ad rapinam ineptæ, pullos quos educare nequeunt, odio quodam tædioque mittunt. Plinius, lib. X, cap. 3 : *Nidificant in petris et arboribus : pariunt ova terna, excludunt pullos binos : visi sunt et tres aliquando, alterum expellunt tædio nutriendi. Quippe eo tempore ipsis cibum negavit natura prospiciens, ne omnium ferarum fetus raperentur. Ungues quoque earum invertuntur diebus XV ; albescunt inedia pennæ, ut merito partus suos oderint.*

A Versus Musæi de numero ovorum aquilarum is est quem refert Aristoteles dicto loco, et Plutarchus in *Mario :*

Ὃς τρία μὲν τίκτει, δύο δ' ἐκλέπει, ἓν δ' ἀλεγίζει·

Hoc ultimo Dalecampius legit, ἓν δ' ἀλιβάζει, et sententiam eam esse vult, aquilam unum ovum corrumpere, perdere, duo excludere, tria parere, animadvertitque in interpretem qui illud ἓν ad pullum, non ad ovum retulerit; nec ipse tamen Musæi sententiam assecutus est, quam ex aquilarum historia claram, nescio quomodo pervertit, ea enim est : Aquilam tria ova generare, duo excludere, unum scilicet pullum, cum jam ova non sunt, educare, alereque ejus curam gerendo. Quare postea Aristoteles subdit : B Quamvis magna ex parte id fiat, videlicet, unum educere, tamen aliquando et tres visi sunt pulli. Nec Aristotelis sententiam integram expressit Plinius : *Pariunt ova trina : excludunt pullos binos : visi sunt et tres aliquando;* omisit enim illud quod erat summe necessarium, *unum alit.* Sic enim sententiæ absolutæ exceptio illa, et quasi ex iis quæ raro contingunt notatiunculæ, *Visi sunt et tres aliquando*, corresponderet. Nec dubito exscriptorum id incuriæ potius, quam Plinii oscitantiæ tribuendum; qui optima quæque ab aliis dictata, vel scripta, perversissime excipiunt, pervertuntque.

Ibid., lin. 13. *Ἡ δὲ φήνη τὸν ἀποποι.* Aristoteles, lib. VI *De histor. anim.*, cap. 6, Τὸν δὲ ἐκβληθέντα C δέχεται, καὶ τρέφει ἡ φήνη. et lib. IX, cap. 34, Οἱ δὲ ἐκβαλλόμενοι βοῶσι, καὶ οὕτως ὑπολαμβάνει αὐτοὺς ἡ φήνη. Plinius, lib. X, cap. 3 : *Sed ejectos ab his cognatum genus ossifragæ excipiunt, et educant cum suis.* Hanc ossifragam non multum oculis valere tradit Aristoteles. De aquila hoc idem habet Petrus Damianus, lib. II, epist. 18. Obiter tamen notandum hic est illum affirmare pullum aquilæ dejectum non ab aquila, quæ ossifraga dicitur, suscipi et enutriri, sed a plebeia quadam avi, fulica videlicet : secundum vult fulicam φήνην Græce nuncupari. Falsum utrumque et præter historiæ veritatem. Nec enim pullus ille a plebeia avi suscipitur; et aliud est fulica, aliud φήνη.

Ibid., lin. 15. *Θρέψας δὲ τὸν νεοττόν.* Eadem haD bet Aristoteles loco d., et Plinius : *Haliæetus tantum implumes etiamnum pullos suos percutiens subinde cogit adversos intueri solis radios, et si conniventem, humectantemque animadvertit, præcipitat e nido velut adulterinum atque degenerem : illum cujus acies firma contra steterit, educat.* Apud Aristotelem est aquila ἀετός, non haliæetos, quamvis de haliæeto intelligendum esse nemini dubium, cum aquilam hanc per mare et littora, unde nomen accepit, vagari tradat Phile in *Iambis*

Ὃς τοὺς νεοττοὺς ὄντας ἀπτῆνας τέως
Ἐπὶ ξένην βάσανον ὡς νόθους ἄγων,
Ποιεῖ δικαστὴν πρακτικὸν τὸν φωσφόρον.
Ὁ μὲν γὰρ αὐτοῦ ταῖς βολαῖς ἀντιβλέπων,
Τῶν φιλτάτων τίς ἐστι, καὶ τῶν ἐκκρίτων,
Ὀφθεὶς γε καθαρὸς δυσγενοῦς ὑποψίας·.

'Ο δ' αὖ, πρὸς αὐτὸν σκαρδαμύξας, εὐθέως
'Αλλοτρίου τόκος θ' εὑρέθη σπέρματος,
Καὶ τῆς καλιᾶς δυστυχῶς ἀπεκρίθη.

Huc allusisse videtur Cassiodorus, *Variarum* l. VIII, epist. 21 : *Sic fetus tui more aquilæ se probantes, regales oculos ab ipsis pene cunabulis pertulerunt.*

Ibid., lin. 21. *Φασὶ γὰρ γηράσαντα.* Plinius, lib. X, cap. 3 : *Oppetunt non senio, nec ægritudine, sed fame, in tantum superiore accrescente rostro, ut aduncitas aperiri non queat.* Similia habet Horus, lib. II, cap. 96, Aristoteles, lib. IX, *De histor. anim.*, cap. 32; Epiphanius in *Physiologo*, et alii.

Ibid., lin. 22. *Καὶ εἰς πηγὴν ἀφικνεῖσθαι.* Hanc aquilæ renovationem alii aliter narrant. Epiphanius ait in altum sese attollere, et in præruptam se projicere rupem, ad quam rostrum allidit; et cum B se frigidis immerserit aquis, ad solares radios sese opponere, tuncque ex oculis cadere lippitudines, et ita juvenescere. Petrus Damianus, lib. II, epist. 18 : *Aquila,* ait, *cum senuerit, et gravari cœperint alæ ejus, atque oculi caligare, tunc quærit fontem aquæ contra quem posita volat usque ad circulum solis, illicque in puriori ætheris vastitate librata ad vaporem solis et alas incendit et caliginem oculorum prorsus exurit, moxque descendens tribus in fontem vicibus mergitur, et sic alarum vigor, et oculorum acies multo melius quam juventus attulerat, renovatur.* Multa in hanc sententiam ex Hieronymo, Augustino, rabbi David, Vincentio, colligit Pontius in dictum locum Epiphanii, quem consule. Theodorus tamen Heracleensis, *Comment. in psal.* CII, ne- C gat aquilam renovari : Οὐ τοῦτο βούλεται εἰπεῖν, ὅτι ἀνακαινίζεται ὁ ἀετός· οὐ γὰρ ἀνακαινίζεται, εἰ μὴ μόνον, ὥς φασιν, ὁ φοῖνιξ τὸ ὄρνεον· ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ ἀετὸς δοκεῖ βασιλεύειν τῶν πετεινῶν ἁπάντων, βούλεται εἰπεῖν, ὅτι ἡ παλαιότης ἡμῶν ἡ ἐν Βαβυλῶνι ἀνακαινισθήσεται εἰς βασιλείαν αὖθις, ὥσπερ ἦμέν ποτε. Διὰ γὰρ τοῦ ὄρνιθος τοῦ ἀετοῦ τὴν βασιλείαν αἰνίττεται. Consule item Cælium Rodigium, l. XIII, cap. 20.

Ibid., lin. 29. *'Ο δὲ γὺψ ὑπηνέμιον.* Petrus Damianus, lib. II, epist. 18 : *Perhibentur vultures cæterarum avium more, concubitui nullatenus indulgere: sed absque ulla prorsus masculini sexus admistione concipere.* Quomodo autem id fiat pluribus narrat D Horus lib. I, cap. 11; Plutarchus, Romanarum quæstion. 93 : Θῆλυ πᾶν τὸ γένος ἐστὶ καὶ κυΐσκονται δεχόμεναι τὸν ἀπηλιώτην, ὥσπερ τὰ δένδρα τὸν ζέφυρον. Ælianus, lib. II, cap. 46 : Γῦπα δὲ ἄῤῥενα οὔ φασι γενέσθαι ποτὲ, ἀλλὰ θηλείας ἁπάσας. Ὅπερ ἐπιστάμενα τὰ ζῶα, καὶ ἐρημίαν τέκνων δεδιότα, εἰς ἐπιγονὴν τέκνων τοιαῦτα δρᾷ. Ἀντίπρωροι τῷ νότῳ πέτονται, εἰ δὲ μὴ εἴη νότος, τῷ εὔρῳ κεχήνασι, καὶ τὸ πνεῦμα εἰσρέον πληροῖ αὐτὰς, καὶ κύουσι τριῶν ἐτῶν. Quæ carmine reddidit in *Iambis* Phile. Adrianus Turnebus, lib. XXVI, capit. 2, et lib. XXIII, capit. 5, et Dalecampius scribunt vultures magnas aves a Plauto in *Rudente* nuncupatas in illis versibus :

A *Nam herile ego te barba continuo arripiam et in ignem conjiciam,*
Teque ambustulatum objiciam magnis avibus pabulum.

Vide præterea Theophylactum Simocatum, in *Quæstionibus naturalibus*, quæst. 8, qui sua ex Æliano mutuatus est, et Gasparum Bauchinum, *De hermaphroditorum monstrosorumque partuum natura*, lib. II, cap. ultimo.

Ibid., lin. 31. *Αὐλίζεται.* Aristoteles, lib. VI *De histor. anim.*, cap. 5, scribit vultures nidificare in excelsissimis rupibus, unde fit ut raro nidus et pulli vulturis cernantur. Quocirca Herodotus Brysonis rhetoris pater vultures ex diverso orbe nobis incognito advolare credebat. Eadem repetit et lib. IX, cap. 11, affirmatque, quamvis id sit difficile, visum tamen aliquando ejus nidum. Plinius, lib. X, cap. 6 : *Vulturum prævalent nigri. Nidos nemo attigit. Ideo etiam fuere qui putarent illos ex adverso orbe advolare. Falso : nidificant enim in excelsissimis rupibus.* Juvenalis, satyr. 13, credidit in arboribus nidos facere :

Vultur, jumento et canibus crucibusque relictis,
Ad fetus properat partemque cadaveris affert,
Hic est ergo cibus magni quoque vulturis, et se
Pascentis, propria cum jam facit arbore nidos.

Ibid., lin. 33. *Καὶ λαβὼν τὸν εὐτόκιον.* Eutocium lapidem aetitem esse, nemini dubium esse debet, cum quæ de eutocio Eustathius refert, de aetite alii dicant. Plinius, lib. X, capit. IV : *Tribus primis, et quinto aquilarum generi inædificatur nido lapis aetites, quem aliqui dixere gagatem, ad multa remedia utilis, nihil igne deperdens. Est autem lapis iste prægnans, intus cum quatias, alio velut in utero sonante, sed vis illa medica non nisi nido direptis.* Quæ Plinius non satis distinguit, dum gagatem cum aetite confundit. Consule ipsum lib. XXXVI, capit. 21 et capit. 19, Galenum et Dioscoridem. Lapidem hunc *Harpocratio* Alexandrinus ocytocion vocat, distinguitque ab aetite : Ὠκυτόκιος λίθος ἐστὶν ἐοικὼς τῷ ἀετίτῃ, μικρότερος δὲ ἐκείνου, πλὴν ἀπηχῶν, ὡς ἐκεῖνος, ἐν τῷ κινεῖσθαι παρὰ τὸ οὖς. Ἔστι δὲ καὶ λεῖος τῇ θέᾳ.

Ibid., lib. 35. *Καὶ ἀποτίκτει.* Plinius, lib. X, cap. 6 : *Fetus quidem cernuntur fere bini. Umbricius aruspicum in nostro ævo peritissimus parere tradit ova tria : uno ex iis reliqua ova nidumque lustrare, mox abjicere.* Idem habet Aristot. *De hist. anim.*, cap. 6. Tamen, lib. IX, cap. 11, scribit : *Edit non plus quam unum ovum, aut duo complurimum.* Quæ si naturam avium recte consideres, quis ita iniquus ut negare audeat vulturem avem ova gignere? At fuere qui dicerent eos ova non excludere, sed pullos parere, eosque statim a partu volatiles esse. Ælianus, lib. II, cap. 46 : Γῦπας δὲ μὴ ᾠὰ τίκτειν πέπεισμαι, νεοττοὺς δὲ ὠδίνειν. Καὶ ὡς ἀπὸ γενεᾶς κατάπτεροί εἰσι, καὶ τοῦτο ἤκουσα. Et Theophylactus Simocatus, in *Quæst. natur.*, quæst. 8, de vulturibus : Καὶ τίκτουσι ζῶα, οὐχ ᾠὰ ὑπηνέμια. Διὸ πλείστου χρόνου δεῖται ἡ φύσις πρὸς ζώου τελεσιουργίαν, Πο-

λύκρατες. Χαλεπὸν γὰρ καὶ λίαν ἐργῶδες τῇ φύσει, etc., et Phile, in *Iambis :*

Θῆλυς δὲ πᾶς γὺψ, καὶ σπορᾶς ἄνευ κύει.
Χαίνων γὰρ ἀντίπρωρος ὑψοῦ πρὸς νότον,
Συλλαμβάνει τὸ πνεῦμα, καὶ τρίτου χρόνου
Στρουθοὺς πτερωτοὺς ἄρ' ἀπὸ μήτρας ἐξάγει.
Οἳ ζῶσιν εὐθὺς ἐξ ὀνύχων ἁρπάγων
Πρίγους καλιῶν εὑρεθέντες κρείττονες.

Ibid., lin. 38. *Φασὶ δὲ τὸν γῦπα.* Plinius vultures odore fugari, lib. II, cap. 43, scribit. Idem Ælianus, lib. III, cap. 7, et lib. IV, cap. 18; Aristoteles, lib. *Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων.* Theophrastus, lib. *De odoribus :* Πονεῖν δὲ ἔνια φαίνεται ταῖς ὀσμαῖς καὶ ταῖς εὐωδίαις, εἰ ἀληθὲς τὸ ἐπὶ τῶν γυπῶν καὶ κανθάρων. Et collector *Geoponicor.* lib. XIV : Ἀριστοτέλης φησὶ γῦπας μύρου ὀσμῇ ἀπόλλυσθαι· κανθάρους δὲ τῇ ὀσμῇ τῶν ῥόδων. Εἶναι γὰρ τούτοις σωτήριον τὴν δυσωδίαν.

Ibid., lin. 41. *Ἡνίκα δέ φασιν ἄνδρες.* Basilius, hom. 8 : Τίς τοῖς γυψὶ προαπαγγέλλων τῶν ἀνθρώπων τὸν θάνατον, ὅταν κατ' ἀλλήλων ἐπιστρατεύσωσιν ; Ἴδοις γὰρ ἂν μυρίας ἀγέλας γυπῶν τοῖς στρατοπέδοις παρεπομένας, ἐκ τῆς τῶν ὅπλων παρασκευῆς τεκμαιρομένων τὴν ἔκβασιν. Idem habet Ælianus, lib. II, capit. 46 ; Plinius, lib. X, capit. 6 : *Triduo autem ante, aut biduo volare eos, ubi cadavera futura sunt.* Et Plautus in *Truculento :*

Illud est : vide ut jam quasi volturii, triduo
Prius prædivinant quo die esuri sient.

Olim etiam Iberis vultures fuere sepulcri loco. Silius :

Tellure, ut perhibent, is mos antiquus Ibera
Exanima obscenus consumit corpora vultur.

Ibid., lin. 44. *Οἱ δὲ πελαργοί.* Basilius, hom. 8 : Τὸ δὲ τῶν πελαργῶν οὐδὲ πόρρω ἐστὶ συνέσεως λογικῆς, οὕτω μὲν κατὰ τὸν ἕνα καιρὸν πάντας ἐπιδημεῖν τοῖς τῇδε χωρίοις, οὕτω δὲ ὑφ' ἑνὶ συνθήματι πάντας ἀπαίρειν. Δορυφοροῦσι δὲ αὐτοὺς αἱ παρ' ἡμῖν κορῶναι καὶ παραπέμπουσιν, ἐμοὶ δοκεῖν, καὶ συμμαχίαν τινὰ παρεχόμεναι πρὸς ὄρνιθας πολεμίους. Σημεῖον δὲ πρῶτον μὲν τὸ μὴ φαίνεσθαι ὑπὸ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον κορώνην παντάπασιν· ἔπειθ' ὅτι μετὰ τραυμάτων ἐπανερχόμεναι ἐναργῆ τοῦ συνασπισμοῦ καὶ τῆς ἐπιμαχίας τὰ σημεῖα κομίζουσι. Plinius, lib. X, cap. 31 : *Ciconiæ quonam e loco veniant, aut quo se conferant incompertum adhuc est. E longinquo venire non dubium, eodem quo grues modo : illas hiemis, has æstatis advenas. Abituræ congregantur in loco certo, comitatæque sic, ut nulla sui generis relinquatur, nisi captiva et serva, ceu lege prædicta die recedunt. Nemo vidit agmen discedentium cum discessurum appareat : nec venire, sed venisse cernimus ; utrumque nocturnis fit temporibus. Et quamvis ultra citrave pervolent, nunquam tamen advenisse usquam nisi noctu existimantur. Pithonos comen vocant in Asia patentibus campis, ubi congregatæ inter se commurmurant, eamque quæ novissima advenit lacerant, atque ita abeunt.* Petronius Arbiter his epithetis ita eam honestat :

Ciconia etiam grata, peregrina, hospita,
Pietatis cultrix, gracilipes, glotoristria
Avis exsul hiemis, etc.

Consule Adriani Junii *Animadver.* lib. VI, cap. 15.

Ibid., lin. 47. *Τετραυματισμέναι γάρ.* Qua ratione sibi medeantur ciconiæ cum vulnus acceperint, Ælianus, lib. V, cap. 46 ; et Aristoteles.

Ibid., lin. 48. *Ἐὰν δὲ γηράσῃ.* Basilius, hom. 8 : Ἐκεῖνοι τὸν πατέρα, ὑπὸ τοῦ γήρως πτερορρυήσαντα, περιστάντες ἐν κύκλῳ, τοῖς οἰκείοις πτεροῖς διαθάλπουσι, καὶ τὰς τροφὰς ἀφθόνως παρασκευάζοντες, τὴν δυνατὴν καὶ ἐν τῇ πτήσει παρέχονται βοήθειαν, ἠρέμα τῷ πτερῷ κουφίζοντες ἑκατέρωθεν. Καὶ οὕτω τοῦτο παρὰ πᾶσι διαβεβόηται, ὥστε ἤδη τινὲς τὴν τῶν εὐεργετημάτων ἀντίδοσιν, ἀντιπελάργωσιν ὀνομάζουσι. Aristophanes, in *Avibus :*

Ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν τοῖσιν ὄρνισιν νόμος
Παλαιὸς, ἐν τοῖς τῶν πελαργῶν κύρβεσιν·
Ἐπὴν ὁ πατὴρ ὁ πελαργὸς ἐκπετησίμους
Πάντας ποιήσῃ τοὺς πελαργιδεῖς τρέφων,
Δεῖ τοὺς νεοττοὺς τὸν πατέρα πάλιν τρέφειν.

Ciconias juvenes jam senescentibus parentibus opem ferre eosque educare tradit Plato, *Alcibiade primo* κατὰ τὸ τέλος· Aristoteles *De histor. animal.* lib. IX, cap. 13 ; Ælianus, lib. III, cap. 23, et lib. X, cap. 16 ; Artemidorus, *Onerocrit.* lib. II, cap. 20 ; Plinius, lib. X, cap. 23 ; Horus, lib. II, cap. 51 ; Philo, in *Expositione Decalogi ;* Origenes, *contra Celsum,* lib. IV ; Philostratus, *De vit. Apollonii Tyanei,* pag. 19 ; Basilius Magnus, orat. de honore quo sunt afficiendi parentes ; Epiphanius, in *Physiologo,* cap. 25. Hinc natum proverbium ἀντιπελαργεῖν, mutuam officii vicem rependere. Zenobius, Erasmus, Aristænetus, lib. I, epist. 25, Τί δὲ οὐκ ἔμελλον ζήλην ἐμοὶ καθορῶσα τὴν ἐμὴν ἀδελφὴν, ἣν ταῖς ἐμαῖς ἀνέτρεφον ἀγκάλαις ; Τοιαῦτά μοι παρ' αὐτῆς τὰ τροφεῖα, οὕτω με νῦν ἀντιπελαργοῦσα δικαίαν ἀποδίδωσι χάριν. Et Crates cynicus scribens Hipparchiæ uxori de filio nato, pollicetur sibi curæ futurum, ut illum matri ciconiam pro cane remittat in senecta. Horus ciconiam solam ex animantibus ratione carentibus educatam a parentibus iisdem parem referre gratiam dicit. Aristoteles, Plinius, lib. X, c. 30 ; Ælianus, IX *De histor. anim.,* cap. 30 ; Meropas idem facere scribunt. Scaliger, *Exercitat. contra Cardanum,* 23, 4, refert Africanum vulturem tandiu in Libya et Atlante monte ubi eum Sner vocant, vivere, quoad nudus pennis a suis alatur pullis. Hinc lepidissime jocatur in Græcos, quasi ex hac, quam ipse vocat novam historiam nec contemnendam, fingendum sit iis aliud nomen, quam ἀντιπελαργεῖν, nempe ἀντοιωνεῖν. Hæc tamen tantus homo, Græcæ linguæ Latinæque corrector et propagator ἀποῤῥοιβδεῖ, καὶ τοίους ἐκ τρίποδος βδέει λιβανωτούς, et sibi bene olere videtur. Nomen Græcis effingendum a vulture desumi debet, cujus natura ingeniumque exprimendum, non ab avibus, quorum plerique in parentes impii esse deprehenduntur. Cum enim sententiam hanc præ se ferre debeat, vices videlicet beneficii rependere, quod aliti-

bus omnibus non convenit, non ab illis, sed a*re, de qua id quod per nomen explicatur dicitur, at de vulture id tantum verum esse; quomodo ergo ἀντοιωνεῖν id explicaret. Sed Scaligero sicut sonant omnia, ita et hoc; et Scaliger ita effingit. Græcus non item, qui, si a vulture id vellet formare, utique nec incongrue diceret ἀντιγυπίζειν, ut naturam hanc vulturis exprimeret, sicut ad ciconiæ naturam exprimendam ἀντιπελαργεῖν vocabulo usus fuerat. En Græculos sciolos, quos tu male contra fas omne laceras iniquus, utut sunt, tuas tamen cognoscunt, et inscitias, et nugamenta: aliis fumum vendita; illi lucem possident.

Ægre fert calamus ciconiarum in Byzantios beneficii non comminisci, quarum ope civitas illa noxam serpentum depulit. Dinæo namque Byzantiorum duce plurimi dracones illam infestabant, et perniciem civibus afferebant; eos inductarum ciconiarum ope sustulerunt. Postea cum ciconiæ noxiæ essent civibus multisque mortem afferrent, quod serpentes in puteos injicerent, sicque aquas infestarent, vel quod in cives in triviis insperato projicerent, populo metu anxio, et concilii inopi opem tulit Tyaneus Apollonius tribus ciconiis e lapide inter se obversis erectis, quæ deinceps aliis ciconiis ne urbem ascenderent erant impedimento. Hujus historiæ auctor est Hesychius Milesius libello *De rebus patriis Constantinopolitanis*. Verba ejus sunt: Μικρὸν μὲν ὕστερον διαβὰς, Dinæus nempe, ἐν τῇ πόλει, καὶ τοὺς βαρβάρους ἀπωσάμενος, αὐτὸς ἐστρατήγησε τοῦ δήμου τῶν Βυζαντίων. Καθ' οὓς δὴ χρόνους καὶ δρακόντων πλεῖστα γένη ἐπεφοίτησε τῇ πόλει, ὡς τοὺς οἰκοῦντας αὐτὴν διαφθείρεσθαι· οὓς δὴ τῇ τῶν καλουμένων πελαργῶν ὀρνίθων ἐπιφορᾷ διεχρήσαντο, Ποσειδῶνος, ὥς φασι, συνεργήσαντος. Οὐ μετὰ πολὺ δὲ καὶ τῶν ὀρνίθων αὐτοῖς ἐναντία φρονούντων, καὶ θανάτων αἰτίαν ἐπαγόντων, τούς τε ἁλισκομένους αὐτοῖς ὄφεις πρὸς τὰς τῶν ὑδάτων δεξαμενὰς ἀκοντιζόντων, καὶ τοῖς γε πολίταις ἀφανῶς ἐπιβαλλόντων, ἐν ἀφασίᾳ διετέλουν. Ἀνὴρ δέ τις τῶν ἐκ Τυάνων, τοὔνομα Ἀπολλώνιος, ἐκ λίθου ξεστοῦ τρεῖς ἀνεστήσατο πελαργοὺς ἀντιπροσώπως ἀλλήλοις ὁρῶντας, οἳ καὶ μέχρι τῶν νῦν διαμένουσι τῶν χρόνων, οὐ συγχωροῦντες ἐπιφοιτῆσαι τῇ πόλει τὸ τῶν πελαργῶν γένος. Quæ perperam aliter Latine interpretata sunt, cum sententiæ auctoris Græcæ Latina non respondeant. Non enim ciconiæ ex aquis extrahebant serpentes, quos in plateas publicas projicerent; sed ciconiæ sublatos serpentes, partim in puteos, sive cisternas demittebant, quorum veneno aquæ inficiebantur, ideoque civibus bibentibus noxiæ, vel saltem suspectæ reddebantur, partim super ipsos cives aliud agentes, vel rebus aliis in triviis et plateis publicis incumbentes præter spem, et absque eo quod ipsi id odorarentur, conjiciebant. Quare cives et metu periculi, et remedii ignari, maximis urgebantur angustiis. Simili errore, et pari sententiæ ignoratione in similibus verbis et eadem materia, quamvis in auctore diverso interpretatus est verba Græca Georgius Dousa in Georgii Codini libello *De rebus patriis Constantinopoleos*, cum ita scripserit: *Non longe post, cum aves inimicum animum induissent, mortem insuper inferrent, et serpentes in aqua captos in viam publicam projicerent, cives stupore perculsi erant.*

Ibid., lin. 54. *Αἱ δὲ γέρανοι ὁμοῦ πᾶσαι.* Basilius, hom. 8: Πῶς μὲν αἱ γέρανοι τὰς ἐν τῇ νυκτὶ φυλακὰς ἐκ περιτροπῆς ὑποδέχονται; καὶ αἱ μὲν καθεύδουσιν, αἱ δὲ κύκλῳ περιϊοῦσαι πᾶσαν αὐταῖς ἐν τῷ ὕπνῳ παρέχονται τὴν ἀσφάλειαν. Εἶτα τοῦ καιροῦ τῆς φυλακῆς πληρουμένου, ἡ μὲν βοήσασα πρὸς ὕπνον ἐτράπετο, ἡ δὲ τὴν διαδοχὴν ὑποδεξαμένη, ἧς ἔτυχεν ἀσφαλείας ἀντέδωκεν ἐν τῷ μέρει. Ταύτην καὶ ἐν τῇ πτήσει τὴν εὐταξίαν κατόψει. Ἄλλοτε γὰρ ἄλλη τὴν ὁδηγίαν ἐκδέχεται, καὶ τακτόν τινα χρόνον προκαθηγησαμένη τῆς πτήσεως, εἰς τὸ κατόπιν περιελθοῦσα τῇ μεθ' αὐτὴν τὴν ἡγεμονίαν τῆς ὁδοῦ παραδίδωσιν. Similia scribit Aristoteles, lib. IX *De hist. anim.*, cap. 10; Plinius, lib. X, cap. 23; Phile, in *Iambis*; Ælianus, lib. II *De hist. anim.*, cap. 1.

Col. 733, lin. 1. *Ἐν δὲ τῷ καθεύδειν.* Plinius, lib. X, cap. 23; Plutarchus, *De solert. animal.*; Horus, lib. II, cap. 94; Aristoteles, lib. IX, *De histor. animal.*, cap. 10; Gregorius Nazianzenus, orat. 2, de Theologia; Ælianus, lib. III, *De hist. anim.*, cap. 13; Maximus Tyrius, orat. 40; Cicero, II *De natura deorum*; Solinus, Andreas Alciatus, lib. I *Parergon.*, cap. 20, qui tum de gruum excubiis, tum volatu tractant. Et Cassiodorus, lib. IX, epist. 2: *Grues moralem noverunt exercere concordiam: inter quas nullus primatus quæritur; quia iniquitatis ambitus non habetur. Vigilant vicissim, communi se cautela custodiunt, ipse pastus alternus est. Sic honor nullis adimitur, dum omnia sub communione servantur. His etiam volatus vicaria æqualitate disponitur, ultima fit prima, et quæ primatum tenuit esse posterior non recusat. Sic quadam communione sociatæ sibi sine regibus obsequuntur, sine dominatu parent, sine terrore famulantur. Voluntariæ serviendo liberæ sunt, et invicem se diligendo muniuntur. Quarum rerum scriptores, rerum naturalium contuentes, politiam quodammodo inter ipsos esse commemorant, quas civico affectu vivere cognoverunt.* Quod autem multi narrant de lapide, quo grues tanquam fulcimento utuntur, dum volant, falsum esse dicit Aristoteles, lib. VIII, *De hist. anim.*, cap. 12: *Sed avium grues, ut dictum est, ex ultimis in ultima abeunt, volant flatu secundo. Quod de lapide narrant, falsum est, lapidem enim eas tenere fulcimento, quem ubi deciderit, accipi utilem ad auri probationem aiunt.* Neque silentio prætereundum quod Julius Scaliger in *Poeticis* in Græcos animadvertit. Fabulam esse græculam, quæ Homerus refert de gruum cum pygmæis pugna. Quod cum esset Homericum, ab Homero dictum, nihil mirum si non arridet Scaligero. Illud mirum quomodo illi non arriserit, idem affirmante Aristotele. Hic namque, lib. VIII *De hist. anim.*, cap. 12 vel

15, ut vult Scaliger, ita scribit, Ἔστι δὲ ὁ τόπος οὗτος περὶ ὃν οἱ Πυγμαῖοι κατοικοῦσιν. Οὐ γάρ ἐστι τοῦτο μῦθος, ἀλλ' ἔστι κατὰ τὴν ἀλήθειαν, γένος μικρὸν μὲν ὥσπερ λέγεται, καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ ἵπποι, τρωγλοδύται δ' εἰσὶ τὸν βίον. Quorum ea est sententia, *Is locus est, quem pygmæi habitant : neque enim hoc fabula est, sed est secundum veritatem, genus pusillum, ut traditur et ipsi, et equi, et ut troglodytæ reliqui vitam degunt.* Quibus verbis quid manifestius? negat esse fabulam, confirmat secundum veritatem ita se habere, quod vulgo circumfertur, pygmæos, eorumque equos pusillos esse. Quomodo ergo fabula? Ait, philosophum semper moderatum, et prudentem illud addidisse ὥσπερ λέγεται. Certe nec Aristotelis mentem nec sententiam assecutus est. Namque illud ὥσπερ λέγεται, et una mecum Aristotelis verba, lector, considera, non refertur ad fabulam, quasi velit Aristoteles pygmæorum famam non esse fabulam ὥσπερ λέγεται, sed ad pygmæos ipsos, qui ut dicuntur, pusillo sunt genere, cum eos Aristoteles non viderit. Sed vide pessimam hominis audaciam, atque temeritatem, in sua interpretatione Latina omisit quæ contra se militare existimabat, et reddidit, *Ea loca sunt quæ pygmæi incolunt : pusillum genus, ut aiunt ipsi, atque etiam equi : cavernasque habitant.* Hæcne est, Scaliger, vera, fida, et quam in aliis non reprehenderes, interpretatio? Omittere quæ contra tuam opinionem faciunt? verba illa οὐ γάρ ἐστι τοῦτο μῦθος, ἀλλ' ἔστι κατὰ τὴν ἀλήθειαν, Sorex quispiam, ut puto, ex tuo exemplari erosit, cui ne ingratus vices rependeres, hæc tua qualia qualia sunt potius erodenda committere debuisti. Sed ea manent pejora fata. Ite nunc quibus tantus homo deus est, et ejus interpretationibus, ac sententiis mentem inflate. Sed de his latius agemus in nostro Homero a calumniis vindicato.

Ibid., lin. 6. *Τὸ δὲ γηνῶν γένος.* Basilius, hom. 8, Πῶς ἄγρυπνον τὸ τῶν γηνῶν γένος, καὶ πρὸς τὴν τῶν λανθανόντων αἴσθησιν ὀξύτατον. Οἵ γέ ποτε καὶ τὴν βασιλίδα πόλιν περιεσώσαντο, πολεμίους τινὰς ἀφανεῖς, δι' ὑπονόμων ἀφανῶν ἤδη μέλλοντας τὴν ἄκραν τῆς ῥώμης καταλαμβάνειν καταμηνύσαντες. Et Plinius, lib. x, cap. 22, *Est et anseri vigil cura;* et Isidorus, lib. xii, cap. 7, *Iste vigilias noctis assiduitate clangoris testatur.*

Ibid., lin. 8. *Οὕτω γοῦν πολεμίων.* Isidorus, loco dicto : *Nullum autem animal ita odorem hominis sentit ut anser : unde et clangore ejus Gallorum ascensus in Capitolio deprehensus est.* Meminit hujus historiæ Plinius, lib. x, cap. 22, et lib. xxix, cap. 3, necnon etiam honoris, quem meruere, quomodo autem id acciderit narrat Ælianus, *De histor. animal.* lib. xii, capit. 33. Consule Livium et alios Romanæ historiæ scriptores. Nec dissimili ratione canes servarunt juniorem Romam, tunc Byzantium. Dum enim Philippus, copiis adductis aliisque instrumentis bellicis, mœnibus immineret et tantum non cepisset, in tanto periculo, nocte illumi, e pluvia divino quodam numine canes latratibus cives jam somno sopitos excitarunt; quibus cum lampades, seu nubes accensæ periculum jam imminens ostendissent alacri animo hostem ab illa urbis obsidione repulerunt. Hesichius Milesius, lib. *De rebus patriis Constantinopolitanis :* Ἐφ' οὗπερ Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς, ὁ Ἀμύντου παῖς γεγονὼς, πολλὴν ἐπαγόμενος δύναμιν ἐπολιόρκει τὴν πόλιν, διώρυξί τε καὶ παντοίοις πολεμικοῖς μηχανήμασι τοῖς τείχεσι προσπελάζων. Καὶ δὴ ἂν ταύτην ἐξεῖλε νυκτὸς ἐπιλαβόμενος ἀσελήνου, καὶ ὄμβρου καταῤῥαγέντος ἐξαισίου, εἰ μή τις αὐτοῖς τοῦ θείου γεγόνε συμμαχία τοὺς κατὰ τὴν πόλιν κύνας πρὸς ὑλακὴν ἀναστήσαντος, καὶ νεφέλας πυρὸς τοῖς ἀρκτῴοις ἐπαγαγόντος μέρεσιν· ἐξ οὗπερ οἱ δῆμοι διεγερθέντες, καὶ θερμῶς τοῖς πολεμίοις συνενεχθέντες, ἤδη τὴν πόλιν ὑπὸ τῷ Φιλίππῳ γενομένην ἐρύσαντο.

Ibid., lin. 9. *Δι' ὑπονόμων ὑποδύντων.* Livius, lib. v, scribit Gallos *animadverso ad Carmentis saxum ascensu æquo, nocte sublustri cum primo inermem, qui tentaret viam præmisissent, tradentes inde arma, ubi quid iniqui esset, alterni innixi, sublevantesque invicem, et trahentes alii alios prout postularet locus, in summum evasisse.* Et Plutarchus *Camillo :* Περὶ μέσας νύκτας ἐπιβάντες ἅμα πολλοὶ τῆς πέτρας ἐχώρουν ἄνω μετὰ σιωπῆς ; Servius tamen, viii *Æneidos* in illud :

Galli per dumos aderant, arcemque triumphant,

hæc adnotat : *Gallos, alii per dumeta et saxa aspera, alii per cuniculos, dicunt conatos esse ascendere.*

Ibid., lin. 13. *Ἀλκυὼν ἐστι θαλάττιον.* Basilius, hom. 8 : Ἀλκυὼν ἐστι θαλάττιον ὄρνεον. Αὕτη παρ' αὐτοὺς νοσσεύειν τοὺς αἰγιαλοὺς πέφυκεν, ἐπ' αὐτῆς τὰ ᾠὰ τῆς ψάμμου καταθεμένη· καὶ νοσσεύει κατὰ μέσον που τὸν χειμῶνα, ὅτε πολλοῖς καὶ βιαίοις ἀνέμοις ἡ θάλαττα τῇ γῇ προσαράσσεται. Ἀλλ' ὅμως κοιμίζονται μὲν πάντες ἄνεμοι, ἡσυχάζει δὲ κῦμα θαλάττιον, ὅταν ἀλκυὼν ἐπωάζῃ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας. Ἐν τοσαύταις γὰρ μόναις ἐκλεπίζει τοὺς νεοττούς. Ἐπεὶ δὲ καὶ τροφῆς αὐτοῖς χρεία, ἄλλας ἑπτὰ πρὸς τὴν τῶν νεοττῶν αὔξησιν ὁ μεγαλόδωρος Θεὸς τῷ μικροτάτῳ ζώῳ παρέσχετο. His affinia tradit Petrus Damianus, lib. ii, epist. 18; alcyonem describit Plinius, lib. x, cap. 32 : *Ipsa avis paulo amplior passere, colore cyaneo, ex parte majore, tantum purpureis et candidis admistis pennis, collo gracili ac procero.* Quæ omnia habuit ex Aristotele, *De histor. animal.* lib. v, cap. 8, et lib. ix, cap. 14. Hujus avis, quæ rarissima videtur, ut Aristoteles et Plinius referunt, meminere Pacuvius in *Teucro :*

Flexanima tanquam lymphata et Bacchi sacris
Commota, in tumulis Teucrum commorans meum,
Alcyonis ritu littus pervolans feror.

Plautus in *Pseudolo :*

Jam, hercle! tu peristi, nisi illam mihi tam tranquil-
[lam facis
Quam mare est olim, cum ibi alcedo pullos educit
[suos.

llarum duo genera tradunt, eaque distingui magnitudine et cantu : et minores in arundinetis canere. Mares ceryli vocantur, ut animadvertit Antigonus Caristius, lib. *De mirabil. narrat.* Qui, cum senio viribus amissis, volare posse desinunt, gestantur alis femellarum. Hoc senex jam et æger Alcman, nec una cum puellis, choros ducere valens ad cerylorum similitudinem cupit gestari a virginibus.

Οὔ μ' ἔτι παρθενικαὶ μελιγάρυες ἱερόφωνοι
Γυῖα φέρειν δύναται. Βάλε δὴ, βάλε. Κηρύλος [εἴην·
Ὅστ' ἐπὶ κύματος ἄνθος ἅμ' ἀλκυόνεσσι ποτῆται
Νηλεὲς ἦτορ ἔχων ἁλιπόρφυρος εἴαρος ὄρνις.

Illud ἁλιπόρφυρος ad cerylum ipsum spectat, qui coloribus cyaneo purpureoque distinguitur, non ad undas marinas ut Guilielmus Xylander temere vertit.

Ibid., lin. 30. *Καὶ παρὰ τοὺς τῆς θαλάττης.* Plutarchus, lib. *De amore parentum in filios*, alcyonei nidi structuram miram elegantissimis verbis prosequitur, quod prolixius exsequitur, lib. *De industria animalium.* Vide omnino Ælianum, lib. IX, *De histor. animal.*, cap. 17, qui admirabili verborum eloquio talis nidi structuram exponit.

Ibid., lin. 15. *Ὅταν οὖν ἐπῳάζηται.* Ideoque dies illi alcyonides vocantur, de tranquillam et otiosam vitam agentibus. Aristophanes in *Avibus.*

Ἀλκυονίδας τ' ἤγεθ' ἡμέρας ἀεί.

Consule Luciani Dialogum cui titulus *Ἀλκυών.* Virgilius inter prognostica futuræ tempestatis hoc quoque refert :

Non tepidum ad solem pennas in littore pandunt
Dilectæ Thetidi alcyones.

Ad hoc allusit et Theocritus in

Χἀλκυόνες στορεσεῦντι τὰ κύματα, τάν τε θάλασσαν,
Τόν τε νότον, τόν τ' εὖρον, ὃς ἔσχατα φυκία κινεῖ.
Ἀλκυόνες γλαυκαῖς Νηρηΐσι ταί τε μάλιστα
Ὀρνίθων Ἐφίλαθεν, ὅσαις τέ περ ἐξ ἁλὸς ἄγρα.

Ibid., lin. 18. *Ἐπειδὰν οὖν περιγλύψῃ.* Variæ etiam sunt scriptorum opiniones. Aristoteles, et Simonides quinque, Demagoras Samius septem, Philochorus novem, nonnulli quatuordecim. Consule Rodiginum, lib. XIV, cap. 11. Dignum tandem notatu est, quod de alcyonum *pelle* animadvertit Theophrastus Paracelsus de cœlesti medicina, tract. 1, *Item vires adhuc retinere post mortem aliqua probo per alcyonem avem, cujus pellis a suo cadavere separata clavo suspensa et exsiccata singulis annis plumas rejicit, aliæque nascuntur ei, ne dum uno vel duobus annis, at pluribus uno post alium.*

Ibid., lin. 21. *Δολερὸν ὁ πέρδιξ.* Multa hic possent, ex Æliano, Plinio, Aristotele aliisque afferri, quibus hoc animal δολερὸν, πανοῦργον, καὶ ζηλότυπον posset convinci; nam *spina et frutice*, referente Plinio, *sic muniunt receptaculum, ut contra feras abunde vallentur. Qui stragulum, molli pulvere contumulant, nec in quo loco peperere incubant, neve cui frequentior conversatio sit suspecta, trans-*

A *ferunt alio. Illæ quidem et maritos suos fallunt, quoniam intemperantia libidinis frangunt earum ova, ne incubando detineantur.* Unde et Aristophani fictum verbum in *Avibus* ἐκπερδικίζειν, i. e. astute elabi periculumque vitare. Vide Rodiginum, lib. XXIX, cap. 26. Tamen, ut ego opinor, auctor hic noster eam πανοῦργον appellavit ob libidinis intemperantiam, de qua vide Horum, lib. II, cap. 95; Plinium d. loco; Athenæum, lib. IX; Ælianum, lib. III; cap. 16; Aristot. IX, *De hist. anim.*, cap. 8, quæ aliorum animalium viribus non contenta, nefarie in masculos sese agitat; nec cum eadem specie, sed et cum diversi generis avibus se commiscet, si Aristoteli credimus *De generatione animal.* cap. 5. Origenes, hom. 4. *in Jeremiam :* Ἔστι δὲ καὶ ἀκάθαρτον, ὥστε τοὺς θηρεύοντας (lego χηρεύοντας)
B μονομαχεῖν ἀλλήλοις περὶ τῆς μίξεως, καὶ ἄῤῥενα μετὰ νίκην ἐπιβαίνειν τοῦ ἄῤῥενος. Nisi tamen aliter locum velis ex Basilio, hom. 8, legere : Δολερὸν ὁ πέρδιξ, καὶ ζηλότυπον, κακούργως συμπράττων τοῖς θηρευταῖς πρὸς τὴν ἄγραν. Sic enim non ad ejus libidinem, sed ad callidum, malitiosumque referes ingenium, quo venatoribus ut alias deceptas capiant, operam præstat.

Ibid. lin. 22. *Συμπράττων τοῖς θηρευταῖς.* Voce enim alias alliciunt, laqueosque præparant amicis inexspectatos, prædamque objiciunt hominibus. Theodoretus, caten. *in Jerem.*, cap. XVII. Λέγοιτο δ' ἂν πέρδιξ θηρατικὸς καὶ ὁ Βαβυλώνιος. Τοιούτους γὰρ οἱ τῶν περδίκων περιφέρουσι θηρευταὶ, ὧν πρὸς
C τὴν φωνὴν οἱ ὁμογενεῖς συντρέχοντες πέρδικες τοῖς θηράτροις ἐμπίπτουσιν. Illices Latinis, Græcis παλευτρίαι. Quare et Turnebus, *advers. lib.* XXIV, cap. 38, locum Plinii ita legit : *Capiuntur quoque pugnacitate, contra aucupis illicem exeunte in prælium duce totius gregis.* Oppianus *De venatione*, lib. II. Perdicibus homines uti ad damas capiendas, damisque ad perdices, mutua namque familiaritate, et contubernio devictæ, vicina habent cubilia, eodemque pascuntur in loco.

Πέρδικες θοῦροι δὲ πυρώδεες αἰολόδειροι
Δόρκοισιν, φιλίην παρὰ τέμπεσιν ἐσπείσαντο.
Ἠθαλεοὶ τε πέλουσιν καὶ ἀλλήλοισιν ὅμαυλοι,
Εὐνάς τ' ἐγγὺς ἔχουσι, καὶ οὐκ ἀπάνευθε νέμονται.
Ἦ μάλα δὴ μετόπισθεν ἑταιρείης τάχα πικρῆς
D *Καὶ φιλίης ἀπέλαυσαν ἀμειδέος, ὁππότε φῶτες*
Κερδαλέοι δειλοῖσιν ἐπίφορα μητίσαιντο
Πέρδικας δόρκοισι φίλοις ἀκατήλια θέντες
Ἔμπαλι δ' αὖ δόρκους ἑτάροις ἶσα περδίκεσσιν.

Ibid. *Ἀλλότρια δὲ κλέπτων.* Isidorus, lib. XII, capit. 7, *Adeo autem fraudulenta, ut alteri ova diripiens foveat : fraus fructum non habet. Denique dum pulli propriæ vocem genitricis audierint, naturali quodam instinctu hanc, quæ eos fovit, relinquunt, et ad eamdem quæ genuit revertuntur.* Consimilia habet Ambrosius, lib. VI, cap. 3, *in Hexaem.*; Phile in iambis; Epiphanius in *Physiologo*, cap. 9; Hieronymus in cap. XVII Jeremiæ, in quem locum et Hippolytus martyr in catena, Οὐ μάτην ὁ προφήτης ἀπεφήνετο τὸ ῥητὸν τῇ τοῦ ζώου παραβολῇ χρώμενος. Τοῦ γὰρ πέρδικος κενοδόξου ζώου ὑπάρ-

χοντος, ἐπὰν πλησίον ἴδῃ ἑτέρου πέρδικος καλιὰν νεοττοὺς ἔχουσαν, ἀποπτάντος τοῦ πατρὸς αὐτῶν ἐπὶ τὴν νομὴν, μιμούμενος τὴν τοῦ ἀλλοτρίου φωνὴν προσκαλεῖται πρὸς ἑαυτὸν τοὺς νεοττούς. Οἱ δὲ νεοσσοὶ, νομίσαντες τὸν ἴδιον αὐτῶν ὑπάρχειν πατέρα, προστρέχουσιν αὐτῷ. Ὁ δὲ ἐγγαυριᾷ ἐν ἀλλοτρίοις τέκνοις ὡς ἰδίοις. Ἐλθόντος δὲ τοῦ ἰδίου πατρὸς, καὶ βοήσαντος, τὴν ἰδίαν φωνὴν ἐπιγνόντες οἱ νεοσσοὶ, καταλιπόντες τὸν νόθον, πρὸς τὸν ἴδιον πατέρα πορεύονται. Et Olympiodorus : Ὁ πέρδιξ, ὥς φασιν, ὑπερήφανος ὢν, διὰ τῆς φωνῆς τοὺς ἀλλοτρίους προσκαλεῖται νεοττούς· Οἵτινες γνόντες ὕστερον, ὅτι οὐκ εἰσὶν αὐτοῦ, καταλιμπάνουσιν αὐτόν. Chrysostomus in eumdem locum. Perdicibus, aiunt, hoc esse in usu post ovorum exclusionem pullos clamore advocare, iisque matrem privare. Ἔθος, φησὶ (lego φασὶ), τοὺς πέρδικας, μετὰ τὸ ἀποτεχθῆναι τῶν ὠῶν τοὺς νεοττοὺς τῇ φωνῇ προσκαλεῖσθαι, καὶ γυμνοῦν τὴν τεκοῦσαν.

Ibid., lin. 26. *Λάγνον ἡ περιστερά*. Mas enim, ut tradit Horus, ubi robustior evaserit ex consortio matris, patrem expellit, sicque ei connubio jungitur. Ὁ γὰρ ἄρσην, ἰσχυρότερος γενόμενος, διώκει τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ἀπὸ τῆς μητρὸς, καὶ οὕτως αὐτῇ πρὸς γάμον μίσγεται : vel ut Aristoteles tradit, libr. IX, *De histor. anim.*, cap. 7, pullos adultos jam, cum tempus prodeundi ex nido est, mas subigit. Vel quia ex eodem lib. VI, cap. 2, et Plinio lib. X, cap. 58, peculiare sit illis, ut in coitu nisi ante mutuo osculentur, mas non ascendat, vel quia, ut ex Aristotele refert Athenæus lib. IX, feminæ absente mare sese osculantur, subigunt, et cum in sese geniturae nihil effundant, ova pariunt, e quibus pullus non editur. Quare et Veneri sacra, apud Ælianum *De histor. anima.*, lib. IV, cap. 2, et *De varia histor.*, lib. I, cap. 15, legitur tamen de illis, pudicitiam illis esse primam, et neutri nota adulteria, conjugiique fidem non violare, communemque servare domum.

Ibid. *Ἔστι δὲ δένδρον*. Petrus Damianus, lib. II, ep. 18, *Est*, inquit, *in Indiæ finibus arbor, quæ Græce peridexium vocatur, cujus utique fructus nimis est dulcis, et valde suavis, in hujus arboris igitur gratia columbæ non modice delectantur; cujus nimirum eas, et fructus reficit, et umbra defendit. Teterrimus enim draco ferali eas immanitate persequitur, et cruenti gutturis barathro inhiantes absorbere molitur. Sed sicut columbæ draconem, ita nihilominus draco formidat eam, quam prædiximus arborem, sed præcipue timet umbram, ita ut si umbra fuerit a parte arboris dextra, illa licet procul fugiat ad sinistram, quod si umbra cernitur in sinistra, ille vertatur ad dexteram. Donec ergo columbæ sub arboris illius umbraculo fuerint commoratæ, nullis eas crudelis illa bestia valet insidiis lædere, alioquin si procul eas invenerit, sine ullo contradictionis obstaculo repentinus invadit.*

Ibid., lin. 34. *Οἷα δέ ἐστιν ἡ φύσις*. Anaxagoras colorem certum plumarum in collo columbarum aut pavonis cauda non dignosci, ob continuum lucis, et atomorum effluxum, quod Lucretius, lib. II, his versibus asseruit :

Pluma columbarum quo pacto in sole videtur
Quæ sita cervices circum, collumque coronat.
Namque alias fit uti claro sit rubra pyropo;
Interdum quodam sensu fit uti videatur
Inter cæruleum virides miscere smaragdos,
Caudaque pavonis larga cum luce repleta est
Consimili mutat ratione obversa colores.

Sextus Empiricus, Pyrrhon. Hypotyp. lib. I, cap. 14, Καὶ οἱ τράχηλοι δὲ τῶν περιστερῶν παρὰ τὰς διαφόρους ἐπικλίσεις διάφοροι φαίνονται κατὰ χρῶμα. Quod ita expressit Hieronymus. *Columbarum colla ad singulas conversiones colorem mutant.* Martianus *De nuptiis* Philo : *Arcesilas*, inquit, *collum intuens columbinum dubitabat : siquidem hac permotus varietatis incertitudine amplius astruere ἀκαταληψίαν cœpit.* Apuleius, *De asino*, lib. II : *Nunc corvina nigredine cæruleus, columbarum colli flosculus æmulatur, vel cum guttis Arabicis obunctus, et pectinis arguti dente tenui discriminatur.* Modum autem quo columbæ versicolores efficiantur ita expressit Oppianus, lib. I, *De venat.*, vers. 348 :

Τοῖά νυ κἀκεῖνοι τοῖσι δόνακες μεμέληνται,
Μησάθην πυκινοῖσι νοήμασιν ἰξευτῆρες
Ὁππότε δαιδάλλωσι πελῃϊάδεσσι νεοσσούς.
Εὖτε γὰρ ἐς φιλότητα θοαὶ τρήρωνες ἴωσι,
Μιγνύμεναι στομάτεσσι βαρυφθόγγοις ἀλόχοιο.
Δὴ τότε μῆτιν ὕφαινε κλυτὴν τιθασοτρόφος ἀνὴρ,
Ἄγχι δὲ θηλυτέρῃσιν ἐθήκατο δαίδαλα πολλὰ
Εἵματα πορφύρεα. Ταὶ δὲ κλιδὸν ὅσσε βαλοῦσαι,
Θυμὸν ἰαινόμεναι τίκτουσ' ἁλιπόρφυρα τέκνα.

Ibid., lin. 40. *Φιλότεκνον ἡ κορώνη*. Basilius, hom. 8, Ἐπαινετὸν τῆς κορώνης τὸ φιλότεκνον· ἣ καὶ πετομένοις ἤδη παρέπεται σιτίζουσα αὐτοὺς, καὶ ἐκτρέφουσα μέχρι πλείστου. Hujus φιλοστοργίαν explicat Horus, lib. II, cap. 97, et Aristoteles, *De histor. animal.* lib. VI, cap. 6, *Omnes fere alites quibus ungues adunci pullos, cum primum provolandi facultas fuerit, nido expellunt, percutientesque cogunt discedere; et cæteræ quoque aves maxima fere sui parte, ut dictum est, idem hoc faciunt : cumque enutrierint nihil præterea adhibent curæ excepta cornice, quæ aliquandiu providet : quippe quæ volantes jam suos pullos pascens ipsa comitetur.* Et Plinius, lib. X, cap. 12, *Præterea sola hæc etiam volantes pullos aliquandiu pascit inauspicatissima fetus tempore, hoc est post solstitium. Cæteræ omnes ex eodem genere pellunt nidis pullos, ac volare cogunt, sicut et corvi : qui et ipsi non carne tantum aluntur, sed et robustos quoque fetus suos fugant longius.*

Ibid. *Καὶ μόνανδρον*. Mares feminis connubio junctis semper fidos, nunquam ad alteram divertere comitem, ac nec ipsas quidem feminas, quoad vivunt, ad alterum, sed disjunctos solos deinceps semper degere testatur Horus, lib. I, cap. 8. Plutarchus Gryllo, Gregorius Nazianzenus Paræn. ad Virg.; Ælianus item, lib. III, *De histor. anim.* c. 9, Κορῶναι ἀλλήλαις εἰσὶ πιστόταται· καὶ ὅταν εἰς κοινωνίαν συνέλθωσι πάνυ σφόδρα ἀγαπῶσί σφας, καὶ

οὐκ ἂν ἴδοι τις μιγνύμενα ταῦτα τὰ ζῶα ἀνέδην, καὶ ὡς ἔτυχε. Λέγουσι δὲ οἱ τὰ περὶ τούτων ἀκριβοῦντες, ὅτι, κἂν ἀποθάνοι τὸ ἕτερον, τὸ λοιπὸν χηρεύει. Ἀκούω δὲ τοὺς πάλαι καὶ ἐν τοῖς γάμοις μετὰ τὸν ὑμέναιον τὴν κορώνην καλεῖν, σύνθημα ὁμονοίας τοῦτο τοῖς συνιοῦσιν ἐπὶ παιδοποιίᾳ διδόντες. Ob hanc ergo maris et feminæ concordiam, et perpetuam connubii legem ac fidem, solitariæ cornicis occursus malum omen faciebat Ælianus dicto loco et alii.

Ibid., lin. 43. *Ὁ δὲ νυκτικόραξ*. Hujus meminit Basilius, hom. 8 *in Hexaem.*; Horus, lib. II, c. 25; Aristoteles, *De histor. anim.*, lib. VIII, cap. 3, et lib. IX, cap. 39. Apollinario psalm. CI, est νυκτὸς κόραξ.

Δέρκεσθαι φαίης κεν ἐρημονόμον πελεκᾶντα,
Ἢ νυκτὸς κόρακα ψιλῶν δαπέδων ναετῆρα,
Ἢ στρουθόν τιν' ἄϋπνον ἐόντ' ἐν δώματι μοῦνον.

Ibid., lin. 45. *Φιλόστοργος ὁ ἔποψ*. Ælianus, lib. X, cap. 16, Ægyptios ait ciconias, vulpanseres, et upupas in honore habere, quod senectute affectos parentes alunt. Upupam nidum e stercore præcipue humano conficere tradit Aristoteles lib. IX, cap. 15, *De hist. anim.*; qui tamen, cap. 1, lib. VI, upupam non nidificare ait, sed in cavis arborum parere sine ullo stramento, Ὁ δ' ἔποψ μόνος οὐ ποιεῖται νεοττείαν τῶν καθ' ἑαυτὸν νεοττευόντων, ἀλλ' εἰσδυόμενος εἰς τὰ στελέχη, ἐν τοῖς κοίλοις αὐτῶν τίκτει, οὐδὲν συμφορούμενος.

Ibid., lin. 49. *Ἡ δὲ χελιδὼν ἅπαξ γεννᾷ*. Aristoteles tamen lib. V, *De hist. anim.*, cap. 13, hirundinem ait bis anno parere, quod confirmat et Plinius, lib. X, cap. 53, *Hirundines et merulæ et palumbi, et turtures bis anno pariunt, cæteræ aves fere semel.* Avis hæc inter alias multa habet illis non communia, quæ referunt ii qui de animalibus historias scripsere. Sed præcipuum et maxime admirandum illud esse mihi videtur, quod de earum coitu scribit Ælianus, *De histor. anim.*, lib. II, cap. 3: Οἱ μὲν ὄρνιθες οἱ ἕτεροι ἀναβαίνονται, ὡς λόγος, αἱ δὲ χελιδόνες οὔ, ἀλλὰ τούτων γε ἐναντία ἡ μίξις ἐστὶ, καὶ τὸ αἴτιον οἶδεν ἡ φύσις· Λέγει δὲ ὁ πλείων λόγος, ὅτι πεφρίκασι τὸν τηρέα, καὶ δεδοίκασι, μήποτε ἄρα προσερπύσας λάθρα, εἶτα ἐργάσηται τραγῳδίαν καὶ νῦν.

Ibid., *Πηγνυμένη δὲ τήν*. Basilius, hom. 8 : Ἐκείνη γὰρ τὴν καλιὰν πηγνυμένη, τὰ μὲν κάρφη τῷ στόματι διακομίζει, πηλὸν δὲ τοῖς ποσὶν ἆραι μὴ δυναμένη, τὰ ἄκρα τῶν ποδῶν ὕδατι βρέξασα, εἶτα τῇ λεπτοτάτῃ κόνει ἐνειληθεῖσα, οὕτως ἐπινοεῖ τοῦ πηλοῦ τὴν χρείαν, καὶ κατὰ μικρὸν ἀλλήλοις τὰ κάρφη οἷον κόλλῃ τινὶ τῷ πηλῷ συνδήσασα, ἐν αὐτῇ τοὺς νεοττοὺς ἐκτρέφει. De hirundinum industria in nidis conficiendis Aristoteles, lib. IX, cap. 7, *De histor. animal.*, ex quo sua habuit Plinius lib. X, cap. 33, *Hirundines luto construunt, stramento roborant. Si quando inopia est luti, madefactæ multa aqua pennis pulverem spargunt, ipsum vero nidum mollibus plumis, floccisque consternunt tepefaciendis ovis, simul ne durus sit infantibus pullis.* Ælianus *De histor. anim.*, lib. III, cap. 24, Ἡ δὲ χελιδὼν, ὅτε εὐποροίη πηλοῦ τοῖς ὄνυξι φέρει, καὶ συμπλάττει τὴν καλιάν. Εἰ δὲ ἀπορία εἴη, ὡς Ἀριστοτέλης λέγει, ἑαυτὴν βρέχει, καὶ εἰς κόνιν φύρει τὰ πτερὰ ἐμπεσοῦσα, καὶ τοῦ πηλοῦ περιπαγέντος, ἐντεῦθεν ὑποψήχουσα τῷ ῥάμφει τὴν προκειμένην οἰκοδομίαν χειρουργεῖ. Ἁπαλά τε ὄντα τὰ νεόττια, καὶ τῶν πτίλων γυμνὰ οἶδε καλῶς ἐπὶ ψιλῶν καρφῶν εἰ ἀναπαύοιτο, ὅτι κολασθήσεται ἀλγοῦντα. Οὐκοῦν ἐπὶ τὰ νῶτα τῶν προβάτων ἱζάνει καὶ ἀποσπᾷ τοῦ μαλλοῦ, καὶ ἐντεῦθεν τοῖς ἑαυτῆς βρέφεσι τὸ λέχος μαλακὸν ἔστρωσε. Vide Plutarchum, *De solertia animalium*. Neque silentio prætereundum quod tradit Horus, lib. II, cap 31, illam jam morti proximam luto se ipsam volutare, et pullis latebras comparare. Ἐκείνη γὰρ κυλίει ἑαυτὴν εἰς πηλὸν, καὶ κτίζει τοῖς νεοττοῖς φωλεὸν μέλλουσα τεθνάναι : quod non memini me alibi legisse.

Ibid., lin. 51. *Μόνανδρος ἡ τρυγών*. Basilius, hom. 8, Τὴν τρυγόνα φασὶ, διαζευχθεῖσαν ποτὲ τοῦ ὁμόζυγος, μηκέτι τὴν πρὸς ἕτερον καταδέχεσθαι κοινωνίαν, ἀλλὰ μένειν ἀσυνδύαστον μνήμῃ τοῦ ποτε συζευχθέντος, τὴν πρὸς ἕτερον κοινωνίαν ἀπαρνουμένην. Clemens Alexandrinus, *Strom.* 2; Gregorius Nazianzen., *Carm. ad virg.* Mirum id quod narrat Ælianus de turturum ac columbarum albarum castitate. Si enim impudicis amoribus, externisque inservisse persenserint, reliquæ turtures, et columbæ marem discerpunt, et pessime perdunt : feminæ vero misericordia permotæ, nulla illata molestia in viduitate reliquam ætatem ducere permittunt, hoc idem et palumbes f..cere affirmat, præterquam quod illi, et marem, et feminam occidunt. *De histor. animal.*, lib. III, cap. 44, Σωφρονέστατοι ὀρνίθων αἱ φάτται ᾄδονται. Ὁ γοῦν ἄῤῥην καὶ ὁ θῆλυς, συνδυασθέντες, καὶ οἱονεὶ συμπνεύσαντες, εἰς γάμον ἀλλήλων ἔχονται, καὶ σωφρονοῦσι, καὶ οὐκ ἂν ὀθνείου λέχους οὐδέτερος ἅψεται τῶν ὀρνίθων τῶνδε. Ἐὰν δὲ ἐποφθαλμιάσωσιν ἑτέροις, περιέρχονται αὐτοὺς οἱ λοιποί· καὶ τὸν μὲν ἄῤῥενα οἱ ὁμογενεῖς διασπῶσιν, αἱ θήλειαι δὲ τὴν θῆλυν. Οὕτως ἄρα ὁ τῆς σωφροσύνης νόμος καὶ ἐς τὰς τρυγόνας ἀφικνεῖται, καὶ ἄτρεπτος μένει, καὶ ἐς τὰς περιστερὰς τὰς λευκὰς, πλὴν τοῦ θανατοῦσθαι ἑκάτερον τὸν ὄρνιν· ἐπεὶ τὸν μὲν ἄῤῥενα ἀναιροῦσι, τὴν δὲ θῆλυν ᾤκτειραν, καὶ εἴασαν ἀπαθῆ, καὶ περίεισι χῆρος. Hic dum de turture sermonem habemus, nullo modo silendus est Davidis Hoeschelii error maximus ἀνιστορησίας. Cum enim Horus lib. II, cap. 112, de turture marina loqueretur, illiusque ingenium ex Ægyptiorum sententia exponeret, Hœschelius non animadvertens de quonam sermo esset, hæret, et ut videtur de turture accilorum illum intelligit, et quædam alia πάρεργα, καὶ ἔξω τοῦ σκοποῦ in medium affert, quæ, ut ipse opinabatur, a subjecta materia minime erant aliena, puto hoc illi jam laboribus potius in notis illis conficiendis defesso, quam inscitia evenisse. Antiquorum itaque senten-

tiis ducti, Horum non de terrestri turture, et ave, A sed de pastinaca marina, locutum dicimus. Ipsa enim hamo implicita, spinam quam in cauda habet abjicit : et hic videtur sensus Hori. De qua plura Oppianus Halicut, lib. I, et II; Aristot., lib. IX, cap. 37; Dioscorides, lib. VII, cap. 8, et lib. VIII, cap, 7; Plinius, lib. IX, cap. 48; Nicander in *Theriacis;* Phile in iambis, et alii, quod hic recensere superfluum esse duxi. Confirmat autem meam sententiam quod scribit Cornelius Celsus lib. VI, cap. 9. *Plani piscis*, inquit, *quem pastinacam nostri*, τρυγόνα *Græci vocant, aculeus torretur, deinde conteritur, resinaque excipitur, quæ denti circumdata hunc solvit*. Et Plinius, lib. IX, cap. 48, *Sed nullum usquam exsecrabilius, quam radius super caudam eminens trygonis, quem nostri pastinacam appellant* B *quincunci magnitudine*. Ideoque eam vocavit ὀπισθόκεντρον Epicharmus, teste Athenæo, lib. VII, sed in re clara et aperta hæc innuisse satis sit.

Ibid., lin. 58. *Αἱ δὲ κατοικίδιοι*. Basilius, hom. 8, Καὶ αἱ κατοικίδιοι ὄρνεις ἐπὶ παντὸς καιροῦ τὸ συνουσιαστικὸν ἔχουσαι : et Aristoteles, lib. V *De hist. animal.*, cap. 13; et Plinius, lib. X, cap. 53. Et ratio est in promptu : quia callidiores, et minus revolutionibus temporum obnoxiæ, nec laboribus fractæ, aut metu, vel tempestate fugatæ.

Col. 736 lin. 1. *Τὰ δὲ φίλυδρα*. Basilius, hom. 8, Πάλιν τὰ φίλυδρα τῶν ζώων καταμαθὼν, ἑτέραν ἐν αὐτοῖς κατασκευὴν εὑρήσεις, πόδας οὔτε διεσχισμένους, ὡς τοὺς τῆς κορώνης, οὔτε ἀγκύλους, ὡς C τοὺς τῶν σαρκοφάγων, ἀλλὰ πλατεῖς καὶ ὑμενώδεις, ἵνα ῥαδίως ἐπινήχωνται τῷ ὕδατι, οἱονεὶ κώπαις τισὶ τοῖς τῶν ποδῶν ὑμέσι τὸ ὑγρὸν διωθούμενοι.

Ibid., lin. 6. *Ὁ δὲ κύκνος μακρότερον*. Basilius, hom. 8, Ἐὰν δὲ καταμάθῃς ὅπως εἰς βάθος ὁ κύκνος καθιεὶς τὸν αὐχένα κάτωθεν ἑαυτῷ τὴν τροφὴν ἀναφέρει, τότε εὑρήσεις τὴν σοφίαν τοῦ κτίσαντος, ὅτι διὰ τοῦτο μακρότερον τῶν ποδῶν τὸν αὐχένα προσέθηκεν, ἵνα ὥσπερ τινὰ ὁρμιὰν κατάγων τὴν ἐν τῷ βάθει κεκρυμμένην τροφὴν ἐκπορίζηται.

Ibid., lin. 8. *Τῶν δὲ ὀρνέων πολλά*. De hoc plura Aristoteles, lib. III *De hist. anim.*, cap. 12, et lib. IX, cap. 44, et Plinius, lib. X, cap. 19.

Ibid., lin. 9. *Ὁ γὰρ κόττυφος*. Aristoteles, lib. IX D *De hist. anim.*, cap. 49, Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ τῶν ὀρνίθων μεταβάλλουσι κατὰ τὰς ὥρας. καὶ τὸ χρῶμα, καὶ τὴν φωνὴν, οἷον ὁ κόττυφος ἀντὶ μέλανος ξανθὸς, καὶ τὴν φωνὴν ἴσχει. Ἐν μὲν γὰρ τῷ θέρει ᾄδει, τοῦ δὲ χειμῶνος παταγεῖ, καὶ γίνεται θορυβώδες. Ex quo sua habuit Plinius d. loco. Merula ex nigra rufescit, canit æstate, hieme balbutit, circa solstitium muta.

Ibid., lin. 10. *Ἡ δὲ ἀηδὼν τὸ χρῶμα*. Basilius, hom. 8, Πῶς ἄγρυπνον ἡ ἀηδὼν, ὅταν ἐπῳάζῃ διὰ πάσης νυκτὸς τῆς μελῳδίας μὴ ἀπολήγουσα. Consule Aristot. d. loco. Lusciniarum cantus varietatem, et suavitatem elegantissime expressit Plinius, lib. X, cap. 29, et Homerus.

Ibid., lin. 14. *Ἔνια δὲ τῶν ὀρνέων*. De his vide Aristotelem, Ælianum, Plinium et alios.

Ibid., lin. 16. *Ἀλλὰ καὶ τὰς ὑπογαστρίους*. Consule Aristotelem, lib. VI, *De hist. anim.*, cap. 1, et Plinium, lib. III, cap. 53.

Ibid., lin. 19. *Αἱ δὲ θήλειαι ὄρνεις*. Aristoteles, lib. IV, *De gener. anim.* cap. 5, μόνα, inquit, τῶν ζώων ὀχείαν ἐπιδέχονται κυοῦντα γύνη καὶ ἵππος. Horus de aquila scribit : Cum reliqua animalia non semper mari ad omnem mistionem parere velint, aquila semper. Terdecies enim in die compressa postquam surrexit, si mas vocet, denuo accurrit, adeo in Venerem prona est. Sic Oppianus, lib. III, Κυνηγ. Ursarum effrenem ait esse libidinem, adeo ut ne quidem gestationis tempore a concubitu abstineant; Plinius, lib. VII, cap. 11. Præter mulierem pauca animalia coitum novere gravida. Unum quidem aut alterum superfetat. Hujus autem causam reddit Lactantius, lib. VI *Divin. institutionum*, cap. 23; quam etiam incertitudinis in tempore coitus causam Ambrosius, V, *Hexaem.*, cap. 10, ait esse, cur in genere humano mulier nullum habeat fixum ac statum anni tempus ad pariendum, ut fere cætera animalia. Exemplum super hoc Zenobiæ castissimæ Palmirenorum reginæ habes apud Trebellium Pollionem.

Ibid., lin. 22, *Οἱ δὲ κάνθαροι ἐάν*. Idem refert Theophrastus, *De odoribus :* Collector *Geoponicon.*, lib. XIV, cap. ult.; Aristoteles, lib. *Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων;* Ælianus, lib. IV, cap. 18, Κάνθαρον δὲ ἀπολεῖς, εἰ ἐπιβάλῃς τῶν ῥόδων αὐτῷ. Quare nil mirum, si impurissimum hoc animal impurissimo Moamethi ita fuerit charum, et in deliciis, ut jussu Dei id in sacrificium obtulerit. Ita enim dicit ex persona Dei, Ἡμεῖς δεδώκαμέν σοι, ita scribente Euthymio in *Panoplia*, τὸν κάνθαρον, εὖξαι πρὸς τὸν κύριόν σου, καὶ σφάξον. Admirandum sane sacrificium, et magnificum, talique legislatore dignum.

Ibid., lin. 23. *Αἱ δὲ μέλισσαι καὶ σφῆκες*. Basilius, hom. 8, de iisdem, Διόπερ καὶ ἐλαίῳ καταβρεχθέντα φθείρεται τῶν πόρων ἀποφραγέντων. Ὄξους δὲ εὐθὺς ἐπιβληθέντος, πάλιν ἀναβιώσκεται, τῶν διεξόδων ἀνοιγομένων. Plinius, lib. XXI, cap. 12, ait constare apes olivæ florem non attingere, ideoque hanc arborem procul esse melius est : quod antea vanum, falsumque esse tradiderat, lib. XI, cap. 8. *Falso, et oleas excipi arbitror, quippe olivæ proventu plurima examina gigni certum est*. Nec aliud sensisse Aristoteles videtur, lib. V, cap. 22, *De histor. anim.*, illis verbis, Ἀλλ' αὐχμοῦ μὲν ὄντος, μέλι ἐργάζονται μᾶλλον, ἐπομβρίας δὲ, γόνον. Διὸ καὶ ἅμα συμβαίνει ἐλαιῶν φορὰ καὶ ἑσμῶν. Eodem igitur naturæ ingenio feruntur ad fructus edendos olivæ, et apes, et quod olivæ damnum affert, idem et apibus nocumento est. Imbribus olivas minus olei facere multis rationibus et experimentis compertum est, et confirmavit Theophrastus, *De causis plant.*, lib. VI, cap. 11, Ὅτι δ' οὐκ ἐν πλήθει

τροφῆς, οὐδ' ἐν εὐσαρκίᾳ τῶν ἐλαιῶν τὸ τοῦ ἐλαίου πλῆθος, ἐκ πολλῶν φανερόν. Αἵ τε γὰρ ἐπομβρίαι ποιοῦσιν ἔλαττον, αἵ τ' ἀρδόμεναι χεῖρον ῥέουσιν. Consule locum et cap. 12 ejusdem libri. Quod autem ait hic noster Eustathius verum esse quisque arbitrabitur, qui meatus horum animalium angustissimos esse non ignorat; quare et fœdis odoribus, quin et unguentorum deliciis maxime cruciantur, et percutiunt illis delibutos. Aristoteles, lib. IX, *De histor. anim.*, cap. 40, *Mundissimum omnium hoc animal est, quamobrem sæpenumero, cum alvi necessitas est, avolant, et in secessu reddunt excrementum, quoniam male oleat; oderunt non solum fœdos odores, sed etiam unguentorum delicias : ex quo fit ut homines his delibutos percutiant.* Eadem narrat Ælianus, *De hist. anim.*, lib. V, cap. 14. Hinc etiam fit ut nullum cadaver attingant. Plinius, lib. XI, cap. 23.

Ibid., lin. 25. *Ὄζει οὖν ἀναβιοῦσι.* Alium reparationis modum narrat Plinius, lib. XI, cap. 20, *Sunt qui mortuas, si intra tectum hieme serventur, deinde sole verno torreantur, ac ficulneo cinere toto die foveantur, putent reviviscere.* Id autem Hyginius majores secutus auctores prodiderat. Columella, *De re rust.*, lib. IX, cap. 13, *Nam illud quod Higinius majores secutus auctores prodidit, ipse non expertus asseverare non audeo : volentibus tamen licebit experiri; siquidem præcipit apum corpora, quæ cum ejusmodi pestis incessit, sub favis acervatim enectæ reperiuntur, sicco loco per hiemem reposita circa æquinoxium vernum, cum clementia diei suaserit post horam tertiam in solem proferre, ficulneoque cinere obruere. Quo facto affirmat intra duas horas cum vivido halitu caloris animatæ sunt, resumpto spiritu in præparatum vas, si objiciatur, irrepere.*

Ibid. *Τρέφονται δὲ τῷ ἔαρι.* Basilius, hom. 8, Ἀλλ' ὅλα δι' ὅλου τρέφεται τῷ ἀέρι. Aristoteles, *De hist. anim.*, lib. IX, cap. 40, affirmat eas esurire ab hieme potissimum cum opus incipiunt, et lib. IV, *De part. anim.*, cap. 6, ait eas ideo esse quadripennes, et corpulentiam habere leviorem, quia et pascuis vivunt, et necesse habent pabuli causa evagari, et lib. IX, *De hist. anim.*, cap. 40, determinat eas nihil venari, sed ipsis sibi cibaria facere, et recondere, et earum cibum esse mel, *cujus rei indicium faciunt, cum apiarii eximere incipiunt favos; quamvis enim suffiantur, vehementerque ex fumo laborent, tamen plus mellis tunc edunt, quam prius. Quod enim cibi causa sibi recondiderint, parcius eo temporibus cæteris utuntur. Sed habent etiam quo altero cibo alantur, quod quidam ceraginem, alii cereum vocant, verum hoc deterius est, et dulcedine prope ficus : congerunt id quoque ut ceram suis cruribus.* Et inferius, *Pastus gratissimus apibus thymum est : sed rubidc album præfertur.* Et lib. VIII, cap. 11, *Apis una nullis putidis assidet, nec utitur alio cibo quam dulci.* Plin., lib. XXI, cap. 14, *Si cibus deesse censeatur apibus uvas vassas siccasve, ficosque tusas, ad fores earum posuisse conveniet. Item lanas tractas madentes passo, aut defruto, aut aqua mulsa. Gallinarum etiam crudas carnes. Quibusdam etiam æstatibus iidem cibi præstandi, cum siccitas continua florum alimentum abstulit.* Eadem fere habet Columella, lib. d., cap. 14, differt tamen ab eo, quod non gallinas, sed aves, iisque interaneis exemptis includant hiberno tempore ut plumis præbeant teporem apibus dicit, *Tum etiamsi sunt absumpta cibaria commode pascuntur esurientes, nec nisi ossa earum relinquunt. Sin autem favi sufficient permanent illibatæ, nec quamvis amantissimas munditiarum offendunt odore suo.* Verum Ælianus nullius animalis carnes edere, sed illis satis esse floribus vesci contendit, lib. V, *De hist. anim.*, cap. 11, Βίον δὲ καθαρὸν ζῇ μέλιττα, καὶ ζώου οὐκ ἂν οὐδενὸς πάσαιτό ποτε, καὶ οὐ δεῖται Πυθαγόρου συμβούλου οὐδὲ ἕν, quod et ante eum Aristoteles insinuaverat, lib. IX, *De hist. anim.*, cap. 40, Πρὸς σάρκα δὲ οὐδενὸς καθίζει, οὐδ' ὀψοφαγεῖ. Quis ergo hasce in tanta ciborum copia, succorum affluentia aere nutriri unquam existimaret? quis cibos præpararet, quis eas curaret alendas, quibus nec cibus deeese potest, nec famis cruciare, cum semper habeant aerem patentem, quo possint enutriri?

Ibid., lin. 26. *Ἔχουσι δὲ βασιλέα.* Basilius, hom. 8, Ἔστι δέ τινα καὶ πολιτικὰ τῶν ἀλόγων· εἴπερ πολιτείας ἴδιον τὸ πρὸς ἓν πέρας κοινὸν συννεύειν τὴν ἐνέργειαν τῶν καθ' ἕκαστον, ὥσπερ ἐπὶ τῶν μελισσῶν ἄν τις ἴδοι. Καὶ γὰρ ἐκείνων κοινὴ μὲν ἡ οἴκησις, κοινὴ δὲ ἡ πτῆσις, ἐργασία δὲ πάντων μία· καὶ τὸ μέγιστον, ὅτι ὑπὸ βασιλεῖ καὶ ταξιάρχῳ τινὶ τῶν ἔργων ἅπτονται, οὐ πρότερον καταδεχόμεναι ἐπὶ τοὺς λειμῶνας ἐλθεῖν, πρὶν ἂν ἴδωσι κατάρξαντα τὸν βασιλέα τῆς πτήσεως. Καὶ ἔστιν αὐταῖς οὐ χειροτονητὸς βασιλεύς. Et inferius, Ἀλλ' ἐκ φύσεως ἔχων τὸ κατὰ πάντων πρωτεῖον, καὶ μεγέθει διαφέρων, καὶ σχήματι, καὶ τῇ τοῦ ἤθους πραότητι. Ἔστι μὲν γὰρ κέντρον τῷ βασιλεῖ, ἀλλὰ οὐ χρῆται τοῦτο πρὸς ἄμυναν. Solæ enim hæ ex omnium animantium genere, ut auctor est Horus, lib. I, cap. 62, et regem habent, et illi non secus ac vulgus regi obtemperant. Καὶ γὰρ μόνον τῶν ἄλλων ζώων βασιλέα ἔχει, ᾧ τὸ λοιπὸν τῶν μελισσῶν ἕπεται πλῆθος, καθὸ καὶ οἱ ἄνοι ἕπονται βασιλεῖ. Et Didymus, in *Georgicis*, Καὶ ἡ πολιτεία τούτου τοῦ ζώου προσέοικε ταῖς μάλιστα εὐνομουμέναις τῶν πόλεων. Τάς τε γὰρ ἐξόδους καθ' ἡγεμόνα καὶ πρὸς τὸ ἐπίταγμα ποιεῖται. Et Aristoteles, lib. I *De histor. anim.*, cap. 1, etiam grues sub duce agere asserit, *Civilis generis est homo, apis, vespa, formica, grus. Quarum aliæ sub duce degunt, ut grues, ut apes, aliæ nulli subditæ imperio sunt, ut formicæ et alia innumera pene genera.*

Ibid., lin. 28. *Καὶ οὐδεμία προχείρως.* Apes proprium ducem, atque imperatorem, omnibus officiis prosequi affirmant Ælianus, *De histor. animal.*, lib. V, cap. 10 et 11 : Aristoteles, et Plinius, lib. XI, cap. 6, et cap. 17. Mira plebis circa eum obedientia. *Cum procedit una est totum examen, circa*

sua eum conglobatur, cingit, protegit, cerni non patitur. Quibus addit Ælianus loco d. etiam regem fugitivum accersere, et in regnum reducere. Τὸν βασιλέα αὐτῶν αἱ μέλιτται πρᾶον ὄντα καὶ ἥμερον, καὶ ὁμοῦ τι καὶ ἄκεντρον, ὅταν αὐτὰς ἀπολίπῃ, μεταθέουσί τε, καὶ διώκουσι φυγάδα τῆς ἀρχῆς ὄντα. Ῥινηλατοῦσι δὲ αὐτὸν ἀπορρήτως, καὶ ἐκ τῆς ὀσμῆς τῆς περὶ αὐτὸν αἱροῦσι, καὶ ἐς τὴν βασιλείαν ἐπανάγουσιν, ἑκοῦσαί τε καὶ βουλόμεναι τοῦ τρόπου ἀγάμεναι. Quomodo autem una cum rege migrant, quo signo, qua voce, et observantia, Aristoteles *De histor. anim.*, lib. IX, cap. 40, et Plinius, d. loco.

Ibid., lin. 29. *Ἔστι δὲ αὐταῖς οὗτος.* Non enim eligunt, sed successione et genere optimos quosque conservant, ac fovendo tutantur, improbos occidunt, ut ex supra dictis auctoribus manifestum apparet. Hunc porro magnitudine, figura ac morum suavitate cæteras apes antecellere narrat Aristoteles, *De generat. animal.*, lib. III, capit. 10; Plinius, lib. XI, capit. 16, *Reges plures inchoantur, ne desint. Postea ex his soboles cum adulta esse cœpit, concordi suffragio deterrimos necant, ne distrahant agmina. Duo autem genera eorum, melior rufus quam niger variusque. Omnibus forma semper egregia, et duplo quam cæteris major, pennæ breviores, crura recta, ingressus celsior, in fronte macula quodam diademate candicans, multo etiam nitore a vulgo differunt.* Vide Ælianum, lib. V, cap. 10 et 11; *Geoponicon* collect., et alios.

Ibid. lin. 32. *Ἔστι μὲν γὰρ κέντρον.* Id idem habet Aristoteles, *De histor. anim.*, cap. 21, *Aculeum apes possident, fuci eo carent, reges ducesque habent, sed non utuntur; quocirca eos carere aculeo nonnulli existimant.* Ælianus, *De histor. animal.*, lib. I, cap. 60, Λέγει μέν τις λόγος ἀκέντρους εἶναι τοὺς τούτων βασιλέας· λέγει δὲ καὶ ἕτερος καὶ πάνυ ἐῤῥωμένα τὰ κέντρα συμπεφυκέναι αὐτοῖς, καὶ τεθηγμένα ἀνδρειότατα. Οὔτε δὲ ἐπ' ἀνδρί ποτε χρῆσθαι αὐτοῖς οὔτε ἐπὶ ταῖς μελίτταις· ἀλλὰ καὶ ὑποπεπλάσθαι φόβον ἄλλως. Μὴ γὰρ θέμιν εἶναι τὸν ἄρχοντα καὶ τὸν τοσοῦτον ἔφορον κακὸν ἐργάσασθαι. Quæ non integre sed mutile reddita sunt ab interprete; Plinius, lib. XI, cap. 17, hæret, nec aliquid certi determinat. *Quærat nunc aliquis, unusne Hercules fuerit, et quod Liberi Patris sepulcrum, et reliqua vetustatis situ obruta. Ecce in re parva villisque nostris annexa, cujus assidua copia est, non constat inter auctores: Rex nullumne solus habeat aculeum, majestate tantum armatus: an dederit eum quidem natura, sed usum ejus illi tantum negaverit. Illud constat imperatorem aculeo non uti.* Negat Seneca, lib. I, *De clementia*, cap. 19, *Iracundissimæ, ac pro corporis captu pugnacissimæ sunt apes, et aculeos in vulnere relinquunt: Rex ipse sine aculeo est.* Consule Brodeum, lib. IV, cap. 10.

Ibid., lin. 33. *Συνάγουσι δὲ ἐκ τῶν.* Basilius, hom. 8: Τὸν μὲν γὰρ κηρὸν ἀπὸ τῶν ἀνθῶν φανερῶς συναγείρει· τὸ δὲ μέλι, τὴν δροσοειδῶς ἐνεσπαρμένην νοτίδα τοῖς ἄνθεσιν ἐπισπασαμένη τῷ στόματι, ταύ-

A την ταῖς κοιλότησι τῶν κηρίων ἐνίησιν· ὅθεν καὶ ὑγρὸν παρὰ τὴν πρώτην ἐστὶν, εἶτα τῷ χρόνῳ συμπεφθὲν, πρὸς τὴν οἰκείαν σύστασιν καὶ ἡδονὴν ἐπανέρχεται. Qui sint isti flores, ex quibus apes colligendo succos sua conficiunt mella enumerat Aristoteles, V, *De histor. animal.*, cap. 22; Plinius, lib. XI, cap. 8, quædam ex illis excipit, et quosdam qui quædam exceperant reprehendit: *Ceras ex omnium arborum satorumque floribus confingunt, excepta rumice et chenopode, herbarum hæc genera. Falso excipitur et spartum, quippe cum in Hispania multa in spartariis mella herbam eam sapiant. Falso et oleas excipi arbitror, quippe olivæ proventu plurima examina gigni certum est. Fructibus nullis nocetur: mortuis ne floribus quidem non modo corpo-*
B *ribus insidunt.* Sed Plinius, in nonnullis animadversione dignus videtur. De oleis superius quædam diximus; de mortuis corporibus nec sibi constat; mortuas quippe gallinas apibus cibum esse nos in aliis admonuit. Sed quis in tanta rerum varietate et diversitate opinionum ita sibi memoria poterit constare ut ea labi quandoque non contingat?

Ibid., lin. 34. *Καὶ τὴν δροσοειδῶς.* Accuratissime hæc omnia Aristoteles d. loco: *Construunt favos e floribus, ceram, ex lacryma arborum fingunt, mella ex rore aeris, siderum exortu potissimum, et arcus cœlestis incubitu contrahunt. Omnino ante Vergiliarum exortum mel non fit. Favos itaque, ut dictum est, e floribus faciunt. Mel autem non ipsas facere*
C *apes, sed rorem candentem deferre argumento est quod uno aut altero die cellas melle plenas inveniunt apiarii.* Et lib. IX, cap. 40, observavit morem apum, ne videlicet florum plura genera petant uno eodemque profectu, sed singulis singula, verbi gratia a viola ad violam advolant, nec aliud attingunt, quousque suum in alveum redeant, hic se quatiunt; et singulas tres aut quatuor sequuntur. Sed quid accipiant haud facile videris; nec vero quemadmodum operentur visum adhuc est.

Ibid., lin. 37. *Ὅθεν καὶ ὑγρὸν ἐστι.* Aristoteles, lib. V *De histor. animal.*, cap. 22, Συνίσταται δὲ τὸ μέλι πεττόμενον. Ἐξ ἀρχῆς γὰρ οἷον ὕδωρ γίνεται, καὶ ἐφ' ἡμέρας μέν τινας ὑγρόν ἐστι· διὸ κἂν ὑφαιρεθῇ ἐν αὐταῖς ταῖς ἡμέραις, οὐκ ἴσχει πάχος,
D ἐν εἴκοσι δὲ μάλιστα συνίσταται. Δῆλον δέ ἐστιν εὐθέως τὸ ἀπὸ τοῦ χυμοῦ μάλιστα. Quæ ita vertit Plinius, lib. XI, cap. 13: *Est autem initio mel, ut aqua, dilutum, et primis diebus fervet, ut mustum, seque purgat: vicesimo die crassescit; mox obducitur tenui membrana, quæ fervoris ipsius spuma concrescit.*

Ibid., lin. 39. *Σοφῶς δὲ καὶ τάς.* De hoc miro apium artificio in favis construendis consule Basilium, hom. 8; Aristotelem, lib. IX, cap. 40, et Ælianum, *De histor. animal.*, lib. V, cap. 13, qui elegantissimis verbis industriam hanc prosequuntur.

Ibid., lin. 43. *Αἱ δὲ ἀκρίδες ἐνί.* Basilius, hom. 8: Πῶς σοι τὰς φοβερὰς ἐπιστρατείας τῆς ἀκρίδος

διηγήσομαι, ἡ ὑφ' ἑνὶ συνθήματι πᾶσα ἀρθεῖσα, καὶ στρατοπεδευσαμένη κατὰ τὸ πλάτος τῆς χώρας, οὐ πρότερον ἅπτεται τῶν καρπῶν πρὶν ἐνδοθῆναι αὐτῇ τὸ θεῖον πρόσταγμα; Πῶς ἡ σελευκὶς ἐφέπεται ἴαμα τῆς πληγῆς ἀπέραντον ἔχουσα τοῦ ἐσθίειν τὴν δύναμιν, τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ ἀκόρεστον αὐτῆς τὴν φύσιν ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῶν ἀνθρώπων κατασκευάσαντος. Plinius, lib. II, cap. 29, in quo iræ deorum pestem eas nuncupat, eas summe noxias frugibus quas exedunt et perdunt ad internecionem, maximo mortalium incommodo universus orbis quandoque experitur. Eas ita descripsit Claudianus :

Horret apex capitis, medio fera lumina surgunt
Vertice cognatus dorso durescit amictus :
Armavit natura cutem, dumique rubentes
Cuspidibus parvis multis acuere rubores.

Ibid., lin. 49. *Μετέπειτα δὲ αὐτοῖς.* Plinius, lib. X, capit. 27 : *Seleucides aves vocantur, quarum adventum a Jove precibus impetrant Casi montis incolæ fruges eorum locustis vastantibus. Nec unde veniant, quove abeant compertum, nunquam conspectis, nisi cum præsidio earum indigetur.* Galenus eas ὄρνεον εἶπε καὶ ἀκόρεστον, καὶ πανοῦργον, et lib. VI, cap. 3, de loc. affect. Aviculas quas nostrates Seleucidas vocant, jugiter locustas edunt, easque celeriter excernunt. Eadem quæ et noster Eustathius habet Ambrosius, lib. V *Hexaemer.*, cap. 23. Vide præterea Conradum Gesnerum, lib. III *De avibus;* Antonium Galatinum, *De situ Iapygiæ;* Zosinum comitem, *Hist.* lib. I; Diodorus Tarsensis apud Photium ita has aves locustis esse inimicas tradit, ut vel umbra sola eas interimant : Καὶ ἡ σελευκὶς τὸ πτηνὸν οὕτως ἐστὶν ἀκρίσιν ὀλέθριον, ὥστε καὶ ὅσαι ἂν τῇ σκιᾷ ταύτης καταλειφθεῖεν, φθείρονται. Et hoc precibus a Deo impetrari tantum, ut immanæ multitudinis voracitati possit occurri, etiam Plinius homo ethnicus videtur innuere. Earum namque adventum soli Deo in tanta miseria ascribendum non solum Eustathius noster prædicat, sed quilibet, qui locustarum noxam, et, ut ita dicam, venenum omnia inficiens unquam vidit, censebit necessario. Habet tamen et humana natura, quamvis sæpissime fallatur, suas vires, et ut ita dicam, solertiam, quibus quidquid infestat a se propellit, et ab inimico se tutam defendit. Ideo leges non tantum in hominum moribus instituendis, sed etiam in hoc de quo agimus evulgavit, et modum præscripsit ut videlicet locustæ vel procul arceantur ne irrumpant, vel præsentes jam atque omnia vastantes absumant. Refert Plinius, lib. XI, cap. 29 : *In Cyrenaica regione legem fuisse ter anno eas debellandi, primo ova obterendo, deinde fetum, postremo adultas : desertoris pœna in eum qui cessaverit. Et in Lemno insula certa mensura præfinita est, quam singuli enecatarum ad magistratus referant.* Et inferius : *Necare et in Syria militari imperio coguntur.* Quod et in Lucania hodie nec non Iapygia lege esse sancitum, dum hoc malum terras hominesque infestat, mihi relatum est, et ego observavi. Nec

A præter rationem sunt quæ Democritus apud collectorem *Geoponicon*, lib. XIII, refert, et ad eas jam irruentes impediendas, vel, si irrepserint, absumendas, sunt enim et naturæ rerum consentanea, multisque experimentis comprobata. De quibus alibi opportunius.

Ibid., lin. 52. *Τὴν γλαῦκά φασι.* Basilius, hom. 8 : Καὶ γὰρ ἐκείνης ἡ ὄψις νυκτὸς μὲν ἔῤῥωται, ἡλίου δὲ λάμψαντος ἀμαυροῦται. Ideoque noctu eam vagari refert Aristoteles, *De histor. animal.*, lib. I, cap. 1, et lib. IX, cap. 34, ait noctuas, vicinias, et reliqua quæ interdiu cernere nequeunt, noctu venando cibum sibi acquirere. Verum non tota nocte id facere, sed vespertino, et matutino. Apud Photium in *Bibliotheca*, Antonius Diogenes in *Incre-* B *dibilium* libris de insula Thule meminit civitatis, cujus incolæ noctu quidem vident, interdiu cæcutiunt.

Ibid., p. 54. *Ἡνίκα δ' αἱ νυκτερίδες.* Basilius, hom. 8 : Πῶς τετράπους τὸ αὐτὸ καὶ πτηνὸν ἡ νυκτερὶς, πῶς μόνη τῶν ὀρνίθων ὀδοῦσι κέχρηται, καὶ ζωοτοκεῖ μὲν ὡς τετράποδα, ἐπιπολάζει δὲ τῷ ἀέρι οὐχὶ πτέρῳ κουφιζομένη, ἀλλ' ὑμένι τινὶ δερματίνῳ. Πῶς μέντοι καὶ τοῦτο ἔχει τι φιλάλληλον ἐν τῇ φύσει· καὶ γὰρ ὥσπερ ὁρμαθὸς ἀλλήλων αἱ νυκτερίδες ἔχονται, καὶ μία τῆς μιᾶς ἤρτηνται· ὅπερ ἐφ' ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων οὐ ῥᾴδιον κατορθωθῆναι. Et ante hos Homerus, lib. ultimo *Odysseæ :*

Ὡς δ' ὅτε νυκτερίδες μυχῷ ἄντρου θεσπεσίοιο
Τρίζουσαι ποτέονται, ἐπεί κέ τις ἀποπέσῃσιν
Ὁρμαθοῦ ἐκ πέτρης, ἀνά τ' ἀλλήλῃσιν ἔχονται.

C Ibid., lin. 56. *Μόνον δὲ τῶν πετεινῶν.* Hunc nec murem esse, nec volucrem dicebat Varro apud Nonium : *Vespertilio animal volucre biforme (alii diforme) dictum quod vespere se ad volatum proferat noctis. Var. Agathone :*

Quid multa? Vespertilio factus sum, neque
In muribus plane, neque in volucribus sum.

Et Angelus Politianus in quadam epistola : *Dum nec mures plane, nec aves sumus, utrisque tamen nos probare tentamus*, causam hujus hæsitationis optime explicat Aristoteles, lib. *De partibus anim.*, cap. 13, quem consule.

Ibid., lin. 57. *Πέτρα σκελές.* Forsan τετρασκελές, ut idem innuat quod Basilius loco supradicto D voce τετράπουν. Quæ idem est quod πεζόν, et ex adverso respondet πτηνῷ. Horus, lib. II, cap. 33, inter omnes volucres vespertilionem dentes et mammas habere dicit. Αὕτη γὰρ μόνη τῶν ἄλλων πτηνῶν ὀδόντας καὶ μαστοὺς ἔχει. Et Plinius, lib. XI, cap. 37 et 39 : *Volucrum nulli dentes præter vespertilionem* ; et lib. X, c. 61 : *Volucrum animal parit vespertilio tantum, cui et membranaceæ pinnæ uni. Eadem sola volucrum lacte nutrit, ubera admovens, geminos volitat amplexa infantes : secumque deportat. Eidem coxendix una traditur, et in cibatu culices gratissimi.* Isidorus, lib. XII, cap. 7, hæc omnia ita complexus est : *Vespertilio pro tempore nomen accepit, eo quod lucem fugiens crepusculo vespertino circumvolat, præcipiti motu acta, et*

tenuissimis brachiorum membris suspensa : animal murium simile, non tam voce resonans quam stridore, specie quoque volatilis simul et quadrupes, quod in aliis avibus reperiri non solet. Quæ cum brachia pedesque habeat, quid mirum si τετρασκελές sit nostro auctori? quamvis unum tantum σκέλος illi tradi Plinius affirmet. Id tamen notum est esse sine genuum, malleolorum pedumque articulis.

Ibid., lin. 59. *Οἱ δὲ τέττιγες*. Basilius, hom. 8, Τίς ὁ τρόπος τῆς μελῳδίας τοῦ τέττιγος. Πῶς ἐν τῇ μεσημβρίᾳ ἑαυτῶν εἰσιν ᾠδικώτεροι τῇ ὁλκῇ τοῦ ἀέρος, ἣν ἐν τῇ διαστολῇ ποιοῦνται τοῦ θώρακος ἐκδιδομένου τοῦ φθόγγου. Aristoteles, *De histor. animal.*, cap. 30, *Proveniunt large copiæ imbrium*.

Ibid. *Ἡσυχάζουσι δὲ καιρόν*. Aristoteles, lib. VIII, *De histor. anim.*, cap. 17 : *Cicadæ ubi eruperunt, oleis, aut arundinibus insidunt : et, cum rupto operculo exeunt, parvum quiddam in eo relinquunt humoris, nec multo post volant, et incipiunt canere.*

Col. 737, lin. 1. *Πλήττειν δὲ καὶ ᾄδειν*. Causam quare cicadæ canant exponit Aristoteles, lib. *De juvent. et senect. vita. et mort. et respir.*, cap. 11. Videntur enim ea ratione illa scilicet membranarum elatione anhelare, et refrigerari quodammodo ; et lib. IV *De histor. animal.* , cap. 9, declarat modum hujus soni. Ait enim membranas illas spiritu interiori moveri, non exteriori, illiusque spiritus attritu sonum edi. Τὰ μὲν οὖν ἔντομα οὔτε φωνεῖ, οὔτε διαλέγεται, ψοφεῖ δὲ τῷ ἔσω πνεύματι, οὐ τῷ θύραζε. Οὐδὲν γὰρ ἀναπνεῖ αὐτῶν, ἀλλὰ τὰ μὲν βομβεῖν, οἷον μέλιττα, καὶ τὰ πτηνὰ αὐτῶν, τὰ δὲ ᾄδειν λέγεται, οἷον οἱ τέττιγες. Πάντα δὲ ταῦτα ψοφεῖ τῷ ὑμένι ὑπὸ τὸ ζῶμα ὅσον διῄρητον, οἷον τὸ τῶν τεττίγων γένος τῇ τρίψει τοῦ πνεύματος. Ideoque ad hoc ut canant necesse est, ut sint præcinctu dividuæ, et sub septo transverso dissectum esse illis, sive majores] sint, sive minores, nam non dividuis, et quibus non est scissum, mutæ sunt omnino. Dorso illas resonare scripsit Horus, lib. II, cap. 55, Οὗτος γὰρ διὰ τοῦ στόματος οὐ λαλεῖ· ἀλλὰ διὰ τῆς ῥάχεως φθεγγόμενος καλὸν μέλος ἀείδει. Et Ælianus, *De histor. animal.*, lib. I, cap. 20. Τὰ μὲν ἄλλα τῶν Ἰνδικῶν ὀρνέων εὐστομεῖ, καὶ τῇ γλώττῃ φθέγγεται δίκην ἀνθρώπου· οἱ δὲ τέττιγες κατὰ τὴν ἰξὺν εἰσι λαλίστατοι. Et ante Ælianum Aristoteles, *De histor. animal.*, lib. IV, cap. 7 : *Cicada inter hæc, et omnino in animalium genere una ore caret : prolixum quiddam campactum, indivisumque gerit, simile eis quod linguæ speciem refert; in iis quibus aculeus in ore : eoque ipso rorem haurit, alimentum unum et peculiare.* De cicadarum Rheginarum silentio multa Strabo *Geographiæ* lib. VI ; Solinus, cap. 8, de silentio convenit, de causa dissentit. Et ex Granio ad fabulas, et poetarum deliramenta hæc rejicit ; nec in omnibus quæ ibi narrat verax, ait enim : *Cicadæ apud Rheginos mutæ, nec usquam alibi.* Et eum secutus Isidorus, lib. XII, cap. 8 : *Cicadæ ex cuculorum nascuntur sputo.* Hæ in Italia apud Rheginos mutæ (ita enim corrigo) sunt, nec usquam alibi. Quod vel solo Æliani testimonio refellet quis : is enim, lib. III, *De histor. anim.*, cap. 35, ait in Macedonia sues, et genus quoddam cicadarum esse mutum ; et adducta ratione a Strabone facili id negotio posset probari, cum ea causa non in Rheginis tantum, sed et in aliis etiam vim suam obtineat. Quin Theophylactus Simocatus, quæst. natur. 13, affirmat cicadas omnes feminas mutas esse, earumque frigiditatem causam esse vult, Τέττιξ οὖν θήλεια κατὰ πολὺ ψυχροτέρα τοῦ ἄῤῥενος, καὶ φύσις αὐτῇ τὴν σιωπὴν ἐγκελεύεται, ἐπίτασιν ἐντιθεῖσα ψυχρότητος. Διὸ κωτίλος τέττιξ οὐκ ἔστι θήλεια. Quod et de Seriphiis ranis, quæ mutæ sunt, quæst. 18, tradit.

Ibid., lin. 7. *Ἅπερ κοινὴν μέν*. Omnium illa fuit sententia, hominem esse divisum in partes duas, corpus et animam, et hac aliquid habere cum Deo commune, illo cum brutis, et belluis. Et sicut animo cæteris animantibus longe præstat, animalia arboribus, et virgultis, cæterisque sensu carentibus, homini ex animo ratio, illis sensus ex corpore : ita tamen ut et homini uti corporis compoti sensus non denegetur. Interest autem inter hominem et belluam illud maxime, quod bellua si movetur, sensu movetur tantum, et ad præsens fertur, nihilque præter voluptatem sentit, ad eamque toto impetu rapitur ; homo, cum sit rationis particeps, etiam dum sentit, quamvis sensu ducatur, elevat se tamen ad altiora consideranda, et divina intelligenda, et in proprium usum non sensu actus, sed ratione omnia accommodat. Quare etiam et causas rerum et consecutiones videt, earumque progressus non ignorat. Utrorumque tamen sensus in eadem fertur objecta et pari ratione ab illis commutari manifestum est, quidquid dicat Jamblichus. Neque negarim in aliquibus ab hominibus belluas, in aliis homines a belluis superari, quæ est communis opinio, et Aristotelicæ doctrinæ magis accommodata. Sed hæc alterius sunt negotii. Satis sit illud, constare hominem animo, hoc est rationis compote aliis animantibus esse præstantiorem, et eo solum ab illis distingui. Quare sæpius uno mecum reputo Sallustiana illa vere aurea in prooemio *De conjuratione Catilinæ*, quæ veluti commentariorum huic nostro auctori lucem afferre possunt : *Omnes homines qui sese student præstare cæteris animantibus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transigant veluti pecora, quæ natura prona atque ventri obedientia finxit, sed omnis nostra vis in animo, et corpore sita est. Animi imperio, corporis servitio magis utimur. Alterum nobis cum diis, alterum cum belluis commune est. Quo mihi rectius esse videtur, ingenii quam virium opibus gloriam quærere : et quoniam vita ipsa qua fruimur, brevis est, memoriam nostri, quam maxime longam efficere. Nam divitiarum et formæ gloria, fluxa, atque fragilis est : virtus clara, æternaque habetur.* Disce tu, o homo Christiana disciplina imbutus a viro ethnico, tuo animo, tuaque ratione, ut jus, fasque requirit, uti ; quid majesta-

tem tuam vilissimis animantium ductibus conspurcas fœdissime? Homo es ad superiora destinatus, ne contemnas quod in te elucet Divinitatis.

Ibid., lin. 9. *Καὶ κινούμενα κίνησιν.* Multa hic possent afferri de ratione motus animalium, quæ facultas requiratur, et quid tandem concurrat ad motum hunc exsequendum, sed ea subtilioribus philosophis relinquo. Adducam tamen unum vel alterum ad hujus loci explicationem. Noster enim Eustathius cum in verbis superioribus videretur nescio quomodo, animum brutis pecudibusque denegasse, et tantum sensum illis attribuisse, in his se explicat, de quonam animo loquebatur; ait enim, animalia hæc, quæ sensum una cum hominibus communem habent, non tamen ejusdem perfectionis animum, vivere et moveri non motu quo moventur homines; tunc enim et æqualem animum participarent. Cum homo non intelligatur unquam moveri, nisi ratione et fine primo ab intellectu per discursum sibimetipsi proposito, quod animantibus cæteris omnino non convenit : ipsa enim appetitu tantum, et imaginatione moventur. Quod nobis auctor innuit, dum dicit : Hæc animalia homine minus perfectiora, naturæ vi quadam, sanguine atque aere impellente agi. De causa motus animalium Aristoteles, lib. III, *De anima*, text. 48, et sequent. Refellit itaque his verbis eorum opinionem, qui brutis rationis vim et discursum attribuerunt. Porphyrius, lib. III, *De abstinentia ab esu carnium*, statuit, naturam omnibus animantibus, quibus sensum et memoriam dedit, rationem quoque, imo et orationem, tam internam quam externam tribuisse, idque pluribus argumentis, et Empedoclis, Platonis et Aristotelis etiam testimoniis conatur ostendere. Plutarchus, lib. V *De placitis*, cap. 20, Anaxagoram, et Pythagoram idem sensisse testatur, quibus ipse suffragatur in Dialogo quem inscripsit, *Quod brutis ratio insit*. Quo quid absurdius? quid insulsius? Plurimis rationibus hanc sententiam refellunt philosophi apud Aristotelem, quos, si libet, consule. Nobis vel hujusce rei meminisse satis sit.

Ibid., lin. 11. *Ἔστι δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς.* Sane pulcherrima est hæc digressio in qua, ex omnibus rebus a Deo creatis in hoc mundo, æternam ejusdem Dei in hæc inferiora providentiam validissimis rationibus confirmat; et quæ alii longis ac divulsis verborum structuris, pie tamen pertractarunt, ipse compendiosa quadam argumentorum et demonstrationum enumeratione, succincte ac breviter explicat. Elegantissime hoc argumentum pertractavit Theodoretus decem sermonibus. Quare superfluum mihi videtur hic aliorum testimonia ad hanc nostri auctoris sententiam probandam inserere. Adjungam tamen hic corollarii loco verba Lactantii Firmiani, *De falsa religione*, cap. 2 : *Nemo est enim tam rudis, tam feris moribus, quin oculos suos in cœlum tollens, tametsi nesciat cujus Dei providentia regatur hoc omne, quod cernitur, aliquam tamen esse intelligat ex ipsa rerum magnitudine, motu, dispositione,* A *constantia, utilitate, pulchritudine, temperatione, nec posse fieri quin id quod mirabili ratione constat, consilio majori aliquo sit instructum.*

Ibid. lin. 28. *Ποῦ λόγος ἐρεῖ.* Rationem hanc fuse, disertissimeque prosequitur Methodius Patarensis, lib. *De libero arbitrio*, contra Valentinianos, quem vide, et Cicero II *De nat. deorum*. Quod Aristotelem negasse refert Atticus apud Eusebium, Ἀριστοτέλης μέχρι σελήνης στήσας τὸ Θεῖον, τὰ λοιπὰ τοῦ κόσμου περιγράφει τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας.

Ibid., lin. 40. *Φιλεῖ γὰρ τὰ πρὸς τίνος.* Aristoteles, sive alius quispiam de mundo ad Alexandrum, exemplo animæ, quæ in homine non videtur, et tamen necesse est fateri omnia, quæ per hominem fiunt ab illa provenire probat, Deum, vel potius ad B Dei cognitionem nos ex illius operibus posse pervenire, qui etsi nostri aspectus aciem fugit, fit tamen ipsis operibus perspicuus et manifestus : et hoc nullo modo obesse aut illi ad agendum, aut nobis ad fidem hisce rebus accommodandam, Καὶ γὰρ ἡ ψυχὴ, δι' ἣν ζῶμέν τε καὶ πόλεις καὶ οἴκους ἔχομεν, ἀόρατος οὖσα τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ὁρᾶται. Πᾶς γὰρ ὁ τοῦ βίος διάκοσμος ὑπὸ ταύτης εὕρηται, καὶ διατέτακται, καὶ συνέχεται. Et inferius, Ταῦτα χρὴ καὶ περὶ Θεοῦ διανοεῖσθαι, δυνάμει μὲν ὄντος ἰσχυροτάτου, κάλλει δὲ εὐπρεπεστάτου, ζωῇ δὲ ἀθανάτου, ἀρετῇ δὲ κρατίστου. Διὸ πάσῃ θνητῇ φύσει γενόμενος ἀθεώρητος ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων θεωρεῖται. Τὰ γὰρ πάθη, καὶ τὰ δι' ἀέρος ἅπαντα, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς, καὶ τὰ ἐν ὕδατι Θεοῦ λέγοιτο ἂν ὄντως ἔργα εἶναι, τοῦ τὸν C κόσμον ἐπέχοντος, ἐξ οὗ, κατὰ τὸν φυσικὸν Ἐμπεδοκλέα,

Πάνθ' ὅσα τ' ἦν, ὅσα τ' ἐστὶν ἰδ' ὅσσα τε ἔσται [ὀπίσσω,
Δένδρεά τ' ἐβλάστησε, καὶ ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες,
Θῆρές τ' οἰωνοί τε, καὶ ὑδατοθρέμμονες ἰχθῦς.

Vide etiam quæ sequuntur.

Ibid., lin. 47. *Συγγεννᾶται μὲν γάρ.* Basilius, hom. 9, Συναπεγεννήθη ὁ θυμὸς τῷ λέοντι, τὸ μοναστικὸν αὐτοῦ τῆς ζωῆς, τὸ ἀκοινώνητον πρὸς τὸ ὁμόφυλον. Οἷον γάρ τις τύραννος τῶν ἀλόγων διὰ τὴν ἐκ φύσεως ὑπεροψίαν, τὴν πρὸς τοὺς πολλοὺς ὁμοτιμίαν οὐ καταδέχεται· ὅσγε οὐδὲ χθιζὴν τροφὴν προσίεται, οὐδ' ἂν τὰ λείψανα τῆς ἑαυτοῦ θήρας ἐπέλθοι· D ᾧ καὶ τηλικαῦτα τῆς φωνῆς τὰ ὄργανα ἡ φύσις ἐνέθηκεν, ὥστε πολλὰ τῶν ζώων, ὑπερβάλλοντα τῇ ταχύτητι, μόνῳ πολλάκις ἁλίσκεσθαι τῷ βρυχήματι. Similia leguntur apud Eliam Cretensem episcopum, et Glycam lib. I *Annal.*, θυμός apud Græcos vox est πολύσημος, ideoque variis interpretationibus subjecta, maxime in hac re de qua agitur, omnes enim leoni aptari posse videntur. Quare quidam *furorem*, alii *animum*, *iram*, *furorem*, quidam etiam, *animum generosum*. Ego potius iracundiam, cum generositate conjunxi, ut vim Græcæ vocis, et leonis naturam clarius explicarem. Horus, lib. II, cap. 17, θυμὸν βουλόμενοι δηλῶσαι λέοντα ζωγραφοῦσιν. Sed difficile est causam generositatis potissimam explicare. Martialis, lib. XII, epigram. de Ligurra :

In tauros Libyci ruunt leones,
Non sunt papilionibus molesti.

Matthæus Raderus, quem semper eruditionis, doctrinæ, elegantiæque ergo admiratus sum, quoque monachii familiarissime usus sum, dum bibliothecam Palatinam Heidelbergæ, spolium factam, et tropæum missam Gregorio decimo quinto a Maximiliano utriusque Bavariæ duce (cujus eximias laudes et virtutes, pietatem in Deum, animum in religionem catholicam ardentem, in subditos liberalem, in alios generosum, austerum in semetipsum silentio hic prætereo, aliis σαλπιγκταῖς τε καὶ κήρυξι pondus hoc et laborem relinquens), Romam transvehendam curarem, quam tandem Dei munere, et tanti principis gloria, ope, ac beneficiis sanam incolumemque transvexi, inquam, Raderus ibidem ait : *Leo* γενναιότατον θηρίον *non sævit in bestiolas, et minores feras, hinnulos, lepores, cuniculos, multo minus papiliones, sed in tauros, ingentesque belluas, cujus ingenii, et indolis fuisse leguntur et canes apud Plinium*, lib. VIII, cap. 40, *missi Alexandro Macedonum*, etc. Ælianus tamen ita ex hac generositate delabi refert, ut assuescant mansuefacti a venatoribus, veluti canes ad venandos hinnulos, apros, cervos et alia, lib. XVII, cap. 26, et hunc Æliani locum in suis *Comment. in Martialem*; lib. I, epig. 9, ipse Raderus retulit, Εἰ δὲ ἁλῶναι δυνηθεῖεν, πραΰνονταί γε, ἀλλ' οὐχ οἱ μέγιστοι, καὶ ἡμεροῦνταί γε, καὶ γίνονταί γε ῥᾷστα τιθασσοί, ὡς ἄγειν τε ὑπὸ ῥυτῆρος, καὶ κατὰ κυναγωγοὺς ἐπὶ θήραν νεβρῶν, καὶ ἐλάφων, καὶ συῶν, καὶ ταύρων, καὶ ἀγρίων ὄνων· εἰσὶ γὰρ καὶ ῥινηλατῆσαι, ὡς ἀκούω, δεινοί. Et Marcus Pauli Venetus, lib. II *De moribus et consuet. Orient. regionum et Tartarorum*, de magno Kam verba faciens, *Habet*, scribit, *rex pro suæ venationis solatio leopardos multos domesticos, qui cum hominibus ad venationem assueti sunt, et pro hujus venatione optimi, multasque bestias capiunt. Similiter linceos habet ad venandum industrios. Habet etiam leones maximos et pulcherrimos, majores illis qui in Babylonia sunt, qui in pilo pellium ungulas habent per longum coloris varii, nigri et rubri. Qui etiam docti sunt cum hominibus venari, et apros, ursos, cervos, capras, onagros, bovesque silvestres cum venatoribus capere. Quando regis venatores leones volunt secum ad venationem ducere, duos ex eis in calvea ducunt, quorum quilibet comites habet aquilas multas domesticas, quæ adeo feroces sunt, ut lepores, capras, damulas, vulpes capiant : inter quas tantæ audaciæ plurimæ sunt, ut magno impetu in lupos insiliant, nec ab eis se possint lupi defendere, donec capiantur.* Leonum itaque generositatis causam ad aliud caput videtur referre idem Ælianus, lib. IV, cap. 23. Quod non simul leo, et leæna, sed seorsim ad venationem et potum abeant, quod suis uterque viribus confisus, alterius opem non desideret. Λύκῳ συννόμῳ, καὶ ἵππῳ, λέοντί γε μὴν οὐκ ἐστόν. Λέαινα γὰρ καὶ λέων οὔτε τὴν αὐτὴν ἴασιν, οὔτε ἐπὶ θήρας, οὔτε πιόμενοι. Τὸ δὲ αἴτιον τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ θαῤῥοῦντος ἄμφω, εἶτα οὐ δεῖται θατέρου ὁ ἕτερος, ὥς φασιν οἱ πρεσβύτεροι. Plinius, lib. VIII, cap. 16, alias hujus rei causas affert : *Generositas in periculis maxime deprehenditur : non in illo tantummodo, quod spernens tela diu se terrore solo tuetur, ac velut cogi testatur : cooriturque non tanquam periculo coactus, sed tanquam amentiæ iratus. Illa nobilior animi significatio, quamlibet magna canum et venantium urgente vi, contemptim, restitansque cedit in campis et ubi spectari potest. Idem ubi virgulta silvasque penetravit, acerrimo cursu fertur, velut abscondente turpitudinem loco.* Noster auctor quasdam ex his attigit, alias adjunxit, dum illi solitudinem et recessum amica, et cibos externos dedignando novos capessere affirmat.

Ibid., lin. 49. *Οὐδὲ χθιζὴν τροφήν.* Ælianus *De hist. animal.*, lib. V, cap. 39, hujus rei causam et modum narrat, nec in omnibus verum esse vult. Ὅταν δὲ εἰς κόρον ἐμπλησθῇ, βούλεται μὲν ταμιεύσασθαι καὶ εἰσαῦθις, αἰδῶς δὲ ἴσχει αὐτὸν φρουρεῖν παραμένοντα, ὡς τροφῆς χήτει λιμὸν δεδιότα. Οὐκοῦν περιχανὼν ἐμπνεῖ μὲν τοῦ καθ' αὑτὸν ἄσθματος, καὶ τούτῳ τὴν φυλακὴν ἐπιτρέπει, ἀπαλλάττεταί γε μὴν αὐτός. Τὰ δὲ ἄλλα ζῶα ἥκοντα, καὶ αἰσθόμενα ὅπου λείψανον ἐστι τὸ κείμενον, οὐ τολμῶσι προσάψασθαι, ἀλλ' ἀπαλλάττεται δεδιότα δοκεῖν συλᾷν, καὶ περικόπτειν τι τοῦ σφετέρου βασιλέως. Τὸν δὲ ἄρα, εἰ μὲν εὐθηρία γένοιτο καὶ ἑτέρου, καὶ εὐερμία, λήθη τοῦ πρώτου λαμβάνει, καὶ ὡς ἕωλον ἀτιμάσας, ἀπαλλάττεται, εἰ δὲ μὴ ὡς ἐπ' οἰκεῖον θησαύρισμα παραγίνεται. Eadem habet Phile in Iambis, quomodo autem vescatur carnibus et cibo utatur immodico, inediamque patiatur, scribit Aristoteles, *De historia anim.*, lib. VIII, cap. 5.

Ibid. lin. 30. *Ὀξεῖαν δ' ἔχει τὴν αἴσθησιν.* Ælianus, lib. XVII, cap. 26, Εἰσὶ γὰρ ὡς ἀκούω καὶ ῥινηλατῆσαι δεινοί.

Ibid., lin. 52. *Τὰ ἴχνη τῇ σόβῃ.* Ælianus, *De histor. animal.*, lib. IX, cap. 30, Λέων δὲ ὅταν βαδίζῃ οὐκ εὐθύωρον πρόεισιν, οὐδὲ ἐᾷ τῶν ἰχνῶν ἑαυτοῦ ἁπλᾶ εἶναι καὶ τὰ ἰνδάλματα, ἀλλὰ πῆ μὲν πρόεισι, πῆ δὲ ἐπάνεισι, καὶ αὖ πάλιν τοῦ πρόσω ἔχεται, καὶ μέντοι καὶ ἵεται τοὔμπαλιν. Εἶτα προχωρεῖ τὴν ὁδὸν, καὶ ἀφανίζει τοῖς θηραταῖς ἰέναι κατὰ στίβον, τὴν ἑαυτοῦ, καὶ ῥᾳδίως τὴν κοίτην ἔνθα ἀναπαύεται, καὶ οἰκεῖ σὺν τοῖς σκύμνοις εὑρίσκειν. Et Petrus Damianus, lib. II, epist. 18, *Leo cum a venatoribus quæritur, eorum protinus odore concepto ut persequentium se deludat indaginem, versutæ struit fraudulentiæ novitatem. Caudam quippe per terram trahens vestigia sua dum graditur operit, sicque venantium laqueos ne capiatur evadit.*

Ibid., lin. 54. *Πηρὸς δὲ αὐτοῦ ὁ.* Leonem nasci oculis apertis Democritus aiebat, tanquam statim a partu iracundum. Ælianus, lib. V, cap. 39 : Λέγει Δημόκριτος τῶν ζῴων μόνον τὸν λέοντα ἐκπεπταμένοις τίκτεσθαι τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἤδη τρόπον τινὰ τεθυμωμένον, καὶ ἐξ ὠδίνων δρασείοντά τι μανικόν. Ipse tamen, cap. 24. Οἱ δὲ σκύμνοι ἀρτιγεννεῖς μυ-

χροι τέ εἰσι καὶ τυφλοί, et Phile, in iambis

Δυοῖν δὲ μηνῶν τὰ βρέφη προέρχεται,
Σκύλαξι τυφλοῖς ἐμφερῆ, καὶ μετρίως,
Καὶ λευκὸν ἐμπίπτοντα μαστεύει γάλα.

Et ridiculus sane censeri deberet, si quis pro Democrito, diceret eum non ideo leonum liberos cæcos non esse affirmare quod apertis oculis nasci dixisset. Videmus enim quædam animalia, quæ etsi patentes habent oculos, tamen non vident, ut lepus dum dormit, et nos etiam infra de leone dicemus. Pari itaque ratione possemus dicere, leones dum nascuntur, quamvis apertis et hiantibus sint oculis, cæcos esse, neque cernere. Namque Aristoteles, cui in hoc sicut et in aliis potior fides, lib. *De gener. anim.* c. 4, ait, circa medium, *Quadrupedum quæ multifida sunt, ut canis, leo, lupus, vulpes, lupus cervarius, omnia cæcos generant, post palpebræ dehiscunt;* et lib. IV, cap. 6, *Quædam enim ex iis catulos inarticulatos propemodum pariunt, ut vulpes, ursa, leæna, et alia nonnulla, sed omnia fere cæcos, ut ea quæ modo dixi atque etiam canis, lupa, lupus cervarius.* Et inter hos tantum excipit suem, quæ sola parit perfectos. Ex quibus clarum est, leænam oculis occlusis filios gignere. Vana ergo erit ac futilis illa pro Democrito responsio. Democriti opinionem secutus est etiam Plutarchus.

Ibid., lin. 55. *Καὶ τρεῖς ἡμέρας.* Epiphanius in *Physiologo*, cap. 2, Ὅταν τέξηται τὸν αὑτῆς σκύμνον ἡ λέαινα, ἄπνουν τε καὶ τυφλὸν τυγχανόντα, ἐμβλέπουσα προκαθέζεται προσέχουσα αὐτῷ τριήμερον. Μετὰ δὲ τὸ συμπληρωθῆναι τὰς τρεῖς τῶν ἡμερῶν προσπελάζων ἄῤῥην λέων, καὶ ἐμφυσήσας αὐτῷ, καὶ εὐθὺς βλέπει, καὶ ζῇ. Locum *Physiologi* laudat Origenes, hom. 17 *in cap.* XLIX, Genes. : *Physiologus de catulo leonum hæc scribit, quod, cum fuerit natus, tribus diebus et tribus noctibus dormiat. Tunc deinde patris gemitu, vel rugitu, tanquam tremefactus cubilis locus suscitat catulum dormientem.* Isidorus eamdem sententiam ex Origene exscripsit. Et Rufinus, lib. *De benedict. patriarch.* refert tradi a physiologis hanc esse catuli leonis naturam, cum natus est triduum dormire, tertio autem die fremitu patris tremefacto cubili excitari.

Col. 740, lin. 1. *Ἤνικα δ' ἀνθρώπῳ.* Lucanus lib. II,

Mox ubi se sævæ stimulavit verbere caudæ.

Ælianus, lib. VI, cap. 1, Καὶ μέντοι καὶ ὁ λέων τῇ ἀλκαίᾳ ἑαυτὸν ἐπεγείρει μαστίζων, καὶ βλακεύειν, καὶ ἐλινύειν οὐκ ἐπιτρέπων. Καὶ τοῦτο δὲ ὁ ποιητὴς εἰδὼς ᾄδει περὶ τοῦ λέοντος. Et lib. XIII, cap. 14. Plinius, lib. VIII, cap. 16, *Leonum animi index cauda, sicut et ipsorum aures. Namque et has notas generosissimo cuique natura tribuit. Immota ergo, placidus, clemens, blandientique similis, quod rarum est : crebrior enim iracundia ejus in principio terra verberatur, incremento terga, ceu quodam incitamento flagellantur.* Theocritus, *Idyl.* 23, Μακρὴν δὲ παρ' ἰγνύῃσιν ἔλιξεν Κέρκον, ἄφαρ δὲ μάχης ἐμνήσατο Consule Cælium Rodiginum, lib. XIII, cap. 8. Nicolaus Leonicenus in quæstionibus naturalibus duas hujusce proprietatis causas reddit. *Cur leones iracundi terga sua cauda flagellant? An quia leonum animi index est cauda?* et reliqua Plinii verba. *An quod iracundia, accenso circa præcordia calore, provenire dicitur? calidi enim est movere cum omnia, tum ea magis et crebrius, quæ mobiliora exsistunt, qualis sane in animantibus omnibus est cauda.* Hinc cauda *ἀλκαία* dicta, quod illa se ad fortitudinem excitet. Interpres Apollonii lib. IV, Ἀλκαίη λέγεται κυρίως ἡ τοῦ λέοντος οὐρά, ἀπὸ δ' αὐτῆς εἰς ἀλκὴν τρέπεσθαι.

Ibid., lin. 7. *Γηράσας δὲ καὶ εἰς.* Origenes, cat. *in Jerem.* cap. V, ỷ. 6, Ὁ δὲ λέων, ὡς ἱστορεῖται, γηράσας, περὶ τὰς πόλεις νέμεται, θηρεύειν θέλων ἀνθρώπους. Ælianus, *De histor. animal.* lib. IV, cap. 34, Τοῦ γήρως δὲ ἐπαρχόμενος, καὶ ὑπὸ τὰ αὔλια ἔρχεται, καὶ ἐπὶ τὰς καλύβας, καὶ ἐπὶ τὰς οἰκήσεις τὰς τῶν νομέων τὰς ὑπάντρους. Ταῖς γὰρ ὀρείοις ἔτι θήραις ἐπιθαῤῥεῖν ἀδύνατός ἐστιν. Quæ ita carmine expressit Phile in iambis.

Ὅταν δὲ γηρᾷ, καὶ τροφῆς χρείαν ἔχει,
Ἐπεὶ τὸ θαῤῥεῖν εἰς τὸ θηρᾷν οὐκ ἔχει,
Φοιτᾷ πρὸς ἀγρούς καὶ νομαῖς ἐναυλίοις.

Et horum primus Aristoteles lib. IX, cap. 44, *Adeunt urbes, et injuriam hominibus inferunt, potissimum tempore suæ senectutis : tunc enim per corporis imbecillitatem, et dentium defectionem venari nequeunt.*

Ibid., lin. 8. *Ἔστι δὲ αὐτοῦ τὸ στόμα.* Chrysostomus, *in cap.* VI *Jobi*, Δυσῶδες γὰρ τοῦτο τὸ θηρίον μεθ' ὑπερβολῆς. Ἐπειδὴ γὰρ ἔχει τὴν ἀπὸ τῆς φύσεως πλεονεξίαν, ἑτέρως αὐτὸν τῶν ἄλλων φαυλότερον ἐποίησεν ὁ Θεός. De ejus δυσωδίᾳ plura Aristoteles, et alii.

Ibid. lin. 9. *Καθεύδων δὲ ἀνά.* Horus, lib. I, c. 19, Ἐπειδὴ ὁ λέων ἐν τῷ ἐγρηγορέναι μέμυκε τοὺς ὀφθαλμούς, κοιμώμενος δὲ ἀνεῳγότας τούτους ἔχει. Plutarchus, IV *Sympos.*, quæst. 5, oculos leonis dormientis ait, suffulgere, dormire autem momento temporis. Phile, in iambis, etiam caudam ipsum in quiete movere, ait. Vide de hoc Ælianum, lib. V, cap. 39, Plinium et alios. De eorum somno ita cecinit Oppianus *Κυνηγετ.* 3.

Οὐδ' ὕπνον μυχάτοισιν ἔχει παρὰ τέρμασι πέτρης,
Ἀμφαδὸν ὑπνώει δὲ θρασύφρονα θυμὸν ἑλίσσων.
Εὕδει δ' ἔνθα κίχησιν ὑπείροχος ἑσπερίη νύξ.

Ibid. *Ἡ δὲ λέαινα μόλις ἑνός.* Ita existimavit Basilius, hom. 9, Ὅθεν λέοντος ἑνὸς μόλις ἡ λέαινα μήτηρ γίνεται. Ταῖς γὰρ ἀκμαῖς τῶν ὀνύχων διασπαράξας τὴν μήτραν, οὕτω πρόεισιν, ὥς φασιν. Hujus esse sententiæ videtur Æsopus in fabulis; ibi enim leæna vulpi, glorianti multos se fetus edere, unum respondit se tantum parere, sed leonem. Herodotus, lib. III, Ἡ δὲ δὴ λέαινα, ἐὸν ἰσχυρότατον καὶ θρασύτατον, ἅπαξ ἐν τῷ βίῳ τίκτει ἕν. Τίκτουσα γὰρ συνεκβάλλει τῷ τέκνῳ τὰς μήτρας. Et Ægyptii, ut est apud Horum, mulierem, quæ semel tantum

peperit significare volentes, leænam pingunt. Hæc enim bis non gerit uterum. Homerus aliter sentit :

Εἱστήκει ὥς τίς τε λέων περὶ οἷσι τέκεσσιν,
Ὧ ῥά τε νήπι' ἄγοντι συναντήσονται ἐν ὕλῃ
Ἄνδρες ἐπακτῆρες.

Et alio in loco :

Πυκνὰ μάλα στενάχων, ὥσπερ λὶς ἠϋγένειος
Ὧ ῥά θ' ὑπὸ σκύμνους ἐλαφηβόλος ἅρπασιν ἀνὴρ
Ὕλης ἐκ πυκινῆς.

Et Aristoteles, *De histor. animal.*, lib. VI, cap. 31, leænam vulvam cum partu emittere, deliram fabulam ait, factamque ex eo, quod rarum genus animalis est, nec rationem cur ita esset comperire auctor ille fabulæ poterat. Et tradit leænam primo fetu parere quinque catulos, ac per annos singulos uno minus ab uno sterilescente. Et lib. III, *De generat. anim.*, cap. 1, hoc idem tradit, et ejus causam subdit, *Hyperinæ enim, id est, effetæ, et aves et plantæ sunt; quod vitium nimia excrementi secessio est, ut exhaustæ, effetæque dicantur, quæ ita afficiuntur. Hæc eadem affectio causæ leænæ etiam est, ut sterilescat. Primum enim quinque aut sex parit catulos, tum anno secundo quatuor, mox tres, deinde pari modo per annos singulos minus uno, postremo nullum, cum et excrementum omne consumptum jam sit et ætate desinente semen una defecerit.* Hunc sequitur Plinius, lib. VIII, cap. 16; Ælianus, lib. IV, cap. 34; Phile, in Iambis. Oppianus *Κυνηγ.* 3, v. 57 :

Πεντάκι θηλυτέρη δὲ τόκων ἀπελύσατο ζώνην,
Βάξις ἄρ' ἀτρεκέως ἀνεμώλιος, ὡς ἕνα τίκτει,
Πέντε φέρει πρῶτον· ἀτὰρ πίσυρας μετέπειτα
Ὠδίνει σκύμνους, κατά θ' ἑξείης ὑπένερθεν
Νηδύος ἐκ τριτάτης τρεῖς ἔκθορον· ἐκ δὲ τετάρτης
Ἀμφίδυμοι παῖδες. Πύματον δ' ἕνα γείνατο μήτηρ,
Γαστρὸς ἀριστόκοιο κλυτὸν βασιλῆα λέοντα.

Apud Philostratum ingens leæna octo catulos in utero gestare comperta. Idem auctor scribit leænam sex mensibus uterum ferre, parere ter, primum tres, post duos, ac unum postremo. Hic quædam addam observatione non indigna. Philostratus leænam sex mensibus, Ælianus duobus uterum ferre tradit. Aristoteles, *De gener. anim.*, lib. V, cap. 6, leonem inter unicolora ponit, unicolora autem appellat quorum genus totum unum colorem habet, quomodo leones fulvi sunt semper. Plinius, lib. VIII, cap. 17, scribit, *Leonum tantum in Syria niger*. Oppianus, lib. III, *Κυνηγ.* In eodem genere quosdam fulvos, quosdam nigros, quos μελανοχρόους vocat, ut sunt Æthiopici, et Ælianus Indos nigri esse coloris affirmat lib. XVII, cap. 26, Δέρη ἐκείνων λεόντων μέλαινά τε ἰδεῖν, καὶ φρίξασα ὀρθὴ ἐπανίσταται. Aristoteles problem. sect. 10, num. 44, scribit leones nunquam domesticos fieri, et pluribus hoc rationibus, argumentisque probat. Id tamen aliter usu venisse habemus ex Plinio; nam ipse, lib. VIII, cap. 16, narrat primum hominum leonem manu tractare ausum, et ostendisse mansuefactum, ideoque damnatum illo argumento, quod *nihil non persuasurus vir tam artificis ingenii videbatur. Et male credi libertas ei, cui in tantum cessisset etiam feritas.* Et

A Plutarchus ἐν τοῖς *Πολιτικοῖς παραγγέλμασιν*, tradit cum leonem habuisse in castris σκευοφόρον, quare solum vertere coactum, quod ad tyrannidem aspirare id argumento foret. Et Ælianus, lib. V, cap. 39, de hoc idem scribit, et alio leone Beronicæo, Ἡμερωθεὶς γε μὲν ἐξ ἔτι νεαροῦ, πραότατόν ἐστι, καὶ ἐντυχεῖν ἡδὺς, καὶ ἔστι φιλόπαις, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ὑπεμένει πραόνως τῷ τροφεῖ χαριζόμενος. Ἄννων γοῦν λέοντα εἶχε σκευαγωγὸν, καὶ Βερενίκῃ λέων πρᾶος συνῆν, τῶν κομώντων διαφέρων οὐδέν· ἐφαίδρυνε γοῦν τῇ γλώττῃ τὸ πρόσωπον αὐτῆς, καὶ τὰς ῥυτίδας ἐλέαινε, καὶ ἦν ὁμοτράπεζος, πράως τε καὶ εὐτάκτως ἐσθίων, καὶ ἀνθρωπικῶς. Ὀνόμαρχος δὲ ὁ Κατάνης τύραννος, καὶ ὁ Κλεομένους υἱὸς συσσίτους εἶχον λέοντας, et lib. XII, cap.
B 23, in *Elymæa* regione Adonidis templum esse, et in eo mansuetos leones, qui homines templum ingredientes adulando exciperent. Eos si ad cibum advoces, tanquam invitatos convivas adesse, et quidquid porrexeris, postquam acceperint, modeste et decenter abire; et lib. XVII, cap. 26, de leonibus Indis sermonem habens, eos adeo assuefieri, ut et venatoribus ad alias feras venandas suam opem præstent, quem locum supra retulimus. Illud item addam. Quemadmodum Aristoteles, loco citato, opinionem illorum de uno tantum fetu leænæ, ita et lib. VI, *Hist. anim.*, refutat eorum opinionem, qui putabant lupam semel tantum in vita parere, et quidem duodecim anni diebus. Item quæ
C supra ex Herodoto, et aliis de leænarum μονοτοκίᾳ ascripsimus, de trigide tradit Isidorus, lib. XII, cap. 2.

Ibid., lin. 13. *Ῥαγδαῖον ἡ πάρδαλις.* Basilius, hom. 9, Ῥαγδαῖον ἡ πάρδαλις καὶ ὀξύῤῥοπον ταῖς ὁρμαῖς. Ἐπιτήδειον αὐτῇ τὸ σῶμα συνέζευκται τῇ ὑγρότητι καὶ τῷ κούφῳ τοῖς τῆς ψυχῆς κινήμασι συνεπόμενον. Quidam pardalem, pardum et pantheram unum et idem esse opinati sunt. Alii distinxerunt, ita ut inter pantheras pardus sit mas, pardalis femina. Nos tamen pardalim sive pardum, a panthera maxime differre una cum nostro Eustathio existimamus, qui harum, veluti duorum specie distinctorum mentionem facit. Habent enim et formam diversam, et colores et multa alia, in quibus,
D si idem essent, non differrent. Pardalim Oppianus in duo genera distinxit, et depinxit, *Κυνηγ.* lib. III, quem consule : nos etiam infra nonnulla dicemus.

Ibid., lin. 14. *Καὶ τῶν ἄλλων διαφέρων.* Oppianus, dicto libro :

Ὠκύτατον θείει, καί τ' ἄλκιμον ἰθὺς ὀρούει·
Φαίης, ὁππότ' ἴδοιο διηερίην φορέεσθαι.

Vide item Philostratum.

Ibid., lin. 16. *Νωθρὰ ἡ φύσις.* Basilius, hom. 9, Νωθρὰ ἡ φύσις τῆς ἄρκου, ἰδιότροπον, καὶ τὸ ἦθος ὕπουλον, βαθὺ ἐνδεδυκός· ὅμοιον ἠμφίεσται καὶ τὸ σῶμα, βαρὺ, συμπεπηγὸς, ἀδιάρθρωτον, πρέπον τῷ ὄντι φωλάδι κατεψυγμένῃ.

Ibid. *Καὶ τὸ ἦθος ὕπουλος*. Plinius, lib. VIII, cap. 36, *Nec alteri animalium in maleficio stultitia solertior.*

Ibid., lin. 17. *Πολλάκις οὖν βαθυτ.* Basilius, hom. 9, Ἄρκος πολλάκις, βαθυτάταις κατατρωθεῖσα πληγαῖς, ἑαυτὴν ἰατρεύει πάσαις μηχαναῖς τῷ φλόμῳ τούτῳ ξηρὰν τὴν φύσιν ἔχοντι τὰς ὠτειλὰς παραβύουσα. Petrus Damianus, lib. II, epist. 18, *Ursa si quando ictibus gravissimæ cædis afficitur, vel etiam jaculis perfossa sauciatur, herbæ cui Græce nomen* φλόμος *est vulnera subjicit : et sic solo tactu omnes ulcerum dolores excludit, et ad incolumitatem pristinam convalescit.*

Ibid., lin. 22. *Ὁ ταῦρος τοῖς κέρασι.* Plinius, lib. VIII, cap. 45, *Tauris in aspectu generositas, torva fronte, auribus setosis, cornibus in procinctu dimicationem poscentibus. Sed tota comminatio prioribus in pedibus stat, ira gliscente alternos replicans, spargensque in altum arenam, et solus animalium eo stimulo ardescens.*

Ibid., lin. 27. *Σῦς δὲ ὅταν ἴδῃ.* Ælianus, lib. V, cap. 45, Τὸν σῦν τὸν ἄγριόν φασι μὴ πρότερον ἐπί τινα φέρεσθαι πρὶν ἢ τοὺς χαυλιόδοντας ὑποθῆξαι. Μαρτυρεῖ δὲ ἄρα καὶ Ὅμηρος τοῦτο, λέγων·

Θήξας λευκὸν ὀδόντα μετὰ γναμπτῇσι γένεσσιν.

Et lib. VI, cap. 1, Ὁ γοῦν σῦς, μέλλων εἰς μάχην εἶναι (lego ἰέναι), πρὸς ταῖς λείαις πέτραις τοὺς ὀδόντας ὑποθήγει. Τοῦτό τοι καὶ Ὅμηρος τῷ ζώῳ μαρτυρῶν δῆλός ἐστιν. Advertendum hic eximium naturæ miraculum de igneo dente irati capri, cui admoti pili, perinde ut ab igne contorquentur, et uruntur; testatur id Oppianus, lib. III *Κυνηγ.*

Ἔστι δέ τις κάπροιο φάτις πέρι, λευκὸν ὀδόντα
Λάθριον ἐντὸς ἔμεν μαλερὴν πυρόεσσαν ἐνιπήν.
Σῆμα δ' ἐφιμερίοισιν ἀριφραδὲς ἐρρίζωται.
Ὁππότε γὰρ πολὺς ὄχλος ἐπήτριμος ἀγρευτήρων
Σὺν κυσὶν εὐτόλμοισι ποτὶ χθόνα θῆρα βάλωνται,
Αἰχμῇσιν δολιχῇσιν ἐπασσύτερον δαμάσαντες,
Δὴ τότ' αὐχένος εἴ τις ἀειράμενος τρίχα λεπτὴν
Θηρὸς ἔτ' ἀσθμαίνοντος ἐνιχρίμψειεν ὀδόντι,
Αἶψα μάλα σφαιρηδὸν ἀνέδραμεν αἰθομένη θρὶξ
Καὶ δ' αὐτοῖσι κύνεσσι ἐπὶ πλευρῇς ἑκάτερθεν,
Ἔνθα συὸς γενύων πέλασαι αἴθωνες ὀδόντες,
Ἴχνεα πυρσευθέντα διὰ ῥινοῖο τέτανται.

De eodem consule Xenophontem, in *Cynegetico*; Pollucem, lib. V *Onomast.*, cap. 12; Plinium, lib. VIII; Apuleium, lib. VIII, *Asini aurei*. Sic Ovidius, lib. VII *Metamorphos.* :

Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri.

Et de eo plura colligit Conradus Ritthershusius in locum dictum Oppiani.

Ibid., lin. 30. *Ἔστι δὲ ζῶον ἀνθόλοψ.* Hæc ita verterat Petrus Damianus, *Epist.* lib. II, epist. 18, *ad Desiderium abbatem et cardinales : Anthalopum quoque acerrimum nimis, et violentum est animal; adeo ut nec illi venator accedere, nec persecutor quisquam audeat propinquare. Habet autem longa cornua in serræ similitudine figurata : quibus nimirum prægrandia valeat arbusta secare, terræque deponere. Cum vero sitierit veniens ad Euphratem bibit. Propter quem videlicet fluvium frutex quidam nascitur,* A *qui gervinæ vocabulo nuncupatur, habens virgulta subtilia, atque prolixa. Veniens autem anthalopus ad gervinam dum ludere lasciviens tentat, cornua sua virgultis crebrescentibus obligat. Cum vero diutius pugnans sese nullatenus valet educere magnis incipit vocibus exclamare. His excitatus clamoribus venator accurrit, eumque dum propriis nexibus arctatur, occidit.* In his tamen nonnulla animadvertenda sunt, quæ non auctoris incuria, absit hoc a tanto viro, sed ex scriptoris inscitia, in textum irrepsisse comperimus. De corruptione nominis in antholalopum nihil est quod dicam, talium enim corrumpendorum nullus est modus, sicut et de venatorum recta scribendi ratione. Illud tantum non dissimulabo quomodo erica, sive ervina quod idem est, frutex B nemini non notus, in gervinam abierit. De qua Plinius, Dioscorides, Theophrastus et alii, animal hoc varie a variis appellatur, ita ut Alberto Magno calopus sit, ex quo Conradus Gesnerus de quadrupedibus lib. I, in *Calopode*, *Calopus animal est acutis, longis et serratis cornibus, quibus etiam arbores licet magnas et altas secare fertur : sæpius autem dum rami et virgulta cornibus adactis cedunt, eis involvitur, retineturque, unde fit, ut voce, et clamore se prodat venatoribus. In Syria juxta Euphratem invenitur, cujus aquæ potu propter frigiditatem gaudet, astutum et mira velocitate, ut venatores facile effugiat.* De hoc eodem intelligendus videtur Alexander Magnus, epist. *De mirabilibus Indiæ ad Aristot.* : C *Euri venti flatus seculi incidimus in malignas feras, de quarum capitibus velut gladii a vertice, acuta, serrataque, eminebant ossa : et hæ arietino more, adversus homines currebant : tum invictæ plurimorum militum clypeos cornu suo transverberabant : quarum occisis admodum octo millibus quadringentis quinquaginta, sic inde ad Porum exercitus meus cum summo tandem labore, ac periculo meo pervenit.* Ex quibus manifestum est ad hoc animal pertinere, quæ de uro tradit Epiphanius in *Physiologo*, cap. 3, Ὁ οὖρος μέγιστόν ἐστι ζῶον, πολὺ ὑπερβάλλον τὰ ἕτερα, βοῒ παραπλήσιος, δύο κέρατα ἐν ἑαυτῷ πρίονι ὅμοια ἔχων. Αὐστηρὸς τῇ θεωρίᾳ παρὰ πάντα τὰ ζῶα· ὥστε τὰ μεγάλα δένδρα διανηθόμενος τοῖς κέρασι διαπρίειν, καὶ κλωνοκοπᾷν, καὶ οὐ- D δὲν τῶν ζώων δύνασθαι ὑφ' ἑαυτῷ ποιήσασθαι. Νέμεται δὲ ὁ αὐτὸς οὖρος πλησίον τοῦ ὠκεανοῦ, καὶ εὐθέως μεθύσκεται, καὶ παλαίει πρὸς γῆν τοῖς κέρασιν ὥσπερ βοῦς. Ἔστι δὲ ἐκεῖ δένδρον ἡ ὀνομαζομένη τάνυς, κλίματος μόρφωσιν ἔχουσα λευκολλώνου, καὶ τοῖς ἔρνεσι κληθόμενος ὁ αὐτὸς οὖρος τὴν κεφαλὴν πρὸς τὰ ἔρνη τῆς τάνυος, τὸ κέρας αὐτοῦ δέδεται ὑπ' αὐτῆς. Παραγενομένου τοιγαροῦν τοῦ κυνηγοῦ, καὶ εὑρίσκοντος ἐμπεπεδημένον τῶν κεράτων, κρατεῖ αὐτοῦ. Nunquam tamen urum, et antholopem unum esse crediderim.

Ibid., lin. 39. *Ἔστι δὲ ἐν Σκύθαις.* De tarando et ejus figura, et forma, et ut rerum, quas attigerit, colores exhibet, Phile, in iambis, Ælianus, *De hist. anim.*, lib. II, cap. 16; Plinius, lib. VIII, cap. 34.

Aristoteles, *Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων*; Theophrastus, fragmento Περὶ τῶν μεταβαλλόντων τὰς χρόας. Ὁ δὲ τάρανδος τὸ μὲν μέγεθός ἐστι κατὰ βοῦν, τὸ πρόσωπον δὲ ὅμοιος ἐλάφῳ, πλὴν πλατύτερος, ὡσανεὶ ἐκ δύο συγκείμενος ἐλαφείων προσώπων. Δίχηλον δέ ἐστι καὶ κερασφόρον. Ἔχει δὲ τὸ κέρας ἀποφυάδας, ὥσπερ τὸ ἐλάφου, καὶ τριχωτόν ἐστι δι' ὅλου· περὶ γὰρ τὸ ὀστοῦν δέρματός ἐστιν ἐπίτασις, ὅθεν ἡ ἔκφυσις. Τὸ δὲ δέρμα τῷ πάχει δακτυλιαῖόν ἐστιν, ἰσχυρὸν δὲ σφόδρα. Διὸ καὶ τοῦ θώρακος ἐξαυάζοντες αὐτὸ ἰῶναι. Σπάνιον δὲ τὸ ζῶον καὶ ὀλιγάκις φαινόμενον. Θαυμαστὴ δὲ ἡ μεταβολή, καὶ ἐγγὺς ἀπιστίας. Τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἐν τῷ δέρματι γίνεται ἡ μεταβολή, ἀλλοιουμένης τῆς ἐντὸς ὑγρότητος, εἴτε αἱματώδους, εἰ καί τινος ἄλλης τοιαύτης οὔσης· ὥστε φανερὰν εἶναι τὴν συμπάθειαν· ἡ δὲ τριχῶν μεταβολὴ ξηρῶν τε ὄντων, καὶ ἀπηρτημένων, καὶ ἀθρόον οὐ πεφυκότων ἀλλοιοῦσθαι, παράδοξος ἀληθῶς καὶ ἀπίθανος μάλιστα πρὸς πολλὰ ποικιλλομένη. Eadem Solinus, cap. 33, *Mittit et tarandum boum magnitudine, bisulco vestigio, ramosis cornibus, capite cervino, ursino colore, et pariter villo profundo. Hunc tarandum affirmant habitum metu vertere; et cum delitescit fieri assimilem cuicunque rei proximaverit, sive illa saxo alba sit, seu fructeto virens, sive quem alium modum præferat. Faciunt hoc idem in mari polypi, in terra chamæleontes, sed et polypus et chamæleon glabra sunt, et pronius est cutis levitate proximantia æmulari. In hoc novum est, et singulare, hirsutiam pili colorum vices facere.* Verum ὡς ἐν προσθήκης μέρει non ingratum fore lectoribus existimo. Si quæ hujus colorum mutationis causa sit investigemus. Superius enim quod in præsenti de tarando, de polypode dictum est, et inferius de chamæleonte dicetur quam mutationem præter tantorum hominum auctoritatem veram esse, et ipsa experientia compertum est. Et primum de polypo Plutarchus, lib. *De causis naturalibus*, cap. 19, ait, polypum carnem foraminibus, meatibusque compluribus distinctam habere, ideoque defluxu atomorum a marinis saxis ad se attracto receptoque, iis corpusculis vestiri et eorum colore circumquaque perfundi. Et cum quidam dicerent, ac rejicerent mutationem hanc in genuinam quamdam animalis ignaviam et pavorem, quod de chamæleonte etiam affirmarat Aristoteles, lib. IV, *De part. animal.*, capit. 11. Præ nimio namque metu multiformis efficitur. Idem Plutarchus ait, polypum non trepidatione, sed ex industria id facere, et hac mutatione ac veste, veluti dolo et stratagemate, non caventibus insidias struere, lib. quo disserit plusne rationis insit aquatilibus bestiis, quam terrenis. De chamæleonte idem Plutarchus ibidem, illum ait, ex metu colores sibi proximos repræsentare. D. Augustinus, lib. XI, *De Trinitate*, cap. 2, eam colorum mutationem in chamæleonte ex imaginatione nasci auctor est. *Voluntas*, inquit, *circa imaginem sensui impressam tantam vim habet, ut si admodum violenta sit, ubi*

A *non resistit, pigrior duriorque materies, visibilem speciem coloremque commutet, licet videre corpusculum chamæleontis ad colores quos videt facillima conversione variari.* Alii dicunt polypum et chamæleontem, aliaque similis naturæ et ingenii animalia colores illos reddere, non quod iis reipsa imbuantur, sed quia cum habeant corpus rarum et transmeabile, per id tanquam per vitrum cernuntur rerum subjacentium colores, qui tamen allucinato aspectu in ipsis animantibus videntur insidere, quemadmodum et vitrum rebus coloratis impositum pingi videtur coloribus, qui per ipsum translucent. Aristoteles, lib. II, *De hist. anim.*, lib. XI, ait, chamæleontem colorem mutare inflatum; quod etiam de polypode dixit Theophrastus dicto loco,

B ut legit Henricus Stephanus, quam et meliorem lectionem esse existimo, namque potius polypo quæ Theophrastus refert quam chamæleonti conveniunt, quamvis idem Stephanus in melioris notæ codice suspicetur χαμαιλέων fuisse scriptum. Quo deleto in ejus locum πολύπους repositum sit; lituræ enim quædam vestigia in illo videbantur superesse. Theophrastus itaque ait : Ὁ δὲ πολύπους δοκεῖ τῷ πνεύματι ποιεῖν τὰς μεταβολάς. Πνευματικὸν γὰρ φύσει. Σημεῖον δὲ τὸ τοῦ πνεύματος (alii τοῦ πνεύμονος) μέγεθος· σχεδὸν γὰρ δι' ὅλου τοῦ σώματος τέταται. Ἅμα δὲ καὶ ἐξαιρόμενος αὐτὸς καὶ φυσσώμενος δῆλός ἐστιν. Et Aristoteles, *De part. anim.*, lib. IV, cap. 5, idem refert. Quid certi in hac re statuendum sit difficile quis posset excogitare, vel solum auctori-

C tas, et si nulla esset ratio, tantorum virorum, tanquam certum statueret, quidquid dictum est. Nequid itaque tantos viros, vel eorum sententias impugnare videamur, absit hoc, semper magni feci, semper admiratus sum magnorum virorum ingenia, dicamus omnes in hac re veras enarrasse, causasque certissimas, concludamusque ideo polypum et chamæleontem defluxu atomorum, hoc est, spirituum, quos unaquæque res præ se fert, metu sive dolo, sive alio quopiam naturæ motu, per imaginationem sensui impressam, in corpore quasi aereo, et translucido, et transmeabili, ideoque aptissimo ad quamlibet mutationem suscipiendam, omnes colores admittere. Non subito multas adhuc et dif-

D ficultates, et dubia superesse, sed quæ facillimo negotio possint explicari, vel sola hac nostra conclusione, quæ, ne prolixiores simus, omittimus, sed sat id bene de chamæleonte, et polypo dicet quis; quid de tarando corpore crassiori quod et mirum, sed mirabilius et villo? dicam quod et Theophrastus dicto loco. Τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἐν τῷ δέρματι γίνεται ἡ μεταβολή, ἀλλοιουμένης τῆς ἐντὸς ὑγρότητος, εἴτε αἱματώδους, ἢ καί τινος ἄλλης τοιαύτης οὔσης· ὥστε φανερὰν εἶναι τὴν συμπάθειαν· ἡ δὲ τριχῶν μεταβολή, ξηρῶν τε ὄντων καὶ ἀπηρτημένων, καὶ ἀθρόον οὐ πεφυκότων ἀλλοιοῦσθαι, παράδοξος ἀληθῶς, καὶ ἀπίθανος μάλιστα πρὸς πολλὰ ποικιλλομένη. Quidni? Non vereor id fateri Deum aliquid posse præstare, cujus ego causas non assequar.

Ibid., lin. 46. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ χαμαιλέων. Chamæleontem Aristoteles, lib. II *De hist. anim.*, cap. 11, descripsit fuse, et Plinius, lib. VIII, c. 33: *Figura et magnitudo erat lacertæ nisi crura essent recta et excelsiora, latera ventri junguntur, ut piscibus, et spina simili modo; eminet rostrum, ut in parvo haud absimile suillo, cauda prælonga in tenuitatem desinens, et implicans se viperinis orbibus; ungues adunci; motus tardior, ut testudini; corpus asperum ceu crocodilo: oculi in recessu cavo tenui discrimine prægrandes, et corpori concolores; nunquam eos operit: nec pupillæ motu, sed totius oculi versione circumspicit. Ipse celsus hianti semper ore.* Mutare colorem refert Aristoteles loco d. et 2, et hic Plinius, Ælianus, Plutarchus in *Sympos.* et commentar. *De adulatione;* Gregorius Nazianz. 1 invectiva in Julianum; Augustinus lib. II *De Trinitate*, cap. 2; Isidorus, lib. II, cap. 2; Tertullianus lib. *De pallio*, et Justinus martyr, *Epist. ad Zenam et Serenum*. Ὁ δὲ νῦν μὲν ὠχρὸς, εἶτα ἐρυθρός. Τῷ δὲ συγκρίματι τοῦ σώματος ποικιλλόμενος, οὗτος ὥσπερ χαμαιλέων ἐν τῷ καύσωνι, καὶ τῇ ἐρημίᾳ περινοστεῖ, et Theodorus Tarsensis apud Photium *in Biblioth.* Χαμαιλέων τὸ ζῶον εἰς πολλὰ χρώματα τὸ σῶμα μεταβάλλει, καὶ τοιοῦτος φαίνεται οἷον τὸ πλησιάζον καὶ παρακείμενον αὐτῷ κἂν ξύλον, κἂν λίθος, κἂν ὅ τι τοιοῦτον ᾖ. Πρὸς γὰρ τὴν ἐκείνου χροιὰν ἁρμολογεῖ τὴν ἑαυτοῦ, et Antigonus Carystius, cap. 30, Γίνεται δὲ ταὐτὸν καὶ περὶ τὸν χαμαιλέοντα. Καὶ γὰρ τοῖς στελέχεσι τῶν δένδρων, καὶ τοῖς φύλλοις, καὶ τῇ γῇ τὸν αὐτὸν τρόπον ἅπαντι τόπῳ συμμεταβάλλει τὴν χροιάν. Aristoteles ait mutari colorem in toto corpore, nam et oculi concolores reliquo corpori redduntur, et cauda eumdem colorem accipit. Plinius, et coloris natura mutabilior, mutat namque eum subinde, et oculis, et cauda, et toto corpore. Theophrastus, lib. Περὶ τῶν μεταβαλλόντων τὴν χρόαν semper reddere quemcunque attigerit præter rubrum, candidumque, Μεταβάλλει δὲ ὁ χαμαιλέων εἰς πάντα τὰ χρώματα· πλὴν τὴν εἰς τὸ λευκὸν καὶ τὸ ἐρυθρὸν οὐ δέχεται μεταβολήν. Καὶ οὐ πρὸς τὰ παρακείμενα μόνον χρώματα μεταβάλλει, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν, ἐάν τις μόνον ἅψηται αὐτοῦ, τὸ χρῶμα μεταβάλλει. Eadem habet Plinius, Plutarchus, lib. *De dignoscendo amico ab adulatore*, et Solinus, *Polyhist.* cap. 43, idem sentiunt. Phile in Iambis concedit rubrum colorem, candidum negat:

Χαμαιλέων, κράτιστε, τὸν χρῶτα τρέπει.
Σαῦρος γὰρ ὢν ἄντικρυς οὐκ ἔχει τρίχας
Καὶ νῦν μὲν ὠχρὸς, νῦν δὲ φαιὸς γίνεται,
Εἶτα πελιδνὸς, εἶτα κιῤῥὸς εἰς βάθος.
Καὶ νῦν ἐρυθρὸς, καὶ παραυτίκα μέλας,
Καὶ στικτὸς ἂν γένοιτο δορκάδος δίκην.
Καὶ ξανθὸς ἂν φαίνοιθ' ὅδε, καθάπερ λέων.
Οὕτω δὲ σώματος τοῦδ' ἀλλοιουμένου,
Τὸ λευκὸν ἠγνόησεν ἡ φύσις μόνον.

Ælianus, lib. LXII, *De histor. animal.*, cap. 14, etiam candidi coloris mutationem in eo admittit. Χαμαιλέων τὸ ζῶον εἰς ἰδίαν μίαν χρόαν οὐ πέφυκεν
A οὔτε ὁρᾶσθαι, οὔτε γνωρίζεσθαι. Κλέπτει γὰρ ἑαυτὸν πλανῶν τε ἅμα καὶ παρατρέπων τὴν τῶν ὁρωμένων ὄψιν. Εἰ γὰρ παρατύχῃς μέλανι τὸ εἶδος, ὁ δὲ ἐξέτρεψε τὸ μόρφωμα εἰς χλωρότητα, ὥσπερ ἦν μεταμφιεσάμενος. Εἶτα μέντοι ἀλλοῖος ἐφάνη λευκότητα ὑποδὺς, καθάπερ προσωπεῖον ἕτερον, ἢ στολὴν ὑποκριτὴς ἄλλην. Plinius solo aere nec alio cibo ali hoc animal tradidit. *Ipse celsus hianti semper ore, solus animalium nec cibo, nec potu alitur, nec alio quam aeris alimento.* Hoc tamen falsum esse ait Franciscus Sanctius *Commentar. in Emblem.* 53, *Alciati*, et venari muscas, scarabæos, locustas, formicas, et alia insecta quibus præcipue vescitur. Jacobus Dalecampius annot. in Plinii locum d., *Quamvis famem multos menses toleret, lingua tamen*
B *sesquipalmum longa exerta, ac vibrata, mucoque oblita, locustas, formicas, muscas scarabæos et alia insecta quibus vescitur, corripit, retinet, ad se adducit.* Brodæus cap. 21, lib. VI, Theophrasto auctore parum abest, quin pulmo totum corpus impleat, ideoque dum auram captat et consectatur avidius, ea vivere sola crediderunt multi: quod et Plinianæ opinionis origo. Joannes Landius in ultima Syria cum esset, ait, se vidisse unum e quinque quos emerat chamæleonibus linguæ repentino momentaneoque jaculatu muscam quæ in ejus esset pectori legisse. Propterea illius a se dissecti linguam narrabat inventam palmi longitudine, cavam, inanem, in summa tanquam acetabulum cum muco,
C quo prædam tolleret. Julius Scaliger exerc. 196 *in Cardanum*, n. 4, qui et multa alia quæ sequuntur de forma, colore ejusque mutatione, item a quibus vincatur coloribus, a quibus non, a Landio accipit. Mirum est quod de chamæleontis in serpentes odio narrat Scaliger dicto l. *Is ex illis unum quempiam speculatus in umbra captantem auras, aut in radiis apricantem, in eam scandit arborem, quæ illi imminet: unde ex ore filum demittit araneorum more, in cujus fili extremo guttula sit, margaritæ splendore, ea tactum in vertice serpentem mori. Illud etiam admirabilius si ad perpendiculum nequeat filum demittere: quod minus adamussim respondeat ramus, in quo est inferiori loco ubi cubat serpens: ita filum corrigere pedibus anterioribus, atque ejus*
D *tractum temperare, ut ad lineam quasi catheton descendat.*

Ibid., lin. 49. Δειλὸν ἡ ἔλαφος. Aristot., lib. XI *De hist. anim.*, c. 1. cervos inter animalia ingeniosa et timida annumerat. Oppianus Κυνηγετ. lib. II, *De cervis*:

Ἀβληχρὴ κραδίη, καὶ θυμὸς ἔσωθεν ἄναλκις,
Καὶ κοῦφαι κεράτων αἰχμαὶ τόσον ἀντέλλουσιν.
Οὔποτε γὰρ κεφαλῇφιν ἐναντία δηρίσαιντο.
Οὐ θηρσὶ κρατεροῖς, οὐκ ἀργαλέοισι κύνεσσιν,
Οὐδ' αὐτοῖς δειλοῖς λασιοκνήμοισι λαγωοῖς.

Quare et cervorum timiditas in proverbium vulgo abiit, ἐλάφειος ἀνὴρ, ἐπὶ τοῦ δειλοῦ ἐκ μεταφορᾶς τοῦ ζῴου· δειλὸν γὰρ ἡ ἔλαφος, Suidas et Zenobius. Unde, et Agamemnoni apud Homerum ex-

probratur *Κυνὸς ὄμματ' ἔχειν, κραδίην δ' ἐλάφοιο*. Boetius *De consolatione philos.* l. IV, pro. 3: Pavidus ac fugax non metuenda formidat: cervi similis habeatur, ideoque ab Oppiano, l. IV *'Αλιευτ.*, *ἀναλκείη ἐλάφοιο* vocatur. Hujus timiditatis causa assignatur ab Arist. *De par. anim.* l. III, c. 4, cor magnum, et grandius, quoniam calorem proportione cordis non habent, sed parum caloris in magno conceptaculo exolescat; itaque sanguis frigidior est, et quod in ventriculis cordis, id etiam in venis evenit. *Sunt enim frigidiores, et venæ ampliores, et ventriculi ampliores; nam ut in parvo et in magno domicilio, tantumdem ignis non æque calefacit, sed minus in magno, sic et in iis calor non pariter agit; vas enim tam vena, quam ventriculus est.* Aliam hujus causam habet l. II, c. 4, quia videlicet sanguis eorum dilutus, fibrasque non habet. *Quorum enim sanguis fibris admodum multis crassisque refertus est, hæc terrena amplius constant natura, et animosa iracundia, proindeque furibunda sunt, ira enim calorifica est.* Verum si cervi libidine flagrant, efferantur sicut et cætera animantia, idque ex Aristotele *De hist. anim.* et Virgilio III *Georgicorum* nonnulli tradiderunt.

Ibid., lin. 49. *Καὶ πρὸς τὰ ἑρπετά.* Odia et inimicitias inter serpentes et cervos, et quanam ratione alius in alium invehitur elegantissimis versibus cecinit Oppianus *Κυνηγ.* II et *'Αλιευτ.* II:

Ὡς δ' ὅτ' ἀνὰ ξυλόχους ὀφίων ὁδὸν ἐξερεείνων
Βριθύκερως ἔλαφος ῥινήλατον ἴχνος ἀνεῦρε,
Χειὴν δ' εἰσαφίκανε, καὶ ἑρπετὸν εἴρυσεν ἔξω,
Δάπτει δ' ἐμμενέως. Ὁ δ' ἑλίσσεται ἀμφί τε γοῦνα,
Δειρήν τε, στέρνον τε. Τὰ δ' ἡμίβρωτα κέχυνται
Ἄψεα· πολλὰ δ' ὀδόντες ὑπὸ στόμα δαιτρεύουσιν.

Et Nicander in *Theriacis*:

Ἢ ὁπότε σκαρθμοὺς ἐλάφων ὀχεῇσιν ἀλύξας
Ἀνδρὸς ἐνισκήψῃ χολέων θυμοφθόρον ἰόν.
Ἔξοχα γὰρ δολιχοῖσι κινωπησταῖς κοτέουσι
Νεβροτόκοι καὶ ζόρκες. Ἀνιχνεύουσι δὲ πάντα
Τρόχμαλά θ' αἱμασιάς τε, καὶ εἱλυοὺς ἐρέοντες
Σμερδαλέῃ μυκτῆρος ἐπισπέρχοντες ἀϋτμῇ.

Theophrastus, lib. IV *De causis plant.*, cap. 10: Οὐ πᾶσι ταῦτα πρόσφορα κατὰ τὰς τροφὰς, ἀλλ' ἑκάστοις κατὰ τὰς ἰδίας φύσεις· ὅπερ ἐν πολλοῖς μὲν φανερὸν, ἐκ πλείστης δ' ἀποφάσεως, ὡς εἰπεῖν, τῶν γε γνωρίμων τὰ περὶ τοὺς ἐλάφους δῆλα· αἱ τοὺς ὄφεις ἐσθίουσιν, ὑφ' ὧν τὰ ἄλλα θνήσκουσι πολὺ μείζω καὶ ἰσχυρότερα τὴν φύσιν ὄντα. Lucretius, lib. VI, qui verborum Theophrasti initium sic interpretatus est:

Et magis esse aliis alias animantibus aptas
Res ad vitai rationem.

Ælianus narrat hoc idem *De hist. anim.* lib. VIII, cap. 6, et libr. II, cap. 9; Basilius Magnus in expositione psalm. XXVIII; Plinius libr. VIII, capit. 32, *Et iis est cum serpente pugna, vestigant cavernas, nariumque spiritu extrahunt renitentes;* Nicander in *Theriacis;* Martialis epigram. lib. XII:

Cervinus gelidum sorbet sic halitus anguem,
Casuras alte sic rapit iris aquas.

At Eustathius non anhelitu sed attritu cornuum ad petram eorumque ἀναθυμιάσει id facere cervum scribit. Ideoque Plutarchus recte existimavit dictam a Græcis ἔλαφον, non a cursu sed serpentes attrahendi facilitate: Οὐ παρὰ τὴν ἐλαφρότητα, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἕλξιν τοῦ ὄφεως. Et Athanasius in quæstionibus eamdem etymologiam servat. Ita Epiphanius, in *Physiologo*, cap. 5: Διὰ τοῦτο ἔλαφος ὀνομάζεται, διὰ τὸ ἕλκειν τοὺς ὄφεις ἐκ τοῦ βάθους. Sic etiam in enarranda hac historia auctores non conveniunt. Eustathius namque prius cervum aquam haurire, deinde serpentem de latebris ducere. Alii eo pasto aquam expetere; qua si se infra scriptum spatium non explerit, emori.

Col. 741, lin. 4. *Εἰ δὲ καὶ τῶν κεράτων.* Plinius, lib. X, capit. 70: *Cornus cervini odore serpentes fugantur, sed maxime styracis.* Et lib. XXVIII, cap. 9: *Exitio serpentibus esse cervos nemo ignorat, ut si quæ sunt extractas cavernis mandentes. Nec vero ipsi spirantesque tantum adversantur, sed membratim quoque fugari eas nidore cornus, si uratur, dictum est: at e summo gutture ustis ossibus congregari dicuntur*, etc. Et lib. VIII, cap. 32: *Ideo singulare abigendis serpentibus odor, adusto cervino cornu.* Ea est hujus animantis in serpentes ἀντιπάθεια, ut et mortuum illis, et membratim sit exitiosum. Ælianus, *De histor. anim.*, lib. IX, cap. 20: Τὸ τοῦ ἐλάφου κέρας θυμιώμενον, ὅτι τοὺς ὄφεις διώκει δῆλόν ἐστιν. Et lib. II, cap. 9: Ἤδη μέντοι καὶ κέρας ἐλάφου τις ξέσας, εἶτα τὸ ξέσμα εἰς πῦρ ἐνέβαλε, καὶ ὁ καπνὸς ἀνιὼν διώκει τοὺς ὄφεις πανταχόθεν μηδὲ τὴν ὀσμὴν ὑπομένοντας. Scholiastes Apollonii lib. II *Argonaut.*, scribit: Cervinum cornu adustum serpentes fugat, quemadmodum fumus apes. Theophrastus fragmento *Περὶ τῶν λεγομένων ζώων φθονεῖν*. Nicander in *Alexipharmacis*. Orpheus in suo de lapidibus poemate, cervum, cervi dotes, medicasque vires diligenter prosecutus est.

Ibid., lin. 6. *Ἐπειδὰν δὲ ἀποβάλῃ.* Cervorum cornua quotannis abjici, et iterum germinare satis notum in historia. Horus, Aristoteles, Plinius, Ælianus et alii. Hujus causa ex Democrito habetur apud Ælianum, lib. XII, cap. 18: Αἰτίαν δὲ αὐτὸς, Democritus scilicet, λέγει τῆς τῶν κεράτων τοῖς ἐλάφοις ἀναφύσεως ἐκείνην εἶναι. Vide. Delapsa in locis abditis et inaccessis terra obruunt. Aristot., *De hist. anim.*, lib. IX, cap. 5: *Cornua etiam locis difficillimis amittit, et qua inveniri nequeant, unde illud proverbium ortum, Qua cervi amittunt cornua.* Plinius, lib. VIII, cap. 32: *Cornua mares habent, solique animalium omnibus annis stato veris tempore amittunt. Ideo sub ipsa die quam maxime invia petunt.* Oppianus *Κυνηγ.* II:

Ἔξοχα δ' ἐν θήρεσσιν ἐπ' ἀγλαΐῃ κομόωσιν.
Ἄρσενες εὐκέραοι, πολυδαίδαλον ἔρνος ἔχοντες,
Ἢ γὰρ εὐσχιδέων κεράων ὥρῃσι πεσόντων
Βόθρον μὲν κατὰ γαῖαν ὀρυξάμενοι κατέθαψαν,
Ὄφρα κέ μήτις ἕλῃσιν ἐπ' αὔλακος ἀντιβολήσας.

An autem cervis feminis cornua sint infra dicetur.

Ibid., lin. 9. *Ὡς ἀποβαλοῦσαι πρός*. Amissis enim cornibus solitudinem petunt et loca inaccessa; quare id agant varii varie tradiderunt. Oppianus *Κυνηγ*. II ad pudorem refert :

Κεύθονται δ' αὐτοὶ πυμάτοις λασίοισί τε θάμνοις
Αἰδόμενοι θήρεσσι καρήατα τοῖα φανῆναι
Γυμνά, τά τοι προπάροιθε μετήορον ἀείροντο.

Aristoteles tamen cum aliis eamdem quam hic noster auctor causam affert, nimium quia muscarum morsum metuunt, quæ radices cornuum teneras facile perforarent, cum summo eorum dolore. Item quia non habeant, quo se ab aliis feris propugnando defendant, *De hist. anim.*, lib. IX, cap. 5 : *Quasi enim sua amiserit arma, cavet ne inermis reperiatur*. Et inferius : *Amittunt singulis annis cornua mense Aprili : quæ cum amiserint, occultant se interdiu, ut superius dixi, idque opacis faciunt locis, ut muscarum tædio vacent*. Et lib. *Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων*, de cervis Achaicis : Φασί τινες ἐν Ἀχαΐᾳ τῶν ἐλάφων, ὅταν ἀποβάλωσι τὰ κέρατα, εἰς τούτους τοὺς τόπους ἔρχεσθαι, ὥστε μὴ ῥᾳδίως εὑρεθῆναι. Τοῦτο δὲ ποιεῖν διὰ τὸ μὴ ἔχειν, ᾧ ἀμύνωνται, καὶ διὰ τὸ πονεῖν τοὺς τόπους, ὅθεν τὰ κέρατα ἀπέβαλον. Et Theophylactus Simocatus in *Quæst. natural.* 5 : Οἶδεν ἡ ἔλαφος, ἀποκειραμένη τὰ κέρατα, ἀσθενεσθέραν τὴν φύσιν ἀμύνεσθαι τοὺς λυπήσαντας. Οὐκοῦν ἀποκρύπτεται οἷα στρατιώτης τις ἄοπλος ῥᾳδιώς παρατάττεσθαι. Καὶ πόῤῥω που ἀπόμαχος εἶναι βουλόμενος, πρὸς ἐπὶ τούτοις ἀλγεῖ τὸ ζῶον τὴν κάρα δεινότατα. Plinius, lib. VIII, cap. 32 : *Latent amissis velut inermes. Sed et hi bono suo invidentes*. Ælianus, lib. VI *De histor. anim.*, cap. 5, eadem refert. Multi etiam causam quare cervi cornua latenter dimittant, vel terram fodientes occultent, investigarunt. Plinius ad invidiam retulit; cui consentit Ælianus, lib. III, cap. 17 : Οἶδε δὲ καὶ ἔλαφος τὸ δεξιὸν κέρας ἔχων εἰς πολλὰ ἀγαθὸν, καὶ μέντοι κατορύττει αὐτὸ καὶ ἀποκρύπτει φθόνῳ, τοῦ μὴ τοσοῦτον (ita enim corrigo) τινὰ ἀπολαῦσαι. Theophrastus *Περὶ τῶν λεγομένων ζώων φθονεῖν*, aperte id negat non tantum in cervis, sed et in aliis animalibus, quæ res aliis utiles vel abscondunt vel corrumpunt. Tantum enim ait hoc existimatione hominum falsa accusari. Ea namque naturali quodam instinctu, sive etiam aliquando timore id agere, quorum tamen rationem nos nequimus reddere.

Ibid., lin. 13. *Καὶ νυκτὸς νέμεται*. Ælianus, lib. VI, cap. 5 : Λέγονται δὲ καὶ φυλάττεσθαι, μήποτε ἄρα νεαροῖς οὖσιν αὐτῶν τοῖς ἕλκεσι, εἶτα προσπίπτουσα ἡ ἀκτὶς πρὶν ἢ παγῆναι, καὶ τοὺς καλουμένους χόνδρους λαβεῖν. Ἤδε τὴν σάρκα ὑποσήψῃ. Aristoteles, lib. IX *De hist. anim.*, cap. 5 : *Pascuntur per id tempus noctu donec recipiant cornua, quæ primum quasi cute vestita et hirtiuscula emittunt; sed cum creverint soli exponunt, ut excoquantur et siccent*.

Ibid., lin. 15. *Βουλομένη δὲ δοκιμάσαι*. Aristoteles ibidem : Ὅταν δὲ μηκέτι πονῶσι πρὸς τὰ δένδρα κνώμενοι αὐτὰ, τότε ἐκλείπουσι τοὺς τόπους τούτους

A διὰ τὸ θαῤῥεῖν ὡς ἔχοντες ᾧ ἀμύνονται. Quæ ita Latine expressit Plinius : *Erumpunt autem renascentibus tuberibus primo aridæ cutis similia. Eadem teneris increscunt ferulis arundineas in particulas molli plumata lanugine. Quandiu carent iis, noctibus procedunt ad pabula, increscentia solis vapore durant, ad arbores subinde experientes, ubi placuit robur in aperta prodeunt*. Sed nefas est hic omittere in subjecta materia verbum Aristotelis, quod magnis viris negotium facessisse, ex eorum interpretationibus manifestum est. Ait Aristoteles : Ἤδη δὲ εἴληπται ἀχαΐτης ἔλαφος ἐπὶ τῶν κεράτων ἔχον κιττὸν πολὺν πεφυκότα χλωρὸν, ὡς ἁπαλῶν ὄντων τῶν κεράτων ἐμφύοντα, ὥσπερ ἐν ξύλῳ χλωρῷ. Theodorus Gaza ita vertit : *Captus jam cervus est, hederam suis enatam cornibus gerens viridem*, etc. Et

B Plinius hoc idem vertens : *Captique jam sunt hederæ in cornibus viridante ex attritu arborum ut in aliquo ligno teneris, dum experiuntur innata*. Sat bene omnia, quidni? Mentem Aristotelis habeo, plana videntur esse omnia. Verum quid sit ἀχαΐτης illud cervo additum nondum video. Quod cum posuisset Aristoteles, interpretes sine inscitiæ nota omittere minime debuerunt. Sed modestissimis hisce viris aliquid condonandum est. Quid oculatissimus Julius Scaliger, quem nihil præterit, et in quo, si concedas errores et lapsus, de ejus etiam divinitate tollere necesse est, nec dedignabitur etiam ipse quandoque semet hominem esse fateri. Scaliger itaque Aristotelem ita vertit : *Jam vero captus cer-*

C *vus est gerens in cornibus enatam hederam multam viridem, quasi quæ cum tenella essent, innata fuerit tanquam in arbore viridi*. Ne hilo quidem melius. Adhuc nomen ἀχαΐτης nescio qua ratione explosum. Quæ nescias prætermittere. Sed videamus, quid innuerit Aristoteles. Diu in ea fui sententia, loco illius restituendum esse Ἀχαϊκός, *Achaicus*, ex Achaia regione, nisi id idem retinendum esset nova quadam formatione Ἀχαΐτης, ex Achaia, Aristotelemque locutum de cervo capto videlicet in Achaia. Confirmabat meam sententiam idem Aristoteles, qui libello *Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων* in Achaia dicit cervos, amissis cornibus, solitudines petere. Φασὶ δέ τινας ἐν Ἀχαΐᾳ τῶν ἐλάφων, quem locum

D superius exscripsimus, ibi enim subdit : Πολλαῖς δὲ κισσὸν ἐπιπεφυκότα ἐν τῷ τῶν κεράτων τόπῳ ὁρᾶσθαι. Hæc tamen nec dubio, nec hominum exspectationi videbantur satis, cum adhuc esset incertum an de cervis Achaicis loqueretur, quorum nulla facta mentione, sed alio ducto principio dicit : Πολλαῖς δὲ κισσὸν ἐπιπεφυκότα. Sed re melius inspecta considerataque, ita locum Aristotelis restituo : Ἤδη δὲ εἴληπται ἀχαΐνη ἔλαφος, vel ἀχαΐνης, quod et melius. Libet enim cervum hunc ita appellare, quod Etymologo referente circa Achæinam urbem, sive etiam regionem, sint genera cervorum magnorum, ideoque cervos ita vocatos : Ἀχαιΐνέα ἡ ἔλαφος, Ἀπολλώνιος;... ἥν τ' ἀγρῶται ἀχαιΐνέην καλέουσιν ἀπὸ Ἀχαιΐνέας πόλεως, ἐν ᾗ εἴδη εἰσὶν ἐλά-

φων μεγάλων. Et Aristoteles, lib. II *De histor. animal.*, cap. 15, Αχαϊνάς appellavit. Τῶν δὲ ἐλάφων αἱ ἀχαϊναὶ καλούμεναι δοκοῦσιν ἔχειν ἐν τῇ κέρκῳ χολὴν, quos Scaliger in IX vult vocatas ἀχαΐτας. Quam recte aliorum esto judicium. Ex Aristotele Antigonus Carystius in *Mirab.* : Τῶν δὲ ἐλάφων τοὺς ἀχαΐνους καλουμένους δοκεῖν ἐν τῇ κέρκῳ τὴν χολὴν ἔχειν. Dubium tamen omne solvit idem Antigonus, verba exscribens Aristotelis : Ἤδη δὲ διειλῆφθαι ἀχαΐνην ἔλαφον κιττὸν ἔχουσαν ἐπὶ τῶν κεράτων, ὡς ἂν ἐνύγρων ὄντων. Quare scribendum existimo, ἤδη δὲ εἴληπται ἀχαΐνης ἔλαφος, et reddendum, *Jam vero captus est achæines cervus.*

Ibid., lin. 19. *Πρὸς δὲ τὰ δήγματα.* Aristoteles eodem loco : *Cervi morsi vel a phalangio vel a quovis generis ejusdem, cancros edunt. Quod idem etiam homini prodesse putatur; sed non caret fastidio.* Plutarchus, l. *Πότερα τῶν ζώων*, Nicander in *Theriacis*, Oppianus *Κυνηγ.* II :

Αὐτὰρ ὅ, γινώσκων θεόθεν τόπερ ἔλλαχε δῶρον,
Πάντῃ μαστεύει ὀροφερὸν ποταμοῖο ῥέεθρον.
Κεῖθεν καρκινάδας δὲ φίλαις γέννεσσι δαμάσσας
Φάρμακον αὐτοδίδακτον ἔχει πολυπήμονος ἄτης.

Adnotanda videntur nonnulla de cervis, in quibus auctores dissident. Aristoteles lib. VIII *Histor. anim.*, cap. 28; Strabo, Plinius, Seneca, Lucanus, Antigonus, Herodotus Melpomene uno ore fatentur in Libya neque cervum neque aprum ullum esse. Oppianus Africæ tribuit, lib. II *Κυνηγ.* Commune id habuit cum Virgilio, qui lib. I et IV, Æneam in littore Africæ cervos agitantem, et configentem facit, et cum Philostrato Albericus gentilis, lib. *Virgil. lect.*, c. 8, existimat Virgilium cum cervos in Africa posuit, secutum esse Timæum historicum, cujus haud mediocris auctoritas est. Et Brodæus tradit, lib. *Miscellan.* VIII, cap. 13, Italos a se Gallosque qui fuissent in Africa barbarorum captivi, ea de re interrogatos esse, ac respondisse, in Africa cervos se vidisse permultos. Quidam etiam ex venatoribus ita Virgilium defendere visi sunt; nempe illum locutum fuisse per anticipationem, figuram poetis familiarem. Dicunt enim, eorum qui id negarunt ævo cervos nullos in Africa fuisse, Virgilii autem ætate jam aliunde advectos exstitisse, adeoque poetam ea uti voluisse figura, quæ Græce dicitur πρόληψις. Quod probabiliter dici videbitur Carpathios lepores, necnon et Siculos considerantibus, qui cum non essent importati, ad fastidium usque et noxam increverunt. Levis tamen est illa vindicatio si verum fateri volumus. Cum Plinius, Seneca, Strabo, Lucanus, Antigonus, Virgiliano ævo pares, ut ita dicam, vel inferiores, id non animadverterunt, qui omnes oscitantiæ, ut unus Virgilius judicetur, redarguendi sunt. Alia igitur vindicatio petenda, Aristotel. lib. II, cap. 15, negat fel in cervo et dama, sicut et aliis quibusdam animalibus, et subdit : Cervis Achainis cognomine contineri in cauda creditur; et lib. IV, *De part. animal.*, capit. 2, *Quædam felle omnino carent, ut equus, mulus, asinus, cervus, dama*, et paulo post : *Quamobrem pulchre a veteribus dicitur illis, qui causam cur diutius vivatur, fellis vacuitatem esse aiunt, argumento ex solipedum cervorumque genere deducto : hæc enim et felle vacant, et diu vivunt.* Plinius lib. XI, cap. 37, quod de Achaino solo Aristoteles : ipse de omnibus tradit : *Sunt qui equo non quidem in jecore esse, sed in alvo putent, et cervo in cauda aut intestinis.* Plinius ibidem, intestina cervorum tantam habere tradit amaritudinem, ut a canibus non attingantur. Aristoteles, *De hist. anim.* lib. II, cap. 15, ea scribit, a canibus non attingi, nisi cervus præpinguis sit. Falsum id esse experientia, et venatores docent, qui capto cervo in morem habent ejus visceribus, intestinis, et sanguine canes cibare. Aristoteles, *De hist. anim.* lib. IV, cap. ultimo, *Generis cervini femina cornuum inops, mutilaque est*, et *De part. anim.* lib. III, cap. 1, *Quapropter in cervorum genere, cum maribus cornua sint, feminis desunt;* et hujus in eodem capite rationem subdit. Pollux *Onomast.* lib. V, τῶν ἐλάφων ἄκερως ἡ θήλεια· ὁ δ' ἄῤῥην κεροφόρος, ἢ κεράστης. Alii feminis cornua tribuerunt : Pindarus Olymp. 3, χρυσόκερων ἔλαφον θήλειαν. Callimachus hymn. in Dianam cum de cervis feminis loqueretur, κεραίων δ' ἀπελάμπετο χρυσός. Ubi Scholiastes hoc tanquam novum notat, σημείωσαι, inquit, ὅτι τὰς θηλείας ἐλάφους κερατοφόρους εἶπε. Quid hic adnotarem in tanta rerum inscitia? Solemne hoc fuit poetis contrariæ sententiæ assertoribus, quorum nonnullos aggregavit Ælianus, *De hist. anim.* lib. VII, cap. 39, Sophoclem scilicet in *Aloadis*; Euripidem in *Iphigenia* et *Temenidis*; Pindarum, Anacreontem; et Julius Scaliger, lib. III, *Poet.*, cap. 4, scribit sua ætate in Gallia captam fuisse cervam cornigeram et ejus etiam caput servari. Joannes Langius, *Epistol. medicinal.*, ep. 70, lib. I, referente Henrico Salmuthio, commentario *in Guidonis Panciroli nova repert.* tit. 10, de horologiis, scribunt in utero cervi cornigeri, quam Ottho Henricus, comes Palatinus prope Odewangh ceperat, repertum fuisse, dum evisceraretur hinnulum membranulis circumseptum, et quidem cervos quosdam sexus naturam variare, inde colligit, quod observatum sit cervas quandoque cornua, quæ virilia cervorum arma sunt, gestare. Quali marchio quidam Badensis capta ejus cornua regi Gallorum dono miserat, quæ Ambasi in regio horto prope januam interiorem parieti affixa, subscriptis in tabella testibus, qui venationi interfuerant, etiamnum cerni. Quare Salmuthius colligit ex illa cornuum gestatione sexus mutationem satis non probari. Aristoteles, lib. IX, capit. ultimo, ait, cervis, si quidem nondum cornuti evirentur, non crescere cornua; sin autem jam cornuti exsecentur, manere illa semper ejusdem magnitudinis. *Cervi si cum per ætatem nondum cornua gerunt, castrentur, non edunt cornua : sed si cornigeri exciduntur non decidunt cornua, et magnitudine eadem servantur.* Plinius, *Non decidunt castratis cornua,*

nec nascuntur. Idem sentiunt Solinus et Porphyrius *Περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων*. Oppianus tamen *Κυνηγ*. II, contrarium cecinit :

Κεύθουσι λαγόνεσσι δ' ὑπ' αὐτὴν ἔνδοθι νηδὺν
Ἀμφιδύμους ὁλκοὺς, τοὺς εἰ καί τις ἀμήσειεν,
Αὐτίκα θῆλυν ἔθηκε, πρόπαν δ' ἀπέρευσε χαρή-
[*νων*
Ὀξύκομον κεράων πολυδαίδαλον αἰόλον ἔρνος.

Ibid., lin. 21. *Ἡ δὲ αἴξ ἡ ἀγρία*. Aristoteles *Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων* et lib. *De hist. anim.*, IX, cap. 6 ; Antigonus, Plinius, lib. XXV, cap. 8 : *Dictamum ostendere, ut indicavimus vulneratæ pastæ, statim decidentibus telis*. Theophrast. *De hist. plant.* lib. IX, cap. 16, Ἀληθὲς δέ φασιν εἶναι καὶ τὸ περὶ τῶν βελῶν, ὅτι φαγούσας, ὅταν τοξευθῶσιν, ἐκβάλλειν. Virgilius, lib. XII *Æneid*.

Ibid., lin. 22. *Τὸ καλούμενον δίκταμον*. Δίκτον vocavit Nicander. Cretæ proprium est, nec alibi nascitur, et ibi non spatiose. Ad plura conducere tradit Theophrastus *De hist. plant.* lib. XXV, cap. 8, ejusque tres species inter se distinctas facit. Ex quo sua habuit Plinius; Theophrastus enim, Χρῶνται δὲ τοῖς φύλλοις, οὐ τοῖς κλωσὶν, οὐδὲ τῷ καρπῷ, id est, usus foliorum, non ramorum, nec fructus est. Plinius ita, *Foliis tantum utuntur. Flos nullus ei, aut semen, aut caulis*. Si dictamo non est neque caulis, neque semen, ergo vel inviti foliis uti debent. At utique et floret, et fructum affert ex hoc Theophrasti loco, et Dioscoridis tentata lectione, οὔτε ἄνθος, οὔτε καρπὸς συμφέρει, et Virgilii lib. XII *Æneid.*, vers. 412 :

Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida
Puberibus caulem foliis, et flore comantem
Purpureo, non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo volucres hæsere sagittæ.

Ergo est et caulis, et flos, et semen, Plini, ἀλλ' οὐ συμφέρει, et ideo *Foliis tantum utuntur*, ut optime verteras.

Ibid., lin. 24. *Αἱ δὲ παρδάλεις*. Superius eorum opiniones retulimus, qui unum et idem animal putarunt esse pardalim, et pantheram et quanam ratione distinguant. In qua re sane facilius est quod alii dixerunt pugnare, quam quid certi in medium afferre, quod alii non impugnent. Etenim si Plinii, Theophrasti et Aristotelis vestigiis insistendum est, ejusdem generis animalia esse non inficiabimur. Theophrastus enim, *De causis plantar.* lib. VI, cap. 26, nullum animal ait esse odoratum, nisi quis dixerit pardalim animantibus bene olere. Ζῷον δὲ οὐδὲν, εἰ μὴ τὴν πάρδαλίν φασι, καθάπερ ἐλέχθη τοῖς θηρίοις. Aristot. *Problem.* sect. 13, 4, nullum animal suaviter olere excepta pardali quæ et ipsa nonnisi bestiis ita olere affirmat. Plinius etiam illa confundit lib. VIII, cap. 17, *Nunc parias et pardos, qui mares sunt, appellant in eo omni genere, creberrimo in Asia Syriaque. Quidam ab iis pantheras candore solo discernunt : nec adhuc aliam differentiam inveni*. Sed diversa esse hæc animalium genera docet hic noster, qui tanquam de duobus diversissimis sermonem instituit : etsi in quibusdam vi-

A deantur convenire. Sic etiam Xenophon in *Κυνηγετικῷ*, et Oppianus *Κυνηγ*. II, qui de his separatim agunt. Oppianus enim loco d. ad Musam suum convertens sermonem, ait se diu nolle morari circa parva, sed missas facere bestias imbelles, et infelices, uti pantheras, mustelas, glires; et postea lib. III, peracto sermone de leonibus, pardalium genus, uti et robore, et pulchritudine, et genere nobile subdit. Satis liquet ergo Oppianum aliud et aliud esse pardalim et pantheram existimasse, et horum duplex statuit genus. Quædam enim aspectu majores, et dorso ampliores sunt, aliæ minores, sed pari robore, simili forma, non inæqualibus maculis, nec corporis lineamentis, si caudam detraxeris, quæ minoribus major, et minor majori-
B bus est.

Πορδάλιες δ' ὀλοαὶ, δίδυμον γένος, αἱ μὲν ἔασιν
Μείζονές εἰσι δέειν, καὶ πάσσονες εὐρέα νῶτα·
Αἱ δ' ἔτ' ὀλιζότεραι μὲν, ἀτὰρ μένος οὔτι χε-
[*ρείους.*
Εἴδεα δ' ἀμφοτέροισιν ὁμοῖα δαιδάλλονται,
Νόσφι μόνης οὐρῆς, τῇ τ' ἔμπαλιν εἰσοράαται.
Μείοσι μὲν μείζων τελέθει, μεγάλῃσι δὲ μείων.

Ibid. *Σαφῶς γὰρ εἰδυῖαι*. Cætera animalia pardalium odore, veluti illecebra trahi retulit Ælianus, lib. V *De hist. animal.*, cap. 40 : Εὐωδίας τινὸς θαυμαστῆς τὴν πάρδαλιν μετειληχέναι φησὶν ἡμῖν μὲν ἀπορρήτου· αὐτὴ δὲ οἶδε τὸ πλεονέκτημα τὸ εἰκοῖον, καὶ μέντοι καὶ τὰ ἄλλα ζῶα συνεπίσταται τοῦτο τῇ παρδάλει, καὶ ἁλίσκεται τοῦτον τὸν τρόπον. Ἐκείνη
C ἡ πάρδαλις, τροφῆς δεομένη, ἑαυτὴν ὑπαποκρύπτει ἢ λόχμῃ πολλῇ ἢ φυλλάδι βαθείᾳ, καὶ ἐντυχεῖν ἐστιν ἀφανής, μόνον δὲ ἀναπνεῖ. Οὐκοῦν οἱ νεβροὶ, καὶ δορκάδες καὶ αἶγες αἱ ἄγριαι, καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ζώων, ὡς ὑπό τινος ἴυγγος τῆς εὐωδίας ἕλκεται καὶ γίνεται πλησίον· ἡ δὲ ἐκπηδᾷ, καὶ ἔχει τὸ θήραμα. Consule Plutarchum *De animalium solertia*; Aristotelem, *De histor. animal.* lib. IX, cap. 6; Theophrastum, *De causis plant.* lib. VI, cap. 5, qui talis odoris causam reddere conantur. Aristoteles graveolentiam ad cruditatem quamdam refert excrementi, quæ et vivis causa fœdi halitus est, et mortuis cum putrescit : et ideo pingue, os, pilus fœdum nunquam reddunt odorem, quia pingue concoctum est, ossa et pili humore vacant. Genus autem planta-
D rum nullum intra se contrahit excrementum, et si quid inesset, calida siccaque natura illud expeditius concoquit, et ideo humor eorum non est fæculentus; idque confirmatur plagis terræ, quæ ut ferventiores, sic odoratiores sunt. Theophrastus in quibusdam convenit cum Aristotele, in quibusdam dissentit, ad quæ, ne diutius evagemur, remittimus lectorem. Neuter tamen ad primam quæstionem respondit, nec nodum dissolvit difficultatis. Nec enim dum de pardali, quam solam inter animalia odoratam esse concedebant, agebatur, satis erat causam propter quam arbores et plantæ odoratæ sunt, animalia non item assignare. Sed illud erat explicandum, quanam ratione inter cætera animantia sola pardalis bene olet, et hujus animantis odo-

rati, et aliorum non odoratorum discrimen. Tunc enim optime quæstioni responderetur, Διὰ τί τῶν μὲν ζώων οὐδὲν εὐῶδές ἐστιν ἔξω τῆς παρδάλεως, αὕτη δὲ καὶ αὐτοῖς τοῖς θηρίοις; etsi Theophrastus etiam in aliis et non in sola pardali odorem concedat. Tunc erat ulterius ab ipso explicandum, quare ergo ab animalibus odor hic non sentitur in aliis nisi in sola pardali? Verum dum Theophrastus et Aristoteles tanti viri proposita quæstione, alio se convertunt, et subterfugiunt, quis ita audax se id assequi confidet? Potest Deus multa moliri, et varia conficere, quæ intellectus humanus non capiet. Multa sibi Deus soli, eorumque cognitionem reservavit. In paucis, in minimis, in οὐτιδανοῖς felix, et ejus ope ita superbis et insolescis; si in secretioribus potior esses, quid faceres? Cave tuo ingenio, tuis viribus metiare Deum; nimis angustus es, o homuncio.

Ibid., lin. 29. *Ὁ δὲ πάνθηρ φίλον*. De panthera similia habet Petrus Damianus, lib. II, epist. 18; Plinius, lib. VIII, cap. 17, *Panthera et tigris macularum varietate prope solæ bestiarum spectantur, cæteris unus, ac suus cujusque generis color est.* Inde tigrinæ et pantherinæ mensæ, et βάλιος πανθήρων δίκην.

Ibid., lin. 31. *Καὶ ἕως μὲν οὐ χρῇ*. Oppianus, lib. II *Κυνηγ.*, pantherarum et aliorum animalium somnum et inertiam cecinit, quem vide.

Ibid., lin. 35. *Δι' ἧς τὰ ἄλλα*. Quæ superius de pardali, ejus odore et solertia explicavimus, multi pantheræ ascribunt, vel eo solum quod animalia diversissima confundunt et miscent, ideo lectorem ad illa remittimus, ne iterum eadem repetendo molesti simus. Hic possemus etiam dubitare, quanam ratione animalia odore pantherarum alliciantur, ut a multis auctoribus traditum est, cum Theophrastus, *De causis plantar.* lib. V, cap. 5, dicat, inter bruta omnino vel nullum, vel certe rarum modum esse quod odorem persequatur, neque gratia odoris sentire, neque dijudicare, quandoquidem, etsi quædam sentirent, eorum tamen naturæ adversari, et de insectorum genere dicitur, qui oleo infestantur, fugiunt enim vehementer ejus odorem, paucis hunc nodum expediam; haud constare hominibus, an odorem sentiant, ejusque gratia rem odoratam persequantur, an appetitus tantum feratur ad ipsum pabulum, ejusque causa sit. Et quamvis animantia olfactum ipsis hominibus obtineant exquisitiorem, non tamen certum est vel odorem sentire, vel ejus gratia duci.

Ibid., lin. 41. *Ὁ δὲ ἐλέφας ἔγκυμ.* Plautus in *Sticho:*

> *Audivi sæpe vulgo a multis dicier,*
> *Solere elephantum gravidam perpetuos decem*
> *Esse annos : ejus e semine hæc certo est fames.*

Ælianus, *De hist. anim.* l. IV, cap. 31 : Κύειν δὲ πυνθάνομαι δύο ἐτῶν τὸν ἐλέφαντα. Οἱ δὲ οὐ τοσοῦτον χρόνον, ἀλλὰ ὀκτωκαίδεκα μηνῶν ὁμολογοῦσιν. Aristoteles, ex aliorum sententia, *De histor.* A *animal.* lib. VI, cap. 27 : *Ferendi uteri tempus alii annum et sex menses, alii triennium statuunt;* et hujus differentiæ et incertitudinis causam addit, quod non pateat coitus. Et lib. V, cap. 14 : *Uterum biennio gerit : parit singulos : uniparum namque est*, et libr. IV *De generat. animal.*, cap. ultimo, idem affirmat, et causam dat, exsuperantiam magnitudinis. Plinius, libr. VIII, cap. 10, utrumque refert : *Decem annis gestare in utero vulgus existimat, Aristoteles biennio, nec amplius quam semel gignere, pluresve quam singulos.* Hoc tamen videlicet *singulos et semel parere*, non posse ex Aristotele Plinium profiteri Scaliger, exercit. 205, de subtilitate, ad Cardanum, asserit. Nec additum a librariis insinuat ex Solino, qui more suo ad verbum hoc B idem fidelis reposuerat, et ratione id esse falsum palam ostendit : *Nam si binis parentibus una succedit soboles, necesse est ad nihilum tandem. Non solum vero plus semel parit, verum et plures singulis, uti dicebamus.* Dicebat enim superius, *Neque singulos modo parere, quippe et ternos, et quaternos, tot enim comitari visæ sunt.* Hæc ultima Scaligeri verba in doctrina Peripatetica non satis tuta esse videntur. Elephantes scilicet uno et eodem partu plures gignere; etsi non me fugit Ælianum, lib. VIII, cap. 27, id quodammodo insinuasse, tamen ex aliorum sententia id scripsisse ipsis verbis clarissimum est. Τίκτεται ἐλέφας κατὰ τὴν κεφαλὴν ἐκπηδῶν. Τὸ δὲ μέγεθός ἐστι τοῦ τικτομένου C κατὰ δέλφακα τὴν μεγίστην. Μιᾷ δὲ μητρὶ πλείω ἐλεφαντίσκια ἕπεται, φασίν. Et ratione validissima Scaligeri id affirmare saltem in elephanto Indico, vel invitus cogeretur, dum, lib. VIII, cap. 17, ait, eos elephantos semel in vita coire. Ἅπαξ γοῦν ἐν τῷ βίῳ τῷ σφετέρῳ μνημονεύουσιν Ἀφροδίτης· ὅταν ἡ θήλεια ὑπομένῃ καὶ αὐτή. Εἶτα ἐμπλήσας ἕκαστος τὴν σύννομον, τὸ ἐντεῦθεν ἐπὶ τούτοις οὐκ εἶδεν αὐτήν. Vel igitur genus hoc elephantorum plures singulis partubus generant, vel cum binis parentibus una succedet soboles, tandem ad nihilum esset deveniendum. Sed ulterius ita Plinius, lib. X, cap. 53, *Singulos gignunt, elephanti, cameli, equi;* et inferius, *Elephanti, ut diximus, pariunt singulos, magnitudine vituli trimestris.* Nec hæc sen- D tentia videtur ab Aristotelica dissentire. Aristoteles namque, *De generat. animal.* lib. IV, cap. 4 : Πρῶτα μὲν οὖν διὰ τί τὰ μὲν ἔστι πολυτόκα, τὰ δὲ μονοτόκα, τοῦτ' ἂν τις δόξειεν εὐλόγως θαυμάζειν. Τὰ γὰρ μέγιστα μονοτόκα τῶν ζώων ἐστὶν, οἷον ἐλέφας, κάμηλος, ἵππος, καὶ τὰ μώνυχα. Et quia probabilius id videbatur, majora animalia, cum plus seminis efferre possent, plura etiam generare, cujus contrarium mirum est. Respondet huic argumento validissima ratione, maximeque idonea, magnitudinem scilicet eorum id facere ne multa pariant; cibus enim in iis absumitur in corporis incrementum; minoribus vero natura demendo de magnitudine, augere in excremento seminali exsuperantiam. Idque confirmat alia ratione, videlicet plus seminis

genitalis esse, quod majoris est animalis, minus autem quod minoris necesse est. At multa effici parva in eodem possunt, multa magna effici difficile est; mediocribus vero magnitudinis medium a natura datum est. Quid igitur in doctrina Aristotelis clarius? quid certius? Elephantes propter sui corporis molem, ingentemque magnitudinem, plura eodem nixu parere, nec possunt, nec debent; si vim juraque naturæ violare non velimus. Contra hæc tamen ex ipso Aristotele, nescio quid dubium illa afferre possent: ait namque: Sunt alia unipara, alia paucipara, alia multipara, et magna ex parte unipara sunt, quæ solipeda; paucipara, quæ bisulca; multipara, quæ multifida, sed elephas sententia ipsiusmet Aristotelis multifidum est; et lib. II *De hist. anim.*, cap. 1, scribit, *Elephantum digitos numero quinque indivisos, leviterque discretos habere*, et lib. II *De part. anim.*, cap. 16, *Elephantes non bisulcos, non solidos pedes habent, sed digitatos.* Necesse itaque est, eos non unum sed plures uno nixu parere. Nolo hic diutius immorari. Pete eorum solutionem ex ipsomet Aristotele loco d. *De gener. anim.* Magnitudo et moles corporis ad partum conducit, non pedum diversa genera, et nota verba illa, *Magna ex parte;* non enim sententia illa regulaque semper vera, etsi quandoque oppositum, vel Scaliger, vel alius nescio quis, vidit et observavit: habet tamen suum pondus et vim Aristotelica ratio, nec ideo falsam esse constituemus. Omnes enim semper dixerunt, mulierem uno partu, unum tantum parere; quis id negabit? vidimus nihilominus multoties, unam eodem partu plures filios genuisse, et alia animalia etsi solipeda sunt. Quid inde? quod in natura raro accidit, in uno, vel in quibusdam, non in omnibus et semper; affirmabimus. Gignuntur etiam quandoque monstra et ἀλλοειδῆ, non tamen id uti proprium ascribemus.

Ibid., lin. 43. *Ὅταν δ' ἐς βόθρον.* Plinius, lib. VIII, cap. 8, *Africa foveis capit, in quas deerrante aliquo protinus cæteri congerunt ramos, moles devolvunt, aggeres construunt, omnique vi conantur extrahere.* Alias capiendi domandique rationes vide apud eumdem ibidem, et Strabonem, lib. XV. Nec invenustum est, nec ab ingenio elephantorum alienum, quod narrat Ælianus de his, lib. VIII *De hist. anim.*, cap. 15, dum fossas transilire non queunt. Ὅταν ὑπερβῆναι τάφρον οἱ ἐλέφαντες μὴ δύνωνται, εἷς ὁ μέγιστος ἑαυτὸν ἐμβάλλει, καὶ πλάγιος ἵσταται, καὶ γεφυροῖ τὸ κενὸν, καὶ κατ' αὐτοῦ βαίνοντες εἰς τὸ ἀντιπέραν ἴασι, καὶ ἀποδιδράσκουσι πρότερον μέντοι ἐκεῖνον ἀνασώσαντες. Ὁ δὲ τῆς σωτηρίας τρόπος οὗτός ἐστιν. Ἄνωθέν τις τὸν πόδα προτείνει, καὶ ἐκείνῳ παρέχει τὴν προβοσκίδα περιπλέξαι. Οἱ δὲ ἄλλοι φρύγανα ἐμβάλλουσιν ἐξ ὕλης ἕκαστα, ὧν ἐπιβαίνων εἰλημμένος τοὺς πόδας, μάλα ἐγκρατῶς τε καὶ εὐλαβῶς ἀνασπᾶται ῥᾷστα.

Ibid., lin. 47. *Ὁ δὲ δράκων ὁ κατά.* Plinius, lib. VIII, capit. 11, *Elephantes fert Africa, ultra Syrticas solitudines, et in Mauritania: ferunt Æthiopes et Troglodytæ, ut dictum est: sed maximos India, bellantesque cum iis perpetua discordia dracones tantæ magnitudinis, ut et ipsos circumflexu facili ambiant, nexuque nodi præstringant. Commoritur ea dimicatio, victusque corruens complexum elidit pondere.* De draconum et elephantorum nece et pugna elegantissime Philo *Περὶ ἀφθαρσίας κόσμου.* Cujus verba hic non gravabor scribere: Τὸ παραπλήσιον μέντοι καὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἰνδικὴν δράκοντάς φασι πάσχειν. Ἀνέρποντας γὰρ ἐπὶ τὰ μέγιστα ζώων ἐλέφαντας, περὶ τὰ νῶτα καὶ νηδὺν ἅπασαν εἰλεῖσθαι· φλέβα δ' ἣν ἂν τύχῃ διελόντας ἐμπίνειν τοῦ αἵματος, ἀπλήστως ἐπισπωμένους βιαίῳ πνεύματι καὶ συντόνῳ ῥοίζῳ. Μέχρι μὲν οὖν τινος ἐξαναλουμένης ἐκείνους ἀντέχειν ὑπ' ἀμηχανίας ἀνασκιρτῶντας, καὶ τῇ προνομαίᾳ τὴν πλευρὰν τύπτοντας, ὡς καθιζομένους τῶν δρακόντων· εἶτα, ἀεὶ κενουμένου τοῦ ζωτικοῦ, πηδᾷν μὲν μηκέτι δύνασθαι, κραδαινομένους δ' ἑστάναι. Μικρὸν δ' ὕστερον καὶ τῶν σκελῶν ἐξασθενησάντων, κατασεισθέντας ἀποψύχειν. Πεσόντας δὲ τοὺς αἰτίους τοῦ θανάτου συναπολλύναι τρόπῳ τοιῷδε. Μηκέτ' ἔχοντες τροφὴν οἱ δράκοντες, ὃν περιέθεσαν δεσμὸν ἐπιχειροῦσιν ἐκλύειν, ἀπαλλαγὴν ἤδη ποθοῦντες. Ὑπὸ δὲ τοῦ βάρους τῶν ἐλεφάντων θλιβόμενοι πιέζονται, καὶ πολὺ μᾶλλον ἐπειδὰν τύχῃ στέριφος, καὶ λιθῶδες ἔδαφος. Ἰλυσπώμενοι γὰρ καὶ πάντα ποιοῦντες εἰς διάλυσιν ὑπὸ τῆς τοῦ πεσόντος βίας πεδηθέντες ἑαυτοὺς πολυτρόπως ἐν ἀμηχάνοις καὶ ἀπόροις γυμνάσαντες ἐξασθενοῦσι, καθάπερ οἱ καταλευσθέντες, οἷ τείχους αἰφνίδιον ὑπενεχθέντος προκαταληφθέντες, οὐδ' ὅσον ἀνακύψαι δυνάμενοι πνιγῇ τελευτῶσιν. Aliam hujus pugnæ rationem explicat Ælianus, lib. VI, cap. 21, quem vide. Attingam et hic nonnulla de elephanto more meo, breviter et succincte, in quibus gravissimi auctores non conveniunt. Plinius, lib. VIII, cap. 10, elephantos ait animalium maxime odisse murem, ita ut pabulum in præsepio positum fastidiat, si a mure tactum compererit. Ælianus *De histor. animal.*, lib. VII, capit. 31, et lib. XVI, cap. 36, suem non murem odisse, scribit. Et Plutarchus, Εἰκότως δὲ καὶ τῷ λέοντι πρὸς τὸν ἀλεκτρυόνα, καὶ τῷ ἐλέφαντι πρὸς τὸν ὗν μῖσος ἰσχυρὸν γεγενηκέναι, καὶ τὸν φόβον. Gregorius item Pisides, *De mundi opificio*,

Καὶ τῶν ἐλεφάντων ἐκφοβοῦσι τὸ κράτος
Τὰ μικρὰ γρυλλίζοντα τῶν χοίρων βρέφη.

Quidam Plinium deceptum fuisse affinitate vocum ὗς et μῦς asseverant. Cæterum Plinius, sub fine cap. 9, eosdem minimo suis stridori terreri dixit; Horus, lib. II, cap. 85 et 86, arietem et suem horrere; confirmat Ælianus, lib. I *De hist. anim*, cap. 38. Sicque Romanos Pyrrhi Epirotarum regis elephantos in fugam vertisse, et victoriam retulisse, Ὀρρωδεῖ ὁ ἐλέφας κεράστην κριὸν, καὶ χοίρου βοήν. Οὕτω τοίνυν, φασί, καὶ Ῥωμαῖοι τοὺς σὺν Πύῤῥῳ τῷ Ἠπειρώτῃ ἐτρέψαντο ἐλέφαντας· καὶ ἡ νίκη σὺν τοῖς Ῥωμαίοις λαμπρῶς ἐγένετο. Idem Plinius, lib. VIII, cap. 5, *Pudore nunquam nisi in abdito coeunt, mas*

quinquennis, femina decennis. Aristoteles, lib. VI *De histor. anim.*, cap. 27, nonnisi vicesimo ætatis anno coire tradit. *Elephantus, tam mas quam femina, incipit coire anno ætatis vicesimo.* Mirum sane quanam ratione quidam in d. locum Plinii ex Aristotele adnotarunt, eum tradere, *elephantos non nisi post vicesimum annum coire, aut gignere.* Plinius de eorum appellatione in Italia, cap. 6, *Elephantos Italia primum vidit Pyrrhi regis bello, et boves Lucas appellavit, in Lucanis visos anno urbis quadringentesimo septuagesimo secundo.* Hinc et *boves Lucani* vocantur ab Isidoro, lib. II, capit. 2; Varro, lib. VI, *De lingua Latina*, nec a Libya, nec a Lucania dictos putat, sed a *luce*, quod longe relucebant propter inauratos regios clypeos, quibus turres eorum ornatæ fuerunt. Arma eorum, ut ex Plinio, cap. 3, habemus, Juba rex *cornua* appellavit. Varro quoque, lib. VI *De lingua Latina*, illa esse cornua putat, et Pausanias, lib. V, et Ælianus libr. XIV *De histor. anim.*, capit. V, et lib. IV, cap. 31; et Oppianus, libr. II *Κυνηγ.*, reprehendit vulgarem opinionem de dente elephanti, et probat duobus argumentis, tum quod e capite oriatur, sive ex cranio, quod cornua proprium habent; tum quod se poliendum, secandum, fingendum, formandumque præbeat, quod nusquam dentes faciunt. Dentes tamen esse, et non cornua tuentur Herodotus; Aristoteles, lib. III *De partib. animal.*, cap. 2, et libr. II *Histor. animal.*, cap. 5; Dionysius Afer, *Περιηγήσει*, Plinius, libr. VIII, cap. 3; Claudianus, lib. III *De laudibus Stiliconis;* Horus, libr. II, cap. 88. Hanc sententiam multis rationibus confirmat Philostratus, libr. II *De Vita Apollonii.* Pausaniæ argumenta pro prima sententia quam sint infirma docet Joannes Bodinus. Juvenalis, Satyr. 11:

Dentibus ex illis quos mittit porta syenes,
Et Mauri celeres, et Mauro obscurior Indus,
Et quos deposuit Nabatheo bellua saltu,
Jam nimios, capitique graves.

Et tandem ut his controversiis enarrandis finem imponam, Cardanus negat ullum animal tandiu vivere, duce et magistro Aristotele, qui lib. *De longit. et brevitate vitæ* ait animalium elephantum esse et longissimæ vitæ: et varie causam longitudinis brevitatis vitæ prosequitur, et *De generat. animal.* lib. IV, cap. 10, hominem plus temporis quam quodvis animal vivere scribit, excepto elephanto. Julius Scaliger exercit. 204 contrarium vult. Ni majora me ab harum exercitationum studio distraherent, ostenderem tanto viro, quantum in Aristotelis doctrina varius: quantum ab ipso Aristoteles, et ejus argumentandi modo, perquirendæque veritatis ratione diversus aberret.

Col. 744, lin. 4. *Θερμὸς ὁ ἵππος.* Basilius, hom. 9: Ἰδιώμασι δὲ διαφόροις ἕκαστον τῶν ζώων κέκριται. Εὐσταθὴς μὲν γὰρ ὁ βοῦς, νωθὴς δὲ ὁ ὄνος, θερμὸς δὲ ὁ ἵππος πρὸς ἐπιθυμίαν τοῦ θήλεος, ἀτιθάσσευτος ὁ λύκος, δολερὸν ἡ ἀλώπηξ, δειλὸν ἡ ἔλαφος, ὁ μύρμηξ φιλόπονος, εὐχάριστον ὁ κύων, καὶ πρὸς φιλίαν μνημονικόν. Aristoteles, *De histor. anim.*, lib. VI, cap. 22, *Salacissimum omnium, tum feminarum tum marium, equus est, homine excepto*, et equas libidine maxime incendi auctor est Ælianus, lib. IV *De histor. animal.*, cap. 11; quare et mulieres libidinosas ab eis qui convicium facere student vocari solere *equas.* Μόνας ἀκούω τῶν ζώων τὰς ἵππους καὶ κυούσας ὑπομένειν τὴν τῶν ἀῤῥένων μίξιν. Εἶναι γὰρ λαγνιστάτας· διά ταῦτά τοι καὶ τῶν γυναικῶν τὰς ἀκολάστους, ὑπὸ τῶν σεμνοτέρως αὐτὰς εὐθυνόντων καλεῖσθαι ἵππους. Et Aristoteles equam natura libidinosam vocavit, lib. IV *De gener. anim.*, cap. 5. *Sola enim animalium*, ut idem inquit, *mulier et equa gravida coitum patiuntur;* et libr. VII *De histor. animal.*, cap. 4, *Mulier et equa, omnium maxime animalium, gravidæ coitum patiuntur: cætera, ubi gravida fuerint, fugiunt mares, ea scilicet quorum natura superfetare more leporis recusat.* Plinius, lib. X, cap. 43, et suem conjungit. *Mirum ut quadrupedum prægnantes Venerem arcent, præter equam et suem.* Rationem hujus habes apud Aristotelem, lib. IV *De generatione animal.*, cap. 5. Et quia solida natura est: et solida sunt Veneris appetentiora, cum careant purgatione, quæ perinde est feminis, ut coitus maribus; et equa menstrua minime emittit. Et quod illi aliquid spatii in utero superest, amplius quam ut ab uno occupetur, arctius quam ut alterum perfecte possit superfetari; et lib. VII *De histor. animal.*, cap. 22, equorum tunc armentum perfectum esse, cum parentes suam ineunt prolem, vel pulli matres. Quidquid tamen sit, insignis legitur narratio de castitate equorum; ubi enim pullus, dolosis vaframentis, oleisque fragrantibus et odoribus deceptus, cum matre, et ipsa inscia, incestum admisisset; re post tale flagitium cognita, et pullus et mater præcipites se egerunt. Eam habes apud Ælianum, *De hist. animal.* lib. IV, cap. 7; Oppianum Κυνηγ. lib. II; Aristotelem, lib. IX *De histor. animal.*, cap. 47; Plinium, lib. VIII, cap. 42; Varronem, lib. II *De re rustica*, cap. 7. Qui etsi non omnes in omnibus conveniunt, sed aliter alius commemoret, statum id est, firmumque, equosque illos suæ castimoniæ monumenta, morte propria posteris reliquisse. Similia quoque de camelis Aristoteles ibid. narrat, et repetit *Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων*, et Ælianus lib. III, cap. 47.

Ibid. *Νωθὸς ὁ ὄνος καί.* Basilius, hom. 8: Οἶδε τὴν συνήθη φωνὴν ὁ ὄνος, οἶδεν ὁδὸν ἣν πολλάκις ἐβάδισε, καί που καὶ ὁδηγὸς ἐνίοτε ἀποσφαλέντι γίνεται τῷ ἄνω. Τὸ δὲ ὀξυήκοον τοῦ ζώου, οὐδὲ ἄλλο τι ἔχειν λέγεται τῶν χερσαίων. Ælianus, lib. VII, cap. 19: Καὶ ταῦτα δὲ τὰ ἴδια τῶν ζώων εἰπεῖν οὐ χεῖρόν ἐστι. Νωθέστερόν πως δοκεῖ πρόβατον καὶ ὄνος.

Ibid., lin. 5. *Μνησίκακον κάμηλος.* Basilius, hom. 8: Τὸ δὲ τῶν καμήλων μνησίκακον, καὶ βαρύμηνι, καὶ διαρκὲς πρὸς ὀργήν τί ἂν μιμήσασθαι τῶν θαλαττίων δύναιτο; Πάλαι ποτὲ πληγεῖσα κάμηλος, μακρῷ χρόνῳ ταμιευσαμένη τὴν μῆνιν, ἐπειδὰν εὐκαιρίας λάβηται, τὸ κακὸν ἀντιδίδωσιν. Confirmatur-

que exemplo ab Aristotele et Æliano allato: morsu enim defixo, postquam coitum absolvit camelarium interemit. Non tacebo Aristotelis in uteri ferendi tempore camelis statuendo πλάνην; ipse enim, lib. v, cap. 14, *De histor. anim.*, ait ferre ventrem duodecim menses, Κύει δὲ δώδεκα μῆνας· τίκτει δὲ ἕν. Ἔστι γὰρ μονοτόκον. Et lib. vi, cap. 26, ait menses decem, Ἡ δὲ κάμηλος κύει μὲν δέκα μῆνας, τίκτει δὲ αἰεὶ ἓν μόνον. Μονοτόκον γάρ ἐστιν. Quis hoc in Aristotele non admiraretur, et erubesceret?

Ibid., lin. 6. *Ἀνήμερος λύκος*. Aristoteles, *De hist. anim.* lib. i, cap. 1. Addo etiam alias esse cicures, alias feras; et alias perpetuo cicures ut hominem, et mulum, alias perpetuo feras ut pantheram, et lupum.

Ibid., lin. 7. *Εὐχάριστος ὁ κύων*. Plinius, lib. viii, capit. 40: *Ex his quoque animalibus quæ nobiscum degunt, multa sunt cognitu digna: fidelissimumque ante omnia homini canis, atque equus. Pugnasse adversus latrones canem pro domino, accepimus, confectumque plagis a corpore non recessisse, volucres et feras abigentem. Ab alio in Epiro agnitum in conventu percussorem domini laniatu et latratu coactum fateri scelus.* In eodem capite plura de amore et benevolentia erga dominos. De his plurima et memorabilia Rodiginus, lib. xvii, cap. 18; Alexander ab Alexandro, lib. i, cap. 3; Ælianus, *De hist. anim.* lib. vii, cap. 29; lib. ii, cap. 40; lib. vii, cap. 38 et 40; lib. vi, cap. 25 et 62; lib. xii, cap. 35; lib. i, cap. 8; Aristoteles, Belisarius Aquivivus de venatione, et alii, quidquid dicat Julius Scaliger. De præstantia canum Britannicorum vide Gulielmum Camdenum in *Britannia*, pag. 193.

Ibid., lin. 12. *Τὴν δὲ ὕαιναν*. Hanc hyænæ naturam *monstrificam* nuncupavit Plinius, lib. xxviii, cap. 8, propter ea, quæ ipsa admiranda aggreditur, vel audit. Sermonem humanum inter pastorum stabula assimulat. Nomina addicit eorum, quos evocatos laceret. Vomitionem hominis imitatur, ad sollicitandos canes quos invadit. Sepulcra corporum inquisitionis ergo eruit. Huic utramque esse naturam, et quotannis mutari in marem et feminam prodidit Oppianus, lib. iii *Κυνηγ.*:

Θαῦμα δὲ καὶ τόδ' ἄκουσα περὶ στικτῇσιν ὑαίνης·
Ἄρσενα καὶ θήλειαν ἀμείβεσθαι λυκάβαντι·
Καί ῥ' ὁτὲ μὲν τελέθειν δυσδερκέα νυμφευτῆρα
Νωλεμὲς ἱμείροντα γάμων, ποτὲ δ' αὖθις ὁρᾶσθαι
Θηλυτέρην νύμφην, λοχίην, καὶ μητέρα κεδνήν.

Phile in *Iambis*. Ælianus, lib. i, cap. 25: Τὴν ὕαιναν τῆτες μὲν ἄῤῥενα εἰ θεάσοιο, τὴν αὐτὴν ἐς νέωτα ὄψει θήλειαν (ita enim corrigo), καὶ μετὰ ταῦτα ἄῤῥενα. Κοινωνοῦσί τε Ἀφροδίτης ἑκατέρας, καὶ γαμοῦσί τε καὶ γαμοῦνται ἀνὰ ἔτος πᾶν ἀμείβουσαι τὸ γένος. Horus, lib. ii, cap. 69: Αὕτη γὰρ ὁτὲ μὲν ἄῤῥην γίνεται, ὁτὲ δὲ θήλεια. Ovidius *Metamorph.* xv:

....quæ modo femina tergo
Passa marem est, nunc esse marem miremur hyænam.

Clemens Alexandrinus ii *Pædag.* c. 10, Τὴν δὲ ὕαιναν ἐναλλὰξ ἀμείβειν τὸ ἄῤῥεν ἐς τὸ θῆλυ παρ' ἔτος ἕκαστον. Sic scribit Artemidorus *Oneirocrit.* lib. ii, cap. 12, et Plinius hujus opinionis meminit lib. viii, cap. 30. Hyænis utramque esse naturam, et alternis annis mares, alternis feminas fieri, parere sine mare vulgus credit. Similia habet et Petrus Damianus, lib. ii, epistol. 18; et Tertullianus, *Hyænam si observes, sexus annalis est, marem et feminam alternat.* Aristoteles negat: pro quo vide Bauchinum *De hermaphrod.* lib. ii, cap. 3.

Ibid., lin. 14. *Ἔχει δὲ οὐχ οὕτως*. Pro auctore nostro facit Aristoteles, qui stulte eos magnoque errore scribere, lib. iii *De gener. anim.*, ait, qui hyænam iniri et inire annis alternis affirmabant, et visam esse hyænam marem, et feminam sui discrimine genitalis; et lib. vi *De histor. animal.*, cap. 32, scribit: *Quod autem de ea fertur genitale simul et maris et feminæ eamdem habere, commentitium est.*

Ibid., lin. 15. *Πρὸ τοῦ πόρου ὑπὸ τήν*. Aristoteles loco dicto, Ἀλλ' ἔχει τὸ μὲν τοῦ ἄῤῥενος ὅμοιον τῷ τῶν λύκων καὶ τῶν κυνῶν· τὸ δὲ δοκοῦν θηλείας εἶναι ὑποκάτω μὲν ἐστι τῆς κέρκου, παραπλήσιον δ' ἐστὶ τῷ σχήματι τοῦ θήλεος. Οὐκ ἔχει μέντοι οὐδένα πόρον. Ὑποκάτω δ' ἐστὶν αὐτοῦ ὁ τῆς περιττώσεως τόπος. Ἡ δὲ θήλεια ὕαινα ἔχει μέντοι ὅμοιον τῷ τῆς θηλείας λεγομένῳ αἰδοίῳ, ἔχει δ' ὥσπερ ὁ ἄῤῥην αὐτὸ ὑποκάτω τῆς κέρκου· πόρον δὲ οὐδένα ἔχει. Μετὰ δὲ τοῦτο ὁ τῆς περιττώσεώς ἐστι πόρος, ὑποκάτω δὲ τούτου ἀληθινὸν αἰδοῖον. Et *De generat. animal.*, *Verum hyænæ tam mares quam feminæ habent sub cauda lineam quamdam similem genitali femineo, quæ quidem nota quamvis communis sit, tamen in maribus potius cernitur, quia mares, quam feminæ magis capiuntur.*

Ibid., lin. 23. *Ὅθεν σπανιώτατον*. Aristoteles locis citatis, *Mares quam feminæ magis capiuntur*, et, *Sed raro hyæna femina capitur, jam inter undecim numero unam tantum cepisse venator retulit quidam.* Et Plinius, lib. viii, cap. 30, feminam raro capi auctor est.

Ibid., lin. 26. *Ὁ δὲ λαγωὸς πρός*. Leporis libidinem, et petulcam salacitatem, itemque fecunditatem cecinit Oppianus *Κυνηγ.* iii:

Νωλεμὲς ἱμείρουσι γάμων δ' ἔτι ἐγγὺς ἐοῦσαι
Οὔποτ' ἀναίνονται πόσιος πολύθουρον ἐρωήν,
Οὐδ' ὅτε γαστρὶ φέρουσι πολύσπορον ὠκὺν ὀϊστόν.
Ἔξοχα γὰρ τόδε φῦλον, ὅσ' ἄπλετος ἔτρεφεν αἶα,
Πολύγονον τελέθει. Τὸ μὲν ἄρ' ποθι νηδύος ἐκτὸς
Ἔμβρυον ἐκθρώσκει τετελεσμένον· ἄλλο δ' ἔσωθεν
Νόσφι τριχὸς φορέει, τὸ δ' ἄρ' ἡμιτέλεστον ἀέξει·
Ἄλλο δ' ἄναρθρον ἔχει θορόεν βρέφος ὠπήσασθαι.
Ἑξείης τίκτει δὲ, καὶ οὔποτε θῆλυς ἀναιδὴς
Λήθετο μαχλοσύνης, τελέει δ' ὅσα θυμὸς ἀνώγει
Οὐδ' αὐταῖς ὠδῖσιν ἀναινομένη Κυθέρειαν.

Ælianus lib. ii, *De hist. anim.*, cap. 12, Φέρει δὲ καὶ ἐν τῇ νηδύϊ τὰ μὲν ἡμιτελῆ τὰ δὲ ὠδίνει, τὰ δὲ ἤδη οἱ τέτεκται. Phile in *Iambis*; Plinius, lib. x, cap. 43, *Dasypodes omni mense pariunt, et superfetant sicut lepores.* Aristoteles *De hist. anim.* lib. vi,

cap. 33, *Singulis mensibus generant, sed fetus edunt non universos; interpositis enim diebus, quot res tulerit peragunt partionem.* Eorum fecunditatem retulerunt, Plinius, lib. VIII, cap. 29 et 55; Strabo, lib. III; Basilius, hom. 8 *Hexaem.*; Symeon Logotheta ex eodem Basilio, orat. V; Ambrosius lib. *De Tobia*, cap. 13, et causam præter Aristotelem *Problem.* sect. 107 et IV *De generat. animal.* cap. 5, reddit Herodotus in *Thalia* : Καί κως τοῦ θείου ἡ προνοίη ὥσπερ καὶ εἰκός ἐστιν ἐοῦσα σοφή· ὅσα μὲν γὰρ ψυχήν τε δειλὰ, καὶ ἐδώδιμα, ταῦτα μὲν πάντα πολύγονα πεποίηκεν, ἵνα μὴ ἐπιλείπηται κατεσθιόμενα, ὅσα δὲ σχέτλια καὶ ἀνιηρὰ ὀλιγόγονα, τοῦτο μὲν ὅτι λαγωὸς, ὑπὸ παντὸς θηρεύεται θηρίου, καὶ ὄρνιθος, καὶ ἀνθρώπου. Οὕτω δή τοι τὸ πολύγονόν ἐστιν· ἐπικυΐσκεται μοῦνον πάντων τῶν θηρίων· καὶ τὸ μὲν δασὺ τῶν τέκνων ἐν τῇ γαστρὶ, τὸ δὲ ψιλὸν, τὸ δὲ ἄρτι ἐν τῇσι μήτρῃσι πλάσσεται, τὸ δὲ ἀναιρέεται. Hic etiam illud animadvertendum in hoc genere animalium, non tantum feminas uterum ferre et gignere observatum esse, sed, quod est mirabile dictu, etiam mares ex sese parere et nutrire. Ælianus scribit probatque hominis auctoritate fide digni, lib. XIII *De hist. anim.*, cap. 12, Θηρατοῦ δὲ ἀνδρὸς καὶ τὰ ἕτερα ἀγαθοῦ, οἵου μὴ ἂν ψεύσασθαι, λόγον ἤκουσα, καὶ αὐτῷ πεπίστευκα, lege experimentum, et narrationem non injucundam, quibus subdit : Μὴ πιστεύειν οὖν τῷ λόγῳ πεῖσαι ἐμαυτὸν οὐ δύναμαι, τὸ δὲ αἴτιον ἡ τοῦ ἀνδρὸς γλῶττα, οὔτε ψεῦδος οὔτε κόμπον ἠπίστατο. Ideoque nec mirum videri debet si quidam existimarint lepores esse utriusque sexus participes. Cum enim eumdem viderent et muliebria pati et item agere, et quod potius gignere, sobolemque educare, non sine ratione id ut crederent, ducti sunt. Quod Plinius Archelaum affirmasse scribit, et Democritus in *Geoponicis* tradidit.

Ibid., lin. 27. *Καὶ τεκοῦσα πάλιν.* Plinius, lib. X, cap. 43 : *A partu statim implentur; concipiunt, quamvis ubera siccante fetu.* Et lib. VIII, cap. 35: *Lepus omnium prædæ nascens, solus præter dasypodem superfetat, aliud educans, aliud in utero pilis vestitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter.* Solum superfetare, ut verum sit, viderit ipse Plinius. Equas et mulieres quoque superfetare pro indubitato habetur. Sed ad rem Aristoteles item, libr. VI *De histor. animal.*, capit. 33 : *Habet femina lac prius quam pariat, et a partu continuo repetit coitum : et lactans adhuc concipit fetum.* Hæc item omnia in *Quæstionibus physicis*, quæst. 11, complexus est Theophylactus Simocatus.

Ibid., lin. 30. *Τὸν δὲ γρῦπά φασιν.* Ælianus e Ctesia eorum formam describit; esse enim gryphes quadrupedes, robustissimis unguibus; anteriori corporis parte rubros, alis candidis, dorso pennis nigris indutos, cervice cæruleis, et floridis, ore aquilino, et capite, oculis igneis, lib. IV *De histor. animal.*, cap. 27 : Τὸν γρύπα ἀκούω τὸ ζῷον τὸ Ἰνδικὸν τετράπουν εἶναι κατὰ τοὺς λέοντας, καὶ ἔχειν ὄνυχας καρτεροὺς ὡς ὅτι μάλιστα, καὶ τούτους μέν-

A τοι τῶν λεόντων παραπλησίους. Κατάπτερον δὲ τὰ νῶτα, καὶ τούτων τῶν πτερῶν τὴν χρόαν μέλαιναν εἶναι ᾄδουσι. Τὰ δὲ πρόσθια ἐρυθρά φασι, τάς γε μὴν πτέρυγας αὐτὰς οὐκέτι τοιαύτας, ἀλλὰ λευκὰς, τὴν δέρην δὲ αὐτῶν κυανοῖς διηνθίσθαι τοῖς πτεροῖς Κτησίας ἱστορεῖ. Στόμα δὲ ἔχειν ἀετῶδες, καὶ τὴν κεφαλὴν ὁποίαν οἱ χειρουργοῦντες γράφουσί τε καὶ πλάττουσι. Φλογώδεις δέ φασι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ. Plinius, lib. VII, cap. 2 : *Arimaspis assidue bellum esse circa metalla cum gryphis, ferarum volucri genere quale vulgo traditur, eruente ex cuniculis aurum, mira cupiditate, et feris custodientibus, et arimaspis rapientibus, multi, sed maxime illustres Herodotus et Aristeas Proconnesius, scribunt.* Eorum etiam meminere Solinus, Pausanius in *Arcadicis*, Philo-

B stratus in *Vita Apollonii.* Hæc tamen esse fabulosa existimavit Plinius libr. x, cap. 49, *Pegasos equino capite volucres, et gryphas aurita aduncitate rostri, fabulosos reor illos in Scythia, hos in Æthiopia.*

Ibid., lin. 31. *Ἁρπάζει δὲ λέοντα.* Georgius Pisides, *De mundi opificio*, eum et bovem rapidissime arreptum alte elevare affirmat.

Πόθεν δὲ γρὺψ εὐσθενὲς λαβὼν κράτος,
Καὶ βοῦν ἀνασπῶν ἐξ ἑτοίμων ἁρπαγῶν
Καὶ πτηνὸς ἦρται, καὶ βαδίζει τετράπους;

Ælianus tamen cum aliis animantibus gryphas concertare et vincere scribit, sed pugnam leonum et elephantorum abhorrere, neque cum eis in certamen descendere ibidem. Καὶ διαγωνίζεσθαι μὲν

C πρὸς τὰ ἄλλα ζῷα, καὶ κρατεῖν ῥᾷστα. Λέοντι δὲ μὴ ἀνθίστασθαι, μηδὲ ἐλέφαντι.

Ibid., lin. 32. *Ἀετὸς παρ' ἡμῖν.* Aristoteles, lib. IX *De hist. anim.* c. 32 : *Venatur aquila lepores, hinnulos, vulpes, et reliqua quæ vincere valeat.* Ælianus lib. IX *De hist. anim.*, cap. 10 : Ἀετὸς ζῷον πλεονεκτικὸν, καὶ δι' ἁρπαγῶν ποιοῦνται τροφὰς, καὶ σαρκῶν ἐσθίουσι· καὶ γὰρ λαγὼ ἁρπάζουσι, καὶ νεβρὸν, καὶ χῆνα ἐξ αὐλῆς, καὶ ἄλλα. Ideoque eum aquilarum vocem maxime timere, sicut et aliarum avium, a quibus male exceptus interimitur. Idem ait lib. XIII, cap. 11 ; Plinius, lib. X, cap. 4, aquilarum *primo et secundo generi, non minorum tantum quadrupedum rapina, sed etiam cum cervis prælia. Multum pulverem volutatu collectum, insidens cornibus excutit in*

D *oculos, pennis ora verberans, donec præcipitet in rupes.* Nec non et tauros venari auctor est Phile in *Iambis*,

Θηρᾷ δὲ καὶ τὸν χῆνα, καὶ τὴν δορκάδα
Καὶ τὸν λαγωὸν, καὶ τὸ τῶν ταύρων γένος.

Et Ælianus, *De histor. animal.* lib. II, cap. 39, aquilarum genus, quod quidam χρυσαίετον, alii ἀστερίαν, in Creta vi quadam et industria singulari tauros ipsos invadere, et prædam sibi cibumque parare : ex insidiis enim cervici insidens rostro quam acerrime pungit. Taurus ictibus pulsus, furibundus in fugam vertitur, ubi locum proclivem præcipitemque accesserit, explicatis in orbem alis illius oculos tegit, qui præcipitii ignarus subsilit, et præceps dilaniatus emoritur; et lib. IX, capit. 10, ait,

aquilam quam Jovis appellarunt, carnes non attingere, sed herbam ei ad victum satis esse.

Ibid., lin. 33. *Ἔστι δὲ ζῶον χαραδριός*. Hæc Eustathii ante oculos videtur habuisse omnia Petrus Damianus, dum lib. II, epist. 18, de charadrio loqueretur. Hujus proprietatis causam reddit Theophylactus Simocatus in *Quæst. nat.*, quæst. 15, pag. 18. Ita vocatus ἀπὸ τοῦ τὰς χαράδρας διατρίβειν, ex Scholiaste Aristophanis, et Aristoteles, lib. IX, cap. 11, Τὰς δὲ οἰκήσεις ὁ μὲν περὶ τὰς χαράδρας, οἱ δὲ χηραμοὺς ποιοῦνται, καὶ πέτρας, οἷον ὁ καλούμενος χαραδριός. Hunc bitumine necari narrat Ælianus, lib. VI, *De histor. animal.*, capit. 46.

Ibid., p. 34. *Λευκότατος δι' ὅλου*. Epiphanius in *Physiologo*, cap. 23, Ὁ φυσιολόγος ἔλεξε περὶ τούτου, ὅτι ὅλον λευκόν ἐστι, μηδὲ ὅλως μελανίαν ἔχον. Aristoteles, libr. IX *De histor. animal.* cap. 11, avem hanc pravam et colore, et voce ait, noctu apparere, diu aufugere. Albertus cum Eustathio sentit, et albam esse totam testatur.

Ibid, lin. 39: *Ὅταν γάρ φασιν*. Epiphanius dicto loco: Καὶ ἐάν τις νοσῇ, ἡ νόσος τοῦ ἀνθρώπου, εἰ ἔστιν εἰς θάνατον, ἀποστρέφει ἀπὸ τοῦ νοσοῦντος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὁ χαραδριὸς, ἐὰν δὲ ἡ νόσος πρὸς ζωήν ἐστιν, ἀτενίζει τὸν νοσοῦντα ὁ χαραδριὸς, καὶ ὁ νοσῶν τὸν αὐτόν. Non dissimilia refert Albertus, auctor anonymus *Psalm. comment.* psalm. LXXXIV, versu, *Deus tu conversus vivificabis nos*, et alii recentiores. Magis commune tamen est charadrii prospectum regio morbo laborantibus prodesse. Ælianus lib. XVII, cap. 13: Χαραδριοῦ δὲ ἦν ἄρα δῶρον τοῦτο, ὃν οὐ μὰ Δία ἀτιμάζειν ἄξιον. Ἢν γοῦν, ὑπαναπλησθεὶς τὸ σῶμα ἰκτέρου τις, εἶτά οἱ δριμὺ ἐνορώῃ, ὁ δὲ ἀντιβλέπῃ, καὶ μάλα τε ἀτρέπτωρ, ὥσπερ οὖν ἀντιθυμούμενος, ἡ τοιαύτη ἀνάβλεψις ἰᾶται τοῦ προειρημένου πάθους τὸν ἄνθρωπον.

Ibid., lin. 45. *Ὁ δὲ μονόκερως ζῶον*. Petrus Damianus, lib. II, ep. 18: *Quis hanc ingenuitatem unicorni contulit, ut dedignetur viribus vinci, humilitatis arte patiatur se facile superari? nunquam scilicet a venatoribus capitur, nisi prius in virginis gremio reclinetur*. Cardanus monocerota cum rhinocerote confudisse reprehenditur a Julio Scaligero, exerc. 205. Alii orygem atque monocerotem eumdem esse arbitrati sunt. Hujus confusionis illa fuit origo, quod pleraque animalia unico tantum cornu decorarentur, atque armarentur. Quare nonnulli septem animalium genera unico cornu adnotarunt in Plinio. Scaliger loco d. ex corporis forma diversissimum esse rhinocerota a monocerote demonstrat. Plinius ita, graphice, lib. VIII, cap. 21: *Asperrimam autem feram monocerotem reliquo corpore equo similem, capite cervo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu gravi, uno cornu nigro media fronte cubitorum decem eminente. Hanc feram vivam negant capi.* Item Solinus, cap. 35; Vartomannus ex Scaligero: *Unicornibus equi magnitudo, crura, pedes, caput cervi, pili color balius, equi juba rarior, brevior coxæ villosæ*, etc. Quem maxime differre ab hoc quem auctor noster scribit nemo non videt, cum illum parvum, hædi magnitudine, eximia pernicitate et vehementia, cornu in summitate capitis unico, dicat esse.

Ibid., lin. 46. *Δριμύτατον σφόδρα*. Phile in *Iambis*, ad pugnam promptitudinem, ex vulneribus aliis animantibus pericula, cornu quale sit, ipsum animal, quomodo mansuescat multis prosequitur. Negat tamen Vartomannus ferocem esse.

Ibid., lin. 51. *Ἔστι δὲ ζῶον καλούμενον*. Petrus Damianus libr. II, epist. XVIII ad Desiderium abbatem, *Castor itaque cum se videt a venatore propter genitalia persequi, hæc mordicus abscindit, et ante venatoris faciem projicit. Sic illico venator accedit, dum id propter quod eum persequebatur extorsit. Si vero contigerit, ut alter eum cursus venator inveniat, eumque acrius et instantius persequens, evadendi aditum jamjam desperare compellat, in arcto situs in os se venatoris erigit sibique deesse virilia, propter quæ perurgetur, ostendit. Sic ab insectantis venabulo liberatur dum ostendit sibi deesse quod quæritur.* Plinius, lib. VIII, cap. 30, *Animal horrendi morsus, arbores juxta flumina ut ferro cædit. Hominis parte comprehensa non antequam fracta concrepuerint ossa, morsus resolvit.* Hujus in prosternendis arboribus solertiam et scopum ab oculato teste sibi relatum tradit Conradus Ritthersbusius, Comment. in lib. I Ἁλιευτ. Oppiani. *Miram prædicant esse hujus bestiolæ solertiam, qua in prosternendis arboribus utatur. Quoties dentibus suis ictum inflixit arbori, toties ob eadem procurrit, visum an nutet, an ruinam minetur, ne forte ab ea opprimatur; ubi nihil periculi esse videt, arbore adhuc firma plagam repetit, dum ea tandem prolabatur. Cur autem arbores cædit ac proruit? nimirum ideo, ut in aquas prolapsæ, foliis et ramis limo obductis pisces alliciant, quos capiat ac devoret fiber. Hæc amicus quidam paternus, qui ejus rei* αὐτόπτης *fuit, aliquando mihi retulit.* Mansuetum esse castora contra Cardanum negat Scaliger, exerc. 211, num. 6.

Ibid., lin. 52. *Χρησιμεύει δὲ τὰ αἰδοῖα*. Eorum in medicinis usum habes apud Plinium, lib. XXXII, capit. 3, et alios medicos.

Ibid., lin. 53. *Διωκόμενον οὖν*. Si quando in periculo sunt, insequentibus canibus et venatoribus, præmorsa sibi sua genitalia abjicere, atque ita evadere, a pluribus scriptoribus memoriæ proditum est, seque ea parte corporis redimere propter quam maxime expetuntur. Horus lib. II, cap. 65: Ἐκεῖνος γὰρ καταδιωκόμενος εἰς τὴν ἄγραν τοὺς ἰδίους διδύμους ἀποσπῶν ῥίπτει. Plinius lib. VIII, cap. 30: *Easdem partes sibi ipsi Pontici amputant fibri periculo urgente, ob hoc se peti gnari.* Juvenalis, Sat. 12,

... Imitatus castora, qui se
Eunuchum ipse facit cupiens evadere damno,
Testiculorum adeo meditatum intelligit inguem.

Ammianus Marcellinus lib. XVII; Ælianus *De hist.*

anim. lib. VI, cap. 54; Solinus, capit. 23, qui idem A capit. 28 de elephantis scribit; Alciatus, emblem. 152:

Et pedibus segnis, tumida et propendulus alvo
Hæc tamen insidias effugit arte fiber.
Mordicus ipse sibi medicata virilia vellit,
Atque abjicit, sese gnarus ob illa peti.
Hujus ab exemplo disces non parcere rebus,
Et vitam ut redimas, hostibus æra dare.

Et plures alii. Hinc et fabula Æsopica, et Apuleius, lib. I *Asini*, Thessalam veneficam scribit amatorem suum, quoniam alterius mulieris consuetudine usus fuisset, in castorem mutasse, ut amputaret sibi genitalia, si quando venatores insequerentur. Longe tamen alia est sententia Sextii medici apud Plinium, lib. XXIII, cap. 3: *Spectabilis naturæ potentia in his quoque, quibus et in terris, et in aqua victus est, sicut et fibris, quos castoras vocant, et castorea testes eorum. Amputari hos ab ipsis, cum capiantur, negat Sextius diligentissimus medicinæ. Quinimo parvos esse, substrictosque, et adhærentes spinæ, neque adimi sine vita animalis posse.* Negavit idem Dioscorides, lib. II, cap. 29, et Franciscus Vallesius, *De sacra philosoph.* cap. 3.

Ibid., lin. 55. *Ἐπιδιωκόντων δὲ ἄλλων.* Ælianus *De hist. anim.* libr. VI, cap. 34: Ἐὰν δὲ ᾖ πρότερον ἐκτεμὼν καὶ σωθεὶς, εἶτα πάλιν διώκηται· ὁ δὲ ἀναστήσας ἑαυτὸν, καὶ ἐπιδείξας, ὅτι τῆς αὐτῶν σπουδῆς οὐκ ἔχει τὴν ὑπόθεσιν τοῦ περαιτέρω καμάτου, παρέλυσε τοὺς θηρατάς· ἧττον γὰρ ἔτι τῶν κρεῶν ἐκείνοις φροντίς ἐστι. Πολλάκις δὲ καὶ ἔνορχοι ὄντες, ὡς πορρωτάτω ἑαυτοὺς ἀποσπάσαντες τῷ δρόμῳ, εἶτα ὑποστείλαντες τὸ σπουδαζόμενον μέρος, πάνυ σοφῶς καὶ πανούργως ἐξηπάτησαν, ὡς οὐκ ἔχοντες ἃ κρύψαντες ἔχουσιν. Hic obiter animadvertendum a Scaligero Cardanum reprehendi quod fibri testes cum moscho temere confuderit, deceptum ex mala interpretatione Vartomanni exerc. 211, num. 6, et exerc. 210, num. 3. Errorem notat Varronis, qui fibrum, lutram vel enhydrim unum fecerit quæ et Olaus Magnus recte distinguit, lib. XVIII, et alii.

Col. 745, lin. 1. *Ὁ δὲ μυρμηκολέων.* Myrmecoleonis naturæ fundamentum absque dubio est quod legitur apud Job, cap. IV, vers. 11, *Myrmecoleo periit eo quod non haberet prædam.* Hujus loci optimam explicationem habes apud Photium ex *Eulogii Alexandrini* libr. IV, contra Novatianos. De his Agatharchides: Τῶν δὲ καλουμένων μυρμηκολεόντων οἱ μὲν πλεῖστοι κατὰ τὴν ἰδέαν τῶν λοιπῶν οὐδὲν παραλλάττουσι, τὴν δὲ τῶν αἰδοίων φύσιν ἀπεστραμμένην ἔχουσιν ἐναντίαν τοῖς ἄλλοις. Alii dicunt, esse exiguum animalculum formicis adversum, quod se sub pulvere abscondit, et formicas frumenta gestantes interficit, interfectas consumit. Sicque vocatum: nam quemadmodum leo imbecilliorum animalium, ita hoc animalculum formicarum prædam agit: cum tamen volucribus nihil aliud sit quam formica.

Ibid., lin. 8. *Ὁ δὲ ὄναγρος ἀγελάρχης.* Plinius, lib. VIII, cap. 30: *Africa asinorum silvestrium multitudinem fundit. Mares in eo genere singuli feminarum gregibus imperitant.* Oppianus *Κυνηγ.* III; Ammianus Marcellinus, lib. XXIV: *Asinorum agrestium multitudo in tractibus Parthicis est innumera. Ideo simul incedens, ut constipatione densa feroces leonum frustretur assultus.*

Ibid. *Καὶ τῶν γενομένων.* Plinius, ibidem: *Timent libidinis æmulos, et ideo gravidas custodiunt, morsuque natos mares castrant, contra gravidæ latebras petunt, et parere furto cupiunt, gaudentque copia libidinis.* Oppianus ibid. disertissime, quem omnino consule; Isidorus, l. XII, cap. 1; Olaus Magnus confundit male onagros cum alcibus. Est et memoriæ non indignum quod Phile in *Iambis*, et Ammianus B Marcellinus l. XXIII, de illis scribit: *Asini,* inquit, *feri cum venatibus agitantur ita eminus lapides post terga calcitrando emittunt, ut perforent pectora sequentium, aut perforatis ossibus capita ipsa displodant.* Neque illud silebo. Oppianus, loco d. onagrorum carnes esse bonum pabulum feris scribit:

Ἀλλ' αὐτὸς κρατεροῖς ἀγαθὴ βόσις ἔπλετο θηρσί.

Et consentit Xenophon, l. I *Ἀναβ. Κύρ.*, et Plinius. Ælianus lib. V *De hist. anim.*, eorum carnem amaram esse scribit, et Phile in *Iambis*, οὗ τὸ κρέας τ' ἄβρωτον ἐξ ἀηδίας.

Ibid., lin. 10. *Ὁ δὲ ἐχῖνος ὡς σφαῖρα.* Horum duo genera facit Oppianus *Κυνηγ.* lib. III:

C *Οὐκ ἐρέω κρυερὸν γένος ὀκρυόεντος ἐχίνου*
Μείζονος, (ἀμφίδυμοι γὰρ ἐχίνοις ὀξυκόμοισιν
Ἀργαλέαι μορφαί·) κρυερόν τε περίδρομον ἕρκος.
Οἱ μὲν γὰρ βαιοί τε καὶ οὐτιδανοὶ τελέθουσιν,
Τυτθῇσιν φρίσσοντες ἐπὶ προβολῇσιν ἀκάνθαις·
Οἱ δ' ἄρα καὶ μεγέθει πολὺ μείζονες, ἠδ' ἑκάτερθεν
Ὀξέα πεφρίκασιν ἀρειοτέρῃσιν ἀκωκαῖς.

Ibid., lin. 12. *Πορεύεται γοῦν ἐπὶ τόν.* Eadem habet Petrus Damianus, l. II, ep. 18. Versus antiqui illi non inelegantes,

Κώμαυλος, τὸν ἐχῖνον ἰδὼν ἐπὶ νῶτα φέροντα
Ῥᾶγας, ἀπέκτεινεν τῷ δ' ἐπὶ θειλοπέδῳ.

Et ille,

Ῥαγολόγων γλυκερῶν σίντορα θειλοπέδῳ.

Nec absimile illud Philes in *Iambis*, D

Ἐχῖνος ἐκ γῆς οἶδ' ἀκάνθαισι βρύων
Καὶ τῇσι πρασιαῖς ἐκκυλινδεῖται κρύφα,
Καὶ τὰς ἐκεῖθεν ἐμπαρείσας ἰσχάδας
Εἰς τοὺς ἑαυτοῦ φωλεοὺς θησαυρίσας,
Οὐκ ἔχε λιμοῦ συμφορὰν ὀλέθριον.

Ibid., lin. 16. *Δολερὸν ἡ ἀλώπηξ.* Multa sane sunt, quæ vulpem fallacem et improbam esse convincunt, quibus et semetipsam ab hostium insidiis tuetur, et illis necem, sibi cibum et medicinam parat; quare ab Aristotele *De histor. anim.* lib. I, cap. 1, inter malitiosa, astuta et callida annumeratur. Oppianus *Κυνηγ.* III narrat, ne a venatoribus insidiantibus in laqueos conjiciatur septem foraminibus nidos cavernasque suas circummuniri, ut fuga sit tutior faciliorque.

Ναὶ μὴν αἰολόβουλος, ἐπ' ἀγραύλοισι μάλιστα A
Θηρσὶ πέλει κερδὼ μάλ' ἀρήϊος ἐν πραπίδεσσι,
Καὶ πινυτὴ ναίει πυμάτοις ἐνὶ φωλειοῖσιν,
Ἑπταπύλους εἴξασα δόμους τρητάς τε καλιὰς
Τηλόθ' ἀπ' ἀλλήλων, μή μιν θηρήτορες ἄνδρες
Ἀμφὶ θύρῃ λοχόωντες ὑπὸ βροχίδεσσιν ἄγωνται.

Ad quod respexit et Lactantius Firmianus, *De ira Dei*, cap. 7 : *Sunt animalia*, inquit, *quæ latibulis suis diversos et plures exitus pandunt, ut, si quod periculum inciderit, fuga pateat obsessis; quod non facerent nisi inesset illis intelligentia et cogitatio.* Plura alia apud auctores videre poteris ; nos enim in præsenti non animalium historiam scribimus, sed tantum nostrum auctorem in rebus naturalibus non nova, neque peregrina, sed genuina, et ab aliis tradita enuntiare ostendimus. Nec opus est hic plura congerere ad ejus astutiam et calliditatem B demonstrandam.

Ibid., lin. 17. *Εὑροῦσα γὰρ τελμιστήν*. Plura de ejus in venatu et piscatu artibus Ælianus, lib. vi, cap. 24, et lib. i, cap. 36; lib. iv, cap. 38; lib. vi, cap. 63 ; lib. xiii. Ejus contra aves insidias quemadmodum et hic noster auctor optime explicavit Oppianus *Ἁλιευτ.* ii, et Epiphan. in *Physiologo* : Ἡ ἀλώπηξ ἐστὶ πολύτροπον ζῶον. Πεινάσασα δὲ καὶ ἀποροῦσα τροφῆς ἀπέρχεται ἐπὶ τοὺς ἡλιακοὺς τόπους· καταῤῥίπτουσα αὐτὴν ἐς γῆν, καὶ ἀνεχομένη τὴν πνοήν, καὶ ὑποκρίνουσα τεθνηκυῖαν κεῖται ὑπτία, τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τοὺς πόδας ἄνω ἔχουσα. Ἐπερχομένων δὲ τῶν πετεινῶν, καὶ αὐτὴν κατεσθίειν βουλομένων, ἐκείνη ἑτοίμως αὐτὰ κρατεῖ, C καὶ ὅσα βούλεται κατατρώγει. Eadem sunt apud Isidorum, lib. xii, cap. 2 ; Petrum Damianum, lib. ii, ep. 18; Albertum, Georgium Agricolam, Michaelem Glycam, et alios recentiores.

Ibid., lin. 24. *Ἡ σαῦρα γηράσασα.* Aristoteles lacertum, et senectutem exuere, et oculis connivere tradidit; quomodo autem lumen oculorum senectute amissum recuperet non explicavit.

Ibid., lin. 38. *Ἀλλὰ καὶ αὔξησιν μείζονα.* De magnitudine draconum et serpentum e Metasthene et aliis, vide Plinium, lib. viii, cap. 12, 13 et 14 ; apud Strabonem, lib. xv. Onesicritus refert apud Abisarum Indiæ regem duos fuisse dracones, alterum pedum 140, alterum 80. Nearchus autem visam viperam feminam cubitorum sedecim. Vide D Ælianum, lib. x *De hist. anim.*, cap. 39.

Ibid. *Ἐπὰν οὖν τὸν ὁρισμ.* Horus, lib. i, cap. 1 : Ἐπειδή, τριῶν γενῶν ὄφεων καθεστώτων, τὰ μὲν λοιπὰ θνητὰ ὑπάρχει, τοῦτο δὲ μόνον ἀθάνατον, ὃ καὶ προσφυσῆσαν ἑτέρῳ παντὶ ζώῳ δίχα καὶ τοῦ δακεῖν ἀναιρεῖ.

Ibid., lin. 42. *Τούτῳ ὁ ἰχνεύμων.* Quomodo serpentes et crocodilos necat, eleganter Oppianus *Κυνηγ.* lib. iii.

Ibid., lin. 44. *Ἀλλὰ μὴν καὶ πρός.* Plinius, lib. viii, cap. 24 : *Aspis habet deinde internecinum bellum cum ichneumone. Notum est animal hac gloria maxime in eadem natum Ægypto. Mergit se limo sæpius, siccatque sole. Mox ubi pluribus eodem modo se coriis loricavit, in dimicationem pergit : in ea caudam attollens ictus irritos adversus excipit, donec obliquo capite speculatus invadat in fauces. Nec hoc contentus, aliud haud mitius debellat animal.* Et Oppianus, lib. iii *Κυνηγ.*, hæc nostra elegantissime expressit. Nicander item in *Theriacis ; Ælianus De histor. anim.*, lib. iii, cap. 22, et lib. x, cap. 47, et lib. vi, cap. 38, scribit ichneumonem aspidis ova disperdere, et tanquam catulis suis futuram hostilem perniciem submovere. Horus, lib. ii, cap. 33, non solum in serpentem irruere, sed vocatis prius clamore aliis, quæ omnia simul addidit Aristoteles, *De histor. anim.*, lib. ii, cap. 6, *Ichneumo Ægypti, ubi aspidem anguem suum hostem aspexerit, non prius aggreditur quam socios vocet, et limo obducto, contra ictus morsusque sese loricet, modus armandi ut primum madefaciat corpus, et in terra se volutet.*

Col. 748, lin. 1. *Σαῦρα δὲ ἡ λεγομένη.* Petrus Damianus, lib. ii, ep. 18 : *Salamandra, quoque licet exigua, mirabilem fertur habere naturam ; adeo ut si casu aliquando in igne mergitur, omnis ignea vis tanquam inundantis aquæ profluvie protinus exstinguatur.* Nicander, in *Theriacis* :

Καὶ σαλαμάνδρειον δόλιον δάκος αἰὲν ἀπεχθὲς
Ἧτε καὶ ἀσβέστοιο δι' ἐκ πυρὸς οἶμον ἔχουσα
Ἔσσυται ἄκμηνος, καὶ ἀνώδυνος, οὐδέ τί οἱ φλὸξ
Σίνεται ἀσβέστη ῥαγόεν δέρος ἄκρα τε γυίων.

Et in *Alexipharmacis* :

Ἢν δὲ λιποῤῥίνοιο ποτὸν δυσάλυκτον ἰάψῃ
Φαρμακίδος σαύρης πολυκηδέος, ἥν σαλαμάνδρην
Κλείουσιν, τὴν οὐδὲ πυρὸς λωβήσατο λιγνύς.

Serenus :

Seu Salamandra potens, nullisque obnoxia flammis.

Plinius, lib. x, cap. 67 : *Sicut Salamandra lacerti figura, stellatum, nunquam nisi magnis imbribus, proveniens, et serenitate deficiens. Huic tantus rigor, ut ignem tactum exstinguat non alio modo quam glacies.* Ælianus, *De hist. anim.*, lib. ii, cap. 31 ; Pisides, *De mundi opificio* :

Ποίαις δὲ πηγαῖς ἢ βυθοῖς κεκρυμμένοις
Δρᾷ σαλαμάνδρα τὰς καμίνους αἰθάλην ;

Olympiodorus apud Scaligerum de subtilitate ad Cardanum exerc. 74, num. 3, Τοῖς ὑελέψαις, inquit, πολλὴ φροντὶς τοῦ τινάσσειν τὴν πάπυρον, ἵνα μὴ ἐντὸς περιέχηται ἡ σαλαμάνδρα· ζημιῶδες γὰρ αὐτοῖς τῷ σβέσαι τὴν κάμινον. Aristoteles, lib. v *De hist. anim.*, cap. 19 ; Nazianzenus *in Basilium*, et *Parænesi ad Virgines*. Huic tamen sententiæ Dioscorides refragatur, et Galenus in *Simplic.*, σαλαμάνδρας καυθείσης meminit ; et iv Κατὰ τόπ., Σαλαμάνδρας κεκαυμένης σποδόν requirit.

Ibid., lin. 3. *Φασὶ δὲ τὴν ἔχιδναν.* Basilius, hom. 9 : Καὶ ἔχιδναι τὰς μήτρας ἐκφαγοῦσαι, προέρχονται, πρέποντας τῇ γεννησαμένῃ τοὺς μισθοὺς ἐκτιννύουσαι. Notandum est quod narrat Petrus Damianus, lib. ii, epistol. 18, de hac eadem re. *Viperæ*, inquit, *hac coeundi vel pariendi consuetudine naturali potiuntur imperio ut masculus in os*

feminæ caput impingat, quod illa præ nimii amoris impatiéntia mordendo præcidat, ac præsto deglutiat, ex cujus capitis oculis duo catuli procreantur, qui partus tempore materna latera utrinque corrodunt, et sic altrinsecus simul occidentes, et nascentes erumpunt. Qui nimirum ante sunt parricidæ quam filii, et ideo nunquam præter duos valet hujus generis excedens aliquid inveniri. Duo tamen hic de natura hujus serpentis, quæ refert hic auctor, et multi alii uno ore, consideranda sunt, et primum de coitu; ait enim, viperam per os semen excipere, membrumque maris ore excidere, hac ratione mari necem parando. Hoc idem aliter alii narrant, viperam duntaxat ori suo maris caput habere insertum in coitu, et illud ardore libidinis præmorsum abscindere. Horus, lib. II, cap. 59: Αὕτη γὰρ, ὅταν συγγένηται τῷ ἄῤῥενι, στόμα στόματι ἐμβαλοῦσα, καὶ μετὰ τὸ ἀποζευχθῆναι, ἀποδακοῦσα τὴν κεφαλὴν τοῦ ἄῤῥενος, ἀναιρεῖ. Basilius, *Contra feneratores*, et *De invidia; Ælianus*, *De hist. anim.*, lib. I, cap. 14, etsi paululum ab aliis varius Phile, in *Iambis:*

Ἔχις δὲ θερμὸς προσπλακεὶς τῇ συζύγῳ,
Καὶ τὸν τέως ἥδιστον ἀρ' ἀνύσας γάμον,
Κεῖται φονευθεὶς ὑπαὶ τῆς ἐραστρίας
Τοῦτου σὺν ὀργῇ λανθανόντως ἐχομένης
Σοβαρὸν τ' ἐκεῖνον ἐκτεμούσης αὐχένα.

Prudentius, *Hamartigenia;* Plinius, lib. X, cap. 42, *Viperæ mas caput inserit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine.* Et ex recentioribus Adrianus Junius, emblem. 38.

Ibid., lin. 5. *Αὕτη δὲ ἔγγυος.* Secundum est de partu eorum; aiunt namque quod filii, disrupto ventre, exesaque vulva erumpunt, pensantes, ac ulciscentes primam pejori impietate. Phile, in *Iambis:*

Πλὴν ἀλλ' ὁ μὲν τέθνηκεν. ἡ δὲ νῦν κύει·
Μετὰ δὲ μικρόν τινα αὐτὰ τὰ βρέφη χρόνον
Τὴν μητρικὴν ῥήξαντα νηδὺν ἐξέδυ.
Μὴ γοῦν τετιμώρηκε τῷ φυτοσπόρῳ.

Horus, lib. II, cap. 60; Antigonus Carystius, *De mirabil.*, Οὐδὲ ἔχιδνα δίς. Ἐσθίει γὰρ αὐτῆς τὴν κοιλίαν τὰ ἔμβρυα. Ælianus, lib. I *De histor. anim.*, cap. 24, et lib. XV, cap. 16, ex sententia Theophrasti ait, ventrem non corrodi, neque disrumpi a filiis, sed quia angustus est mole sobolis pellitur, qui cum reniti non possit perrumpitur, et acus marinæ exemplo persuadere conatur, quæ quia capacem alvum non habent similiter afficiuntur a suis fetibus. Plinius, l. d.: *Tertia die intra uterum catulos excludit, deinde singulos diebus singulis parit, viginti fere numero. Itaque cæteri tarditatis impatientes perrumpunt latera occisa parente.* Aristoteles tamen, *De hist. anim.*, lib. V, cap. ult., aliter sentit et narrat. Ideoque ab aliquibus hoc sicuti et primum de viperarum coitu uti fabulosum rejicitur. *Parit catulos obvolutos membranis, quæ tertia die rumpuntur. Contingit vero nonnunquam, ut qui in utero adhuc sunt abrosis membranis prorumpant. Singulos diebus singulis parit, plures quam viginti.* Verissimum itaque est superesse partui suo vipe- A ram, quod et tradidit Apollonius apud Philostratum, et Maximus Tyrius. Et Romæ sæpissime in ligneis thecis enata soboles ab omnibus cernitur, et parens salva ac superstes; et ego etiam vidi. Consule Rodiginum, lib. VI, cap. 13. Illud etiam addam, Cardanum a Scaligero exerc. 125 et 183, num. 13, reprehendi, quod scilicet aspidem et viperam unam et eamdem agnoverit; sicut in epistola quadam manu propria Cardani scripta se Scaliger vidisse testatur, eum dipsadem cum vipera idem existimasse. Petrus item Bellonius, *Observat.* lib. II, cap. 54, fatetur se verbis Aristotelicis impulsum, viperas prægnantes observasse: quæ sine tunicis sobolem peperisse visæ sunt. Qui tamen viperam eam intelligit, quam Turonenses et Cenomanni *Aspic* nominant quæ quam vera sint alterius B erit negotii discutere.

Ibid., lin. 9. *Γηράσας δὲ ὁ ὄφις.* De serpente, ejus natura, et quomodo senectam exuat, Petrus Damianus, lib. II, epist. 18; Ælianus, *De hist. anim.* lib. IX, cap. 16, ait, serpentem fœniculo oculis affricatis oculorum hebetudinem abjicere; senescunt enim oculi et sicuti reliquum corpus, ita et oculi suæ perfectionis habent terminum quem attingant, quem si excesserint lumen absumunt, infirmique redduntur, Ὅταν ἀποδύσηται τὸ γῆρας ὁ ὄφις, ὑπαρχομένου δὲ τοῦ ἦρος δρᾷ τοῦτο, ἐνταῦθά τοι καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὴν ἀχλὺν, καὶ τὸ ἀμβλὺ τῆς ὄψεως ῥίπτεται, καὶ ἐκεῖνο ὡς γῆρας ὀφθαλμῶν. Τῷ C δὲ μαράθρῳ προϋποθήγων, καὶ περιψήχων τὸ ὄμμα ἑκάτερον, εἶτα ἐξάνθης τοῦδε τοῦ πάθους γίνεται· Ἀμβλυώττει δὲ ἄρα διὰ τοῦ χειμῶνος φωλεύσας ἐν μυχῷ καὶ σκότῳ. Οὐκοῦν παλαιοῦσαν ἐκ τῶν κρυμῶν τῶν ζώων τὴν ὄψιν ὑποθερμαῖνον τὸ μάραθρον καθαίρει, καὶ ὀξυωπέστερον ἀποφαίνει. Et Plinius, lib. VIII, cap. 27: *Anguis hyberna latebra visu obscurato, marathro herbæ sese affricans, oculos inungit, ac refovet; si vero squamæ obtorpuere, spinis juniperi se scabit.* Et lib. X, cap. 23: *Fœniculum nobilitavere serpentes gustatu, ut dixi, senectam exuendo, oculorumque aciem succo ejus refovendo.* Aristoteles tamen, lib. VIII *De hist. anim.*, cap. 17, videtur in ea esse sententia, si recte ejus verba considerentur, videlicet serpentes non esse cæcos: sed quia D pellis illa sive senecta primum detrahitur ab oculis, dum exuuntur, ideo iis qui rem non intelligunt videri cæcos fieri, Ὅταν δὲ ἄρχωνται ἐκδύνειν οἱ ὄφεις, ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἀφίστασθαι πρῶτόν φασιν, ὥστε δοκεῖν γίνεσθαι τυφλοὺς τοῖς μὴ συνιοῦσι τὸ πάθος. Natura perfectioribus animalibus invida, sui tamen in serpentibus prodiga conspicitur. Si cui enim vel levissimum quid in oculos injeceris, præter dolores immensos, et lacrymas, quæ continuo defluunt, est et periculum illis, ne morbo obnoxii lumen amittant. Quod si contigerit, nusquam ad primam illam aciem regredi valent. Serpentibus id concessit, quorum oculos si laceraveris, alii renascentur, et idem cum prioribus munus præstabunt. Notavi ex Aristotele, *De hist. anim.*, lib. II, cap. 17, Eu-

nire serpentibus idem quod pullis hirundinum nonnulli aiunt; oculis enim serpentum laceratis, subnasci alios referunt; caudæ etiam lacertis atque serpentibus amputatæ renascuntur. Plinius, lib. XI, cap. 37, *Serpentum catulis et hirundinum pullis, si quis eruat, renasci tradunt.*

Ibid. *Καὶ νηστεύσας ἡμέρας*. Aristoteles, *De hist. anim.* l. VIII, c. 4, diu et serpentes et phalangia vivere posse sine cibo affirmat, quod ex iis, quos pharmacopolæ alunt perspicuum est. Epiphanius, in *Physiol.* c. 13 : Ὅταν γηράσκῃ, ἀμβλύνονται αὐτοῦ οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐὰν ἀνανεάζειν ἑαυτὸν βούληται, νηστεύει ἡμέρας τεσσαράκοντα, ἕως ἂν τὸ δέμας αὐτοῦ χαυνωθῇ, καὶ εὑρίσκει πέτραν, καὶ ῥαγαδαστεύει· προκύψας δὲ διὰ τῆς ὀπῆς ὠθεῖται περάσαι, καὶ ἐκβάλλει τὸ γῆρας, καὶ ἀποβαλὼν αὐτὸ τερπωλὴν παρέχει νεανίσκων.

Ibid., lin. 10. *Καὶ εἰσέρχεται εἰς ῥαγ*. Serpentes senectam exuere scribunt Aristoteles, *De hist. anim.* lib. VIII, c. 17; Ælianus, l. IX, c. 16; Nicander, in *Theriacis;* Virgilius, II *Georg.* et II *Æneid.;* Nonnus, *Dionysiacon* l. XLI; Simmias, in *Ala.;* Theodor. l. I *Therapeut.;* Plinius, l. VIII, c. 27 : *Anguis hyberno situ membrana corporis obducta fœniculi succo impedimentum illud exuit, nitidusque vernat. Exuit autem a capite primum, nec celerius quam uno die, ac nocte replicans, ut extra fiat membrana, quod fuerat intus;* Horus, l. I, c. 2. Nec parcit hac in re Cardano Scaliger, exerc. 189, n. 3, sed causam adductam quare serpentes senectutem exuant propter siccitatem duntaxat refellit exemplo stellionis, qui non est siccus et exuit, et arborum sicciorum, qui corticem nullum mutant; cantharidum, quæ inter insecta siccissimæ sunt, et cimicum volantium, quos ipse se igneos expertum esse fatetur.

Ibid., lin. 13. *Ὅταν δὲ διψήσῃ*. De vipera, quæ venenum exspuit dum cum muræna congreditur, idem scribunt Oppianus Ἁλιευτ. I; Phile in *Iambis;* Achilles Tatius, et alii.

Ibid., lin. 19. *Ὁ δὲ βασιλίσκος ἰόν*. Basiliscum et olfactu necantem, et hominem si aspiciat tantum interimere dicit Plinius, lib. XXIX, cap. 4, in quo loco pro *olfactu*, *afflatu* restituerem ex communi auctorum sententia, qui afflatu suum virus circumspargere dicunt, et ipsius Plinii verbis, l. VIII, c. 21 : *Eadem et basilisci serpentis est vis. Cyrenaica hunc generat provincia,* XII *non amplius digitorum magnitudine, candida in capite macula, ut quodam diademate insignem. Sibilo omnes fugat serpentes, nec flexu multiplici ut reliquæ corpus impellit, sed celsus et erectus in medio incedens. Necat frutices non contactos modo, verum et afflatos : exurit herbas : rumpit saxa, talis vis malo est.* Galenus, lib. *De Theriaca* ad Pisonem : Ὁ μὲν γὰρ βασιλίσκος. Ἔστι γὰρ τὸ θηρίον ὑπόξανθον, καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τρεῖς ὑπεροχὰς ἔχων, ὥς φασιν, ὅτι καὶ ὁραθεὶς μόνον καὶ συρίττων ἀκουσθεὶς ἀναιρεῖ τοὺς ἀκούσαν-

A τας· καὶ τοὺς ἰδόντας αὐτόν· καὶ ὅτι τῶν ἄλλων ζώων εἴ τι καὶ ἅψαιτο τοῦ ζώου ἀνῃρημένου, καὶ αὐτὸ τελευτᾷ εὐθέως, καὶ διὰ τοῦτο πᾶν αὐτοῦ τὸ γένος τῶν ἄλλων θηρίων ἐγγὺς εἶναι φυλάττεται. Eadem refert Horus, lib. I, cap. 1, et lib. II, cap. 61; Albertus Magnus, lib. XXV *De anim.*, nominum diversitate deceptus, basiliscum congeminando duas illius species diversas constituit; siquidem duo capita facit, alterum de basilisco, alterum de armene. Avicenna dubitat, sitne idem serpens armene cum basilisco, vel diversus. Nicolaus Leonicenus armenem et basiliscum unicam esse speciem et non duas multis argumentis ac rationibus probat, refellitque Albertum, et Avicennam, et quorumdam aliorum opinionem, qui armenem unum cum cato-
B blepa constituebant. Decepti, ut puto, auctoritate Plinii, qui lib. VIII, capit. 21, ait, quemadmodum basiliscum, ita et catoblepam vel solo aspectu homines atque alia animalia interimere. Mons item qui Narsingæ regnum dividit a Malabaris multas alit feras, inter quas alatos angues arboribus insistentes, quos aiunt solo afflatu, vel etiam obtutu, eos qui propius accedunt interficere. Julius Scaliger *in Cardanum*, exercit. 249. refert, se legisse apud recentiores Romæ Leone pontifice maximo ad ædem Luciæ sub fornice stabulatum esse basiliscum, cujus afflatu magna lue affecta Roma fuerit, eumque illico pontificis precibus exstinctum. Basiliscum non incantari testatum est sacris Litteris : *Ecce ego, inquit Dominus, mittam vobis serpentes regulos, qui-*
C *bus non est incantatio, et mordebunt vos*[1]. Quin etiam quidam crediderunt basiliscum incantamenta discutere, et ab his jam captos alios serpentes solvi et liberari. Obiter notanda est hic Augustini Eugubini sententia, qui in *Cosmopœia* serpentem qui Evam decepit fuisse basiliscum censet, ut sicut diabolus, qui tentavit Evam, princeps fuisse creditur dæmonum, ita usus sit ut organo eo serpente, qui omnium serpentum tanquam rex habetur. Hunc vero esse basiliscum, et nomen ipsum indicat, et quæ de incredibili ejus ad nocendum vi Plinius et Solinus tradunt.

Ibid., lin. 22. *Ἱστοροῦσι δὲ αὐτόν*. Origenes in catena Græca *in Jerem.*, cap. 49 : Καὶ ὄφεις γὰρ
D ἰοβόλους εἰ κατακλείσεις, ὄψει τοὺς ἀσθενεῖς ὑπὸ τῶν δυνατωτέρων ἀπὸ λιμοῦ κατεσθιομένους, ἕως οὗ ὁ πάντων ἰσχυρότατος πληρωθεὶς ὑπὸ τῶν ὄφεων οὓς κατεδήδοκεν ὁ καλούμενος γένηται βασιλίσκος, ἰὸν ἔχων ἐκ μόνης θέας καρποφόρον δένδρον ξηραίνοντα. Epiphanius, *Advers. hæres.* lib. I, tom. II, hæres. 22, narrat hanc a veteribus historiam proditam esse : *Cum plures aliquando aspides in unum fictile vas conjectæ, et in fundamentis angulorum quatuor cujusque idolorum templi in Ægypto depositæ essent, ex iis aspidibus quæ fortior erat in alias invasit, easque devoravit, quæ cum sola remansisset, et quo se aleret haberet nihil, in se ipsam retorta et a cauda paulatim arrodens parte se aliquatenus cor-*

[1] Jerem. VIII, 17.

poris depasta est, adeo ut non amplius integra sed dimidia sui parte mutilata permanserit : idcirco Aspidogorgonem eam appellarunt. Sic apud Spartianum in Antonino Pio, *Visus est in Arabia jubatus anguis major solitis, qui se a cauda medium comedit.* Sæpius me memini audisse, et vulgus sine ulla hæsitatione affirmat, basiliscum nasci ex ovo galli, si quando a rubeta, seu bufone fotum sit. Sane id sine dubio certum est, et experientia quotidie videmus gallos jam ætate defessos cum veneris, virium imbecillitate, neque fructum neque usum ullum habeant, ovum parere, orbiculata figura, colore luteo, flavescenti, lurido. Et mihi, dum Lucaniæ eram, ostensum fuit, in quo præter hosce colores circumcirca figura quædam ex cortice ovis exuberans spectabatur, tactuque optime dignoscebatur variis flexibus contortisque gyris in formam serpentis desinens, relatumque fuit ovum illud ex gallo natum. Ἐγὼ δέ τοι οὐ ταχυπειθής, me eorum inscitiam mirari dicebam ; fieri enim posse, ut gallus pareret : illi reprehensionis impatientes plures adducunt testes aliis annis id etiam evenisse, et illos esse testes in hoc oculatos, et fide dignos. Dum adhuc obstarem, et quasi eorum fidei contemptor abirem aversus, contrahunt vestem, vique raptum cogunt, ut una procederem. Quid facerem? processi, domum in quo gallus erat, invisimus, et ovum unde abstulerant deponunt. Gallus qui videbatur nescio quomodo turbatus, statim agnito fetu acclamat, accurrit, rostro quasi deosculans, alis expansis superinsedit. Discedimus. Post tertium diem accedo vocatus : gallus ovum fovebat, cibi potusque immemor ; nunquam illo triduo cistam reliquerat. Eo minis, baculoque depulso ovum in fornacem abjicitur. Pariunt itaque galli, et incubant. Verum an ex illa incubatione basiliscus gigneretur? Dicerem aliquod animal, idque venenosum prodire, cum putris illa materia, quæ in ovo latet, concreta id habeat quod similia producat, quæ et galli halitu, vel alterius animantis animari posse non dubito, ut videmus in iis, quæ ex putridis corporibus enascuntur. Quare et sua laude dignum est Ægyptiorum inventum, qui ovis ibidem insidiantur, repertaque frangunt, ne noxium quidpiam inde trahat originem, sive, ut ipsi existimabant, basiliscus. Etenim cum ibides venatorum venationibus gaudeant, serpentibusque inferciantur, nulli dubium aliquando ex eorum ovis pestiferum quid nasciturum. Consule Theophylactum Simocatum, *Q. nat.*, quæst. 14, Ποίῳ λόγῳ τὰ τῶν ἴβεων ᾠὰ εὐχερέστατα τίκτουσι βασιλίσκους ὄφεις ; Aliam tamen basilisci generationem narrat hic Eustathius. Quidquid tamen sit, historici tradunt illos in Africa generari, et torridis illis regionibus nidulari. Refert Levinus Lemnius, *De occult. nat. mirac.* lib. IV, cap. 12, in Saxonia basilisci quoddam genus silvestre passim conspici, capite acuminato, colore flavo, longitudine dodrantali, inusitata crassitudine, ventre maculoso, multisque candidis punctis insignito, tergo cæruleo, cauda turbinata atque incurva, hiatu rictuque oris pro corporis proportione immenso. Quod inter serpentes potius, quam basiliscos referendum est, cum nec halitu contagione afficiant, nec aspectu necent adorientes agricolas, ni regionis illius frigus aerisque certa temperies venenum illud ita compescere, impedireque ne effundatur affirmare velimus. Quod in adustis regionibus torrentibusque non eveniret. Oppianus, lib. I Ἁλιευτ., piscis cujusdam basilisci nomine meminit.

Ibid., lin. 28. Ἰὸν ἔχων χαλεπόν. Ea hujus veneni vis, ut non solum tactu absumat, sed eam etiam rebus a se consumptis pestifere repens ingerat, ita ut et illæ etiam venenum spargant et interimant. Plinius, lib. VIII, cap. 21 : *Creditum quondam ex equo occiso hasta, et per eam subeunte vi non equitem modo sed equum quoque absumptum.* Ælianus, lib. II *De hist. anim.*, cap. 5, Εἰ δὲ ἄνθρωπος κατέχει ῥάβδον, εἶτα ταύτην ἐκεῖνος δάκῃ, τέθνηκεν ὁ κύριος τῆς λύγου.

Ibid., lin. 29. Ὡς καὶ ἀπὸ μόνου. Superius diximus, basiliscum solo oculorum aspectu hominibus necem inferre, variis historiis id referentibus. Franciscus Vallesius, *De sacra philosoph.* cap. 68, hæc fabulosa esse contendit, nec posse adduci ut credat. Quod dictum quam sit in viro philosopho ineptum, non est opus multis explicare, cum rationibus et experientiis, non pertinacia, non ignavia in rebus physicis agendum sit. Nec videtur sapientis id esse, dum se opponit difficultas quam non intelligit, illico tanquam fabulosa, quæ ab aliis uno consensu dicuntur, rejicere. Sed ut hæc quæstio habeat lucem aliquam, consideranda est causa quæ Vallesium impulit, ut hæc tanquam falsa damnaret. Cum enim ageret de fascinatione, nec eorum opinionem vellet admittere, qui fascinationem fieri dicebant exeuntibus visoriis radiis, et cum his deferri vapores venenosos, quæ opinio non videbatur illi communis, sed tantum Platonicorum, ne cogeretur, quamvis ipse id non attingat, in eam ire sententiam, si basilisci venenosum aspectum concederet, fabulosa esse quæ de basilisco tanti viri tradiderunt contendit. Quod quamvis contra Aristotelis sententiam nescio quomodo facere videtur, tamen nec Platonicorum opinio confirmatur, nec Peripateticorum refellitur. Basiliscus namque non emissione radiorum, quibus tanquam vehiculis venenum et noxa viso deferatur, sed humido oculorum, in quo tanquam subjecto venenum est, inficit aera, et per illum hominem, et aspectus tantum requiritur ut dirigat illud venenum in hominem quem videt. Nulli enim dubium esse debet, hoc animal suum pestilentem halitum, non tantum quem ore spirat, sed et quem toto corpore exhalat, effundere circumcirca per totum aerem ambientem, eumque inficere. Singulari tamen modo oculorum motu, aerem commovere, et perniciosiorem reddere. Sed multa fabulosa et ficta Vallesio,

etiam, proh nefas! ex sacris Scripturis, quod quam pium, quam tutum, quam Christianum alii judicent. Melius est inscitiam fateri suam, quam ubi res ipsas non noveris, scientiæ sapientiæque obtutu inficias ire : et quæ Spiritus sanctus ipse dictavit negando in sensum alium detorquere.

Ibid., lin. 30. *Ὁ δὲ κάνθαρος*. Ita etiam Horus, lib. I, cap. 10, βοὸς ἀφόδευμα. Suidas tamen ὄνου. Plinius ex Virgilio, *Virgilius juvencorum corpore exanimato, sicut equorum vespas, atque crabrones, sicut asinorum scarabæos mutante natura, ex aliis quædam in alia.* Vide Epiphanium in *Ancirot.* Clemens item *Hypot.* VI, homines voluptatibus impensius deditos, et immersos, ac ebrios tanquam cantharos in stercore volutari scribit.

Ibid. *Κυκλοτερὲς σχῆμα*. Horus, lib. I, cap. 10 : Πλάσσει σφαιροειδὲς παραπλήσιον τῷ κόσμῳ σχῆμα, ὃ ἐκ τῶν ὀπισθίων μερῶν κυλίσας ἀπὸ ἀνατολῆς εἰς δύσιν αὐτὸς πρὸς ἀνατολὴν βλέπει, ἵνα ἀποδῷ τὸ τοῦ κόσμου σχῆμα. Georgius Pisides, *De mundi opificio; Ælianus*, lib. x, cap. 15 : Ὁ κάνθαρος ἄθηλυ ζῶόν ἐστι. Σπείρει δὲ εἰς τὴν σφαῖραν ἣν κυλίει· ὀκτὼ δὲ καὶ εἴκοσι ἡμερῶν τοῦτο δράσας, καὶ θάλψας αὐτὴν, εἶτα μέντοι τῇ ἐπὶ ταύταις προάγει τὸν νεοττόν.

Ibid., lin. 31. *Φασὶ δὲ αὐτόν*. Forte ad hoc respexit Aristoteles, *De hist. anim.* lib. v, cap. 19, *Scarabæi pilularii in fimo quem volvunt conduntur per hiemem parvosque vermiculos pariunt, ex quibus ipsi procreantur.*

Ibid., lin. 32. *Οὐ γὰρ θῆλυς ὑπάρ*. Horus, loco citato *De hist. anim.* lib. x, cap. 15, scribit Ægyptiorum bellatores in annulis insculptum scarabæum gestasse ad significandum solis maribus pro patria esse bellandum, quod scarabæus caret femina. Αἰγυπτίων δὲ οἱ μάχιμοι ἐπὶ τῶν δακτυλίων εἶχον ἐγγεγλυμμένον κάνθαρον, αἰνιττομένου τοῦ νομοθέτου δεῖν ἄῤῥενας εἶναι πάντας πάντη τοὺς μαχομένους ὑπὲρ τῆς χώρας. Ἐπεὶ καὶ ὁ κάνθαρος θηλείας φύσεως οὐ μετείληχεν.

Ibid. *Καὶ οἱ Αἰγύπτιοι διὰ τήν*. Præter Plutarchum et Ælianum, Eusebius lib. III *De præparat. evangel.* idem affert ex lib. Porphyr. *Περὶ τῆς τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς*. Αἰγύπτιοι δὲ ἐσέφθησαν ὡς εἰκόνα ἡλίου ἔμψυχον, in quem acerrime invehitur Pisides, *De mund. opific.*; Plinius, lib. xxx, cap. 11, scarabæum qui pilulas volvit, *Propter hunc Ægypti magna pars scarabæos inter numina colit, curiosa Apionis interpretatione, qua colligat solis operum similitudinem huic animali esse ad excusandos gentis suæ ritus.* Horus præterea aliam hujus venerationis causam reddit, quod scilicet mares sint omnes scarabæi, nulla femina. Vide Rodiginum, lib. VIII, cap. 5.

Ibid., lin. 39. *Οἱ δὲ μύρμηκες τόν*. Basilius, hom. 9, inter reliqua : Διακόπτει γὰρ ταῖς ἑαυτοῦ χηλαῖς τῶν καρπῶν τὸ μεσαίτατον, ὡς ἂν μὴ ἐκφυέντες ἄχρηστοι πρὸς τροφὴν αὐτῷ γένοιντο· καὶ διαψύχει τούτους, ὅταν αἴσθηται αὐτῶν διαβρόχων, καὶ οὐκ ἐν παντὶ προβάλλει καιρῷ, ἀλλ' ὅταν προαίσθηται τοῦ ἀέρος ἐν εὐδινῇ καταστάσει φυλαττομένου. Ἀμέλει οὐκ ἂν ἴδοις ὄμβρον ἐκ νεφῶν ἀποῤῥυέντα παρ' ὅσον χρόνον ἐκ τῶν μυρμήκων ὁ σῖτος προβέβληται. Horus, lib. I, cap. 52, ait, formicas in hiemem sibi cibos congerere et eorum studium in parando sibi cibo, et colligendis fructibus expressit Aristoteles, lib. IX, cap. 38. Plinius, lib. XI, cap. 30, ex Aristotele, *Semina arrosa condunt, ne rursus in fruges exeant e terra. Majora ad introitum dividunt. Madefacta imbre proferunt, atque siccant. Operantur et noctu plena luna. Eædem interlunio cessant. Jam in opere qui labor! quæ sedulitas!* Ælianus, lib. II, cap. 25; Georgius Pisides, *De mundi opificio*; Epiphanius, in *Physiologo*, cap. XVIII; auctor epistolæ ad præsidium, Dio Chrysostomus, oratione politica in concione, Καὶ μέντοι καὶ μύρμηκας πάνυ ἡδέως ἰδεῖν ἐστιν, ὅπως μὲν οἰκοῦσι μετ' ἀλλήλων εὐκόλως, ὅπως δὲ ἐξίασιν, ὅπως δὲ τὰ βάρη μεταλαμβάνουσιν, ὅπως δὲ παραχωροῦσιν ἀλλήλοις τῶν ὁδῶν. De formicarum in labore assiduitate non injucunda est Aphthonii sophistæ fabella.

Ibid., lin. 43. *Βδέλλα σκωληκοειδές*. De hirudinibus Dioscorides, lib. VI, cap. 32, et Apsyrtus apud collect. *Geoponic.* lib. XVI.

Ibid., lin. 54. *Τῶν δὲ ὄφεων καὶ τῶν*. Theophylactus Simocatus in *Quæst. naturalibus*, quæst. 14, de ibide, Ἥδεται τοντὶ τὸ ὄρνεον τινὰ δυσώδη σιτούμενον· χαίρει δὲ μάλιστα καὶ ταῖς τῶν ἰοβόλων ἄγραις, πολυβορώτατον ὄν. Ἀλλὰ καὶ τοῖς ὄφεσιν ἴβις, καθάπερ ὁ βασιλίσκος, πολέμιον. Διὸ καὶ πτερὰ ἴβεων πολέμια ὄφεσιν. Ἐμφορεῖται δὲ σαρκῶν ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ γέγηθεν ἐπὶ ταύτῃ τῇ θήρᾳ. Vide Petrum Damianum, lib. II, cap. 18. Sed de ibide inferius.

Ibid. *Τοῖς δὲ κεράσταις*. Ælianus, *De histor. animal.* lib. x, cap. 14, Ὄφεών τε καὶ δακετῶν θηρίων αὐτός ἐστιν ἔχθιστος. Οὐκ ἂν γοῦν αὐτὸν διαλάθῃ, οὔτε ὄφις, οὔτε σκορπίος, οὔτε μὴν πονηρᾶς ὕλης ἄλλο τι ἔκτοκον.

Ibid., lin. 57. *Ἔστι δὲ τοῦτο συμπ.* Ælianus, lib. II *De hist. anim.*, cap. 42 : Νεκρὸν δὲ ἄνθρωπον ἱέραξ ἰδὼν, ἐπιβάλλει γῆς τῷ ἀτάφῳ. Καὶ τοῦτο μὲν οὐ κελεύει αὐτῷ ὁ Σόλων, ὡς Ἀθηναίους ἐκέλευσε δρᾷν· οὐδὲ σώματος (ita enim corrigo) ἅψεται. Μένει δὲ ἄγευστος καὶ ποτοῦ ἐὰν εἰς αὔλακα ἐποχευτεύῃ εἷς ἄνθρωπος· πεπίστευκε γὰρ αὐτὸν πονούμενον ζημιοῦν ὑφαιρούμενος ἐκ τῆς ἐκείνου χρείας ὕδωρ. Εἰ δὲ πλείους ἐπάρδοιεν, ἀφθονίαν τοῦ ῥεύματος ὁρῶν ὡς φιλοτησίας τινὸς ἐξ αὐτῶν μεταλαμβάνει, καὶ πίνει ἡδέως.

Col. 749, lin. 4. *Μετὰ δὲ τὴν τοῦ κόσμου*. Sicut de principio et creatione hujus mundi variæ apud illos, quibus lumen Evangelii non affulsit, controversæ sententiæ fuere, quæ omnes a veritate aberrarunt; ita et in creatione hominis varii dissidiis semetipsos vexarunt. Quidam enim naturam humanam æternam asseverarunt : alii primum in Attica natos fuisse homines; alii in Arcadia; alii in Ægypto. Theodoretus, *Græc. affect.* lib. v; Justinus, *Histor.* lib. II, diuturnæ contentionis inter Scythas et Ægyptios de generis vetustate meminit; et co-

rum argumentis expositis Ægyptiis superatis antiquiores Scythas semper visos narrat.

Col. 749, lin. 5. *Τῷ μὲν θερμῷ*. Necesse enim erat, ut homo apte, ac temperate constitueretur, ne urgentibus humorum hinc inde differentiis, et contrarietatibus distractus gravissime offenderetur; sic enim promptus et alacris, illi, ad quod erat natus, instructus incumberet, mentique deserviret spectator superarum rerum, atque cœlestium. Quæ omnia aliis animantibus denegata sunt: et hoc quidem calidius, ideoque iracundum, rapax, superbum; illud frigidius, ideoque segne, pestiferum, somnolentum; et sic de aliis possumus philosophari. Optime itaque a Deo extrema compressa sunt; et homo ab omni parte in media quadam frigidi et calidi, sicci et humidi constitutione formatus, mirifice promptus ad actus necessarios comperitur. Hoc postea humorum temperamentum sicut et multa alia dona a Deo sibi collata, peccato, et præcepti violatione infirmavit.

Ibid., lin. 7. *Ἔχοντα πάντα τὰ μέρη*. Ideoque non insulse nec oscitanter homo, *parvus mundus*, a plerisque nuncupatur. Gregorius Nazianz. in Christi nativitatem: Τοῦτο δὴ βουληθεὶς ὁ τεχνίτης ἀπιδεῖξασθαι Λόγος, καὶ ζῶον ἓν ἐξ ἀμφοτέρων, ἀοράτου τε λέγω, καὶ ὁρατῆς φύσεως, δημιουργεῖ τὸν ἄνθρωπον· καὶ παρὰ μὲν τῆς ὕλης λαβὼν τὸ σῶμα, ἤδη προϋποστάσης, παρ' ἑαυτοῦ δὲ ζωὴν ἐνθεὶς, ὃ δὴ νοερὰν ψυχὴν καὶ εἰκόνα Θεοῦ εἶδεν ὁ Λόγος, οἷόν τινα κόσμον δεύτερον ἐν μικρῷ μέγαν ἐπὶ τῆς γῆς ἵστησιν, ἄγγελον ἄλλον προσκυνητὴν μικτὸν, ἐπόπτην τῆς ὁρατῆς κτίσεως, μύστην τῆς νοουμένης, βασιλέα τῶν ἐπὶ γῆς, βασιλευόμενον ἄνωθεν, ἐπίγειον καὶ οὐράνιον, πρόσκαιρον καὶ ἀθάνατον, ὁρατὸν καὶ νοούμενον, μέσον μεγέθους καὶ ταπεινότητος, τὸν αὐτὸν πνεῦμα καὶ σάρκα, πνεῦμα διὰ τὴν χάριν, σάρκα διὰ τὴν ἔπαρσιν, τὸ μὲν ἵνα μένῃ, καὶ δοξάζῃ τὸν εὐεργέτην, τὸ δὲ ἵνα πάσχῃ, καὶ πάσχον ὑπομιμνήσκηται, καὶ παιδεύηται, τῷ μεγέθει φιλοτιμούμενος, ζῶον ἐνταῦθα οἰκονομούμενον, καὶ ἀλλαχοῦ μεθιστάμενον, καὶ πέρας τοῦ μυστηρίου τῇ πρὸς Θεὸν νεύσει θεούμενον. Nicetas, Comment. in eumdem: Καὶ ἔθηκε τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τῆς γῆς μέγαν κόσμον ἐν μικρῷ κόσμῳ τῷ αἰσθητῷ. Μικρὸς γὰρ ὁ παρὼν κόσμος πρὸς τὸν ἄνθρωπον, οὗ ἕνεκα πάντα ἐγένοντο· τὸ γὰρ οὗ ἕνεκα μεῖζον καὶ τιμιώτερον· καὶ κατέστησε τὸν ἄνθρωπον βασιλέα τῶν ὑπὸ τὴν σελήνην ἁπάντων, ἵνα δεσπόζῃ τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων κτισμάτων. Vide Chrysostomum sermone in magnam Parasceven. Georgius Pisides, *De vanitate vitæ*,

Σμικρὸς γάρ ἐστι κόσμος ἀνθρώπου φύσις.

Gregorius tamen Nyssenus, *De opificio hominis*, cap. 16, videtur improbare eorum opinionem, qui cum hominem vellent extollere, ejus cum hoc mundo facta collatione, *parvum mundum* vocavere; indigna enim humanæ excellentiæ imaginabatur, cum hæc sint communia, et culici et muri, cum et hæc ex quatuor constent elementis, et sensu prædita sint. Quid inde dignum homine loquebantur, dum hominem ad mundi imaginem et similitudi- A nem comparatum exprimerent? futurum namque est ut pariter cœlum hoc volubile, terra mutationibus obnoxia, cuncta denique his comprehensa, cum eo ipso quod ambit, universa intereant. Verum posset Eustathius respondere: neque solam animam, neque solum corpus hominem esse, sed utrumque unum efficere hominem, qui quamvis corpore morti obnoxius vivat, animo tamen immortalis, præstantia et excellentia, et cœlum, et terram, cæteraque quæ intereunt superat, maximaque in homine illa laus est, quam certe nulli concessam cognovimus, si *parvus mundus* appellatur. Quo nomine non una totius universi pars esse videtur, sed totum, et omnes omnium partium perfectiones in se solo complecti, quod de aliis affir- B mare non possumus. Homo enim solus, et cœlo, et terræ, et omnibus animantibus par esse conspicitur, et omnium aliorum perfectionibus, una sui solius perfectio, non inferior respondet. Quemadmodum enim cœlum, et cœlorum varietate, et motuum perenni et ordinata mensura, suoque influxu terrena hæc et fovet et alit, nulli ingratum, omnibus amicum complexu suo ambiens; sic et in homine animus ac mens suis facultatibus corporis partes illuminando, ad officia quamque sua impellendo, dirigit et compellat, vitam, spiritus, motus, et sexcenta alia elargiendo. Et quod admirabilius, non tanquam quid motu, sensu ac ratione carens ad operationes vi quadam naturali ducitur, sed C prius re intellecta, tandem sibi finem proponit, ad quem sua dirigit, non coactus, sed liber, ac veluti dominus ministris ut sibi placuerit imperans. Quod nulli alii concessum est, tantum abest ut pulici et muri. Quo præconio ac laude quid præstantius? quid excelsius?

Ibid., lin. 8. *Ὥσπερ γὰρ ἡ γῆ*. Haud dubiis, sed certissimis rationibus constat terram mundi totius mediam, et quasi centrum. Plinius, l. II, c. 69, plurimis id argumentis probavit. Primo ex certis horis æquinoctii, secundo ex dioptris, seu instrumentorum regulis; tertio a solstitiali exortu. Cleomedes, lib. I *Meteor.*, uberrime id idem probat ab umbrarum differentiis. Aristoteles, lib. II *De cœlo*, cap. 14, pluribus confirmat; et lib. *De* D *mundi fabrica* ad Alexand. Unde Lucretius poeta, lib. V:

Terraque ut in media mundi regione quiescat,
Partibus aereis mundi, quibus insita, vivit.
Propterea non est oneri, neque deprimit auras,
Ut sua cuique homini nullo sint pondere membra.

Plurimis de hac re philosophi. Illud tamen hic notandum ex hoc auctore, terram a duobus elementis, aere scilicet et aqua, circumagi. Quamvis enim supra terram aquas diffundi necesse esset, tamen id divina contigisse providentia: ne aquis nos homines obvoluti suffocaremur intercluso spiritu, sed aere circumfuso spiraremus.

Ibid., lin. 11. *Οὕτω δὴ καὶ ὁ ἄν*. De admiranda hominis structura plura antiqui philosophi

et Patres Basilius Magnus, Gregorius Nyssenus, Basilius Seleucius, Nemesius, Ambrosius, Georgius Pisides, ita ut minime operæ pretium sit plura in horum dictorum explicationem congerere. Vide præterea Galenum *De usu partium*, Theophilum, Meletium, Andream Vessalium et alios.

Col. 749, lin. 23. *Τὸν ἄνθρωπον ἐκ τῆς γῆς*. Nugacissime in hac re delirant Mahumetani, qui dicunt Deum creasse mundum ex pulvere omnium colorum, et Adamum ex limo omnis generis terrarum. Nam si fuissent unius ejusdemque coloris, omnes res invicem similes futuras fuisse, nec hominem unum ab alterno secerni potuisse. Ridicula item est Mohametis doctrina de factura hominis, qua dicit hominem ex humo, stilla hirundinis sive sanguisugæ, et manducatione fictum esse. Ordo qui observatur super iis qui a Saracenis ad Christianam fidem se convertunt: Ἀναθεματίζω τὴν περὶ τῆς πλάσεως τοῦ ἀνθρώπου διδασκαλίαν τοῦ Μωάμεδ, ἐν ᾗ φησιν, ὅτι ἐπλάσθη ὁ ἄνθρωπος ἀπὸ χώματος καὶ σταγόνος, καὶ βδελλῶν, καὶ μασσήματος. Et Euthymius in *Panoplia:* Ἐκ βδέλλης ἄνθρωπον γίνεσθαι λέγει. Ἀλλὰ πῶς ἐκ τοῦ ἀτιμοτάτου τὸ τιμιώτατον, καὶ ἐκ τοῦ ἀλόγου τὸ λογικὸν, καὶ ἐκ τοῦ φευκτοῦ τὸ εὐκτόν; Nec minus Mahumetanis absurdus Franciscus Georgius, qui de limo terræ ita explicat, ut concludat, animam tantum esse hominem; ita enim ait: *Formavit Deus hominem pulverem de terra, id est, induit eum veste terrea, corpus videlicet terrenum. Primo enim Deus decrevit hominem facere; postea creavit eum in cœlo; tertio formavit corpus ejus veluti vestem.* Quæ sententia reprehensione non caret, in concilio Viennensi damnata. Vide plura hujus Francisci nugamenta apud Sixtum Senensem, *Biblioth. sanct.* lib. I. Augustinus præterea lib. II *De Genes. allegor.* docet, corpus hominis non fuisse conditum ante animæ creationem, sed una cum ipsa anima in eodem simul tempore. Quod postea reprobavit lib. I *Retract.*, cap. 10. Josephus, *Antiq. Jud.* lib. I, cap. 2, Adamum ait creatum e rufa humo fermentata, talis enim est intacta terra et vera; ideoque vocatum Adamum quasi rufum: Ὁ δὲ ἄνθρωπος οὗτος Ἄδαμος ἐκλήθη· σημαίνει δὲ τοῦτο κατὰ γλῶτταν τὴν Ἑβραίων πυῤῥὸν, ἐπειδήπερ ἀπὸ τῆς πυῤῥᾶς γῆς φυραθείσης ἐγεγόνει. Τοιαύτη γάρ ἐστιν ἡ παρθένος γῆ καὶ ἀληθινή.

Ibid. *Καὶ δοὺς αὐτῷ*. Ita ut hoc solo animo, rationis duntaxat compote a cæteris aliis, sive his inferioribus sive superioribus, creaturis differat; in eoque suum omne decus, et excellentiam sitam agnoscat. Quod ab homine si demas, nusquam vel brutis, vel vermibus, vel plantis, vel lapidibus ipsis superior erit. Quin omnium infelicissimus, et miserrimus vitam ageret. Non defuere tamen, iique præstantissimi viri, qui animum ratiocinantem sideribus, rebusque aliis assignarunt, veluti Philo Judæus, lib. *De somniis* et *De opif. sex dierum;* Origenes, tom. I, Comment. *in Joan.* et primo *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 7. Hieronymus ab hac sententia non abhorruisse aliquando videtur, Comment. *super Ecclesiast.;* Cajetanus, *in psalm.* CXXXV; Augustinus, lib. II *De Genes. ad litt.*, cap. 18, et *Enchir. ad Laurentium*, cap. 58. Refellunt eam Basilius Magnus, hom. 3 *in Hexaem.*, et Damascenus, lib. II *De fide orthod.*, cap. 6. Quid sit in hac re sentiendum optime explicat S. Thomas, I part., quæst. 70, et nuper de hac eadem re singulari pietate, et eruditione vir, et mei amicissimus Julius Cæsar Lagalla, libellum de hac re scripserat; quem ego ob elegantiam, et doctrinæ peripateticæ summam peritiam, dum Haidelbergæ commorarer, maximo philosophorum desiderio edendum curavi. Quem adesis, lector, si puræ philosophiæ fontibus delectaris; si nostra hæc tempora antiquioribus illis, nec inferiora litteris, nec cogitationibus obscuriora, nec methodis ac scientiis ignobiliora cognoscere appetis.

Ibid., lin. 24. *Τοῦ παραδείσου*. Plura apud Patres de paradiso voluptatis, variæque de eo non tantum apud antiquos, sed et recentiores scriptores, difficultates elucubratæ. Multi item libros integros de hoc paradiso conscriptos in vulgus ediderunt, in quibus sat plura.

Ibid. *Ἐπίμοχθον αὐτῷ*. Delrius *in cap.* III *Genes.: In paradiso innocenti Adamo tellus longe omnia suppeditasset, levem cum voluptate operam impendenti: peccatori, et extra paradisum eadem maligna nutrix inarata nihil, arata parce quædam, et quibusdam locis redditura denuntiatur.* Et Basilius Seleuciensis, orat. 2 *De Adam:* Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου. Τρυφῆς ἐφάνης ἀνάξιος, τοῖς περὶ γῆν ἱδρῶσιν ὑπάρξεις κατάρατος, καὶ πόνοις μετρήσας τῆς ζωῆς σου τὸν χρόνον, τάφον εὑρήσεις τοῦ βίου διάδοχον.

Ibid., lin. 29. *Γνωρίσας οὖν τὴν*. Rabbinorum quidam censent Evæ zonam in paradiso solutam, Adamumque operam liberis dedisse statim ut ad illum adducta est Eva. Quod insinuatur etiam lib. I Sibyllinorum oraculorum circa principium. Cabalistæ insulsissime asserunt genios noxios *lilith* appellatos genitos fuisse ex profluvio seminis Adami, antequam cum Eva uxore congrederetur, et habere quidem eos corpus palpabile, et sensibus subjectum, sed aereum, subtile et evanidum. Eorum vitam annorum mille statuunt vegetari, et senescere more reliquorum hominum, propagari eorum speciem pollutionibus nocturnis, et Venereis virorum somniis; cum sint libidinosi plurimum delectari menstruorum fluxibus, quibus robur assumunt, ideoque noctu accubare juvenibus, titillare, spiritus seminales excitare, relaxare vasa seminalia, ut sese his pollutionibus reficiant. Quis non videt nugas? Alii item, quos et nostræ tempestatis hæretici nonnulli sequuntur, statim post peccatum. Alii ex veriori opinione, post expulsionem e paradiso. Ita Irenæus, lib. III, cap. 33; Procopius, cap. IV *in Genes.;* Epiphanius, lib. III *Contra hæres.*, Justinus dialogo *Contra Tryphonem*. Quandiu enim in paradiso fuere, virgines permansisse existimant Ter-

tullianus, lib. *De veland. virgin.*, cap. 5; Hieronymus, *Contra Jovinianum;* Ambrosius, lib. *De instit. virginum;* Basilius, epist. ad Letorium, *De vera virginitate;* Chrysostom., hom. 18 *in Genes.;* Marius Victor, lib. II *in Genes.;* Augustinus, lib. III *De Genes. ad litt.;* Delrius, *in Genes.* cap. IV. Nec aliter sentit Procopius. Et in Cyrilli Hierosolymitani catechesi 12, ita reponendum nonnulli contendunt : *Accessit ad mulierem adhuc virginem. Nam post casum in paradiso, tunc primum cognovit Evam.* Et hoc Eustathii loco cognoscimus, primos homines, quoad fuerunt in paradiso, virgines fuisse. Prima enim eorum commistio post egressum e paradiso commemoratur. Recteque Methodius in libro *De fine mundi* : Ἰστέον, ὅτι, ἐξελθόντες ὅτε Ἀδὰμ καὶ Εὔα ἐκ τοῦ παραδείσου, παρθένοι ἐτύγχανον. Ἐν δὲ B τῷ τριακοστῷ ἔτει τῆς ἐξόδου αὐτῶν τοῦ παραδείσου τέτοκαν Κάϊν τὸν πρωτότοκον καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ Καλμάναν. Nota est item super hac re Gregorii Nysseni sententia, qui *De opific. hominis*, cap. 24, ait : Quod generatio prolis, et propagatio humani generis, si primi parentes non peccassent, non fuisset per coitum, sed fuissent multiplicati multiplicationis modo quodam perfectissimo, quemadmodum angeli : generatio namque hæc, quæ fit per concubitum, per peccatum est introducta. Idem sentit Joan. Chrysostom., hom. 18 *in Genes.;* Procopius *in Genes.* cap. IV; Damascenus, lib. IV *De fide orthod.*, cap. 25; Euthymius *in psalm.* L; Augustinus *in Genes.* Quid autem in hac re statuendum sit, S. Thomas explicat prima part., quæst. 98, art. 2, et cum eo plures alii doctores.

Col. 749, lin. 29. *Υἱοὺς δύο ἐγέννησεν.* Non gemellos, ut cum rabbinis colligit ausu temerario Calvinus ambigua Methodii lectione deceptus, sed diverso C partu, uno scilicet Cain, Abel altero : verba Methodii sunt : Ἐν δὲ τῷ τριακοστῷ χρόνῳ τῆς ἐξόδου αὐτῶν τοῦ παραδείσου τέτοκαν Κάϊν τὸν πρωτότοκον, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ Καλμάναν. Καὶ μετὰ τριακοστὸν ἕτερον ἔτος ἐγέννησε τὸν Ἄβελ σὺν τῇ Λεμβόρᾳ τῇ ἀδελφῇ αὐτοῦ. Quæ quis non videt diversam a Calvino sententiam continere?

Ibid., lin. 30. *Τὸν Κάϊν.* Hujus nominis etymon et declaratio habetur in ipsis sacris Litteris : *Et peperit Cain, dicens, Possedi hominem per Deum*[84]. D Quare non recte Eusebius, lib. II *De præparat. evang.*, cap. 4, *Cain* interpretatur *invidiam*, quod scilicet Cain, fratris sui sacrificii ergo invidens, eum occiderit.

Ibid. *Καὶ ὁ μὲν Κάϊν ἦν.* Joannes Zonaras *Annalium* tom. I : Καὶ ὁ μὲν Ἄβελ νομεὺς ἦν ποιμνίου, καὶ ἀρετῆς ἐπεμέλετο, ὁ δὲ Κάϊν ἐγεώργει τὴν γῆν πονηρότατος ὤν. Hic notandum carnium esum ante diluvium non fuisse receptum, Genes. cap. IX. Et oleribus, herbisque genus humanum ante diluvium potuisse sustentari facillimo negotio posset ex verbis Juliani Apostatæ, quæ refert Suidas in Herodoto, probari. Reclamat Justinus Martyr ad Orthodoxos quæst. 119, in qua fructuum et carnium usum Abeli et Caino concedit.

Ibid., lin. 32. *Προσήνεγκε δὲ Ἄβελ.* Primum Deo Abelem litasse est communis fere omnium opinio. Judæi Adamo id tribuunt, et eum primum bovem sacrificasse, et ritum illum filios docuisse. Gilbertus Genebrardus, *Chronol.* lib. I.

Ibid., lin. 33. *Καὶ ἡ θυσία αὐτοῦ.* Quod scilicet igne de cœlis demisso oblationem ejus absumpserit, Caini intactam reliquerit. Ita Procopius, Hieronymus; Cyrillus *in Genes.* cap. IV et Glaphyr *in Genes.* libr. I; Faustus Rhegiensis, lib. II *De lib. arbit.*, cap. 6, et alii : quod et consentaneum est mori divino. Levit. IX, 24; *Jud.* VI, 21; *I Paralip.* XXI, 2; *II Paralip.* VII; *III Reg.* XVIII et XXXVIII; *II Machabæorum* I. Lutherus et Calvinus veritatis infensissimi hostes, et sacrarum Scripturarum obtrectatores, id tantorum Patrum auctoritate firmatum negant injurii, fabulasque Judaicas esse nugacissime autumant.

Ibid. *Ὁ δὲ Κάϊν πρῶτος.* Verissima sane causa, et efficacissima ad explicandum quare Deus sacrificium potius Abelis quam Caini aspexerit; aliam affert Josephus, sed, ut apparet, non multi roboris, maleque ab ipso confictam, videlicet quod sacrificium Abelis sponte naturæ genitis constaret, sua vero Cain homo avarus et industrius per vim quamdam a natura extorserat. Θῦσαι τῷ Θεῷ δόξαν αὐτοῖς, ὁ μὲν Κάϊν ἀπὸ τῆς γεωργίας καὶ τῶν φυτῶν καρποὺς ἀπήνεγκεν, Ἄβελος δὲ γάλα, καὶ τὰ πρωτότοκα τῶν βοσκημάτων. Ὁ Θεὸς δὲ ταύτῃ μᾶλλον ἥδεται τῇ θυσίᾳ, τοῖς αὐτομάτοις, καὶ κατὰ φύσιν γεγονόσι τιμώμενος, ἀλλ' οὐχὶ τοῖς κατ' ἐπίνοιαν ἀνθρώπου πλεονέκτου κατὰ βίαν πεφυκόσιν. Basilius Seleucius oratione de Cain et Abele ad rem : Κάϊν μὲν γὰρ τὴν θυσίαν ζημίαν ἡγούμενος ἐκ τῶν ἀδοκίμων τὴν τιμὴν τῷ τιμωμένῳ προσεκόμιζε νενοθευμένῃ γνώμῃ τὴν τιμὴν καπηλεύων· ὁ δὲ Ἄβελ οὐχ οὕτως· ὅλος δὲ τοῦ δώρου γενόμενος εἰλικρινεῖ διανοίᾳ θεραπεύει τὸν Κρείττονα. Καὶ τὸν τῆς ποίμνης δοτῆρα τοῖς τῆς ποίμνης ἐξαιρέτοις ἐτίμα, τῆς γνώμης τὴν ἀρετὴν συνάπτων τοῖς δώροις, καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν συμπροσφέρων τῷ δεχομένῳ. Et Cyrillus Alexandrinus Glaphyr. *in Genes.* lib. I : Ἄγει δὴ οὖν ὁ μὲν ἱερός τε καὶ πάνσοφος Ἄβελ τὰ τῆς ἀγέλης ἀπόλεκτα καὶ ἀριστίνδην ἐγκεχρυμμένα· Ἤνεγκε γάρ, φησίν, ἀπὸ τῶν πρωτοτόκων τῶν ἀμνῶν καὶ ἀπὸ τῶν στεάτων αὐτῶν, τουτέστι τὰ προὔχοντα, καὶ ἐξαίρετα· καὶ τὸν τῆς ἱερουργίας οὐκ ἀγνοήσας τρόπον, παρετίθει τὰ στέατα· Κάϊν δὲ οὐχ οὕτω, πολὺ δὲ λίαν ἀτημελῶς· τὰ μὲν γὰρ ὅτι μάλιστα τῶν ὡρίμων ἐκπρεπῆ ταῖς ἰδίαις ἐχαρίζετο τρυφαῖς· ἐλύπει δὲ τοῖς δευτέροις τὸν ἐπὶ πάντων Θεόν.

Ibid., lin. 36. *Ὀργισθεὶς ἐπὶ τούτῳ.* Methodius Patarensis Abelis cædem anno ducentesimo vitæ Adami contigisse, et planctum Adami et Evæ per centum fuisse protractum, scribit. Τῷ δὲ διακοσιο-

[84] Gen. IV, 1.

στῷ ἔτει τῆς ζωῆς τοῦ Ἀδὰμ ἀπέκτεινε Κάϊν Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Καὶ ἐποίησαν τὸν κοπετὸν ὅ τε Ἀδὰμ καὶ Εὔα ἐπ' αὐτοῦ ἐπὶ χρόνους ρ'. Ideoque Constantinus Manasses in *Annal.* luctum inconsolabilem nuncupavit, πένθος ἀπαράκλητον.

Col. 749, lin. 38. *Ὁ δὲ πολλὴν περινοστήσας.* Zonaras, *Annal.* tom. I : Ὁ δὲ φθονήσας ἐπὶ τῇ προτιμήσει κτείνει αὐτὸν καὶ ἐπάρατος γίνεται τῷ Θεῷ, καὶ στένειν, καὶ τρέμειν καταδεδίκασται. Ἐκβληθεὶς δὲ ἀπὸ τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ, ἐν γῇ Ναΐδ ᾤκησεν, ἔνθα καὶ παῖδας ἐγείνατο. Constantinus Manasses, in *Annalibus* : Ἐντεῦθεν Κάϊν ἐλασθεὶς τῆς πρώτης παροικίας,

Καὶ γῆν πολλὴν ἐπιδραμὼν ἔπηξε τὰς αὐλαίας,
Ἔνθα καλὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐκείνου κατεφάνη.

Et Josephus, *Antiq. Judaic.* lib. I, cap. 3 : Πολλὴν B δὲ ἐπελθὼν γῆν, ἱδρύεται μετὰ τῆς γυναικὸς Κάϊν Ναΐδα τόπον οὕτω καλούμενον, καὶ αὐτόθι ποιεῖται τὴν κατοίκησιν, ἔνθα καὶ παῖδες ἐγένοντο. Prima igitur orbis terrarum civitas Henochia fuit a Cain exstructa. Berosus fictitius lib. *De temporibus*, Henochiam civitatem scribit esse conditam circa Libanum montem, qui est ad orientem comparatione regionis Damascenæ, fuisseque amplissimam urbem, et habitationem gigantum. His addit Annius, suo etiam tempore illius civitatis dirutæ cerni in monte Libano maxima et ingentia fundamenta, et vulgo ab incolis illius regionis nominari civitatem Cain, atque id se ex mercatoribus et peregrinis, qui in Libano et Damasco versati erant, accepisse. Hieronymus tamen et alii aliter expli- C cant, Nod non esse nomen proprium loci, sed appellativum Latine significans, vagum, fluctuans, instabile, ac sedis incertæ.

Ibid., lin. 40. *Καὶ πᾶσαν ἀῤῥητοπ.* Josephus lib. I *Antiquit. Judaic.*, cap. 3 : Οὐκ ἐπὶ νουθεσίᾳ δὲ τὴν κόλασιν ἔλαβεν, ἀλλ' ἐπ' αὐξήσει τῆς κακίας, ἡδονὴν μὲν πᾶσαν ἐκπορίζων αὐτοῦ τῷ σώματι, κἂν μεθ' ὕβρεως τῶν συνόντων δέῃ ταύτην ἔχειν· αὔξων δὲ τὸν οἶκον πλήθει χρημάτων ἐξ ἁρπαγῆς καὶ βίας πρὸς ἡδονὴν καὶ λῃστείαν τοὺς ἐντυγχάνοντας παρακαλῶν, διδάσκαλος αὐτοῖς πονηρῶν ὑπῆρχεν ἐπιτηδευμάτων. Manasses in *Annal.* :

Καὶ πρῶτος ἐπενόησε πόλεις ὀχυροπύργους.
Νηχύτου γενομένου δὲ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων,
Ὁδίταις ἐπετίθετο, λῃστείαις ἐπεχείρει,
Ἐσκύλευε, διήρπαζεν, ἔχραινε χεῖρας φόνοις.

Non Caino, sed ejus filiis et filiabus flagitiosam, ac nefandam libidinem hanc Methodius Patarensis tribuit. Τῷ δὲ πεντακοσιοστῷ χρόνῳ τῆς α' χιλιάδος οἱ υἱοὶ τοῦ Κάϊν κατεστρώννυον τὰς γυναῖκας τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν. Γνοὺς δὲ ταῦτα ὁ Ἀδὰμ ἐλυπήθη σφόδρα. Ἐν δὲ τῷ ἑξακοσιοστῷ ἔτει τῆς πρώτης χιλιάδος οἴστρῳ ἔρωτος πορνείας αἱ τούτων γυναῖκες κατεσχέθησαν, καὶ εἰς μανίαν ἐτράπησαν, καὶ τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν ἅτε γυναιξὶν ἐκέχρηντο, καὶ γέγονεν ἀληθῶς προῦπτος αἰσχύνη τοῖς ὁρῶσι. Τῷ δὲ ὀκτακοσιοστῷ χρόνῳ τῆς ζωῆς τοῦ Ἀδὰμ κατεπλάτυνε τὸ μῖσος τῆς πορνείας ἐν τῇ γῇ ὑπὸ τῶν υἱῶν τοῦ ἀδελφοκτόνου Κάϊν.

A Ibid., lin. 45. *Πρῶτος δὲ Κάϊν.* Joannes Zonaras *Annal.* tom. I : Οὗτος μέτρα τε καὶ στάθμια ἐπενόησε, καὶ πρῶτος ὅρους ἐπήξατο γῆς πονηρίας καθηγητὴς χρηματισθεὶς, καὶ πόλιν εἰς ὄνομα τοῦ πρωτοτόκου υἱοῦ αὐτοῦ Ἐνὼς ᾠκοδόμησεν. Josephus item inventionem ponderum et mensurarum acceptam fert lib. I *Antiquit.*, cap. 3 Καὶ τὴν ἀπραγμοσύνην μὲν ᾗ πρότερον συνέζων οἱ ἄνθρωποι μέτρων ἐπινοίᾳ καὶ σταθμῶν μετεστήσατο, ἀκέραιον αὐτοῖς ὄντα τὸν βίον ἐκ τῆς τούτων ἀμαθίας, καὶ μεγαλόψυχον εἰς πανουργίας ἀγαγών. Eutropius, lib. I, initio (hæsitat tamen Christophorus Rofiniacus in Comm. hist. num vera sunt quæ de exteris rebus admista sunt Eutropio : nam is solas Romanas, ut doctissimi scriptores testantur, contexuit), eo tempore mensuras et pondera inventa tradit, quo apud Albanos Procas, apud Judæos Aza regnarunt. Alii Palamedi inventionem hanc ascripserunt, a quibus non dissentit Gorgias Leontinus oratione apologet. pro Palamede : Τίς γὰρ ἂν ἐποίησε τὸν ἀνθρώπινον βίον πόριμον ἐξ ἀπόρου, καὶ κεκοσμημένον ἐξ ἀκόσμου, τάξεις τε πολεμικὰς εὑρὼν μέγιστον εἰς πλεονεκτήματα, νόμους τε γραπτοὺς, φύλακάς τε τοῦ δικαίου, γράμματά τε μνήμης ὄργανον, μέτρα τε καὶ σταθμὰ, συναλλαγῶν εὐπόρους διαλλαγὰς, ἀριθμόν τε χρημάτων φύλακα, πυρσούς τε κρατίστους, καὶ ταχίστους ἀγγέλους, πεσσούς τε σχολῆς ἄλυπον διατριβήν; Et Alcidamas acerrimus Palamedis accusator in ea quam contra Palamedem conscripsit oratione etsi rerum aliarum, in quibus inventoribus laus aliqua est, ipsi deneget, et alios Palamede antiquiores commemorat, quibus humana natura inventa illa debet, tamen hanc mensurarum et ponderum inventionem Palamedi non denegat : Μέτρα δὲ καὶ σταθμὰ ἐξεῦρε, καπήλοις, καὶ ἀγοραίοις ἀνθρώποις ἀπάτας καὶ ἐπιορκίας, πεττούς γε μὴν τοῖς ἀργοῖς; τῶν ἀνδρῶν ἔριδας καὶ λοιδορίας. Καὶ κύβους αὖ μέγιστον κακὸν ἐδίδαξεν, τοῖς μὲν ἡττηθεῖσι λύπας καὶ ζημίας, τοῖς δὲ νικῶσι καταγέλωτα καὶ ὄνειδος. Et Gellius referente Plinio l. VII, c. 56, id idem Phidoni Argivo tribuit, cui sententiæ et Eusebius in *Chronologia* subscripsisse videtur. Strabo item lib. VIII hujus meminit, et illius inventionis : Καὶ μέτρα ἐξεῦρε τὰ φειδώνια καὶ σταθμοὺς, καὶ νόμι- D σμα κεχαραγμένον, τό τε ἄλλο καὶ τὸ ἀργυροῦν· et Pollux, lib. VII, cap. 56 : Εἴη ἂν καὶ φείδων τι ἀγγεῖον ἐλαιηρὸν ἀπὸ τῶν φειδωνείων μέτρων ὠνομασμένων, ὑπὲρ ὧν ἐν Ἀργείῳ πολιτείᾳ Ἀριστοτέλης λέγει, et in Scholiis Pindaricis hæc reperiuntur : Φείδων τις Κορίνθιος εὗρε μέτρα καὶ σταθμά· vocatur autem Corinthius, non quia Corinthi natus esset, sed quod ibi maneret. Ex his quatuor in uno versiculo lapsus Rofiniaci deprehendes. Primum ex Phidone, Phædonem facit in Strabone. Secundum, alium hunc atque diversum ab eo cujus mentio apud Plinium est, constituit, cum sit idem. Tertium hujus artis auctorem appellari a Strabone affirmat, cum nec verum id fuerit, nec Strabo unquam somniavit. Earum enim mensurarum, quæ

ab ejus nomine Phidoniæ vocatæ sunt, inventor exstitit; id et scripsit Strabo, cæterique scriptores confirmant. Quartum ex Argivo, Elidensem facit. Quamvis enim et Argos, et Elis in Peloponneso: at quantum distant?

Col. 749, lin. 45. *Καὶ ὅρους γῆς ἔθετ*. Caino quoque limitum, qui agris finem decernerent, et urbium ædificandarum primam rationem acceptam ferunt. Josephus *Antiq.* lib. I, cap. 3: Ὅρους τε γῆς πρῶτος ἔθετο, καὶ πόλιν ἐδείματο, καὶ τείχεσιν ὠχύρωσεν, εἰς ταὐτὸ συνελθεῖν τοὺς οἰκείους καταναγκάσας, καὶ τὴν πόλιν δὲ ταύτην ἀπὸ Ἐνώσου τοῦ πρεσβυτάτου παιδὸς Ἐνώσαν ἐκάλεσεν. Theophilus Antiochenus, lib. II *ad Autolycum*: Ὁ οὖν Κάϊν καὶ αὐτὸς ἔσχεν υἱὸν ὄνομα Ἐνὼχ, καὶ ᾠκοδόμησε πόλιν, ἣν ἐπωνόμασεν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἐνώχ. Ἀπὸ τότε B ἀρχὴ ἐγένετο τοῦ οἰκοδομεῖσθαι πόλεις, καὶ τοῦτο πρὸ κατακλυσμοῦ, οὐχ ὡς Ὅμηρος ψεύδεται λέγων·

Οὐ γάρ πω πεπόλιστο πόλις μερόπων ἀνθρώπων.

Ibid., lin. 48. *Ὁ δὲ Ἀδὰμ μένων*. Filias duas Adamum procreasse, Azuram et Asvam, tradunt, alii Calmanam et Lemboram. Epiphanius, hæres. 39, ex Jobilæis refert Azuram Sethi fuisse conjugem, Asvam vero, sive Savam, ut ipse appellat, Caini. Cedrenus eamdem Setho assignat, quam Asvam vocat. Methodius Patarensis: Ἐν δὲ τῷ τριακοστῷ χρόνῳ τῆς ἐξόδου αὐτῶν τοῦ παραδείσου τέτοκαν Κάϊν τὸν πρωτότοκον καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ Καλμάναν. Καὶ μετὰ τριακοστὸν ἕτερον ἔτος ἐγέννησε τὸν Ἄβελ σὺν τῇ Λεμβόρᾳ τῇ ἀδελφῇ αὐτοῦ. C

Ibid., lin. 49. *Ἐν οἷς ἐξαίρετος*. Josephus, *Antiquit.* lib. I, cap. 3: Γίνονται μὲν οὖν παῖδες αὐτοῦ ἄλλοι τε καὶ πλείους, καὶ Σῆθος. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ἄλλων μακρὸν ἂν εἴη λέγειν· πειράσομαι δὲ μόνα τὰ τῶν ἀπὸ Σήθου διελθεῖν. Τραφεὶς γὰρ οὗτος, καὶ παρελθὼν εἰς ἡλικίαν, ἤδη τὰ καλὰ κρίνειν δυνάμενος, ἀρετὴν ἐπετήδευσε, καὶ γενόμενος αὐτὸς ἄριστος, μιμητὰς αὐτοῦ τοὺς ἀπογόνους κατέλιπεν. Οἱ δὲ, πάντες ἀγαθοὶ φύντες γῆν τε αὐτὴν ἀστασίαστοι κατῳκήσαντες, εὐδαιμόνησαν, μηδενὸς αὐτοῖς ἄχρι τελευτῆς δυσκόλου προσπεσόντος. Eadem habet Zonaras, *Annal.* tom. I. Is itaque et vitæ sanctimonia insignis, et virtutum omnium honoribus condecoratus, pietatis divini nominis studiosus, *Deus* ipse, ut videre est ex Suida et aliis, meruit appellari, et D filii ejus, *filii Dei*, non tantum quia corpore robusto, procero, et eleganti erant, et reliquis etiam rerum humanarum excellentiis longe cæteris essent insigniores. Vide Cyrillum, lib. IX *contra Julianum*; et de illis locum illum sacræ Scripturæ, *Videntes filii Dei filias hominum* [80], etc., esse intelligendum existimat Chrysostomus, hom. 22 *in Genes.*; Augustinus, lib. XV *De civitate Dei*, cap. 23; Theodoretus, quæst. 47 *in Genes.*; Joannes Cassianus, collat. 8, cap 21; Cyrillus, lib. IX *contra Julianum*; Rupertus, lib. IV *in Genes*, cap. 12 et alii. Quem utinam non fabulosa, et hæretica dignatione Sethiani hæretici honorassent. Non enim affirmas-

[80] Gen. VI, 2.

A sent eumdem superna matre natum, quam perhibent convenisse cum superno patre ut inde divinum semen aliud nasceretur tanquam filiorum Dei. De quorum vana opinione vide D. August. lib. *De hæresibus*, ad Quodvultdeum. Delrius tamen, in fine cap. IV *Genes.*, rejicit hanc opinionem tantorum Patrum testimoniis firmatam. *Domini, Hebraice*, inquit, *est tetragrammaton, quod soli semper Deo datum: quare nunquam tributum Enocho, aut filiis ejus; ideo non sunt audiendi* (nota viri religiosi in sanctos Patres reverentiam) *graves alioquin scriptores, Cyrillus, Theodoretus, Emisenus, et Suidas, qui exponunt tunc Enocho, propter insignem pietatem, Dei, et liberis, filiorum Dei nomen datum: quibus resistit Hebræus contextus. Decepit eos, quod non distinxere inter Heloim, quod est cap.* VI, 1, *et ineffabile nomen quod hic positum.*

Ibid., lin. 52. *Οὗτος γὰρ πρῶτος*. Suidas: Θεὸν γὰρ τὸν Σὴθ οἱ τότε ἄνθρωποι προσηγόρευον, διὰ τὸ ἐξευρηκέναι τά τε Ἑβραϊκὰ γράμματα, τάς τε τῶν ἀστέρων ὀνομασίας, καὶ πρὸς τούτοις πολλὴν εὐσέβειαν αὐτοῦ θαυμάσαντες, ὥς γε καὶ πρῶτος ἐπικαλεῖσθαι Θεὸς καὶ ὀνομάζεσθαι. Manasses in *Annal.*: Τὸν Σὴθ αὐτοῖς τὸν δίκαιον Θεὸς ἀντιδωρεῖται.

Ὃς ἔθηκεν ὀνόματα τοῖς οὐρανίοις ἄστροις. Alexander Polyhistor apud Eusebium, *De præparatione evangel.* cap. ult., et Josephus, *Antiq.* lib. I, dicunt Abrahamum primum Ægyptiis astrologiæ artem aperuisse, deinde a Chaldæis in Græciam fluxisse; de quibus inferius. Josephus tamen inventum hoc Setho tribuit. Cujus sane divinæ artis inventionem a profanis, profanis hominibus ascribi quid mirum? Plinius lib. VII, cap. 56, *Astrologiam Atlas Libyæ filius, ut alii Ægyptii, ut alii Assyrii.* Ideoque cœlum humeris gestasse tradiderunt. Diodorus Ægyptiis exordium, Servius 6 Virgilii *Ecloga* Prometheo sideralis hujus scientiæ tribuit. Catena Græca *in Exodum*: Ἐνὼχ πρῶτος ἔμαθε γράμματα, καὶ ἔγραψε τὰ σημεῖα τοῦ οὐρανοῦ καὶ τὰς τροπὰς, καὶ τοὺς μῆνας.

Ibid., lin. 55. *Μέλλων γὰρ τελευτᾷν*. Josephus, *Antiq.* lib. I, cap. 3: Σοφίαν τε τὴν περὶ τὰ οὐράνια καὶ τὴν τούτου διακόσμησιν ἐπενόησαν. Ὑπὲρ δὲ τοῦ μὴ διαφυγεῖν τοὺς ἀνθρώπους τὰ εὑρημένα, μηδὲ, πρὶν εἰς γνῶσιν ἐλθεῖν, φθαρῆναι, προειρηκότος ἀφανισμὸν Ἀδάμου τῶν ὅλων ἔσεσθαι τὸν μὲν κατ' ἰσχὺν πυρὸς, τὸν ἕτερον δὲ κατὰ βίαν καὶ πλῆθος ὕδατος, στήλας δύο ποιησάμενοι, τὴν μὲν ἐκ πλίνθου, τὴν δ' ἑτέραν ἐκ λίθων, ἀμφοτέραις ἐνέγραψαν τὰ εὑρημένα, ἵνα, καὶ τῆς πλινθίνης ἀφανισθείσης ὑπὸ τῆς ἐπομβρίας, ἡ λιθίνη μείνασα παράσχῃ μαθεῖν τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἐγγεγραμμένα, δηλοῦσα καὶ πλινθίνην δ' ὑπ' αὐτῶν ἀνατεθῆναι. Μένει δ' ἄχρι τοῦ δεῦρο κατὰ τὴν Συριάδα. Eadem fere Zonaras, *Annal.* tom. I, quibus columnas hasce a Setho sive etiam ejus nepotibus superstite Adamo fuisse exstructas manifestum est. Marianus Scotus non ab Adamo, sed ab Abrahamo constructas refert. Genebrardus

Chronograph. lib. I, eas modo tabulas, modo vocat columnas; tandem scribit eas fuisse tabulas, unam æneam contra aquæ illuviones, alteram lateritiam contra ignis conflagrationes; in quarum prima liberales artes præsertim doctrinam de Deo, et mathematica, in altera promissionem de semine, id est Christo, Adæ factam, cælatam, scripserunt; sed auctores unde hæc habeat Genebrardus non laudat, quos puto non multos exstare, et si quis ille esset non probabilia dicerent, nec in historia tuta et primum contra Genebrardum necessario affirmandum est, in illis tabulis sive columnis cælata non fuisse diversa, et alia ac alia : sed quæ in una, eadem et in alia. Demus enim quod et de Deo, et mathematica, et de promissione seminis, quod esset adhuc difficile probatu, scripserint in ænea : necessario tamen fatendum est, hæc eadem et in lateritia descripsisse, et non diversa. Sciebant mundum collapsurum, dubii an aquis immersum, vel ignibus conflagratum : ut doctrinam servarent, et utrique incommodo subvenirent exstruunt has duas columnas, alteram ex ære, vel ut placet nostro auctori, digniorisque notæ scriptoribus, ex lapide, alteram ex coctilibus laterculis. Sic enim ære vel lapide aquis, laterculis igni resisterent, et sic doctrinam mandarent ad posteros. Quid igitur illis profuisset si diversa scripsissent? Quomodo igne illato quæ erant in lapide, aquis effusis quæ in laterculis conservassent? Dicet fortasse Genebrardus, illos non dubios, sed certos de modo et ratione consummationis mundi columnas erexisse. Frustra igitur diversa illa columnarum materies: et una, quæ mundi excidio incolumis posset superesse, satis fuisset; sed, quia incerti materiam hanc vel aliam incerto modo, et rationi excidii præpararunt. Plinius, lib. VII, cap. 56, ex Epigene de his columnis hæc habet : *E diverso Epigenes apud Babylonios* DCCXX *annorum observationes siderum coctilibus laterculis inscriptas docet, gravis auctor in primis : qui minimum Berosus, et Critodemus* CCCCLXXX *annorum. Ex quo apparet æternus litterarum usus.*

Col. 752, lin. 11. *Ἐγέννησε δὲ ὁ Κάϊν.* Hanc Caini sobolem multi parvi duxerunt, cum in aquarum inundatione penitus absumpta sit, ideoque in ea non conveniunt auctores; in ea tamen enarranda noster Eustathius secutus est divinas Litteras, quæ non alia ratione, nisi parva nominum formulæ immutatione prosequuntur.

Ibid., lin. 13. *Καὶ οὗτος τὸν Λάμεχ.* Genebrardus ait eos errare, qui Lamech filium Mathusalæ accipiunt; rationem tamen quare id dicat nullam adducit. Errant ergo maximi quique Patres, cum iis Eustathius, Theophilus *ad Autolycum* lib. II : Τῷ δὲ Ἐνὼχ ἐγεννήθη υἱὸς ὀνόματι Γαϊδὰδ, ὃς ἐγέννησε τὸν καλούμενον Μεήλ, καὶ Μεὴλ τὸν Μαθουσάλα, καὶ Μαθουσάλα τὸν Λάμεχ. Ὁ δὲ Λάμεχ ἔλαβεν αὐτῷ δύο γυναῖκας. Erravit Augustinus, lib. XV *De civitate Dei*, cap. 20 : *Horum regum primus esse potuit ipse Cain : secundus filius ejus Enoch, in cujus nomine ubi regnaretur, condita est civitas. Tertius Gaidad, quem genuit Enoch : quartus Maniel, quem genuit Gaidad : quintus Mathusael, quem genuit Maniel : sextus Lamech, quem genuit Mathusael, qui septimus est ab Adam per Cain.* Generationem hanc vulgata editio etsi mutato nomine habet cap. IV *Genes.* : *Porro ipsi Henoch natus est Irad, Irad autem genuit Mehviael, Mehviael genuit Mathusael, Mathusael vero genuit Lamech; et Lamech duxit*, etc. Septuaginta legunt Μαθουσάλα. Levissimam hanc exscriptoris πλάνην agnovit Catena Græca *in Genes.* : Παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα Μαθουσάλα κεῖται. Τοῦτο δὲ πλάνη γραφική ἐστιν. Ὁ γὰρ Μαθουσάλα ἐκ τῆς συνεστώσης γενεᾶς ἐστι τοῦ Σήθ. Ὁ γὰρ ἀπὸ τοῦ Κάϊν Μαθουσάλα καλεῖται, ὡς ἐξώρισται μετὰ τῶν λοιπῶν.

Ibid. *Καὶ ὁ Λάμεχ δύο.* Theophilus *ad Autolycum*, lib. II : Ὁ δὲ Λάμεχ ἔλαβεν ἑαυτῷ δύο γυναῖκας, αἷς ὀνόματα Ἀδὰ καὶ Σελλά. Ἔκτοτε ἀρχὴ ἐγένετο τῆς πολυμιξίας, ἀλλὰ καὶ τῆς μουσικῆς. Nugantur rabbini, qui volunt prius ab eo viros necatos, post adductas uxores. *Primus Lamech ante diluvium fors et ultimus polygamiam ausus, et unam carnem in duas uxores divisit*, ait Hieron. lib. I *Contra Jovinianum* ; et Tertull., lib. *De exhort. cast.*, cap. 5: *Primus tres in unam carnem effecit.* Peccavit itaque Lamech, non quia plures uxores habuit, sed quia plures uno tempore. Lege Delrii, cap. IV *Gen.*, optimam animadversionem in errorem Tertulliani De monogamia. Genebrardus refert ex rabbinis, Lamech venationis exemplum posteris reliquisse, arma invenisse, et fabricasse, quibus cædes fierent. Joseph., lib. I *Antiq.*, cap. 3, scribit hunc sacrarum rerum peritum se luiturum pœnas prædixisse fraternæ cædis a Caino factæ, haud dubie diluvio. Idem, Genebrardus.

Ibid., lin. 15. *Ἐκ μὲν τῆς Ἀδάν.* Non ipse pastoritiæ artis institutor vel auctor : sed nece Abelis intermortuam, et quasi sopitam suo studio ingenioque restituit, et ipse gregem pavit. Tabernaculorum item usum adjecit. Theophilus *ad Autol.*, lib. II : Καὶ ὁ μὲν Ἀβὴλ ἐγένετο ἀνὴρ ἐν σκηνῇ κτηνοτρόφων.

Ibid., lin. 16. *Καὶ τὸν Ἰουβάλ.* Psalterii et citharæ usum invenisse tradunt præter sacras Litteras Josephus, Theophilus d. loco : Ἰουβὰλ δέ ἐστιν ὁ καταδείξας ψαλτήριον καὶ κιθάραν. De his Methodius: Τῷ τριακοσιοστῷ τεσσαρακοστῷ τῆς δευτέρας χιλιάδος ἔτει ἐπανέστησαν κακότεχνοι ἄνδρες, πονηροὶ καὶ παράνομοι, πλήρεις ἀνομίας ἐκ τῶν υἱῶν τοῦ Κάϊν, Ἰουβὴλ καὶ Θουκιδὴλ, τέκνα τοῦ Λάμεχ τοῦ τυφλοῦ, τοῦ ἀποκτείναντος τὸν Κάϊν, ὧν καὶ κυριεύσας ὁ διάβολος ἐτροπώσατο αὐτοὺς ἅπαν εἶδος μουσικὸν κατασκευάσας. Horum usum sicut et aliorum nationes recentiores suis, vel aliis sibi cognatis ascripserunt. Alii enim Amphioni, alii Orpheo, quidam Apollini, et alii aliis inventionem hanc acceptam referunt. Theophilus ibidem : Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ περὶ τῆς μουσικῆς ἐφλυάρησάν τινες εὑρετὴν Ἀπόλλωνα γεγενῆσθαι· ἄλλοι δὲ Ὀρφέα ἀπὸ τῆς τῶν ὀρνίθων ἡδυ-

φωνίας φασὶν ἐξευρηκέναι τὴν μουσικήν. Κενὸς δὲ καὶ μάταιος ὁ λόγος αὐτῶν δείκνυται. Μετὰ γὰρ πολλὰ ἔτη τοῦ κατακλυσμοῦ οὗτοι ἐγένοντο. Plura de his Polydorus Virgilius *De invent. rerum*. Dicuntur autem et hi suum musices inventum quemadmodum et filii Sethi ea, quæ de siderum motibus et disciplina repererant, in columnis cælasse.

Col. 752, lin. 17. *Ἐκ δὲ τῆς Σελλὰμ*. Sculpturæ fuit auctor, fabrilem artem invenit, metalla effodit, eorum usum aperuit. Theophilus ibidem : Θόβελ δὲ ἐγένετο σφυροκόπος, χαλκεὺς χαλκοῦ καὶ σιδήρου. Hujus artis nacti occasionem homines, ut Philo et Josephus tradiderunt, primo sculptilium et idolorum imaginibus adorandis se dederunt. Secundo ferrum, et æs rude in belli instrumenta exacuendi, et conformandi auctores fuere ; utrumque naturæ humanæ perniciosissimum.

Ibid., lin. 19. *Ὁ δὲ Ἀδὰμ ζήσας*. Editio Græca Septuaginta Interpretum in enumerandis humani generis auctorum annis cum Hebraica Judæorum non convenit; eorum differentiam plures tractarunt. Vide apud Sixtum Senensem, Pererium et alios. Græci centum annos plus tribuunt quam Hebræi, præter Lamechi annos, ubi sex annis tantum distant, et Noethi, in quibus quingentesimo et sexagesimo omnino conveniunt. De sepultura Adami constans est Hebræorum traditio, Adamum mortuum et sepultum in terra Israel prope agrum Damascenum, ibi enim fuerat procreatus, ibi et vitam traduxit. Alii ex Josuæ IV aiunt illum sepultum in Ebron. Nostrorum tamen sententia est, in monte Golgota, in quo Dominus crucifixus fuit. Origenes tract. 35 *in Marcum*, Epiphanius in fine *Panarii*, Athanasius *De passione Domini*, Theophylactus *in Math.* XXVII, Euthymius ibid., Cyprianus sermone *De resurrectione*, Ambrosius lib. V, epist. 19, et alibi.

Ibid., lin. 21. *Ἐνὼς δὲ υἱὸς τοῦ*. Paternæ pietatis vestigia amplexatus, proniori animo Deum in quem sua omnia referebat, publice, nec tenebrarum involucris adoravit, avitam religionem retinens. Latius hæc prosequitur Vatablus comment. in hunc locum. Ante Enos, Adam, Abel, Seth et Deum coluere, et sacrificiis oblatis propitium sibi reddidere Quin Cyrillus lib. I *Contra Julianum*, scribit, homines ab Adam, usque ad Sem filium Noe, Deum conditorem coluisse, nec ullum reprehendi quod ante diluvium diis alienis, vel dæmonibus deditus obtulerit. De solemniori autem cultu locum hunc intelligimus. Et cum cæteri artium inventione, rebus hisce terrenis incumbentes, lucrum et commoda præpararent, Enos ipse spretis omnibus, Deum sibi solum præ cæteris præpositum adoravit, suis fortunis in eo collocatis. Illi res ad hanc vitam utiles excogitabant, hi ad futuram. Quare hi *Dei filii*, illi *filii hominum*. Eusebius Emissenus Catena in *Gen.* : Ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ οὐχ οὕτω λέγει, ἀλλ' οὕτως· Ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τῷ ὀνόματι Κυρίου τοῦ Θεοῦ· τουτέστιν Υἱὸς Θεοῦ λέγεσθαι καὶ Θεός. Οἱ γὰρ ἀπὸ τοῦ Σὴθ δίκαιοι γεγόνασιν, ὅθεν ἡ Γραφὴ ἑαυτῇ ἀκολουθοῦσα μετὰ ταῦτά φησιν· « Εἶδον οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, » τουτέστιν οἱ δίκαιοι. Οὐ γὰρ ἦν ἐπιμιξία τῶν υἱῶν Σὴθ πρὸς τὰς ἀπὸ τοῦ Κάϊν.

Ibid., lin. 27. *Τοῦ δὲ Ἰάρεδ υἱός*. Zonaras, *Annal.* tom. I : Εὐηρέστησε δὲ Ἐνὼχ τῷ Κυρίῳ, καὶ μετετέθη, καὶ οὐχ εὑρίσκετο ἐτῶν γεγονὼς τριακοσίων ἑξήκοντα καὶ πέντε. Primum hic advertendum Hieronymum veluti memoria lapsum notari a Pererio *in Genes.*, lib. VII (id quod, ut ipse ait, magnis viris, vel nimia memoriæ fiducia, vel alia in re studio curaque vehementer intentis non raro contingit); si quidem quod hoc loco Scriptura tradit de Enoch, qui septimus fuit ab Adamo, ipse attribuit Enos filio Seth, Adami nepoti. Sic enim scribit. lib. I *Adversus Jovinianum : Non reor idcirco translatum Enoch, quod uxorem habuerit, sed quod primus invocaverit Deum, et crediderit in Salvatorem.* At primum omnium, qui nomen Domini cœpit invocare non Enoch, sed Enos fuisse cap. IV, *Genes.* tradit Moyses. Secundum : Procopius Gazeus ex verbis *Scripturæ* putat Enoch ante fuisse improbum, et flagitiosum, sed postea digna et perfecta suorum scelerum pœnitentia non tantum emendasse vitam, sed adeo Deo placuisse, ut mereretur mortis expers in felicem vitæ statum transferri. Tertium Abenezram cum aliis contendisse : Enochum mortuum esse, et ita Scripturæ locum intelligendum, multis rationibus, sed temere conatur demonstrare. Mera prodigia sunt, et aniles fabulæ, quæ hæretici de morte Enochi tradiderunt. Enochum non esse mortuum separatione animæ a corpore violenta, sed alio novo modo, nempe exuta tantum corruptibili natura, et absolutum a miseriis hujus sæculi placida quadam ex hoc mundo migratione. Et addunt, se loqui de tali, qualis fuisset transitus in statu innocentiæ, et qualis futurus eorum, quos dies ultimus superstites inveniet; atque ita in cœlestem patriam Enoch translatum fuisse, non quidem futurum illic participem gloriæ cœlestis, se absolutum duntaxat a miseriis sæculi, donec Christus in cœlum ascenderet. Martinus item Borrhaius, ejusdem farinæ homo, fatetur Enochum vere mortuum quoad corpus more cæterorum, sed sepulto corpore quoad animam propter fidei præstantiam translatum in cœlum, et ideo dici non mortuum. Antiquissima tamen Ecclesiæ traditio, et Christianorum omnium persuasio, et concors Patrum theologorum sententia, contrarium sentit. Illam expresse tradunt Clemens Romanus lib. V *Constit. apost.*, cap. 6; Irenæus, lib. IV, cap. 30; Tertullianus, lib. *De resurr. carn.*, cap. 58; Cyprianus, lib. *De Sion et Sina;* Epiphanius in *Ancorato ;* Nemesius, lib. *De nat. homin.*, cap. 4 ; Hieronymus, lib. III *Contra Pelag.;* Augustinus, lib. XV *De civit. Dei*, cap. 29 ; Chrysostomus, hom. 31 *in Genes.* et in cap. XI *ad Hebræos;* Ephremius Theopolitanus patriarcha apud Photium in *Bibliot.*, cod. 228. Nec

aliter sentit Josephus *Antiq.*, lib. I, cap. 4 : Ἀνεχώρησε πρὸς τὸ Θεῖον, ὅθεν οὐδὲ τελευτὴν αὐτοῦ ἀναγεγράφασι. Liber inscriptus Μεθοδίου Πατάρων, καὶ ἐκ τοῦ βιβλιογράφου Λέοντος τοῦ φιλοσόφου, ait tempore Antichristi hunc una cum Elia, et Joanne theologo mittendum, ad eum redarguendum : Ὁ δὲ ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ἡμῶν οὐδὲ ἐν τῷ τότε καιρῷ καταλιμπανεῖ τὸν κόσμον δίχα τινὸς κηρύσσοντος. Ἀποστελεῖ ἄνδρας τρεῖς, δύο ἐκ νεφέλης καὶ ἄλλον ἐκ τῆς γῆς· εἰσὶ δὲ οὗτοι Ἐνὼχ, Ἠλίας, καὶ Ἰωάννης ὁ θεολόγος, λέγοντες· Πλάνος ἐστί· μηδεὶς αὐτῷ πιστεύσῃ. Καὶ ἀναιρεῖ αὐτοὺς ἐν φόνῳ μαχαίρας, καὶ πεσοῦνται τὰ σώματα αὐτῶν ἐπὶ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ ἥμισυ· καὶ εἰσέρχεται εἰς αὐτοὺς πνεῦμα ζωῆς, καὶ ἀνέρχονται εἰς τὸν οὐρανὸν πάντων ὁρώντων, καὶ κράζοντες τὸν Θεόν. Καὶ κολοβώσει ὁ Ὕψιστος τὰς ἡμέρας ἐκείνας, ἵνα μὴ πᾶσα ἡ φάλαγξ ἐκείνη τῶν ἁγίων ἐκλείψῃ, καὶ σωθήσονται οἱ ἀγαπῶντες τὸν Θεόν. Eadem habet Prosper lib. *De provid. Dei*, cap. 6. Ineptus itaque est Hieronymus Oleaster, cum dicit : licet Hebræi dicant, Enoch esse mortuum, sibi tamen videri probabilius non esse mortuum. Tandem multa fabulantur hæretici de loco ex quo raptus est. Lutherus vult raptum suaviter in gramine dormientem nullo conscio. Selneccerus scribit, vigilantem coram tota Ecclesia, vel præcipuis patriarchis : *Alioquin unde scivissent*, ait, *raptum a Deo ?* Probabilior est sententia Delrii, qui, *Fateamur*, inquit, *nos nescire quo tempore, loco, modo et coram quibus raptus fuerit. Scimus raptum viventem, et a Deo.* An vero idem Enoch translatus sit moriturus, et quem in locum translatus sit, utrum in paradisum terrestrem, unde ejectus est Adam, et quare translatus, et an sic translatus videat essentiam Dei, et an librum aliquem scripserit multis pertractat Pererius *in Genes.*, lib. VII, et Delrius in dictum locum *Genes.* disertissime discutit, et alii. Librum ejus laudat Origenes hom. 29 *in Num.*; Tertullianus, lib. *De idololatria*, *De pudicitia* et *De cultu virginum*. Origenes Anacephal. lib. IV *De principiis*. Damnatur ut apocryphus. Hieronymus *Catal. script. ecclesiast.*, vel hoc uno Judæ apostoli epistolam a plerisque rejici tradit, quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimonium. Alius est hic ab Enocho Caini filio, cujus supra meminimus.

Col. 752, lin. 28. *Ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ.* Quidam hunc sicut et patrem animo et corpore translatum fuisse tradiderunt, alii, et verius, ipso anno diluvii obiisse. Secundum editionem Septuaginta annis quatuordecim post diluvium vixit, quod est absurdum, et mirum. Ποῦ διεσώθη ἐν τῷ κατακλυσμῷ? De celeberrima hac quæstione consule Hieronymum in *Quæstion. Hebraicis*, Augustinum *De civit. Dei*, lib. XV et XIII. Georgius Syncellus in *Chronico :* Τοῦτο οὐκ εὖ ἔχειν δοκεῖ. Ἔσονται γὰρ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον αἱ ἀνὰ πάσας Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ ἱεραὶ βίβλοι τῆς Γενέσεως διεφθαρμέναι, αἳ ϡξθ' ἔτη ἱστοροῦσι τοῦ Μαθουσάλα. Ἔσται δὲ καὶ Ἰάρεδ μακροβιώτερος αὐτοῦ ἔτη κγ', ϡξβ' ζήσας ἔτη, ὅπερ οὐδενὶ συμπεφώνηται. Διόπερ οὐ χρὴ διὰ τὸ φάναι συναπολέσθαι αὐτὸν τοῖς ἐν τῷ κατακλυσμῷ, διὰ τοῦτο ϡμθ' ἔτη βεβιωκέναι. Ἀλλὰ οὐδὲ τῷ Ἀφρικανῷ πειθόμεθα προστιθέντι τὰ αὐτὰ κ' ἔτη, καὶ ϡπθ' λέγοντι τοῦ Μαθουσάλα, ἀντὶ ϡξθ'. Λοιπὸν οὖν κρεῖσσον εἶναι δοκεῖ ταῖς καθ' ὅλην τὴν οἰκουμένην ἑπομένους ἱεραῖς βίβλοις ϡξθ' τῆς ζωῆς λέγειν Μαθουσάλα· εἰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν ὑπερβέβηκεν ἔτεσι ιε', τοῦ Θεοῦ κἀκεῖνον ἴσως, ὡς τὸν Ἐνὼχ, περισώσαντος παραδόξως, καθ' οὓς οἶδε τρόπους, καὶ τόπους.

Ibid., lin. 32. *Τούτῳ τῷ Λάμεχ.* Hæc ad verbum versibus expressit Constantinus Manasses in *Annal.* :

Ἦν δέ τις Νῶε δίκαιος ἐν τοῖς τοῦ Σὴθ ἐγγόνοις
Ἔνατος ἐκ τοῦ σπέρματος Ἀδὰμ τοῦ πρωτοπλάστου,
Ὅς, μετιὼν τῆς ἀρετῆς τὴν ἐννομοπραγίαν,
Καὶ τὴν κακίαν ἐκ ψυχῆς ἀποστυγῶν, καὶ φεύγων,
Τοὺς φαυλουργοὺς καὶ δυσσεβεῖς ἔσπευδε σωφρονίζειν.
Ἐπεὶ δ' οὐκ ἔπειθεν αὐτοὺς τῶν φαύλων ἀποσχέσθαι,
Μετέστη μὲν ἀπὸ τῆς γῆς, ἔνθα τὸ πρῶτον ἔφυ·
Μέτοικος δὲ γενόμενος ἀλλοδαποῖς ἐν ὅροις,
Τὴν ὑμνουμένην κιβωτὸν ὡρίσθη τεκτονῆσαι,
Καὶ ζῶον ἅπαν ἐν αὐτῇ χερσόϋγρον ἐγκλεῖσαι
Ὡς σπέρμα χρηματίσαιεν, καὶ ζώπυρον τοῦ γένους.

In quibus mira Manassis hallucinatio deprehenditur. Noe enim nonum ab Adamo constituit, Scripturis omnibus, chronicorumque scriptoribus reclamantibus. Quare reponendum judico δέκατος ἐκ τοῦ σπέρματος. Nec in illo audiendus est, cum dicit Noe in arcam animal omne terrenum et aquatile, χερσόϋγρον, inclusisse, ut semen inde animantium servaret. Usus enim arcæ terrenis, non aquatilibus erat necessarius. Eximium Noe præconium habes apud Chrysostomum, hom. 25 *in Genes.* Sibyllam Oracul. libr. I, Basilium Seleuciensem orat. 1 et 2 de Noe, et alios.

Ibid., lin. 35. *Ἄχρι γὰρ ἑβδόμης γενεᾶς.* Eadem habet Josephus l. I *Antiq.*, cap. 4; Zonaras *Annal.* lib. I. Nec dissentit Theodoretus *in Genes.* quæst. 47; Methodius : Τῷ δὲ ἑπτακοσιοστῷ ἐνενηκοστῷ ἔτει τῆς Ἰάρεθ ζωῆς, ἤτοι τῆς δευτέρας χιλιάδος, προσέθετο ὁ πονηρὸς καὶ ὀλέθριος διάβολος πολέμῳ πορνείας προσψαῦσαι τοῖς υἱοῖς Σὴθ, εἰς τὰς θυγατέρας Κάϊν, καὶ ἐξωθεῖσας ἔῤῥιψε τοὺς γίγαντας εἰς ὄλεθρον τῆς ἁμαρτίας. Καὶ ὠργίσθη θυμῷ Κύριος ὁ Θεός. Καὶ ἐν τῷ τέλει τῆς δευτέρας χιλιάδος ἐγένετο κατακλυσμὸς τῶν ὑδάτων, καὶ ἠφανίσθη πᾶσα ἡ δημιουργία τε καὶ διάπλασις. Sed ea quæ hic traduntur a Methodio falsa esse, et illi afficta, censent nonnulli, errore satis explorato certoque chronologiæ. Incesta, adulteria, scelera, impietates, aliaque hominum illorum fuse prosequitur Enoch lib. I, Περὶ τῶν ἐγρηγόρων. Ad septimam etenim generationem vita Adam protracta omnes ad cultum Dei, et verbo, et opere instruendo compellebat. Par enim est credere, eum non tantum propriorum

lapsuum pœnitentia tristem, verum et aliorum delictis quasi stimulis quibusdam actum intime fremuisse, et lacrymis supplicem ad Deum delinquentibus optimis monitis succurrisse, sicque naturam humanam debilem, et languentem ope Dei instaurasse. Quæ felicitas, dum et vita, et spiritus, integra duravit. Postquam decessit, homines amandata verecundia quotidie ad majora, et scelestiora facinora prolapsos non est mirum. Quando et tunc filii Dei filiabus hominum se junxerunt. Posteritas scilicet Seth pietate celebris et Deo summe chara conjunxerat se cum posteritate Caini impia et nequam. Quasi diceret iisdem sceleribus ac facinoribus complexa eorum vitam, se immiscuit, et in eadem vitia prolapsa est. Vide *Chronicon Alexandrinum*.

Col. 752, lin. 39. *Ὡς οὖν ὁ Νῶε*. Josephus *Antiquit.* lib. I, cap. 4 : Ὁ Νῶχος δὲ τοῖς ὑπ' αὐτῶν πραττομένοις δυσχεραίνων, καὶ ἀλγηρῶς ἔχων, ἔπειθεν ἐπὶ τὸ κρεῖττον τὴν διάνοιαν καὶ τὰς πράξεις μεταφέρειν. Ὁρῶν δ' οὐκ ἐνδιδόντας, ἀλλ' ἰσχυρῶς ὑπὸ τῆς ἡδονῆς τῶν κακῶν κεκρατημένους, καὶ δείσας μὴ φονεύσωσιν αὐτὸν μετὰ γυναικῶν, καὶ τέκνων, καὶ τῶν τούτοις συνοίκων, ἐξεχώρησε τῆς γῆς. Ὁ δὲ Θεὸς τοῦτον μὲν τῆς δικαιοσύνης ἠγάπησε· κατεδίκαζε δὲ οὐκ ἐκεῖνο μόνον τῆς κακίας, ἀλλὰ καὶ πᾶν ὅσον ἦν ἀνθρώπινον τότε δόξαν αὐτῷ διαφθεῖραι καὶ ποιῆσαι γένος ἕτερον πονηρίας καθαρὸν, ἐπιτεμόμενος αὐτῶν τὸν βίον, καὶ ποιήσας ἐτῶν οὐχ ὅσα πρότερον ἔζων, ἀλλ' ἑκατὸν εἴκοσιν, εἰς θάλασσαν τὴν ἤπειρον μετέβαλε. Καὶ οἱ μὲν οὕτως ἀφανίζονται πάντες. Νῶχος δὲ σώζεται μόνον, ὑποθεμένου μηχανὴν αὐτῷ, καὶ πόρον πρὸς σωτηρίαν τοῦ Θεοῦ τοιαύτην.

Ibid., lin. 41. *Καὶ προστάττει αὐτῷ*. Monitu itaque jussuque Dei arca exstructa est. Nugatur ergo pseudo Berosus Annianus, qui ait, Noe astrologiæ scientissimum ex astrorum inspectione et observatione prævidisse diluvium, nec tutior Annius : *Alibi scripsimus atque probavimus, hæc duo simul dare inundationem terrarum a causis naturalibus processisse, quas studiosi in monumentum exciderunt, et a divina providentia simul ab æterno ordinatam, ut quo potissimum tempore homines demererentur perirent.* Quamvis enim Avicenna, nonnullique alii astronomi defendant, efficacia causarum naturalium, earumque vi fieri posse tantam aquarum effusionem ; et Seneca lib. III *Natur. quæst.* ait, futurum aliquando tale diluvium, et non secus quam hiemem, quam æstatem, lege mundi ac sponte venturum. Verior tamen probabiliorque sententia contraria est. Eam constituit Aristoteles lib. I *Meteor.*, cap. 14, et alii. Consule Damascenum lib. I *Fidei orthod.*, cap. 3

Ibid., lin. 42. *Κατασκευάσαι κιβωτόν*. Philo sub finem lib. II *Vitæ Moysis*; Josephus *Antiq.* lib. I, c. 4. In ejus partibus assignandis constituendisve variant doctores. Origenis in hom. 2, opinio exagitatur hodie sentientis fuisse cubitos geometricos, quorum singuli communes sex continent ; longitudinis mille octingentorum cubitorum, latitudinis trecentorum, altitudinis centum octoginta, vastissimam sane molem, si ad cubitos solemnes, seu communes reducas : hoc est, duum millium et septingentorum pedum in longum, quadringentorum et quinquaginta in latum ; altitudo ducentorum septuaginta. Hanc sententiam cum Isidoro Clario sequitur Delrius, quia profitetur Origenes, quæ traditurus de arca majorum traditione habuisse, et quia non displicuit Augustin. l. I *Quæst. in Gen.* et alibi, qui objectionem illam de arcæ magnitudine vocat ineptissimam calumniam, et solvit similitudine urbium majorum. Non displicuit etiam Cajetano ; et Delrio ridiculum videtur, malle animantia in arctum illic compacta fuisse, ut commode se movere et cubare nequirent, quam laxe et salubriter degere.

Ibid., lin. 48. *Ἐπενεχθέντος δὲ τοῦ*. Maximæ illius aquarum inundationis, et cataclysmi universalis ex vetustissimis scriptoribus meminere Abidenus, Berosus et alii, quos recenset Eusebius *De præparatione evangelica* lib. IX, et *Chronici* prima parte. Ejus elegantem descriptionem habes apud Manassem in *Annalibus*, et Basilium Seleuciensem. Albumasar a mundi initio ad diluvium numerat annos integros duo millia ducentos viginti octo. Alliacensis, lib. *De concordia astrologiæ et historiæ*, ab Adam ad diluvium annos bis mille ducentos quadraginta octo fluxisse, idque astrologicis rationibus ipsius mundi geniture themate proposito nititur probare. Eum refellit Joannes Picus in *Astrol.* lib. V. De his vide plura apud chronographos. Augustinus, lib. XVIII *De civitate Dei*, c. 8, nullam fuisse nec apud Græcos, nec apud Latinos hujus diluvii neque notitiam, neque commemorationem scribit. Varronemque testem adducit, qui scripsit in monumentis litterarum veteris memoriæ, nihil Ogygis diluvio, quod multis sæculis post Noeticum accidit, reperiri vetustius. Id tamen negari sine *contumacia* Pererius, lib. XII *in Genes.*, ait non posse ex Josephi testimonio lib. I *Antiquit.* cap. 4 : *Hujus autem diluvii et arcæ meminerunt omnes barbaricæ historiæ scriptores, et in his Berosus Chaldæus, narrans enim de hoc diluvio sic ferme scribit : « Fertur autem, et navigii hujus pars in Armenia apud montem Cordiæorum superesse, et quosdam bitumen inde abrasum secum reportare, quo vice amuleti loci ejus homines uti solent. » Meminit horum et Hieronymus Ægyptius, qui antiquitates Phœnicum scripsit, et Mnaseas, et alii plures. Quin et Nicolaus Damascenus, lib.* XCVI, *de his rebus narrat in hæc verba : « Est super regionem Minyarum magnus mons in Armenia, nomine Baris, in quo multos profugos diluvii tempore servatos ferunt. Et quemdam arca vectum in hujus vertice hæsisse, et reliquias lignorum ejus longo tempore duravisse, qui fortassis is fuit, de quo etiam Moyses scribit Judæorum legislator. »* Et Eusebii lib. IX *De præparatione evangelica*, qui verbis Josephi ex Abydeno hi-

storico subdit nonnulla et Cyrilli Alexandrini, qui ad hoc probandum refert testimonium Alexandri Polyhistoris. Nec Plato id ignorasse videtur ex iis quæ habet in *Timæo*, ante particularia diluvia apud Græcos celebratam fuisse antiquitus maximam quamdam aquarum inundationem terræque vastationem. Ad hoc item pertinet quod Pomponius Mela, lib. I, c. 21; et Plinius l. v, c. 13, et Solinus, cap. 37, Joppem urbem Judææ maritimam prædicari omnium terræ urbium vetustissimam credique fuisse ante diluvium. Quæ præterea de diluvio Deucalionis Plutarchus, lib. *De solertia anim.* retulit de columba, ad Noeticum diluvium pertinent. Huc item spectant, quæ de diluvio l. I *Metamorph.* Ovidius scribit. Verum Pererius, qui post Augustini de notitia diluvii sententiam expositam affirmavit id non posse negari sine contumacia, cum id tamen negasset Augustinus, ne videretur tanto viro notam contumaciæ vel ignorantiæ, aut oblivionis historiæ inurere, illum excusans ait, Augustinum non præcise dixisse nullis historicis notum fuisse diluvium Noe, sed tantum fuisse ignoratum a Græcis et Romanis historicis, nihil de barbaris historiis locutum; et id verum esse, cum illos quos ipse Pererius citavit barbaros fuisse et rerum barbaricarum scriptores certum sit. Hæc tamen explicatio pia est, quis id negabit? dum Augustinum ab ignorantia defendit, et contumacia suaque laude non caret. Mihi tamen ab omni humanitate alienum esse videtur serio accusare, quem frigidis falsisque rationibus postea non valet defendere. Ut enim verum fatear, quis unquam dixit et Alexandrum Polyhistorem, et Plutarchum, et Platonem, et Ovidium, et Plinium, et Solinum, et Melam barbaros fuisse, eosque fuisse rerum barbaricarum scriptores? nunquam memini me legisse; nec puto id etiam litteris proditum fuisse Græcos, Romanosque barbaros fuisse. Qui si barbari, quis in toto terrarum orbe ab hac se nota immunem defendet? Ut ergo falso accusatus Augustinus defendatur, barbari omnes, et Romani, et Græci erimus. Contra jus fasque Augustinus tanquam contumax accusatur, et contra jus fasque et Romani, et Græci barbari judicantur. Profecto, dicet quis vel, nos in lectione auctorum qui de diluvio verba fecere, cæcutimus; vel Augustinus aliter ac res erat exposuit, qui contra sentit et lapsus est, historiæ et antiquitatis aut inscitia, aut oblivione. Nequaquam. Namque Augustinus ait id non novisse neque Græcam, neque Latinam historiam, quod verum est, et rationi veritatique historiæ consentaneum; nunquam enim historia sive Græca, sive Latina a suis scriptoribus monumentis publicis, sive hominum traditione id habuit, Noeticum diluvium fuisse. Recens est et juvenis historia Græcorum et Latinorum; antiquissimum Noeticum diluvium, ita ut ejus memoria traditionem omnem effugiat. Habuit illius notitiam Hebræorum historia Scripturæ sacræ monumentis nusquam tamen est historia Græca vel Latina. Sin etiam scientias, et artes omnes et Græcas, et Latinas necesse erit affirmare, cum de illis agant Græce et Latine auctores Græci et Latini; neque talis modus elocutionis talem efficit scientiam vel artem. Quando et Dionysii Halicarnassei, et Dionis Cassii, et aliorum historiam Romanam Græcam esse contendemus, postquam lingua Græca enuntiata est. Res ergo, non elocutio, neque auctor ipse facit historiam hujus potius nationis, quam alterius. Multa de Deo, de mundi creatione, de providentia divina, de Christiana religione, de sexcentis aliis philosophi Platonici, et historici profani in suis commentariis prodidere, quod ita manifestum est uti probatione non egeat: ideo ne illa, et Græcam philosophiam, et Græcam historiam illosque Græcæ philosophiæ, vel historiæ scriptores fuisse affirmabimus, aliud omnino est alieno ore, aliud proprio loqui. Optime itaque Augustinus diluvium nec Græca, nec Latina historia compertum fuisse affirmavit, quia etsi de illo meminere, non ex Græcorum Latinorumque historicis thesauris, sed externorum libris id hausere; cum, ut idem ait Augustinus ex Varrone, Latina historia nihil habuit antiquius Ogygis diluvio. Possemus item dubitare, an Latina historia et Romana idem sit. Augustinus enim ait, *Quod gentium neque Græca, neque Latina novit historia.* At Pererius dum repetit illius verba, vel saltim sententiam, *Sed tantum dixit fuisse ignoratum in Græcis, et Romanis historiis, nihil de barbaricis historiis locutus.* En quomodo ex Latina historia, Romana facta est. Sed cætera prosequamur a nostro instituto minime aliena.

Col. 752, lin. 48. *Ἐκαλύφθη τὰ ὑψηλά.* Theophilus *ad Autolycum*, lib. III, ait τὸ ὕδωρ ὑψωθῆναι ἐπάνω παντὸς ὄρους ὑψηλοῦ πεντεκαίδεκα πήχεις, et Albinus, *Quæst. in Genes.*, hoc fieri potuisse affirmat, quamvis ad illam partem aeris pervenerit, in quam nec ventus invadere, nec nubes condensari possunt: *Si terra spatium illius tranquilli ætheris invadere potest, cur non et aqua crescendo? Sunt tamen quidam, qui putant nec terræ inæqualitatem talem, nec montium altitudinem tantam ante diluvium fuisse sicut nunc est.* Verum philosophicarum, ac rerum mathematicarum perito minime hæc sententia arridebit. Quamvis enim his temporibus montes altiores concedamus, non tamen sequeretur tunc altitudinem montium non fuisse tantam, sicut nunc cernitur. Nunquam enim creverunt montes, nec in majorem altitudinem se erexerunt, etiam si sublimiores videntur; vallibus enim in imum effossis, terra labentibus aquis decurrente aut etiam fluvialibus, montes altiores assurgunt, non quod aliquid illis de novo sit adjunctum, sed quia in lateribus, vel ima parte aliquod est detractum, et sane montes ipsi quotidie temporum edacitati obnoxii decrescunt. Fabulantur Judæi, Og regem Basan fuisse ex gigantibus illis, de quibus dicitur *Gen.* VIII, in altissimo monte consistentem, evasisse diluvium, illudque probant ex eo quod habetur *Deut.* III: *Solus*

Og restiterat de stirpe gigantum. Et falsi arguuntur Thalmudistæ, qui dicunt, diluvium non attigisse montem Sion, hoc solo argumento quod semen gigantum inventum sit post diluvium in loco prædicto. Plato in *Timæo*, et Diodorus Siculus *Biblioth.*, lib. VI, ab hac sententia videntur abhorrere, sed iidem in re ac materia diversa, quamvis in cæteris falsi consentiunt. Tradunt enim tempore diluvii, magos confugisse, nonnullosque alios Ægypti populos in juga montium ibique monumenta reconditissimæ vetustissimæque eruditionis quæque comportasse, asservasseque in gratiam et usum mundi superstitis. Inde postea inferunt a magis Ægyptiisque Græciæ populis communicata. Quæ omnia quamvis temere affirmentur, hos tamen auctores lepidis hisce fabellis illud innuisse certum est : a quibusdam et pietate et eruditione conspicuis viris arte quadam multarum scientiarum methodos, rationes, variaque experimenta futuris hominibus, ab eluvione illa aquarum conservasse. Illud in his omnibus verum est, omnes summitates montium, ut divinæ tradunt Litteræ, certa quadam aquarum mensura coopertas, per id spatium quo duravit diluvium sub aquis latuisse, nec audiendus Cajetanus, qui putat vertices aliquos montium non fuisse opertos aquis diluvii, nec hoc adversari divinæ Scripturæ; quomodo id potuerit esse explicat, et ante Cajetanum nonnulli id affirmarunt eos montes, quorum altitudo excedit locum generationis imbrium sive mediam regionem aeris, non fuisse opertos, cum diluvium generatum a pluviis non potuerit increscere supra locum ubi generantur pluviæ. Hanc opinionem Augustinus commemorat, et refellit, l. XV *De civitate Dei*, cap. 27 : *Opinantur quidam, tam magnum fieri non potuisse diluvium, ut altissimos montes quindecim cubitis aqua crescendo transcenderet, propter Olympi verticem montis, supra quem perhibentur nubes non posse conscendere; ut non ibi sit aer iste crassior ubi venti, nebulæ, imbresque gignuntur, nec attendunt, omnium elementorum crassissimam terram ibi esse potuisse. An forte negent esse hanc terram verticem montis? Cur igitur usque ad illa cœli spatia terris exaltari licuisse, et aquis exaltari non licuisse contendunt, cum isti mensores et pensores elementorum aquas terris perhibeant superiores, atque leviores? Quid itaque rationis afferunt, quare terra gravior, et inferior locum cœli tranquillioris invaserit per volumina tot annorum, et aqua levior ac superior non permissa sit hoc facere saltem ad tempus exiguum?* Tandem ridendæ sunt nugæ Mahumetanæ, quæ non dicunt, sed insaniunt, arcam excrementis gravatam periculo proximam fuisse; quapropter Noe, cum ad Deum confugisset, responsum accepit, ut curaret elephantum in cloacis hominum egerere sua stercora. Ex quibus sus pergrandis generatus immunda illa devoravit, ex suis fetore procreatus sorex arcam arrosit, ac perforavit, ita ut aqua ingrederetur. Noe majori periculo a Deo ut leonem feriret in fronte accepit. Percussione hac furore atque ira leo exarsit, et spiravit vehementer, ut ex ejus naso catus prodierit soricem devorans! O Mahumetanam elegantiam! o arcam! o numen Mahumetis stercoreum! o percussionem leonis tam utilem! o catum de humano genere bene meritum! o nequam soricem, nequiorem elephantum, nequissimum qui hæc audit, et credit, nec aspernatur liri, liri

Col. 753, lin. 1. *Εἰς ἄκραν τινὰ ὄρους.* Mons super quem resedit arca, varie ab auctoribus traditur : Berosus Chaldæus apud Josephum, *Antiq.* lib. I, appellat montem Cordyæorum; Nicolaus Damascenus nominat Barim. Verba Josephi superius exscripsimus, et ex eo Zonaras *Annal.* tom. I. Cur autem Ambrosius eum appellaverit montem Quadrati, Pererius nulla conjectura vel suspicione se posse attingere scribit lib. XIII *in Genes.* Textus tamen Scripturæ Græcus, et Hebræus expressit Ararat, quod D. Hieronymus ait Armeniam esse : sunt montes Armeniæ, et pars Tauri, qui varia locis diversis nomina accepit. Epiphanius in *Panario* has omnes nominum diversitates conciliat, dicens, post diluvium requievisse arcam Noe in montibus Ararat (esse Septuaginta), mediis inter Armeniorum et Cardyæorum fines (esse Vulgatam versionem, et Chaldæi paraphrasin), in monte Lubar appellato, ecce quod Damascenus prodidit, ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς Ἀραρὰτ ἀναμέσον Ἀρμενίων καὶ Καρδυαίων, ἐν τῷ Λουβὰρ ὄρει καλουμένῳ. Procopius : *Ararat medius inter Armeniam, et Parthiam excurrit versus Adrabenorum regionem.* Sibyllina oracula lib. I, pro Armenia Phrygiam obtrudunt ; falsum plane, ut et illud quod subdit eadem Sibylla, se cum marito suo in arca inclusam fuisse.

Ibid., lin. 5. *Καὶ τὰ λείψανα.* Theophilus *ad Autolycum*, lib. III : Ἧς κιβωτοῦ τὰ λείψανα μέχρι τῆς δεῦρο δείκνυται εἶναι ἐν τοῖς Ἀραβίοις ὄρεσι. Zonaras, loco d. : Ἀποβατήριον δὲ τὸν τόπον καλεῖσθαι τοῖς Ἀρμενίοις φησὶν Ἰώσηπος καὶ λείψανα δείκνυσθαι τῆς λάρνακος ἐκεῖ. Et Josephus ex Nicolao Damasceno : Καὶ Νικόλαος δὲ ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ ἐνενηκοστῇ καὶ ἕκτῃ βίβλῳ ἱστορεῖ περὶ αὐτῶν λέγων οὕτως· Ἔστιν ὑπὲρ τὴν Μινυάδα μέγα ὄρος κατὰ τὴν Ἀρμενίαν Βάρις λεγόμενον, εἰς ὃ πολλοὺς συμφυγόντας ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ λόγος ἔχει περισωθῆναι, καί τινα ἐπὶ λάρνακος ὀχούμενον ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν ὀκεῖλαι, καὶ τὰ λείψανα τῶν ξύλων ἐπὶ πολὺ σωθῆναι. Γένοιτο δ' ἂν οὗτος ὅντινα καὶ Μωϋσῆς ἀνέγραψεν ὁ τῶν Ἰουδαίων νομοθέτης. Nicolaus Salconus, lib. *Histor. part. Orientis* ex ore Haythoni ordinis Præmonstratensis : *In Armenia est altior mons, qui sit in toto orbe terrarum, qui Ararath vulgo nuncupatur, et in cacumine illius montis arca Noe post diluvium primo sedit, et licet propter abundantiam nivium, quæ semper in illo monte reperiuntur, tam hieme quam æstate, nemo valet ascendere montem illum, semper tamen apparet in ejus ca-*

camino quoddam nigrum, quod ab hominibus dicitur esse arca.

Col. 753, lin. 6. *Καὶ τῇ ἀσφάλτῳ.* Albinus, *Quæst. in Genes.* de natura bituminis: *Bitumen est ferventissimum et violentissimum gluten, cujus est hæc virtus, ut ligna eo oblita, nec vermibus exedi, nec solis ardore, nec flatibus ventorum, nec aquarum possint inundatione dissolvi.* Josephus *Antiq.* lib. I, cap. 4, de arcæ bitumine ex Beroso Chaldæo: Τοῦ δὲ κατακλυσμοῦ τούτου καὶ τῆς λάρνακος μέμνηνται πάντες οἱ τὰς βαρβαρικὰς ἱστορίας ἀναγράφοντες, ὧν ἐστι καὶ Βηρωσσὸς ὁ Χαλδαῖος. Διηγούμενος γὰρ τὰ περὶ τὸν κατακλυσμὸν οὕτω πως διέξεισι· Λέγεται δὲ καὶ τοῦ πλοίου ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ πρὸς τῷ ὄρει τῶν Καρδυαίων ἔτι μέρος τι εἶναι, καὶ κομίζειν τινὰς τῆς ἀσφάλτου ἀφαιροῦντας. Χρῶνται δὲ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι τῷ κομιζομένῳ πρὸς τοὺς ἀποτροπιασμούς. His ex Josepho subdit nonnulla ex Abideno Euseb. *De præpar. evang.*, lib. IX, inter cætera: Τὸ δὲ πλοῖον ἐν Ἀρμενίῃ περίαπτα ξύλων ἀλεξιφάρμακα τοῖσιν ἐπιχωρίοισι παρείχετο. Et *Chronicorum* part. I, ex Alexandro Polyhistore: Τοῦ δὲ πλοίου τούτου κατακλιθέντος ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ μέρος τι εἶναι ἐν τοῖς Κορκοραίοις (lego Κορδυαίοις) ὄρεσι τῆς Ἀρμενίας διαμένον, καί τινας ἀπὸ τοῦ πλοίου κομίζειν ἀποξύοντας ἄσφαλτον· χρᾶσθαι δὲ αὐτῇ πρὸς τοὺς ἀποτροπιασμούς. Hæ autem arcæ reliquiæ, ut videre est ex Josepho, quæ ad sua tempora perdurarunt per annos amplius bis mille, an virtute bituminis, de quo plura Plinius, lib. XXXV, cap 15, et ex Albino Rabanus: *Bitumen est ferventissimum, et violentissimum gluten, cujus hæc est virtus, ut ligna quæ eo oblita fuerint, nec vermibus exedi, nec solis ardore, nec ventorum flatibus, nec aquarum possint violentia dissolvi;* an ita Deo disponente, quod et verius, ut mortales æternum, ut ita dicam, justitiæ divinæ, nec non et misericordiæ præ oculis haberent monimentum?

Ibid., lin. 8. *Ὁ δὲ Νῶε ἐτελεύτησεν.* Pseudo-Berosus Annianus lib. III, multa de Noe, et iis quæ ipse post diluvium gessit, fides sit penes auctorem.

Ibid., lin. 9. *Καὶ υἱοὶ αὐτοῦ.* Hebræorum plerique docent, Japhet primo loco a Noe fuisse genitum, Cham secundo, Sem omnium postremo. Augustinus, lib. XVI *De civitate Dei*, cap. 2, Japhet minimum putat, Sem maximum.

Ibid., lin. 12. *Ἀπὸ τοῦ ὄρους.* Noe enim, et filii, relictis montibus Armeniæ post diluvium, terræ planitiem assequuntur, fuitque prima habitatio in terra Sennaar, quo in loco postea Babylon ædificata fuit. Eusebius, part. I *Chronic.* ex Alexandro Polyhistore: Ἐλθόντας οὖν τούτους εἰς Βαβυλῶνα τά τε ἐκ Σιππάρων γράμματα ἀνορύξαι, καὶ πόλεις πολλὰς κτίζοντας, καὶ ἱερὰ ἀνιδρυσαμένους πάλαι ἐπικτίσαι τὴν Βαβυλῶνα. Hebræi asserunt, Noe ex Armenia rediisse in veterem patriam, id est, loca Damasco vicina, ubi constituit regnum, et pontificatum Salem, quæ Melchisedech administravit.

Ibid., lin. 22. *Νεβρὼθ ἔπειθεν ὁ.* Josephus, lib. I *Antiquit.*, cap. 5: Ἐξῆρε δὲ αὐτοὺς πρός τε ὕβριν τοῦ Θεοῦ, καὶ καταφρόνησιν Νεβρώδης, ὡς υἱωνὸς μὲν ὢν Χάμου τοῦ Νώχου· τολμηρὸς δὲ καὶ κατὰ χεῖρα γενναῖος, ἔπειθεν αὐτοὺς μὴ τῷ Θεῷ διδόναι τὸ δι' ἐκεῖνον εὐδαιμονεῖν, ἀλλὰ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν ταῦτα παρέχειν αὐτοῖς ἡγεῖσθαι. Περίιστα δὲ κατ' ὀλίγον εἰς τυραννίδα τὰ πράγματα, μόνως οὕτω νομίζων ἀποστήσειν τοὺς ἀνθρώπους παρὰ τοῦ Θεοῦ, εἰ χρώμενοι τῇ αὐτοῦ δυνάμει διατελεῖεν. Ἀμυνεῖσθαί τε τὸν Θεὸν πάλιν ἠπείλει τὴν γῆν ἐπικλύσασθαι θελήσαντα· πύργον γὰρ οἰκοδομήσειν ὑψηλότερον, ἢ τὸ ὕδωρ ἀναβῆναι δυνηθείη· μετελεύσεσθαι δὲ καὶ τῆς τῶν προγόνων ἀπωλείας. Non dissimilia narrat Hugo de Sancto Victore *Annot. in Genes.* et Hieronymus, *Traditionibus Hebr. in Genesin. Nemrod*, inquit, *arripuit insuetam primus in populo tyrannidem regnavitque in Babylone, quæ ab eo, quod ibi confusæ sunt linguæ, turris ædificantium Babel appellata est.* Methodius ait hunc fuisse nepotem Sem: Πρὸς τοῦτον κατῆλθε Νεβρὼδ, καὶ παιδευθεὶς παρ' αὐτοῦ εἴληφε βουλὴν ἐφ' ᾧ βασιλεῦσαι αὐτόν. Οὗτος δὲ ὁ Νεβρὼδ ἀδελφὸς τῶν ἡρώων ἐτύγχανε τῶν τέκνων τοῦ Σήμ. Καὶ αὐτὸς πρῶτος ἐβασίλευσεν ἐπὶ τῆς γῆς. Quod falsum esse verba Moysis convincunt, quæ eum faciunt nepotem Chami: *Filii Cham, Chus, Mesraim, Phut, et Chanaam. Porro Chus genuit Nemrod.* Et Augustinus, lib. XVI *De civit. Dei*, cap. 4: *Unde colligitur, gigantem illum Nemroth fuisse illius conditorem, quod superius breviter fuerat intimatum, ubi cum de illo Scriptura loqueretur, ait, initium regni ejus fuit Babylon* [81], *id est, quæ civitatum cæterarum gereret principatum, ubi esset tanquam in metropoli habitaculum regni, quamvis perfecta non fuerit usque in tantum modum, quantum superba cogitabat impietas.* Et inferius: *Erigebat ergo cum suis populis turrem contra Dominum, qua est impia significata superbia.* Plura de hac turris ædificatione per Nemrothem habes apud historicos. Aliter tamen sensit Cajetanus, cum negat auctorem hujus turris fuisse Nemroth, quamvis jam inchoatæ post confusionem linguarum occupatorem. Neque Nemroth, inquit, neque aliquem certum hominem auctorem fuisse illius fabricæ declarat exhortatio, et incitatio attributa vage et indefinite hominibus, ut intelligamus hinc, quod Nemroth civitatem Babyloniæ inchoatam, communi voto, et conatu, post confusionem linguarum ipse occupaverit, et ibidem regnare cœperit.

Ibid., lin. 25. *Καὶ δὴ πύργον.* De hac turri Abydenus apud Eusebium, *De præparat. evangel.*, lib. IX: Ἐντὶ δ' οἳ λέγουσι τοὺς πρώτους ἐκ γῆς ἀνασχόντας, ῥώμῃ τε καὶ μεγέθει χαυνωθέντας, καὶ δὴ θεῶν καταφρονήσαντας, ἀμείνονας εἶναι πύργων τύρσιν ἠλίβατον ἀείρειν, ἵνα νῦν Βαβυλῶν ἔστιν, ἤδη τε ἆσσον εἶναι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς ἀνέμους θεοῖσι

[81] Gen. X, 10.

βωθέοντας ἀνατρέψαι περὶ αὐτοῖσι τὸ μηχάνημα. Τοῦ δῆτα ἐρείπια λέγεσθαι Βαβυλῶνα. Alexander Polyhistor ex Eupolemo: Εὐπόλεμος δὲ ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων τῆς Ἀσσυρίας φησὶ πόλιν Βαβυλῶνα πρῶτον μὲν κτισθῆναι ὑπὸ τῶν διασωθέντων ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ, εἶναι δὲ αὐτοὺς γίγαντας, οἰκοδομεῖν δὲ τὸν ἱστορούμενον πύργον. Πεσόντος δὲ τούτου ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας, τοὺς γίγαντας διασπαρῆναι καθ' ὅλην τὴν γῆν. Dictu mira prodit Hieronymus in XIV caput Esaiæ de altitudine hujus turris ad miraculum usque, quem vide.

Col. 753, lin. 26. *Ἀπειλῶν τὸν Θεόν.* Ideo, ait, illos homines turrim ædificasse, ut contra diluvium, etiam Deo nolente, sibi consulerent. Eadem Josephus, lib. I *Antiquit.*, cujus verba supra posuimus. Augustinus, lib. XVI *De civitate Dei*, cap. 4, vesana ait quadam animi elatione, ac insolentia, et adversus Deum impietate Nemroth illud ædificium exstruxisse, ut contra Deum sibi pararet propugnaculum, illumque quotiescunque libuisset infestaret, atque offenderet, alii alias adducunt causas. Noster Eustathius utramque, et Josephi, et Augustini conjunxit, et quasi unam exposuit; nec homines illi aliud in mente habuerunt. Solent enim præteritis malis afflicti, futura studio arteque propellere, ne bis iisdem infestari contingat; et dum naturæ donis affluunt, robore, divitiis, auctoritateque stipati, insano ausu furere; et cum jam hominum se esse superiores persenserint, contra Deum insolescere; sibique posse, quandocunque id fuerit opus, ab ejus manu cavere opinari; quin et molestia illum afficere præsumunt. O ridiculam industriam! o nefandum studium! o sceleratam prævidentiam! Næ illi, et oculis, et auribus, et animo cæci sunt.

Ibid., lin. 31. *Ὁ Θεὸς τὴν διάλεκτον.* Sibylla apud Eusebium: Πάντων ὁμοφώνων ὄντων τῶν ἀνθρώπων, πύργον ᾠκοδόμησάν τινες ὑψηλότατον, ὡς ἐπὶ τὸν οὐρανὸν ἀναβησόμενοι δι' αὐτοῦ. Οἱ δὲ θεοὶ, ἀνέμους ἐπιπέμψαντες, ἀνέτρεψαν τὸν πύργον, καὶ ἰδίαν ἑκάστῳ φωνὴν ἔδωκαν, καὶ διὰ τοῦτο Βαβυλῶνα συνέβη κληθῆναι τὴν πόλιν. Et Hestræus: Τῶν δὲ ἱερέων τοὺς διασωθέντας, τὰ τοῦ Ἐνυαλίου Διὸς ἱερώματα λαβόντας, εἰς Σενναὰρ τῆς Βαβυλωνίας ἐλθεῖν. Σχίδνανται δὴ τὸ λοιπὸν ἐντεῦθεν ὑπὸ τῆς ὁμογλωσσίας τὰς συνοικίας ποιησάμενοι πανταχοῦ, καὶ γῆν ἕκαστοι κατελάμβανον τὴν ἐντυχοῦσαν.

Ibid., lin. 33. *Κἂν τούτου ὁ τό.* Augustinus, *De civitate Dei*, lib. XVI, cap. 4: ***Ista civitas quæ appellata est confusio, ipsa est Babylon, cujus mirabilem constructionem gentium etiam commendat historia. Babylon quippe interpretatur*** confusio. Et Abydenus: Ὁ δὲ τόπος ἐν ᾧ τὸν πύργον ᾠκοδόμησαν, νῦν Βαβυλὼν καλεῖται διὰ τὴν σύγχυσιν τοῦ περὶ τὴν διάλεκτον πρῶτον ἐναργοῦς. Ἑβραῖοι γὰρ τὴν σύγχυσιν βαβὲλ καλοῦσιν. Eam accurate describunt Herodotus, lib. I; Curtius, lib. V; Philostratus I. Pausanias tradit omnium quam unquam sol aspexit urbium maximam; muri ambitum habuit trecentorum, et octoginta quinque stadiorum; quorum altitudo
A pedes ducenti, latitudo quinquageni: in singulos pedes ternis digitis mensura ampliore quam nostra. Via in mœnibus ipsis tam lata, ut quadrigæ sibi invicem occurrentes facile pertransire possent; quod Antipater expressit cum ἐπίδρομον ἅρμασι τεῖχος murum appellavit, et Propert., lib. III:

Et duo in adversum misit per mœnia currus
Ne possent tacto stringere ab axe latus.

Ejus conditor laudatur Nemroth, Josepho, lib. I *Antiq.*, Zonaræ, Cedreno, aliis: Marcellino, lib. XXIII, Belus; Stephano Babylon Medi filius: Βαβυλὼν Περσικὴ πόλις, μητρόπολις, Σελευκία καλουμένη, Βαβυλῶνος ἀνδρὸς κτίσμα παλαίτατον, σοφωτάτου παιδὸς Μήδου, οὐχ, ὡς Ἡρόδοτος, ὑπὸ Σεμιράμιδος· ταύτης γὰρ ἦν ἀρχαιοτέρα ἔτεσι χιλίοις δύο, ὡς Ἑῤῥάνιος.
B Plerique alii Semiramidem parentem faciunt. Claudianus, in Ruff. lib. I:

Creditur et centum portis Babylona superbam
Femineus struxisse labor.

Et Propert. lib. III:

Persarum statuit Babylona Semiramis urbem
Ut solidum cocto tolleret aggere opus.

De Babylone vide plura apud Abrahamum Hortelium in *Thesauro geograph.*, Matthæum Raderum *in Martialem*, lib. I, epist. 1; Strabonem, lib. XVI; Diodorum Siculum, lib. III; Justinum, lib. I, Joannem Bodinum in Compendio historico, Rodiginum, et alios. Plura nos item notabamus nostris in Philonis Byzantii de septem orbis spectaculis libellum, elegantissimum illum quidem, de Babylone et ejus muris.

C Ibid., lin. 36. *Ἕκαστος γοῦν τήν.* Distincte admodum noster Eustathius successiones filiorum Noe prosequitur, et terræ divisionem. Hi namque omnium hominum parentes merito dici possunt, cum reliqui aquarum illa inundatione obiissent, et ex his nostrorum omnium ortus agnoscendus est. Per omnes enim mundi partes diffusi genus humanum propagarunt, suaque posteris nomina immortalitatis, et memoriæ ergo transmiserunt.

Ibid., lin. 41. *Τῶν Ἑλλήνων μετά.* Hæc sane fuit Græcorum præstantia, hæc virtus, solis ipsis concessa, denegata cæteris, ut reperta ab aliis in meliorem frugem reducerent, mutila perficerent, confusa distribuerent, manca supplerent, superflua demerent; non barbare, non indistincte, sed optima
D methodo, pulcherrimo eloquio, et aptissima orationis structura; multa etiam ipsi invenirent, quæ ita perficerent, ut nemo vel iis aptius, vel commodius dicere potuerit. Quid gannis, et blateras ineptissimus Anni, iis per quos profeceras, si quid unquam in litteris profecisti, rustice ingratus? Si Græci ii sunt, quos tu somnias, quid tot vigiliarum in illis elucubrandis nugamenta? Quid tot congestas ineptias insulse impendis? Quid in illis commentariis illustrandis operam perdis? Næ tu una cum illis, quos studiis adoras, lingua iniqua impudenter laceras, vel insanire, vel fallax, et impostor esse deprehenderis! Græci sunt, quos ipse duces sequeris, et eo illis perversior, quod cum eos tanquam impostores accuses, eorum tamen vestigiis insistis.

Sinamus Græcos, civitate ejiciamus : eorum historiam, doctrinam, artes e memoria hominum eradamus; quos eorum vice complectemur? unde nam et studiorum normam, et scientiarum fructum habebimus? Ex te, insulse et ganeo? qui tantum balbutis, qui bona apud alios tum male sensatus et spurcissima lingua male effundis.

Col. 753, lin. 43. *Καὶ νόμους δὲ αὐτ.* Id et rectius esse videbatur Sallustio in proœm. *De conjurat. Catil.*, ingenii potius quam virium opibus gloriam quæsiverunt; et quoniam vita ipsa, qua ipsi fruebantur, brevis erat memoria sui, quam maxime longam efficere summa ope conati sunt. Quod illis haud dubie contigit. Ipsi enim etsi non natura, legibus tamen, artibus, disciplinis ab ipsis expolitis aliarum gentium parentes et auctores habiti sunt. Illis apud multos invidiam concitavit, ita ut male cum illis actum sit livori scriptorum omnium obnoxiis. Lactantius, *Divinarum instit.* lib. I, cap. 15: *Accesserunt etiam poetæ, et compositis ad voluptatem carminibus in cœlum eos sustulerunt : sicut faciunt qui apud reges, etiam malos, panegyricis mendacibus adulantur. Quod malum a Græcis ortum est, quorum levitas instructa dicendi facultate et copia, incredibile est quantas mendaciorum nebulas excitaverit. Itaque admirati eos, et susceperunt primi sacra illorum, et universis gentibus tradiderunt. Ob hanc vanitatem Sibylla sic eos increpat :*

Ἑλλὰς δὴ τί πέποιθας ἐπ' ἀνδράσιν ἡγεμόνεσσι;
Πρὸς τί δὲ δῶρα μάταια καταφθιμένοις ἀνατίθης,
Θύεις εἰδώλοις, τίς τοι πλάνην βάλεν ἐν νῷ
Ὥστε σε τάδε ποιεῖν μεγάλοιο Θεοῖο προσώπου
Λειπομένους;

De Græcorum præstantia et excellentia ita lusimus in nostro Anachronismo ex persona Jovis, qui ægre fert Græcos, in quos tot tantaque beneficia contulerat, divinorum munerum immemores, diis ipsis ipsos adversari.

Νῆϊς μᾶλλον ἔτισεν ἐμὸν μένος. Αὐτὸς Ὀλύμπῳ
Βάρβαρος ἦρα φέρει ὕβριας εὐγενέες.
Καὶ σοφίη πόρε θάρσος ἀθέσφατον. Ἐν δ' ἄρα [γαίῃ
Τίς γένος Ἑλλήνων ἦνεν ἀγαυότερος;
Τίς φρένα; τίς προτέρους; τίς κύδεα; μοῦνον ἐνί- [σπων,
Ἕλλην, πάντ' ἐρέεις· τῷ συνέπλεξας ὅλα.
Ἕλλην καὶ παλάμης καὶ μήδεσιν ἔργον ὑπέστη,
Αἰθερίης ἀλκῆς πουλὺ περισσότερον.
Ἕλλην εἰσεπέρησεν ἁλὸς χύσιν, ἵκετο γαίης
Πείρατα· βένθε' ἔδυ· δῶμα βέβηκ' ἀΐδου.
Ἥνδανε καὶ ταχύγουνος ἐφίπτατο κοῦφος ἀερθεὶς,
Καὶ ποσὶν αἰθερίην ἔτρεχεν εἰρεσίην.
Πᾶσι θέμιστας ἔτελλε, πόλεων ἔστησε θέμεθλα
Ἰθείῃσι δίκαις. Ἤθεα δεῖξε βίου
Κοιρανίην ἀτάλαντος ἐμοὶ βασιληΐδι τιμῇ,
Ἀρχεύει παντὸς κάρτεϊ γαυριάων.
Αὐτὸς ἐγὼ τάδ' ἔδωκα, ἐπεὶ καταθύμιον ἦεν.
Ψεύδεα γὰρ βάζειν οὐ καλὸν οὐρανίδας.
Ἰσονέμοις μελέεσσι χρέος κάμον, ἶσον Ὀλύμπῳ,
Ἑλλήνων τεύξας ἀκαμάτην γενέθλην.
Πάντ' ἐμὰ δῶκα φέρειν πρεσβήϊα. Φῶτας ἐπ' [ἄλλους
Ζεὺς Ἕλλην, Ἕλλην Ζεὺς μακάρεσσι πέλει.
Τῷ καὶ ἡμίθεον Ἑλλήνιον ἔμμεναι ἔρνος
Εἶπον, καὶ ὑμᾶς δμῶας ἔθηκα πάλαι.
Αἰθερίους ὑπέταξα φέρειν ζυγὰ δούλια χερσῷ,
Ἑλλήνεσσιν ὅπως κῦδος ἄροιμι μέγα.
Τοσσατίοις ἐν ἔρωσιν, ὅσοισι περίπλεος ἔσκεν
Οὐρανὸς εἷς Ἥρης μοῦνος ἔφλεξε Δία.
Αὐτὰρ ἔρως μ' ἐδάμασσεν ἀνηρίθμοισιν ὀϊστοῖς
Ἑλλάδος ἐκ γαίης. Οὐδ' ἔτ' ἔπαυσα πόθον·
Ἀλλὰ πόθος φορέῃσι πόθον νέον, ᾧ με καταίθει
Καινὸς ἔρως προτέρου δριμυτέραις ἀκίσιν.
Καὶ πάλιν ἄλλος ὄρουσεν, ὅου μόλις ἔφθασε [τέκμωρ.
Καὶ πλέονες κραδίην ἰοβολοῦσι πόθοι.
Μητέρες ὑμείων Ἑλληνίδος ἐστὶν ἀποῤῥὼξ
Φύτλης. Ὑμμ' Ἕλλην ἐξετίναξεν ἔρως.
Κείνων θυγατέρεσσι πελάσσατε, ἔνθεν ἀτρέστων
Βλάστησ' ἡρώων φῦλον ἀρειμανέων.
Καὶ τόσος ὄλβος ἔλαμψε πολὺν χρόνον, οὐδ' [ἐμαράνθη
Νείκεσιν, ἀφθορίην ἴκελος ἠελίῳ.
Αἱ δὴ πολλὸν ἔχαιρον, ὀνήσιος ἦν πόρον αὐτὸς
Ἀντιάσας. Κρονίδου μηδ' ἐπάτησε γέρα.
Καὶ σοφίην μεγάλαυχος ἐμαῖς ἀπίθησεν ἐφετμαῖς.
Φυσιάει τε Θεῷ δύσμορος ἐχθρὸς ἔμεν.
Τῷ καὶ δῆριν ἔγειρεν, ἔριν μακάρεσσιν ἀνάψας
Θώκων ἱμείρας οὐρανίων μετέχειν.
Ἡμετέρης δίψησεν ἔχειν διήϊα τιμῆς.
Καὶ γενέτην μισεῖ. Ἴσχεο, θυμὲ, κότου.
Εὐέρκτην ἤχθηρε, φίλῳ κακὸς ἤγαγεν αἶσχος.
Τίς τόσον ὡς Ἕλλην τεῦξε παραιβασίας;

Reliqua subjicerem, nisi scriptionis tædio impedirer.

Ibid., lin. 47. *Ἐγένοντο οὖν τῷ.* Pseudo-Berosus Annianus, lib. II refert, Noe complures filios genuisse post diluvium, eosque gigantes, et ex nomine matris Tythleæ Titanas appellasse, et alios. Annius id idem variis argumentis conatur ut verisimum demonstrare et rationi divinæ Scripturæ consentaneum. Nec Cajetanus dissentit, cum dicit : Hinc apparet : quod Noe post diluvium alios filios genuit; nisi enim habuisset filios, non dixisset, Sem, Cham, et Japhet fuisse filios Noe, qui egressi erant ex arca ; ad differentiam siquidem aliorum filiorum Noe, meminit illorum trium, qui cum patre de arca egressi fuerant. Et propter hoc quod isti soli cum Noe, in arca fuerunt et cum eo egressi sunt, adeo præstiterunt aliis filiis Noe post diluvium generatis, ut eorum nomina fuerint penitus abolita, et illi tres tantum nominati, et tanquam patres mundi habiti sunt. Methodius item narrat Jonithum fuisse filium Noe, et ut textus Græcus meus habet Monetonem : Μονήτων δὲ ὁ τοῦ Νῶε υἱὸς εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἑῴαν, καὶ μέχρι τῆς θαλάσσης τῆς ἐπιλεγομένης ἡλίου χώρας, ἔνθα ἡ ἀνατολὴ τοῦ ἡλίου γίνεται. Οὗτος δὲ ὁ Μονήτων ἔλαβε παρὰ τοῦ Θεοῦ χάρισμα σοφίας, ὥστε πρῶτος ἀστρονομίας τέχνην ἐφεῦρε. Πρὸς τοῦτον κατῆλθε Νεβρὼδ, καὶ παιδευθεὶς παρ' αὐτοῦ, εἴληφε βουλὴν ἐφ' ᾧ βασιλεῦσαι αὐτόν. Noster hic auctor tres ejus filios enumerat, multique recentiores hanc opinionem uti verissimam amplectuntur. Ex quibus omnes gentes procreatæ sunt, et propagatæ in toto terrarum orbe. Joannes Annius, lib. *De regibus Hispaniæ*, capit. 3, et Franciscus Tarafa *De origine et rebus gestis regum Hispaniæ* his tribus et quartum addunt Tubal, quem dicunt primum regnum Hispaniæ obtinuisse, ejusque gentis fuisse primum auctorem. Tarafa ait hoc asserere ex Latinis Eusebium et Hie-

ronymum, ex Hebræis Josephum, et ex Chaldæis Berosum. Eusebium scio Græcum natione fuisse, Græcum late sumpto vocabulo, Græceque scripsisse Hieronymum; sed esto Latinus; Josephum religione Judæum, scriptione Græcum. Sat bene, at Eusebius quomodo Latinus? An quia ipse eum Latinum legerit? sed legit et Latinum Josephum (non enim tanti fuit hic auctor ut Græcos auctores, Græce loquentes percurrerit, ut passim videre est in hoc libello), et Latinum Berosum, nec tamen inter Latinos annumerat. Si itaque non scriptione, sed natura et ritu genus Tarafa dijudicat, Eusebius erit Græcus.

Col. 753, lin. 52. *Γαμερ, ὅστις Γαμαρεῖς*. *Chronicon Alexandrinum* Κελχαῖοι, Eusebius, Καππάδοκες. Cum Eustathio est Josephus lib. I *Antiquit.*, cap. 7: Τοὺς μὲν γὰρ νῦν ὑφ' Ἑλλήνων Γαλάτας καλουμένους, Γομαρεῖς δὲ λεγομένους, Γομαρὸς ἔκτισε. Ab hoc ortos esse Cimmerios, qui postea Cimbri dicti sunt quidam existimant, et Cimmerios fuisse ultra Thraciam circa Mœotidem paludem probant ex cap. XXXVIII Ezechielis, qui Gomer et Jogorma latera esse Aquilonis scribit.

Ibid., lin. 54. *Ἀγὼγ Μαγώδεις*. Josephus, Μαγώγης δὲ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ Μαγώγας ὀνομασθέντας ᾤκισε, Σκύθας δὲ ὑπ' αὐτῶν προσαγορευομένους. Eusebius, ἐξ οὗ Κελτοὶ, καὶ Γαλάται. *Chronicon Alexandrinum*, ἐξ οὗ Ἀχυρτανοί. Gentem hanc Magogorum Ezechiel septentrionalem esse dicit et externis temporibus late vastaturam Israel, unde non immerito Scythiam esse noster Eustathius affirmat. Scytharum plures nationes et eorum nomina vide apud Abrahamum Hortelium in *Thesauro geographico*. Strabo scribit, lib. I, omnes cognitas regiones versus septentrionem uno prius nomine, vel Scythas, vel ut ab Homero Nomades appellatas idem videtur asserere, et l. II.

Ibid., lin. 55. *Ἀδαΐ Μαδαίους*. Josephus, Τῶν δὲ Ἰάφθου παίδων Ἰαυάνου καὶ Μάδου. Ἀπὸ μὲν του Μαδαῖοι γίγνονται, ἔθνος ὃ πρὸς Ἑλλήνων Μῆδοι κέκληνται. Eusebius, ἐξ οὗ Μῆδοι. *Chronicon Alexandrinum*, Μαδαΐ ἐξ οὗ Βρεττανοί. Medi versus orientem progressi sunt, gens nobilis et dives si Herodoto, Xenophonti, aliisque scriptoribus fides habenda est.

Ibid. *Ἰουὰν Ἴωνίαν*. Josephus, Ἀπὸ δὲ Ἰαυάνου Ἰωνία καὶ πάντες Ἕλληνες γεγόνασιν. Eusebius, Ἰωυὰν, ἐξ οὗ Ἕλληνες καὶ οἱ Ἴωνες. *Chronicon Alexandrinum*, Ἰωυὰ Σπάνοι, οἱ καὶ Τυράννιοι. Appellatione Jonum comprehendi Græcos firmis testimoniis probari potest ex Daniele, cum eversionem regni Persarum Javan nominet, et potest etiam profanorum scriptorum auctoritate confirmari.

Ibid., lin. 56. *Ὀβὲλ Θεοβέλους*. Josephus, Κατοικίζει δὲ καὶ Θοβήλους Θόβηλος, οἵτινες ἐν τοῖς νῦν Ἴβηρες καλοῦνται. Pluribus id probare nituntur Annius, et Tarafa, ex quibusdam Iberiæ civitatum nominibus sumptis argumentis, quem et Hispanorum primum regem constituunt. Verum si sacræ A Scripturæ loca bene considerentur, aliam gentem et nationem innuunt, quam eam ad quam omnia isti duo auctores referunt. Populi namque Iberorum erant in Asia nationi Chalybum vicina, ibique venas metallicas perscrutabantur. Nam et Ezechiel collocat Thubal in septentrionem. Justinus lib. postremo scribit Chalybes in Hispaniam venisse, ut credibile sit illius homines quæsivisse venas metallicas, et in aliis terris. Eusebius, Θωβὲλ, ἐξ οὗ Θετταλοί. *Chronicon Alexandrinum*, Θοβὲλ, ἐξ οὗ Μαχουαχοί. His nec Annius nec Tarafa animum adverterunt.

Ibid., lin. 57. *Ὀσὸχ Μεσχηναίους*. Josephus, Καὶ Μεσχινοὶ δὲ ὑπὸ Μέσχου κτισθέντες. Καππάδοκες μὲν γὰρ ἄρτι κέκληνται, τῆς δὲ ἀρχαίας αὐτῶν B προσηγορίας σημεῖον δείκνυται. Πόλις γάρ ἐστι παρ' αὐτοῖς ἔτι καὶ νῦν Μάζακα δηλοῦσα τοῖς συνιέναι δυναμένοις οὕτω ποτὲ προσαγορευθὲν τὸ ἔθνος. Eusebius, Μεσὸχ, ἐξ οὗ Ἰλλυριοί. *Chronicon Alexandrinum*, Μεσὸχ, ἐξ οὗ Γετουλοί. Quidam existimant hos esse Moschoviæ populos, qui a veteribus Μοσχικοί et Μοσσύνοικοι appellati sunt. Hujus gentis prima sedes fuit littus Ponti Euxini, postea Cappadoces fuere; deinde versus septentrionem progressa est.

Col. 756, lin. 1. *Θείρας τοὺς Θείρας*. Josephus, Θείρης δὲ Θείρας μὲν ἐκάλεσεν, ὧν ἦρξεν· Ἕλληνες δὲ Θρᾷκας αὐτοὺς μετωνόμασαν. Eusebius, Θηρὰς, ἐξ οὗ Θρᾷκες. *Chronicon Alexandrinum*, Θηρὰς, ἐξ οὗ Ἀφροί. Est et in Russia fluvius nomine C Thiras, quare nonnulli suspicantur ab hac appellatione filii Japhet, et fluvium et gentem nuncupatum esse.

Ibid., lin. 2. *Σχανὰξ ἐξ οὗ*. Josephus, Γαμάρου δὲ τριῶν υἱῶν γενομένων, Ἀσχανάξης μὲν Ἀσχανάξας ᾤκισεν, οἳ νῦν Ῥηγῖνες ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων καλοῦνται. Eusebius, Ἀσχανὰξ, ἐξ οὗ Ῥηγῖνες. *Chronicon Alexandrinum*, Ἀσχανὰθ, ἐξ οὗ Μάζικες.

Ibid., lin. 3. *Ῥιφὰθ, ἐξ οὗ*. Josephus, Ῥιφάθης δὲ Ῥιφαθέους τοὺς Παφλαγόνας λεγομένους. Eusebius, Ῥιχὰδ, ἐξ οὗ Σαυρομάται. *Chronicon Alexandrinum*, Ῥυφὰθ, ἐξ οὗ Ταράμαντες ἐξώτεροι, quidam putant legendum Γαράμαντες.

D Ibid., lin. 4. *Θυγραμμάδεις*. Josephus, Θυγράμμης δὲ Θυγραμμάνους, οἳ δόξαν Ἕλλησι Φρύγες ὠνομάσθησαν. Eusebius, Θοργαμὰ, ἐξ οὗ Ἀρμένιοι. *Chronicon Alexandrinum*, Θοσμαγὰο, ἐξ οὗ Βοράδες.

Ibid., lin. 6. *Ἐλίσασα, ἐξ οὗ*. Josephus, Ἰαυάνου δὲ τοῦ Ἰάφθου τριῶν αὐτοῦ παίδων γενομένων, Ἀλίσας μὲν Ἀλισαίους ἐκάλεσεν, ὧν ἦρχεν, Αἰολεῖς δὲ νῦν εἰσι. Eusebius, Ἐλισσὰ, ἐξ οὗ Σικελοί. *Chronicon Alexandrinum*, Ἐλισσὰ, ἐξ οὗ Μαῦροι.

Ibid., lin. 7. *Θαρσῆς, ἀφ' οὗ*. Josephus, Θάρσος δὲ Θαρσεῖς. Οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο τὸ παλαιὸν ἡ Κιλικία. Σημεῖον δέ· Θαρσὸς γὰρ παρ' αὐτοῖς τῶν πόλεων ἡ ἀξιολογωτάτη καλεῖται μητρόπολις οὖσα, τὸ ταῦ πρὸς τὴν κλῆσιν ἀντὶ τοῦ θῆτα μεταβαλλόντων.

Eusebius, Θαρσεῖς, ἐξ οὗ Ἴβηρες. *Chronicon Alexandrinum*, Θαρσεῖς, ἐξ οὗ Ταράναντες ἐσώτεροι.

Col. 756, lin. 10. *Χεθεὶμ Χεθειμά*. Josephus, Χέθιμος δὲ Χεθιμὰ τὴν νῆσον ἔσχε. Κύπρος αὕτη νῦν καλεῖται, καὶ ἀπ' αὐτῆς νῆσοί τε πᾶσαι καὶ τὰ πλείω τῶν παρὰ θάλασσαν Χεθὶμ ὑπὸ Ἑβραίων ὀνομάζεται. Μάρτυς δέ μου τοῦ λόγου μία τῶν ἐν Κύπρῳ πόλεων ἰσχύσασα τὴν προσηγορίαν φυλάξαι. Κήθιος γὰρ ὑπὸ τῶν ἐξελληνισάντων αὐτὴν καλεῖται, μηδ' οὕτω διαφεύγουσα τοῦ Χεθίμου τὸ ὄνομα. Eusebius, Κίτιοι, ἐξ οὗ Λατῖνοι οἱ καὶ Ῥωμαῖοι. *Chronicon Alexandrinum*, Ῥόδιοι, ἐξ οὗ Ῥωμαῖοι, οἱ καὶ Λατῖνοι. Quis hæc legens non deplorabit exscriptorum inscitiam, dictantium oscitantiam, et auctorum fatum iniquum, qui ea quæ neque scripserunt, neque somniarunt quidem, coguntur aliis legenda proponere? Victoris presbyteri explicatio *in Jeremiam*, cap. 2, Χεττιεὶμ ἡ Κύπρος ἐστί. Κηδὰρ δὲ ἦν υἱὸς Ἰσμαὴλ υἱοῦ Ἀβραὰμ, ἐξ οὗ ἡ χώρα Σαρακηνῶν ἐπωνόμασται. Olympiodorus, Τινὲς μὲν Κυπρίους φασὶ, τινὲς δὲ Ἰνδῶν ἔθνη. Chrysostomus, ibidem, Χεττιεὶμ τινες ἔφασαν Κυπρίους, τινὲς δὲ Χίους.

Ibid., lin. 13. *Οἱ δὲ υἱοὶ τοῦ Χάμ*. Josephus, Οἱ δὲ Χάμου παῖδες, τὴν ἀπὸ Συρίας, καὶ Ἀμάνου, καὶ Λιβάνου τῶν ὄρων γῆν κατέσχον, ὅσα πρὸς θάλασσαν αὐτῆς ἐτέτραπτο καταλαβόντες, καὶ τὰ μέχρι τοῦ ὠκεανοῦ ἐξιδιωσάμενοι. Αἱ μέντοι προσηγορίαι τῶν μὲν καὶ παντελῶς ἐξίτηλοι γεγόνασιν, ἐνίων δὲ μεταβάλλουσαι, καὶ μεταῤῥυθμισθεῖσαι πρὸς ἑτέρας δύσγνωστοι τυγχάνουσιν. Eusebius, Χὰμ δὲ τῷ δευτέρῳ αὐτοῦ υἱῷ ἄγοντι ἔτος υκζ' ἔδωκε τὴν πρὸς νότον, καὶ λίβα, καὶ μέρος τῆς δύσεως ἀπὸ Ῥινοκορούρων τῆς Αἰγύπτου, Αἰθιοπίαν, καὶ Αἴγυπτον, καὶ Λιβύην, Ἀφρικὴν, καὶ Μαυριτανίαν ἕως Ἡρακλείων στηλῶν, ἤτοι ἕως τοῦ δυτικοῦ καὶ Λιβυκοῦ ὠκεανοῦ· ποταμὸν δὲ διορίζοντα τὸν Νεῖλον, ὃς καὶ Γεὼν καὶ Χρυσοῤῥόας λέγεται. *Chronicon Alexandrinum*, Χὰμ δὲ τῷ δευτέρῳ υἱῷ τοῦ Νῶε ὑπὸ Ῥινοκορούρων ἕως Γαδαρηνῶν Αἴγυπτον, καὶ πάντα τὰ πρὸς νότον ὑπέπεσαν πάνυ δοκοῦντα καυματικὰ ὑπάρχειν. Pseudo-Berosus ait, hunc Chamum magicæ et veneficæ arti studuisse, ideoque Zoroastrum nuncupatum. *Erat illi, ut diximus, filius ex tribus primis adolescentior Cham, qui semper magicæ et veneficæ studens, Zoroastri nomen consecutus erat. Is patrem Noa odio habebat, quia alios ultimo genitos ardentius amabat, se vero despici videbat. Potissime vero idem infensus erat patri ob vitia. Itaque nactus opportunitatem, cum Noa pater madidus jaceret, illius virilia comprehendens, taciteque submurmurans carmine magico patri illusit, simul, et illum sterilem perinde atque castratum effecit. Neque deinceps Noa femellam aliquam fecundare potuit. Ob beneficium inventæ vitis et vini dignatus est cognomento Jano, quod Arameis sonat vitifer, et vinifer. At vero Cham cum publice corrumperet mortale genus, asserens et reipsa exsequens congrediendum esse, ut ante inundationem, cum matribus, sororibus, filiabus, masculis, brutis, et quovis alio genere, ob hoc ejectus a Jano piissimo, et castimonia atque pudicitia refertissimo, sortitus est cognomentum Chem Esenua, id est, Chem infamis et impudicus, incubus propagator; est enim Esem apud Scythas Aramæos infamis, et impudicus, Enua vero tum impudicus, tum propagator*, etc. Apud Joannem Cassianum Serenus abbas, collat. 8, cap. 21, tradit, magicarum superstitionum, et præstigiarum primos auctores et magistros fuisse malos angelos quondam cum mulieribus mistos; earum vero artium studiosissimum, et peritissimum fuisse Cham filium Noe, qui eas artes ne diluvio perirent diversorum metallorum laminis et durissimis lapidibus insculptas conservavit, et post diluvium eas docuit posteros suos, et per orbem disseminavit. Historia item scholastica *in Genes.* cap. XXIX, his affinia scribit. *Ninus*, inquit, *vidit Cham, qui adhuc vivebat et regnabat apud Bactrianos, vel ut placet aliis, in Thracia, et appellabatur Zoroastres, inventor magicæ artis, qui et hanc et septem liberales artes in quatuordecim columnis scripsit, septem æneis, et septem lateritiis contra duplex orbis excidium, quod futurum audierat, alterum per aquam, alterum vero per ignem. Ninus autem libros ejus combussit.* Horum fides penes sit ipsos auctores. Mihi nunquam id persuadebunt et Cham magicis artibus incubuisse, et veneficia adversus patrem exercuisse, et columnis æneis, aut lateritiis, magicen a parentibus acceptam adversus illam aquarum illuviem conservasse, et Zoroastrem nominatum una cum Nino atrocissime pugnasse, a quo victum, et superatum, illiusque libros combustos fuisse; cum nec temporum ratio, nec auctoritas Patrum, nec divina eloquia id asserant. Maximum inter Ninum, et Zoroastrem, et Noeticum diluvium temporis spatium intercessit.

Ibid., lin. 20. *Χοὺς ἐξ οὗ Χοῦ*. Josephus: Τεσσάρων γὰρ Χάμου παίδων γενομένων, Χουσαῖον μὲν οὐδὲν ἔβλαψεν ὁ χρόνος· Αἰθίοπες γὰρ, ὧν ἦρξεν, ἔτι καὶ νῦν ὑπὸ ἑαυτῶν τε καὶ τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πάντων Χουσαῖοι καλοῦνται. Eusebius, et *Chronicon Alexandrinum*, Χοὺς ἐξ οὗ Αἰθίοπες, stirps Æthiopum in ultima ora Africæ; et apud Ptolemæum in inferiore parte Libyæ nomen est Chusitæ.

Ibid. *Μεστρὲμ ἐξ οὗ*. Josephus: Ἐτηρήθη δὲ καὶ Μεσραίοις ἡ κατὰ τὴν προσηγορίαν μνήμη. Τὴν γὰρ Αἴγυπτον Μέσρην, καὶ Μεσραίους τοὺς Αἰγυπτίους ἅπαντες οἱ ταύτην οἰκοῦντες καλοῦμεν. Eusebius, Μεστραῒμ, *Chronicon Alexandrinum*, Μεσραεὶμ, ἐξ οὗ Αἰγύπτιοι, et Joannes Antiochenus in *Archæologia*, Ὁ ἀπὸ Χὰμ τοῦ υἱοῦ Νῶε Μεστρὲμ εἰς Αἴγυπτον ἀπῳκίσθη· καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐκλήθη ἡ χώρα· τὸ γὰρ Μεστρὲμ Ἑβραϊστὶ Αἴγυπτον δηλοῖ.

Ibid., lin. 21. *Φοὺτ Φουτοί*. Josephus: Ἔκτισε δὲ καὶ Φούτης τὴν Λιβύην, Φούτους ἀπ' αὐτοῦ καλέσας τοὺς ἐπιχωρίους. Ἔστι δὲ καὶ ποταμὸς ἐν τῇ Μαύρων χώρᾳ τοῦτο ἔχων τὸ ὄνομα. Ὅθεν καὶ τοὺς πλείστους τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριογράφων ἔστιν ἰδεῖν

μεμνημένους τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς παρακειμένης αὐτῷ χώρας Φούτης λεγομένης. Μετέβαλε δὲ ὅ ἐστι νῦν αὐτῷ ὄνομα ἀπὸ τοῦ Μεσράμου υἱῶν ἑνὸς Λίβυος λεγομένου. Sic nominatur apud Plinium. Apud Ptolemæum scribitur Phuth. Eusebius : Φοὺδ, ἐξ οὗ Τρωγλοδῦται. Idem *Chronicon Alexandrinum*.

Col. 756, lin. 27. *Τῷ δὲ Χοὺς ἐγένοντο.* Josephus sex dicit : Γίνονται μὲν παῖδες ἐξ αὐτῶν Χούσου μὲν ἕξ, ὧν Σάβας μὲν Σαβαίους, Εὔϊλας δὲ Εὐϊλαίους ἔκτισεν, οἳ νῦν Γέτουλοι λέγονται, Σαβάθης δὲ Σαβαθηνούς. Ὀνομάζονται δὲ Ἀστάβαρροι παρ' Ἕλλησιν. Οἰκίζει δὲ καὶ Σαβάκτας Σαβακτηνούς, Ῥῶμος δὲ Ῥωμαίους ᾤκισε, καὶ δύο παῖδας ἔσχεν, ὧν Ἰούδας μὲν Ἰουδαίους, Αἰθιοπικὸν ἔθνος τῶν Ἑσπερίων, οἰκίσας ἐπώνυμον αὐτοῦ κατέλιπε· Σαβαίους δὲ Σαβαῖος. Eusebius : Υἱοὶ Χοὺ τοῦ Αἰθίοπος τοῦ πρώτου υἱοῦ Χὰμ Σαβὰτ, ἐξ οὗ Σαβάτ· Εὐϊλὰτ, ἐξ οὗ Γαγγινοί· Σεβατὰ, ἐξ οὗ Σαβῖνοι· Ῥέγμα, ἐξ οὗ Ἰχθυοφάγοι· Σεβακατὰ, ἐξ οὗ. . . *Chronicon Alexandrinum :* Υἱοὶ Χοῦς τοῦ Αἰθίοπος τοῦ γενομένου ἐκ τοῦ Χὰμ δευτέρου υἱοῦ τοῦ Νῶε· Σάβα, ἐξ οὗ Ἰταβηνοί· Εὐϊλὰτ, ἐξ οὗ Ἰχθυοφάγοι· Σαβάδα, ἐξ οὗ Ἑλλανοί· Ῥέγμα, ἐξ οὗ Αἰγύπτιοι· Σαβακαθά. Οὗτοι Αἰθίοπες Λίβυες.

Ibid., lin. 31. *Ῥεγμαρά.* Eusebius : Υἱοὶ Ῥέγμα Σαβὰ, ἐξ οὗ Μαργαρῖται· Ἰουδαδὰν, ἐξ οὗ Φοίνικες. *Chronicon Alexandrinum :* Υἱοὶ Ῥέγμα υἱοῦ Χοῦς, τοῦ υἱοῦ Χάμ· Σαβὰ, ἐξ οὗ Μαρμαρῖδες· Δαδὰν, ἐξ οὗ Κάροι.

Ibid., lin. 34. *Νεβρὼδ οὗτος.* Josephus : Ναβρώδης δὲ Χούσου υἱὸς, ὑπομείνας παρὰ Βαβυλωνίοις ἐτυράννησεν, ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται. Eusebius : Νεβρὼδ, ἐξ οὗ γίγαντες. *Chronicon Alexandrinum :* Οὗτός ἐστι Νεβρὼδ ὁ γίγας καὶ κυνηγὸς ἐναντίον Κυρίου· τούτῳ τῷ Νεβρὼδ τὴν βασιλείαν Βαβυλῶνος μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἡ θεία Γραφὴ ἀνατίθησι. Λέγει γὰρ ἡ Γραφή· Ἀρχὴ τῆς βασιλείας αὐτοῦ Βαβυλών. Adducitque ad hoc confirmandum locum ex Petro apostolo apud Clementem, lib. IV *Recognitionum*. Vide Manassem in *Annalibus*. De hoc etiam diximus nos nonnulla superius.

Ibid., lin. 37. *Μεστρὲμ υἱοί.* Josephus : Τῶν δὲ Μεσραίου παίδων ὀκτὼ γενομένων, οἱ πάντες τὴν ἀπὸ Γάζης ἕως Αἰγύπτου γῆν κατέσχον. Μόνου δὲ Φιλιστίνου τὴν ἐπωνυμίαν ἡ χώρα διεφύλαξε. Παλαιστίνην γὰρ οἱ Ἕλληνες αὐτοῦ τὴν μοῖραν καλοῦσι. Τῶν δὲ ἄλλων, Λουμαίου, καὶ Ἐναμία, καὶ Λαβίμου τοῦ μόνου κατοικήσαντος ἐν Λιβύῃ, καὶ τὴν χώραν ἀπ' αὐτοῦ καλέσαντος, Νεθέμου τε καὶ Φαιθρωσίμου, καὶ Χελοίμου, καὶ Χεφθώμου περὶ τῶν ὀνομάτων οὐδὲν ἴσμεν. Ὁ γὰρ Αἰθιοπικὸς πόλεμος, περὶ οὗ δηλώσομεν ὕστερον, ἀναστάτους αὐτῶν τὰς πόλεις ἐποίησεν. *Chronicon Alexandrinum :* Μεσραεὶμ ἐγέννησε τοὺς Λουδιεὶμ, Λουδιεὶμ ἐξ οὗ Λυδοί· Ἀινομετιεὶμ, ἐξ οὗ Πάμφυλοι· Λαβιεὶμ, ἐξ οὗ Λίβυες· Νεφθαλιεὶμ, ἐξ οὗ Φρύγες· Πατρωσονιεὶμ, ἐξ οὗ Κρίταις· Χασλωνιεὶμ, ἐξ οὗ Λύκιοι· Φυλιστιεὶμ, ἐξ οὗ Μαριανδυνοί· Χαφθοριεὶμ, ἐξ οὗ Κύλικες. Manasses, in *Annal.*

A *Μεσρὲμ οὗτος κατῴκησε τὴν τῆς Αἰγύπτου χώραν, Ἀφ' οὗπερ καὶ τὴν Αἴγυπτόν φασιν ὀνομασθῆναι. Τὸ γὰρ Μεσρὲμ Ἑβραϊκῶς Αἴγυπτον ἑρμηνεύει.*

Ibid., lin. 41. *Ἐγένοντο δὲ καί.* Josephus : Ἐγένοντο δὲ καὶ Χαναναίου παῖδες, Σιδώνιος, ὃς καὶ πόλιν ἐπώνυμον ἔκτισεν ἐν Φοινίκῃ, Σιδὼν δ' ὑφ' Ἑλλήνων καλεῖται. Ἄμαθος δὲ Ἀμάθην κατῴκησεν, ἥτις ἐστὶ καὶ νῦν ὑπὸ μὲν ἐγχωρίων Ἀμάθη καλουμένη· Μακεδόνες δὲ αὐτὴν Ἐπιφάνειαν, ἀφ' ἑνὸς τῶν ἀπογόνων ἐπωνόμασαν. Ἀρουδαῖος δὲ Ἄραδον τὴν νῆσον ἔσχεν, Ἀρουκαῖος δὲ Ἄρκην τὴν ἐν Λιβάνῳ. Τῶν δὲ ἄλλων ἑπτὰ, Εὐαίου, Χετταίου, Ἰεβουσσαίου, Εὐδαίου, Σειναίου, Σαμαραίου πλὴν τῶν ὀνομάτων ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις οὐδὲν ἔχομεν. Eusebius : Υἱοὶ Χαναάμ, ὧν πρωτότοκος Σιδὼν, Σιδὼν ἐξ οὗ Σιδώνιοι· Χατ-
B ναῖος, ἐξ οὗ. . . Ἰεβουσαῖος, ἐξ οὗ Ἰεβουσαῖοι· Ἀμοῤῥαῖος, ἐξ οὗ Ἀμοῤῥαῖοι· Γεργεσαῖος, ἐξ οὗ Γεργεσαῖοι· Εὐαῖος, ἐξ οὗ Εὐαῖοι· Ἀροῦκος, ἐξ οὗ. . . Ἀσεναῖος, ἐξ οὗ . . . Ἀράδιος, ἐξ οὗ Ἀράδιοι· Σαμαραῖος, ἐξ οὗ Ὀρθοσῖται· Ἀμαθεὺς, ἐξ οὗ Ἀμαθούσιοι. *Chronicon Alexandrinum :* Χαναὰμ ἐγέννησε τὸν Σιδῶνα πρωτότοκον, Σιδῶνα, ἐξ οὗ Μυσοί· Χετταῖον, ἐξ οὗ Δαρδανοί· Ἰεβουσαῖον, ἐξ οὗ Ἰεβουσαῖοι· Ἀμοῤῥαῖον, ἐξ οὗ Γερμανοί· Γεργεσαῖον, ἐξ οὗ Σαρμᾶται· Εὐαῖον, ἐξ οὗ Παννώνιοι· Ἀρουκαῖον, ἐξ οὗ Παίονες· Ἀσενναῖον, ἐξ οὗ Δαλμᾶται· Ἀράδιον, ἐξ οὗ Ῥωμαῖοι, οἱ καὶ Κιττιαῖοι· Σαμαραῖον, ἐξ οὗ Λίγυρες· Ἀβάδη, ἐξ οὗ Ἀμαθούσιοι.

Col. 757, lin. 6. *Πέντε καὶ Σὴμ παῖδες.* Jose-
C phus : Σῆμα δὲ τῷ τρίτῳ τῶν Νώχου υἱῶν πέντε γίνονται παῖδες, οἳ τὴν μέχρι τοῦ κατ' Ἰνδίαν ὠκεανοῦ κατοικοῦσιν Ἀσίαν ἀπ' Εὐφράτου τὴν ἀρχὴν πεποιημένοι. Ἔλυμος μὲν γὰρ Ἐλυμαίους Περσῶν ὄντας ἀρχηγέτας κατέλιπεν· Ἀσσούρας δὲ Νίνου οἰκίζει πόλιν, καὶ τοὺς ὑπηκόους Ἀσσυρίους ἐπωνόμασεν, οἳ μάλιστα εὐδαιμόνησαν· Ἀρφαξάδης δὲ τοὺς νῦν Χαλδαίους καλουμένους Ἀρφαξαδαίους ὠνόμασεν, ἄρξας αὐτῶν. Ἀραμαίους δὲ Ἄραμος ἔσχεν, οὓς Ἕλληνες Σύρους προσαγορεύουσιν, οὓς δὲ Λυδοὺς νῦν καλοῦσι· Λούδους δὲ τότε Λούδας ἔκτισεν. Eusebius : Σὴμ τῷ πρωτοτόκῳ αὐτοῦ υἱῷ ἄγοντι ἔτος τετρακοσιοστὸν τριακοστὸν πρῶτον ἔδωκεν ἀπὸ Περσίδος καὶ Βάκτρων ἕως Ἰνδικῆς μῆκος, πλάτος δὲ ἀπὸ Ἰνδικῆς ἕως Ῥινοκορούρων τῆς Αἰγύπτου, ἤτοι τὰ ἀπὸ
D ἀνατολῆς ἕως μέρους τῆς μεσημβρίας τήν τε Συρίαν, ἣ καὶ Ἰουδαία λέγεται (καὶ γὰρ καὶ οἱ παλαιοὶ Σύρους τοὺς Παλαιστινοὺς ὠνόμαζον), καὶ Μηδίαν καὶ ποταμὸν, διορίζοντα αὐτὰ τὰ ὅρια, τὸν Εὐφράτην. Et inferius : Ἐκ τοῦ Σὴμ τοῦ πρωτοτόκου Νῶε ἔθνη κε' οὕτως· Ἀρφαξὰδ, ἀφ' οὗ Χαλδαῖοι· Ἀλὰμ, ἀφ' οὗ Ἐλυμαῖοι· Ἀσσοὺρ, ἀφ' οὗ Ἀσσύριοι· Λοὺδ, ἀφ' οὗ Λυδοί· Ἀρὰμ, ἀφ' οὗ Σύροι. *Chronicon Alexandrinum :* Εἶτα πάλιν Ἐπιφάνιος. Τῷ δὲ Σὴμ πρώτῳ υἱῷ τοῦ Νῶε ὑπέπεσεν ὁ κλῆρος ὁ ἀπὸ Περσίδος καὶ Βάκτρων ἕως Ἰνδικῆς, μῆκος τοῦ κλήρου ἕως Ῥινοκορούρων. Κεῖται δὲ αὕτη ἡ Ῥινοκόρουρα ἀνὰ μέσον Αἰγύπτου καὶ Παλαιστίνης τῆς ἀντικρὺ κειμένης τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Υἱοὶ Σὴμ τοῦ πρωτοτόκου φυλαὶ κϛ'· Αἰλὰμ, ἐξ οὗ οἱ Ἐλαμῖται· Ἀσσοὺρ, ἐξ οὗ

οἱ Ἀσσύριοι· Ἀρφαξὰδ, ἐξ οὗ οἱ Χαλδαῖοι· Λοὺδ, ἐξ οὗ οἱ Μάζωνες, καὶ Μῆδοι, καὶ Πέρσαι· Ἀρὰμ, ἐξ οὗ οἱ Ἐκταί. Ex quibus emendo textum Eustathii: Πέντε καὶ Σὴμ παῖδες ἐγένοντο.

Col. 757, lin. 16. *Υἱοὶ δὲ τοῦ Ἀράμ.* Josephus: Τῶν δὲ Ἀράμου παίδων, τεσσάρων ὄντων, Οὔσης μὲν κτίζει τὴν Τραχωνῖτιν καὶ Δαμασκόν. Μέση δέ ἐστι τῆς Παλαιστίνης καὶ Κοίλης Συρίας· Ἀρμενίαν δὲ Ὄτρος, καὶ Γέθερις Βακτριανούς· Μήσας δὲ Μησαναίους· Πασίνου χάραξ ἐν τοῖς νῦν καλεῖται. Eusebius: Υἱοὶ Ἀράμ· Ὤς, ἀφ' οὗ Τράχωνες· Οὔλ, ἀφ' οὗ Μαγαρδοί· Γάθερ, ἀφ' οὗ Ἀρμένιοι· Μοσὸχ, ἀφ' οὗ Μεσσήνιοι. *Chronicon Alexandrinum:* Ὤς, ἐξ οὗ Μαδιναῖοι· Οὔλ, ἐξ οὗ Λυδοί· Γάθερ, ἐξ οὗ Γαρφηνοί· Μοσὸχ, ἐξ οὗ Ἀλασσηνοί. Animadvertendum obiter est de Uxe conditore Damasci. Hieronymus, in *Quæst. Hebraicis in Gen.*, cap. x et xiv, colligit ante Abraham Damascum fuisse conditam, cum Abram insecutus sit quatuor illos reges usque Hoba, quæ est ad lævam Damasci. Sed idem Hieronymus, cap. 15 *Historia scholastica*, Tostatus et alii, asserunt Damascum urbem a Damasco servo Abrahæ fuisse exstructam. Sicque tempore Abrahæ a Moyse per anticipationem appellatum illum locum, ut sua ætate appellabatur.

Ibid., lin. 21. *Υἱοὶ Ἀρφαξάδ.* Eusebius: Υἱοὶ Ἀρφαξὰδ, Καϊνὰν, ἀφ' οὗ Γασφηνοί. *Chronicon Alexandrinum:* Καϊνὰν, ἐξ οὗ Σαρμᾶται. De Cainan generatione diu apud auctores agitata controversia, et adhuc sub judice lis est. Eam commemorant Septuaginta Interpretes, et D. Lucas, cap. 3 *Evangelicæ historiæ*, eam agnoscunt, præter dictos auctores, Augustinus, lib. xvi *De civitate Dei*, cap. 10, et alii, quos non est opus hic recensere. Scriptura Hebraica, et paraphrasis Chaldaica ne verbum quidem. Quinam igitur falsi sunt, et errarunt? Septuaginta, an Hebræa? cum utramque veram esse fieri non possit. Pererius, disput. 11, lib. xvii, sententias ponit varias, et refellit prolixe. Augustinus Eugubinus dicit illa additione Septuaginta Interpretes errasse, et eorum errorem secutum, quis non inhorresceret? D. Lucam. Cajetanus, Septuaginta illam addendo errasse, D. vero Lucam excusari ab errore, cum secutus sit quæ invenerit apud Septuaginta, veritum, ne diversa a Septuaginta Interpretibus scribendo, minus vulgo scripta sua probarentur. Joannes Lucidus *De emendatione temporum*, et Hartmannus Contractus in *Chronicis* aiunt, unum et eumdem fuisse Sale, et Cainan, corriguntque textum D. Lucæ iii, 35, 36: *Qui fuit Sale, qui fuit Cainan*, in *Qui fuit Sale, qui et Cainan*. Aloysius Lippomanus *in* cap. xi *Genes.* et Melchior Canus libr. ii *De locis theologicis*, capit. 18, censuerunt hanc generationem Cainan vere inter Arphaxad et Sala intercessisse; eamque Septuaginta vel ex certa majorum traditione vel ex historiis fide dignis suæ translationi inseruisse, quam Moyses sciens prudensque prætermiserat, ut seriem generationum decadibus non sine aliquo mysterio perficeret, et

A Delrius *in* cap. xi *Genes.* putat Moysem dedita opera, sed justa ratione hanc generationem transiliisse, quoniam statuerat Noe ad Abraham decem gradus duntaxat recensere, sicut fuerant decem ab Adamo usque ad Noe. Merito etiam Septuaginta, et eos secutum D. Lucam eam non præteriisse putat, quam Moyses præteriit, quia non attendebant ad illum numerum denarium, sed statuerant exactum Catalogum omnium omnino generationum ponere. Denique D. Hieronymus, fidi interpretis officio functus fuit, eam omittens, etenim cum ex Hebræo fonte verteret, debuit omittere, quod in Hebræis codicibus non repererat. Contra D. Lucas, quia sequebatur Septuaginta versionem, debuit ponere, quod apud eos legebatur, et veritati consen-
B taneum erat, et ad difficultatem: Cur igitur Septuaginta posuerunt, cum essent interpretes, quod in Hebræo non habebatur, et cum non ipsi ad denarium illum attenderunt, respondet illos sæpe non interpretum tantum, sed et metaphrastarum functos officio, et prophetarum quoque, atque ita nobis etiam immediatam generationem Arphaxad voluisse conservare, quam D. Lucas postmodum exhibiturus erat. Alii generationem illam nec a Septuaginta translationi insertam, nec Evangelio a D. Luca, sed ab aliquo, nesciunt quem, et nonnullis conjecturis demonstrant. Arduum sane est in re tam gravi certum quid, et veritati consentiens proferre, unum enim defendere, est alium accusare, quæ ac-
C cusatio et impia esset et catholico homine indigna. Unus et idem Spiritus divino impulsu, afflatuque et manum Moysis scribentem, et Septuaginta vertentem, et D. Lucæ repetentem fovendo rexit. Quis hunc Spiritum in Luca vel Septuaginta mendacem, in Moyse veracem, vel contra, sine maxima impietatis nota, et catholicæ fidei detrimento asseverabit? Si secundum Basilium, hom. 10 *in Genes.*, *Dicere verbum aliquod esse in Scripturis otiosum, et supervacaneum, blasphemia est*, quid erit in illis errores, falsaque concedere?

Ibid., lin. 24. *Σαλὰ, ἀφ' οὗ Σουσιανοί.* Eusebius: Σασὰν, ἀφ' οὗ Κοσαῖοι. *Chronicon Alexandrinum.* Σαλὰ, ἐξ οὗ Σαλαθιαῖοι.

Ibid., lin. 26. *Υἱὸς τοῦ Σαλὰ Ἔβερ.* Josephus:
D Ἀρφαξάδου δὲ γίνεται παῖς Σαλῆς, τοῦ δὲ Ἕβαρος, ἀφ' οὗ τοὺς Ἰουδαίους Ἑβραίους ἀρχῆθεν ἐκάλουν. Eusebius: Ἔβερ, ἀφ' οὗ Ἑβραῖοι. *Chronicon Alexandrinum:* Ἔβερ ἐξ οὗ Ἀλβανοί. Ab hoc Hebræos esse denominatos, tanquam Hebræos, et non ab Abraam tradit Augustinus, lib. xvi *De civitate Dei*, cap. 3: *Non frustra*, inquit, *ipse primus nominatus est in progenie veniente de Sem, et prælatus est etiam filiis, cum sit quintus nepos: nisi quia verum est quod traditur ex illo Hebræos esse cognominatos tanquam Hebræos, cum et alia possit esse opinio, ut ex Abraham tanquam Abræi dicti esse videantur. Sed nimirum hoc verum est, quod ex Heber Heberæi appellati sunt, ac inde una detracta littera Hebræi, quam linguam solus Israel populus potuit obtinere.*

in quo Dei civitas, et in sanctis peregrinata est, et in omnibus sacramenta adumbrata. Et lib. II *Retract.*, cap. 14, posthabita prima opinione, in qua fuerat aliquando, quod ab Abraam dicti sint Hebræi, hanc eamdem opinionem aliis prætulit. Eamdem tuentur, Eusebius in exordio suæ *Chronologiæ*, Aracius Cæsariensis *in Gen.*, Hieronymus *Traditionibus Hebraicis in Gen.* cap. XVI, et secuti sunt Beda, Isidorus, Lyranus, Eugubinus annotationibus *in Genes.*, cap. XIV, et alii. Artapanus apud Eusebium lib. IX *De præparatione evangel.* cap. ult., eos ita appellatos refert ex Abraam principe, ac parente ejus gentis nobilissimo. et dicti sunt Hebræi, quasi Abraæi. Ἀρτάπανος δέ φησιν ἐν τοῖς *Ἰουδαϊκοῖς* τοὺς μὲν Ἰουδαίους ὀνομάζεσθαι Ἑρμιοὺθ, ὃ εἶναι μεθερμηνευθὲν κατὰ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν Ἰουδαῖοι. Καλεῖσθαι δὲ αὐτοὺς Ἑβραίους ὑπὸ Ἀβραάμου. Hunc aliquando secutus est Augustinus l. I *De consensu evangelist.*, cap. 14, tandem alii ab *Hebar* quod Latine est *transivit*, Hebræos cognominatos existimant, et non ab Abraham, neque ab Heber. Hujus opinionis fuere Origenes, Diodorus Tarsensis, Rupertus lib. V Commentar. *in Genes.* cap. XI; Chrysostomus hom. 35 *in Genes.* Theodoretus quæst. 60 *in Genes.* eam ita defendit, ut oppositam reprehendat. Si enim, inquit, ab Heber, Hebræi, et lingua Hebraica nomen traxit, oportebat omnes posteros Heber appellatos fuisse Hebræos, atque ea lingua usos, quod in Syris, Moabitis, et aliis posteris Heber non contigit. Ideoque censet appellatos fuisse Hebræos ex eo quod Abraham e regione Chaldæorum veniens in Palæstinam transivit fluvium Euphratem. Hebra enim Syrorum lingua idem dicitur quod Euphrates. Paulus Burgensis censet Hebræos esse cognominatos quasi peregrinos, hoc esse etymon vocabuli lingua illa : de re non esse dubitandum. Quis enim nescit gentem illam et in terra Chanaan, et in Ægypto esse peregrinatam.

Col. 757. *Οἵτινες τὴν ἀρχήν.* Heber pœnam confusionis linguarum evasisse, quod vana molientibus non assentiretur, refert Catena Græca *in Genes.* Φασὶν ὡς παρὰ τῷ Ἔβερ μόνῳ ἐφυλάχθη ἡ γλῶσσα, ὡς μὴ κοινωνήσαντι εἰς τὸ τοῦ πύργου τόλμημα. Manasses in *Annal.* :

Ἔβερ δὲ μόνος τῆς πληγῆς ἐλεύθερος ὑπῆρξεν·
Οὐ γὰρ συγκατετίθετο τοῖς ματαιοπραγοῦσι.

Suidas : Οὗτος οὐ συνεποίησε τοῖς πυργοποιοῖς, καὶ διέμεινεν ἡ διάλεκτος αὐτοῦ ἀμετάβλητος. Theodoretus, quæst. 59 *in Genes.*, antiquissimam linguarum omnium Syriacam existimat, Hebræam vero primum traditam Moysi a Deo fuisse. Quemadmodum enim in templis Græcorum quidam sunt litterarum characteres peculiares, quos sacros appellarunt, sic Deus per Mosem donavit hanc linguam, non quidem naturalem, sed ad docendum quidem aptam. Verum aliter et cum nostro Eustathio consentit Augustinus *De civitate Dei*, lib. XVI, cap. 11, et lib. XVIII, cap. 39; Hieronymus in cap. III *Sophoniæ*, et alibi. Origenes hom. 11 *in Num.* Hieronymus Oleaster in cap. X *Genes.* et alii.

Ibid., lin. 30. *Υἱοὶ δὲ τοῦ Ἔβερ.* Eusebius : Φαλὲκ, ἀφ' οὗ Βάκτροι· Ἐλμωδὰμ, ἀφ' οὗ Ἰνδοί· Ἰεκτὰν, ἀφ' οὗ Μαδιναῖοι. *Chronicon Alexandrinum :* Φαλὲκ, ἐξ οὗ κατάγεται τὸ γένος Ἀβραὰμ προπάτορος· Ἰεκτὰν, ἐξ οὗ Αἰθίοπες.

Ibid., lin. 31. *Ὁ δὲ Φαλὲκ διά.* Nicephorus patriarcha Constantinopolitanus in *Chronographia* : Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις Φαλὲκ διεμερίσθησαν· διὸ καὶ σημαίνει τὸ Φαλὲκ ὄνομα τῇ Ἑβραίων φωνῇ *μερισμός*. Καὶ οὗτος πρὸ τοῦ περὶ τελευτᾷ. Ἐπὶ τούτου ἡ πυργοποιία συνέστη, καὶ ἀπὸ μιᾶς τῆς πάλαι διαλέκτου πολυφωνία γέγονε. Καὶ ἡ καθ' ἕκαστον ἔθνος τῶν γλωσσῶν διαφωνία, φησὶν ἡ θεία Γραφή. Hebræorum illa fuit sententia, Heber magnum fuisse prophetam, atque divini numinis afflatu ante ducentos annos futurum prævidendo, nomen Phalec imposuisse. Idem sentit Hieronymus, qui in *Traditionibus Hebraicis in Genes.* affirmat Heber vaticinio quodam videlicet ex futuro eventu divisionis linguarum nomen imposuisse suo, et Chrysostomus hom. 30 *in Genes.* : *Considera*, inquit, *quemadmodum rei futuræ præscientiam vocabulo nati pueri declaravit ; ut cum videris rem opere adimpletam non ultra mireris, videns divinitus id pueri nomine prædictum.* Josephus tamen lib. I *Antiquit.* et Augustinus, lib. XVI *De civitate Dei*, cap. 11, nomen hoc, non ex futuro eventu, sed eo quod factum erat, positum fuisse.

Ibid., lin. 36. *Τρισχίλιοι γάρ.* De temporibus verba facientes auctores haud mediocriter inter se dissident, et varia proferunt, ut facilius sit in hac re quod alius dixerit reprehendere, quam aliquod quod reprehensione caret, proferre ; cum rationes et argumenta, quibus hæc statuuntur, non omnino certa, sed dubia sint. Illud unusquisque pro certo habeat, se eo minus errare, quo minus ab Ecclesiæ catholicæ traditione recedit penes quam solam, et veritas omnium rerum, et certitudo est, in aliis ingenii humani libidine et audacia omnia obscura, et sexcentis erroribus implicata. Adducemus tamen quæ alii uti certa, etsi non re vera ita sint, tradiderunt. Et sicut superius diximus, inter Græcos omnesque eos, qui Septuaginta Interpretum versionem secuti sunt, et Latinos maximum esse discrimen, cum in describendis patrum, et patriarcharum temporibus, differentia temporum spatia statuerint. Fridericus Husmanus in sua *Chronologia* ab orbe condito, ad annum 30 Phalec annos 1788 enumerat, ante Christum natum 2172, et Romam conditam 1421, ab hujus opinione, quoad annum ab orbe condito ad 30 Phalec non abest Genebrardus *Chronograph.* libr. I. Cunmannus Flinsbachius 1787, Joannes Funccius in *Chronologia* 1739. Noster tamen hic auctor ad nativitatem Phalec annos ter mille fuisse elapsos asseverat. Sed nos etiam inferius de annis a mundo condito ad Christum natum nonnulla dicemus.

A Col. 757, lin. 37. Λογιζόμεθα γάρ. Hanc opinionem et multi magni nominis Patres secuti sunt. Justinus Martyr *Ad Gent.* quæst. 71; Irenæus lib. v *Advers. hæres.* cap. ult.; Lactantius, lib. vii *Institut.* cap. 7; Hilarius can. *in Matthæum* xvii; Augustinus lib. xx *De civitate Dei;* Hieronymus epistol. ad Cyprianum, et Comment. *in Michæam*, cap. iv; Germanus Constantinus lib. *De Theoria rerum ecclesiasticarum*, ad hunc numerum quingentis adjectis, et ait ante ipsum eadem dixisse et Hippolytum e Roma, et S. Cyrillum in lib. *De Antichristo*, itemque Chrysostomum. Opinionem istam non esse veram ipsa experientia docemur, præcipue si Septuaginta interpretationem consideremus, quam ut plurimum secuti sunt auctores supra citati, qui id modeste asseruerunt. Semper dictum Christi præ B oculis habentes Marci xiii, 32: *De die illo, ac tempore, nemo novit, neque angeli quidem qui in cælo sunt, neque ipse Filius;* et Act. i, 7: *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Deus posuit in sua potestate.* Nuperrime tamen Cunmannus Flinsbachius furore insanientis Lutheranorum hæresis actus, libello de hac re edito conatur ostendere, *Mundi hujus ætatem supra sex millia annorum, tanquam certam et immotam metam, quam Deus mundo, sapienti et inscrutabili consilio determinavit, non excursuram esse. Deinde ultimum millenarium sextum, in quo nunc vivimus, non completum iri.* Decem conjecturis hinc inde ab ejusdem hæreseos primatibus petitis, ut sibi videtur ostendit. Sed C omnia peregit præter hoc unum sibi propositum institutum, insulsissime enim, et undequaque etiam inaniter occasione arrepta in Ecclesiam catholicam præter omnem modum et rationem impiissime spurco maledicoque ore invehitur. Commune id omnibus, qui veritate neglecta aliis copulantur vesanis opinionibus et erroribus. Itaque cum de suo nihil proferat, habet id etiam quod aliunde arrepta in pejorem sententiam deferat, nec unam in tanta conjecturarum illuvie quæ discursus formam, vel argumentationis præseferat, in medium affert. Ejus conjecturas refellere, nec interest, nec mei instituti esse duco; ultimam tamen quam ipse omnium conjecturarum summam appellat, attingam, ut ex hac lector et reliquas dignoscere valeat. D *Jam coronidis vice subjiciemus egregium illud dictum Eliæ prophetæ, quod, etsi in Bibliis nusquam exstet, tamen quia reliquarum omnium conjecturarum summa est, et quasi explicatio, omnibus notissimum esse debet, et maxime faciendum est. Sex millia annorum mundi, et postea destructio, duo millia inane, duo millia lex, duo millia Christus, et si quid ex his deerit, deerit propter peccata nostra quæ magna et innumera sunt.* En Cunmanni coronidem, en dicta egregia, en prophetam extra Scripturas, en summam, en explicationem, quæ quanti facienda sit videbimus. Primo falsum est dictum illud esse Eliæ Thesbitæ prophetæ, cum sit cujusdam Eliæ rabbini Judæorum cabalistici commentum in Thalmud., tract Sanedrim, cap. Helec., et tractatu *De idololatria*, cap. Libne, et tractat. *De Sabbato*. Ejus conjecturas affert Rabbi Isaac in caput Genes. secundo ex locis divinæ Scripturæ. Tertio mirum est secretum hoc de mundana duratione omni nationi absconditum, etiam angelis, et Filio hominis, quod ex sententia Patrum et expositione intelligendum est, fuisse revelatum Eliæ, et ab eo toti humano generi, et tamen ignorasse apostolos. Quarto ex Augustino in enarratione psalm. lxxxix: *Ausi sunt homines præsumere scientiam temporum, quod scire cupientibus discipulis Dominus ait: « Non est vestrum scire tempora, quæ Pater posuit in sua potestate, » et definierunt hoc sæculum sex annorum millibus, tanquam sex diebus posse finiri; nec attenderunt quod dictum est, tanquam dies unus, qui præteriit: non enim quando hoc dictum est soli mille anni præterierant; et quod eos maxime debuit admonere, ne temporum luderentur incerto, illud est, sicut vigilia in nocte; neque enim de sex diebus aliquid verisimile videntur opinati propter sex dies primos, quibus Deus perfecit opera sua, sic etiam sex vigilias, id est, horas decem et octo possunt illi opinationi coaptare.* Vide item Ambrosium lib. vii Comm. *in Lucam* in illud Matthæi, xvii, 2, *Post dies sex transfiguratus est.*

Ibid., lin. 44. Ἐπὶ δὲ τὴν τοῦ. Chronographorum de hac re et anno nativitatis Christi variæ fuerunt sententiæ, quarum nonnullas in sua *Bibliotheca* retulit Sixtus Senensis. Nos item ad illustrandum hunc locum aliquas subjiciemus. Quæ autem de hac re sit nostra sententia in iis quæ de fine temporum jam paramus, luculenter explicabimus. Abraamus Bucholcerus in Isagoge chronologica ponit annos 3970; cum enim annorum mundi seriem in tria partitus fuisset temporum spatia, in primo videlicet a creatione mundi ad templum Salomonis enumerat annos 2934; in secundo a condito templo ad ejus desolationem, et inde ad captivitatis Babylonicæ finem annos 501; in tertio a fine captivitatis Babylonicæ ad natum Christum 537, qui omnes, si simul sumantur, constituunt numerum 3970. Hisce autem tribus Eusebianam chronologiam, et aliorum præcipue Græcorum, qui numeros ex Septuaginta mutuati sunt, cum sua conciliat, primo correctione numerorum versionis Græcæ, Genes. v et xi; secundo omissione decennii in regno Ammon IV Regum xxi; tertio applicatione anni ultimi captivitatis Babylonicæ ad tempora Cyri. Cunmannus Flinsbachius in chronologiæ confirmatione enumerat annos 3962, videlicet a creatione mundi ad diluvium 1656, a diluvio ad vocationem Abrahæ 367, a vocatione Abrahæ ad exitum de Ægypto 430, ab exitu de Ægypto ad Davidem regem 437, a Davide ad captivitatem Babylonicam 501. Captivitas Babylonica 70; a captivitate Babylonica usque ad Christum natum 501, omnes simul 3962. Joannes Funccius in sua Chronologia 3963, videlicet a creatione mundi usque ad Persarum monarchiam 3406, a Persarum monarchia ad regnum

Græcorum post Alexandri mortem 234, a regno Græcorum usque ad Romanorum monarchiam et Christi nativitatem 322 : sunt anni omnes simul 3963. Ubbo Emmius Frisius in chronologia et canonis chronici compendio brevissimo et pleniori, annos 3950, scilicet a creatione mundi ad diluvium annos 1657, ad vocationem Abrahæ 2024, ad exitum ex Ægypto 2453, ad templum Salomonis conditum 2932, ad templum deletum 3360, ad templum instauratum 3531, ad Christum in terra natum 3950. Joannes Boulæsius 3960, idque triplici via demonstrat. Prima sæculum ethnicis ignotum ante diluvium 1657, aureum sæculum 249, argenteum 430, æneum 448, stanneum 427, ferreum 240, plumbeum cum additione 46, 510, et hoc modo consurgunt ab orbe condito ad Christi nativitatem 3960. Secunda, ab initio sæculi ad diluvium 1656, a diluvio ad Ninum monarcham 249, a Nino ad Sardanapali finem 1234, ab Arbace ad Alexandrum Magnum 495, ab Alexandro Magno ad finem regni Syriæ 235, a Syria possessa per Romanos ad Christum natum 91, et sic item erunt 3960. Tertia, a creatione mundi ad diluvium 1656, a diluvio ad completam 15 dynastiam 292, in 16 et 17 dynastia 293, in 18 dynast. 348, in 19 dynast. 194, in sequentibus sex dynastiis 489, a 26 dynast. ad obitum Alexandri 369, a morte Alexandri ad Christum 319, et sic item constituit ab exordio mundi ad Christum 3960. Gilbertus Genebrardus, lib. I, et in fine lib. II, 4090, ab orbe scilicet condito ad eluvionem 1656, dies sex; ab eluvione ad ortum Abrahami 293, dies 10; ab Abrahami ortu, ad egressionem Israelitarum ex Ægypto 720, ab egressu ad jacta templi fundamenta 480, a fundamentis templi ad captivitatem Babylonicam 419, menses 6, a Babylonica captivitate ad Christum natum 520. Omnes sunt 4089. Si addas dies et menses, erit nativitas Christi anno 4090. Joannes Georgius Hervartus in sua nova, et ad calculum astronomicum revocatæ chronologiæ cap. 3 et 264, exacto anno mundi 3955 Incarnationem Domini nostri Jesu Christi ponit, quod ne absque ratione asserere videretur, sententiæ suæ fundamenta jecit, et in medium attulit. Numerat enim cum aliis ex auctoritate Hebraica ab Adamo ad diluvium annos 1656. Inde ad Abrahamum 292, exinde ad Davidem 942, ad captivitatem 473, atque exinde ad Christum 589. Qui in unum collecti sunt 3952 : quibus si tres annos adjeceris, post quos vulgaris Christi epocha inchoata fuit per D. Hieronymum, erunt anni 3955. Annorum item seriem ab orbe condito ad Christum natum habes in *Chronico* Carionis, quem vide. Et ex Hebræis Baal Seder Olam, a mundi creatione ad eversionem templi sub Vespasiano tantum numerat annos 3888, id est ad Christum natum 3757. Rabbini recentiores ad natum Christum ann. 3760, menses 4. Unde quartus mundi millenarius ab eis anno Domini 240 confertur; quintus in annum 1240, et ita deinceps quod hodie vulgo Judæi sequuntur. Rabbi Nahsson in lib. *De cyclo Paschali* 3740, Rabbi Levi in XII Danielis 3781, Rabbi Moses Gerundensis 4058, menses 5. Et horum sententiæ, uti videre est, quamvis variæ, nec uniformes videntur, tamen numerum quinti millenarii non excedunt. Altera est eorum, qui supra quintum millenarium addunt multos annos, neque tamen consentiunt. Augustinus numerat annos 5351; Isidorus V *Etymolog.*, 5210. Orosius 5196, Alfonsus 5984, Eusebius idem sentit cum Orosio, Theophilus Antiochenus *ad Autolycum* 5476. Nicetas lib. I *Histor.* cap. 10, 5503; Cedrenus 5506, Græci vulgo 5508 ut in Sexta synodo cap. 3. In *Horologio*, et *cyclo Paschali* Nicodemus de resurrectione et passione Domini ann. 5500, hoc est a creatione Adæ ad diluvium 2212, a diluvio usque ad Abraham 912, ab Abraham ad Moysem 430, a Moyse ad David regem 510, a Davide ad transmigrationem Babylonis 500, a transmigratione, usque ad incarnationem Christi 500; qui omnes sunt 5500. *Chronicon Alexandrinum* 5507, Nicephorus patriarcha Constantinopolitanus 5500. Quos ita colligit: Συνάγονται τὰ ἔτη οὕτως ὡς ὑποτέτακται ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ ͵βσμβʹ, ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως πύργου Νευρὼθ ἔτη φκεʹ· ἀπὸ δὲ πύργου ἕως τῶν διχοτομημάτων Ἀβραὰμ ἔτη υκεʹ· ἀπὸ δὲ τῶν διχοτομημάτων ἕως τοῦ τέλους Ἀβραὰμ ἔτη οςʹ, ὁμοῦ ἔτη, ͵γσξηʹ· ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀβραὰμ ἕως τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἔτη υλʹ· ἀπὸ δὲ τῆς ἐξόδου ἕως τῆς οἰκοδομῆς οἴκου Κυρίου ἔτη ψνζʹ· ἀπὸ δὲ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ ἕως τῆς αἰχμαλωσίας ἔτη υκεʹ, ὁμοῦ ἔτη ͵δωπʹ. Ἀπὸ δὲ τῆς αἰχμαλωσίας ἕως Ἀλεξάνδρου ἔτη τιηʹ· ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἕως τῶν χρόνων Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἔτη τγʹ, ὁμοῦ ἔτη ͵εφʹ. Vide Argyrum in *Cyclo Paschali*, et alios. Noster Eustathius 5531. Qua autem id ratione affirmat, exponere breviter minime fieri potest, cum et vitas patrum ante diluvium et post examinare difficile sit, et regum Judæ aliorumque annos et interregna distinguere minime sit hujus negotii, et laboris multi, et scripturæ indigeat, ne lusisse operam videremur. Reservamus tamen hujus quæstionis explicationem. in libro nostro, quem superius citavimus. Inventæ sunt etiam duæ collectiones annorum manuscriptæ, altera ex Marcelliani chronici fine ab Adam usque ad diluvium anni 2242, a diluvio usque ad Abraham anni 942, ab Abraham usque ad passionem Domini anni 2244, a Roma vero condita usque ad Domini adventum anni 752, a passione Domini usque ad consulatum Eustathii anni 394, et usque ad consulatum DN. Theodosii XV, anni 409. Fiunt ab Adam usque ad XIV Valentis annum, id est, usque ad consulatum ejus et Valentiniani II, omnes anni 15579; altera ex Eusebiani chronici fine ab urbe condita sub regibus anni 240, sub consulibus anni 464, sub Augustis et Cæsaribus anni 493, colliguntur omnes anni usque ad consulatum Theodosii Junioris XVIII, et Valentiniani Junioris Placidiæ filii VI, Augustorum, 1197. Ab Abraham usque ad

tempus suprascriptum anni 2315, a diluvio usque ad Abraham anni 842, ab Adam usque ad diluvium anni 2242, fiunt ab Adam usque in consulatum Theodosii Junioris XVIII et Valentiniani Placidiæ filii junioris sexies omnes anni 5645. Animadverte tamen in num. ab Abraham usque ad tempus suprascriptum anni 2595 [MMCCCXCV], expuncto tertio C in margine recentiore manu appositum fuisse numerum istum 2295.

Col. 760. lin. 12. *Υἱοὶ δὲ ἐγένοντο τῷ.* Eusebius: Ἀραβὼδ, ἀφ' οὗ Ἄραβες· Ἰδουρὰμ, ἀφ' οὗ Καμήλιοι· Δέρα, ἀφ' οὗ Μῆδοι· Ἰεζία, ἀφ' οὗ Ἀριαδνοί· Δεκλὰμ, ἀφ' οὗ Κεδρούσιοι· Γεβὴλ, ἀφ' οὗ Σκύθαι· Ἀβιμεὴλ, ἀφ' οὗ Ὑρκανοί· Σαβὰτ, ἀφ' οὗ Ἄραβες Ἰνδῶν· Οὐὴρ, ἀφ' οὗ Οὐαρναῖοι· Εὐὴν, ἀφ' οὗ Γυμνοσοφισταί. *Chronicon Alexandrinum:* Σαρμὼθ, ἐξ οὗ Ἄραβες· Ἰαρὰχ, ἐξ οὗ Κάμπλιοι, οἱ καὶ Χαναναῖοι· Ὀδόῤῥα, ἐξ οὗ Ἀῤῥιανοὶ καὶ Φερεζαῖοι· Δεκλὰ, ἐξ οὗ Κεδρούσιοι, οἱ καὶ Ἀμοῤῥαῖοι· Αἰζὴλ, ἐξ οὗ Ὑρκανοί, οἱ καὶ Εὐαῖοι· Ἀβιμεὴλ, ἐξ οὗ Σκύθαι, οἱ καὶ Γεργεσαῖοι· Σαβαῦ, ἐξ οὗ Ἄραβες ἐσώτεροι· Ὀφεὶρ, ἐξ οὗ Ἀρμένιοι.

Ibid., lin. 22. *Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις.* Epiphanius in principio operis quod scripsit adversus hæreses, docet tempore Saruch cœpisse inter homines idololatriam, et illius temporibus multa templa constructa fuisse, et quidam gentium principes adoratos. Manasses in *Annal.:*

Ἐντεῦθεν παρηνόμησε τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων·
Καὶ πρὸς ἀθέσμους ἔβλεψε πράξεις καὶ βδελυρίας·
Σφαγὰς, ἀνδροκτασίας τε, φόνους, ἀκολασίας.
Ταῖς ἁρπαγαῖς ὑπέχαιρον, ἐτέρποντο μοιχείαις,
Καὶ πᾶσαν ἐπετήδευον ἐπίνοιαν κακίας.
Ἐλῄστευον, διήρπαζον, ἔκλεπτον, ἐμοιχῶντο,
Καὶ τελευταῖον ἔβλεψαν πρὸς εἰδωλολατρείαν.
Σεροὺχ δὲ πρῶτος ἤρξατο χρῆσθαι γλυπτοῖς καὶ [στήλαις,
Ὄγδοος ὢν ἀπόγονος τοῦ Νῶε τοῦ δικαίου.

Suidas: Σεροὺχ οὗτος κατάγεται ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Ἰαφὲτ, καὶ ἀπὸ τούτου ἤρξατο ἡ εἰδωλολατρεία. Ἐδογμάτισε γὰρ εἰκόσι καὶ ἀνδριάσι τιμᾶσθαι τοὺς πάλαι ἀριστεύσαντας, καὶ τιμᾶσθαι ὡς εὐεργέτας· καὶ τοῦτο ἐπεκράτησε μέχρι τῶν χρόνων Θάῤῥα τοῦ πατρὸς Ἀβραάμ. Hujusce autem erroris ea causa fuit. Seruch honorem priscis deferens tanquam rerum præclararum inventoribus, in præliando fortibus, et tanquam sapientiæ belli, artiumque peritis, ad virtutis gloriam, et beneficiorum memoriam imagines, simulacra, columnasque exstruebat, quod cum non intelligerent posteri, statuas illas inanimas ceu deos coluerunt, et sculptilia adorarunt, venerabantur eos tanquam numina quos statuæ illæ simulacraque repræsentabant. Inde peregrinum ad cultum homines deflexere, novosque alios in dies excogitarunt, quos adorarent. Ita Suidas, Epiphanius, *Chronicon Alexandrinum*, Manasses, et alii.

Ibid., lin. 27. *Ναχὼρ δὲ ἐγέννησε.* Hebræi in *Berescit* affirmant Thare, statuarium, idolorum fictorem, et venditorem. Eadem habet et Christophorus patriarcha Alexandrinus, oratione: Τίνι ὁμοιοῦται ὁ ἀνθρώπινος βίος; Καὶ γὰρ ὅτε ὠργίσθη ὁ Θεὸς Θάρᾳ τῷ πατρὶ Ἀβραὰμ, ἐθανάτωσε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν τρίτον, ὃν ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἠγάπα, ἵνα ὁ πατὴρ σωφρονίσῃ, καὶ οὐκ ἐσωφρόνισε. Ἐποίει γὰρ καὶ εἴδωλα καὶ ἐπώλει τοῖς εἰδωλολάτραις. Ἐπέστη δὲ τότε ὁ αἰὼν εἰς εἰκοστὴν γενεὰν ἔτη ‚βτλβ' (alius cod., ‚γσλβ' ἦσαν λοιπὸν), καὶ οὐδεὶς πώποτε τῶν προτέρων ἀνθρώπων πρὸ πατρὸς υἱὸς ἐτελεύτα, εἰ μὴ Δάμεχ ὁ υἱὸς τοῦ Μαθουσάλα καὶ θαυμάσασα ἡ θεία, etc. Errat Genebrardus ex Suida de Thara idem colligens; etenim si attente Suidæ verba considerentur, illa: Ἦν γὰρ ἀγαλματοποιὸς, ἀπὸ διαφόρων ὑλῶν εἰκόνας ἐργαζόμενος, καὶ λέγων τούτους εἶναι θεοὺς, καὶ ὀφείλειν προσκυνεῖσθαι ὡς αἰτίους τῶν ἀγαθῶν, non ad Thare Abrahami patrem, sed ad Seruch pertinent, ut ex ipso textu manifestum est, aliisque auctoribus facillimo negotio probari posset, qui hæc eadem de Seruch, non de Thara tradunt.

Ibid., lin. 29. *Ὁ δὲ Ἀρὰμ ἀπέθανε.* Josephus, *Antiquit.* lib. I, cap. 7: Ἄβραμος δὲ εἶχεν ἀδελφοὺς Ναχώρην καὶ Ἀράνην. Τούτων Ἀράνης μὲν, καταλιπὼν υἱὸν Λῶτον, καὶ Σάραν καὶ Μελχανὰν θυγατέρας, ἐν Χαλδαίοις ἀπέθανεν ἐν πόλει Οὔρῃ λεγομένῃ τῶν Χαλδαίων. Καὶ τάφος αὐτοῦ μέχρι νῦν δείκνυται. Hebræi tradunt, et refert Hieronymus in *Hebraicis traditionibus in Gen.*, Abraham in regione Chaldæorum in ignem missum, quia ignem adorare noluerit, quem Chaldæi colunt, et Dei auxilio liberatum, de idololatriæ igne profugisse. Aram quoque quia similiter et ipse ignem adorare nollet, in igne Chaldæorum positum incendio consumptum fuisse. Hanc traditionem Hieronymus modo vocavit veram, modo fabulam. Paulus Burgensis testimonio Rabbi Moysis liberationem Abrahæ Dei beneficio subsecutam ita enarrat: *Rabbi itaque Moyses in libro De directione perplexorum, ait, in quodam libro de agricultura Ægyptiaca narrari, insignem quemdam virum, nomine Abraham, publice disceptasse cum idolorum cultoribus, affirmantem non esse ignem pro Deo colendum: veritum autem regem, ne sua ille auctoritate et oratione populum ab illo cultu averteret, detrusisse eum in carcerem: et spoliatum bonis omnibus ex omni ditione sua exterminasse.* Causa vero mortis Aram, quæ hic exponitur, et verior et probabilior mihi videtur. Injuste enim cum Aram actum esset, si pro vero Dei cultu vitam hostibus Dei igni tradendam committeret exemplo ductus Abrahæ, nec tamen a flammis illis liberaretur. Dices, ideo illum inflammatum, quia doloso animo nec vere pio simili periculo se opposuit. Quis in tam urgenti et evidenti periculo libere se exponens contra Deum, a quo auxilium omne exspectat, malo animo ageret? Hoc sane esset in suum caput malum convertere, et pugione sibi mortem manifestam consciscere.

Ibid., lin. 34. *Γαμοῦσι δὲ τάς.* Quidam existimarunt Saram sororem fuisse Abrahæ eadem matre eodemque patre genitam. Clemens Alexandrinus, lib. II *Strom.*, Cajetanus, Sotus, lib. II *De justitia et jure*, Hieronymus *Traditionibus in Genes.*, videntur aliquo modo huic opinioni affinia dicere. Alii

dicunt cum nostro Eustathio Saram fuisse filiam Aram fratris Abrahæ, veramque sororem Lot. Habet Augustinus, lib. XXII *Adversus Faustum*, cap. 35; Joseph. lib. I *Antiq.*, et Gennadius Caten. *in Genes.*: Ἀβραὰμ δὲ, φησὶ, καὶ Ναχὼρ ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας· καὶ ἦν ὄνομα τῇ γυναικὶ μὲν τοῦ Ἀβραὰμ Σάρα, τοῦ Ναχὼρ δὲ τῇ γυναικὶ Μελχὰ, ἥτις ἦν θυγάτηρ καὶ αὐτὴ τοῦ Ἀῤῥάμ. Οὐ μόνον δὲ ἄρα πατὴρ ἦν ὁ Ἀῤῥὰμ τῆς Μελχᾶς, ἀλλὰ καὶ τῆς Ἰεσχά. Ὥστε δῆλον ὅτιπερ ὅ τε Ἀβραὰμ καὶ ὁ Ναχὼρ, ὄντες υἱοὶ μὲν τοῦ Θάῤῥα, τοῦ δὲ Ἀῤῥὰμ ἀδελφοὶ, θυγατέρας τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῶν τοῦ Ἀῤῥὰμ, καὶ ἀδελφὰς πρὸς γάμον ἠγάγοντο, τὴν Μελχὰν μὲν ὁ Ναχὼρ, ὁ δὲ Ἀβραὰμ τὴν Σάραν. Dubium tamen adhuc remanet a nostro Eustathio pertractatum, an videlicet conjugium temporibus illis fuerit licitum inter fratres et sorores; dissolvit Augustinus, lib. d. et XV, *De civitate Dei*, cap. 16, qui ait tale conjugium non fuisse apud probos viros in usu, nec licitum; nec adversatur nostro Eustathio, qui dicit similia matrimonia tunc temporis licita, nec prohibita fuisse; neque enim de fratribus et sororibus iisdem patre et matre genitis intelligendus est, præter rem enim et exspectationem dubitaret, cum manifeste superius declarasset Saram fuisse filiam Aram, sororem Lot quam in uxorem acceperat Abraham, et non sororem germanam, sed tantum de sororiis, sive de filiis fratrum, et sororum, quod conjugium ait ante Mosaicam legem fuisse in usu, et receptum. Quamvis multi item putarint, propter hominum paucitatem in exordio mundi fuisse et alterum conjugium licitum, et temporibus etiam Abrahæ. Quæ sententia etiam ex verbis auctoris elici potest, qui, nulla habita consanguinitatis sive affinitatis ratione, fratribus et sororibus ait alterna conjugia ante legem Mosaicam fuisse licita. Testis unus præ omnibus Methodius episcopus et martyr, in *Convivio decem virginum*, cujus verba, quia elegantissima sunt et nondum quod sciam typis mandata, non gravabor hic ascribere: Μεγάλη γὰρ ἀληθῶς ὑπερβολὴ τὸ τῆς παρθενίας ἀνθρώποις ἀπ' οὐρανῶν κατεπέμφθη φυτόν. Καὶ διὰ τοῦτο ταῖς πρώταις οὐκ ἀπεκαλύφθη γενεαῖς. Ἔτι γὰρ ὁ ἄνθρωπος ὀλιγοστὸς ἦν, καὶ ἐχρῆν εἰς πλῆθος πρῶτον αὐτὸν αὐξήσαντα τελειωθῆναι. Διὸ δὴ καὶ τὰς σφετέρας ἀδελφὰς οἱ παλαιοὶ λαμβάνοντες γυναῖκας οὐδὲν ἦν ἀπρεπὲς, μέχρι νόμος ἐλθὼν διεστείλατο, καὶ τὸ πρῶτον δοκοῦν εἶναι καλὸν ἀπαγορεύσας ἁμαρτίαν ἀπεφήνατο, ἐπικατάρατον καλῶν τὸν ἀποκαλύπτοντα τὴν ἀσχημοσύνην τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ, τοῦ Θεοῦ κατὰ καιρὸν καὶ καιρὸν τὴν ἁρμόζουσαν ἡμῶν τῷ γένει σπουδαίων προσφέροντος βοήθειαν, ὥσπερ δὴ καὶ οἱ πατέρες τοῖς υἱοῖς. Οὐ γὰρ εὐθέως ἄνωθεν ἐπιστατοῦσι τοὺς παιδαγωγοὺς, ἀλλὰ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν ἐάσαντες ἀθύρεσθαι μοσχαρίων δίκην, πρῶτον εἰς διδασκάλων συμψελλιζόντων ἀποστέλλουσιν, ἔστ' ἂν ἀποβαλόντες τὴν μειρακιώδη τρίχα τοῦ νοῦ, εἰς τὴν τῶν μειζόνων ἄσκησιν παραπεμφθῶσι, κἀκεῖθεν αὖθις εἰς τὴν τῶν ἔτι μειζόνων. Ταύτῃ γὰρ καὶ τὸν Θεὸν καὶ

A Πατέρα τῶν ὅλων ἡγητέον προσηνέχθαι τοῖς πρὸ ἡμῶν. Ἔτι γὰρ ὁ κόσμος ἀνθρώπων ἀπλήρωτος ὢν, ὡς νήπιος ἦν, καὶ ἐχρῆν αὐτὸν εἰς πλῆθος πρότερον ἐκ τούτων ἀνδρωθέντα πληθυνθῆναι. Ἀλλ' ὅτε λοιπὸν ἀπὸ περάτων ἐπὶ πέρατα κατῳκίσθη, τῆς ἀνθρωπότητος εἰς ἄπειρον κεχυμένης, οὐκέτι τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένειν τὸν ἄνθρωπον ἐπέτρεπεν ὁ Θεὸς, σκοπῶν ὅπως ἀπὸ τῶνδε εἰς τάδε μεταβαίνοντες πλησιαίτερον προκόπτωσιν ἔρχεσθαι τῶν οὐρανῶν, μέχρις ἂν, εἰς αὐτὸ τὸ μέγιστον μάθημα καὶ κορυφαιότατον τὴν παρθενίαν φθάσαντες, τελειωθῶσιν, ἀπὸ τῆς ἀδελφομιξίας ὁδεύσαντες πρῶτον εἰς τὸ ὀθνείας ἐπάγεσθαι γαμετὰς, κἀκεῖθεν εἰς τὸ μηκέτι πολλαῖς ἐπιβαίνειν τετραπόδων νόμῳ, καθάπερ εἰς ὀχείαν γεγονότας, κἀντεῦθεν εἰς τὸ μὴ μοιχοὺς γεγονέναι, καὶ αὖ πάλιν εἰς σωφροσύνην, καὶ B ἀπὸ σωφροσύνης εἰς παρθενίαν, ἔνθα μελετήσαντες τῆς σαρκὸς ὑπερφρονεῖν, εἰς τὸν τῆς ἀφθαρσίας εὔδιον ἀφόβως ὁρμίζονται χῶρον. Εἰ δέ τις ὡς ἀμάρτυρον τῶν Γραφῶν αἰτιάσασθαι τολμήσει τὸν λόγον, φέρε δὴ, παραθέντες καὶ τὰ τῶν προφητῶν, ἀληθέστερα μᾶλλον ἀποδείξομεν τὰ προειρημένα. Ὁ γοῦν Ἀβραὰμ πρῶτος ἐν διαθήκῃ τὴν περιτομὴν λαβὼν, οὐδὲν ἕτερον αἰνίσσεσθαι δοκεῖ τὸ οἰκεῖον, περιστελλόμενος τῆς σαρκὸς ἑαυτοῦ μέλος ἢ τοῦτο, τὸ μηκέτι τὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος δημιουργηθέντα παιδοσπορεῖν, ἀπὸ τῆς ἰδίας ἕκαστον διδάσκων ἀδελφῆς οἷα σαρκὸς ἀποτέμνειν τὴν κατὰ συνουσίαν ἡδονήν. Ὥστε τὸ πλησιάζειν, καὶ ὁμεύνοις χρῆσθαι ταῖς σφων ἀδελφαῖς ἀπὸ τῶν τοῦ Ἀβραὰμ πέπαυται καιρῶν. C Τὸ δὲ πλειόνων. Et reliqua quæ Marcella eruditissime simul et elegantissime prosequitur; quæ Deo dante una cum reliquis brevi utilitati publicæ edemus. Omnibus notus est mos Persarum, qui cum parentibus miscebantur; de quibus hic dicere supersedeo.

Col. 760, lin. 45. *Ὁ δὲ Θάῤῥα.* Josephus, *Antiquitat.* lib. I, cap. 7: Θάῤῥου δὲ μισήσαντος τὴν Χαλδαίαν διὰ τὸ Ἀράνου πένθος, μετοικίζονται πάντες εἰς χώραν τῆς Μεσοποταμίας· ὅπου δὴ Θάῤῥον τελευτήσαντα θάπτουσιν, ἔτη βιώσαντα πέντε καὶ διακόσια.

Ibid., lin. 48. *Ἔκτοτε γὰρ τῶν.* Josephus, ib: Συνετέτμητο γὰρ ἤδη τοῖς ἀνθρώποις κατ' ὀλίγον τὸ ζῆν, καὶ βραχύτερον ἐγένετο μέχρι τῆς Μωσέως γενέσεως, μεθ' ὃν ὅρος ἦν τοῦ ζῆν ἑκατὸν ἔτη πρὸς τοῖς εἴκοσι, ταῦθ' ὁρίσαντος τοῦ Θεοῦ, ὅσα καὶ Μωσῆν D συνέβη βιῶναι. Vide dissertationem Gasparis Dornavi de causis longævitatis patrum primigeniorum, cui titulus *Mathusala vivax*.

Ibid., lin. 53. *Ἀβραὰμ δὲ ὁ.* Eadem habet Josephus *Antiq.* lib. I, cap. 8, et subdit, Berosum Abrahami tacito nomine meminisse. Hecatæum illius non meminisse obiter, sed libro de eo conscripto, res ejus posteritati commendasse, nec non et Nicolaum Damascenum in IV *Historiarum*: Μνημονεύει δὲ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβράμου Βηρωσσὸς οὐκ ὀνομάζων, λέγων οὕτως· Μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν δεκάτῃ γενεᾷ παρὰ Χαλδαίοις τις ἦν δίκαιος ἀνὴρ μέγας, καὶ τὰ οὐράνια ἔμπειρος. Ἑκαταῖος δὲ καὶ τοῦ μνησθῆναι πλέον τι πεποίηκε· βιβλίον γὰρ περὶ αὐτοῦ συνταξάμενος κατέλιπε. Νικόλαος δὲ ὁ Δαμασκηνὸς ἐν

τῇ τετάρτῃ τῶν Ἱστοριῶν λέγει οὕτως· Ἀβράμης ἐβασίλευσε Δαμασκοῦ ἔπηλυς σὺν στρατῷ ἀφιγμένος, etc.; et Alexander Polyhistor apud Eusebium, *De præparatione Evangelica* lib. IX, ex Eupolemo: Δεκάτῃ δὲ γενεᾷ φησιν ἐν πόλει τῆς Βαβυλωνίας Καμαρίνῃ, ἥν τινας λέγειν πόλιν Οὐρίην, εἶναι δὲ μεθερμηνευομένην Χαλδαίων πόλιν, ἐν τρισκαιδεκάτῃ γενέσθαι Ἀβραὰμ γενεᾷ, εὐγενείᾳ καὶ σοφίᾳ πάντας ὑπερβεβηκότα, ὃν δὴ καὶ τὴν ἀστρολογίαν καὶ Χαλδαϊκὴν εὑρεῖν, ἐπί τε τὴν εὐσέβειαν ὁρμήσαντα εὐαρεστῆσαι τῷ Θεῷ. Τοῦτον δὲ, διὰ τὰ προστάγματα τοῦ Θεοῦ εἰς Φοινίκην ἐλθόντα κατοικῆσαι, καὶ τροπὰς ἡλίου καὶ σελήνης, καὶ τὰ ἄλλα πάντα διδάξαντα τοὺς Φοίνικας, εὐαρεστῆσαι τῷ βασιλεῖ αὐτῶν.

Col. 761, lin. 1. *Μόνος οὗτος*. Consona Josepho leguntur apud Suidam de Abrahamo, et Eusebium in prima parte Chronici: Ἀβραὰμ, Χαλδαῖος ὢν τὸ γένος, τὴν πρώτην ἡλικίαν παρὰ Χαλδαίοις ἐτράφη, καὶ τῆς παρ' αὐτοῖς ἀστρολογίας καὶ λοιπῆς μετέσχε σοφίας. Θεοφιλὴς δὲ ὤν, καὶ τοῖς κτίσμασι ὁ τὸν νοῦν ἑαυτοῦ μὴ καταδεξάμενος ἐᾶσαι ἐνδιατρίβειν, ἀλλ' ἐπὶ τὸν γενεσιουργὸν ἐκ τῆς τῶν κτισμάτων ἀναχθεὶς καλλονῆς, θείας ἐλλάμψεως ἠξιώθη, ἔτι διατρίβων ἐν τῇ πατρίδι. Et Africanus: Οὗτος μόνος τῶν ἁπανταχοῦ τὴν ἐπὶ τὰ εἴδωλα πλάνην νοσούντων τὸν ἀληθῆ Θεὸν ἐπέγνω, καὶ Δημιουργὸν τῶν ὅλων ἀνεκήρυξεν. Judæi tamen nonnulli tradunt Abraham quadragesimo octavo ætatis anno cœpisse agnoscere verum Deum, omnemque idololatriæ superstitionem abjecisse, refert Genebrardus in *Chronico*. Hujus sententiæ est et Andreas Masius in cap. XXIV *Josue*; nec ab ea dissentit Philo Περὶ νόμων ἀγράφων, ὅ ἐστιν Ἀβραάμ· Περὶ γιγάντων· Περὶ εὐγενείας. De providentia Dei in rebus humanis superius nonnulla diximus, et eam ita patentem negare, vani, cæci, excordisque hominis est, et quidvis potius excogitantis, quam quod ratio deposuit.

Ibid., lin. 11. *Πρὸς γοῦν τήν*. Josephus, *Antiq.* lib. I: Cum videret, inquit, Abraham, quod veri Dei cultum palam et libere prædicaret, Chaldæos, et Mesopotamitas contra se insurgere, consilium migrandi cœpit, et voluntate ac favore Dei fretus terram Chanaan tenuit, ubi sedibus positis Deo struxit aram, et hostias mactavit. Idem asserit et probat Augustinus, *De civitate Dei* lib. XVI, cap. 13.

Ibid., lin. 17. *Καὶ ἀναστὰς ἐκεῖθεν*. Ex Chaldæa nempe, et Mesopotamia, Augustinus tamen, lib. XVI *De civitate*, cap. 15, affirmat Abraham mandatum Dei accepisse cum jam discessisset e Chaldæa, et in Mesopotamia commoraretur. Ambrosius, lib. I *De Abraham*, cap. 2; Paulus Burgensis, *in Gen.* cap. XII, sentiunt hoc præceptum illi impositum fuisse in civitate Haram. Ego tamen existimarim Abraham hoc præceptum accepisse, cum esset in Mesopotamia, nec enim videtur a ratione alienum, Abraham summo conatu Deum diligentem, sibi illud habuisse fixum in animo, ut aliquos, si quos

A posset, verbis, exemplis aliisque actionibus ad verum illum cultum attraheret, ideoque hinc inde vagatum Chaldæorum urbes ac Mesopotamiam ipsam perlustrantem; cum tamen eventus studio, desiderioque non responderet, anxium tot labores, sudoresque frustra impendi, ad Deum recurrisse, qui ipsi ut exiret de patria, et de cognatione jussit. Sic vera erat sententia Eustathii, eum exiisse de terra Chaldæorum, et Mesopotamia, omneque desiderium ad ea loca revertendi deposuisse. Quare verba illa Stephani, Act. VII, etiam atque etiam consideranda sunt: *Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ, cum esset in Mesopotamia, prius quam moraretur in Chara, et dixit ad illum: Exi de terra tua, et de cognatione tua, et veni in terram quam*
B *monstravero tibi.*

Ibid., lin. 14. *Λιμοῦ δὲ καταλαβόντος*. Manasses, in *Annalibus*:

Λιμοῦ καταλαβόντος γὰρ τὴν χώραν τὴν Χαλδαίων,
Ἀβρὰμ ὁ θεῖος, ὁ πολὺς, γέγονε μετανάστης
Καὶ τὴν συγγένειαν λιπὼν, εἰς Αἴγυπτον μετῆρεν
Ὡς ἀποτρέψαι τοῦ λιμοῦ τὴν φθαρτικὴν πυράγραν
Τοῖς ζωαρκέσιν ἐντυχὼν ἐκεῖ δαψιλεστέροις.
Συνῆν δ' αὐτῷ καὶ γαμετὴ πρὸς ξένην σταλλομένη,
Σάῤῥα χαριτοπρόσωπος καὶ περικαλλεστάτη.

Eupolemus apud Alexandrum Polyhistorem in Eusebio, *De præparat.* lib. IX: Λιμοῦ δὲ γενομένου,
C τὸν Ἀβραὰμ ἀπαλλαγῆναι εἰς Αἴγυπτον πανοικίᾳ, κἀκεῖ κατοικεῖν, τήν τε γυναῖκα αὐτοῦ τὸν βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων γῆμαι, φάντος αὐτοῦ ἀδελφὴν εἶναι. Et Artapanus: Τοῦτον δέ φησι πανοικίᾳ ἐλθεῖν εἰς Αἴγυπτον πρὸς τὸν τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα Φαρεθώνην, καὶ τὴν ἀστρολογίαν αὐτὸν διδάξαι. Μείναντα δὲ ἔτη ἐκεῖ εἴκοσι, πάλιν εἰς τοὺς κατὰ Συρίαν ἀπαλλαγῆναι τόπους. Τῶν δὲ τούτῳ συνελθόντων πολλοὺς ἐν Αἰγύπτῳ καταμεῖναι διὰ τὴν εὐδαιμονίαν τῆς χώρας. Peregrinationis Abrahæ historiam propter famem ab eo susceptæ, et servatæ a Deo uxoris pudicitiæ præter Moysem prosequuntur Josephus, *Antiq.*, lib. I, cap. 8; Philo, lib. *De Abraham*, quæ non minima lux huic loco.

Ibid., lin. 16. *Καὶ τοὺς Αἰγυπτίους*. Josephus,
D *Antiq.* lib. I, cap. 9: Τῶν γὰρ Αἰγυπτίων διαφόροις ἀρεσκομένων ἔθεσι, καὶ τὰ παρ' ἀλλήλοις ἐκφαυλιζόντων νόμιμα, καὶ διὰ τοῦτο δυσμενῶς ἐχόντων πρὸς ἀλλήλους, συμβαλὼν αὐτῶν ἑκάστοις, καὶ διαπτύων τοὺς λόγους, οὓς ἐποιοῦντο περὶ τῶν ἰδίων κενοὺς καὶ μηδὲν ἀληθὲς ἔχοντας ἀπέφαινε. Vide Joannem Chrysostomum, hom. 30 *in Genes.*

Ibid., lin. 19. *Καὶ θαυμασθείς*. Josephus, *Antiq.* lib. I, cap. 9: Θαυμασθεὶς οὖν ὑπ' αὐτῶν ἐν ταῖς συνουσίαις ὡς συνετώτατος, καὶ δεινὸς ἀνὴρ οὐ νοῆσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ πεῖσαι λέγων περὶ ὧν ἂν ἐπιχειρήσειε διδάσκειν, τήν τε ἀριθμητικὴν αὐτοῖς χαρίζεται, καὶ περὶ ἀστρολογίαν παραδίδωσι. Πρὸ γὰρ τῆς Ἀβραάμου παρουσίας Αἰγύπτιοι τούτων εἶχον ἀμαθῶς· ἐκ Χαλδαίων γὰρ ταῦτα ἐφοίτησεν εἰς Αἴγυπτον

ὅθεν ἦλθε καὶ εἰς τοὺς Ἕλληνας. Eupolemus apud Polyhistorem: Συζήσαντα δὲ τὸν Ἀβραὰμ ἐν Ἡλιουπόλει τοῖς Αἰγυπτίων ἱερεῦσι, πολλὰ μεταδιδάξαι αὐτοὺς, καὶ τὴν ἀστρολογίαν καὶ τὰ λοιπὰ τοῦτον αὐτοῖς εἰσηγήσασθαι, φάμενον Βαβυλωνίους ταῦτα καὶ αὐτὸν εὑρηκέναι· τὴν δὲ εὕρεσιν αὐτῶν εἰς Ἐνὼχ ἀναπέμπειν, καὶ τοῦτον εὑρηκέναι πρῶτον τὴν ἀστρολογίαν, οὐκ Αἰγυπτίους. Artapanus: Τὸν δὲ Ἄβραμον, τὴν ἀστρολογικὴν ἐπιστήμην παιδευθέντα, πρῶτον μὲν ἐλθεῖν εἰς Φοινίκην, καὶ τοὺς Φοίνικας ἀστρολογίαν διδάξαι· ὕστερον δ' εἰς Αἴγυπτον παραγενέσθαι. Horum tamen sententia Pererio non arridet, eamque ait divinam Scripturam coarguere. Primo, quia Abraham brevissimo tempore fuit in Ægypto, ita ut in tanta brevitate temporis illæ disciplinæ nec potuissent explicari, nec addisci. Secundo, quia statim restituta uxore jussus fuerit abire ex Ægypto; et ne quid detrimenti pateretur, comites ei dati sint. Tertio ex S. Augustino, *De civitate Dei*, lib. XVIII, cap. 40, qui Varronem laudat auctorem, a quo proditum sit Ægyptios primum Iside magistra litteras didicisse paulo plus duorum annorum millibus ante suam ætatem. Isis vero filia fuit Inachi regis Argivorum, cujus regnum post mortem Abrahæ inchoat Eusebius. Postremo, Jamblichus, *De myster. Ægypt.*, primum sapientiæ et doctrinarum apud Ægyptios auctorem facit Mercurium Trismegistum. Hunc autem non solum Abrahamo, sed etiam Moyse recentiorem fuisse affirmant Eusebius et Augustinus. Non videntur tamen tanti hæc argumenta, si recte considerentur, ut jam dictorum sententia, et nostri Eustathii rejici debeat: primo quia nobis non liquet quanto tempore Abraham apud Ægyptios moratus fuerit, quod non fuisse brevissimum vel ex eo patet, quod dicit Scriptura, Dominum flagellasse Pharaonem plagis maximis et domum ejus. Neque enim credendum est prima vice Deum flagella maxima inferre; sed primum leviora, deinde malitia perfidiaque crescente, atrociora, quod brevissimo tempore confici credendum non est. Requiruntur enim et admonitiones prævie, et signa; nec non ex parte ipsius peccatoris in malo perseverantia, et animus obstinatus ad hoc, ut flagella maxima impingantur, sicuti et in re dissimili, non aliena tamen ratione, et scopo, prodidit Moyses de Pharaone Ægyptio, quæ ut exsecutioni mandentur, et longum tempus, et diutinas moras requirunt. Quinimo cum nullam vim esse illatam Saræ concedimus, sed matrimonio, ut ita dicam, occupatam, necesse est fateri, tempus interlapsum non parvum, dum ejus spectatores regi renuntiarunt, dum rex accersitam ad se intuetur, comparatque cum aliis mulieribus proprii regni, nec more belluarum, impetu furoreque actum statim matrimonio sibi junxisse, sed lenociniis, blanditiis aliisque illi suadere tentasse, a qua veluti honestissima muliere, ut par erat, et rationi proximum videtur, et repulsam passum, denuo eadem officia, sæpius nec una vice tantum iterasse. Ubi illam audientem imperii habuit, tradidisse ministris, ut per tempus consuetum pigmentis illustraretur, inungereturque oleis, quæ item, et moram, et tempus requirunt. Adde etiam illud quod, postquam restituta fuit Sara, Abraham non statim excessit ex Ægypto, ut verisimile est, quamvis viros haberet, ita Pharaone præcipiente, qui eum educerent. Pharao namque experientia doctus, flagellisque prudentior, neque animose, nec rigide Abraham expulisset, sed exposita voluntate, et ope lata, suæ illum potestati dimisit, qui rebus suis dispositis, recessit. Quantum autem id tempus fuerit non ausim affirmare, quale quale erat ad mathematicas disciplinas tradendas plus nimio erat satis; neque enim omnino imperitis et insciis scientias illas exposuit: sed jam aliis disciplinis, uti fieri poterat, imbutis, et confusa quadam rerum illarum notitia sive eam natura, sive arte haberent, turgentibus, quibus nec minima in mathematicis, sed præcipua, vel solum innuere sufficiebat, ut eorum præceptor posset existimari, quibus fundamentis jactis proprio marte perfectissimam eorum scientiam notitiamque sibi parare valerent. Quid tandem traderet aliud Varro, cui Hebræorum historiæ minime notæ, quique sicut et alii ethnici, ab illis res acceptas pervertit? Et Jamblichus primum Ægyptiorum sapientem nominat Trismegistum, tanquam eum, ut opinor, qui non solum voce, sed scriptis etiam aliquid prodidit. Nec mihi videntur Varro et Jamblichus in historia divina Scripturæque explicatione Eustathio, Eusebio, Josepho, aliisque anteponendi.

Col. 761, lin. 23. *Μαθόντες δέ*. Ita semper ingenui quique fassi sunt, etiam ex ipsis Græcis. In promptu sunt quæ super hoc argumento scripserunt, Tatianus, Clemens, Theophilus, Eusebius et alii. Diogeni Laertio, lib. I, sicut et aliis nonnullis, non placet.

Ibid., lin. 24. *Υἱὸς Ἰσμαήλ*. Ex quo Ismaelitæ, qui et Arabes, dicti Agareni ab Agar Abrahæ ancilla, quod cum minime honorificum Mahumeti videretur, ordinavit ut Saraceni dicerentur a Sara legitima Abrahæ uxore, dicens, Ismaelem natum ex ea, et non ex ancilla, quod nomen illis mansit quoad Turcæ id una cum natione aboleverunt. Ita Vilhelmus Godelevæus in *Aula Turcica*, lib. III, et Africanus: Σαραχηνοὺς δὲ αὐτοὺς μετωνόμασαν ἀπαξιοῦντες καλεῖσθαι δουλικῶς Ἀγαρηνοί. Et Eusebius: Τῷ πς' ἔτει τοῦ Ἀβραὰμ ἔτεκεν αὐτῷ Ἄγαρ ἡ παιδίσκη τὸν Ἰσμαὴλ, ἀφ' οὗ τὸ τῶν Ἰσμαηλιτῶν γένος· οἱ δὲ αὐτοὶ εἶεν Ἀγαρηνοὶ οἱ καὶ Σαραχηνοὶ καλούμενοι. Quod dictum ridiculum est, manifeste repugnantibus sacris Litteris. Non me fugit alios ad alios parentes ac patres Turcarum gentem transmittere, quos sane non improbabis, si gentium eversiones, locorum mutationes, nominumque confusiones consideres. Sæpesæpius nobilis, nec contemnenda natio a vili bello, armisque superata, exhausta, non tantum opes, et loca, sed et nomen amisit, victorisque nomen suscepit, ita ut difficile

sit eorum certam originem assequi, nulla eorum memoria superstite. Sunt hæc vices temporum, ludusque naturæ. Quidam existimarunt Saracenos a Saraca urbe Arabiæ, nam et in Ponto, et in Media urbis hoc nomine tradi reperitur appellatos fuisse; vel ab urbe Sarra, ut Euthymius Zygabenus. Quam bene sapiant auctorem gentis suæ docent Ammianus, lib. IV, et D. Hieronymus in *Vita sancti Malchi*. Etsi autem putantur Saraceni proprie dicti Arabes ii qui veteribus Scenitæ fuere, tamen universos Arabas esse Saracenos nominatos constat. Et tandem in Turcas degenerasse. De quorum origine Joannes Leunclavius *Historiæ Musulmanæ* lib. II, Philippus Hanivaldus, Joachimus Camerarius et alii.

Col. 761, lin. 29. *Ἥτις οὐρανίῳ.* Eusebius prima parte *Chronici*: Πῦρ κατὰ τῆς Πενταπόλεως ὑετίζει Θεός. Καὶ ἀναλίσκει μὲν ἐξ αὐτῆς ἅπαν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, διαφθείρει δὲ καὶ αὐτὸ τὸ ἀνάστημα τῆς γῆς καὶ τῆς προκειμένης θαλάσσης νεκροῦται τὰ ὕδατα, Josephus, *Antiq.* lib. I, cap. 10 et 12, Solinus, cap. 38: *Longo ab Hierosolymis recessu tristis sinus panditur; quem de cœlo tactum, testatur humus nigra, et in cinerem soluta.* Tacitus, *Hist.* lib. V: *Haud procul inde campi, quos ferunt olim uberes, magnisque urbibus habitatos fulminum jactu arsisse.* Strabo, lib. XVI, incendium illud non e cœlo, sed e terra eructatum, atque exhalatum existimat, cum regio illa ignea sit, namque in ea, et petræ cernuntur adustæ, et terra cinerulenta, et saxa quasi guttas picis stillantia, ac demum ingens ferventium ac sulfurearum aquarum copia. Quare credibile sit, e terra illum ignem emanasse terræ motu terra patefacta. Τοῦ δὲ ἔμπυρον τὴν χώραν εἶναι τὰ ἄλλα τεκμήρια φέρουσι πολλά· καὶ γὰρ πέτρας τινὰς ἐπικεκαυμένας δεικνύουσι τραχείας περὶ Μοασάδα, καὶ σήραγγας πολλαχοῦ, καὶ γῆν τεφρώδη, σταγόνας τε πίσσης ἐκ λισσάδων λειβομένας, καὶ δυσώδεις πόῤῥωθεν ποταμοὺς ζέοντας, κατοικίας δὲ ἀνατετραμμένας σποράδην, ὥστε πιστεύειν τοῖς θρυλλουμένοις ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων, ὡς ἄρα ᾤκοῦντό ποτε τρισκαίδεκα πόλεις ἐνταῦθα, ὧν τῆς μητροπόλεως Σοδόμων σώζοιτο κύκλος ἑξήκοντά που σταδίων, ὑπὸ σεισμῶν καὶ ἀναφυσημάτων πυρὸς καὶ θερμῶν ὑδάτων ἀσφαλτωδῶν τε καὶ θειωδῶν ἡ λίμνη προπέσοι, καὶ πέτραι πυρίληπτοι γένοιντο, αἵ τε πόλεις αἱ μὲν καταποθεῖεν, ἃς δ᾽ ἐκλείποιεν οἱ δυνάμενοι φυγεῖν. Eratosthenis de hoc eodem diversam opinionem vide apud eumdem.

Ibid., lin. 30. *Δι᾽ ἄθεσμον πατάνο.* Sodomitarum peccata non unum tantum fuisse, sed plurima, eaque gravissima, refert Josephus lib. I *Antiq.*: Ὑπὸ δὴ τοῦτον τὸν καιρὸν οἱ Σοδομῖται, πλούτῳ καὶ μεγέθει χρημάτων ὑπερφρονοῦντες, εἴς τε ἀνθρώπους ἦσαν ὑβρισταὶ, καὶ πρὸς τὸ Θεῖον ἀσεβεῖς, ὡς μηκέτι μεμνῆσθαι τῶν παρ᾽ αὐτοῦ γενομένων ὠφελειῶν, εἶναι μισόξενοι, καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας ἐκτρέπεσθαι. Et Deus apud Ezechielem, cap. XVI: *Ecce*, inquit, *hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturitas panis, et abundantia, et otium* A *ipsius, et filiarum ejus, et manum egeno et pauperi non porrigebant: et elevatæ sunt, et fecerunt abominationes coram me, et abstuli eas sicut vidisti.* Vide super hunc locum Comment. Hieronymi. Gravissimum autem peccatum fuit, quod ab ipsis nomen traxit, et cum eo idololatriæ peccatum. Judicet modo lector, quam vana sint, et inania, quæ a quibusdam de hoc peccato traduntur, dum illius originem ad nobilissimas nationes rejiciunt, cum tempore Abrahæ in Pentapolitana illa regione apud impios illos homines grassaretur; cum nec accusatarum regionum memoria ulla adhuc exstaret: omnia enim illarum gentium etiam fabulosa Sodomitico illo igne posteriora. Etsi verum fateri licet etiam ante diluvium scelus illud non solum in ho- B mines, sed etiam in bruta in usu fuisse scribunt auctores, quos superius adduximus, cum peccata ob quæ totus terrarum orbis aquarum illuvie obrutus fuerit commemoraremus. Barbarum ergo nefandumque hoc facinus a barbaris primo inventum in alias nationes diffusum historia sacra manifestum est. Quid, maligne morsiculator, indignis criminationibus nobilissimas ac innocentes nationes livido ore mordendo lacessis?

Ibid., lin. 31. *Ἔστι γὰρ ἰδεῖν.* Epitomator Stephani de urbibus eas decem fuisse ait, earumque caput fuisse Sodomam. Strabo tres alias addit, et fallitur in duobus, primo in numero earum; secundo, Sodomam ad aliquot stadia integram C mansisse: utrumque enim sacræ Scripturæ repugnat. Alii quatuor fuisse tradunt, Sodomam, Gomorrham, Adamam, et Seboim, quintam vero nomine Balam destructam fuisse, nisi Deus illam precibus Lot immunem servasset. Josephus lib. I *Antiquit.*, licet contrarium astruat lib. V *De bello Judaico* cap. 5, et Hieronymus *De locis Hebraicis*. Eam vero Theodoretus quæst. 69 *in Genes.* et Suidas voce *Lot*, post egressum Lot fuisse destructam scribunt, et omnes habitatores terræ hiatu absorptos. Quare non mirum ab Eustathio quinque civitatum commemorationem fieri.

Ibid., lin. 32. *Ἐν αἷς βλαστάνει.* Incendium illud etiam in herbas plantasque sævisse, et miro illas sterilitatis modo afflixisse, habemus ex variis D auctoribus. Josephus *De bello Judaico* lib. V, cap. 5: Γειτνιᾷ δὲ ἡ Σοδομῖτις αὐτῇ, πάλαι μὲν εὐδαίμων γῆ καρπῶν τε ἕνεκα καὶ τῆς περὶ πόλιν περιουσίας, νῦν δὲ κεκαυμένη πᾶσα. Φασὶ δὲ, ὡς δι᾽ ἀσέβειαν οἰκητόρων κεραυνοῖς καταφλεγῆναι. Ἔστι γοῦν ἔτι λείψανα τοῦ θείου πυρὸς, καὶ πέντε μὲν πόλεων ἰδεῖν σκιὰς, ἔστι δὲ κἀν τοῖς καρποῖς σποδιὰν ἀναγεννωμένην, οἳ χρόαν μὲν ἔχουσι τοῖς ἐδωδίμοις ὁμοίαν, δρεψαμένων δὲ χερσὶν εἰς καπνὸν διαλύονται καὶ τέφραν. Tacitus, *Histor.* lib. V: *Haud procul inde campi, quos ferunt olim uberes, magnisque urbibus habitatos, fulminum jactu arsisse, et manere vestigia, terramque specie torridam vim frugiferam perdidisse. Nam cuncta sponte edita, aut manu sata, sive herba tenus, aut flore, seu solitam in speciem adolevere,*

atra et inania velut in cinerem vanescunt. Ego sicut Judaicas quondam urbes igne cœlesti flagrasse concesserim, ita halitu lacus infici terram, corrumpi superfusum spiritum, eoque fetus segetum et autumni putrescere reor solo cœloque juxta gravi. Solinus, cap. 38 : *Duo ibi oppida Sodomum nominatum alterum, alterum Gomorrhum, apud quæ pomum gignitur : quod habet speciem licet maturitatis, mandi tamen non potest ; nam fuliginem intrinsecus favillaceam ambitio tantum extimæ cutis cohibet, quæ vel levi tactu pressa, fumum exhalat, et fatiscit in vagum pulverem.*

Col. 761, lin. 35. *Γειτνιᾷ δὲ ταύτης*. Asphaltites Judææ lacus situm et limites Plin., lib. v, cap. 16, describens ait, longitudinem ejus maris excedere centum millia passuum, latitudinem maximam esse viginti quinque, minimam vero sex. Josephus, *De bello Jud.* lib. v, refert longitudinem ejus esse quingentorum octoginta stadiorum ; latitudo centum quinquaginta stadiis patet. De ea hæc Brocardus monachus in descriptione terræ sanctæ : *Et nota, quod mare Mortuum ab oriente in occidentem, quæ est latitudo ejus, habet quinque leucas : in longitudine vero quæ est ab aquilone ad austrum habet quinque diætas, ut mihi Saraceni retulerunt; alii vero aliam assignaverunt longitudinem. Scribit patriarcha Hierosolymitanus, qui sæpe locum illum invisit, mare illud semper fumum reddere, et nebulam in modum camini infernalis : unde tota illa vallis, quæ alioquin ob sui fecunditatem et amœnitatem illustris dicta fuit, ad spatium dimidiæ diætæ sterilis et inutilis reddita est, ita ut nec ullum germen proferat fere per spatium quinque leucarum, nisi juxta civitatem Jericho, ubi horti irrigantur a fonte Elisei ; a dextris et sinistris hujus maris montes steriles, et aridi cernuntur : nam quocunque vapor a mari illo ascendens impellitur, ibi terræ nascentia non secus quam si a pruina fuissent tacta, emoriuntur. In quo districtum Dei judicium nobis ob oculos ponitur, qui tam severe grandia illa Sodomorum peccata usque in hodiernum diem non desinit punire. Nec nisi visa hic scribo.* Diu quæsitum est an lacus ille, quem divinæ litteræ *Mare salis* appellant, post excidium regionis Sodomiticæ emerserit e terræ cavernis, vel alia quapiam ratione effectus fuerit, an vero et ante illam punitionem esset. Cajetanus et Oleaster sentiunt ante regionis illius eversionem fuisse ibi lacum, qui vocabatur *Mare salis*, nec oppositum ex divinis litteris manifesto baberi. Et Oleaster satis aperte : Ne putes, inquit, antea non fuisse eo loco illum lacum, cum semper in eum lacum Jordanes aquas suas exoneraverit : verum antea lacus ille non se extendebat usque ad Sodomam, sicut post subversionem illarum civitatum. Hieronymus tamen et Josephus contrarium tuentur, nec noster Eustathius ab illis dissentit. Notus est præterea Strabonis error Sirbonem paludem, quæ est ad Casium, confundentis cum Asphaltite lacu, a quo Jordanes ebibitur. Suspicantur tamen nonnulli, non

A defuisse Straboni auctores, quos in hac parte sequeretur, vel ex eo quod Plinius refert, quosdam tradidisse Sirbonem lacum habere CLM passuum circuitum. De lacu Asphaltite vide Dioscoridem lib. I, cap. 100; Vitruvium, Plinium, Antigonum Carystium, Strabonem, Africanum, Tertullianum in carmine *De Sodoma*, Orosium, lib. I *Histor.*, omnium diligentissimum Adrichomium in tribu Judæ, num. 186.

Ibid., lin. 39. *Κοῦφον δὲ τὸ ὕδωρ*. Josephus, lib. v *De bello Judaico :* Ἄξιον δὲ ἀφηγήσασθαι καὶ τὴν φύσιν τῆς Ἀσφαλτίτιδος λίμνης. Ἥτις ἐστὶ μὲν, ὡς ἔφην, πικρὰ καὶ ἄγονος· ὑπὸ δὲ κουφότητος καὶ τὰ βαρύτατα τῶν εἰς αὐτὴν ῥιφέντων ἀναφέρει, καταδῦναι δὲ εἰς τὸν βυθὸν οὐδὲ ἐπιτηδεύσαντα ῥᾴδιον.
B Africanus : Ξυνέβαλλον δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν τὴν Ἀλυκὴν, ἥτις καλεῖται νῦν θάλασσα Νεκρά. Ἐν ταύτῃ πλεῖστα τῶν θαυμασίων τεθέαμαι. Ζώων τε γὰρ οὐδὲν ἐκεῖνο τὸ ὕδωρ φέρει, καὶ νεκροὶ μὲν ὑποβρύχιοι φέρονται, ζῶντες δ' οὐδ' ἂν ῥᾳδίως βαπτίσαιντο. Λύχνοι μὲν καιόμενοι καὶ ἐπιφέρονται, σβεννύμενοι δὲ καταδύουσι. Strabo, lib. XVI : Εἶτ' ἐπιπολάζουσα διὰ τὴν φύσιν τοῦ ὕδατος, ἣν ἔφαμεν μηδὲ κολύμβου δεῖσθαι, μηδὲ βαπτίζεσθαι τὸν ἐμβάντα, ἀλλ' ἐξαίρεσθαι.

Ibid., lin. 46. *Ἀναφέρει δὲ ἅλας*. Eadem habet Josephus loco dicto, in quo de bitumine et ejus in medicinis usu. Plinius, lib. II, cap. 103 : *Nihil in Asphaltite Judææ lacu, qui bitumen gignit,*
C *mergi potest;* et lib. v, cap. 16, habetur hoc idem. Vide quæ habet Antigonus Carystius in *Mirabilibus* ex sententia Zenophili, et Dioscorides lib. I, cap. 100. Africanus : Ἐνταῦθα δέ εἰσιν αἱ ἀσφάλτου πηγαί· Φέρει δὲ στυπτηρίαν καὶ ἅλα ὀλίγον τι τῶν ἄλλων διαφέροντα· πικρά τε γάρ ἐστι καὶ διαυγῆ· ἔνθα δ' ἂν καρπὸς εὑρεθῇ, καπνοῦ πλέον οὐδὲν εὑρίσκεται θολερωτάτου. Τὸ δὲ ὕδωρ ἰᾶται τοὺς χρωμένους αὐτῷ. Λήγει δὲ παντὶ ὕδατι πάσχον ἐναντία. Εἰ δὲ μὴ Ἰορδάνην εἶχε τὸν ποταμὸν ὡς πορφύραν διατρέχοντα καὶ ἐπὶ πολὺ ἀντέχοντα, ἔληξαν ἂν θᾶττον ἢ φαίνεται. Ἔστι δὲ παρ' αὐτῇ πάμπολυ τοῦ βαλσάμου φυτόν. Ὑπονοεῖται δὲ ἀνατετράφθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν τῶν περιοικούντων ἀσέβειαν. Plura de hac eadem re philosophatur Strabo, XVI, et ex sententia
D Possidonii, quæ cætera facultati naturæ, præstigiis, et incantationibus tribuit. Justinus, l. XXXVI, paludem hanc, neque ventis moveri, neque navigationis patientem esse narrat contra aliorum opinionem : *In ea regione lacus est, qui propter magnitudinem, et aquæ immobilitatem, Mortuum mare dicitur; nam neque ventis movetur resistente turbinibus bitumine, quo aqua omnis stagnatur, neque navigationis patiens est, quoniam omnia vita carentia in profundum merguntur; nec materiam ullam sustinet, nisi quæ a lumine illinatur.*

Ibid., lin. 52. *Ὡς μὴ δύνασθαι*. Plinius, lib. VII, cap. 15, de mulierum profluvio sermonem habens: *Quin et bituminum sequax alioquin ac lenta natura, in lacu Judææ, qui vocatur Asphaltites, certo tem-*

pore anni supernatans, nequit sibi avelli, ad omnem contactum adhærens, præterquam filo quod tale virus infecerit. Et Solinus, lib. IV : *Bitumen nascitur in Judæa, quod Asphaltites gignit lacus, adeo lentum mollitie glutinosa, ut a se nequeat separari : enim vero si abrumpere partem velis, universitas sequetur; scindique non potest, quoniam in quantum ducatur extenditur, sed ubi admota fuerint cruore illo polluta fila, sponte dispergitur, et applicata tabe deducitur paulo ante corpus unum, fitque de tenacitate connexa contagione partitio repentina.* Josephus: Πληρώσασι δὲ ἀποκόπτειν οὐ ῥᾴδιον, ἀλλὰ δι' εὐτονίαν προσήρτηται τῷ μηρύματι σκάφος ἕως ἂν ἐμμηνίῳ γυναικῶν αἵματι καὶ οὔρῳ διαλύσωσιν αὐτὸν οἷς μόνοις ἥκει. Brodæus, lib. IV, cap. 23; Possidonius præstigia hæc esse et incantationes, quibus dediti accolæ utebantur, ut refert Strabo, lib. XVI.

Col. 761, lin. 54. *Ἀλλάττειν δέ φασιν.* Josephus: Ἔστι δὲ ἐπὶ τούτῳ καὶ ἡ τῆς χρόας μεταβολὴ θαυμάσιος· τρὶς γὰρ ἑκάστης ἡμέρας τὴν ἐπιφάνειαν ἀλάσσεται, καὶ πρὸς τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ἀνταυγεῖ ποικίλως.

Col. 764, lin. 1. *Καὶ μετὰ τὴν ὀγδό.* Josephus, *Antiq.* lib. I : Τίκτεται δὲ παῖς ἑκατέρων τῷ ὑστάτῳ ἔτει, ὃν εὐθὺς μετ' ὀγδόην ἡμέραν περιτέμνουσι, κἀξ ἐκείνου μετὰ τοσαύτας ἔθος ἔχουσιν οἱ Ἰουδαῖοι ποιεῖσθαι τὰς περιτομάς. Cur octavus dies assignatus fuerit circumcisioni duas rationes attingit Chrysostomus, *in Genes.* hom. 39, quæ tamen Pererio non satisfaciunt in cap. XVII. Quare explosis illis, aliam in medium adducit, et variis argumentis confirmat. Nec ex hoc Eustathii loco Abraham divinum præceptum violasse deprehendimus, cum non octavo die, ut Deus præceperat, sed post octavum diem filium suum circumcidit. Quamvis enim sine peccato circumcisionem differre posset novis emergentibus causis, tamen ipse mandatum Dei explevit : ita autem locutus est Eustathius, quemadmodum et Josephus, si me non fallit opinio, ut demonstraret, tunc puerum esse circumcidendum, cum jam dies octo explesset, et videtur elici ex ipsis verbis Scripturæ, cap. XVII : *Infans octo dierum circumcidetur in vobis omne masculinum,* etc. Ergo vel ipso octavo die, vel eo expleto. Strabo, lib. XVII, putat etiam feminas Judæas amputatas, quod uti falsum et ridiculum rejicit Delrius, *Genes.* cap. XVII. Rabbini quidam dicunt eas pro circumcisione quadam aquæ lustratione haud absimili baptismo usas, ut narrat Joan. Benedictus, lib. I *Summæ de peccatis,* cap. 7.

Ibid., lin. 4. *Ἄραβες γάρ.* Josephus, lib. I, cap. 13, *Antiq.*: Ἄραβες δὲ μετὰ ἔτος τρισκαιδέκατον· Ἰσμαῆλος γὰρ ὁ κτίστης αὐτῶν τοῦ ἔθνους, Ἀβράμου γενόμενος ἐκ τῆς παλλακῆς ἐν τούτῳ περιτέμνεται τῷ χρόνῳ. Et ab his Ægyptios, Phœnices et alios ritum circumcisionis accepisse nulli dubium esse debet, etsi aliter sentiat Herodotus, qui Palæstinos ab Ægyptiis hoc didicisse refert. Illud profecto manifestum est, ante circumcisionem ipsius Abrahæ nullum nusquam hominem se circumcidisse, post circumcisum Abraham, et multas alias nationes. Herodotus, l. II : *Virilia circumcidunt munditiæ gratia, pluris facientes se mundos esse quam decoros. Sacerdotes quoque die totum corpus eradunt, ne quid eis inter deorum cultum, aut pediculi, aut alterius sordis creetur.* Apud Ægyptios circumcisio in ea fuit æstimatione ut nulli nisi circumciso ad dignitates, et alia honoris præmiique munera pateret aditus. Origenes, lib. II Commeat. *Epist. ad Rom.* : *Apud Ægyptios, qui in superstitionibus vetustissimi et eruditissimi habebantur, et a quibus cæteri prope omnes ritum sacrorum et ceremonias mutuati sunt, nullus, aut geometriæ, aut astrologiæ studebat, aut geneseos secreta rimabatur nisi circumcisus esset. Nemo item apud illos sacerdos esse poterat, neque aruspex, neque quorumlibet sacrorum minister, nec, ut illi appellabant, propheta, nisi antea circumcisione quasi purgatus, atque initiatus fuisset. Omnes hierophantes, omnesque vates, atque omnes sive cœli, ut putant illi, sive inferni mystes et conscius nullam apud eos fidem et auctoritatem habet nulloque in honore est, si hoc careat circumcisionis insigni.* Quomodo autem ex Abraham Ægyptii, gentesque aliæ ritum circumcisionis acceperint pluribus prosequitur Gregorius Thaumaturgus, Catena *in Hieremiam*, cap. IX, 26; quem vide.

Ibid., lin. 8. *Μήποτε μετά.* Eadem habet Josephus, *Antiq.* lib. I, cap. 15: Pari ratione, et aliis filiis Cethuræ natis largitus est munera, ut post mortem a talione levaret Isaac, sedaretque dissidia, et contentiones, quæ mortuo illo poterant in rerum divisione oriri. Cajetanus: *Ideo,* inquit, *dona dedit Abraham filiis concubinarum, et dimisit eos a cura sua, ut exoneraret Isaac filium suum ab onere providendi illis. Incumbebat enim Isaac hæredi universali cura providendi fratribus suis ab hæreditate exclusis : ejusmodi enim exoneratio significatur, dicendo, ut est in Hebræo, Et misit eos desuper Isaac dum adhuc ipse viveret, tanquam tollens onus, quod erat super Isaac, et quia hæc exsecutio fuit ultima res gesta ab Abraham prudentissime, ideo adjungitur, quod fecit dum adhuc ipse viveret.*

Ibid., lin. 10. *Κατέσχον γοῦν.* Josephus, XVI: Οὗτοι πᾶσαν τὴν ἀπ' Εὐφράτου καὶ καθήκουσαν πρὸς τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν κατοικοῦσι, Ναβατινὴν τὴν χώραν ὠνομάσαντες. Εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ τῶν Ἀράβων ἔθνος, καὶ τὰς φυλὰς ἀπ' αὐτῶν καλοῦσι διά τε τὴν ἀρετὴν αὐτῶν καὶ διὰ τὸ Ἀβράμου ἀξίωμα.

Ibid., lin. 13. *Ὁ Θεὸς τὸν Ἰσαάκ.* Eadem Josephus, *Antiq.* lib. I, cap. 14, ubi et Isaac dum ad sacrificium immolandus duceretur, fuisse tradit viginti quinque annorum. Aben Ezra duodecim, Hebræi triginta septem. Verum Josephi sententia rationabilior videtur, nec enim annorum decem vel duodecim Isaac in ascensu montis arduo et laborioso, in tam tenera ætate, pondus lignorum ad holocaustum ferre potuisset, et triginta septem nimis provectus, nec puer a Scriptura jure appellari posset. Ex quo Paulus Burgensis argumentatur, Isaac

tunc non fuisse majorem decimo quinto, ideoque hanc ultimam sententiam refellit. Verum ut futile sit hoc argumentum vel iis qui nondum Scripturæ sacræ sensa degustarunt, non quibus in iis sapere et judicare datum est, manifestum apparet.

Col. 764, lin. 16. Ἐπ' ἀκρωρείας τινός. Hebræi tradunt in hoc eodem monte Abel, et Cain sacrificasse, et post diluvium Noe, atque in eo ipso post multa sæcula templum a Salomone exstructum. Augustinus, serm. de temp. 71 : *Audite illud sacramentum, fratres charissimi, Hieronymus presbyter scripsit, se ab antiquis et senioribus Judæis certissime cognovisse, quod ibi immolatus sit Isaac, ubi postea Christus crucifixus est.* Beda, *De locis sanctis*, cap. 2: *In loco autem illo, quo Abraham altare ad immolandum filium construxit, mensa est lignea parva, in qua pauperum eleemosynæ solent a populo deferri.*

Ibid., lin. 19. Ὦ καῖ, μυρίαις. Hæc Abrahæ ad Isaac oratio exscripta est tota ex Josephi lib. I *Antiq.* cap. 14.

Ibid., lin. 21. Οὐκ ἔστιν ὅτι μή. Munus hoc paternum, filios ita efformare ut ad capessendam beatitudinem inepti non sint. Quæ humanæ naturæ finis ac felicitas est; hoc omni cura ac diligentia procurandum, cætera contemnenda. Plato, lib. V *De repub.*, suadet in gignendis liberis eos imitari qui belluarum studiosi dant operam, ut ex optimis canibus, equis, et avibus optima oriatur proles. Desumpserat ex Ocelli Lucani lib. *De universi natura*, qui ante eum ita scripserat: Μετὰ πάσης οὖν σπουδῆς καὶ προσοχῆς δεῖ καταβάλλεσθαι, ὅπως τὰ γεννώμενα γίνηται χαριέστατα, καὶ γεννώμενα καλῶς ἀνατραφῇ. Οὔτε γὰρ δίκαιον τοὺς μὲν φιλίππους, καὶ φιλόρνιθας, καὶ φιλόκυνας μετὰ πάσης ἐπιμελείας φροντίδα ποιεῖσθαι τῶν γινομένων, ὡς δεῖ, καὶ ἐξ ὧν δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ πῶς διακειμένων γίνεσθαι τὰς μίξεις καὶ τὰς κοινωνίας, τοῦ μὴ ὡς ἔτυχε γίνεσθαι τὰ γεννώμενα· τοὺς δὲ ἀνθρώπους μηδένα ποιεῖσθαι λόγον τῶν ἰδίων ἐγγόνων, ἀλλὰ καὶ γεννᾷν ὡς ἔτυχε, καὶ γεννωμένων ὀλιγωρεῖν καὶ τῆς τροφῆς καὶ τῆς παιδείας. Ταῦτα γὰρ ἀμελούμενα πάσης κακίας καὶ φαυλότητος παραίτια γίνεται, βοσχηματώδη καὶ ἀγεννῆ ἀποτελοῦντα τὰ γεννώμενα. Duo itaque curanda sunt in liberorum susceptione, primum ut sciti et elegantes quoad fieri poterit nascantur. Secundum, cum orti susceptique fuerint, liberaliter educentur; iniquum enim est canum, equorum et aliorum animantium studio ductos opportuna quæque conquirere, ut necessaria ad munus suum obeundum habeant, filiorum vero educationem institutionemque negligere.

Ibid., lin. 25. Πάλιν τούτῳ. Basilius Seleuciensis, oratione *in Abraham* : Ὃν ἔδωκεν ᾔτησεν, ὃν ἔπλασε πάλιν ἐζήτησεν· ἔλαβεν αἰτήσας ὃν ἔδωκεν· αἰτηθεὶς ἀποδώσει πάλιν βουληθεὶς, ὑπ' οὐδενὸς κωλυόμενος. Ὁ γὰρ οὐκ ὄντα δοὺς καὶ νεκρωθέντα χαρίσεται.

A Ibid., lin. 27. Τῷ Θεῷ γάρ σε. Perperam hæc dicta a Josepho Lyranus contendit, quod facit Abraham credentem ita moriturum fuisse Isaac, ut ejus anima perpetuo apud Deum maneret, nec rursus ad vitam reditura esset; id enim fuisset contra fidem divinarum promissionum de futura Isaac progenie, quam firmissimam, atque inconcussam habebat Abraham, certissime credens Deum rursus Isaac ex mortuis revocaturum ad vitam; quod sane de eo disertis verbis testificatus est Paulus ad Hebræos XI. Quod argumentum quam sit inane lectione ipsa textus satis apparet.

Ibid., lin. 28. Τούτων ἀκούσας. Josephus, *Antiq.* lib. I: Ἴσακος δὲ, πατρὸς γὰρ ἦν οἵου τετυχηκότα γενναῖον ἐδεῖτο φρόνημα εἶναι, δέχεται πρὸς ἡδονὴν
B τοὺς λόγους· καὶ φήσας, ὡς οὐδὲ γεγονέναι τὴν ἀρχὴν ἦν δίκαιος, εἰ Θεοῦ καὶ πατρὸς μέλλει κρίσιν ἀπωθεῖσθαι, καὶ μὴ παρέχειν αὐτὸν τοῖς ἀμφοτέρων βουλήμασιν ἑτοίμως, ὅτε καὶ μόνου τοῦ πατρὸς ταῦτα προαιρουμένου μὴ ὑπακούειν ἄδικον ἦν, ὥρμησεν ἐπὶ τὸν βωμὸν καὶ τὴν σφαγήν.

Ibid., lin. 45. Ὁ δὲ Θεὸς τήν. Alexander Polyhistor apud Eusebium, *De præparat. Evang.* lib. IX: Μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον τὸν Θεὸν τῷ Ἀβραὰμ προστάξαι Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν ὁλοκαρπῶσαι αὐτῷ. Τὸν δὲ ἀναγαγόντα τὸν παῖδα ἐπὶ τὸ ὄρος πυρὰν νῆσαι, καὶ ἐπιθεῖναι τὸν Ἰσαάκ. Σφάζειν δὲ μέλλοντα κωλυθῆναι ὑπὸ ἀγγέλου κριὸν αὐτῷ πρὸς τὴν κάρπωσιν παραστήσαντος. Τὸν δὲ Ἀβραὰμ τὸν μὲν παῖδα καθελεῖν ἀπὸ τῆς πυρᾶς, τὸν δὲ κριὸν καρπῶσαι. Et hoc
C ex Philone poeta confirmat.

Ibid., lin. 50. Πρώτῳ δὲ τῷ. Eusebius, *Chronic.* lib. I: Πρώτῳ προφητῶν ὄντι τῷ Ἀβραὰμ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος φανεὶς ἐν ἀνθρώπου σχήματι τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν θεσπίζει, ἣν καθ' ἡμᾶς ὁ τοῦ Χριστοῦ λόγος εἰς πέρας ἤγαγε διὰ τῆς εἰς πάντα τὰ ἔθνη Εὐαγγελικῆς διδασκαλίας. Hæc eadem *Chronicon Alexandrinum*. De hac et aliis Abrahæ revelationibus Asterius Amaseæ episcopus hom. De Lazaro et divite, cum ad dubium illud, Quid causæ fuerit quod cum multi justorum Abrahamo antiquiores fuerint, honorem hunc illis in ævo remotiori constitutis debitum isti præcipue assignarit cum diceret, *Et deportaretur ab angelis in sinum Abrahæ*, nulla
D facta mentione, neque Enoch, neque Noe, nec aliorum : Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Ἀβραὰμ θεράπων Χριστοῦ, καὶ διαφερόντως οὗτος ἀνθρώπων τὰς τοῦ Χριστοῦ ἐπιφανείας ἐδέξατο, καὶ τὸ τῆς Τριάδος μυστήριον ἱκανῶς ἡμῖν ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ γέροντος τούτου διετυπώθη, ἡνίκα τοὺς τρεῖς ἀγγέλους ὡς ἄνδρας ὁδοιπόρους ἐξένισε, καὶ ἁπλῶς ἐκ πολλῶν τῶν μυστικῶν αἰνιγμάτων οἰκεῖος ἄνθρωπος οὗτος γεγένηται τοῦ Θεοῦ τοῦ χρόνοις ὕστερον ἀμφιεσαμένου τὴν σάρκα, καὶ διὰ μέσου τοῦ ἀνθρώπου τούτου παραπετάσματος ἐναργῶς ὁμιλήσαντος τοῖς ἀνθρώποις· διὰ τοῦτο τὸν κόλπον αὐτοῦ οἷον εὔδιόν τινα λιμένα, καὶ ἄκλυστον ἀναπαυτήριον εἶναι τῶν δικαίων φησίν.

Col. 765, lin. 3. Τελευτησάσης Σάῤῥας. Josephus, *Antiq.* lib. I, cap. 16 : Γαμεῖ δὲ αὐτὸς Χεττού-

ραν ὕστερον, ἐξ ἧς αὐτῷ παῖδες ἓξ γίνονται, πρός τε πόνους καρτεροὶ, καὶ δεινοὶ συνιέναι, Ζεμβράνης, Ἰαζάρης, Μαδάνης, Μαδιάνης, Λουσούβαχος, Σοῦος. Φύονται δὲ καὶ τούτοις παῖδες· καὶ Σούου μὲν Σαβαχάνης γίνεται καὶ Δαδάνης· τούτου δὲ Λατούσιμος, Ἄσσουρος, Λουούρης· Μαδάνου δὲ Ἡφαὶ, Ὤφρης, Ἄνοχος, Ἔβιδας, Ἐλδᾶς. Et Origenes, hom. 11, *Genes.*, idem sentit, post mortem scilicet Saræ Abraham in matrimonium duxisse Cethuram, idque ex ordine Mosaicæ narrationis satis compertum est. Cajetanus tamen in cap. xxv *Genes.* dubitat. *Tempus autem*, ait, *quando Abraham uxorem accepit Cethuram, non est certum, videlicet an id factum sit vivente adhuc Sara post ejectionem Agar cum Ismaele, an ea jam mortua. Scripturæ tamen narratio, si rei gestæ ordini respondet, insinuat hoc esse factum post mortem Saræ.*

Col. 765. *Τὴν Χεττούραν*. Fuit Hebræorum opinio, Cethuram et Agar unam et eamdem, etsi nomina varient, mulierem; nec novo matrimonio illam sibi Abraham post mortem Saræ copulasse, cum prius illam legitime sibi conjunxisset; hos secuti sunt, et Lyranus, et Thomas Anglus in cap. xxv *Genes.* Hieronymus in *Traditionibus Hebraicis* ambigit, et ut incertam relinquit. *Cethura*, inquit, *Hebræo sermone copulata interpretatur, aut conjuncta; quam ob causam suspicantur Hebræi, mutato nomine eamdem esse Agar, quæ Sara mortua, de concubina transierit in uxorem; et ita sane videtur decrepiti jam Abrahæ excusari ætas; ne senex post mortem uxoris suæ vetulæ novis arguatur nuptiis lascivisse. Verum nos quod incertum est relinquamus.* Cajetanus et alii sententiam hanc rejiciunt, et confutant.

Ibid., lin. 9. *Καὶ τούτοις ἅπασι*. Josephus, lib. I: Τούτοις ἅπασι τοῖς παισὶ καὶ τοῖς υἱωνοῖς Ἄβραμος ἀποικιῶν στόλους μηχανᾶται, καὶ τήν τε Τρωγλοδύτην καταλαμβάνουσι καὶ τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας ὅσον ἐπὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν καθήκει. Et post Josephum Hieronymus tradit hos Cethuræ filios tenuisse Troglodytin, et Arabiam felicem, usque ad mare Rubrum. Addunt alii, plerasque regiones Indiæ occupasse. Sed non videtur, ait Pererius, id congruere cum eo, quod de istis memorat hoc loco Moyses, scribens, eos habitasse ad plagam orientalem respectu videlicet ejus loci, quem incolebat Abraham, sive is esset Hebron, sive Bersabe. Scriptura enim regiones orientales appellat respectu Palæstinæ, quæ spectant magis ad Chaldæam et Persidem. Hoc autem nullo modo convenit in Troglodyticam regionem, quæ jacet in Africa Æthiopibus proxima, et a supradicta descriptione plagæ orientalis remotissima. Hæc tamen requirunt longiorem indaginem.

Ibid., lin. 13. *Σωφρὴν δὲ ἐπί*. Josephus, lib. I: Λέγεται δὲ, ὡς οὗτος ὁ Ὤφρης, στρατεύσας ἐπὶ τὴν Λιβύην, κατέσχεν αὐτὴν, καὶ οἱ υἱωνοὶ αὐτοῦ, κατοικήσαντες ἐν αὐτῇ, τὴν γῆν ἀπὸ τοῦ ἐκείνου ὀνόματος Ἄφρικαν προσηγόρευσαν. Μαρτυρεῖ δέ μου τῷ λόγῳ καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ λέγων οὕτως· Κλεόδημός

A φησιν ὁ προφήτης, ὁ καὶ Μαλχὸς ὁ ἱστορῶν τὰ περὶ Ἰουδαίων, καθὼς καὶ Μωϋσῆς ἱστόρησεν ὁ νομοθέτης αὐτῶν, ὅτι ἐκ τῆς Χαιτούρας ἐγένοντο Ἀβράμῳ παῖδες ἱκανοί. Λέγει δὲ αὐτῶν καὶ τὰ ὀνόματα ὀνομάζων τρεῖς, Ἄφεραν, Σουρεὶμ, Ἰάφραν· ἀπὸ Σουρεὶμ μὲν τὴν Ἀσσυρίαν κεκλῆσθαι, ἀπὸ δὲ τῶν δύο, Ἀφρᾶ τε καὶ Ἰαφέρου, πόλιν τε Ἀφρὰν, καὶ τὴν χώραν Ἄφρικαν ὠνομασθῆναι. Pererius, haud scit, an pro certo credi posset Opher hunc petiisse cum exercitu Libyam, ibique postea consedisse, et mutato nomine Libyam ab eo dictam esse Africam, cum ex ipsa Scriptura manifestum sit, Madian cum suis liberis Æthiopiæ Orientalis, vel, ut alii interpretantur, Arabiæ partem tenuisse proximam terræ promissionis. Diversa a Josepho tradunt profani auctores, Solinus, cap. 27; Joannes Leo in *Descriptione Africæ*, lib. I. Vide Isidorum et alios.

B

Ibid., lin. 17. *Οἵτινες Ἡρακλεῖ*. Josephus ex Cleodemo lib. I *Antiquit.*: Τούτους γὰρ Ἡρακλεῖ συστρατεῦσαι ἐπὶ Λιβύην καὶ Ἀνταῖον, γήμαντά τε τὴν Ὄφραν θυγατέρα Ἡρακλέα γεννῆσαι υἱὸν ἐξ αὐτῆς Δέδωρον. Τούτου δὲ γενέσθαι Σοφῶνα, ἀφ' οὗ τοὺς βαρβάρους Σοφακὰς λέγεσθαι· alii legunt Σοφάς. Ex his corrigendus Eustathius, nisi magis placuerit Σοφῶνας scribere. Hoc tamen perinsignem atque perabsurdum in *Chronologia* errorem continere scribere Pererius; Hercules namque excessit, ut inter omnes convenit, minus triginta annis ante bellum Trojanum, quod bellum in principatu Samsonis, aut non procul ab eo tempore contigit, quare isti nepotes Abrahæ, plus sexcentos annos Herculem antecesserunt, probatque auctoritate Eusebii in præfatione suorum *Chron.* Sed errorem hunc perinsignem et perabsurdum in *Chronologia*, velit, nolit, nobis Pererius suggerit, qui unum Herculem constituens putat, se non ineleganter redarguere Cleodemum, Alexandrum Polyhistorem, Josephum, et consequenter nostrum Eustathium. Cleodemi dicta maximæ esse auctoritatis vel ex eo patet, quod tantorum virorum testimonio, suam historiam contexuit ad imitationem Moysis Judæorum legislatoris. Ὁ ἱστορῶν τὰ περὶ Ἰουδαίων καθὼς καὶ Μωϋσῆς ἱστόρησεν ὁ νομοθέτης αὐτῶν, nusquam iste auctor a Mosaicis dictis vel traditionibus aberrasset. Nec dubium est Herculem Jovis et Alcmenæ filium, qui cum Argonautis navigavit, Trojam expugnavit, et cui Græcorum ambitio universa reliquorum, qui tali nomine insigniti sunt, acta attribuit, quique virium et fortitudinis fama venit ad posteros, una generatione Troicum bellum antecessisse: et de eo Eusebium in *Chronico* sermonem habuisse, cum de rebus a Græcis gestis, et quorum memoria insolescerent, sermonem haberet; quod si de altero Hercule sermonem instituisset, argumentum ejus rueret. Compertum est, in historia Hercules plures fuisse. Varro quatuor et quadraginta recenset, Cicero sex, Diodorus, lib. IV, tres ponit: Primum Ægyptium, cujus maxima fuerit virtus, quemque Osiris quod corpore esset validis-

simo exercitui præfecit. Hic magna orbis parte peragrata in Libya columnam erexit, præcessitque Herculem Alcmenæ filium pluribus quam mille annis. Servius item quatuor Hercules facit *Æneid.* VIII: Tyrinthium, Argium, Thebanum, Libym. Inter quos quamvis non constet de numero, tamen illud unum certum est, Herculem Ægyptium, sive etiam Libym, multis sæculis Herculem Græcorum, de quo loquitur Eusebius, præcessisse; ita ut Abrahæ nepotibus ætate par esse possit; ita enim et ratio temporum cohæret, nec auctores, qui de expeditione nepotum Abrahæ una cum Hercule verba faciunt, ἀλογίστως damnabimus.

Col. 765, lin. 22. *Ἰακὼβ παραρπάσας*. Alexander Polyhistor ex Demetrio apud Eusebium, *De præpar. Evangel.* lib. IX: Δημήτριός φησι τὸν Ἰακὼβ, γενόμενον ἐτῶν ἑβδομήκοντα πέντε, φυγεῖν εἰς Χαῤῥὰν τῆς Μεσοποταμίας, ἀποσταλέντα ὑπὸ τῶν γονέων διὰ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν κρυφίαν ἔχθραν Ἠσαῦ, διὰ τὸ εὐλογῆσαι αὐτὸν τὸν πατέρα, δοκοῦντα εἶναι τὸν Ἠσαῦ, καὶ ὅπως λάβῃ ἐκεῖθεν γυναῖκα. Ἀφορμῆσαι οὖν Ἰακὼβ εἰς Χαῤῥὰν τῆς Μεσοποταμίας, τὸν μὲν πατέρα καταλιπόντα Ἰσαὰκ ἐτῶν ἑκατὸν τριάκοντα ἑπτά, αὐτὸν δὲ ὄντα ἐτῶν ἑβδομήκοντα ἑπτά. Διατρίψαντα οὖν αὐτὸν ἐκεῖ ἑπτὰ ἔτη Λάβαν τοῦ μητρῴου δύο θυγατέρας γῆμαι, Λείαν καὶ Ῥαχὴλ, ὄντα ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων.

Ibid., lin. 25. *Τὰς δύο θυγατέρας*. Faustus Manichæus polygamiam hanc pro magno crimine sancto patriarchæ Jacob procacissimis verbis objectavit. Huic lib. XXII, cap. 47, respondet Augustinus Jacobum a calumnia vindicans. *Quando mos erat, crimen non erat: et nunc propterea crimen est, quia mos non est. Alia enim sunt peccata contra naturam, alia contra mores, alia contra præcepta. Quæ cum ita sint, quid tandem criminis est, quod de pluribus simul habitis uxoribus objicitur sancto viro Jacob? si naturam consulas, non lasciviendi, sed gignendi causa illis mulieribus utebatur. Si morem, illo tempore, atque in illis terris hoc factitabatur. Si præceptum, nulla lege prohibebatur. Nunc vero cur crimen est, si quis hoc faciat, nisi quia et moribus, et legibus non licet? Quæ duo quisquis contempserit, etiamsi tantummodo causa generandi uti possit pluribus feminis, peccat tamen et ipsam violat humanam societatem, cui necessaria est procreatio liberorum.* His affinia scribit et lib. III *De doctr. Christiana*, cap. 12, idem Augustinus, et Hieronymus ep. 83 ad Oceanum, et Theodoretus quæst. 84 *in Genes.*

Ibid., lin. 27. *Ἐπεθύμησε δέ*. Thomas Anglicus in *cap.* XXVIII *Genes.* tribus modis diversis ab eo quem Eustathius tradit, purgat a vitio amorem Jacob, et inculpabilem reddit, quos vide.

Ibid., lin. 31. *Συναντήσασαν ἠσπάσατο*. Josephus, lib. I, cap. 19, ubi hanc refert historiam, amplexus et alia quæ Scriptura narrat, non tribuit Jacobo sed Racheli, Ἡ δὲ, ὑπὸ μνήμης, ὁποῖα φιλεῖ συντυγχάνειν τοῖς νέοις, προπεπυσμένη παρὰ τοῦ πατρὸς τὰ περὶ τῆς Ῥεβέκκας, καὶ τοὺς γονεῖς

A εἰδυῖα ποθοῦντας αὐτῆς τὸ ὄνομα, ὑπὸ τῆς τὸν πατέρα εὐνοίας ἔνδακρυς γενομένη, περιβάλλει τὸν Ἰάκωβον, καὶ κατασπασαμένη τὴν εὐκταιοτάτην καὶ μεγίστην ἡδονὴν αὐτὸν κομίσαι τῷ πατρὶ καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς οἰκείας ἅπασιν, ἔλεγεν ἐπὶ τῇ μνήμῃ τῆς μητρὸς αὐτοῦ κειμένῳ, καὶ πρὸς μόνῃ ταύτῃ τυγχάνοντι, φανεῖσθαι δὲ αὐτῷ παντὸς ἀντάξιον ἀγαθοῦ. Hisce et aliis Josephus in historiis commemorandis parum diligens et fidelis. Nec raro in historia et in *Chronologia* esse lapsus deprehenditur.

Ibid., lin. 36. *Τίκτονται δὲ παῖδες*. De ortu filiorum Jacobi, et tempore, deque mora apud Laban, et descensu, plura, etsi in nonnullis diversus a sacris litteris, Alexander Polyhistor ex Demetrio apud Eusebium *De præparat. Evangel.* lib. IX.

B Ibid., lin. 41. *Οἱ καὶ Ἰδουμαῖοι*. Josephus, *Antiq.* lib. II, cap. 1, hæc eadem ita narrat: Ἀλλ' Ἠσαῦ μὲν, τῆς Χεβρωνίας παραχωρήσας τῷ ἀδελφῷ, ἐν Σαείρᾳ διῃτᾶτο, καὶ τῆς Ἰδουμαίας ἦλθεν οὕτω καλέσας τὴν χώραν αὐτοῦ. Ἄδωμος δ' ἐπωνομάζετο κατὰ τοιαύτην αἰτίαν τυχὼν τῆς ἐπικλήσεως. Ἀπὸ θήρας ποτὲ καὶ πόνου τοῦ περὶ τὸ κυνηγέσιον λιμώττων ἐπανῆλθεν, ἔτι παῖς ὢν τὴν ἡλικίαν. Ἐπιτυχὼν δὲ τἀδελφῷ φακῆν ἐσκευακότι πρὸς ἄριστον αὐτῷ ξανθὴν σφόδρα τὴν χρόαν, καὶ διὰ τοῦτ' ἔτι μᾶλλον ὀρεχθεὶς ἠξίου παρασχεῖν αὐτῷ πρὸς τροφήν. Ὁ δὲ ἀποδόσθαι τὸ πρεσβεῖον αὐτῷ τοῦ φαγεῖν συνεργῷ χρησάμενος τῇ πείνῃ τὸν ἀδελφὸν ἠνάγκασε. Κἀκεῖνος, ὑπὸ τοῦ λιμοῦ προαχθεὶς, παραχωρεῖ τῶν πρεσβείων αὐτῷ μεθ' ὅρκων. Ἔνθεν διὰ τὴν ξανθότητα C τοῦ βρώματος ὑπὸ τῶν ἡλικιωτῶν Ἄδωμος καλεῖται κατὰ παιδιὰν ἐπικληθείς. Ἄδωμα γὰρ Ἑβραῖοι τὸ ἐρυθρὸν καλοῦσι. Τὴν δὲ χώραν οὕτω προσηγόρευσεν. Ἕλληνες γὰρ αὐτὴν ἐπὶ σεμνότερον Ἰδουμαίαν ὠνόμασαν. Ab Esau igitur toti genti nomen impositum, quos Græci Idumæos appellant. Errat igitur Strabo, lib. XVI, qui eos origine Nabathæos esse affirmavit, seditioneque patria pulsos. Errat Stephanus περὶ πόλεων, eos a filio quodam Semiramidis ortos scribens, sicut ab alio ejus filio Juda Judæos. Insaniunt et Rabbini cum Abenezra qui Romam vocant Edom, et pontificem Romanum monachum Edomæum.

Ibid., lin. 44. *Ὕστερον δὲ Σύροι*. Syriam re-
D gionem nobilissimam Asiæ cum Assyria ab auctoribus confundi supra innuimus. De ea Ammianus Marcellinus, lib. XXIII: *Citra amnes provincia est nobilis Assyria, celebritate et magnitudine, tum et multiformi feracitate, ditissimaque per populos, pagosque amplos diffusa, quondam et copiosa, ad unum concessit vocabulum, et nunc omnis appellatur Syria.* Plura de ea vide apud Eustathium *Comment. in Dionysium de situ orbis*, Abrahamum Hortelium, et alios.

Ibid., lin. 46. *Ὁ δὲ Ἠσαῦ γυναῖκας*. Delrius, et alii notarunt, Hebræos solitos habere plura nomina, indeque magnas tenebras oriri in Genealogiis, dum uno loco unum, alio aliud ponitur, quod non considerantes quidam desperant de con-

ciliatione hujus Catalogi cum I Paralipom. I. Quæ consuetudo etiam in mulieribus obtinuit. Sequendus igitur Cyrillus, et Procopius qui observant, uxores Esau, et earum parentes aliis nominibus in Genesi et Paralipomenis nuncupari. Quæ enim hic dicitur Ada filia Elom Hethæi, illic Juditha filia Proeri; et quæ illic Basemath filia Elom, hoc loco Oolibama filia Annæ; quæ hic Basemath filia Ismael, illic Maheleth nominatur. Quod ita accidisse et in patre Moysis inferius notabimus.

Col. 765, lin. 54. *Εἰς τὸ Σηεὶρ ὄρος*. Non armis Jacobi coactus, sed ita Deo annuente, sponte sua, ut libera Jacobi posteri Chananæa potirentur. Discesserat prius quidem Esau in Seir, sed non animo plane deserendi Chananæam, quare cum tota familia redierat. Sed propter gregum multitudinem et angustiam pascuorum mutata sententia, revertitur eo unde venerat. Vide August. quæst. 119.

Col. 768, lin. 6. *Ἐν οἷς ἦν καί*. Josephus, *Antiq.* lib. II : Ἀμάληκος γὰρ νόθος ἦν παλλακῆς αὐτῷ γεγονὼς Θαμνάης ὄνομα. Οὗτοι κατῴκησαν τῆς Ἰδουμαίας τὴν Γοβολῖτιν λεγομένην, καὶ τὴν ἀπὸ Ἀμαλήκου κληθεῖσαν Ἀμαληκῖτιν. Πολλὴ γὰρ γενομένη τότε ἡ Ἰδουμαία, τότε πάσης αὐτῆς ἀπέσωζεν ὄνομα, καὶ τοῖς μέρεσι τὰς ἀπὸ τῶν οἰκητόρων προσηγορίας διεφύλαξε.

Ibid., lin. 19. *Ὃς εὗρεν ἐν τῇ*. Locus hic Scripturæ, ad quem respexit Eustathius, varie a variis accipitur, nec ejus sententia difficultate vocis Hebraicæ haberi potest; relictis tamen aliorum explicationibus, quæ nimis audacter Eugubinus in recognitione Pentateuchi super hunc locum tradit, animadvertam : eum et Hieronymum, et Septuaginta Interpretes a veritate Hebraica discordare affirmat. Putat enim Hieronymi tempore, pro *Jemin* quod significat multos, codices, quibus est usus Hieronymus, habuisse vel *Majim*, id est aquas, vel *Jamin*, id est maria. Cur autem verterit aquas calidas ex Hebræo ratio nulla reddi potest. Deinde reprehendit Septuaginta Interpretes, quod vocem Hebræam *Jemin*, perinde quasi esset nomen proprium alicujus hominis, ut est Jacob, et Isaac, hic retinuerint, ita reddentes hunc locum : *Iste est Ana, qui invenit Jamin in deserto, quando pascebat jumenta patris sui;* quos secutus Eustathius idem hoc in loco retinens.

Ibid., lin. 26. *Μεθ' ὃν Ἰωβάβ*. Jobab de quo fit hic mentio, Jobum fuisse multi tradiderunt, quamvis oppositum affirment Lyranus, et Oleaster, eumque fuisse non filium Esau, ut retulit Aristæus, qui Judæorum historiam scripsit apud Eusebium Cæsariensem, lib. IX *De præparatione Evangel.*, cap. ultim., sed ex stirpe et progenie Esau, scribunt Athanasius in synopsi, Chrysostomus hom. 2 *De patient. Job*, Augustinus lib. XVIII *De civitate Dei*, cap. 47. Idem sentit et Theodoretus quæstion. 92 in *Gen.* et Gregorius Magnus initio Commentar. *in Job*. His patribus adde, et quos enumerat Hieronymus epistol. 126 ad Evagrium, Hippolytum, Irenæum, Eusebium Cæsariensem, Eusebium Emesenum, Apollinarium, Eustathium. Hieronymus *Traditionibus Hebraicis in Genes.*, cap. 22, eum non de genere Esau, sed de stirpe Nachor generatum existimat, quem sequitur Rupertus lib. VI Commentar. *in Genes.*, *Historia Scholastica*, cap. 58; et Philippus presbyter, qui paulo post Hieronymum scripsit in hunc prophetam, sic ait : *Chus et Bus filii fuere Nachor fratris Abrahæ juxta fidem Geneseos libri, nati de Melcha sorore Saræ : credibile videri potest ut in terra quæ ex parentum nomine dicta est, vir ille sanctus habitaverit : et esse illum potius de genere Nachor, non de Esau origine procreatum, sicut quidam opinione dubia suspicantur. Illi autem tres reges de genere fuerunt Esau.* Et Hieronymus tradit Eliphaz, quem Ada peperit Esau, illum esse cujus meminit ipse Job, quod si ita est, cum pronepotibus Abrahæ Jobum vixisse necesse est. Philo, Suidas, et Paraphrasis Chaldaica generum Jacobi faciunt ex Dina uxore. Septuaginta malunt esse ex posteris Abrahæ, quartum ab Esau. Cajetanus in primum caput Job de stirpe ejus nihil certum esse statuit.

Ibid., lin. 34. *Οἱ δὲ υἱοὶ Ἰακώβ*. Justinus historicus lib. XXXVI, historiam Josephi breviter enarrans scribit : *Sed Israelem felix decem filiorum proventus majoribus suis clariorem fecit. Namque populum in decem regna divisum tradidit filiis, omnesque ex nomine Judæ, qui post divisionem recesserat, Judæos appellavit; colique ejus memoriam omnibus jussit. Ejus portio omnibus accesserat. Minimus ætate inter fratres Joseph fuit : cujus excellens ingenium veriti fratres, clam interceptum peregrinis mercatoribus vendiderunt. A quibus deportatus in Ægyptum, cum magicas ibi artes solerti ingenio percepisset, brevi ipsi regi percharus fuit. Nam et prodigiorum sagacissimus erat, et somniorum primus intelligentiam condidit; nihilque divini juris humanique ei incognitum videbatur*, etc., sed hic auctor in paucis verbis multa peccavit. Fuerunt enim filii Jacob duodecim præter unam feminam. Minimus natus erat Benjamin, non Joseph. Joseph a magicis artibus earumque studio plurimum abfuit; sed Spiritus sancti peculiari quadam gratia donatus illa omnia perfecerat.

Ibid., lin. 37. *Τῷ Πενταφρῇ*. Principi, seu præfecto coquorum. Ita Philo lib. *De Joseph.*; Josephus lib. I *Antiquitat.*, Ambrosius lib. *De Joseph.*, et alii. Nonnulli vocem Hebraicam significare præpositum militiæ tradiderunt. Alii utrumque. Pererius, ne Septuaginta Interpretes ita reddentes errasse viderentur, ait ἀρχιμάγειρον omnia hæc significare. Sed eum audiamus : *Dices, Ergo Septuaginta Interpretes erraverunt hoc loco, qui verterunt archimagiro, id est, principi coquorum? Minime vero. Nam vox* archimagiros *proprie significat* principem occisorum : μαγειρεύειν, *quippe interprete Hieronymo, Latine est* occidere. *Sed nomen oc-*

cisorum trifariam potest intelligi. Vel enim sunt occisores hominum in bello, quales sunt milites, et in hanc sententiam, Latinus interpres vertit magistro militum; vel sunt occisores hominum propter eorum crimina, tanquam publicæ justitiæ administri, exsecutores, quam interpretationem secuti sunt Hebræi et multi de nostris supra memorati; vel sunt occisores animalium ad coquendum, et comedendum ut sunt lanii, et coqui : cui expositioni Philo, Josephus, et Ambrosius institerunt. Cum igitur vox archimagiros, qua usi sunt Septuaginta Interpretes, tres istas significationes et interpretationes capiat, translatio Septuaginta Interpretum lectioni nostræ Latinæ aptari commodissime potest; præsertim autem cum sanctus Hieronymus affirmet, archimagiros pro magistris exercitus in plerisque locis divinam Scripturam commemorare. Sed dubium adhuc remanet non contemnendum, princeps hic Pharaonis sive præfectus divinarum litterarum testimonio dicitur fuisse eunuchus, et ea est communis Patrum opinio, qui id fieri potuit, ut uxorem habuerit, cujus fictis criminationibus Josephus in carcerem truditur, vitæque propriæ periculum subit. Taceo hic Hebræorum nugas, qui eo inscitiæ pervenere, ut dicerent principem hunc nullo modo eunuchum fuisse, sed integrum omnibus suis membris uxorem duxisse, cum qua feliciter jucundeque vitam ducebat. Verum empti Josephi blanda pulchraque forma pellectum, nescio quid in ipsum Josephum tentasse, ideoque justo Dei judicio in pœnam tanti sceleris membris illis quasi eunuchum fuisse impeditum, ideoque a Scriptura eunuchum vocari, etiamsi haberet uxorem. Quidam dixerunt, mulierem illam non fuisse uxorem, sed tantum rerum domesticarum curam gessisse. Quidam, etsi eunuchum, illa tamen muliere tanquam uxore legitima usum. Theodorus Catena *in Genesim :* Πῶς εὐνοῦχος ὢν ὁ ἀρχιμάγειρος γυναῖκα εἶχε; Μάλιστα μὲν οὖν καὶ τοὺς εὐνούχους καὶ τοὺς ἐκτομίας ὁμωνύμως καλοῦσιν· οὐδὲν δὲ ἦν ἀπεικὸς, καὶ εὐνοῦχον ὄντα γυναῖκα ἔχειν ἐν τῇ οἰκείᾳ τῶν ἔνδον ἐπιμελουμένην πραγμάτων. Diodorus ibidem : Πῶς, εὐνοῦχον εἶναι φήσας τὸν Πετεφρῆν, γυναῖκα τοῦτον εἶπεν ἔχειν; Οἶμαι τοίνυν ἐγὼ τῶν δύο τὸ ἕτερον, ἢ διὰ τὸ εὔνουν εὐνοῦχον αὐτὸν καταχρηστικῶς προσειρῆσθαι, ἢ καὶ τῷ ὄντι τῶν μορίων ἐκτετμημένων ἔχειν ἐν γαμετῆς τάξει τὸ γύναιον, ὃ δὴ καὶ ἐφ' ἡμῶν ἔγνωμεν ὑπὸ πολλῶν πολλάκις γινόμενον. Et Gennadius : Εἰ εὐνοῦχος ὁ Πετεφρῆς, πῶς εὑρίσκεται γυναῖκα ἔχων; Ἀλλ' ὁ μὲν Σύρος μιᾷ προσηγορίᾳ τόν τε σπάδοντα καὶ τὸν πιστὸν ἄνδρα λέγει τοῖς δεσπόταις, ὁ δὲ Ἑβραῖος ἀληθῶς εὐνοῦχον, καὶ τοῦτον ἀπὸ τῆς πίστεως, ἐπειδὴ φιλεῖ τὸ τῶν εὐνούχων γένος μάλιστα πιστεύεσθαι τὰ τιμιώτερα τῶν κτημάτων, καὶ αὐτὴν τῶν βασιλέων σωτηρίαν. Καὶ οὐ θαυμαστὸν, ὅπου γε Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ χριστοί. Μὴ ἅπτεσθαι γάρ φησι τῶν χριστῶν μου. Λέγεται δὲ καὶ Κύρος ὁ Πέρσης χριστός. Οὕτως ἄρα καὶ τὴν τοῦ σπάδοντος ὁ ἀρχιμάγειρος προσηγορίαν ἔσχε καὶ τότε

A γυναῖκα ἔχων διὰ τὴν εὔνοιαν. Notum est inter spadonem et eunuchum discrimen; eunuchus enim is dicitur, qui necessaria ad generandum parte diminutus est, sive naturaliter ita prognatus sit, sive ante pubertatem excisus. Spado est, qui valetudine aliqua vitiove corporis præditus generare non potest. Ideoque spadones adoptari possunt, posthumumque hæredem scribere, eunuchi sive castrati non possunt; hi namque omnino generare non possunt; illi impedimentis, quibus temporali sterilitate laborant, liberati, possunt. Hoc in legum synopsi ad Michaelem Ducam optime versibus expressit Michael Psellus, eorum, quia adhuc lucem non viderunt, copiam mihi fecit vir sæculorum memoria dignissimus Franciscus Bartolinus :

B *Εὐνοῦχος σπάδων δύναται υἱοθετεῖν καὶ μόνον.*
Τοῦτο γὰρ ἀπηγόρευται καστράτοις, καὶ θλιβίαις.
Ὁ γάρ τοι σπάδων δύναται παιδοποιῆσαι τάχα.

Porro spadonum et eunuchorum appellatio interdum generalis est, qua omne genus eviratorum continetur. Quare possemus dicere, principem hunc, etsi vocatur eunuchus, spadonem fuisse, et uxorem duxisse antequam pars illa corporis funeraretur, cum qua postea vitam transigebat. Isidorus *Orig.*, lib x, tradit eunuchorum quosdam coire, sed tamen virtutem in semine nullam esse : *Liquorem enim habent et emittunt, sed ad gignendum inanem atque invalidum.* Possem item alias hujus explicationes afferre, quas brevitatis gratia omitto.

C Ibid. *Τῷ ἀρχιμαγείρῳ Φαραώ.* Pharaonis vocabulum non fuisse proprium, sed commune regum omnium Ægyptiorum, qui pro dignitate regis eo nomine tanquam regali utebantur, quemadmodum et apud Romanos Augusti, imperatores, tradit Eusebius ex libris Manethonis sacerdotis Ægyptiorum, et rursum : Ἀνέστη δὲ μετ' αὐτὸν, Sesostrim scilicet, ἐπ' Αἴγυπτον Φαραὼ, ὁ καὶ Ναρεχὼ καλούμενος, κρατήσας ἔτη, ὥς φασι, πεντήκοντα. Ἐκ τούτου οἱ ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ καταγόμενοι βασιλεῖς Φαραὼ προσαγορεύονται. Et Africanus : Ἐπαινεθεῖσαν δὲ, uxorem videlicet Abrahæ, ἠγάγετο Φαραώ. Οὕτω γὰρ Αἰγύπτιοι τοὺς βασιλεῖς ὀνομάζουσιν ἑρμηνεύουσιν. Expressius Hieronymus lib. IX *Comment. in Ezechielem : Cæterum illud vel* D *maxime requirendum est, utrum ipse sit Pharao, qui in Exodo, et Isaia, et Jeremia et Ezechiele, et in Canticis cantic. nominatur, an alius atque alius; videtur mihi non esse unus. Sed apud Ægyptios hoc vocabulo demonstrari regiam dignitatem, sicut et apud Romanos Cæsares et Augusti appellantur eorum imperatores a primo Caio Cæsare, et a filio ejus adoptivo Octaviano, qui postea Augustus est nominatus; quemadmodum etiam apud Syros Antiochi, apud Parthos Arsacidæ, apud Philistyam Abimelec, et post Alexandrum in Ægypto reges dicebantur Ptolemæi usque ad Cleopatram, qua victa apud Actium Ægyptus Romana est facta provincia. Ergo in præsentiarum adversus unum quemlibet regem Ægypti sermo fit Domini.* Appellationis hujus causam ita

expressit Joannes Antiochenus, in *Archæologia* : Φαραὼ τινος βασιλέως Αἰγύπτου πολλοὺς τῶν προσοίκων καταγωνισαμένου, καὶ τοὺς ληστρικοὺς ἄνδρας μεταῤῥυθμίσαντος πρὸς τὸ φιλάνθρωπον, καὶ οἱ λοιποὶ βασιλεῖς Αἰγύπτου εἰς τιμὴν ἐκείνου Φαραὼ ἐκαλοῦντο. Vide item Josephum lib. XVIII *Antiquitatum*, qui multa de nomine Pharaonis adnotavit, quamvis quibusdam incompta, falsaque, et jure merito, visa sint. Alii dixerunt Pharaones dictos quasi Pharones, a Pharo insula e regione Alexandriæ olim Carpathos dicta, ubi regnavit Proteus ; sed hæc opinio sua inanitate per se ruit.

Col. 768, lin. 43. *Γυναῖκα ὀνόματι*. Thamar filiam fuisse Melchisedech sacerdotis nonnulli existimarunt, quod Judas in scortatione deprehensam, ut inferius comburi jussisset, non lapidari. Lex enim fuit apud Hebræos, quam postea Moyses repetivit, ut filia sacerdotis scortata combureretur, cæteræ lapidarentur, Levit. XX et XXI. Sed de Thamar ejusque gente, conditione et moribus accurate Philo, lib. *De nobilitate* : Ταύτην εὐγένειαν οὐ μόνον θεοφιλεῖς ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες ἐζήλωσαν, ἀπομαθοῦσαι μὲν ἀμαθίαν τὴν σύντροφον περὶ τιμῆς τῶν χειροκμήτων, παιδευθεῖσαι δὲ περὶ μοναρχίας ἐπιστήμην, ᾗ μοναρχεῖται ὁ κόσμος. Θάμαρ ἦν τῶν ἀπὸ τῆς Παλαιστίνης Συρίας γύναιον ἐν οἰκείᾳ πόλει τραφὲν πολυθέῳ, γεμούσῃ ξοάνων, καὶ ἀγαλμάτων, καὶ συνόλως ἀφιδρυμάτων. Ἀλλ' ἐπειδὴ καθάπερ ἐκ σκότους βαθέος ἐδυνήθη βραχεῖαν αὐγὴν ἀληθείας ἐνιδεῖν θανάτῳ κινδύνου, πρὸς εὐσέβειαν ηὐτομόλησεν, ὀλίγα φροντίσασα τοῦ ζῆν, εἰ μὴ μέλλοι καλῶς ζῆν. Τὸ δὲ καλῶς ἀνέφερεν ἐπ' οὐδὲν ἕτερον ἢ ἐπὶ τὴν θεραπείαν καὶ ἱκεσίαν τοῦ ἑνὸς αἰτίου. Καίτοι δυσὶν ἀδελφοῖς ἀμφοτέροις πονηροῖς ἐν μέρει γημαμένη, κουριδίῳ μὲν τῷ προτέρῳ, τῷ δ' ὕστερον καὶ ἔχοντι ἐπιδικασίας νόμῳ, γενεὰν τοῦ προτέρου μὴ καταλιπόντος, ἀλλ' ὅμως, ἀκηλίδωτον διαφυλάξασα τὸν ἑαυτῆς βίον, ἴσχυσε καὶ προσηκούσης τοῖς ἀγαθοῖς εὐφημίας ἐπιλαχεῖν, καὶ τοῖς μεθ' αὐτὴν ἅπασιν εὐγενείας ἀρχὴ γενέσθαι. Ἀλλ' αὕτη μὲν εἰ καὶ ἀλλόφυλος, ἀλλ' οὖν γε ἐλευθέρα καὶ ἐξ ἐλευθέρων ἴσως, καὶ οὐκ ἀσήμων.

Ibid. *Καὶ διὰ πονηρίαν*. Quæ fuerit hæc malitia vel iniquitas Her, neque Scriptura expressit, nec certum aliquid statui potest ob varias auctorum sententias. Augustinus, lib. XXII *contra Faustum*, cap. 84, significat, peccatum ejus fuisse crudelitatis et sævitiæ. Alii conjectarunt, fuisse peccatum contra naturam, quod admittebat, abutens uxore extra vas muliebre. Hebræorum traditio est, Thamar fuisse pulcherrimam feminam, eamque perdite adamatam esse ab Her. Qui quo diutius illibata ejus pulchritudine frui posset, sciens per graviditationes et partus deflorescere decorem, et venustatem muliebrem, in congrediendo cum Thamar, effundebat semen extra vas illius, ne gravidari posset. Hanc secutus est Cajetanus, nec videtur ab ea abhorruisse Joannes Cassianus, collatione 8, cap. 11, de peccato Onam verba faciens, verisimile enim est fuisse idem peccatum. Tota hæc historia de nuptiis Thamar et scortatione Judæ prolixe narratur in *Testamento 12 patriarcharum*, cap. 3.

Ibid., lin. 50. *Ἐξέχεεν ἐπὶ τῆς*. Augustinus, lib. XXII *contra Faustum*, cap. 84, pejorem fuisse Her, quam Onam ; illum fuisse malignum, et sævum, et peccasse nocendo ; hunc peccasse, prodesse et juvare nolendo. Pererio oppositum probabilius videtur, cum Scriptura Her appellet nequam, Onam vero detestandum, quod rem detestabilem faceret, quod gravioris criminis nota est. Deinde Onam exemplo punitionis fraternæ noluit resipiscere, nec deterritus abstinuit, vel a simili, vel a majori peccato. Præterea Her peccavit inordinata libidine delectationis venereæ, Onam maligna invidia fraterni boni, ne primogenitus suus assignaretur fratri suo.

Col. 769, lin. 12. *Ὡς δ' ἀποστείλας*. Historiæ hujus perelegantem allegoriam habes apud Philonem, lib. *Περὶ φυγάδων*, quem vide.

Ibid., lin. 35. *Τῆς ἀχράντου Μαρίας*. Insulsissimi Mahumetani Mariam sanctissimam, et quæ Christum Deum peperit, sororem Moysis et Aaronis faciunt. Euthymius, in *Panoplia* : Καὶ ὅτι ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ, κτιστὰ ὄντα, εἰσῆλθεν εἰς Μαρίαν τὴν ἀδελφὴν Μωσέως καὶ Ἀαρών, καὶ ἐγέννησεν αὕτη δίχα σπέρματος Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, προφήτην, καὶ δοῦλον γεγονότα τοῦ Θεοῦ. Et in ordine qui servatur super iis qui a Saracenis ad Christianorum fidem se convertunt : Ἀναθεματίζω τὴν τοῦ Μωάμεδ φλυαρίαν τὴν λέγουσαν, ὅτι ὁ Κύριος καὶ Θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἀπὸ Μαρίας τῆς ἀδελφῆς τοῦ Μωσέως καὶ Ἀαρὼν ἐγεννήθη ἄνευ σπορᾶς ἐκ τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος. Quis hanc ἀνιστορησίαν somniasset, nisi Moameth, et pater ejus diabolus ? Spatium bis mille annorum inter Mariam sororem Moysis, et Mariam quæ Christum peperit, intercessit. Nec minus reprehendendus est Fridericus Sylburgius, qui notis in Saracenica, de adoratione imaginum male sentiens negat adorationem deberi beatæ Mariæ virgini, idque locis quibusdam sancti Epiphanii male ab ipso intellectis. Is enim uti Calvinianæ sectæ addictus sparsim in illis notis latenter et subdole venenum effundit, sicut et superius de sacramento Eucharistiæ egerat et in ipso lumine cæcutire, et palam mendacii posse convinci non veretur ; at dum venena spargat, quæ inficiant, parum illi curæ est, si suam in scriptoribus intelligendis inscitiam patefaciat. Vide ipsum p. 136 et 138. Quod si non est invertere, transversosque agere Patres et eorum sententias, quid erit ? Hæc ideo adnotavi ut notas illas caute lector percurrat.

Ibid. *Τῆς ἀχράντου*. Quæ tota pulchra est, nec ullam admittit omnino maculam. In eam humiles et devoti, hæc quamvis incompta, affectu tamen plena cecinimus. Quæ tibi, lector, φιλοπαρθένῳ non ingrata fore existimamus.

I.

Κρουνοὺς μὲν ποθ' ἧκε πυρὸς κατ' Ὀλύμπιον [ἕδραν
Αἴτνη, αἰθερίους ἔῤῥεε καὶ θαλάμους.
Φλὸξ δὲ κυλινδομένη κατεβόσκετο, ὅσσα τ' ἐν [ἀγροῖς
Γαῖα φέρει, δενδρέοις ὅσσα τε τηλεθάει,
Καὶ πυρὸς ἦεν ἔδεσμα. Λέων φύγε. Φεῦγε ποτητά·
Φὼς φεύγων χρυσοῦ κήδετο καὶ βιότου.
Εἷς δέ τις οἷος ἄειρε φίλον βάρος οἷα τοκῆα,
Ἠδ' ἐσάωσε μόρου φλέγμασι δηριόων.
Θαυμα τόδ' εὐσεβίης γενέτην παῖς ἄρνυτο, παῖδα
Σῶζε γονεὺς, πυρσὸς δ' εἴκαθεν ἱεμένοις.
Πείρατα πᾶσιν ἔκειτο μόρου, καὶ μοῖρα κραταιὴ,
Οὐδ' ἀλκὴ χθονίοις, οὐδ' ἀλέη τις ἔην
Ἀντ' ἀλιτροφροσύνης, σὺ δ' ἐκαίνυσο κόμπον [ὀλέθρου,
Ὥστε πάρος, Μαρίη, αἰσχρὰ λέπαδνα χάους.
Κυσσαμένη δ' ἔτεκες βαρυπήμονος ἔνδοθι κό- [σμου
Σὸν γενέτην, τῷ πῦρ οὔ σε δάμασσε μόρου.

II.

Τριναχρίης τετάνυστο μέσοις ἐνὶ κεύθεσι γαίης
Σήραγξ, ᾗ παλίκων θωῦτὸν ἔσκεν ὕδωρ.
Ἀμβατὸς ἡμερίοισι, καὶ οἷς μένος ἄψεσιν ἕρπει·
Καὶ ἓν μηδὲν ἔφυ τῷ πεπέδηντο θύραι
Αἰῶνος. καὶ κηρὸς ἐπαίτιος· ὤρεγε κῆρα
Κλινομένοις, αἰὼν ἔπλετο νισσομένοις.
Οὔποτε ἡσύχιος πόδας εὔνασε κεκμηκυῖα
Παρθένος, ἀσπερχὲς δ' εὐαγὲς ὠρθοβάτει.
Μούνη μὴ κλινθεῖσα λυγραῖς κακίαισι τοκήων
Οὐδ' ἰδίαις γῇ καὶ δεσμὸν ἄλυξε μόρου.

III.

Πρώοσιν ἀκροτάτοισι χίμαιρα Φασήλιδος αἴη,
Ἐκθρώσκησι κάρη, καὶ πόλον ἀμφιπλέκει.
Ἡ πυρὸς ἀενάοιο κατ' αἰθέρα δῖαν ἀλᾶται
Ὠκεῖα στροφάλιγξ, οὔποτε δαμναμένη.
Ὕδασι τὴν ἧψας, καὶ τηλαυγέστερον αἴθει
Βρεχθεῖσ', ἐσβέσθη δ' ἄχθει θλιβομένη.
Ἄχθος ἀλιτροσύνης Μαρίης μάλα τῆλε λιάσθη,
Οὐδ' ἐμίηνε Θεοῦ εἰκόνα ἁγνοτάτην.
Νασμῷ δ' αὖ χαρίτων σέλας αὔξετο, τὰς πόρε [κράντωρ
Ἀθανάτως τ' ἐδίω κηρὸς ἀποτροπίῃ.

I.

Atinit æthereas ignitis fluctibus oras
Ætna olim : traxit flamma per astra globos.
Ignis ab arboribus quidquid dependet, et una
Pascebat, quidquid Dædala fundit humus.
Vos trepidæ fugistis aves, fugere leones,
Et fugit nummis et sibi quisque pavens.
Dulce patrem pondus, sed tantum sustulit unus,
Ignibus eluctans eripuitque neci.
Servabat senior, miræ pietatis imago,
Tunc natum, et patrem natus ab exitio.
Flammæ illis cessere viam. Mors omnibus æque
Et fatum instabat, non erat ulla salus.
Sic scelerum meruere notæ. Tu robora mortis
Frangis, ut horrendi turpia vincla Chaos.
Namque tuum tristi genitorem regia mundo,
Virgo ferens, diræ mortis ab igne vacas.

II.

Trinacrio quondam vastus telluris hiatus
Littore erat, Palicum qua refluebat aqua :
Huc homini penetrare datum, membrisque valenti,
Audebant aditu nil prohibere fores.
Causa necis vitæque ibidem; nam stare salubre,
At lethale fuit ponere corpus humi.
Lassatum fulcire latus, gressusque quieti
Tradere non unquam mos tibi, Virgo, fuit.
Sola igitur culpis non inclinata parentum,
Nec propriis, mortis vincula dura fugis.

A

III.

Terris Phasi tuis sublimes verberat auras,
Flammigeri lambens astra, Chimæra, poli.
Illic æternum volitans per inane fluentum
Ignitum, nullo tempore comprimitur.
Quin fusis augetur aquis, ardetque subinde
Splendidius, moritur pondere pressum alio.
Abfuit a sancta peccati tabida labes
Virgine, nec divinam imbuit effigiem.
Imbribus assiduis donorum lucida adaucta
Gratia, ut immitem vicerit inde necem.

Reliqua hæc nostra una cum Sophronii Hierosolymitani, Sophronii monachi Iatrosophistæ, Eliæ Syncelli, Michaelis Syncelli, Ignatii grammatici diaconi, elegantissimis, piissimis et melitissimis carminibus, in eamdem Deiparam, aliosque sanctos carminibus propediem edemus, si ita Deus annuerit.

B Col. 772, lin. 10. *Ζητητέον δὲ ἡμῖν*. Vetus fuit dubitatio de Christi genealogia ab evangelistis tradita, quanam ratione quem Matthæus nominat Jacob parentem Joseph, Lucas appellet Heli; recentiores nonnulli, inter eos Benedictus Arias Montanus in Lucæ cap. III *Elucidationibus*, Heli eumdem esse putant et Joachim dictum. Lucidus de emendatione temporum idem ait, subditque Joachim hunc fuisse patrem Virginis, socerum Josephi patremque ejus, quod, sicut habetur ex Philone generi loco filiorum haberentur. Africanus tamen apud Eusebium, *Hist.* lib. I, cap. 9, et Nicephorum lib. I, cap. 11, cui Hieronymus, aliique Patres astipulati sunt, eum ita determinavit, uterinos fuisse fratres Heli et C Jacob, et cum Heli absque prole discessisset, Jacobum illi semen suscitasse, et genuisse Josephum, cui natura filius erat, lege vero, Heli; et ita utriusque filius erat. Ματθὰν ὁ ἀπὸ Σολομῶντος ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ. Ματθὰν ἀποθανόντος, Μελχὶ ὁ ἀπὸ Νάθαν ἐκ τῆς αὐτῆς γυναικὸς ἐγέννησε τὸν Ἡλί. Ὁμομήτριοι ἄρα ἀδελφοὶ Ἡλὶ καὶ Ἰακώβ. Ἡλὶ ἀτέκνου ἀποθανόντος, ὁ Ἰακὼβ ἀνέστησεν αὐτῷ σπέρμα γεννήσας τὸν Ἰωσὴφ, κατὰ φύσιν μὲν ἑαυτῷ, κατὰ νόμον δὲ τῷ Ἡλί. Οὕτως ἀμφοτέρων υἱὸς ἦν Ἰωσήφ. Huic item opinioni laudatissimus, et Christianæ reipublicæ auspicatissimus Cæsar Baronius *Apparatu in Annales ecclesiasticos* magis tribuit, quam alteri recentiorum.

Ibid., lin. 31. *Ἰάκωβός τις*. Quisnam sit hic D Jacobus, qui hæc de conceptione, nativitate, et rebus gestis beatæ Mariæ Virginis conscripsit, adhuc hæsito, cum et apud alios videam controversum. Gesnerus in *Bibliotheca*, et Joannes Heroldus in *Orthodoxographis* Jacobo apostolo fratri Domini cognomento Justo Hierosolymorum episcopo, cui et Epistola canonica uti genuinus fetus ascribitur, libellum hunc quem protevangelium appellant a Gullelmo Postello in linguam Latinam versum, et cum scholiis Theodori Bibliandri ab Oporino excussum tribuunt, præter omnem rationem. Baronius in *Apparatu in Annales eccles.*, Sixtus Senensis, et alii maximæ æstimationis viri inter apocryphos rejiciunt multis rationibus, inter eas præcipue, quod absurdissimum illud contineat, Josephum et

Mariam stupri et sacrilegii accusatos ex decreto A sacerdotum simul fuisse adactos ad bibendum poculum redargutionis quo Moyses explorari jussit innocentiam feminæ de adulterio suspectæ. Epiphanius monachus et presbyter libello de vita beatæ Mariæ virginis Jacobum hunc dicit fuisse Judæum, et iisdem cum Virgine temporibus vixisse : ita enim de eo pronuntiat : Ἀλλὰ καὶ οἱ ἐπιχειρήσαντες καὶ μέρη τινὰ εἰπόντες οὐχ ὀρθοτομήσαντες ἀμφ' ἑαυτοῖς γεγόνασι κατήγοροι, οἷοι Ἰάκωβος Ἑβραῖος, καὶ Ἀφροδισιανὸς Πέρσης, καὶ ἄλλοι τινὲς, μόνον περὶ τῆς γενέσεως αὐτῆς εἰπόντες, εὐθέως ἐσιώπησαν. Περὶ δὲ τῆς κοιμήσεως αὐτῆς Ἰωάννης ὁ Θεσσαλονικεὺς, πολυθρύλλητον ποιησάμενος λόγον, αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπεσκίασε. Καὶ ἕτερος δὲ Ἰωάννης, αὐτὸν θεολόγον ἐπιχρώσας, τότε ψεύδους ἔγκλημα ἐφ' ἑαυ- B τὸν ἐπεσπάσατο. Ἀνδρέας δὲ ὁ ἐξ Ἱεροσολύμων, ἐπίσκοπος Κρήτης, ὀλίγα τινὰ εἰπὼν, καὶ ὀρθοτομήσας εἰς ἐγκωμίου τάξιν τὴν διήγησιν ἔστησεν. Et, nonnullis interjectis : Ἀθανάσιος δὲ ὁ Ἀλεξανδρείας, καὶ Λέων ὁ Ῥώμης, εἰπόντες περὶ αὐτῆς, ὅτι ἐπιθυμίαν ἀνδρὸς ἠγνόησε, καὶ αἱ ἅγιαι πᾶσαι σύνοδοι ὀρθόδοξοι τὸ αὐτὸ ἐπιμαρτυροῦσιν. Οἷον Ἰάκωβος Ἑβραῖος, τότε παρὼν, καὶ τὰ περὶ αὐτὴν γράψας, λέγει, ὅτι, διὰ τὸ γενέσθαι ξένον καὶ παρηλλαγμένον κατὰ πάντα τὸν τοκετὸν, ψηλαφισθεῖσα ὑπὸ τῆς μαίας, εὑρέθη παρθένος, ὡς πρὸ τοῦ τόκου· καὶ Ῥουβὶν δὲ ὁ ἱερεὺς τοῦτο ἐπεξεργασάμενος διὰ τῆς Μαρίας ἐπληροφορήθη. Quidquid tamen sit, illud verissimum est, scriptum hoc esse antiquum, et C circumcirca apostolorum tempora conscriptum. Nec dubium, in hoc, sicut et in multis aliis accidit, ab hæreticis multa fuisse inserta astruendæ propriæ hæreseos causa, veritatisque catholicæ destruendæ. Ideoque ejus lectio nec omnibus permittenda, et quicunque legerint, attente illud percurrent, ne quæ hæretici absurda, et contra divinas Litteras clam, doloseque disseminant, ipsi tanquam vera hauriant et genuina, de quibus caute satis et Georgius Syncellus : Ταῦτα μὲν ἐκ τοῦ πρώτου βιβλίου Ἐνὼχ περὶ τῶν ἐγρηγόρων, εἰ καὶ μὴ τελείως χρὴ προσέχειν ἀποκρύφοις, μάλιστα τοὺς ἁπλουστέρους, διά τε τὸ κρυπτά τινα καὶ ἀτριβῆ τῆς ἐκκλησιαστικῆς παραδόσεως ἔχειν, καὶ διὰ τὸ νενοθεῦσθαι αὐτὰ ὑπὸ Ἰουδαίων καὶ αἱρετικῶν. Πλὴν καὶ ὁ μακά- D ριος Παῦλος σπανίως ἐχρήσατό τισιν ἐξ ἀποκρύφων χρήσεσιν, ὡς ὅταν φησὶν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ Ἐπιστολῇ τὰ « Ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, » καὶ τὰ ἑξῆς Ἠλία ἀποκρύφων. Καὶ πάλιν ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ἐκ τῆς Μωϋσέως ἀποκαλύψεως· « Οὔτε περιτομή τί ἐστιν οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ καινὴ κτίσις. » Καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους ἐκ τῶν Ἱερεμίου λεγομένων ἀποκρύφων, « Ἔγειραι, ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός. » Ταῦτα δὲ ἡμῖν εἴρηται οὐ πρὸς ἄδειαν τῶν βουλομένων ἀδιαφόρως ἐντυγχάνειν· μὴ γένοιτο! Πολλοὶ γὰρ ἐβλάβησαν ἐν πᾶσιν αὐτοῖς πιστεύοντες· ὅθεν καὶ ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, καὶ ὁ χορὸς τῶν θεοφόρων ἡμῶν Πατέρων ἐκώλυσεν ἐντυγχάνειν αὐτοῖς ὥσπερ τῇ θείᾳ λοιπῇ Γραφῇ. Καὶ ἡμεῖς τὰς περιγραφείσας χρήσεις ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι μόνον τὴν τῶν ἐγρηγόρων παράβασιν, καὶ τὴν τῶν γιγάντων ἀσέβειαν, περὶ ἧς καὶ ὁ θεῖος Μωϋσῆς μέμνηται, καὶ ὅτι δι' αὐτοὺς ὁ κοσμικὸς γέγονε κατακλυσμὸς παρεθέμεθα. Bene itaque actum cum hoc auctore, cum Eustathius omissis, et detruncatis iis, quæ fucum facere possent, utilia tantum decerpsit devoto lectori, Virginisque studioso non incommoda; quin tanti Patris auctoritas pondus illi, et auctoritatem addit, præcipue cum nihil sit ex iis, quæ hic referuntur, quod vel Ecclesiæ vel ejus auctoritati contrarium sit, imo testimoniis dictisque aliorum Patrum et historicorum omnia sint consentanea. Eoque libentius in hanc ducor sententiam, cum videam non laudari a nostro Eustathio tanquam opus Jacobi apostoli, sed alterius cujusdam, quod clarissime significatur additione illa τις, Ἰάκωβός τις, *Jacobus quidam*. Quod si existimasset esse apostoli, nunquam siluisset; et, quod non est minoris momenti, Gregorius Nyssenus de nativitate Virginis tractans, ex hoc libello multa mutuatus esse videtur tacito auctoris nomine, etsi inter apocrypha rejiciat; ejus verba habentur apud Symeonem Metaphrastem *De nativitate et educatione beatæ Mariæ Virginis :* Αὐτίκα γοῦν ὁ θεῖος Γρηγόριος ἐν τῷ λόγῳ, ὃς εἰς τὴν Χριστοῦ γέννησιν αὐτῷ συνετάχθη τοιάδε περὶ ταύτης διαλαμβάνει· Ἤκουσα, λέγων, ἀποκρύφου τινὸς ἱστορίας τοιαῦτα παρατιθεμένης τὰ περὶ αὐτῆς διηγήματα· Ἐπίσημος ἦν, etc. Quæ pessime ita reddidit interpres : *Audivi arcanam, et occultam quamdam historiam tales de ea prodentem narrationes*, nec enim ἀπόκρυφος in historiis, arcana, et occulta historia est. Puto hunc esse Jacobum cujus meminit Origenes hom. 13 *in Matthæum*.

Col. 772, lin. 31. *Ἐν ταῖς φυλαῖς*. De hoc vide Joannem Damascenum, *De fide orthod.* lib. IV, capit. 15; Epiphanium, hæres. 78, adversus Antidicomarianitas; et hæres. 9, adversus Collyridianos.

Ibid., lin. 32. *Ἄνδρα πλούσιον*. Joachim Patrem Virginis et divitem, et sobolis expertem maximo cum dolore ad Deum confugisse ita narrat Gregorius Nyssenus, oratione d., Ἐπίσημος ἦν ἐν τῇ κατὰ νόμον ἀκριβεῖ πολιτείᾳ, καὶ γνώριμος ἐν τοῖς καλλίστοις ὁ τῆς Παρθένου πατὴρ, ἄπαις δὲ κατεγήρα τὸν βίον, ὅτι αὐτῷ πρὸς τεκνογονίαν οὐκ ἐπιτηδείως εἶχεν ἡ σύνοικος. Ἦν δέ τις ἐκ τοῦ νόμου τιμὴ ταῖς μητράσιν, ἧς οὐ μετεῖχον οἱ ἄγονοι. Μιμεῖται τοίνυν καὶ αὐτὴ τὰ περὶ τῆς μητρὸς τοῦ Σαμουὴλ διηγήματα, καὶ ἐντὸς τοῦ ναοῦ ἁγίων γινομένη, ἱκέτης γίνεται τοῦ Θεοῦ μὴ ἔξω πεσεῖν τῆς ἐκ τῶν νόμων εὐλογίας, ἐξαμαρτάνουσα περὶ τὸν νόμον οὐδέν· γενέσθαι δὲ μήτηρ καὶ ἀφιερῶσαι Θεῷ τὸ τικτόμενον. Vide Epiphanium *De laudibus beatæ Mariæ Virginis*, Andream Cæsariensem, Germanum, et alios.

Col. 773, lin. 13. *Καὶ γνοὺς τὴν γυναῖκα*. Ex his refellitur Collyridianorum error, qui Dei Geni-

tricem Mariam humanæ naturæ prorsus expertem, ac divinæ tantum participem fuisse dicebant, cum ex hoc habeamus, Joachim cum Anna concubitum, indeque generatam et ortam Virginem. Certe illud angeli dictum Joachim in deserto, *uxor tua concepit*, antequam domum veniret, in narratione ista non legitur, imo satis aperte oppositum colligitur. Ex quo manifestum est ab hæreticis librum depravatum tempore Epiphanii, qui forsan Eustathii tempore incorruptus et intactus adhuc fuerat reservatus.

Col. 773, lin. 14. *Καὶ ὀνομάζει*. Gregorius Nyssenus: Δυναμωθεῖσα δὲ Πνεύματι θείῳ πρὸς τὴν χάριν ἣν ᾔτησεν, ἐπεὶ ἔτεκεν παιδίον, ὠνόμασεν αὐτὴν Μαριὰμ, ὡς ἂν καὶ διὰ τῆς ἐπωνυμίας τὸ θεόσδοτον διασημανθείη τῆς χάριτος. Ἀνδρυνθεῖσαν δὲ ἤδη τὴν κόρην, ὡς μηκέτι δεῖσθαι προσανέχειν τῇ θηλῇ, ἀποδοῦναι τῷ Θεῷ, καὶ πληρῶσαι τὴν ἐπαγγελίαν, καὶ προσαγαγεῖν τῷ νεῷ. Hippolytus martyr apud Nicephorum, l. II, cap. 3: *Tres fuere sorores Bethlehemiticæ, filiæ Matan sacerdotis, et Mariæ conjugis ejus, sub Cleopatræ, et Casoparis Persæ regno, ante Herodis Antipatri filii regnum. Primæ Mariæ, secundæ Sobe, tertiæ Annæ nomen erat: nupsit prima in Bethlehem Maria, et peperit Salomem obstetricem: nupsit quoque secunda ibidem in Bethlehem Sobe, et genuit Elisabeth, nupsit postremo et tertia Anna in terra Galilæa, et protulit Mariam Dei genitricem, ex qua nobis natus est Christus.* Quibus refellit Baronius eorum sententiam qui dixerunt S. Annam tertio nuptam, et singulas ex singulis viris genuisse filias, et eorum qui conati sunt asserere, ex eodem viro Joachim tres peperisse filias.

Ibid., lin. 16. *Γενομένης δὲ αὐτῆς*. Evodius episcopus Antiochenus apud Nicephorum, lib. II, cap 3: *Trimula cum esset in templum præsentata, ibi in Sanctis sanctorum traduxit annos undecim, deinde vero sacerdotum manibus Joseph ad custodiam est tradita, apud quem cum menses peregisset quatuor, ab angelo lætum illud accepit nuntium. Peperit autem illius mundi Lucem, annum agens quindecimum, vicesima quinta die mensis Decembris.* Trimulam Deo oblatam Virginem præter Eustathium, et Evodium, idem sentiunt Gregorius *De Christi nativitate*, Joannes Damascenus *De fide orthodoxa*, capit. 13, Andreas Cretensis sermone *De Deipara*, Germanus sermone *De Præsentatione*, Georgius Nicomediensis *De Præsentatione*, Cedrenus in *Compendio Historiæ* et alii. Observandum et illud, beat. Virginem ex nostro Eustathio multo juniorem Christum peperisse, quam voluerit Evodius et alii, de quibus hic agere non est præsentis negotii.

Ibid., lin. 22. *Τοῦ λαοῦ τούς*. Josephus sanctissimæ Virginis sponsus bigamusne fuerit, an cælebs, antiqua est in Ecclesia catholica quæstio, ad hanc usque diem variis in utramque partem Patrum testimoniis agitata. Celebris apud Græcos, nec non Latinorum nonnullos fuit opinio eum fuisse bigamum, et aliam ante Virginem habuisse uxorem. Ita Origenes *super Matthæum*, cap. 13; Epiphanius *adversus Antidicomarianitas*; Eusebius lib. II *Eccles. histor.*, cap. 1; Nicephorus, lib. II, cap. 3, ubi etiam refert Hippolytum ejusdem sententiæ auctorem; Gregorius Nyssenus, *De resurrect. Christi* homil. 2; Euthymius *in Matthæi cap.* XII; Œcumenius *super Ep. ad Gal.* cap. I; Theophyl. *super Matthæum*, cap. XIII, et repetit c. XXVII; Hilarius *comment. in Matth.*, can. 1; Ambrosius *in Epist. ad Galat.* cap. I, et Cajetanus, ibidem. Oppositum sensere Hieronymus *adversus Helvidium*, Augustinus, serm. 14 *in Nativitate Domini*, Beda *super cap.* VI *Marci*, et alii recentiores qui secundam sententiam, tanquam magis probabilem et receptam defendunt. Non est tamen silenda temeritas et impudentia in sanctos Patres Gerardi Vossii (quid enim id facinus libertatem appellem), qui primam assertionem ausus sit vocare, non satis piam nec orthodoxam, portentosam, impudentiusculam, ac minus cautam, prout humana interdum fert fragilitas, quod præstantissimi, ac doctissimi viri quandoque dormitant, fuisse sic dictam, vel scriptam. Ideoque sermonem in Annuntiationem sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ qui incipit: Πάλιν χαρᾶς εὐαγγέλια, πάλιν ἐλευθερίας μηνύματα, sæpius sub Joannis Chrysostomi nomine evulgatum, et a Lipomanno, Davide Hœschelio, et aliis, ipse propter hanc opinionem de Josepho, et re uxoria ipsius ante acta tanquam indignam Chrysostomo, Gregorio Thaumaturgo ascribit. Considera, lector, mentem hominis aversam, perversam. Assertionem, quam dignam censet tot ac tantis Patribus Græcis et Latinis, indignam vocat Chrysostomo. Si hoc asserere non est orthodoxum, sed parum pium, portentosum, impudentiusculum, ac minus cautum in Chrysostomo, quomodo pium, orthodoxum, prudens, cautum, ac minime portentosum in Gregorio? ego, ne in tot Patres injurius esse viderer, redderem Vossio verba sua; sed quid? ita nunc mos viget; ita nunc servitium est, profecto modus haberi non potest.

Ibid., lin. 33. *Καὶ ὁ ἀρχιερεύς*. Gregorius Nyssenus: Τοὺς δὲ ἱερεῖς τέως μὲν καθ' ὁμοιότητα τοῦ Σαμουὴλ ἐν τοῖς ἁγίοις ἀνατρέφειν τὴν παῖδα· αὐξηθείσης δὲ, βουλὴν ἀγαγεῖν, ὅ τι ποιήσαντες τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο σῶμα, οὐκ ἂν εἰς τὸν Θεὸν ἐξαμάρτοιεν. Τὸ μὲν γὰρ ὑποζεῦξαι τῷ νόμῳ τῆς φύσεως, καὶ καταδουλῶσαι αὐτὴν διὰ τοῦ γάμου τῷ ἀγομένῳ τῶν ἀτοπωτάτων ἐδόκει. Ἱεροσυλία γὰρ ἄντικρυς ἐνομίσθη θείου ἀναθήματος ἄνθρωπον γενέσθαι κύριον. Ἐπειδὴ κυριεύειν ἐκ τῶν νόμων ὁ ἀνὴρ ἐτάχθη τῆς γυναικός. Τὸ δὲ τοῖς ἱερεῦσιν ἐντὸς τῶν ἀνακτόρων συναναστρέφεσθαι γυναῖκας, καὶ ἐν τοῖς ἁγίοις ὁρᾶσθαι οὔτε νόμιμον ἦν, καὶ ἅμα τῷ πράγματι τῷ σεμνὸν οὐ προσῆν. Βουλευομένοις δὲ αὐτοῖς περὶ τούτων θεόθεν γίνεται συμβουλὴ δοῦναι μὲν αὐτὴν ἀνδρὶ μνηστείας ὀνόματι· τοῦτον δὲ τοιοῦτον εἶναι, οἷον πρὸς φυλακὴν τῆς παρθενίας ἐπιτηδείως ἔχειν. Εὑρέθη τοίνυν ὁ Ἰωσὴφ, οἷον ἐπεζήτει ὁ λόγος, ἐκ τῆς αὐτῆς φυλῆς τε καὶ

πατριᾶς τῇ Παρθένῳ, καὶ μνηστεύει κατὰ συμβουλὴν τῶν ἱερέων ἑαυτῷ τὴν παῖδα. Ἡ δὲ συνάφεια μέχρι μνηστείας ἦν. Τότε μυσταγωγεῖται παρὰ τοῦ Γαβριὴλ ἡ Παρθένος. Non dissimilia habet Epiphanius *adversus Antidicomarianitas*, et alibi.

Col. 773, lin. 35. *Καὶ καταλιπών*. Alii rem hanc ita narrant. Desponsata Virgo parentibus redditur, qui eam domum reducant, et quæ ad futuras nuptias sunt necessaria præparent. Erant sponsalia ejusmodi apud Hebræos, non minoris momenti quam ipsæ nuptiæ, ut auctor est Philo, si quidem in solemni amicorum conventu mariti uxorisque nomina scribebantur in tabulis, et si quid sponsa in domo paterna manens deliquisset, æque plectebatur, ac nupta; ut lapidibus obrueretur, si adulterii rea inventa esset. Mariam autem nuntium ab angelo suscepisse, dum adhuc maneret in domo paterna.

Col. 776, lin. 3. *Ἐν οἷς καὶ τόν*. Similia de causa necis Zachariæ leguntur apud Petrum episcopum Alexandrinum et martyrem in suis *Regulis ecclesiasticis*, quas recepit atque probavit sexta synodus, cap. 1, apud Theodorum Balsamonem.

Ibid., lin. 31. *Οὐκ εἶδον, εἰ μὴ τὸ αἷ*. Tertullianus, in *Scorpiaco*, cap. 8 : *Zacharias intra altare et ædem trucidatur, perennes cruoris sui maculas silicibus assignans ;* et Baronius scribit, se aliquando incidisse in antiquum codicem manu scriptum positum in bibliotheca Vaticana *De peregrinatione ad loca sancta :* in quo eadem de Zachariæ sanguine lapidibus templi indelebili nota inhærente, certa fide consignata erant. Itinerarium item Burdegalense : *In marmore ante aram sanguinem Zachariæ, ibi dicas hodie fusum, etiam parent vestigia militum, qui eum trucidarunt in totam aream utpote in cera fixum esse.* Hippolytus Thebanus in *Chronico* aliter de morte Zachariæ; ait enim eum, dum sacris operaretur de more lapidibus jactis trucidatum fuisse, corporeque raptato in valle Josaphat suspensum : Ἐν γὰρ τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ λιθοβολήσαντες αὐτὸν, καὶ κροταφήσαντες ἀπέκτειναν· καὶ σύραντες ἐκρέμασαν αὐτὸν εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ Ἰωσαφάτ. Hieronymus hoc simplicitati credentium potius tribuit, quam veritati historiæ *in Matthæi* xxiii : *Simpliciores fratres inter ruinas templi, et altaris, sive in portarum exitibus, qui Siloem ducunt, rubra saxa monstrantes, Zachariæ sanguine putant esse polluta. Non condemnamus errorem, qui de odio Judæorum et fidei pietate descendit.*

Ibid., lin. 38. *Ἄλλη δέ τις ἱστορία*. Cyrillus Alexandrinus, *adversus Anthropomorphitas :* Οὗτος τοίνυν ὁ τῷ προφητικῷ Πνεύματι πρὸς τὴν τῶν κρυπτῶν γνῶσιν χειραγωγούμενος, τὸ μυστήριον τῆς παρθενίας ἐπὶ τοῦ ἀφθόρου τόκου κατανοήσας, οὐ κατέκρινε τῷ ναῷ τοῦ τοῖς παρθένοις κατὰ τὸν νόμον ἀποκεκληρωμένου τόπου τὴν πάναγνον μητέρα· διδάσκων τοὺς Ἰουδαίους, ὅτι ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς καὶ βασιλεὺς πάσης κτίσεως ὑποχείριον ἔχει ἑαυτῷ μετὰ πάντων τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, τῷ ἰδίῳ θελήματι πρὸς τὸ δοκοῦν ἄγων, οὐκ αὐτὸς ὑπὸ ταύτης δυναστευόμενος, ὡς ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ εἶναι καινὴν γέννησιν δημιουργῆσαι, ἥτις τὴν γενομένην μητέρα τὸ εἶναι παρθένον οὐκ ἀφαιρήσεται. Διὰ τοῦτο αὐτὴν οὐκ ἀπέκρινε τῷ ναῷ τοῦ χώρου τῶν παρθένων. Ἦν δὲ ὁ τόπος οὗτος τὸ μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ θυσιαστηρίου διάστημα. Ἐπειδὴ οὖν ἤκουον βασιλέα τῆς κτίσεως εἰς γέννησιν ἀνθρωπίνην οἰκονομικῶς προελθεῖν, φόβῳ τὸ μὴ γενέσθαι βασιλεῖ ὑποχείριοι, τὴν μαρτυροῦντα ταῦτα περὶ τοῦ τόκου διαχειρίζονται, πρὸς αὐτῷ θυσιαστηρίῳ τὸν ἱερέα ἱερουργήσαντες. Eadem habet Origenes, *in Matth.* tract. 26, Gregorius Nyssenus, Basilius et alii. Et de eo intelligit Hieronymus *in Matth.* cap. xxiii, libr. iv : *Alii Zachariam patrem Joannis intelligi volunt ex quibusdam Apocryphorum somniis approbantes, quod propterea occisus sit, quia Salvatoris prædicaverit adventum. Hoc quia de Scripturis non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur.* Consule præterea Epiphanium, *De vit. et inter. Prophet.*, cap. 23.

Ibid., lin. 50. *Διακρίνας ὀνείρατα*. Justinus, *Histor.* libr. xxxvi : *Minimus ætate inter fratres Joseph fuit : cujus excellens ingenium veriti fratres, clam interceptum peregrinis mercatoribus vendiderunt. A quibus deportatus est in Ægyptum ; cum magicas ibi artes solerti ingenio percepisset, brevi ipsi regi percharus fuit. Nam et prodigiorum sagacissimus erat, et somniorum primus intelligentiam condidit, nihilque divini juris humanique ei incognitum videbatur ; adeo ut etiam sterilitatem agrorum ante multos annos providerit ; perissetque omnis Ægyptus fame nisi monitu ejus rex edicto servari per multos annos fruges jussisset ; tantaque experimenta ejus fuerunt, ut non ab homine, sed a Deo responsa dari viderentur.* Sed quid aliud ab homine a fide Christiana alieno fideique lumine destituto exspectandum erat, quam prodigia divina virtute, impulsuque peracta in humanas superstitiones illusionesque dæmonum referre? Fatetur tamen ipse veritatem, veritatis ignarus. O vim veritatis rationis humanæ asseclam! quod erat divinæ potentiæ tribuit invitus. Alii aliis somniorum interpretationes ascribunt : Philo Biblicus Abrahamo ; Plinius lib. vii, Amphitrioni Deucalionis filio ; Clemens Alexandrinus Termissæis populis Lyciæ.

Col. 777, lin. 33. *Πρότερον ἕκαστον*. Verba postrema Jacobi ad filios in vicina morte dicta usus obtinuit ut benedictiones vocarentur. Verum Ambrosius, lib. *De benedict. patriarch.*, et Ruffinus, lib. ejusdem tituli ; et Theodoretus, quæst. ult. *in Genes.*, non benedictiones illas, sed potius prophetias non sine ratione appellant.

Ibid., lin. 35. *Καὶ τὴν μὲν εὐλογίαν*. Hieronymus, *Quæstion. Hebraicis in Genes.*, verba Jacobi ita explicat : *Tu, Ruben, es primogenitus meus, major in liberis, et sedebas juxta ordinem nativitatis tuæ, et hæreditatem, quæ primogenitis jure debebatur, sacerdotium scilicet et regnum accipere debebas. hoc quidem in portando onere, et prævalido robore demon-*

stratur. Verum, quia peccasti, et quasi aqua, quæ A *vasculo non tenetur, voluptatis effusus es impetu, idcirco præcipio tibi, ut ultro non pecces, sisque in fratrum numero pœnam ex peccato luens, quod primogeniti ordinem perdidisti.* Ruben enim dormiverat cum Bala uxore patris sui, ideoque multi affirmarunt, post id tempus Jacobum cum Bala rem non habuisse. Historiam tamen hanc uti falsam et ab Hebræis confictam refellit Ambrosius, lib. *De benedict. Patriarch.*, cap. 2 : *Judæi*, inquit, *putant Jacob dixisse hoc ad Ruben, quia cum concubina sua Bala concubuerat, et patrium thorum polluerat ; sed facile refelluntur. Hoc enim erat ante gestum ; Jacob autem non ea quæ gesta erant, sed quæ ventura erant in novissimis diebus professus est se esse dicturum.* B

Col. 777, lin. 37. *Ὁ δὲ Ῥουβὶμ ἡττηθείς.* Ruben in paternum lectum rabido quodam furore insiliisse, ideoque regnum et sacerdotium, tametsi alioqui natu primus esset, non fuisse consecutum, sed Levi, ob sanctitatem, et pietatem, et quia divini honoris causa cognatorum sanguine manus implevisset, sacerdotio donatum, et Judam propter integrum judicium, et rectam scientiam regiam dignitatem obtinuisse insinuat Isidorus Pelusiota, lib. II, epist. 48, et concludit : Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ, τὰ οἰκεῖα κρύπτοντες πλημμελήματα, ἑτέρους καταδικάζουσιν· οὗτος δὲ ἑαυτοῦ μὲν κατεψηφίσατο, τὴν δὲ πεπορνεῦσθαι νομισθεῖσαν ἀπήλλαξε τῆς τιμωρίας· διὰ τοῦτο εἰκότως τῆς βασιλείας ἠξιοῦτο.

C Ibid., lin. 53. *Τελευτήσαντος.* Josephus, *Antiquit.*, lib. II : Τελευτᾷ δὲ βιοὺς ἔτη τὰ πάντα τριῶν δέοντα πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, μηδενὸς μὲν τῶν προγόνων ἀποληφθεὶς ἐπ' εὐσεβείᾳ τοῦ Θεοῦ, τυχὼν δὲ ἀμοιβῆς, ἧς δίκαιον ἦν τοσούτοις ἀγαθὸν γεγονότα. Ἰώσηπος δὲ, συγχωρήσαντος αὐτῷ τοῦ βασιλέως, τὸν τοῦ πατρὸς νεκρὸν εἰς Χεβρῶνα κομίσας, ἐκεῖ θάπτει πολυτελῶς.

Col. 780, lin. 1. *Καὶ ἡ τερέβινθος.* De ejus miraculosa antiquit. Josephus, *De bello Judaico*, lib. V, Δείκνυται δὲ ἀπὸ σταδίων ἓξ τοῦ ἄστεος τερέβινθος μεγίστη, καί φασι τὸ δένδρον ἀπὸ τῆς κτίσεως μέχρι νῦν διαμένειν· de ea Africanus : Ἰακὼβ, ἀπαρεσθεὶς τοῖς ὑπὸ Συμεὼν καὶ Λευὶ πραχθεῖσιν ἐν Σικίμοις διὰ τὴν τῆς ἀδελφῆς φθορὰν εἰς τοὺς ἐπιχωρίους θάψας ἐν Σικίμοις οὓς ἐφέρετο θεοὺς παρὰ τὴν πέτραν ὑπὸ τὴν θαυμασίαν τερέβινθον, ἥτις μέχρι νῦν εἰς τιμὴν τῶν πατριαρχῶν ὑπὸ τῶν πλησιοχώρων τιμᾶται, μετῆρεν εἰς Βεθήλ. Ταύτης παρὰ τὸν πρέμνον τῆς τερεβίνθου βωμὸς ἦν, ἐφ' ὃν τὰς ἐκτενείας ἀνέφερον ἐν ταῖς πανηγύρεσι τῆς χώρας ἔνοικοι. Quæ ultima verba in Africano corrupta ita ex Eustathio restitue : Βωμὸς ἦν, ἐφ' ὃν τά τε ὁλοκαυτώματα καὶ τὰς ἑκατόμβας ἀνέφερον ἐν ταῖς πανηγύρεσιν οἱ τῆς χώρας ἔνοικοι.

Ibid., lin. 14. *Ποικίλαις συμ.* Josephus, *Antiq.* lib. II : Αἰγυπτίοις τρυφεροῖς καὶ ῥαθύμοις οὖσι πρὸς πόνους, καὶ τῶν τε ἄλλων ἡδονῶν ἥττοσι, καὶ δὴ καὶ τῆς κατὰ φιλοκέρδειαν, συνέβη δεινῶς πρὸς τοὺς A Ἑβραίους διατεθῆναι κατὰ φθόνον τῆς εὐδαιμονίας. Ὁρῶντες γὰρ τῶν Ἰσραηλιτῶν γένος ἀκμάζον, καὶ δι' ἀρετὴν καὶ πρὸς τὸ πονεῖν εὔφυῒαν πλήθει χρημάτων ἤδη λαμπροὺς καθ' αὐτῶν αὔξεσθαι, τούτους ὑπελάμβανον· ὧν τ' ἦσαν εὖ ὑπὸ Ἰωσήπου τετυχηκότες διὰ χρόνου μῆκος λήθην λαβόντες, καὶ τῆς βασιλείας εἰς ἄλλον οἶκον μετεληλυθυίας, δεινῶς ἐνύβριζον τοὺς Ἰσραηλίτας, καὶ ταλαιπωρίας αὐτοῖς ποικίλας ἐπενόουν. Philo lib. *De vita Moysis* : Τῆς χώρας ὁ βασιλεὺς, εἰς πολυανθρωπίαν ἐπιδιδόντος ἀεὶ τοῦ ἔθνους, δείσας μὴ οἱ ἔποικοι, πλείους γενόμενοι, δυνατωτέρᾳ χειρὶ τοῖς αὐτόχθοσι περὶ κράτους ἀρχῆς ἁμιλλῶνται, τὴν ἰσχὺν αὐτῶν ἀφαιρεῖν ἐπινοίαις ἀνοσιουργοῖς ἐμηχανᾶτο· καὶ κελεύει τῶν γενομένων τὰ μὲν θήλεα τρέφειν, (ἐπεὶ γυνὴ διὰ φύσεως ἀσθένειαν ὀκνηρὸν εἰς πόλεμον·) τὰ δ' ἄῤῥενα διαφθείρειν, ἵνα μὴ αὐξηθῇ κατὰ πόλεις. Ἐπεὶ εὐανδροῦσα δύναμις δυσάλωτον καὶ δυσκαθαίρετον ἐπιτείχισμα. Hanc autem oppressionem Eusebius in *Chronico* putat statim cœpisse a morte Joseph, et durasse CXLIV annis ; Hebræi in morte Levi, et durasse CXVI annis ; Torniellus initio regni Amenophis, et durasse CVI annis ; Pererius eam durasse LXXXVII annis ; Cornelius a Lapide *in primo capite Exod.* paulo ante nativitatem Moysis, et durasse XC, plus minus annis, scilicet decem annis ante Moysem, et LXXX annis vivente Moyse, cum LXXX anno vitæ suæ Moyses ex ea, et ex Ægypto Hebræos eduxit.

Ibid., lin. 19. *Εἷς δέ τις τῶν παρ'.* Josephus idem habet. Sunt etiam aliæ tres diversæ causæ, quas idem, et Philo superioribus locis innuunt, propter quas Ægyptii affligebant Judæos. Metus, ne ingruente bello se jungerent hostibus Ægyptiorum ; invidia, quia videbant illos sobole numerosa, pulchra, robusta, aliisque animi dotibus instructos ; odium conceptum ex diversitate religionis, indolis et morum.

Ibid., lin. 20. *Προσημαίνει τῷ Φαραώ.* Cajetanus putat fuisse origine non Ægyptium, sed Assyrium. Quidam cum Eusebio dicunt fuisse Mephrem, quem Eusebius quartum regem facit ex dynastia decima octava, quæ est Politanorum. Alii putant, fuisse Ramessem, ex eo quod ab eo, ut videtur, vocata sit D urbs Ramesse, quam in hac afflictione ejus jussu ædificaverunt Hebræi. Gerardus Mercator regem hunc vocat Armesesmianum, quem ait regnasse annos LXVI, et regnare cœpisse quinque annos ante ortum Moysis. Torniellus ait fuisse Amenophim, qui in 18 dynastia Polytanorum septimus est ; et hunc quidam opinantur fuisse Memnonem.

Ibid., lin. 25. *Ἔργα μὲν αὐτοῖς.* Hebræorum servitutem acerbam pluribus describit Philo lib. I *De vita Moysis*, Josephus, *Antiquit.* lib. II, cap. 5; Ezechielus Tragicus apud Eusebium, *De præparat. evangelica*, lib. I. Ex nimio item labore, et æstu plurimi corripiebantur, et moriebantur peste, quos insepultos projiciebant Ægyptii. Opera autem ab Ægyptiis imposita, primum formare lutum in late-

ies, secundum, ædificare urbes Pithom, et Rameses, tertium Nilum in fossas deducere ad irrigandum singulorum agros, et prata, fossasque aggeribus cingere. Josephus insanas substructiones Pyramidum tribuit Hebræis. Artapanus : Τοῦτον δὲ τοῖς Ἰουδαίοις φαύλως προσφέρεσθαι· καὶ πρῶτον μὲν τὴν Κεσσὰν οἰκοδομῆσαι, τό τε ἐπ' αὐτῇ ἱερὸν καθιδρύσασθαι, εἶτα τὸν ἐν Ἡλιουπόλει ναὸν κατασκευάσαι. Cyrillus Glaphyrorum *in Exod.* lib. I : Ὁ δὲ δὴ κακοῦσθαι τρόπος ἦν ὁ ἐπὶ σκαπάναις ἱδρὼς, πλινθουργία μακρὰ καὶ ἄμισθος καὶ μὴν καὶ τὸ ἀναδείμασθαι πόλεις ὀχυρὰς τῷ Φαραὼ, τουτέστι πεπυργωμένας, ἢ οὕτως εὐρείας καὶ μακρὰς, ὡς κομιδῇ ταῖς ἄλλαις εἶναι δοκεῖν, διὰ πληθὺν δηλονότι τῶν ἐνῳκηκότων. Πειθὼ δὲ ἦσαν καὶ Ῥαμεσσῆ, καὶ ἄλλαι πόλεις. Tandem eos servisse in omni famulatu comperimus in operibus terræ.

Col. 780, lin. 31, *Καὶ τὰ παρ' αὐτοῖς*. Similia habent Josephus, Philo, et alii. Item Ezechielus apud Eusebium :

Ἔπειτα κηρύσσει μὲν Ἑβραίων γένει
Τἄρσενικὰ ῥίπτειν ποταμὸν ἐς βαθύρροον.

Ibid., lin. 35. *Ἀβραὰμ ὀνόματι.* Hebraice, et in Bibliis Latinis Amram legitur. Græci suæ orthographiæ canone Ἀμβράμ scripserunt, et alii postea suaviori sono Ἀβραάμ ; ita Demetrius apud Eusebium, *De præparatione*, lib. IX ; Epiphanius, qui ut eum distinguat ab Abraam patriarcha Ἀβραὰμ ἔσχατον eum appellat in *Ancyroto :* Καθὰ δὲ μετὰ τὴν εἰς Αἴγυπτον κάθοδον ἐν τῷ ἑξηκοστῷ πέμπτῳ αὐτοῦ ἔτει γεννᾷ τὸν πατέρα Μωσέως Ἀβραάμ. Γίνονται τοίνυν ἀπὸ τοῦ πρώτου Ἀβραὰμ τοῦ ἑβδομηκοστοῦ αὐτοῦ πέμπτου ἔτους ἕως τῆς γενέσεως τοῦ ἐσχάτου Ἀβραὰμ ἔτη σπ' ; quod ita separavit, quia idem utriusque nomen videbatur.

Ibid. *Γυναῖκα τήν.* Non filiam, sed neptem Levi ; non amitam, sed consobrinam Amram. Nugatur ergo Calvinus, cum Moysem incestuoso matrimonio prognatum esse affirmat, sicut et impudentissime parentes ferinæ immanitatis ob prolis similem expositionem criminatur.

Ibid., lin. 37. *Καὶ ἔκρυπτεν.* Philo, *De vita Moysis :* Γεννηθεὶς οὖν ὁ παῖς εὐθὺς ὄψιν ἐνέφηνεν ἀστειοτέραν ἢ κατ' ἰδιώτην, ὡς καὶ τῶν τοῦ τυράννου κηρυγμάτων· ἐφ' ὅσον οἷόν τε ἦν, τοὺς γονεῖς ἀλογῆσαι. Τρεῖς γοῦν φασι μῆνας ἐφεξῆς οἴκοι γαλακτοτροφηθῆναι λανθάνοντα τοὺς πολλούς. Clemens Alexandrinus, *Stromat.* lib. I, Εὐπατρίδην δὲ τὸν παῖδα ὄντα τρεῖς ἐφεξῆς κρύπτοντες ἔτρεφον μῆνας οἱ γονεῖς, νικώσης τῆς φυσικῆς εὐνοίας τὴν τυραννικὴν ὠμότητα. Ezechielus apud eumdem, et Eusebium :

Ἐνταῦθα μήτηρ ἡ τεκοῦσ' ἔκρυπτέ με
Τρεῖς μῆνας, ὡς ἔφασκεν.

Ibid., lin. 38. *Ὡς δὲ εἶδε τόν.* Clemens Alexandrinus, Δείσαντες δὲ ὕστερον μὴ συναπόλωνται τῷ παιδὶ, ἐκ βίβλου τῆς ἐπιχωρίου σκεῦός τι ποιησάμενοι, τὸν παῖδα ἐνθέμενοι ἐκτιθέασι παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ ἑλώδους ὄντος. Ἐπετήρει δὲ τὸ ἀποβη-

A σόμενον ἄπωθεν ἑστῶσα τοῦ παιδὸς ἡ ἀδελφή. Ezechielus... Οὐ λαθοῦσα δὲ

Ὑπεξέθηκε, κόσμον ἀμφιθεῖσά μοι
Παρ' ἄκρα ποταμοῦ λάσιον εἰς ἕλος βαθύ.
Μαριὰμ δ' ἀδελφή μου κατώπτευεν πέλας.

Fusius hæc omnia Philo.

Ibid., lin. 41. *Καὶ ἡ θυγάτηρ τοῦ Φα.* Eadem leguntur apud Ezechielum, Philonem, Josephum, Clementem Alexandrinum, et alios.

Ibid., lin. 44. *Ἀποροῦσα παιδός.* Artapanus : Τοῦτον δὲ γεννῆσαι θυγατέρα Μέρριν, ἣν Χενεφρῇ τινι κατεγγυῆσαι, τῶν ὑπὲρ Μέμφιν τόπων βασιλεύοντι. Πολλοὺς γὰρ τότε τῆς Αἰγύπτου βασιλεύειν. Ταύτην δὲ στεῖραν ὑπάρχουσαν ὑποβαλέσθαι τινὸς τῶν Ἰουδαίων παιδίον. Τοῦτο δὲ Μώϋσον ὀνομάσαι, ὑπὸ δὲ τῶν Ἑλλήνων
B αὐτὸν ἀνδρωθέντα Μουσαῖον προσαγορευθῆναι. Γενέσθαι δὲ τὸν Μώϋσον τοῦτον Ὀρφέως διδάσκαλον. Mirum est, ut auctor iste in referenda Hebræorum historia cæcutiat, inconcinnaque scribat ; et ausim dicere, quot verba, tot eum errores commisisse. Eorum correctio ex divinis litteris in promptu est ; nec plus Artapano sanior Justinus historicus, omnia susque deque transversa agit, quæ ne sæpius repetere cogeremur, hic semel transcripsimus : *Filius Josephi Moyses fuit, quem præter paternæ scientiæ hæreditatem, etiam formæ pulchritudo commendabat. Sed Ægyptii cum scabiem et vitiliginem paterentur, responso moniti, eum cum ægris, ne pestis ad plures serperet, terminis Ægypti pellunt. Dux igitur*
C *exsulum factus, sacra Ægyptiorum furto abstulit : quæ repetentes armis Ægyptii, domum redire tempestatibus compulsi sunt. Itaque Moyses Damascena antiqua patria repetita montem Synam occupat : quo septem dierum jejunio per deserta Arabiæ cum populo suo fatigatus, cum tandem venisset, septimum diem more gentis Sabbatum appellatum in omne ævum jejunio sacravit : quoniam illa dies famem illis, erroremque finierat. Et quoniam metu contagionis pulso se ab Ægypto meminerant, ne eadem causa invisi apud incolas forent, caverunt ne cum peregrinis communicarent ; quod ex causa factum paulatim in disciplinam religionemque convertit.* Quod hic Justinus de vitiligine refert, nonnulli etiam alii gentium scriptores. Ptolemæus Hephæstio, lib. V de nova historia,
D apud Photium in *Bibliotheca :* Ὅτι φλυαρῶν οὗτος ὁ μυθογράφος Μωσῆς, φησὶν, ὁ τῶν Ἑβραίων νομοθέτης Ἄλφα ἐκαλεῖτο διὰ τὸ ἀλφοὺς ἔχειν ἐπὶ τοῦ σώματος · et Helladius Besantinous in *Chrestomathia :* Ὅτι φλυαρεῖ καὶ οὗτος τὸν Μωσῆν Ἄλφα καλεῖσθαι, διότι ἀλφοῖς τὸ σῶμα κατάστικτος ἦν · et ad dictum suum Philonem testem adhibet. Quod tamen apud Philonem neque in tribus *De vita Moysis* libris, neque alibi legi observavit David Heschelius Adnotationibus *in Photium.* Sed minime dubitarem, Helladium alium a Philone Judæo cujus scripta adhuc exstant, testem adhibuisse ; et fortasse eum, qui de Hierosolyma carmine heroico scripsit, quem item laudat Alexander Polyhistor apud Eusebium, *De præparatione* lib. IX, vel etiam Philonem biblicum

historicum, quod verisimilius duco. Sed gentilium historicorum fabulas, et nugamenta sacra Scriptura refellit, reique veritatem aperit.

Col. 780, lin. 44 *Καὶ πολλάς*. Moysem mammam non externam, sed gentilem admisisse scribit Josephus, lib. II *Antiquitatum*, cap. 5, non dissimilia habet Ezechielus, Philo, Clemens Alexandrinus.

Ibid., lin. 51. *Ἀνδρωθέντα*. De nomine Moysis primaque ejus radice ita Clemens Alexandrinus: Εἶτα τίθεται τῷ παιδίῳ ὄνομα ἡ βασιλὶς Μωϋσῆν ἐτύμως, διὰ τὸ ἐξ ὕδατος ἀνελέσθαι αὐτό. Τὸ γὰρ ὕδωρ μῶϋ ὀνομάζουσιν Αἰγύπτιοι, εἰς ὃ ἐκτέθειται τεθνηξόμενος. Καὶ γάρ τοι Μωϋσῆν τὸν ἀποπνεύσαντα τῷ ὕδατι προσαγορεύουσιν. Ezechielus:

Ὄνομα δὲ Μωσῆν ὠνόμαζε, τοῦ χάριν
Ὑγρᾶς ἀνεῖλεν ποταμίας ἀπ' ἠόνος.

Philo *De vita Moysis*: Εἶτα δίδωσιν ὄνομα θεμένη Μωσῆν ἐτύμως, διὰ τὸ ἐκ τοῦ ὕδατος αὐτὸν ἀνελέσθαι. Τὸ γὰρ ὕδωρ μῶς ὀνομάζουσιν Αἰγύπτιοι. Josephus, *Antiquit.* lib. I: Καὶ αὐτῷ τὴν ἐπίκλησιν ταύτην κατὰ τὸ συμβεβηκὸς ἔθετο εἰς τὸν ποταμὸν ἐμπεσόντι. Τὸ γὰρ ὕδωρ μῶ Αἰγύπτιοι καλοῦσι, ὕσης δὲ τοὺς ἐξ ὕδατος σωθέντας. Συνθέντες οὖν ἐξ ἀμφοτέρων τὴν προσηγορίαν αὐτῷ ταύτην τίθενται. Procopius, Rabanus, et alii eamdem hujus nominis impositionis rationem tradunt. Cornelius a Lapide nomen id non esse Ægyptium, sed Hebræum affirmat, aliamque nominis causam affert, ex Hebræa nominum radice.

Ibid., lin. 55. *Ἐκάλουν δέ*. Aliter Clemens Alexandrinus, lib. I *Strom.*: Δῆλον οὖν, ὡς ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ περιτμηθέντι τῷ παιδίῳ οἱ γονεῖς ἔθεντο ὄνομά τι· ἐκαλεῖτο δὲ Ἰωακείμ. Ἔσχε δὲ καὶ τρίτον ὄνομα ἐν οὐρανῷ μετὰ τὴν ἀνάληψιν, ὥς φασιν οἱ μύσται, Μελχί.

Ibid., lin. 56. *Ἦν δὲ ἀστεῖος*. Philo: Εὐγενῆ καὶ ἀστεῖον ὀφθῆναι. Τελειότερον δὲ τῆς ἡλικίας ἰδοῦσα, κἀκ τῆς ὄψεως ἔτι μᾶλλον ἢ πρότερον σπάσασα, εὐνοίας υἱὸν ποιεῖται, τὰ περὶ τὸν ὄγκον τῆς γαστρὸς τεχνάσασα πρότερον, ἵνα γνήσιος, ἀλλὰ μὴ ὑποβολιμαῖος νομισθῇ. Πάντα δὲ ἐξευμαρίζει Θεὸς ἃ ἂν θελήσῃ, καὶ τὰ δυσκατόρθωτα. Ejus proprietates et lineamenta ita expressit Artapanus apud Eusebium, *De præparatione* lib. IX: Γεγονέναι δέ φησι τὸν Μώϋσον μακρὸν, πυῤῥακῆ, πολιὸν, κομήτην, ἀξιωματικόν.

Col. 781, lin. 1. *Προσάγει αὐτόν*. Hæc eadem iisdem fere verbis leguntur apud Josephum, *Antiquit.* lib. I, cap. 5, quem consule.

Ibid., lin. 25. *Αἰθίοπες δὲ οἱ*. De hac Mosaica expeditione adversus Æthiopas præter Josephum ita Artapanus: Καί ποτε τῶν Αἰθιόπων ἐπιστρατευσαμένων τῇ Αἰγύπτῳ, τὸν Χενεφρῆν, ὑπολαβόντα εὑρηκέναι καιρὸν εὔθετον, πέμψαι τὸν Μώϋσον ἐπ' αὐτοὺς στρατηγὸν μετὰ δυνάμεως. Τὸ δὲ τῶν συγγενῶν αὐτῷ συστῆσαι πλῆθος, ὑπολαβόντα ῥᾳδίως αὐτὸν διὰ τὴν τῶν στρατιωτῶν ἀσθένειαν ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀναιρεθήσεσθαι. Τὸν δὲ Μώϋσον, ἐλθόντα ἐπὶ τὸν Ἑρμουπολίτην ὀνομαζόμενον νομὸν, ἔχοντα περὶ δέκα μυριάδας γεωργῶν, αὐτοῦ καταστρατεῦσαι. Πέμψαι δὲ στρατηγοὺς τοὺς προκαθεδουμένους τῆς χώρας, οὓς δὴ πλεονεκτεῖν ἐπιφανῶς κατὰ τὰς μάχας. Λέγειν δέ φησιν Ἡλιουπολίτας γενέσθαι τὸν πόλεμον τοῦτον ἔτη δέκα.

Ibid., lin. 53. *Ὅπως αὐτὸν στρατηγόν*. Per honorem a se procul ablegare quem quis reformidat, pluribus exemplis omnes historici confirmarunt; quorum magnum numerum in unum congessit Janus Gruterus in secunda parte prolixiorum commentariorum in Taciti insigniora loca in illud in lib. XI *Annalium*: *Amoliri juvenem specie honoris statuit.*

Ibid., lin. 46. *Κιβωτοὺς πλεκτάς*. Totum hoc Moysis stratagema ita enarrat Josephus: Ἔνθα τῆς αὑτοῦ συνέσεως θαυμαστὴν ἐπίδειξιν ἐποιήσατο. Τῆς γὰρ γῆς χαλεπῆς οὔσης ὁδευθῆναι διὰ πλῆθος ἑρπετῶν, (παμφορωτάτη γάρ ἐστιν, ὡς καὶ τὰ παρ' ἄλλοις τούτων οὐκ ὄντα μόνη τρέφειν, δυνάμει τε καὶ κακίᾳ τῷ τῆς ὄψεως ἀσυνήθει διαφέροντα. Τινὰ δὲ αὐτῶν ἐστι καὶ πετεινὰ, ὡς λαθόντα μὲν ἀπὸ γῆς κακουργεῖν, καὶ μὴ προϊδομένους ἀδικεῖν ὑπερπετῆ γινόμενα·) νοεῖ πρὸς ἀσφάλειαν καὶ ἀβλαβῆ πορείαν τοῦ στρατεύματος στρατήγημα θαυμαστόν. Πλέγματα γὰρ ἐμφερῆ κιβωτοῖς ἐκ βίβλου κατασκευάσας, καὶ πληρώσας ἴβεων, ἐκόμιζε. Πολεμιώτατον δ' ἐστὶν ὄφεσι τοῦτο τὸ ζῶον. Φεύγουσί τε γὰρ ἐπερχομένας, καὶ ἀφιστάμενοι καθάπερ ὑπ' ἐλάφων ἁρπαζόμενοι καταπίνονται. Χειροήθεις δ' εἰσὶν αἱ ἴβεις, καὶ πρὸς μόνον τὸ τῶν ὄφεων γένος ἄγριοι. Καὶ περὶ μὲν τούτων παρίημι νῦν γράφειν, οὐκ ἀγνοούντων τῶν Ἑλλήνων τῆς ἴβιδος τὸ εἶδος. Ὡς οὖν εἰς τὴν γῆν ἐνέβαλε τὴν θηροτρόφον, ταύταις ἀπεμάχετο τὴν τῶν ἑρπετῶν φύσιν, ἐπαφεὶς αὐτοῖς, καὶ προπολεμούσαις χρώμενος. Τοῦτον οὖν ὁδεύσας τὸν τρόπον, οὐδὲ προμαθοῦσι παρῆν τοῖς Αἰθίοψι· καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς κρατεῖ τῇ μάχῃ, καὶ τῶν ἐλπίδων ἃς εἶχον ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίους ἀφαιρεῖται· τάς τε πόλεις αὐτῶν ἐπῄει καταστρεφόμενος, καὶ φόνος πολὺς τῶν Αἰθιόπων ἐπράττετο. Καὶ τῆς διὰ Μωϋσῆν εὐπραγίας γευσάμενον τὸ τῶν Αἰγυπτίων στράτευμα πονεῖν οὐκ ἔκαμνεν, ὡς περὶ ἀνδραποδισμοῦ καὶ παντελοῦς ἀναστάσεως τὸν κίνδυνον εἶναι τοῖς Αἰθίοψιν. Meminit item Artapanus: Τοὺς οὖν περὶ τὸν Μώϋσον διὰ τὸ μέγεθος τῆς στρατιᾶς πόλιν ἐν τούτῳ κτίσαι τῷ τόπῳ, καὶ τὴν ἶβιν ἐν αὐτῇ καθιερῶσαι, διὰ τὸ ταύτην τὰ βλάπτοντα τοὺς ἀνθρώπους ἀναιρεῖν· προσαγορεῦσαι δὲ αὐτὴν Ἑρμοῦ πόλιν. Hinc avis hæc sacra Ægyptiis. Herodotus. Sed de hac nonnulla superius.

Ibid., lin. 56. *Ἦν γὰρ αὐτῶν*. Omnia hæc habentur fusius apud Josephum, qui nec Tharmis reginæ perditum amorem in Moysem silentio præterit, ex quibus sua videntur mutuati Græci fabulatores quæ de Scylla et aliis narrant.

Col. 784, lin. 15. *Οὕτω γὰρ ὑπό*. Quænam Moyses doceret Ægyptios indicat Strabo, lib. XVI: *Non recte sentire, qui bestiarum, ac pecorum imagines Deo tribuerunt, itemque Afros, et Græcos qui diis hominum figuram affingerent. Id vero solum esse Deum, quod nos, et terram, ac mare continet; quod*

cœlum, et mundum et rerum omnium naturam appellamus, cujus profecto imaginem nemo sanæ mentis alicujus earum rerum, quæ penes nos sunt, similem audeat effingere. Proinde omni simulacrorum effictione repudiata, dignum ei templum, ac delubrum constituendum, ac sine aliqua figura colendum. Qui caste, ac juste vivunt, eis bona somnia offerri : debere itaque, et pro se, et pro aliis eos dormire in templo, et a Deo subinde aliquid boni, atque indicii exspectare, cæteris nihil sperandum.

Col. 784, lin. 18. *Ἐτιμᾶτο δὲ καί.* Οὕτω δὴ τοὺς Αἰθίοπας, καίπερ ὄντας πολεμίους, στέρξαι τὸν Μώϋσον, ὥστε καὶ τὴν περιτομὴν τῶν αἰδοίων παρ' ἐκείνου μαθεῖν. Οὐ μόνον δὲ τούτους ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱερεῖς ἅπαντας. Verba sunt Artapani; hunc circumcisionis modum mire amplexi sunt, ita ut etiam accepto Christianismo præputia ad hanc usque diem ponant; quod ex antiqua ejus gentis consuetudine facere ipsos sine Judaismi superstitione testatur Josephus Scaliger, lib. VII *De emend. temp.*, p. 640. An propter hoc et a gentilismi superstitione immunes? Scaliger.

Ibid., lin. 22. *Ἔτι δὲ καὶ τήν.* Quæ de divisione Ægypti Eustathius Moysi tribuit videtur tribuere Josepho Alexander Polyhistor ex Artapano : Ἐλθόντα δὲ αὐτὸν εἰς τὴν Αἴγυπτον, καὶ συσταθέντα τῷ βασιλεῖ διοικητὴν τῆς ὅλης γενέσθαι χώρας, καὶ πρότερον ἀτάκτως τῶν Αἰγυπτίων γεωμορούντων, διὰ τὸ τὴν χώραν ἀδιαίρετον εἶναι, καὶ τῶν ἐλασσόνων ὑπὸ τῶν κρεισσόνων ἀδικουμένων, τοῦτον πρῶτον τήν τε γῆν διελεῖν, καὶ ὅροις διασημήνασθαι, καὶ τὴν πολλὴν χερσευομένην γεωργήσιμον ἀποτελέσαι, καί τινας τῶν ἀρουρῶν τοῖς ἱερεῦσιν ἀποκληρῶσαι. Τοῦτον δὲ καὶ μέτρα εὑρεῖν, καὶ μεγάλως αὐτὸν ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων διὰ ταῦτα ἀγαπηθῆναι. Γῆμαι δὲ αὐτὸν Ἡλιουπολίτου ἱερέως Ἀσενὲθ θυγατέρα, ἐξ ἧς γεννῆσαι παῖδας. Præfecturas Ægypti a Memphi ad Thebaidem usque numerat Agatharchides apud Photium in *Bibl.*, Strabo, lib. XVII, Ægyptum scribit primum divisam in præfecturas, Thebaciam in decem, eam, quæ in Delta, in alias decem, Intermediam in sedecim. Tot enim erant hujusmodi præfecturæ, quot labyrinthi aulæ, quæ circiter triginta fuerunt. Rursum præfecturas divisas in toparchias, toparchias in alias portiones, quarum minimæ arva erant et Ægyptii hac exquisita minutaque usi sunt divisione propter continuas finium confusiones, propter Nili incrementa, qui auctus his addebat, aliis adimebat, omnia versa facie rerum commutans, figuris, signisque obrutis. De his præfecturis vide Diodorum, Plinium, et alios.

Ibid., lin. 29. *Πρῶτος γὰρ οὗτος.* Alexander Polyhistor apud Eusebium : Εὐπόλεμος δέ φησι τὸν Μωσῆν πρῶτον σοφὸν γενέσθαι, καὶ γράμματα παραδοῦναι τοῖς Ἰουδαίοις πρῶτον· παρὰ δὲ Ἰουδαίων Φοίνικας παραλαβεῖν, Ἕλληνας δὲ παρὰ Φοινίκων, νόμους τε πρῶτον γράψαι Μωσῆν τοῖς Ἰουδαίοις. Clemens Alexandrinus, lib. I *Strom.* : Εὐπόλεμος δὲ ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ βασιλέων τὸν Μωϋσῆν

A φησι πρῶτον σοφὸν γενέσθαι, καὶ γραμματικὴν πρῶτον τοῖς Ἰουδαίοις παραδοῦναι, καὶ παρὰ Ἰουδαίων Φοίνικας παραλαβεῖν· Ἕλληνας δὲ παρὰ Φοινίκων. His non consentit Joannes Antiochenus in *Archæologia* : Ἔτι τῶν δώδεκα πατριαρχῶν ἦν Ἡσίοδος, ὃς τὰ Ἀσσυρίων γράμματα εἰς Ἑλλάδα γλῶσσαν μετέβαλεν. Illud vero, litteras primum a Moyse Judæis traditas non probat Augustinus, lib. XVIII *De civitate Dei*, cap. 39; censet enim, quemadmodum linguam ita et litteras, ante Moysem fuisse, et ex his quæ superius ex Josepho *De antiquit.* lib. I, attulimus de columnis, altera lapidea, altera lateritia, in quibus nepotes Seth ante illuvionem illam totius orbis scientiam rerum cœlestium ab ipsis inventam, litteris insculptam, consignatamque reliquerunt, satis confirmatur Augustini opinio. Sic item explodenda est Philonis opinio, qui ad Abraham inventionem litterarum Hebraicarum refert.

B

Ibid., lin. 35. *Μετὰ δὲ τὴν κατά.* Quidam tradunt Moysem parta victoria cum redire vellet in Ægyptum, nec dimitteret eum Tharbis, ipsum, ut qui peritissimus esset astrorum, duas imagines sculpsisse in gemmis ejus virtutis, ac potestatis, ut altera memoriam afferret, altera oblivionem, cumque paribus annulis eas inseruisset, alterum scilicet memoriæ sibi reservasse, alterum oblivionis dedisse Tharbis, quem illa induens mox Moysis oblita fuit; sicque ille in Ægyptum redire potuit. Sed nugæ.

C

Ibid., lin. 36. *Καὶ ὁ Χενεφρῆς.* Artapanus : Τὸν δὲ Χενεφρῆν, λυθέντος τοῦ πολέμου, λόγῳ μὲν αὐτὸν ἀποδέξασθαι, ἔργῳ δὲ ἐπιβουλεύειν. Παρελόμενον γοῦν αὐτοῦ τοὺς ὄχλους τοὺς μὲν ἐπὶ τὰ ὅρια τῆς Αἰθιοπίας πέμψαι προφυλακῆς χάριν, τοὺς δὲ προστάξαι τὸν ἐν Διὸς πόλει ναὸν ἐξ ὀπτῆς πλίνθου κατεσκευασμένον καθαιρεῖν· ἕτερον δὲ λίθινον κατασκευάσαι, τὸ πλησίον ὄρος λατομήσαντας· τάξαι δὲ ἐπὶ τῆς οἰκοδομίας ἐπιστάτην Ναχέρωτα.

Ibid., lin. 40. *Τι τοῖς ἀνθρώ.* Artapanus *apud Eusebium* : Τὸν δὲ, ἐλθόντα μετὰ Μωΰσου εἰς Μέμφιν, πυθέσθαι παρ' αὐτοῦ, εἴ τι ἄλλο ἐστὶν εὔχρηστον τοῖς ἀνθρώποις. Τὸν δὲ φάναι γένος τὸ βοῶν, διὰ τὸ τὴν γῆν ὑπὸ τούτων ἀροῦσθαι. Τὸν δὲ Χενεφρῆν, προσαγορεύσαντα ταῦρον Ἄπιν, κελεῦσαι ἱερὸν αὐτοῦ τοὺς ὄχλους καθιδρύσασθαι, καὶ τὰ ζῶα τὰ καθιερωθέντα

D

ὑπὸ τοῦ Μωΰσου κελεύειν ἐκεῖ φέροντας θάπτειν, κατακρύπτειν θέλων τοῦ Μωΰσου ἐπινοήματα.

Ibid., lin. 48. *Τὸν δὲ ὄχλον.* De hoc verba Artapani supra posuimus.

Ibid., lin. 54. *Ἀποξενώσας δέ.* Artapanus : Ἀποξενωσάντων δὲ αὐτὸν τῶν Αἰγυπτίων, ὁρκομοτῆσαι τοὺς φίλους μὴ ἐξαγγεῖλαι τῷ Μωΰσῳ τὴν ἐπισυνισταμένην αὐτῷ ἐπιβουλήν, καὶ προβαλέσθαι τοὺς ἀναιρήσοντας αὐτόν. Μηδενὸς δ' ὑπακούσαντος, ὀνειδίσαι τὸν Χενεφρῆν Χανενώθην, τὸν μάλιστα προσαγορευόμενον ὑπ' αὐτοῦ. Τὸν δὲ, ὀνειδισθέντα, ὑποσχέσθαι τὴν ἐπίθεσιν, λαβόντα καιρόν.

Ibid., lin. 59. *Τότε δὴ καὶ τῆς.* Artapanus : Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν τῆς Μέῤῥιδος τελευτησάσης,

ὑποσχέσθαι τὸν Χενεφρῆν τῷ τε Μωΰσῳ καὶ τῷ Χανενώθῃ τὸ σῶμα, ὥστε, διακομίσαντας εἰς τοὺς ὑπὲρ Αἴγυπτον τόπους, θάψαι, ὑπολαβόντα τὸν Μώϋσον ὑπὸ τοῦ Χανενὼθ ἀναιρεθήσεσθαι. Πορευομένων δὲ αὐτῶν, τὴν ἐπιβουλὴν τῷ Μωΰσῳ ἐξαγγεῖλαί τινα. Τὸν δὲ φυλάσσοντα αὐτὸν τὴν μὲν Μέῤῥιν θάψαι, τὸν δὲ ποταμὸν, καὶ τὴν ἐν ἐκείνῳ πόλιν Μερόην προσαγορεῦσαι. Τιμᾶσθαι δὲ τὴν Μέῤῥιν ταύτην ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων οὐκ ἔλαττον ἢ τὴν Ἶσιν. Omnium, quas Nilus ambit maxima et pulcherrima insula. Multi existimarunt inter quos Josephus lib. II *Antiquit. Judaic.* nomen a Meroe Cambysis sorore, vel, ut Diodorus ait, matre ibi mortua, cum ad Æthiopas ingressus esset, habuisse; ejus meminit Herodotus. De ea Lucanus, lib. X :

Ambitur nigris Meroe fecunda colonis
Læta comis hebeni, etc.

Fuit regia, et metropolis Æthiopum. Heliodorus, lib. X : Ἡ γὰρ δὴ Μερόη, μητρόπολις οὖσα τῶν Αἰθιόπων, τὰ μὲν ἄλλα ἐστὶ νῆσος τριγωνίζουσα ποταμοῖς τῷ τε Νείλῳ καὶ τῷ Ἀσταβόρᾳ, καὶ τῷ Ἀσασόβᾳ περιῤῥεομένη, τοῦ μὲν κατὰ κορυφὴν ἐμπίπτοντος τοῦ Νείλου, καὶ πρὸς ἑκάτερα σχιζομένου, τῶν ἑτέρων δὲ δυοῖν κατὰ πλευρὰν ἑκατέραν θατέρου παραμειβόντων, καὶ αὖθις ἀλλήλοις συμπιπτόντων, καὶ εἰς ἕνα τὸν Νεῖλον τό τε ῥεῦμα τό τε ὄνομα ἐκνικωμένων.

Col. 785, lin. 8. *Αὐτὸς δὲ ἐκ μέν.* Artapanus : Ἀαρῶνα δὲ τὸν τοῦ Μωΰσου ἀδελφὸν, τὰ περὶ τὴν ἐπιβουλὴν ἐπιγνόντα, συμβουλεῦσαι τῷ ἀδελφῷ φυγεῖν εἰς τὴν Ἀραβίαν. Τὸν δὲ, πεισθέντα, ἀπὸ Μέμφεως τὸν Νεῖλον διαπλεύσαντα, ἀπαλλάσσεσθαι εἰς τὴν Ἀραβίαν. Τὸν δὲ Χανεθώθην, πυθόμενον τοῦ Μωΰσου τὴν φυγὴν, ἐνεδρεύειν ὡς ἀναιρήσοντα. Ἰδόντα δὲ ἐρχόμενον, σπάσασθαι τὴν μάχαιραν ἐπ' αὐτόν. Τὸν δὲ Μώϋσον, προκατασχήσαντα, τήν τε χεῖρα κατασχεῖν αὐτοῦ, καὶ σπασάμενον τὸ ξίφος, φονεῦσαι τὸν Χανεθώθην. Διεκδράναι δὲ εἰς τὴν Ἀραβίαν καὶ Ῥαγουήλῳ τῷ τῶν τόπων ἄρχοντι συμβιοῦν, λαβόντα τὴν ἐκείνου θυγατέρα.

Ibid., lin. 25. *Πρῶτος γὰρ κατ.* Artapanus : Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ Χενεφρῆν πρῶτον ἁπάντων ἀνθρώπων ἐλεφαντιάσαντα μεταλλάξαι. Τούτῳ δὲ τῷ πάθει περιπεσεῖν διὰ τὸ τοῦ Ἰουδαίους προστάξαι σινδόνας ἀμφιέννυσθαι, ἐρεᾶν δ' ἐσθῆτα μὴ ἀμπέχεσθαι, ὅπως ὄντες ἐπίσημοι κολάζωνται ὑπ' αὐτοῦ. Eo morbo, ut refert Cornelius Celsus, et alii, *totum corpus afficitur ita ut ossa quoque vitiari dicantur, summa pars corporis crebras maculas crebrosque tumores habet. Rubor harum paulatim in atrum colorem convertitur, summa cutis inæqualiter crassa, tenuis, dura, mollisque quasi squamis quibusdam exasperatur, corpus emacrescit, os, suræ, pedes intumescunt*, etc. Q. Serenus Sammonicus :

Est elephas morbus tristis quoque nomine dirus,
Non solum turpans infandis ora papillis,
Sed cito præcipitans funesta fata veneno.

Isidorus, lib. IV, cap. 8, nominis causam reddit : *Elephantiasis morbus dicitur ex similitudine ele-*

A *phanti : cujus naturaliter dura, et aspera pellis nomen morbo in hominibus dedit : quia corporis superficiem similem facit elephantorum cuti : sive quia ingens passio est, sicut animal ipsum, ex quo derivatum ducit nomen.* Celsus, lib. III, cap. 25, pene ignotum in Italia morbum, ait, in quibusdam regionibus frequentissimum. Lucretius, lib. VI *De rerum. natur.*, solam Ægyptum molestare, nec aliam regionem usquam :

Est elephas morbus, qui propter flumina Nili
Gignitur Ægypto in media, neque præterea usquam.

Plinius, lib. XXIX, cap. 1, scribit Ægypti peculiare hoc malum, in Italia quoque vagatum ; vide.

Ibid., lin. 36. *Ἐπὶ γοῦν τῇ τοιαύτῃ.* Artapanus apud Eusebium. Clemens Alexandrinus ex eodem :
B Ἀρτάπανος γοῦν ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων συγγράμματι ἱστορεῖ κατακλεισθέντα εἰς φυλακὴν Μωϋσέα ὑπὸ Νεχεφρέως τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως, ἐπὶ τῷ παραιτεῖσθαι τὸν λαὸν ἐξ Αἰγύπτου ἀπολυθῆναι, νύκτωρ ἀνοιχθέντος τοῦ δεσμωτηρίου κατὰ βούλησιν τοῦ Θεοῦ ἐξελθόντα, καὶ εἰς τὰ βασίλεια παρελθόντα ἐπιστῆναι κοιμωμένῳ τῷ βασιλεῖ, καὶ ἐξεγεῖραι αὐτόν. Τὸν δὲ, καταπλαγέντα τῷ γεγονότι, κελεῦσαι τῷ Μωϋσῇ τὸ τοῦ πέμψαντος εἰπεῖν ὄνομα Θεοῦ. Καὶ τὸν μὲν, προσκύψαντα πρὸς τὸ οὖς, εἰπεῖν· ἀκούσαντα δὲ τὸν βασιλέα ἄφωνον πεσεῖν· διακρατηθέντα δὲ ὑπὸ τοῦ Μωϋσέως πάλιν ἀναβιῶναι. Id idem et Græcis fabularum involucris innotuit, Ὁ Ἐνδυμίων, inquit Joannes Antiochenus in *Archæologia*, διὰ μυστικῶν
C εὐχῶν ἀπὸ τῆς σελήνης ἐβούλετο μαθεῖν τὸ τοῦ Θεοῦ ὄνομα, καὶ δι' ὀνείρου μαθὼν ἀπέψυξεν. Ὁ δὲ μῦθός φησιν αὐτὸν ὑπὸ τῆς Σελήνης φιλεῖσθαι. Nomen Dei *Ioth, he, vau, he*, quod antiqui dixerunt ἄῤῥητον, ἀνεκφώνητον, ineffabile. An quod effari illud non possent, an quod religione quadam ab eo effando abstinerent, id prisci omnes interpretes diligenter servarunt, pro eo aliud legentes et Græci olim quod scriptum erat Hebraicis characteribus *Ioth, he, vau, he*, יהוה, propter similitudinem legebant *pipi*, quod tamen non probat Hieronymus epistol. 136 : *Nomen* τετραγράμματον, *quod* ἀνεκφώνητον, *id est, ineffabile putaverunt quod his litteris scribitur, Iod, he, vau, he : quod quidam non intelligentes propter elementorum similitudinem, cum in Græcis libris re-*
D *perirent*, pipi *legere consueverunt.* Verum cum de nomine ineffabili sermo sit, conandum est etiam nobis si quid habemus pro Irenæo, lib. I *adversus hæres.* cap. 12, ita enim habet : *Hujus autem quaternationis universus numerus est litterarum viginti quatuor : ἄῤῥητος enim nomen litteras habet in se septem, σιγὴ quinque, πατὴρ quinque, ἀλήθεια septem, quæ composita in se bis quinque, et bis septem* XXIV *numerum adimpleverunt ;* videtur enim falli Irenæus, aut nomen illud σιγὴ una littera debet fieri auctior, a quibus non dissentiunt Græca Epiphanii. Quidam hærent, nec vident quid de illo σιγὴ faciant ; dubitant an addendus articulus ut sit ἡ σιγή, an potius σιγὴν nomen ex infinito ; ut illis non satisfacit, ita nec mihi ; articulus a nomine

diversum quid est; nec quantitas, qualitas, sive etiam jus, mensura nominum ab articulis sumitur; eorum in oratione jus alia satisque omnibus nota. Deinceps cum quatuor sint nomina quæ efferuntur, quare tantum in σιγῇ articulus præponendus, in aliis non item? Nec nomen usquam erit ex infinito, etsi a verbo σιγῶ infinitum σιγᾷν constituimus; quod item aliud est a nomine σιγή. Et si recte consideretur, sex habet in se litteras, et non quinque, habet enim ἰῶτα subscriptum. Et absurdum est, imo impium in re tam levi Irenæum lapsum fateri, quare puto, illum scripsisse σιωπή, sic enim et numerus litterarum sibi constat, nec diversum quid a sententia tradimus. Ita libet opinari, et scribere, donec alius meliora.

Col. 785, lin. 53. *Καί τις τόν*. Artapanus: Τῶν δὲ ἱερέων τὸν ἐκφαυλίσαντα τὰ ἐν τῇ πινακίδι γεγραμμένα μετὰ σπασμοῦ τὸν βίον ἐκλιμπάνειν.

Ibid., lin. 56. *Ὁ δὲ Φαραώ*. Artapanus: Εἰπεῖν τε τὸν βασιλέα σημεῖόν τι αὐτὸν ποιῆσαι. Τὸν δὲ Μωϋσῆν, ἣν εἶχε ῥάβδον ἐκβαλόντα, ὄφιν ποιῆσαι. Πτοηθέντων δὲ πάντων, ἐπιλαβόμενον τῆς οὐρᾶς, ἀνελέσθαι, καὶ πάλιν ῥάβδον ποιῆσαι.

Col. 788, lin. 1. *Τούτου δὲ ἐπί*. Artapanus: Τοῦ δὲ βασιλέως ἔτι ἀφρονουμένου, τὸν Μώϋσον χάλαζάν τε καὶ σεισμοὺς διὰ νυκτὸς ἀποτελέσαι, ὥστε τοὺς τὸν σεισμὸν φεύγοντας ἀπὸ τῆς χαλάζης ἀναιρεῖσθαι, τούς τε τὴν χάλαζαν ἐκκλίνοντας ὑπὸ τῶν σεισμῶν διαφθείρεσθαι. Συμπεσεῖν δὲ τότε τὰς μὲν οἰκίας πάσας τῶν τε ναῶν τοὺς πλείστους. Plagas Ægypti breviter Ezechielus prosequitur in dramate cui nomen Ἐξαγωγή·

Ἐν τῇ δὲ ῥάβδῳ πάντα ποιήσεις κακά.
Πρῶτον μὲν αἷμα ποτάμιον ῥυήσεται,
Πηγαί τε πᾶσαι καὶ ὑδάτων συστήματα,
Βατράχων τε πλῆθος καὶ σκνῖπας ἐμβαλῶ χθονί·
Ἔπειτα τέφραν οἷον καμιναίαν σπερῶ.
Ἀναβλύσει δὲ ἐν βροτοῖς ἕλκη πικρά.
Κυνόμυια δ' ἥξει, καὶ βροτοὺς Αἰγυπτίων
Πολλοὺς κακώσει. Μετὰ δὲ ταῦτ' ἔσται πάλιν
Λοιμός, θανοῦνται δ' οἷς ἔνεστι καρδία
Σκληρά. Πικρανῶ δ' οὐρανόν. Χάλαζα νῦν
Σὺν πυρὶ πεσεῖται, καὶ νεκροὺς θήσει βροτούς·
Καρποί τ' ὀλοῦνται, τετραπόδων τε σώματα.
Σκότος δὲ θήσω τρεῖς ἐφ' ἡμέρας ὅλας,
Ἀκρίδας τε πέμψω, αἳ πέριξ τὰ βρώματα
Ἅπαντ' ἀναλώσουσι, καὶ καρποῦ χλόην.
Ἐπὶ πᾶσι τούτοις τέκν' ἀποκτενῶ βροτῶν
Πρωτόγονα. Παύσω δ' ὕβριν ἀνθρώπων κακῶν.
Φαραὼ δὲ βασιλεὺς πείσετ' οὐδὲν ὧν λέγω·
Πλὴν τέκνον αὐτοῦ πρωτόγονον ἕξει νεκρόν.
Καὶ τότε φοβηθεὶς λαὸν ἐκπέμψει ταχύ.

Ibid., lin. 6. *Ὡς δὲ καὶ ἐπὶ τοῦτο*. Artapanus: Προελθόντα δὲ μικρὸν τὸν Νεῖλον τῇ ῥάβδῳ πατάξαι. Τὸν δὲ ποταμὸν, πολύχουν γενόμενον, κατακλύζειν ὅλην τὴν Αἴγυπτον. Ἀπὸ τότε δὲ καὶ τὴν κατάβασιν αὐτοῦ γίνεσθαι. Causas incrementi et decrementi Nili omni ætate quidem abstrusas, et de quibus inter auctores priscos et recentiores mira certamina, Artapanus hic ad divinam sapientiam providentiamque refert; quem secutus est Eustathius. Theodoretus, lib. IV *De Græcorum affectionibus*, Εἰ δὲ καὶ ἄλλας αἰτίας τῆς τούτου γε πλημμυρίας εἶναί

A φασί τινες, ἀλλ' οὐκ ἔμοιγε ἁρμόττειν τόνδε νῦν τὸν λόγον ὑπείληφα. Καὶ γὰρ τοῖς ἄλλοις παρεγγυῶ τῆς μὲν θείας οἰκονομίας μὴ πολυπραγμονεῖν τὰς αἰτίας, θαυμάζειν δὲ τὰ γινόμενα καὶ τὸν ποιητὴν ἀνυμνεῖν. Et Aristides prudentissimus et τεχνικώτατος orator, oratione Ægyptiaca, magnæ Dei sapientiæ, ac providentiæ tribuit, qui quem in locum nullam erat pluviam demissurus, in eum Nilum quasi vicarium suum induxerit, qui pluviæ vicem regionis illius incolis præstaret, atque eo tempore donum hoc conferat in homines quo tum ipsis opportunum sit maxime, tum regioni non minorem, quam pro necessitate; verum insigniter copiosum proventum conciliet. Et hanc unicam dicit se videre causam cur Nilus per Ægyptum fluat, atque æstate sit ma-

B ximus. Ὅπως δ' εἰς τοῦτο ἥκει, καὶ ὅθεν ἤρξατο τῆς ἀναβάσεως ἐκπέφευγε τὴν ἱστορίαν. Τὸ δὲ δὴ καὶ μόνην ταύτην ἁπασῶν χωρῶν, ὥσπερ τι ζῶον, καθεστάναι πρὸς ἀμφότερα ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ, τοτὲ μὲν χερσαίαν εἶναι, καὶ ἐφ' αὐτῆς ἐπὶ τοῦ ξηροῦ, αὖθις δ' ἐν τῷ ὕδατι διαιτᾶσθαι, τῷ χρὴ ταῦτα προσθεῖναι πλὴν ἢ τῇ μεγάλῃ σοφίᾳ καὶ προνοίᾳ τοῦ Θεοῦ; ὅστις, εἰ μὴ ἥκιστα ἔμελλεν ὕειν, τὸν Νεῖλον ἐπήγαγε μιμητήν τινα ἑαυτοῦ, καὶ ἀντὶ ὄμβρων εἶναι τοῖς ταύτης τῆς δωρεᾶς αὖ τηνικαῦτα ἐπήγαγεν, ἡνίκα τοῖς τε ἀνθρώποις ἔμελλε μάλιστα ἐν καιρῷ ἔσεσθαι, καὶ τῇ χώρᾳ τὴν φορὰν οὐ μόνον οὐκ ἐλάττω τῆς ἱκανῆς, ἀλλὰ καὶ θαυμαστὴν πλήθει παρέξεσθαι. Ταύτην ἐγὼ μόνην αἰτίαν ἐπινοῶ, δι' ἣν Νεῖλος δι' Αἰγύπτου καὶ τῶν ἐκείνῃ ῥεῖ καὶ μέγιστος δὴ τοῦ θέρους. Quare

C jure merito *imbriferum* vocavit Martialis, *Epigram.* lib. I, epigr. 62, vers. 5:

Apollodoro plaudit imbrifer Nilus,

quod Ægyptiis sit loco imbrium cœlestium, et pluviarum, quando totam Ægyptum quotannis inundatione sua fecundat; inferneque præbet aquarum commoda. Philo, *De vita Moysis*: Τάχα δ' ἐπεὶ καὶ περιττὸν ἦν ἐν Αἰγύπτῳ χειμῶνα γενέσθαι· πρὸς 3 γὰρ αἱ τῶν ὄμβρων φοραὶ χρήσιμοι, καὶ ὁ ποταμὸς λιμνάζων τὰς ἀρούρας εἰς καρπῶν ἐτησίων γένεσιν. Ἡ δὲ φύσις οὐ ματαιουργὸς, ὡς ὑετὸν χορηγεῖν μὴ δεομένῃ γῇ, καὶ ἅμα χαίρει τῷ πολυτρόπῳ καὶ πολυσχιδεῖ τῶν ἐπιστημονικῶν ἔργων, τὴν συμφωνίαν τοῦ παντὸς ἐξ ἐναντιοτήτων ἐναρμοσαμένη, καὶ διὰ τοῦτο

D τοῖς μὲν ἄνωθεν ἐξ οὐρανοῦ, τοῖς δὲ κάτωθεν ἐκ πηγῶν τε καὶ ποταμῶν παρέχει τὴν ἐξ ὕδατος ὠφέλειαν· et inferius: Ὁ γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ ποταμὸς, καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ταῖς ἐπιβάσεσι πλημμυρῶν, ὅταν ἀρδεύῃ τὰς ἀρούρας, τί ἕτερον ἢ ὑετός ἐστι κάτωθεν ἐπινίφων. Et rursum: Τῆς γὰρ χώρας οὐχ ὑετῷ, καθάπερ αἱ ἄλλαι, νιφομένης, ἀλλὰ ταῖς τοῦ ποταμοῦ πλημμύραις εἰωθυίας ἀνὰ πᾶν ἔτος λιμνάζεσθαι, θεοπλαστοῦσι τῷ λόγῳ τὸν Νεῖλον Αἰγύπτιοι, ὡς ἀντίμιμον οὐρανοῦ γεγονότα, καὶ περὶ τῆς χώρας σεμνηγοροῦσιν. Possumus etiam dicere Martialem Eudoxi, Callisthenis historici, et aliorum sententiam secutum de incremento Nili, qui imbribus et oppositis temporum anni rationibus rem imputabant; quando enim illis æstas est qui sub æstivo habitant tropico,

iis qui e regione sub brumæ circulo degunt, hiemem esse, a quibus tum exundans aqua prorumpit; quæ fuit etiam opinio Plutarchi, lib. *Περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος* hanc forte opinionem Martialis cum haberet in animo, dum hæc scriberet, nuncupavit Nilum imbriferum, non quod loco imbrium et pluviarum sit, sed quod imbres, et pluvias quibus intumescit effunditurque extra ripas, et eluvione tanquam mari quodam Ægyptum operiens adventu suo fecundat, ferat. De Nili autem incremento, et decremento, et ejus causis Plutarchus de placitis philosophorum lib. IV, cap. 1; Diodorus Siculus, lib. I *Biblioth. hist.*; Aristides, *oratione Ægyptiaca*; Strabo, lib. XVII; Joannes Xiphilinus *in Epit. Dionys.*; Heliodorus, *Æthiop.* lib. II; Theodoretus *De curat. Græc. affectuum* l. IV; Herod. l. II; Theophylactus Simocatus, *Hist.* lib. VII, cap. 17, qui omnia sua scripsit fere αὐτολεξεὶ ex Diodoro Siculo bono illo viro ne nominato quidem; Seneca, Joannes Leo, et plures alii.

Col. 788. lin. 10. *Ὁ γοῦν Φαραώ.* Artapanus: Τούτου δὲ γενομένου, τὸν βασιλέα τοὺς ὑπὲρ Μέμφιν καλέσαι, καὶ φάναι αὐτοὺς ἀναιρήσειν, καὶ τὰ ἱερὰ κατασκάψειν, ἐὰν μὴ καὶ αὐτοὶ τερατουργήσωσι. Τοὺς δὲ τότε διά τινων μαγγάνων καὶ ἐπαοιδῶν δράκοντα ποιῆσαι, καὶ τὸν ποταμὸν μεταχρῶσαι. Τὸν δὲ βασιλέα, φρονιματισθέντα ἐπὶ τῷ γεγονότι, πάσῃ τιμωρίᾳ καὶ κολάσει καταικίζειν τοὺς Ἰουδαίους. Τὸν δὲ Μώϋσον, ταῦτα ὁρῶντα, ἄλλα τε σημεῖα ποιῆσαι, καὶ πατάξαντα τὴν γῆν τῇ ῥάβδῳ, ζῶόν τι πτηνὸν ἀνεῖναι, ὃ λυμήνασθαι τοὺς Αἰγυπτίους, πάντα τε ἐξελκωθῆναι τὰ σώματα. C Τῶν δὲ ἰατρῶν μὴ δυναμένων ἰᾶσθαι τοὺς κάμνοντας, οὕτω πάλιν ἀνέσεως τυχεῖν τοὺς Ἰουδαίους. Horum sacerdotum principes fuere Jannes et Mambre, II Timoth. III, de quorum sepulcro mira narrat Palladius in *Historia Lausiaca* in Macario Alexandrino, ab eo visa et comperta; scilicet sepultos eos esse in hortis, in quibus ipsi dum viverent, omnis generis arbores plantaverant, sperantes fore, ut post mortem in illo quasi Paradiso deliciis fruerentur. Hic autem locus tenebatur a dæmonibus, qui proinde Macarium eum ingredientem invaserunt, sed ab eo signo crucis fugati sunt. Macarius vero singula lustrans invenit fructum malorum punicorum, quæ nihil intus habebant; erant enim arefacta a sole, plurima item aurea donaria: Ἐπεθύμησέ ποτε οὗτος ὁ αὐτὸς, ὡς αὐτὸς ἡμῖν διηγήσατο, εἰς τὸ κηποτάφιον εἰσελθεῖν τοῦ Ἰαννοῦ καὶ Ἰαμβροῦ τῶν μάγων τῶν ἐπὶ τοῦ Φαραὼ χάριν ἱστορίας ἢ καὶ συντυχίας τῶν ἐκεῖσε δαιμόνων. Ἐλέγετο γὰρ παμπόλλους καὶ χαλεποὺς ἀποκεκληρῶσθαι παρ' αὐτῶν ἐκείνων τῷ τόπῳ ἐκείνῳ δαίμονας δι' ὑπερβολὴν τῆς ἀτίμου τέχνης αὐτῶν. Τοῦτο δὲ τὸ κηποτάφιον γέγονε παρ' αὐτοῦ τοῦ Ἰαννοῦ καὶ Ἰαμβροῦ τῶν ἀδελφῶν, δι' ὑπερβολὴν τῆς μαγικῆς τέχνης τὰ πρῶτα ἐχόντων κατ' ἐκεῖνον καιροῦ παρὰ τῷ Φαραὼ, πολλὴν κεκτημένοι δυναστείαν τὴν ἐν Αἰγύπτῳ ἐν τῷ τῆς ζωῆς αὐτῶν χρόνῳ. Ἐκ τετραπέδων λίθων ἔκτισαν τὸ ἔργον ἐκεῖνο, ἐν αὐτῷ μνῆμα πεποιηκότες, καὶ χρυσὸν πολὺν ἀποθέμενοι. Ἐφύτευσαν οὖν καὶ δένδρα παντοῖα, καὶ φρέαρ ὕδα-

A τος μέγιστον ὤρυξαν· ὕπιγμος γάρ ἐστιν ὁ τόπος. Ταῦτα δὲ πάντα ἐποίησαν ἐλπίζοντες μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκεῖσε ἄφιξιν ἐν τούτῳ τῷ παραδείσῳ τρυφᾷν. Et inferius: Ἔλεγεν δὲ ὁ ἅγιος, ὅτι, ἐγγίσαντός μου μόνον τῷ κηποταφίῳ, ἀπ' αὐτοῦ ἐξῆλθον εἰς συνάντησίν μου ἑβδομήκοντα δαίμονες παντοίῳ τῷ σχήματι, οἱ μὲν βοῶντες, οἱ δὲ πηδῶντες, οἱ δὲ μετὰ μεγάλου βρυγμοῦ τρύζοντες κατ' ἐμοῦ τοὺς ὀδόντας· ἕτεροι δὲ ὡς κόρακες πτερυσσόμενοι ἐτόλμων κατὰ τῆς ὄψεώς μου λέγοντες. Et nonnullis interjectis: Εἰσελθὼν οὖν, φησὶν, ἐθεασάμην τὰ πάντα, ἐν οἷς εὗρον καὶ κάδον χαλκοῦν ἁλύσει σιδηρᾷ κρεμάμενον κατὰ τοῦ φρέατος λοιπὸν τῷ χρόνῳ ἀναλωθέντα, καὶ καρπὸν ῥοιῶν οὐκ ἐχουσῶν ἔνδον οὐδέν· ἐξήραντο γὰρ ὑπὸ τοῦ ἡλίου.

Ibid., lin. 25. *Καὶ πένθους.* Artapanus: Τελευ- B ταῖον τοιαύταις συμφοραῖς περιπεσόντα τὸν βασιλέα τοὺς Ἰουδαίους ἀπολῦσαι. Τοὺς δὲ χρησαμένους παρὰ τῶν Αἰγυπτίων πολλὰ μὲν ἐκπώματα, οὐκ ὀλίγον δὲ ἱματισμὸν, ἄλλην τε παμπληθῆ γάζαν, διαβάντας τοὺς κατὰ τὴν Ἀραβίαν ποταμοὺς, καὶ διαβάντας ἱκανὸν τόπον, ἐπὶ τὴν Ἐρυθρὰν τριταίους ἐλθεῖν θάλασσαν.

Ibid., lin. 33. *Μηδεὶς δ' ὑπολάβῃ.* Res hæc altiorem requirit indaginem, quare hic plura adducere supersedeo. Vide expositiones quas affert Origenes ad hunc locum in *Philocalia*, capit. ultimo.

Ibid., lin. 37. *Ἀλλὰ γινωσκέτω.* Quod ea quæ de Deo dicuntur in Scriptura absona congruo sensu dici censendum sit, late probat Origenes homil. 19 in illud Jeremiæ, *Decepisti me, Domine, et deceptus sum*, quam una cum aliis a nobis Latinas factas edidit Michael Ghislerius suis *in Jeremiam* Commentariis.

Col. 789, lin. 8. *Οἱ δὲ, διαιρεθείσης.* Artapanus: Ἡλιουπολίτας δὲ λέγειν ἐπικαταδραμεῖν τὸν βασιλέα μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἅμα καὶ τοῖς καθιερωμένοις ζώοις, διὰ τὸ τὴν ὕπαρξιν τοὺς Ἰουδαίους τῶν Αἰγυπτίων χρησαμένους διακομίζειν. Τῷ Μωΰσῳ θείαν φωνὴν γενέσθαι πατάξαι τὴν θάλασσαν τῇ ῥάβδῳ. Τὸν δὲ Μώϋσον ἀκούσαντα ἐπιθίγειν τῇ ῥάβδῳ τοῦ ὕδατος, καὶ οὕτω τὸ μὲν νᾶμα διαστῆναι, τὴν δὲ δύναμιν διὰ ξηρᾶς ὁδοῦ πορεύεσθαι. Συνεμβάντων δὲ τῶν Αἰγυπτίων καὶ διωκόντων, φησὶ πῦρ αὐτοῖς ἐκ τῶν ἔμπροσθεν ἐκλάμψαι, τὴν δὲ θάλασσαν πάλιν τὴν ὁδὸν ἐπικλύσαι. Τοὺς δὲ Αἰγυπτίους ὑπό τε τοῦ πυρὸς, D καὶ τῆς πλημμυρίδος πάντας διαφθαρῆναι. Gentiles hunc transitum Hebræorum sicco pede per mare ascripsere non miraculo, sed reciprocationi maris. Idem dixerunt Memphitæ eodem Artapano teste: Καὶ Μεμφίτας μὲν λέγειν ἔμπειρον ὄντα τὸν Μώϋσον τῆς χώρας, τὴν ἄμπωτιν τηρήσαντα, διὰ ξηρᾶς τῆς θαλάσσης τὸ πλῆθος περαιῶσαι. Hanc gentilium opinionem multis refellit Diodorus Catena *in Genes.*: Ἐπειδὴ ἴχνη τοῦ τότε γεγενημένου θαύματος εἰσέτι καὶ νῦν δείκνυται τῆς Ἐρυθρᾶς ἀμπωτιζούσης, καὶ τῆς ὑπηργμένης παρὰ τοῦ Θεοῦ δωρεᾶς τοῖς Ἑβραίοις ἀνάμνησιν παρεχούσης. Ἕλληνες τὸ γινόμενον πρόφασιν λαμβάνουσιν εὐσεβείας ἐν πλείοσι τῆς θαλάσσης τόποις δεικνύντες ἀμπωτισμοὺς, φύσεως ἔργον, οὐ θείου θαύματος. Ἡμεῖς συγχωρήσαντες αὐτοῖς ὅ

βούλονται νοεῖν, καὶ τῆς φύσεως εἶναι τὸν ἀμπωτισμὸν κατὰ τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἀπώλοντο μὲν οἱ Αἰγύπτιοι, διεσώθησαν δὲ οἱ Ἑβραῖοι, πυθώμεθα αὐτῶν εἴ που τῆς θαλάσσης ἀμπωτισμὸς μέσον τέμνει καὶ κόλπον, καὶ τοῦτον σχοινοτενῶς, ὥστε γυμνοῦν τὸν κρυπτόμενον αὐτοῖς τόπον, καὶ ποιεῖν ὁδὸν πλατεῖαν, μᾶλλον δὲ ὁδοὺς εὐθείας, ὅπερ τοὺς Ἰσραηλίτας παρέσχε Θεὸς κατὰ τὸν Δαδ λέγοντα· « Τῷ καταδιελόντι τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν εἰς διαιρέσεις· » καὶ εἰς τὸ θαλάττιον ὕδωρ, σχισθὲν ἐκ δεξιῶν τε καὶ ἐξ εὐωνύμων, φύσιν ἔχει στῆναι δίκην τειχῶν ἀῤῥαγὲς, ὅπερ ἐπὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν γέγονεν ὁδῷ τοῖς θαλαττίοις τόποις χρωμένων. Εἰ δὲ ἀπιστεῖεν ὅτι ταῦτά ποτε γέγονε, διὰ τί μὴ, τῆς κατὰ μέρος ἀντιλογίας ἀφέντες, αὐτὸ τοῦτο ζητοῦσι πρὸς ἡμᾶς διδασκάλῳ χρώμενοι τῇ ἀληθείᾳ. Μᾶλλον δὲ τὴν ἀλήθειαν ἐκ τῶν ἀποδεικνυμένων πραγμάτων διδασκόμενοι. Ἐγχωρεῖ τὴν Ἐρυθρὰν ἀμπωτίζειν, πῆ μὲν ἐπιτρέχουσαν, πῆ δὲ ἀναχωροῦσαν; Ἀλλ' ἐπὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν οὐκ ἦν ἀμπωτισμός. Πῶς γὰρ τὸ σχισθῆναι τὴν θάλασσαν, καὶ παγῆναι εἰς τειχῶν στάσιν εἴη ἂν ἀμπωτισμός; Josephus dubitat, an divisio hæc fuerit miraculosa, vel naturalis. *Nam et Alexandri magni ductu*, inquit, *mare Pamphylicum cessit, et iter aperuit, cum Deus ejus opera ad destruendum Persarum imperium uti decrevisset.* Hebræi negant, suos majores totum mare Rubrum tranasse, sive a littore Ægyptio in littus Arabicum, sed quod grandius est, ut refert Genebrardus, miraculum, ad idem littus, ducto intra mare longo circuitu, et quasi semicirculo, unde ingressi fuerant revertisse probant. Quia hærebant in deserto Ethan ante transitum, deinde post transitum in eodem se reperiunt; ubi per tres dies vagati castra ponunt in Mara, Exod. XIII. Deinde mare Rubrum dividit Ægyptum ab Arabia, non a terra sancta. Imo vero non fuit necesse ut ingrederentur mare, nisi ut submergeretur Pharao. Josephus et nostri de littore in littus. Alii, quos sequitur Origenes homil. 5 *in Exodum*, Genebrardus *in psalm.* CXXXV, Epiphanius hæres. 64, affirmant, mare Rubrum fuisse divisum in duodecim sectiones, ita pari gressu per illud incederent duodecim tribus, quælibet enim sua sectione incedebat. Philo tamen, Theodoretus, Euthymius in psalm. CXXXV unicam tantum fuisse tradunt. Sic etiam Hebræorum illa traditio est, tribum Juda, ejusdemque ducem Aminadab, cæteris trepidantibus, primum ingressum esse mare, ideoque tribum Juda deinceps fuisse primam, et ducem aliarum, meritamque esse regnum, et huc alludi Cant. VI, 11 : *Anima mea conturbavit me propter quadrigas Aminadab;* et Oseæ XI, 12 : *Judas autem descendit testis cum Deo, et cum sanctis fidelis.* Hieronymus traditionem hanc fabulam vocat. Hujus transitus vestigia, et tractus curruum rotarumque orbitas manere, repararique tum in littore, tum in ipso mari Rubro tradit Orosius, lib. I, cap. 10; idem insinuat Diodorus in *Catena*. Illud item ridiculum est, pseudo-Moysem quemdam Cretensem, Mosai-

A cum huc miraculum tempore Theodosii imperatoris imitari volentem multis Hebræis excidio fuisse, Socrates, lib. VII *Hist.*, cap. 38.

Col. 789, lin. 19. *Καὶ ὁ Ῥαγουῆλος*. De Raguelo, et ejus parentibus plura Eusebius *De præparatione evang.*, lib. IX, ex Ezechielo et Demetrio, qui Jothor et Raguelum diversos facit, tradit enim Abraham ex Cethura genuisse Jexan, ex quo natus est Dadan, a quo Raguelus pater Jetho, cujus filiam Moyses accepit uxorem. Hebræi, Lyranus et Abulensis tradunt, Raguelum fuisse quadrinomium. Primo enim vocabatur Raguel, Exod. II et III, Jethro, id est *Addens*, ipse enim addidit unum caput *Legi*, de ordinatione populi per tribunos, centuriones, quinquagenos et decanos, Exod. XVIII. Vocatur Cinæus,
B Judic. IV. Tandem vocatur Hobab, id est *Amans*, quia dilexit legem Dei, et ad Judaismum est conversus, ut Exod. XVIII. Alii probabilius putant, Hobab non esse Raguelum, Ragueli filium, de quo Numer. X.

Ibid., lin. 20. *Ἐπαγόμενος*. Moyses enim, ut Epiphanius, hæres. 78, tradit, postquam prophetæ munus suscepit, uxoris notitia abstinuit, ut purus tam sanctæ functioni vacaret; quod totidem verbis se postea reperisse in *Traditionibus Hebræis* tradit Genebrardus.

Ibid., lin. 30. *Ὁ Μωϋσῆς ἐτελεύτησε*. Ambrosius, lib. I *De Cain et Abel*, c. 2, asserit Moysem nondum mortuum esse, sed translatum ad meliorem vitam;
C et cum scriptum est, eum esse mortuum, intelligi non de interitu qui fit per separationem animæ a corpore, sed de translatione ad felicem et beatam vitam. Illi assentitur Hilarius Pictaviensis *in Matthæum*, can. 20. Idem ex recentioribus tradit Ambrosius Catherinus in illud III, 24 Genes. : *Collocavit ante paradisum voluptatis cherubin.* Et in illud Gen. II, 8 : *Plantaverat Dominus paradisum Eden.* Hebræi, eum translatum vivum existimant, quare Philo sepulcrum ejus non inveniri scribit : Περὶ ὧν ἱερουργοῦσιν Ἄβελ τε καὶ Κάϊν δίδωμί σε, φησὶ, Θεὸν Φαραώ. Θεὸς δὲ ἔλλειψιν ἢ πρόσθεσιν οὐκ ἀνέχεται πλήρης, καὶ ἰσαίτατος ὢν ἑαυτῷ. Παρ' ὃ καὶ τὴν ταφὴν λέγεται μηδὲ εἷς εἰδέναι τούτου. Τίς γὰρ ἂν γένοιτο ἱκανὸς τὴν πρὸς τὰ ὄντα μετανάστασιν ψυχῆς
D τελείας κατανοῆσαι; Idem repetit in fine lib. *De vita Moysis*, et rabbi Samuel Marrochianus lib. *De adventu Messiæ*, quem Judæi temere exspectant, hæc habet cap. 12 : *De Moyse etiam non est dubitandum, quin sit in cælo in corpore et anima, ut dicit Deuter.* XXXIV, 6 : « *Dixit Deus ad Moysem : Ascende in montem nocte, et morere ibi, et ascendit in montem, et mortuus est ibi ; et nescivit homo sepulcrum ejus usque in hodiernum diem.* » *Et quid significat, quod sepulcrum ejus est ignotum in terra, cum ipse fuit propheta major, et sanctior aliis, nisi quod Deus resuscitavit eum, et assumpsit eum in corpore, et anima, sicut alios justos assumpsit, et elevavit ad locum ubi sunt?*

Ibid., lin. 32. *Καὶ ἐξάγει τόν*. Artapanus Hebræos per triginta annos in deserto vagatos fuisse

scribit : Τοὺς δὲ Ἰουδαίους, διαφυγόντας τὸν κίνδυνον, τριάκοντα ἔτη ἐν τῇ ἐρήμῳ διατρίψαι, βρέχοντος αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ κρίμνον ὅμοιον ἐλύμῳ, χιόνι παραπλήσιον τὴν χρόαν.

Col. 789, lin 34. *Οἱ γὰρ χάριν*. Antiquum peregre proficisci religionis ergo meminit et Gregorius Nyssenus *De Vita S. Macrinæ virginis :* Πάντως δὲ οὐκ ἀμνημονεῖς τῆς συντυχίας, ὅτε κατ' εὐχὴν ἐν Ἱεροσολύμοις, ἐπιφοιτᾷν μέλλων, ἐφ' ᾧ τὰ σημεῖα τῆς τοῦ Κυρίου διὰ σαρκὸς ἐπιδημίας ἐν τοῖς τύποις ἰδεῖν συνέδραμόν σοι κατὰ τὴν Ἀντιόχου πόλιν.

Ibid., lin. 37. *Τό τε Σιναῖον ὄρος*. De monte Sinai, ejusque locis sacris plura Petrus Bellonius, *Observationum* lib. II, cap. 62 et seq., de quo multa sacræ litteræ, insignis ille quidem et Dei cum Moyse colloquiis, et locis piis sacrisque ad hunc diem florentibus, nec non nobilis divæ Catherinæ corpore, et aliorum sanctorum duobus cacuminibus divisis assurgit solido saxo, et variorum colorum granulis, quæ diversas figuras efficiunt distincto, excelsior pars nomen Sinai, depressior Horeb occupat. In Horeb Moysi lex data, in quo et adhuc in marmoreo lapide Moysis effigies conspicitur ad amussim impressa. In Sina corpus sanctæ Catherinæ ab angelis deportatum est, quod progressu temporis monachi montis accolæ in imam partem montis Horeb deportarunt ut tutum ab hostibus conservarent : multa sunt in hoc monte admirabilia illa quidem, maximaque non indigna animadversione. Hæc lector tibi communico typo montis, quem olim a monachis inde Romam venientibus accepi, et aliorum testimonio, qui loca illa inviserunt, apprime fido; loca quemadmodum his temporibus nuncupantur in calce exposui.

Ibid., lin. 37. *Παρ' ᾧ τὰς νομοθεσίας*. Crassus error Alexandri Polyhistoris, qui ait, apud Hebræos mulierem quamdam μωσὼ fuisse, quæ eam legem scripsit, qua Judæi utuntur, hoc est Mosaicam legem Judæorum non a Moyse, quem nullus vel de plebe minimus, qui quidem Judæos nosset, ignorare potuit, sed ab hac muliere dictam fuisse.

Ibid., lin. 40. *Ζητητέον δὲ οἱ ἑ*. Plura de hac controversia, et annorum supputatione eruditissime scribit Pererius *in cap.* XV *Genes.* in qua reliquas aliorum sententias examinando uti falsas et ad difficultatem loci illius explicandam parum idoneas refellit, et hanc nostri auctoris uti legitimam, veramque defendit, solidis rationibus, et sanctorum Patrum auctoritatibus adductis. Vide etiam Genebrardum, et Delrium *in cap.* XV *Genes.*

Col. 792, lin. 3. *Διὰ τοῦ Ἰορδάνου*. Divisionem maris Rubri quatuor rationibus dissimilem a divisione hac aquarum Jordanis tradit Cornelius a Lapide *in* XIV *cap. Exod.* : Primo in eo quod divisio maris facta est per Moysem extendentem in illud suam virgam; divisio vero Jordanis facta est per præsentiam arcæ Domini; secundo, in mari divisæ aquæ utrinque quasi muri constiterunt; in Jordane vero inferior pars defluxit in mare Mortuum, superior substitit, et intumuit, assidue aquis affluentibus; cum vero transissent Hebræi non subito, sed sensim detumuit, et defluxit, ne ripas et campos obrueret; tertio, in mari submersi sunt Ægyptii, nullus vero mersus est in Jordane; quarto, in mari Deus immisit ventum, ad fundum limosum siccandum, id vero non fecit in Jordane, quia ejus alveus est parvus, et arenosus.

Ibid., lin. 7. *Ἐπὶ τὴν Ἱεριχώ*. Josephus *Antiquit.* lib. IV, cap. 5 : Πόλις δέ ἐστιν εὐδαίμων αὕτη, φοίνικάς τε φέρειν ἀγαθή, καὶ βάλσαμον νεμομένη. Ejusdem topographiam habes apud eumdem *De bello Jud.* l. V, c. 26; Brocardus monachus in *Descriptione Terræ sanctæ : Item a Galgala per unam leucam contra orientem est sita Jericho, civitas olim famosa, nunc autem habet octo domos, vix nomen villæ sortita.*

Ibid., lin. 14. *Καὶ πᾶσα τῷ Κυρίῳ*. Josephus, *Antiq.* lib. V, cap. 1 : Ἄπειρον δέ τι πλῆθος ἐκ τῆς ἁλώσεως συναθροίζεται ἀργύρου τε καὶ χρυσοῦ, καὶ προσέτι χαλκοῦ, μηδενὸς παραβάντος τὰ δεδογμένα μηδ' εἰς ἰδίαν ὠφέλειαν αὐτὰ διαπερσαμένων. Καὶ ταῦτα μὲν Ἰησοῦς τοῖς ἱερεῦσιν εἰς τοὺς θησαυροὺς παραδίδωσι καταθέσθαι.

Ibid., lin. 15. *Τὴν πόλιν Οὐαΐ*. Fuse hæc omnia prosequitur Josephus, *Antiq.*, loco d.

Ibid., lin. 21. *Οἱ δὲ Γαβαωνῖται*. Eadem habet Josephus, latius tamen ea narrat.

Ibid., lin. 40. *Ὀργισθεὶς δέ*. Eadem Josephus loco dicto.

Ibid., lin. 52. *Ἵνα δὲ τέλεον*. Josephus : Ἔνθα καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ συνεργείαν ἔμαθεν, ἐπιμήναντος αὐτοῦ βρονταῖς τε καὶ κεραυνῶν ἀφέσει, καὶ χαλάζης καταφορᾷ μείζονος τῆς συνήθους. Ἔτι γε μὴν καὶ τὴν ἡμέραν αὐξηθῆναι πλέον, ὡσὰν μὴ καταλαβοῦσα νὺξ ἐπισχεῖν τὴν τῶν Ἑβραίων προθυμίαν συνέπεσεν. Ὥστε καὶ λαμβάνει οὐκ βασιλέας Ἰησοῦς ἔν τινι κρυπτομένους σπηλαίῳ κατὰ Μακχιδά, καὶ κολάζει πάντας. Ὅτι δὲ τὸ μῆκος τῆς ἡμέρας ἐπέδωκε τότε καὶ τοῦ συνήθους ἐπλεόνασε δηλοῦται διὰ τῶν ἀνακειμένων ἐν τῷ ἱερῷ γραμμάτων.

Ibid., lin. 54. *Στήσας τὸν ἥλιον*. Joannes Keplerus in introductione ad suam *Astronomiam novam*, ut probaret terram moveri, solem stare, dicit, quotidie nos multa loqui cum oculorum sensu, quæ certo scimus aliter se habere ; et hunc modum loquendi etiam esse Christo, et divinæ Scripturæ familiarem; loquuntur enim cum hominibus humano modo, ut ab hominibus percipiantur, et utuntur iis quæ sunt apud homines in confesso, ad insinuanda alia sublimiora et divina, et exemplis sacræ Scripturæ demonstrare conatur; inter ea ita explicat hunc locum, ut potius contrarium esse quisque intelligat; concludit enim tunc terram stetisse, qua perenni motu movebatur, non item solem. Verba ejus sunt : *Facile autem Deus ex Josue verbis, quid is vellet, intellexit : præstititque inhibito motu terræ, ut illi stare videretur sol. Petitionis enim Josuæ summa huc redibat, ut hoc sic sibi videri posset,*

quidquid interim esset; quippe hoc videri vanum, et irritum non fuit, sed conjunctum cum effectu optato. Dura sane divinarum litterarum expositio, et distorta; quamvis enim sciamus, sæpissime eas, more hominum multa proferre, quæ aliter esse re certa comperimus, tamen sententia semper firma figurarum ac schematum modos exponimus, sicque rebus esse conformatam deprehendimus, at in contrarium sensum detorquere quis sanæ mentis audebit? Sol stat, id est, terra stat, quis id credet? Sanissima semper sanctorum Patrum expositio, quam sicut et in hoc, ita et in aliis summa veneratione amplectimur.

Col. 794, lin. 7. Ἀσὼρ δὲ ὁ βα. De his omnibus vide Josephum dicto loco; de divisione terræ Chanaan distincte omnia leguntur in sacris Litteris.

Ibid., lin. 43. Τῇ Ἀστάρτῃ. Astarte, vetustissimum Syriæ numen fuisse notat Tertullianus, *Apologet.* cap. 24, *Unicuique etiam provinciæ et civitati suus deus est, ut Syriæ Astartes.* Artemidorus *Oneirocrit.* lib. I, cap 9, Ἰχθύας πάντες ἐσθίουσι πλὴν Σύρων τινῶν τῶν τὴν Ἀστάρτην σεβομένων. Constat ex Plutarcho Syros Syriam deam coluisse, cujus filia cum hæc crederetur, nihil mirum Syros eam coluisse. Phœnicibus et Sidoniis alii tribuunt. Achilles Tatius initio lib. I: Ἐνταῦθα ηκιων ἐκ πολλοῦ χειμῶνος, Σώστρατε, ἔθυον ἐμαυτῷ τῇ τῶν Φοινίκων· καλοῦσιν αὐτὴν Ἀστάρτην οἱ Σιδώνιοι. Suidas: Ἀστάρτη ἡ παρ' Ἕλλησιν Ἀφροδίτη λεγομένη, θεὸς Σιδωνίων. Joannes Xiphilinus oratione *De adoratione crucis*, Καὶ προσκυνήσασαν τῇ Ἀστάρτῃ, καὶ τῷ Χαμὼς, ὅ ἐστι Σιδωνίων βδέλυγμα. Augustinus asserit, lingua Punica, quæ ex Hebræa nata, Junonem sine dubitatione vocari Astartem, lib. VII, quæst. 16. Multæ Junones veteribus, sicut et Joves, et Veneres, inde factum, ut quarta Venus a Syris Astarte, seu Astareth Syriæ et Tyri filia vocaretur, teste Cicerone lib. III *De nat. deor.* Quibusdam hæc Luna, seu Diana credita. Sunt qui putant eam esse, quæ in sacris Litteris et præcipue Judicum X, 6, Astaroth dicitur, et ubi IV Reg. XXIII, 13 legitur: *Quæ ædificaverat Salomon rex Israel Astaroth idolo Sidoniorum*, Septuaginta vertunt, ὃν ᾠκοδόμησε Σαλομὼν βασιλεὺς Ἰσραὴλ τῇ Ἀστάρτῃ, sic enim putant legendum, non Ἀσάλτῃ. Et, I Reg. XXXI, 10: *Et posuerunt arma ejus in templo Astharoth.* Septuaginta, Καὶ ἀνέθηκαν τὰ σκεύη αὐτοῦ εἰς τὸ Ἀσταρτεῖον, ubi Schol. εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀστάρτης. Sonat Phœnicum lingua *Greges*, μῆλα, et apud Hebræos eadem voce proferuntur, *Greges*, et *Astaroth*; quare David Kimhi, et Marinus Brixianus suspicantur idolum fuisse figura ovis, ita referente Joanne Pineda lib. VII *De rebus Salom.*, c. 11, num. 2. Græcis *Derceto* dici volunt, voce nimirum detorta a Syriaca *Adardaga*, qua illi piscem significabant. Quare Laurentius Ramiresius in *Pentecontarcho*, cap. 21, corrigit Macrobium, lib. I, cap. 21, *Apud quos Veneris Architidis, et Adonis maxime*, etc. Ex Plinii lib. VI *Nat. hist.*, c. 23, *Syriis vero Magog,*

A *ubi prodigiosa Adargartis* [emendat Ramiresius *Adargatis*] *Græcis autem Derceto dicta colitur.* Sanatque, ut ipse existimat, locum Petri Criniti lib. XIV *De honesta discip.*, cap. 8, *Syriorum dea Adagartis*, mutando in *Adargatis*. Quæ correctio quamvis acuta, nimis sane superstitiosa videtur. Sic enim textus omnes antiquorum essent invertendi, ut unum vel alterum emendaremus, cum tamen nulla necessitas urgeat. Demus enim apud Syrios *Adardaga* dici piscem, ideone et hanc deam ita nuncupatam affirmabimus, nulla littera, nulla syllaba immutata? Sed esto ita; ideone et apud Græcos, sive etiam Romanos ipsos ita debere pronuntiari evincemur? Verba dura ac aspera emolliunt Græci, Romanique, et barbarica illa in meB liorem frugem reducunt, politioribusque, ut ipsi politissimis sunt moribus, vestimentis induunt, accentu scilicet, sono, pronuntiatione, numeris. Quid mirum si Syrorum *Adardaga*, in *Atargatim* abierit, præsertim ita scribente Plinio loco dicto, et ante eum Strabone lib. XVI, ex quo sua habuit Plinius: Ὑπέρκειται δὲ τοῦ ποταμοῦ σχοίνους τέτταρας διέχουσα ἡ Βαμβύκη, ἣν καὶ Ἔδεσσαν, καὶ ἱερὰν πόλιν καλοῦσιν, ἐν ᾗ τιμῶσι τὸν Συρίαν θεὸν τὴν Ἀταργάτιν, nec dissimili ratione nomen etiam ipsi ex Syriaco deflectunt; ex *Adardaga* namque *Atargatim* faciunt, meliori sono atque formatione. Nec alia ratione voluisse, vel potuisse scribere Crinitum, et alios, qui in illo capite laudantur, vel ex eo solo manifestum est, quod Strabonis locum, C quem supra scripsimus, dum illa scriberent, habuerint præ oculis; ibi enim Atargatis legitur. En singulare de hac mutatione Strabonis testimonium in fine dicti libri, Αἱ δὲ τῶν ὀνομάτων μεταπτώσεις, καὶ μάλιστα τῶν βαρβαρικῶν πολλαὶ, καθάπερ τὸν Δαριήκην Δαρεῖον ἐκάλεσαν, τὴν δὲ Πάρζιλιν Παρυσάτιν, Ἀταργατὴν δὲ (lego Ἀταργάτιν, vel Ἀτεργάτιν, ut superius ipse scripserat, nisi velis Ἀταργάτην) τὴν Ἀθάραν, Δερκετὼ δὲ αὐτὴν Κτησίας καλεῖ. Astartes item meminere Ælianus, Cicero *De natur. deor.*, Tertullianus in *Apolog.* cap. 24, Josephus *contra Appionem*, Eusebius *De præparatione evangel.* lib. I, cap. 2. Epiphanius ex aliorum opinione prodit patrem Melchisedech dictum fuisse Heraclam, maD trem vero Astaroth.

Ibid., lin. 45. Ὡς ἐπὶ πολύκατα. In malis et calamitatibus ad Deum cœlestesque auxilii causa confugimus, hocque solemne est omnibus. Virgilius *Æneid.* lib. I:

Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades passis, peplumque ferebant,
Suppliciter tristes, et tunsæ pectora palmis.

Et lib II:

Nec non ad templum, summasque ad Palladis arces
Subvehitur magna matrum regina caterva
Dona ferens, juxtaque comes Lavinia virgo
Causa mali tanti.

Sallustius in *Conjurat. Catilinæ*: *Ad hoc mulieres, quibus pro magnitudine belli timor insolitus incesserat, afflictare sese, manus supplices ad cœlum ten*

dere, miserari parvos liberos, rogitare, omnia pavere, superbia atque deliciis omissis, sibi patriæque diffidere. Theophylactus Symocattus *Hist.*, lib. I: Τοιγαροῦν ἡμέρας κλινούσης, ἐδινεῖτο τὸ κέντρον, καὶ ὁ φόβος ἐξαίσιος ἦν, ὡς καὶ τοὺς ἱππομανοῦντας ὑπὸ τοῦ δέους ἀθρόον μεθάλλεσθαι πρὸς τὸ σῶφρον δίκην παίδων ἐν παιδιᾷ κύβων ἀφικομένου ἐξαπιναίως τοῦ παιδοτρίβου. Τότε παραπέτασμα τὸ πρὸ τοῦ γυμνασίου τῶν ἱππικῶν ἀγωνισμάτων, ὃ δὴ σύνθημα τῆς ἱλαρίας ἐτύγχανεν ὄν, περιαιρεῖται διὰ τὸν ἀδόκητον κίνδυνον. Ἅπαντάς τε συνέβαινε πρὸς τοὺς ἱεροὺς σηκοὺς ἐντεμενίζεσθαι, ὀῤῥωδοῦντας τὸν θάνατον.

Concludam has notas pulcherrima Lactantii sententia lib. II, c. 1: *Nam tum maxime Deus ex memoria hominum elabitur, cum beneficiis ejus fruentes, honorem dare divinæ indulgentiæ deberent. At vero si qua necessitas gravis presserit, tunc Deum recordantur: si belli terror infremuerit, si morborum pestifera vis incubuerit, si alimenta frugibus longa siccitas denegaverit, si sæva tempestas, si grando ingruerit: ad Deum confugiunt, a Deo petitur auxilium, Deus ut subveniat oratur: si quis in mari vento sæviente jactatur, hunc invocat, si quis aliqua vi afflictatur, hunc protinus implorat: si quis ad extremam mendicandi necessitatem deductus, victum precibus exposcit, Deum solum obtestatur, et per ejus divinum atque unicum numen hominum sibi misericordiam quærit. Nunquam igitur Dei meminerunt, nisi dum in malis sunt.*

ANNO DOMINI CCCXXXVIII-LXXVIII.

TITUS BOSTRENSIS EPISCOPUS.

—

NOTITIA

(GALLAND., *Bibliotheca vet. Patr.*, t. V, p. XXVI, et p. 269.)

—

I. Titus Bostræ in Arabia Ecclesiam regebat, quo tempore imperator renuntiatus est Julianus. Rerum potitus ille apostata, cum Ecclesiarum præsules potissimum ex urbibus ejiciendos curaret, Bostrenos etiam malis artibus hortatus est, ut Titum episcopum tanquam civium delatorem expellerent clamante præcone. Rem narrat Sozomenus (*a*), edisseritque Baronius (*b*). Exstat etiamnum hæc Juliani epistola Bostrenis inscripta (*c*), in qua verba nonnulla refert quibus usus erat noster præsul Bostrensis in libello ad ipsum Julianum misso, unde postmodum imperator eidem calumniam struxit. Porro exstincto Juliano, ad synodum Antiochenam se contulit anno 363 a Meletio coactam, cujus etiam synodicæ, ad Jovianum imperatorem oblatæ subscripsit; ejusque nomen inter aliorum episcoporum subscriptiones comparet apud Socratem (*d*). *Moritur autem sub Valente*, inquit Hieronymus (*e*); id est, saltem ante annum 378. De titulo *Sancti* quo perinde ac Irenæus Lugdunensis, Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus aliique hujusmodi Patres, honestatur noster antistes in regia venerandæ antiquitatis catena *Commentariorum in Lucam*, consulas si placet Combefisium (*f*). Neque aliter in *Parallelis Damascenicis* appellatur (*g*).

II. Titi Bostrensis doctrinam maximi ducunt veteres. Inter eos Patres ipsum refert Hieronymus (*h*), *qui in tantum philosophorum doctrinis atque sententiis suos refarciunt libros, ut nescias quid in illis primum admirari debeas, eruditionem sæculi an scientiam Scripturarum*. Et Sozomenus multos quidem tradit (*i*) ea tempestate in Ecclesiis floruisse admodum doctos et eloquentes viros; sed præ cæteris Titum Bostrensem, ἐπισημότατον, *celeberrimum* prædicat. Scripsit autem præclarum opus *adversus Manichæos* doctissimus Pater post Juliani cædem atque imperante forte Joviano, aut certe sub initium imperii Valentis, ut ex iis constat quæ tradit ipsemet auctor in hæc verba (*j*). « Etsi, inquit, civitates concidant, sicut NUPER contigit, cum ille impiissimus (apostata) dominaretur, οἷα δὴ καὶ ΠΡΩΗΝ ἐπὶ τοῦ λίαν ἀσεβήσαντος,

(*a*) Sozom. *Hist. eccl.* lib. V, cap. 15.
(*b*) Baron. ad ann. 362, § CLVII.
(*c*) Julian. epist. 52, inter ejus Opp. pag. 433 edit. Lips.
(*d*) Socrat. *Hist. eccl.* lib. III, cap. 25.
(*e*) Hieron. lib. *De vir. illustr.* cap. 102.
(*f*) Combef. Recens. auct. ad *Bibl. concion.* tom. I, p. 49.
(*g*) Damasc. *Parall.* infra.
(*h*) Hieron. epist. 70, al. 84, ad Magnum orat., § IV, Opp. tom. I, pag. 427 edit. Veron.
(*i*) Sozom. *Hist. eccl.* lib. III, cap. 14.
(*j*) Tit. lib. II *adv. Manich.*, § XVI.

et errorem idololatriæ recoleret ac renovaret, » etc.

III. Porro in quatuor libros dispescuit opus suum Bostrensis antistes, quos *fortes* appellat Hieronymus (*a*), et legisse videtur Epiphanius (*b*) qui scribebat anno 376, ut advertit Tillemontius (*c*). Eos item memorat apud Photium (*d*) Stephanus Gobarus tritheita, qui et nonnulla inde profert; necnon Heraclianus Chalcedonensis episcopus, ut auctor est idem Photius (*e*). Verum non est hic illud omittendum, quod adnotat Basnagius (*f*): hunc nimirum præsulem Chalcedonensem, qui circa tempora Anastasii imperatoris claruisse fertur (*g*), et cujus doctrinæ placita sancto Maximo haud probata fuisse comperimus (*h*), Titum Bostrensem redarguere, quod scribens adversus Addam seu potius Buddam, se Manichæos refellere existimarit. Iniqua plane censura. Fac enim, Buddam ante ipsum Manetem hæreseos Manichaicæ exstitisse auctorem, aut si mavis, unum ex duodecim ejusdem Manetis discipulis fuisse, ut ex Petro Siculo (*i*) et Photio (*j*) erudimur : cum tamen discipuli errantem assectati magistrum, in præcipuis capitibus conveniant, adeoque Manes non secus ac Buddas docuerit; non erat enimvero cur Titus eo nomine reprehenderetur, qui dum Buddam perstrinxit, Manetem quoque ipsum ejusque sectatores confutasse jure optimo existimatur.

IV. Ad editionem quod attinet Titi Bostrensis operis *adversus Manichæos*, libros tres priores cum integris librorum quatuor argumentis, primus edidit ex versione Francisci Turriani Henricus Canisius (*k*) : Græca vero Jacobus Basnagius (*l*), qui ea ex bibliothecæ Holstenianæ Hamburgensis codice descripta, Joanni Friderico Wincklero refert accepta : quo quidem in codice haud plura exstare novimus, quam quæ vertit laudatus Turrianus; ut propterea interpres vel eo ipso exemplari, vel eidem simili usus fuisse videatur. Quartus porro liber totus intercidit. Hanc autem Basnagii editionem minus accurate fuisse adornatam, merito censuit Petrus Wesselingius V. C. his verbis (*m*) : « Inserti sunt, inquit, Canisianis *Lectionibus* Titi Bostrensis, viri pii et egregie docti, *in Manichæos* scripti libri; sed, quod dolemus, laceri et spissis maculis deturpati. Facile fuisset ad animadvertendum, modo viro docto cui Græca debemus, libuisset, intextam extremo libro tertio disputationem de hominis creatione, quam Titi adversarii diabolo acceptam ferebant, ab eo loco quo legem esse bo-

A nam et cum Novo Testamento congruere docet, esse alienam, referrique oportere ad eam libri primi partem, qua duo ingenita principia, duasque radices, bonam alteram, alteram malam, unde omnia bona malaque prodierint, oppugnat, obiterque hominem Dei optimi maximi esse opus ostendit. Addi etiam et editionem condecorare potuissent fragmenta ex hoc Titi opere a Græcis nobis servata : cujusmodi sunt in primis ea quæ exscripsit auctor *Parallelorum sacrorum*, quæ vulgo Joanni Damasceno tribuuntur, et e Rupefucaldino codice vulgata sunt a D. Michaele Lequien. . . . . Esse autem in Parallelis quædam emendatius perscripta, non est ut moneam : ipsa locorum collatio rem manifestabit, » etc.

B V. Viro docto monenti morem gessimus. Et primum quidem omnia exscripsimus quæ in *Parallelis* Rupefucaldinis occurrunt, ad textum Titi Bostrensis *adversus Manichæos* evulgatum sive castigandum sive supplendum; eaque ad calcem rejecimus : quo scilicet quisque locorum collatione instituta, de lectionum veritate judicium ferat. Deinde notulas textui subjecimus, quibus tum *Parallelorum* loca indicantur, tum etiam locis vexatis aut corruptis lux affunditur, aut integritas restituitur. In idem præterea consilium nonnulla sumus ex Photio mutuati. Ad hæc quatuor librorum integri operis Titi argumenta subdidimus. Denique trium superstitum librorum lemmata contexuimus, qui-
C bus conspectus totius operis exhibetur.

VI. His porro addita est *Oratio in Ramos palmarum*, quæ sub Titi Bostrensis nomine circumfertur. Qui ex codice regio eam edidit Combefisius (*n*), dubitat ejus ne sit de quo hic sermo, an vero alterius junioris, cujus *Commentarii in Lucam* esse feruntur. Nimirum duos ille Titos Bostrenorum episcopos commentus est; cum tamen veteres unum tantum agnoscant. Alibi autem idem editor nihil vetare ait (*o*), uti nec aliquid cogere, quin hæc ipsa oratio seniori detur. Simulque subdit : « Cujuscunque vero sit, opus est eruditum, egregiis refertum sensis, ac dogmatis accuratum, ut quisque theologus ipsa statim lectione videbit.
D Locos Scripturæ scite admodum exponit ac applicat, ut nihil desiderari videatur. » Sed hæc satis de Tito Bostrensi. Cæterum de *Commentariis in Lucam* ejus nomine inscriptis, nos alias opportunius

(*a*) Hieron. *De vir. illustr.*, cap. 102.
(*b*) Epiph. hær. LXVI, cap. 21.
(*c*) Tillem. *Mem. eccl.* tom. VII, pag. 383.
(*d*) Phot. *Bibl.* cod. CCXXXII, pag. 894 seq. edit. Rothom.
(*e*) Id. ibid. cod. LXXXV, pag. 203.
(*f*) Basnag. ad *Thes.* Canis. tom. I, pag. 57, § III.
(*g*) Lequien. *Or. Christ.* tom. I, pag. 602.
(*h*) Maxim. Opp. tom. II, pag. 65.
(*i*) Petr. Sic. *Hist. Manich.*, pag. 30.
(*j*) Phot. lib. I *Contr. Manich.*, § XIV, apud Wolf. *Anecd. Gr.* tom. I, pag. 54.
(*k*) Canis. *Lect. antiq.* tom. V, pagg. 36 seqq.
(*l*) Basnag. *Thes.* Canis. tom. I, pagg. 59 seqq.
(*m*) Wessel. *Probab. lib. sing.* cap. 20, pagg. 166 seqq.
(*n*) Combef. *Auct. nov.* tom. I, pag. 635-651.
(*o*) Id. in recens. auct. ad tom. I *Bibl. conc.*, pag. 49.

TITI BOSTRENSIS EPISCOPI
LIBRI TRES ADVERSUS MANICHÆOS.

INTERPRETE FRANCISCO TURRIANO S. J.

LIBER PRIMUS.

CAP. I. *Origo Manichæismi.*

Πᾶσι μὲν οἷς γέγονε διὰ σπουδῆς τῶν ἐν ἀνθρώποις ἁμαρτανομένων τὰς αἰτίας ἐξελεῖν Θεοῦ, ὅσιός τε καὶ ἀληθὴς γέγονε κατὰ τοῦτο τῶν τοιούτων ὁ σκοπός· εἴγε μὴ διαφυγόντες τὸ προνοεῖν τῶν καθ' ἡμᾶς τὸν Θεὸν, εὐλόγως καὶ φιλαλήθως ἀνθρώποις ἀνέθηκαν τὰ σφῶν αὐτῶν ἁμαρτήματα· ἐπείτοιγε μικρὸν ἰᾶσθαί τι βουληθέντες, μείζονι καὶ χαλεπῷ νοσήματι τῆς ἀσεβείας περιέπεσον, εἰς ἄρνησιν τῆς ἐν παντὶ φαινομένης τοῦ Θεοῦ προνοίας ἐμπεσόντες. Ὁ δὲ μανεὶς ἐκ βαρβάρων καὶ τῆς μανίας αὐτῆς ἐπώνυμος, ἔτι πρὸς ἀσέβειαν βλαβερωτέρῳ φαρμάκῳ κατεχρήσατο· κακίας γὰρ ἀναίτιον ἀποδεῖξαι τὸν Θεὸν βουληθεὶς, κακίαν προϊὼν ἀντέστησεν αὐτῷ· ἀγέννητον, ὥς φησιν, ἀγεννήτῳ, ζῶσαν ζῶντι, ἀεὶ μὲν ἐπανισταμένην καὶ μαχομένην, καὶ οὔποτε μὴ οὐχὶ πράγματα παρέχουσαν αὐτῷ· ἀναιρεθῆναι δὲ πρὸς αὐτοῦ παντελῶς μὴ δυναμένην, ὡς ἀΐδιόν τε καὶ συμπεπληρωμένην τὴν οὐσίαν καὶ ἀγένητον· καὶ *καπνὸν*, ὥς φασι, *φεύγων*, *ἐμπέπτωκεν εἰς τὸ πῦρ*. Ἵνα γὰρ μὴ τῶν παρ' ἡμῖν, ὡς οἴεται, κακῶν ὑπέχειν δοκῇ τὰς αἰτίας ὁ Θεὸς, αὐτός γε ὅλης τινὸς καὶ ὁλοκλήρου παρ' αὐτῷ κακίας παραπολαύειν. Τί γὰρ εἰ μακροθύμως καὶ σοφῶς, ὥς φησι, μεταχειρίζεται; ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀπολέμητος ἂν εἴη κατά γε τὴν τοιαύτην ὑπόθεσιν· οὗ τί ἂν γένοιτο τῶν πρεπόντων περὶ Θεοῦ λογισμῶν ἀλλοτριώτερον;

A Quibus studium est causas eorum quæ homines peccant, a Deo removere, aiunt sanctum et verum esse Deum : huc spectant tales, et hoc eis propositum est tueri. Cum enim non negant procurare Deum res nostras, recte ac vere hominibus peccata eorum assignant ; alioqui parum quid sanare qui voluerunt, in graviorem et difficiliorem impietatis ægritudinem inciderunt, Dei providentiam, quæ in universitate rerum cernitur, negantes. Manichæus vero, qui a barbarie et furore nomen ducit, nocentiore adhuc contra impietatem remedio abusus est : cum enim demonstrare voluisset non esse Deum auctorem mali, malum ei opposuit, ingenitum, ut ait, ingenito, vivum vivo, semper obsistens ac repugnans, et nunquam non negotium et molestias B inferens ; quodque ab eo funditus exstingui et interire nequeat, utpote æterna et completa substantia, tanquam ingenita : sic *fugiens fumum*, ut est in Proverbio, *in ignem incidit*. Etenim ne videatur Deus, ut Manichæus existimat, nostrorum malorum esse in causa, ex toto quodam et integro malo apud se fructum fingit percipere. Quid enim, si res tractat Deus, ut Manichæus ait, toleranter et sapienter? at nunquam, opinione hujus, bello et pugna carebit : quo quid potest de Deo quod minus eum deceat, cogitari ?

CAP. II. *Catholicorum sententia.*

Ὅτι μὲν γὰρ εὐσεβὲς τῶν παρὰ ἀνθρώποις ἀδικημάτων ἀναίτιον παντὶ σθένει τὸν Θεὸν ὁμολογεῖν, πρῶτος πρεσβεύειν ἐσπούδακε τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ὁ λόγος· ζητουμένου δὲ, τίνα τρόπον πλημμελοῦμεν ἡμεῖς, τοῦ Θεοῦ μὴ βουλομένου, οὐ περὶ μειζόνων κατηγοροῦμεν Θεοῦ, περὶ μικροτέρων, ὥσπερ ἐκεῖνος, ἀπολογεῖσθαι βουλόμενοι (1).

Ἀλλ' αὐτὴν τῆς ἀληθείας τὴν ὁδὸν, ἔκ τε τῶν ἁγίων Γραφῶν καὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν ἔχοντες, ἀσφαλῶς ὁδεύομεν (1*) πρὸς τὴν τοιαύτην ζήτησιν, τῷ γε αὐτοῖς φιλαλήθως προσεγκαλεῖν, εὐσεβῆ τὴν ἀπόδειξιν τὴν ὑπὲρ Θεοῦ ποιούμενοι· οὐ γὰρ ἵνα τῷ λόγῳ διαφεύγωμεν, ὧν εἰς ἀλλήλους πλημμελοῦμεν τὰ ἐγκλήματα, προσῆκεν εἰς Θεὸν ἀσεβεῖν, πραττομένους παρ' αὐτοῦ τὰ πάντων ὑβριστικώτερα καὶ μηδαμῶς ὄντα

C Quod pium quidem sit apud homines, totis viribus confiteri, Deum non esse injuriarum et maleficiorum auctorem, prima doctrina Ecclesiæ catholicæ studuit profiteri. Cum autem quærimus quomodo nos peccemus nolente Deo, ut peccemus, de gravioribus non Deum accusamus, cum a levioribus eum, sicut ille, defendere volumus.

Si qui viam veritatis ex sanctis Scripturis et ex communibus notionibus cognitam habemus, pergamus firme ad talem quæstionem, piam argumentationem pro Deo concludentes, nos ipsos studio veritatis accusando : non enim ut verbo accusationem eorum, quæ in nos inter nos peccamus, declinemus, decebat in Deum impios esse, poscentes ab eo quæ sunt contumeliosiora omnibus, et quæ D nequaquam sunt.

(1) Vulg., Βουλόμενος. EDIT.

(1*) Forte, ὁδεύωμεν. EDIT.

A Præterea qui existimamus peccata apud homines sanabilia esse, utpote quæ non a principio quodam contra eos effluant, sed alio modo a nobis fiant (quem disputatio suo tempore explanabit), non solum non sumus in Deum impii, non audentes conjecturam facere, non posse Deum propter difficultatem resistere vitio quod ei non inest, sed quæ a nobis vitiose aguntur, nitimur in eis cessare; cum iis qui advertunt, demonstramus, quæ a nobis principium ducunt, ut fiant, per nos etiam, ne fiant, finem assequi, tametsi non apud omnes; non enim hoc generale in singulis est, sed in singulis eorum qui studium adhibuerunt (judicium tamen universi est, posse esse in singulis). Verumtamen qui barbare cum impietatem excogitavit, fingens
B malum sine principio, contra Deum vere principio carentem, ac solum, et hoc secundum principium insane constituens, non solum malum collocat in ordine æquali Deo, tanquam hoc honorare velit, quod scilicet odit; sed mala, quæ ex malo quod principio caret, insanabilia penitus esse, cum necessario affirmat, facit insidiose, ut existiment qui ei credunt, injustitiam non posse apud homines corrigi. Ita ut anticipata voluptate peccatorum, pro conversione desperatio objiciatur; quasi fieri non possit, ut impetus vitii quod principio caret, coerceatur. Præterquam si quis cupiditate gloriæ, quod plus boni, ut isti fingunt, habere videatur, studium adhibeat, ut, quoad fieri potest, non peccet, ut manifestum faciat, non aliunde quam a se peccatum proficisci.
C Existimabitur tamen apud ipsos melior esse propter admistionem naturæ, qui non natura, sed labore et sudore usus est, qui quidem putabit se laudari, cum alioqui vera laude privetur. Veram enim gloriam ex labore ac studio virtutis proficiscentem relinquens, si quidem pietati erga Deum studebat, necessitatem naturæ rapinam esse falso ducit, qui utilitatem industriæ ad impietatem in Deum adhibet; ut nec animus ignaviæ et inertiæ deditus, cum male agit, pungatur, si quidem alteri cuidam principio actiones ascribit: neque qui studio utitur, laude dignus habeatur, quippe qui in id cogitatione incumbat, quod est omnium atrocissimum, institui scilicet ad impietatem adversus Deum.

Πρὸς δὲ τούτοις ἰάσιμα τὰ παρὰ ἀνθρώποις ἁμαρτήματα νομίζοντες, ἅτε δὴ μὴ ὡς ἀπό τινος ἀρχῆς καθ' ἡμῶν ῥέοντα, ἀλλ' ἕτερόν τινα τρόπον πρὸς ἡμῶν πραττόμενα (ὃν ὁ λόγος σαφῶς κατὰ καιρὸν ἑρμηνεύσει), οὐ μόνον εἰς Θεὸν οὐκ ἀσεβοῦμεν, μὴ τολμῶντες αὐτοῦ καταστοχάζεσθαι χαλεπὴν ἀδυναμίαν, τοῦ ἀνθεστάναι κακίᾳ τῇ μὴ οὔσῃ, ἀλλὰ καὶ τὰ πραττόμενα πρὸς ἡμῶν κακίας τρόπῳ παύειν ἐπιχειροῦμεν, τῷ γε σαφῶς τοῖς προσέχουσιν ἀποδεικνῦναι, ὡς τὰ πρὸς ἡμῶν ἀλήθειαν ἔχοντα τοῦ γίγνεσθαι τὴν ἀρχὴν, δι' ἡμῶν ἂν καὶ τέλος τοῦ μὴ γίγνεσθαι λάβοι, εἰ καὶ μὴ παρὰ πᾶσιν· οὐ γὰρ ἐφ' ἑκάστῳ τὸ καθόλου, ἀλλά γε παρ' ἑκάστῳ τῶν ἐσπουδακότων (δεῖγμα μέντοι τοῦ καθόλου, τὸ ἐφ' ἑκάστου ἐνδεχόμενον). Ὁ μέντοι βαρβαρικὴν ἀσέβειαν ἐπινοήσας, ἄναρχον κακίαν κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀληθῶς ἀνάρχου καὶ μόνου πλασάμενος, καὶ δευτέραν ἀρχὴν ταύτην μανικῶς ὁρισάμενος, οὐ μόνον ἐν ἴσῃ τάξει τίθησι κακίαν Θεῷ, ὥσπερ τιμῆσαι ταύτην ὁ δῆθεν μισῶν προελόμενος, ἀλλὰ καὶ ἀνίατα πάντῃ τὰ ἐκ τῆς ἀνάρχου ῥέοντα κακὰ ἐπάναγκες φάσκων, ἀδιόρθωτον παρὰ ἀνθρώποις τὴν ἀδικίαν ἐπιβούλως οἴεσθαι ποιεῖ τοὺς πειθομένους αὐτῷ· ὥστε προλήψει τῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἡδονῆς προβάλλεσθαι ἀντὶ τῆς ἐπιστροφῆς τὴν ἀπαγόρευσιν. ὡς ἀδύνατον ἀνάρχου κακίας ἐπισχεῖν τὴν φοράν· πλὴν εἰ μή τις ἐπιθυμίᾳ δόξης τοῦ δοκεῖν τὸ πλέον ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ ἔχειν, ὡς δὴ μυθολογοῦσι, σπουδάσας μὲν, κατορθώσειεν ὡς οἷόν τε τὸ μὴ ἁμαρτάνειν, ὡς αὐτόθεν ποιῆσαι δῆλον, ὡς οὐχ ἑτέρωθεν, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ ἐπλημμέλει· ὅμως δ' ἀπενέγκηταί τινα δόξαν παρ' αὐτοῖς, ὡς τὴν κρᾶσιν εἴη βελτίων τῆς φύσεως, ὁ μὴ φύσει πόνῳ δὲ καὶ ἱδρῶτι χρώμενος· ὃς δὴ καὶ ἐπαινεῖσθαι οἴοιτ' ἂν, τοῦ ἀληθοῦς ἐπαίνου στερούμενος. Τὴν γὰρ εὐδοξίαν τοῦ πόνου τῆς ἀρετῆς, εἴγε τῆς εὐσεβείας τῆς πρὸς Θεὸν ἠνύετο, καταλιμπάνων, ἅρπαγμα ψευδῶς τὸ ἀναγκαῖον τῆς φύσεως ἡγεῖται, τὸ χρήσιμον τῆς φιλοπονίας πρὸς ἀσέβειαν κατὰ Θεοῦ μετερχόμενος· ὡς μήτε τὸν ῥᾳστώνῃ προσκείμενον πλήττεσθαι τὸν νοῦν κακοπραγοῦντα, εἴγε ἄλλῃ τῇ ἀρχῇ λογίζοιτο τὰ πραττόμενα, μήτε τὸν σπουδῇ χρώμενον ἄξιον εἶναι θαυμάζεσθαι, καίτοι λογισμῷ πονοῦντα πρὸς τὸ τῶν πάντων χαλεπώτατον, πρὸς ἀσέβειαν κατὰ Θεοῦ παιδαγωγηθῆναι.

CAP. III. *Mali definitio secundum Manichæos.*

D Cum vero Manichæi rationem creationis mundi a Deo facti non intelligerent, non solum actiones hominum a ratione aversas excutientes, eo modo quem diximus, lapsi sunt, sed etiam plurimas creaturas, imo fere omnia in crimen vocaverunt, quæ nullam tamen vituperationem vere admittunt; mala autem hæc appellaverunt, in aliis quidem mistionem contrariorum, boni scilicet et mali, ut loquuntur, mentientes; in aliis vero malum simplex et unius formæ reprehendentes: et quantum in ipsis fuit, omnia confuderunt, appellantes mala, quæ minime mala sunt. Si enim injustitiam in qua

Μὴ συνιέντες δὲ οἱ ἀπ' ἐκείνου τῆς τοῦ Θεοῦ δημιουργίας τὸν λόγον, οὐ μόνον τῶν ἀνθρώπων τὰς παραλόγους πράξεις ἐξετάσαντες, τὸν εἰρημένον τρόπον ἐσφάλησαν, ἀλλὰ καὶ πλεῖστα τῶν δημιουργημάτων· μᾶλλον καὶ σχεδὸν ἅπαντα, ψόγον οὐδένα κατὰ τὸ ἀληθὲς ἐπιδεχόμενα, διέβαλον· κακὰ δὲ ταῦτα προσεῖπον, τῶν μὲν κρᾶσιν τῶν ἐναντίων, ὥς φασι, κακοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ καταψευσάμενοι, τῶν δὲ μονοειδῆ κακίαν κατειπόντες, καὶ συνέχεαν τόγε ἐπ' αὐτοῖς τὰ πάντα, κακὰ τὰ μηδαμῶς κακὰ προσειπόντες. Εἰ μὲν γὰρ τὴν παρὰ ἀνθρώποις ἀδικίαν μόνην οὖσαν ἀδικίαν διέβαλον εἰς κακίαν, ἐχρῆν μὲν καὶ

οὕτως ἀσφαλίζεσθαι τ' ὄνομα καὶ τὴν περὶ αὐτῆς δόξαν, ὡς ὑπαρχούσης καὶ μὴ ὑπαρχούσης, ἔν τε (2) τῷ πράττεσθαι, καὶ μὴ πράττεσθαι· ἥκιστα δὲ ἀρχὴν ἐπεισάγειν αὐτὴν κατὰ Θεοῦ· ὅμως δ' ἂν αὐτοῖς εὐπερίγραπτον ἦν τὸ σφάλμα. Νυνὶ δὲ σχεδὸν ἅπασαν τὴν δημιουργίαν κακίσαντες, ὑπέρογκον τὴν βλασφημίαν κατὰ Θεοῦ πεποίηνται, καὶ παράγουσιν ὡς ὁμολογούμενα τῷ λόγῳ καὶ πάντα τὰ θηρία καὶ τὰ κνώδαλα, οὐχ οἰόμενοι χρῆναι πρὸς ἀγαθοῦ ταῦτα γεγενῆσθαι, οὐχ ἄχρηστα μόνον, ὡς ὑπειλήφασιν ὄντα, ἀλλὰ καὶ λίαν ἀνθρώποις βλαβερώτατα· καίτοιγε δειχθῆναι δυνάμενα, ὡς μᾶλλον ὠφελιμώτερα καὶ χρησιμώτερα τυγχάνει, ἤπερ τὰ ὄντως ἀνθρώποις λυσιτελεῖν δοκοῦντα· καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἕτερα συνείρουσιν εἰς διαβολὴν τῶν ὄντων, καὶ τῆς τῶν ὅλων διοικήσεως.

A homines sunt, quæ sola est injustitia, accusarent tanquam malum; sic etiam oportebat nomen et opinionem de ea munire, tanquam quæ esset, dum est actio; aut non esset, dum non est actio: non autem oportebat introducere principium ipsum contra Deum: fuisset tamen eorum error affatim circumscriptus et terminatus. Nunc autem cum fere omnia quæ fabricata sunt, mala esse dicant, blasphemiam in Deum in infinitum auxerunt, et producunt tanquam certa et ratione ac judicio probata, omnes bestias et feras, non putantes oportere facta esse hæc a bono, non solum eorum opinione inutilia, sed hominibus nocentissima. Quamvis demonstrari possint utiliora et commodiora esse quam ea quæ vere hominibus conducere videantur; ac multa quidem alia B connectunt ad accusationem rerum et gubernationis universi.

Cap. IV. *Methodus disputandi.*

Ὁ δὲ λόγος οὐδὲν ἀναπόδεικτον τῶν τε εἰρημένων καὶ ῥηθησομένων καταλιπεῖν πειράσεται· δύο γὰρ ἐναντίων φύσεων κρᾶσιν ἐν τοῖς οὖσι φανταζόμενοι, διανέμουσι ταύταις τὰ ὄντα κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς. Πόθεν, λέγοντες, τὰ κακὰ, εἰ μὴ ἔκ τινος ἀρχῆς καὶ ταῦτα τυγχάνει; Εἰ δέ τις ἐρωτήσειε· Ποῖα; συνείρουσι τὰ τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτήματα καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ δημιουργήματα, καὶ αὐτὴν ὅλην τὴν πάνσοφον οἰκονομίαν κακίζουσιν· ὡς εἴ τις δείξειε πάντα καλῶς καὶ ἀναγκαίως γεγονέναι καὶ γίγνεσθαι, οἴχεται αὐτοῖς ἐξ ἀνάγκης ὁ περὶ τῆς ἐναντίας ἀρχῆς λόγος. Μὴ γὰρ συνιέντες, ὅπως ἔχει τὰ κάτω, ἐπλάσαντο περὶ τὰ ἄνω· μηδὲ καταλαβόντες τίνα τρόπον διάκειται τὰ ὁρώμενα, ἐσυκοφάντησαν τὸ μὴ ὁρώμενον· καὶ γνῶναι σπουδάσαντες διὰ τὸ μὴ γνῶναι, ἀγνοίᾳ μείζονι περιέπεσον· ὡς γὰρ ἐν σκότει τὴν περὶ τῶν φαινομένων ἔννοιαν ζητοῦντες, οὐ μόνον οὐχ εὗρον, ὃ ζητεῖν ἐδόκουν, ἀλλὰ καὶ μεῖζον ἑαυτοῖς τὸ σκότος τῆς ἀγνοίας πεποιήκασιν. Ἡμεῖς δὲ, πρῶτον περὶ τῶν δύο ἐναντίων ἀρχῶν ἃς ὑποτίθενται διαλαβόντες, οὕτως ἥξομεν πρὸς τὴν ὑπὲρ τῶν ὅλων ἀπόδειξιν, ὡς καλῶν καὶ ἀναγκαίων ὄντων ἁπάντων, καὶ ἐκείνων, ὡς προλαβὼν ἔφην, μάλιστα καθ' ὧνπερ πλείστην καταδρομὴν ποιοῦνται, ὡς ὁμολογουμένων κακῶν· ἔτι δὲ καὶ τῆς τῶν ὅλων διοικήσεως, καὶ δι' ὧν πικρίαν αὐτῆς ἀγνωμόνως καταψηφίζονται, τὰ ἀναγκαιότερα οἰκονομούσης, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν παρὰ ἀνθρώποις ἀδικημάτων, ὡς οὐδὲ διὰ ταῦτα προσῆκε κακίας ἀρχὴν κατὰ Θεοῦ φαντάζεσθαι· δειχθήσεται γὰρ ὡς καὶ ταῦτα τοῦ πεποιηκότος ἡμᾶς ἐμφαίνει τὴν ἀγαθότητα· καὶ οὔτε κατὰ βούλησιν αὐτοῦ πρὸς ἀνθρώπων γίγνεται, οὔτε ἔκ τινος αἰτίας ἢ ἀρχῆς καθ' ἡμῶν φέρεται.

Dabitur vero opera, ut nihil tam eorum quæ dicta, quam quæ dicenda sunt, disputatio non ratione conclusum relinquat: fingunt enim cogitatione duarum naturarum contrariarum admistionem, et his, ut eis videtur, res omnes distribuunt. Undenam, inquiunt, mala, si hæc non ex aliquo principio sunt? Si quis vero percontetur, qualia peccata in homines confertis? Quæcunque fabricatus est Deus, et totam ipsam rerum sapientissimam compositionem ac gubernationem vituperant: ut jam si quis demonstret omnia bene et C necessario facta esse et fieri, necesse est excidat eis et avolet ratio contrarii principii. Cum enim ea quæ infra sunt, non intellexissent, quomodo habeant de iis quæ sunt supra, sunt commenti, neque percepissent quomodo ea quæ videntur, disposita sint, id quod non videtur, calumniati sunt; et cum studere viderentur, ut cognoscerent, quia non cognoverunt, in majorem ignorantiam inciderunt: etenim veluti in tenebris quærerent, quæ de iis quæ apparent, ignorabant, non solum non invenerunt, quod quærere videbantur; quin potius majores ignorantiæ tenebras sibi offuderunt. Nos vero primo de duobus principiis contrariis, quæ ponunt, disserentes, ad conclusionem argumentationis de universo veniemus: esse scilicet bona et necessaria D omnia, et illa maxime, ut superius dixi, in quæ maximum impetum et incursum faciunt, quasi omnium concessu mala sint; præterea etiam omnium rerum gubernationem, atque illa in quibus severitatem providentiæ, qua, quæ magis necessaria sunt, procurantur, improbant; et non solum hæc, sed de iis etiam quæ apud homines injuste fiunt, neque propter hæc principium mali contra Deum oportere cogitare: docebimus enim hæc etiam bonitatem Dei qui nos fecit, declarare; et neque ab hominibus fieri secundum voluntatem Dei, nec ex principio quopiam contrario in nos ferri.

Cap. V. *An duo principia opposita.*

Τοιγαροῦν λοιπὸν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῆς μυθώδους ἀσεβείας αὐτῶν ἔλθωμεν, ἐξετάζοντες, εἰ παραδέ-

Igitur aggrediamur deinceps ad principium impietatis illorum commentitiæ, inquirentes, utrum

(2) Editi, εὔτε. Edit.

notiones naturales duo contraria principia rerum A admittant: si enim ne consentientia quidem admittunt, multo minus pugnantia. Scribens igitur ille ipse furens Manichæus, ubique incipit: *Erat Deus et materia, lumen, et tenebræ, bonum et malum, in omnibus summe contraria*; ut in nulla re alterum cum altero communionem et societatem haberet, ambo ingenita et viventia: igitur aut disjungent se; aut si fuerint simul, amica et nequaquam contraria esse apparebit. At patet dicere eum, sejuncta esse hæc. Igitur utrumque cum altero finitum et terminatum erit secundum substantiam, et neutrum incircumscriptum et infinitum: circumscribere autem Deum secundum substantiam, et non nosse et confiteri infinitum esse, quomodo non est admodum impium? Quandoqui- B dem non solum circumscribi et terminari substantia Dei videbitur, sed a malo, ut ille ait, hoc accipere. Quod quidem extra communes notiones est, quæ menti suggerunt, ut eum ubique esse noscat, et natura incomprehensum.

χονται γοῦν αἱ κατὰ φύσιν ἔννοιαι δύο (2*) ἐναντίας ἀρχὰς τῶν ὄντων· εἰ γὰρ μηδὲ συμφωνούσας δέξαιντ' (3) ἄν, ἤ πού γε μαχομένας. Γράφων τοίνυν ἐκεῖνος αὐτὸς, ὁ χαλεπώτατα μανεὶς, ἄρχεται πανταχοῦ· Ἦν Θεὸς, καὶ ὕλη· φῶς, καὶ σκότος· ἀγαθὸν, καὶ κακόν· ἐν τοῖς πᾶσιν ἄκρως ἐναντία, ὡς κατὰ μηδὲν ἐπικοινωνεῖν θάτερον θατέρῳ, ἀγέννητά τε καὶ ζῶντα ἄμφω· οὐκοῦν ἢ χωρίσει γε ταῦτα ἀπ' ἀλλήλων, ἢ σὺν ἀλλήλοις ὄντα φίλα καὶ οὐδαμῶς ἐναντία φανήσεται. Ἀλλὰ δῆλον, ὅτι χωρὶς ἀπ' ἀλλήλων καὶ αὐτὸς ταῦτα εἶναί φησιν· ἄρ' οὖν συμπεπερασμένον ἑκάτερον θατέρῳ τὴν οὐσίαν ἔσται, καὶ οὐδέτερον ἀπεριόριστον· περιορίζειν δὲ κατ' οὐσίαν τὸν Θεὸν, καὶ μὴ ἀπέραντον εἰδέναι τε καὶ ὁμολογεῖν, πῶς οὐ λίαν ἀσεβές; ὁπότε οὐ μόνον περιορίζεσθαι δόξει τὴν οὐσίαν καὶ περιγράφεσθαι, ἀλλὰ καὶ πρὸς τῆς κακίας, ὡς ἐκεῖνός φησι, τοῦτο πάσχειν. Ὅπερ πρῶτον μὲν τῶν κοινῶν ἐννοιῶν ἐκτὸς, αἵτινες ὑποβάλλουσιν αὐτὸν γινώσκειν εἶναί τε πανταχοῦ, καὶ ἀπερίληπτον ὑπάρχειν τὴν φύσιν.

Cap. VI. *Deus secundum placita Manichaica finitus.*

Præterea etiam, si hæc necessario a se dissident, non solum Deus, opinione illius insana, naturæ circumscriptæ esse videbitur, sed in privato loco esse, et residere prope contrarium. Quæ enim a se mutuo arcentur, propriis et privatis locis circumscribunt. Excutienda igitur sunt hæc, si ambo contraria tanquam ingenita antiquiora locis erant, aliquando rursus prius erant communiter a pugna C inter se libera. Sin vero disjunctio substantiæ utriusque simul ex æternitate fuit, antiquior erat locus substantiæ utriusque, vel simul cum illis ingenitus. Si autem antiquior, ut jam ambo videantur utriusque loci propagines, non sunt hæc ingenita, nec æterna: quod quidem locis ex quibus hæc exstiterunt, videbitur inesse. Si vero locus est simul cum illis ingenitus, erant plura ingenita, et non jam duo: necesse enim est, ut alia sint illa loca præter hæc quæ in illis sunt, sine quibus nec esse possunt.

Ἔτι μὲν εἰ ταῦτα διέστηκεν ἀναγκαίως ἀλλήλων, οὐ μόνον Θεοῦ κατὰ τὴν ἐκείνου μανίαν δόξει τὴν φύσιν περιορίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν ἰδίῳ τόπῳ τυγχάνειν, καὶ καταμένειν παραπλησίως τῷ ἐναντίῳ. Τὰ γὰρ ὑπ' ἀλλήλων εἰργόμενα, τόποις ἰδίοις δηλαδὴ περιγράφεται. Ἔστιν οὖν ἐξεταστέον, εἰ μὲν πρεσβύτερα τῶν τόπων ἄμφω τὰ ἐναντία ὡς ἀγένητα, ἦν ὅτε πάλιν πρότερον ἐτύγχανε κοινῇ τῆς ἐναντιότητος ἀπηλλαγμένα. Εἰ δὲ συναΐδιος ἑκατέρου τῆς οὐσίας ὁ χωρισμὸς, προγενέστερος ἑκατέρου τῆς οὐσίας ὁ τόπος, ἢ συναγέννητος. Ἀλλ' εἰ μὲν προγενέστερος, ὡς ἑκατέρου τόπου βλάστημα δοκεῖν εἶναι ἑκάτερον, οὔτ' ἀγέννητα ταῦτα, οὔτε ἀΐδια· ὅπερ ὑπάρχειν δόξει τοῖς τόποις ἐξ ὧν ταῦτα· εἰ δὲ συναγέννητος ἔσται, πλείω, καὶ οὐκέτι δύο τὰ ἀγένητα· ἀνάγκη γὰρ ἕτερα τυγχάνειν ἐκεῖνα παρὰ ταῦτα, ἐν οἷς ἐστι ταῦτα, ὧν ἄνευ οὐδὲ εἶναι δυνήσεται.

Cap. VII. *Spatium inter duo principia quodnam?*

Ad hæc poscendum est ab istis intermedium, et D utrisque interjectum, quod alterius cum altero communitatem arceat et prohibeat, ne finibus inter se commista, rursus rationem ac naturam contrariorum tollant. Quid igitur erit istud, quod ambo illa disterminet, et intersepiat? opus enim habet apud istos cujusdam tertii commentum fabulæ. An dicturi sunt nobis, esse murum adamantinum, aut aliud quid delirum? Cujusnam vero providentia hoc quidquid sit, interseptum esse dicent? utricunque enim contrariorum hoc assignare velint tanquam postea immissum, non reperient exitum in hac causa, neque se hinc expedient. Revocata enim

Πρὸς δὲ τούτοις καὶ μεθόριον ἀμφοτέρων ἀπαιτητέον, διεῖργον καὶ διακωλῦον ἑκατέρῳ τὴν πρὸς θάτερον κοινωνίαν, ἵνα μὴ, διὰ τῶν τερμάτων αὖθις ἀλλήλοις καταμιγνύμενα, τὸν τῆς ἐναντιότητος διαφθείρῃ λόγον. Τί τοίνυν ἔσται τὸ διαφράττον καὶ διεῖργον ἄμφω; τρίτου γάρ τινος κατ' οὐσίαν χρείαν ἔχει παρ' αὐτοῖς τῆς μυθολογίας τὸ πλάσμα. Ἆρ' οὖν τὸ ἀδαμάντινον τεῖχος ἐροῦσιν ἡμῖν, ἤ τι ἕτερον, παραπαίοντες; Τῇ τίνος δὲ προνοίᾳ τοῦθ' ὅ ποτε (3*) φήσουσι παρεγχεῖσθαι; Ὁποτέρῳ γὰρ τῶν ἐναντίων βουληθεῖεν ἀναθεῖναι τοῦτο, ὡς ὕστερόν ποτε παρεμβληθὲν, ἄπορος αὐτοῖς ἡ ὑπόθεσις εὑρεθήσεται. Πρὸς γὰρ τὸ ἀρχαιότερον ἀναβὰς ὁ λόγος αὖθις φωράσει

(2*) Δύο. In cod. ms. erat διό, nullo plane sensu; ideoque illud omiserat Turrianus: reposuimus δύο; duo quippe tuebatur principia Manes. Basn.

(3) Vulg., δόξαιντ'. Edit.

(3*) Forte, τοῦτό ποτε, vel τοῦθ', ὅ τί ποτε. Edit.

τὰ ἐναντία ἀλλήλων ἀχώριστα, ὡς οὐδαμῶς ἐναντία. Εἰ δὲ μηδετέρου προνοίᾳ τὸ μεθόριον, ὃ δηλοῦσιν, ὑπάρξαι φήσουσιν, ἕτερον ἀγέννητον ἐπεισάγοντες ἐξ ἀνάγκης ὁμολογοῦσι, μηδετέρου τῶν ἐναντίων τῆς οὐσίας μετέχον, ἵνα τῷ πάντῃ διαλλάττειν χωρίζῃ ταῦτα· καὶ εὑρεθήσονται ὄχλον ἀγεννήτων τιθέμενοι, δύο φήσαντες εἶναι.

A ascendendo ad antiquius disputatio rursus deprehendet contraria inter se separata, tanquam nullo modo contraria. Sin vero neutrius providentia interseptum, quod declarant, esse dixerint, necessario fatentur introducere se aliquid ingenitum, quod neutrius substantiam participet, ut omnino dirimendo separet hæc; atque ita fiet, ut reperiantur turbam ingenitorum ponere, qui duo ingenita esse dixerunt.

Τὰ ἀγένητα, τὸ μέντοι διεῖργον καὶ μεθόριον, εἴτε δὴ τεῖχος, εἴτε γῆ ἄοικος, εἴτε καὶ ὅπερ ἂν θέλοιεν· ποῦ μὲν ἄρ' ἔχει τὴν ἕδραν, ποῦ δὲ τὴν κορυφήν; Ἀλλὰ δῆλον, ὡς κάτω μὲν τὴν ἕδραν· ποῦ δὴ καὶ πόσον; Ἄνω δὲ τὴν κορυφήν· ποῦ καὶ ἐπὶ πόσον; Τὸ γὰρ ἄνω καὶ κάτω δημιουργίας ὀνόματα, πρὸ δημιουργίας· δεῖ μέντοι καὶ βαθύτερον καὶ ὑψηλότερον εἶναι τὸ μεθόριον τῆς τῶν χωριζομένων οὐσίας· ἵνα μὴ κάτωθεν ἢ ἄνωθεν ἐλλεῖψαν, πάροδον τοῖς ἐναντίοις παράσχῃ πρὸς ἄλληλα. Εἰ δὲ σκιᾷ καὶ ἡλίῳ παραβάλλοιεν ὃ καλοῦσι μεθόριον, οἰήσονται μὲν, ὡς οὐδὲν ἐπικοινωνεῖ τῷ ἡλίῳ ἡ σκιά, διελεγχθήσονται δὲ χαλεπῶς πρὸς τοῦ Μάνεντος ἠπατημένοι· σκιὰ γὰρ ἡλίου κοινωνίᾳ καὶ δι' ὅλου παρουσίᾳ γένοιτ' ἄν, ὄγκου τινὸς ἀνέχοντος ἐν μέσῳ καὶ πρὸς θάτερον μέρος αὐτὴν παραπέμποντος· καὶ σκιὰ εἴη ἂν οὐδὲν ἕτερον, ἢ τεκμήριον φωτὸς, διά τινος παρεγκειμένου σώματος ἐμποδιζομένου· ἐπεί τοι φωτὸς ἐν νυκτὶ μὴ παρόντος, οὐδ' ἂν σκιὰ μερικὴ γένοιτο. Ἆρ' οὖν, ὅπη σκιὰ, ἐκεῖ φῶς· τὰ γὰρ ἐπέκεινα τῆς σκιᾶς, φωτὶ καταλάμπεται· πλὴν εἰ μή γε τὸ σκιάζον ὕψει τὸ φωτίζον παμπληθεὶ ὑπερβαίνει· κἂν μὴ τὸ γελοιότατον τεῖχος τῷ παραλόγῳ τεθῇ, φῶς ἐν φωτὶ διαιτωμένη φανήσεται ἡ κακία. Πῶς γὰρ ἂν γένοιτο σκιὰ, τοῦ φωτὸς δι' ὅλου κατὰ τῆς ὕλης ὄντος, εἰ μή τι ἐν μέσῳ γε ἀνέχοι, καὶ ἀποκλεῖον δι' ὅλου ποιοῖ αὐτήν; οὐ μὴ (4) παρεγκειμένου, καὶ πλεῖστον ὅσον ἀνέχοντος, κοινὸν ἀϊδίως ἔσται καὶ τῇ κακίᾳ τὸ φῶς.

Attamen hoc quod disterminat, et interseptum est, sive murus est, sive terra sine domibus, sive aliud quodlibet: nunquid alicubi quidem habet basim, alicubi vero culmen? Atqui perspicuum est, infra quidem habere basim: sed ubi, et quantam? B Supra vero culmen, sed ubi, et quantum? Supra enim et infra nomina fabricationis mundi, ante fabricationem sunt apud istos: atqui oportet etiam interseptum profundius et altius esse quam ea quæ disterminantur; ne si quid ex parte inferiori aut superiore deficiat, aditum contrariis præbeat, ut simul sint. Si autem cum umbra et sole comparent illud, quod interseptum vocant, putabunt quidem nihil habere commune umbram cum sole; convincetur tamen, deceptos esse eos turpiter a Manichæo: umbra enim communione solis et præsentia fieri solet mole quadam interposita, quæ communionem et præsentiam solis ad alteram partem transmittit; nihilque aliud umbra est, quam indicium luminis corpore quopiam interjecto impediti: nocte C enim, cum non adest lumen, nec pars umbræ esse potest. Ubi igitur umbra est, ibi lumen; quæ enim ultra umbram sunt, lumine collucent, prætcrquam cum id quod umbram facit, multa altitudine superat id quod illuminat; et malum in lumine habitans lumen esse apparebit, nisi murum maxime ridiculum positum habent. Quomodo enim umbra esse poterit lumine materiam ex omni parte collustrante, nisi quid in medio prohibeat, et lumen omnino ab ea excludens umbram efficiat? In lumine non videbitur posuisse pro muro ridiculo; quod interpositum si non sit, et quam maxime disterminet, perpetua erit communitas malo cum lumine.

Αὖθις τὸ μεσημβρινὸν μέρος τῇ κακίᾳ διδόντες, ὡς ὄναρ τῆς δημιουργίας διαγράφουσι· ποῦ γὰρ ἦν μεσημβρία πρὸ μεσημβρίας; Ἀτιμότερος δὲ τόπος ἄλλος ἄλλου τῆς δημιουργίας οὐκ ἂν γένοιτο· τὸ γὰρ εὐώνυμον ὁρῶντι πρὸς δύσιν, δεξιὸν αὖθις εὑρίσκεται πρὸς ἀνατολὰς ἰδόντι. Ἀλλὰ πλείστη μὲν ἡ τοῦδε τοῦ βαρβαρικοῦ δόγματος ἀτοπία· δύο γὰρ ὅλως ἀρχαὶ, πῶς ἂν εἶεν, ἢ κληθεῖεν ἀρχαί; ἀρχὴ γάρ ἐστιν ἥ τε τῶν ὅλων πρεσβυτέρα καὶ τῶν ἁπάντων κρατοῦσα· ὧν οὐδέτερον ὑπάρξειεν ἂν οὐδετέρῳ. Σύγχρονα γὰρ ἄμφω καὶ συναγέννητα, ὄντα τὸν τοῦ πρεσβεύειν ἀλλήλοις διαφθείρει λόγον. Ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρχικῆς ἐξουσίας οὐ μόνον ἀλλήλων ὡς ἐναντία γε ταῦτα ἐξῃρημένα, ἀλλὰ καὶ φύσει μαχόμενα, πῶς ἂν ἔχειν διόλου τὸ ἄρχειν νομισθείη; Εἰ τοίνυν μηδ-

Rursus, meridianam partem malo tribuentes, somnium fabricæ describunt: ubi enim erat meridies ante meridiem? D Locus autem in mundi fabrica alius alio inhonoratior non potest esse: quod enim ad lævam est in occasum aspicienti, ad dextram rursus est aspicienti in orientem. Verum absurdissimum est hoc barbaricum dogma; duo enim prorsus principia quomodo principia sint, aut appellentur? siquidem principium est, quod omnibus est antiquius, et omnium tenet principatum et imperium; quorum neutrum in neutro duorum esse potest. Esse enim ambo ejusdem temporis et cognata, rationem eorum inter se principatus et excellentiæ tollit. Imo quæ non solum a principatu potestatis inter se libera sunt, utpote contraria,

(4) *Οὐ μή*. Deesse hic aliquid videtur ex interprete.

sed natura pugnant; quomodo cogitari possunt habere omnino principatum? Quodsi ratio principatus neutrum horum incolume servat, quomodo principia vocabuntur?

A ἑτέρῳ τούτων διασώζεται τῆς ἀρχῆς ὁ λόγος, πῶς ἂν ἀρχαὶ κληθεῖεν;

Cap. VIII. *Ratio duo principia non admittit.*

Quomodo rationes naturales admittent, ut sint duo secundum substantiam contraria, ubi primo quidem nomen substantiæ commune est utrisque? Primum igitur, quatenus utrumque substantia est, perspicuum est, convenire inter se, et non esse contraria. Deinde ambo sunt animalia, præterea æqualiter ingenita. Quorum autem eadem sunt nomina, et eadem descriptio, horum substantia quomodo contraria aut pugnans esse potest? Siquidem nomina res significant: dicitur enim de unoquoque quod unumquodque est, ut esse potest. Itaque cognoscimus vim nominum esse res. Utrumque igitur eorum quæ Manichæus contraria putat, substantia vivens et ingenita nominatur; manifestumque est, cum talis error principium ducat a barbaris, esse etiam apud eos sublatam communium notionum consecutionem: integra enim atque eadem est utriusque ex æquo descriptio, quæ non modo omnem contrariorum suspicionem ejicit, sed neque differentiam ullam in iis quæ nominant esse permittit.

Πῶς δ' ἂν οἱ φυσικοὶ λογισμοὶ παραδέξαιντ' ἂν ὑπάρχειν ἐναντία δύο κατ' οὐσίαν, ὅπου γε πρῶτον μὲν τὸ τῆς οὐσίας ἀμφοτέροις ὄνομα κοινόν; Καθὸ τοίνυν πρῶτον ἑκάτερον οὐσία, δῆλον, ὡς ὁμονοοῦντα καὶ οὐκ ἐναντία· ἔπειτα ζῶα ἄμφω· πρὸς δὲ τούτοις ἐπίσης ἀγέννητα. Ὧν δὲ τὰ αὐτὰ ὀνόματα, καὶ αὐτὴ ὑπογραφή, τούτων πῶς ἡ οὐσία μαχομένη καὶ ἐναντία; καίτοιγε τὰ ὀνόματα τῶν πραγμάτων ἐστὶ σημαντικά· κατηγορεῖ γὰρ ἑκάστου τὸ τί ἐστιν ἕκαστον, B ὡς ἐνδέχεται· γνωρίζομεν τοίνυν, ὡς δύναμις τοῖς ὀνόμασι τὰ πράγματα. Ἆρ' οὖν ἑκάτερον τῶν παρὰ τῷ Μάνεντι νομιζομένων ἐναντίων οὐσία ζῶσά τε καὶ ἀγέννητος ὀνομάζεται· εὔδηλον, ὡς ἐκ βαρβάρων τὴν ἀρχὴν τῆς τοιαύτης λαβούσης πλάνης, διέφθαρται παρ' αὐτοῖς τῶν κοινῶν ἐννοιῶν ἡ ἀκολουθία· ὁλόκληρος γὰρ καὶ ἡ αὐτὴ ἐπίσης τυγχάνει ἑκατέρου ὑπογραφή, οὐ μόνον ἐναντιότητος πᾶσαν ὑποψίαν ἐξορίζουσα, ἀλλ' οὔτε διαφοράν τινα συγχωροῦσα ἐν τοῖς ὀνομαζομένοις ὑπάρχειν.

Cap. IX. *Principiorum qualitates contrariæ. In Deo nulla qualitas.*

Aiunt autem Manichæi asseclæ hoc quidem bonum, illud vero malum; qualitates videlicet ante substantiam intelligentes: nominata enim similiter in utroque substantia (sunt enim ambo substantia vivens et ingenita) supervacanea est; deinceps sunt veluti qualitates contrariæ: etsi enim non decet nominare in Deo qualitatem, esse tamen prius quodammodo est cogitatione, quam talem esse; substantia autem significatur, cum dicitur substantia vivens et ingenita. Præterquam si dicant propria accidere ambobus contraria, quod est omnium stultissimum, ingenito enim nihil accidit; cui enim non accidat esse, huic neque taliter esse acciderit. Quod non est, non accidit.

Qualitates igitur contrarias licet in rebus invenire, substantias vero nequaquam: album enim et nigrum contraria sunt, utrumque in corpore eadem substantia; sunt autem talia partim contraria inter se, partim non contraria. Primum namque subter unum genus sunt; utraque enim sunt color. Deinde etsi contraria esse videntur, tamen aspectum varie delectant, neutrum enim illorum immoderatione hunc offendit. Imo etiam virtus et vitium in anima; atque hæc quidem contraria, non solum in eadem substantia, sed in uno genere nominantur: utrumque enim est habitus, quæ tanquam accidentia insunt in anima a qua abesse possunt; anima in qua hæc sunt, alias aliter affecta et dis-

Φασὶ δὲ τὸ μὲν ἀγαθὸν, τὸ δὲ κακὸν, τὰς ποιότητας C οἱονεὶ πρὸ τῆς οὐσίας ἐκλαμβάνοντες, οἱ τῷ Μάνεντι συντρέχοντες· τῆς γὰρ οὐσίας ὁμοίως ἐφ' ἑκατέρου ὀνομαζομένης (οὐσία γὰρ ζῶσά τε καὶ ἀγέννητος ἄμφω), περιττὴ λοιπὸν τῆς οἱονεὶ ποιότητος ἡ ἐναντιότης (4*)· εἰ γὰρ καὶ μὴ ἁρμόζει ἐπὶ Θεοῦ ποιότητα ὀνομάζειν, ἀλλά γε τῇ ἐννοίᾳ τρόπον τινὰ τὸ εἶναι τοῦ τοιόνδε εἶναι προτερεύει· τὸ δὲ εἶναι σημαίνεται τῷ, οὐσία ζῶσά τε καὶ ἀγέννητος. Πλὴν εἰ μὴ ἴδια φαῖεν ἐπισυμβῆναι τὰ ἐναντία ἑκατέροις, ὅπερ ἐστὶ πάντων ἀνοητότερον· ἀγεννήτῳ γὰρ οὐδὲν ἐπισυμβαίνει· ᾧ γὰρ τὸ εἶναι μὴ ἐπισυνέβη, τούτῳ οὐδὲ τὸ τοιῶσδε εἶναι. Ὃ μὴ εἴη, οὐκ ἐπισυμβαίνει.

Ποιοτήτων μὲν οὖν ἐναντιότητά ἐστιν ἐν τοῖς οὖσιν εὑρεῖν, οὐσίας δὲ οὐδαμοῦ· λευκὸν γὰρ πρὸς μέλαν D ἐναντίως ἔχει· ἑκάτερον δὲ ἐν σώματι τῇ αὐτοῦ (5) οὐσίᾳ· ἔχει μέντοι αὐτὰ, πῇ μὲν ἐναντίως πρὸς ἄλληλα, πῇ δὲ οὐκ ἐναντίως. Πρῶτον μὲν γὰρ ὑφ' ἓν γένος ἐστὶ, χρῶμα γὰρ ἑκάτερα· ἔπειτα, εἰ καὶ ἐναντία εἶναι δοκεῖ, ἀλλά γε τῇ ὄψει ποικίλως προσάγει τὴν ἀπόλαυσιν· οὐδέτερον γὰρ αὐτοῖν τῇ ἀσυμμετρίᾳ λυπεῖ ταύτην· ἀλλὰ καὶ ἤδη ἀρετή τε καὶ κακία ἐν ψυχῇ, ὡς ἐναντία μὲν καὶ ταῦτα, οὐ μόνον δὲ ἐν τῇ αὐτῇ οὐσίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑνὶ γένει προσαγορεύεται· ἕξις γὰρ ἑκάτερα, ἅτινα καὶ ὡς ἐπισυμβαίνοντα ψυχῇ ἐνυπάρχει· ὅθεν καὶ ἀποσυμβαίνειν ἐνδέχεται τῆς, ἐν ᾗ ἐστι ταῦτα, ἄλλοτε ἄλλως διακει-

(4*) Περιττὴ...ἡ ἐναντ. Basnagius sic reddit: *Supervacanea est contrarietas, quæ ipsis inest ut qualitas.*
(5) Forte, τῇ αὐτῇ. Edit.

μένης· ὡς εἶναι δῆλον, ὡς ὁ μὲν περὶ τῆς οὐσίας A λόγος ἀφώρισται, ὁ δὲ περὶ τῶν ταύτῃ ἐπισυμβαινόντων ἕτερος τυγχάνει.

Καίτοι τὸ μὲν λευκόν τε καὶ μέλαν ἔστιν ὅτε καὶ ὡς ἀχώριστα ἐνυπάρχει τοῖς ἐν οἷς ἐστι· καὶ ὅμως οὐδεὶς πώποτε ἀπὸ τούτων ὠνόμασεν ἐκεῖνα, ἐν οἷς ἐστι ταῦτα· οὐδεὶς γάρ, θελήσας γάλα σημῆναι, οὐχὶ μᾶλλον πρὸ τοῦ κατὰ τοῦ εἴδους τῆς οὐσίας ὀνόματος κειμένου κατεχρήσατο τὸ τῆς λευκότητος, ἵνα μὴ ἀνθ' ἑνὸς πολλὰ σημαίνειν δόξῃ, οἷς πρόσεστιν· ἀλλὰ μὴν καὶ κόρακα οὐ τῷ μέλανι σημαίνομεν, ἀλλὰ τῷ τοῦ ζώου καὶ τοῦ εἴδους ὀνόματι. Αὗται μὲν οὖν καὶ τοιαῦται ἀχώριστοι ποιότητες· ἀρετὴ δὲ καὶ κακία ἐν ψυχῇ τῶν ἐπισυμβαινουσῶν ποιοτήτων εἰσίν· ὡς μᾶλλον προσήκειν μηδαμῶς ἀπὸ τούτων τὴν οὐσίαν δεῖν τοῦ ἀνθρώπου κατηγορεῖσθαι, δεῖν δὲ ταύτην B ἰδίως σημαίνεσθαι. Οὐδεὶς γοῦν τὸ, τί ἐστιν ἄνθρωπος, ἐκ τῆς ἐνούσης τῷ τινι κακίας ἐσήμανεν, ἀλλὰ πρῶτον τῆς οὐσίας τὸ εἶδος εἰπὼν, εἶτα καὶ τὸ, τίς, προσειπὼν, ὕστερον κατηγορεῖ τὴν ποιότητα.

Ποιοτήτων μὲν οὖν, ὃ προλαβὼν εἶπον, εὕροι τις ἂν ἐν τοῖς ὑποβεβηκόσιν ἐναντιότητα τῶν μὲν χωριστῶν, τῶν δὲ καὶ ἀχωρίστων· ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ πᾶσα μὲν ποιότης ἐκβέβληται, ἐπειδή γε οὐδὲν ὧν καλεῖται, ἕτερον παρ' αὐτόν· ἁπλοῦς γὰρ καὶ ἀσύνθετός ἐστιν· ὅμως δὲ τῇ ἐννοίᾳ, ὃ προλαβόντες εἴπομεν, πρεσβεύει τὸ εἶναι τοῦ τοιόνδε εἶναι.

posita: ut liqueat, aliud esse de substantia loqui, aliud de iis quæ substantiæ accidunt.

Atqui fit aliquando, ut album quidem et nigrum abesse non possint ab iis in quibus insunt; nemo tamen ab his unquam illa in quibus hæc sunt, nominavit: nullus enim cum voluit significare lac, potius nomine albi abusus est quam usus nomine substantiæ imposito speciei; ne pro uno multa significare videatur, quibus inest albus color: quin etiam corvum non declaramus nomine nigri, sed nomine avis et speciei. Hæ igitur et hujusmodi qualitates inseparabiles sunt: virtus autem et vitium in anima ex qualitatibus quæ accidunt, sunt; ut magis conveniat, ut minime videatur substantia hominis ab his nominari; sed oportere hanc proprie significare. Nemo igitur quid est homo, ex vitio quod alicui inest, significaverit; sed primo speciem substantiæ dixerit, deinde quis sit adjicit, postea qualitatem in eo dicit.

Qualitates igitur contrariæ, sicut ante dixi, in iis quæ accidunt, reperiri possunt partim quidem separabiles, partim vero non: in Deo autem omnis qualitas ejecta est; quandoquidem nihil eorum quæ de eo dicuntur, aliud est præter ipsum; simplex enim est et compositionis expers: cogitatione tamen, ut superius dictum est, prius est esse quam talem esse.

Cap. X. *Duo ingenita non possunt esse contraria*

Διό φαμεν, ἀναλαβόντες, ὡς, εἰ ἑκάτερα ἅ φησιν C εἶναι ἐναντία, οὐσία ζῶσά τε καὶ ἀγέννητος (οὐ γὰρ ἀρνηθεῖεν)· ἢ ἄμφω ἀγαθὰ, ἵνα μᾶλλον πρὸς τὸ εὔφημον εὐσεβῶς διὰ τὸ ὄντως ὂν ἀγαθὸν καὶ τοὐναντίον, ἔφασιν (5*), ἕλκηται τὸ μηδαμῶς ὂν (οὐ γὰρ ἀντιστρέψομεν), ἢ ἄμφω κακά· τὸ γὰρ ἀγέννητον πάντως ἀγαθόν. Αὐτίκα ἀγέννητος ὁ Θεὸς ὑπάρχων, ἆρα αὐτὸ τὸ μὴ γεννηθῆναι ὡς κακὸν ἔχει; Οὐδαμῶς, ἀλλ' ὡς ἀγαθὸν δηλαδή. Τίς οὖν ἡ ἀποκλήρωσις, τοῦτ' αὐτὸ πρᾶγμά τε καὶ ὄνομα, παρὰ μὲν τῷ Θεῷ καλόν τε καὶ ἀγαθὸν εἶναι, παρὰ δὲ τῇ κακίᾳ, ὥς φασι, τοὐναντίον κακόν; Γενέσει μὲν γὰρ εὑρεθείη ἂν διαφορὰ, διαφορὰ μέντοι καὶ οὐκ ἐναντιότης· ἀγεννησίας δὲ ποίαν τις ἂν εὕροι διαφορὰν, ἤ πού γε ἐναντιότητα; Διόπερ παντάπασιν ἀδύνατον, ἀγέννητον ἀγεννήτῳ ἐναντίον εἶναι· εἰ γάρ τι εἴη, οὐδὲν τῶν αὐτῶν ὀφείλει D οὔτε εἶναι, οὔτε προσαγορεύεσθαι τῷ ἐναντίῳ, ἵνα ἀκοινώνητον ᾖ τοῖς πᾶσι πρὸς τὸ ἐναντίον.

Quamobrem rursus dicimus, si utraque eorum quæ Manichæus contraria esse dicit, substantia vivens et ingenita sunt; non enim negabunt, vel ambo bona ut magis ad id quod bene pieque sonat, propter vere bonum, ipsum contrarium, quod minime est, trahatur; non enim dicemus, vel contra, si ambo mala: quod enim ingenitum est, omnino bonum est. Continuo igitur Deus cum ingenitus sit, nequaquam habet hoc ipsum non ingenitum esse tanquam malum, sed tanquam bonum certe. Quæ igitur sortitio ista eamdem rem et nomen apud Deum quidem pulchram et bonam esse; contra vero malam apud malum, ut isti aiunt? in generatione quidem inveniri queat differentia, differentia tamen, et non contrarium. In eo vero quod est ingenitum esse, quid potest esse differens, nedum contrarium? Quamobrem omnino fieri non potest, ut ingenitum ingenito contrarium sit; si quid enim sit, nullum eorum debet nec esse nec appellari contrarium, ut in omnibus rebus nulla sit cum contrario communitas ac societas.

Εἰ γὰρ μὴ εἴη πάντῃ ἐναντίον, καθὸ ἐπικοινωνεῖ, οὐκ ἐναντίον· ἐναντίον μέντοι τὸ μὴ ὂν τῷ ὄντι· τάχα δὲ οὐδὲ τοῦτο (6)· οὐ γὰρ διαμάχεται. Τὸ δὲ ὂν τῷ ὄντι οὐκ ἐναντίον. Εἰ δὲ τὸ ὂν τῷ ὄντι πάντως ὁμόλογον, ἓν τὸ καὶ μόνον ἀληθῶς ὂν, τοῖς πᾶσι τοῦ εἶναι ἄρχον.

Si enim non sit omnino contrarium, quatenus ei communitas cum altero est, non est contrarium: contraria tamen sunt esse et non esse. Fortasse vero nec hæc contraria sunt, non enim pugnant. Quod vero est, non est contrarium ei quod est. Si autem quomodo est penitus cum eo quod est convenit, unum et solum, quod vere est, omnibus erit principium ut sint.

(5*) Forte, ὅ φασιν. Edit.

(6) Τάχα δὲ, κ. τ. λ. *Sunt enim in Deo simul,* « *qui vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt,* » sicut Apostolus ait (*Rom.* IV, 17). Canisius.

CAP. XI. *Nomina contraria duobus principiis danda. Perturbatio in rebus est ordo.*

Aiunt præterea etiam ipsi oportere omnia quæ A sunt Deo contraria appellare materiam : verbi gratia, si Deum appellemus lumen, contrarium vocemus tenebras; si bonum, illud malum. Si tamen appellaremus Deum ipsam illam veritatem, patet vocandum esse contrarium mendacium. Quod autem vere est, ut opinati sunt, quomodo erit mendacium? quod enim est, si dicatur non esse, mendacium fuerit. Quod vero vere est, quod facit ut verum sit esse aliquid, nunquam erit mendacium. Si enim dicat esse, verum dicit; si vero non dicat esse, ut non dicat verum, neque dicet non esse, ut mentiatur. Quod si dicat non esse, notione mentitur; non est igitur ipsum mendacium, vere enim est.

Φασὶ δὲ καὶ αὐτοὶ χρῆναι πάντα τὰ ἐναντία τῷ Θεῷ τὴν ὕλην προσαγορεύεσθαι· οἷον, ἐὰν καλῶμεν τὸν Θεὸν φῶς, τὸ ἐναντίον σκότος· ἐὰν δὲ ἀγαθὸν, ἐκεῖνο κακόν· ἐὰν μέντοι καλέσωμεν τὸν Θεὸν αὐτοαλήθειαν, δηλονότι τὸ ἐναντίον ψεῦδος κεκλήσεται· τὸ δὲ ἀληθῶς ὂν, ὡς ὑπειλήφασι, πῶς ἂν εἴη ψεῦδος; τὸ μὲν γὰρ μὴ ὂν, εἰ λέγοιτο εἶναι, ψεῦδος ἂν εἴη· τὸ δὲ ὂν, καὶ ἀληθῶς ὂν, αὐτῷ τῷ εἶναι ἀληθεῦον, οὐκ ἂν εἴη ψεῦδος· εἰ γὰρ εἶναι λέγει τις, ἀληθεύει· εἰ δὲ μὴ λέγει, ὅτι ἔστιν, ἵνα μὴ ἀληθεύσῃ, ἀλλ' οὐδὲ ὅτι οὐκ ἔστιν εἴποι ἄν, ἵνα ψεύσηται· κἂν εἴπω (6) δὲ, ὅτι οὐκ ἔστι, τῇ ἐπινοίᾳ ψεύδεται. Οὐκοῦν αὐτὸ ψεῦδος· ὂν γάρ ἐστιν ἀληθῶς

Deinde si vocant isti bonum immortalitatem, B malum vocabunt interitum : at cujus erit interitus, ipse interitus? boni enim non poterit : sin erit sui ipsius interitus, multis sæculis a se interivit, et frustra ac vane eum esse cogitatione fingunt. Quomodo autem erit interitus? aliud namque tollit interitus, non seipsum ; sin vero seipsum, neque principio subsistere potuit : videbitur enim magis se ipse interimere quam esse ; interitus enim immortalis non potest secundum communes notiones cogitari. Quod autem est ingenitum, necessario est ab interitu liberum et æternum, unde et immortale : supra mortale enim est quod ingenitum est. Si autem hoc habet materia, ut nunquam facta fuerit, quod majus est ; quomodo non hoc quod minus est, non ei inest, nunquam scilicet interi- C tum cepisse? Si autem non capit interitum tanquam æterna, neque sui ipsius est interitus, et non erit substantia ipsius interitus.

Ἔπειτα εἰ καλοῖεν τἀγαθὸν ἀφθαρσίαν, φθορὰν ὀνομάσουσι τὸ κακόν. Τίνος δ' ἂν εἴη φθορὰ ἡ φθορά; τοῦ μὲν γὰρ ἀγαθοῦ ἀδύνατον· εἰ δ' ἑαυτῆς εἴη φθορὰ, ἐν πολλοῖς τοῖς αἰῶσι διέφθαρκεν ἑαυτὴν καὶ μάτην αὐτὴν εἶναι φαντάζονται. Πῶς δ' ἂν εἴη φθορά; πάντως (7) γὰρ ἕτερόν τι φθείρει, οὐχ ἑαυτήν· εἰ δὲ ἑαυτὴν, οὐδ' ἂν τὴν ἀρχὴν ὑπέστη· ὀφθήσεται γὰρ ἑαυτὴν φθείρουσα μᾶλλον ἢ οὖσα· φθορὰ γὰρ ἄφθαρτος ἀδύνατον, κατά γε τὰς κοινὰς ἐπινοίας ἐπινοηθῆναι. Ἄφθαρτον δὲ πάντως τὸ ἀγέννητον καὶ ἀΐδιον, ὅθεν καὶ ἀθάνατον· ἐπάνω γὰρ τοῦ ἀφθάρτου τὸ ἀγένητον. Εἰ δὲ τὸ μὴ γενέσθαι πώποτε ὑπάρχει τῇ ὕλῃ μεῖζον ὂν, πῶς οὐχὶ καὶ τὸ ἔλαττον αὐτῇ προσυπάρξει, τὸ μὴ φθαρῆναι; Εἰ δὲ μὴ φθείρεται ὡς ἀΐδιος, οὐδ' ἂν ἑαυτῆς ὑπάρχει φθορὰ, καὶ οὐκ ἂν εἴη οὐσία φθορᾶς.

Sed qui ex schola Manichæi profecti sunt, hujusmodi disputationes cum audiunt, unde, inquiunt, ea ordinis perturbatio quæ in rebus cernitur? At sæpe dictum est, propter ignorantiam divinæ gubernationis et quomodo res dispositæ sint, falsam et impiam cognitionem sibi comparasse, propter inscitiam eorum quæ scire sibi videbantur, quæ pejus, quam si ignorassent, sciverunt; et quod verius est, amisso, quod quærebant, prius quam quærerent : disputatio vero nostra cum tempus erit, quam putant perturbationem D ordinis rerum, bonum ordinem esse a Deo altissimo proficiscentem, conficiet et concludet ; et quæ ipsi dicunt mala, alia quidem in actione tantum posita, alia vero secundum substantiam, minime mala esse docebit.

Ὅταν μέντοι τοιούτων ἀκούωσι λόγων οἱ ἐκ τοῦ Μάνεντος ὁρμώμενοι, ἀποροῦντες, Πόθεν οὖν, φασὶ, τὰ κακά; πόθεν δὲ, λέγουσιν, ἡ ἐν τοῖς πράγμασιν ἐμφαινομένη ἀταξία; Ἀλλὰ πολλάκις μὲν εἴρηται, ὅτι δι' ἄγνοιαν τῆς τῶν πραγμάτων διαθέσεως καὶ τῆς θείας διοικήσεως, γνῶσιν ἐσφαλμένην καὶ βλάσφημον ἑαυτοῖς ἐπραγματεύσαντο δι' ἄγνοιαν ὧν γνῶναι ἔδοξαν· ἃ χεῖρον ἔγνωσαν, ἢ ἠγνόουν· καὶ ὃ ἐζήτουν, ἀληθέστερον ἀπολέσαντες ἢ πρὶν ζητῆσαι· ὁ δὲ λόγος κατὰ καιρὸν μὲν καὶ τὴν παρ' αὐτοῖς νομιζομένην τῶν πραγμάτων ἀταξίαν, εὐταξίαν τὴν ἀνωτάτω Θεοῦ παρέχοντος, ἀποδείξει· καὶ τὰ λεγόμενα πρὸς αὐτῶν κακὰ τὰ μὲν ὡς πραττόμενα μόνον· τὰ δὲ κατ' οὐσίαν ἥκιστά γε ὄντα, κακὰ δείξει.

CAP. XII. *De materia quid sentiant Manichæi.*

Erat, inquit Manichæus, tempus, cum materia sine ordine ferebatur ; et generabat, et crescebat

Ἦν γάρ ποτε, φησὶν, ὅτε ἡ ὕλη ἠτάκτει καὶ ἐγέννα, καὶ ηὐξάνετο, καὶ διετέλει πολλὰς προβαλλομένη

(6) Forte. εἴπῃ. EDIT

(7) *Πῶς δ' ἂν εἴη φθορά; πάντ.* Locus mutilus, restituendus proinde ex iis quæ habet Stephanus Gobarus, qui hæc ipsa Titi Bostrensis verba recitat apud Photium *Biblioth.* cod. CCXXXII, pag. 894, ubi sic legimus : Πῶς δ' ἂν εἴη φθορὰ ἑαυτῆς ἡ φθορά; *Quo autem modo corruptio fuerit sui ipsius corruptio?* Mox ex eodem Stephano sic legendum apud Titum : Φθορὰν γὰρ ἄφθαρτον ἀδύνατον κατά γε τὰς κοινὰς ἐννοίας ἐπινοηθῆναί ποτε. *Fieri enim non potest, incorruptibilem corruptionem communi sensu percipi aliquando posse.* Hæc debemus Wesselingio v. c. *lib. sing. Probabil.* cap. 20, pag. 168.

δυνάμεις· αὐξηθεῖσα τοίνυν ἀνήγετο, οὐκ εἰδυῖα τοῦ ἀγαθοῦ τὴν ὕπαρξιν. Ὡς δὲ ἐπὶ πλέον ἀναχθεῖσα εἶδε τήν γῆν τε καὶ τὸ φῶς τοῦ ἀγαθοῦ, ἐπιβῆναι τοῖς μὴ ἰδίοις ἐπιχειρεῖ· ὁ δὲ ἀγαθὸς δύναμιν ἀποστέλλει τινὰ, ᾗ καὶ ὄνομα τὸ δόξαν αὐτῷ ἐπιτίθησι, φυλάξουσαν μὲν δῆθεν τοὺς ὅρους, τὸ δ' ἀληθὲς δέλεαρ ἐσομένην εἰς ἀκούσιον τῇ ὕλῃ σωφρονισμόν· ὃ δὴ καὶ γέγονε. Θεασαμένη γὰρ ἡ ὕλη τὴν ἀποσταλεῖσαν δύναμιν προσεχίσσησε μὲν, ὡς δὲ (7*) ἐρασθεῖσα· ὁρμῇ δὲ πλείονι λαβοῦσα ταύτην κατέπιε· καὶ ἐδέθη τρόπον τινὰ, ὥσπερ θηρίον. Κέχρηνται γὰρ καὶ τῷδε τῷ ὑποδείγματι, ὡς δι' ἐπῳδῆς τῆς ἀποσταλείσης δυνάμεως ἐκοιμίσθη. Γέγονε τοίνυν μίξις καὶ κρᾶσις τοῦτον, φησὶ, τὸν τρόπον τῆς τε καταποθείσης δυνάμεως τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τῆς καταπιούσης ὕλης· καὶ οὕτως ἐξ ἀμφοῖν ἐδημιουργήθη τόδε πᾶν, ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ δηλαδή· οὐ γὰρ ἂν προὐνόησεν ἡ κακία κόσμου γενέσεως. Ἐντεῦθεν δέ φασι τὰ μὲν ἀγαθὰ, τὰ δὲ κακὰ, τῆς κράσεως ἐκείνης καὶ τῆς συνόδου τοῖν δυοῖν διὰ τῆς ἐναντιότητος τῶν τῇδε πραγμάτων ἐμφαινομένης.

A ac multas potestates producebat; aucta igitur evehebatur nesciens substantiam boni. Postquam vero magis evecta novit terram et lumen boni, nitebatur ascendere ad ea quæ non erant propria: Bonus vero potestatem quamdam mittit, cui nomen quod ei visum est, imponit, custodituram scilicet præscripta, re autem vera futuram ipsi materiæ illecebram et invitamentum ad moderationem ejus a voluntate alienam. Quod quidem factum est: cum enim vidisset materia potestatem missam quasi adamans, concupivit quidem eam, sed ardentiore appetitu prehensam absorbuit, et quodam modo tanquam bellua ligata est. Usi autem sunt hoc exemplo, tanquam cantione potestatis missæ sopitam esse. Facta igitur est, aiunt, mistio B et temperatio ad hunc modum; absorptaque potestate boni, et materia absorbente sic ex utraque fabricatum esse universum, a bono scilicet; non enim malum providit ortum mundi. Hinc aiunt alia quidem bona esse, alia vero mala, facta mistione illa et duorum coitu per vim contrariam rerum, quæ hic sunt.

CAP. XIII. *Anima a bono principio, a malo autem corpus, secundum Manichæos.*

Ὁρίζεται δὲ ψυχὴν μὲν ἅπασαν εἶναι τῆς μερίδος τοῦ ἀγαθοῦ, σῶμα δὲ καὶ τὴν σάρκα, τῆς ὕλης, πῇ μὲν κατέχουσαν ὡς ἐν εἱρκτῇ τὴν ψυχὴν, πῇ δὲ κατεχομένην ὡς θηρίον πρὸς τῆς ἐπῳδῆς. Οὕτω μὲν δὴ σοφισάμενος τὴν ὕλην ὁ ἀγαθὸς κόσμου, φησὶ, γέγονε δημιουργός· οὐκ ἀντιποιηθεὶς γε τοῦ δημιουργῆσαι αὐτὸν (ἀνθίσταται γὰρ αὐτῷ), ἀλλὰ διὰ τὴν ἐπανάστασιν τῆς κακίας, ἣν σωφρονῆσαι διενοήθη· οὐ μέντοι γέγονε δυνατὸν ἐξελεῖν τῆς κακίας τῶν φαινομένων πραγμάτων τὸν ἰὸν, ἕπεσθαι δὲ τοῦτον δεικνύμενον ἐκ τῆς ἀταξίας καὶ τῆς, ὡς ὑπείληφεν, ἀνισότητος τῶν καθ' ἡμᾶς, τοῦτον μὲν πλουτεῖν, τοῦτον δὲ πένεσθαι· καὶ τὸν μὲν εὐδοξεῖν, τὸν δὲ ἀδοξεῖν· καὶ ὅσα τοιαῦτα. Τό τε δὴ σπουδαζόμενόν ἐστι τῷ ἀγαθῷ τὴν ψυχὴν ἐλευθερῶσαι τῆς κακίας· καὶ ταύτην ἀντλῆσαι τρόπον τινὰ ἐκ τῆς ὕλης· τοῦτο δὲ γίγνεσθαι διὰ τῆς σελήνης αὐξανομένης τε καὶ μειουμένης, ὡς ὁρᾷν δοκοῦμεν ἡμεῖς· τὸ γὰρ ἀληθὲς, φησὶν, ὑδρίας τρόπον αὐτὴ πληρουμένη, ἐκ τῆς κατεχομένης οὐσίας εἰς τὸ ὁμογενὲς ἀγαθὸν κενοῦται· εἰ γὰρ καὶ μὴ τούτοις γε τοῖς ῥήμασιν, ἀλλά γε ταῦτα βούλεται λέγειν, ἅπερ εὐσχημονέστερον πάνυ γε πρὸς ἡμῶν εἴρηται· πλεῖστον γὰρ ὅσον παρ' αὐτῷ τὸ ἀλλόκοτον ἐν τῇ διηγήσει καὶ τὸ ἀπίθανον.

Decernit autem omnem quidem animam esse ex parte boni; corpus vero et carnem ex parte materiæ: et jam quidem corpus animam tanquam in carcere detinere; jam vero animam detineri tanquam belluam a cantione. Sic bonus cum materiam C decepisset, mundi, inquit, factus est fabricator: non quidem quod ipsum fabricari desiderasset, resistit enim ei, sed propter seditionem a malo excitatam, quam corrigere et moderari cogitaverat; non tamen fieri potuisse, ut venenum mali quod est in rebus quas videmus, extraheretur; sequi vero hoc, ut opinati sunt, ex perturbatione ordinis et ex inæqualitate rerum nostrarum atque hunc quidem divitem esse, illum vero pauperem; hunc gloriosum, illum inhonoratum et inglorium, et quæcunque talia sunt. Studium vero boni esse liberare animam a malo, et hanc quodam modo ex materia exhaurire: hoc autem fieri per lunam crescentem et decrescentem, ut nos videre videmur: re vera enim, inquit, ipsa in modum hydriæ D impleta, ex substantia infusa in bonum cognatum exinanitur: etsi enim non his verbis, hæc tamen vult dicere, quæ multo honestius a nobis dicta sunt; plurimum enim absurdi et incredibile est in ejus narratione.

CAP. XIV. *De terra et imbribus Manetis opinio.*

Ὅσα μὲν οὖν ἕτερα γραὸς δίκην μυθολογεῖ καὶ γράφει, τῇ Σύρων φωνῇ χρώμενος, ὅπως μὲν ἡ γῆ βαστάζεται, τὸν ποιητικὸν μὴ διαφυγὼν μῦθον· ὅπως δὲ συνίστανται οἱ ὄμβροι, ὡς ἱδρῶτές εἰσι τῶν ἀρχόντων τῆς ὕλης· ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα, τῶν αὐτοῦ παλαισμάτων παρεμπορεύματα, περιττὸν ἂν εἴη προφέρειν εἰς ἔλεγχον. Χρὴ δὲ ἃ περὶ ἑκάστου παραπαίων γράφει, γνώρισμα τοῖς πᾶσιν, ἥκιστά γε ἀνέχεσθαι πρὸς ἀπέραντον φλυαρίαν τὸν λόγον ἐκτείνειν·

Quæcunque igitur alia aniliter et commentitie loquitur et scribit, sermone Syriaco utens, quomodo terra sustinetur, non devitans poeticam fabulam; quomodo imbres fiunt, et sudores esse principium materiæ: hæc et alia ejusmodi quæ præter negotium sui certaminis tractat, supervacuum esset ad confutandum proferre. Oportet quæ de singulis delire scribit, quæ omnibus nota sunt, non pati ut librum infinitis nugis dilatent; quippe

(7*) Lege δή. EDIT.

cum satis sit confutato capite insaniæ ejus reliqua contemnere : et si non contingeret, ut necessario hæc causa sermonem de Providentia complecteretur, quo demonstrare oportet omnia esse bene ac divine ordinata, et ineffabilem Dei sapientiam prædicare; ridiculum esset vel aliqua saltem confutatione, quæ proposita sunt, digna esse putare; quæ quidem extra communes notiones congesta sponte sua apud eos qui mentem habent coarguuntur.

A ως ἀρχοῦν αὐτὸ τὸ κεφάλαιον αὐτοῦ τῆς ἀλόγου μανίας διελέγξαντας τῶν ἄλλων καταφρονεῖν· καὶ εἰ μή γε τὸν περὶ Προνοίας λόγον συνέβαινε τήνδε τὴν ὑπόθεσιν ἀναγκαίως περιλαμβάνειν, δι' οὗ προσήκει δεῖξαι, ὡς ἅπαντα εὖ τε καὶ θείως τεταγμένα τὴν ἄῤῥητον τοῦ Θεοῦ σοφίαν κηρύττει· γέλως ἂν ἦν ἀντιῤῥήσεως γοῦν τινος ἀξιοῦν τὰ προτεθέντα, ἅπερ, ἐκτὸς τῶν κοινῶν ἐννοιῶν συμπεφορημένα, αὐτόματον ἔχει παρά γε τοῖς ἐχέφροσι τὸν ἔλεγχον

Cap. XV. *Sententia de materia refutatur. An Satan sit deterior quam fuit.*

Satis autem erat, postquam non minus demonstratum est nequaquam duo principia esse, præsertim contraria, de homine jam et de reliqua fabrica disserere : nihil tamen prohibet, quin consideremus, quomodo proposita incredibilia sunt. Ferebatur, inquit, aliquando materia perturbato ordine. Qua ordinis perturbatione? an secum sola? an contra aliquem? omnis enim injustitia non est sui injustitia; sed altero indiget, in quem fiat. Cui igitur non erat communitas cum alio; in quem perturbato ordine ferebatur? aut quæ ratio ipsius perturbationis?

Generabat quidem primum nequitia progrediens, et crescebat : igitur ingenita generabat, et non erit locus dicendi, æternam aliquid novi moliri : aut enim natura molietur, atque ita nunquam intermisit rerum novarum molitionem : si modo appellare oportet novarum rerum molitionem, contra quam negotium a Deo susceptum minime principium temporis habeat; aut si hoc cogitatione utens facit, rationem habet et cognitionem : et eversa est causa nequitiæ ratione carentis. Sive igitur ratiocinatione utens, sive motu rationis experte seditionem movit, quæ ratio patitur, ut infinitis sæculis dimissa sit hujusmodi seditionem movere? ex quo enim dicit cohibitam et retentam esse, punctum temporis fluxisse reperietur, si cum infinitis sæculis præteritis comparetur. Quod enim incipit et terminat, finitum est; qui autem sunt ex toto infiniti æterni sunt et ingeniti.

Præterea, si ratiocinatione utens ad seditionem depravabatur; quomodo non potius aggressio rei quæ fieri non poterat, interrupta et rescissa est? tanquam non posset contra sapientiam invictam incursionem facere? unde factum est, ut caverent, ne ei rationem et cognitionem tribuerent, ut locum haberet commentum seditionis contra Deum : et necessario ab ignorantia et natura non ratiocinante tracta, non exspectabit infinita sæcula, dum se armat et se exercitu sepit, ut fiat ad audaciam promptior. Si enim copiosior fiebat iis quos generabat, nequaquam tamen appetitum naturæ augebat, neque motus naturalis quidquam appetitus assumebat, neque accidisset si primum quidem augescere, atque ita seditionem movere; hoc enim naturæ ratione utentis est, quæ ex proposito nequiter agit.

Ἤρκει δὲ, οὐκ ἔλαττον δείξαντας, ὡς οὐδαμῶς ἂν ὑπάρξαιεν ἀρχαὶ δύο, καὶ μάλιστα ἐναντίαι, ἤδη περί τε ἀνθρώπου καὶ τῆς ἄλλης δημιουργίας διαλαβεῖν· B ὅμως δὲ τὸ κωλῦον οὐδὲν καὶ τῶν προτεθέντων ἰδεῖν τὸ ἀπίθανον. Ἠτάκτει γὰρ, φησὶν, ἡ ὕλη ποτέ. Ποίαν ἀταξίαν; ἆρά γε καθ' ἑαυτὴν οὖσα, ἢ κατά τινος; ἀδικία γὰρ ἅπασα, ἑαυτῆς οὐκ ἂν γένοιτο ἀδικία, δεῖται δὲ ἑτέρου τινὸς, καθ' οὗ γένοιτ' ἄν. Ἡ τοίνυν ἑτέρῳ τινὶ μὴ ἐπικοινωνοῦσα. κατὰ τίνος ἠτάκτει; ἢ τίς ὁ λόγος τῆς ἀταξίας αὐτῆς;

Ἐγέννα μὲν πρῶτον προϊοῦσα καὶ ηὐξάνετο, φησίν· οὐκοῦν ἀϊδίως ἢ ἀΐδιος ἐγέννα, ἡ ἀγέννητος ἐγέννα, καὶ χώραν οὐχ ἕξει τὸ καινοτομεῖν τι τὴν ἀΐδιον· ἢ γὰρ φύσει καινοτομήσει, καὶ οὐδέποτε τῆς καινοτομίας ἐπέπαυτο· εἰ δὴ τοῦτο καινοτομίαν δεῖ καλεῖν, ὡς μηδαμῶς χρονικὴν ἀρχὴν ἔχειν τὴν κατ' C αὐτῆς τοῦ ἀγαθοῦ μεταχείρησιν, ἢ λογισμῷ τοῦτο πράττουσα λόγον ἔχει καὶ γνῶσιν· καὶ ἀνατέτραπται τῆς ἀλόγου κακίας ἡ ὑπόθεσις. Εἴτε οὖν λογισμῷ, εἴτε καὶ ἀλογίστῳ φορᾷ ἐπανίστατο, τίς ὁ λόγος τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας ταύτην παρεῖναι πρὸς τὴν τοιαύτην ἐπανάστασιν; ἀφ' οὗ γὰρ κατεσχῆσθαί φησιν αὐτὴν ἕως νῦν, στιγμὴ χρόνου γένοιτ' ἂν, εἰ παραβάλλοιτο τοῖς προλαβοῦσιν ἀπείροις αἰῶσι· τὸ μὲν γὰρ ἄρχον καὶ τελειοῦν πεπέρασται· οἱ δὲ παντελῶς ἀπέραντοι ἀΐδιοί τε καὶ ἀγέννητοι.

Ἔπειτα εἰ λογισμῷ ἐκακύνετο πρὸς τὴν ἐπανάστασιν, πῶς οὐχὶ καὶ λογισμῷ διεκόπη τὸ ἀδύνατον τῆς D ἐπιχειρήσεως; ὡς οὐχ οἷόν τε ὂν ἐπιδραμεῖν ἀηττήτῳ σοφίᾳ; ὅθεν πεφεύγασι προσομολογεῖν αὐτῇ λογισμόν τε καὶ γνῶσιν, ὡς ἂν χώραν ἔχοι τῆς ἐπαναστάσεως τῆς κατὰ Θεοῦ τὸ πλάσμα· καὶ ἐπάναγκες ὑπὸ ἀγνοίας καὶ ἀλογίστου φύσεως ἑλκομένη οὐκ ἐκδέξεται ἀπείρους καὶ ἀποπεράντους αἰῶνας ἑαυτὴν ὁπλίζουσα καὶ δυνάμει περιβάλλουσα, ὡς γενέσθαι πρὸς τὴν τόλμαν προχειροτέραν. Εἰ γὰρ δὴ καὶ πλείων ἐγίγνετο οἷς ἐγέννα, ἀλλ' οὔτε γε τὴν ὁρμὴν τῆς φύσεως ηὐξάνετο, οὐδὲ προσελάμβανέ τι ταύτης τὸ φυσικὸν κίνημα· οὐδ' ἂν ἐδείξατο (8) πρῶτόν γε αὐξηθῆναι, καὶ οὕτως ἐπαναστῆναι· τοῦτο γὰρ λογικῆς φύσεως προθέσει πονηρευομένης.

(8) Forte, ἐδέξατο. Edit.

Πῶς δὲ καὶ αὔξησις τῆς κακίας γένοιτ' ἂν ἡ προσθήκῃ τῶν προβολῶν; Εἰ γὰρ οἷς γεννᾷ τελειοῦται εἰς κακίαν, ἀτελὴς ἦν ἡ κακία, καὶ οὐκ ἦν ἐν ἀκρότητι κακίας· εἰ δὲ τελεία καὶ ἄκρα, κατὰ τὸν ἴδιον λόγον, ἑκάτερα τἀναντία, οὐδαμῶς αὐξάνεσθαι δόξει ἡ κακία διὰ τῶν προβολῶν, οὐδὲ θαρσαλεωτέρα γενήσεται, λογικὴ μὴ οὖσα, οὐδὲ πρὸς ἐπικουρίαν ἑαυτῆς παραλήψεται· δόξει γὰρ πρὸ τῆς τεκνώσεως ἀτελὴς γεγονέναι οὐ μόνον πρὸς κακίαν ἡ κακία, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἰσχὺν καὶ ῥώμην· ὅπερ ἀλλότριον ἀγεννήτου.

A Quomodo autem augeri poterat nequitia (id est, Satanas) accessione sobolis? si enim iis quos gignebat, ad nequitiam perficitur, imperfecta erat nequitia, et non erat in summo et fastigio nequitiæ: sin vero erat perfecta et summa secundum rationem propriam, rursus minime videbitur augeri nequitia per propagationem generatorum, neque fiet audacior et præfidentior, cum non sit particeps rationis; nec ad auxilium suum adhibebit quos genuit; alioqui videbitur antequam procrearet, imperfecta fuisse non solum nequitia ad nequitiam, sed ad vires et robur; quod alienum est ab ingenito.

CAP. XVI. *Seditio inter natos mali principii. Quomodo sedata.*

Τὸν δὲ τρόπον τῆς ἐπαναστάσεως εἰσηγούμενος ταύτης, φησίν· Ἤλαυνον καὶ κατήσθιον οἱ ἐξ αὐτῆς ἀλλήλοις, δεινὰ καὶ χαλεπὰ διατιθέντες· καὶ οὐ πρότερον ἐπαύσαντο ἀλλήλοις ἐπανιστάμενοι, αὐτῇ λέξει φησὶ, μέχρις οὗ τὸ φῶς ὀψέ ποτε ἐφώρασαν· διωκόμενοι γὰρ ἀπ' ἀλλήλων, ἀγνοοῦντες μὲν, ὅμως δὲ τετολμήκασι καὶ μέχρι τοῦ φωτὸς ἀναχθῆναι. Καὶ τί δὴ τούτων ἀπιθανώτερον ἢ μυθωδέστερον; τοὺς μίαν μὲν ἐπιγραφομένους μητέρα, συγγενείᾳ δὲ φύσεως ἡνωμένους, ἀλλήλοις ἐπιφύεσθαι μάτην, καὶ ἀλλήλων τὰ μέλη κατεσθίειν, καὶ μηδέποτε λήγειν τοῦτο δρῶντας; Ὅπερ εἰ καὶ ἀληθὲς ἦν, βέλτιον ἦν αὐτοὺς ὑφ' ἑαυτῶν ἀναλίσκεσθαι· καὶ μάτην ὁ ἀνόητος ἀταξίαν καλεῖ τὸ συμφέρον· ταύτης γὰρ μάλιστα τῆς κακίας ὁρίζεται τὴν πρὸ κόσμου ἀταξίαν· ἣν ὥσπερ λυπούμενος τῆς ὕλης οὕτως ὀνομάζει, ὅτι μὴ προσηκόντως ὑφ' ἑαυτῆς ἀνηλίσκετο· καὶ ὥσπερ τις φίλος ταύτης, ἀδημονῶν ἐφ' οἷς ἑαυτὴν κατέβλαπτεν, ἀταξίαν καλεῖ· ἃ συμφερόντως καθ' ἑαυτῆς ἔδρα· δέον εὐταξίαν τὴν ἀνωτάτω καλέσαι, τὸ φθείρεσθαί γε ὑφ' ἑαυτοῦ τὸ κακόν. Ὁ δὲ, Ἠτάκτουν, φησὶ, καὶ ἠδίκουν ἀλλήλους· τὸ φῶς δὲ ἰδόντες ἐπαύσαντο.

Explanans autem modum seditionis hujus factæ, B Qui, inquit, ex ea nati sunt, se mutuo insectati sunt et devoraverunt, dura et gravia passi; neque prius destiterunt in se ipsos moveri quam lumen sero tandem viderent; his enim verbis utitur; a se enim ipsi exagitati cum alioqui nescirent, ita tamen ausi sunt usque ad lumen accedere. Ecquid his incredibilius et magis commentitium eos qui unam matrem sibi ascribunt et vindicant, et cognatione naturæ juncti sunt, in se ipsos frustra invadere, et vicissim membra sua devorare, et nunquam in hac re cessare? Quod quidem si verum erat, præstabat ipsos a se ipsis consumi: et inaniter demens (Manichæus) ἀταξίαν, id est, perturbationem ordinis vocat in eo, quod utile est: huic enim nequitiæ ascribit et assignat perturbatio- C nem ordinis ante mundum; quam sic vocat, tanquam doleat, et se misereat materiæ, quod non prius a se ipsa utiliter et convenienter consumpta esset; et tanquam quidam amicus hujus mœrens ac graviter dolens, quod sibi nocuisset, quæ contra se utiliter fecit, in iis perturbationem ordinis vocat, cum deberet potius compositionem ordinis excellentissimam vocare, interire scilicet malum a seipso. Ille autem ait, In perturbato ordine erant, et sibi inter se nocebant; viso autem lumine desiverunt.

Οὐκοῦν ἐπεβούλευσε τῷ συμφέροντι τὸ φῶς, εἴγε τοὺς κακοὺς ἀλλήλων ἐῤῥύσατο, καὶ ὥσπερ φάρμακον ἰατροῦ εὐηργέτησε τοὺς νοσοῦντας. Οὐκ ἦν δὲ πρὸς ἀγαθοῦ φείσασθαι τοῦ κακοῦ, εἰς τὸ διαμένειν καὶ σώζεσθαι, καὶ μὴ ὑφ' ἑαυτοῦ ἀναλίσκεσθαι. Εἰ γὰρ ὑφ' ἑαυτοῦ δαπανᾶσθαι τοῦτο διεκώλυσεν, ἄντικρυς αὐτὸς διετήρησεν αὐτό· καὶ εἴη ἂν ἀληθέστερον τοῦτο ἀταξία, ὅ φησι τὴν ἀταξίαν πεπαυκέναι. Ὅτε τοίνυν αὐτῇ λέξει φησὶν ἡ παρ' αὐτοῖς βίβλος· Πρὸς ἀλλήλους στασιάζοντες, ἐπεπόλασαν καὶ μέχρι τῶν μεθορίων, καὶ τὸ φῶς εἶδον, θέαμά τι κάλλιστον καὶ εὐπρεπέστατον· τότε, ὑπὸ τῆς ἐν αὐτοῖς κινήσεως ἐνθουσιῶντες, κατὰ τοῦ φωτὸς ἐβουλεύσαντο, τί δὴ ποιήσαντες δύναιντο ἂν αὐτοὺς τῷ κρείττονι συγκεράσαι; Τοῦτο δὲ λογίσασθαι οὐχ οἷοί τε ἦσαν, ἀλλ' ἐπιθυμίᾳ τοῦ κρείττονος ἴδιον θήραμα νομίσαντες αὐτοῖς ἔσεσθαι, πολλοὶ ὄντες ἐπεστρατεύσαντο.

Igitur insidiatum est lumen utilitati, si quidem malos a mutua cæde liberavit, et tanquam medicina medici profuit ægrotis. At non conveniebat bono, ut parceret malo, et sineret permanere incolume, et non sineret a se ipso consumi. Si enim, ne a se consumeretur, hoc prohibuit, ipse plane D servavit ipsum, essetque verior ἀταξία, id est, aberratio a bono ordine hoc quod ait, sublatam esse perturbationem ordinis. Sic igitur est in libro qui apud ipsos fertur: seditione inter ipsos orta, prodierunt usque ad confinium, et viderunt lumen, spectaculum quoddam pulcherrimum et maxime decorum: tunc commotione sua in insaniam acti consultaverunt de lumine quid faciendum esset, ut se cum eo quod præstantius erat miscerent. Hoc autem cogitare non poterant, sed præ cupiditate melioris arbitrati futuram esse propriam prædam, cum multi essent, exercitum instruunt.

CAP. XVII. *Desiderium hominis bonum.*

Λανθάνει δὲ τοῖς τῆς κακίας υἱοῖς τὰ πάντων κάλλιστα προμαρτυρῶν. Εἰ γὰρ τὸ κάλλιστον καὶ εὐ-

Manichæus, quæ sunt omnium pulcherrima et bellissima, filiis nequitiæ testimonio suo nesciens

tribuit. Etenim si quod est pulcherrimum et maxime omnium decorum, amanter viderunt, et cupiditate incensi propriam prædam esse existimaverunt, liquet recte sensisse. Quare consilium capiunt, qui non sunt rationis participes, quomodo se ipsi cum lumine misceant; et relinquitur, ut invidiæ esset, non permittere istis frui bono: non enim erat sermo Manichæi constans. Si enim contra se insaniebant, oportebat quidem dimittere eos, ut a se ipsis interirent. Si desiderio luminis tanquam elegantes tenebantur, honestum etiam erat eis concedere, ut fruerentur. Decorum enim et laudabile omnino est secundum naturam desiderium boni, quo frui non potuerunt, sicut ait qui dogmata Manichæi scripsit; cum alioqui desiderarent, potuerunt tamen se conficere et destruere: tale enim penitus est bonum, ut neque consumi possit, neque possint insidias ei ponere, qui ejus participes sunt. Quomodo autem omnes simul in militiam profecti sunt, qui non cognoverant, quis resisteret et adversaretur? Sic enim est in libro, unde ista Manichæi apposuimus, quod neque Deum in lumine habitare sciebant, neque se unquam impune laturos, si in Dei domicilium invadere auderent.

A πρεπέστατον ἐρασμίως εἶδον, καὶ ἐπιθυμήσαντες θήραμα ἴδιον ἐνόμισαν αὐτὸ, δῆλον, ὡς ὀρθοί γε ἦσαν τὴν ὑπόληψιν. Ὥστε καὶ βουλεύονται οἱ λόγου μὴ μετέχοντες, ὅπως ἂν ἑαυτοὺς ἐγκεράσαιεν τῷ φωτί· καὶ φθόνου λοιπὸν ἦν τὸ μὴ ἀνεῖναι τούτοις τοῦ ἀγαθοῦ τὴν ἀπόλαυσιν· οὐχ ἕστηκε γὰρ τοῦ Μάνεντος ὁ λόγος. Εἰ γὰρ κατ' ἀλλήλων ἐμαίνοντο, καὶ ἔδει γε αὐτοὺς καταλιπεῖν ὑπ' ἀλλήλων φθείρεσθαι· εἰ δὲ ἐπεθύμησαν ὡς ἀστεῖοι τοῦ φωτὸς, καὶ προσῆκον ἦν αὐτοῖς ἐπιτρέψαι τούτου τὴν ἀπόλαυσιν· ἀστεία γὰρ καὶ ἐπαινετὴ κατὰ φύσιν πάντως ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἐπιθυμία, οὗπερ ἀπολαύειν μὲν μὴ ἠδύναντο, ὥς γε ὁ τὰ τοῦ Μάνεντος συγγράφων φησὶν, ἐπιθυμοῦντες, διαφθείρειν δὲ οὐχ οἷοί τε ἦσαν· τοιοῦτο γὰρ πάντως τὸ ἀγαθὸν, οἷον μήτε δαπανᾶσθαι, μήτε B ἄλλως ἐπιβουλεύεσθαι πρὸς τῶν μετεχόντων αὐτοῦ. Ἐπεστράτευσαν δὲ ὁμοῦ πάντες τίνα τρόπον, μὴ εἰδότες τὸν ἀνθιστάμενον; Φησὶ γὰρ αὐτὸ τὸ γράμμα, ἀφ' οὗ τὰ παρὰ τοῦ Μάνεντος παρεθήκαμεν, ὡς οὐδ' ὅτι Θεὸς ἐν φωτὶ διῃτᾶτο ἐγίνωσκον, οὐδ' ὅτι, τολμήσαντες κατὰ τοῦ οἰκητηρίου τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἔμελλον ἀθῷοί ποτε ἀπαλλαγῆναι.

Cap. XVIII. *Ignorantia Manichaica exagitatur.*

Si igitur non cognoverunt contrarium quod obstabat eis, alienum est prorsus a ratione educere exercitum contra eos a quibus se repelli nesciebant: par enim erat armari eos, ut aiunt ipsi, igne et tenebris, si prævidissent se ab alienis arceri. Sed quia omnino ignorabant, non solum non est credibile, sed plane sibi repugnans, armaturam et exercitum describere, cum nullus penitus exspectaretur ad resistendum adfuturus. Non minus contrarium est dicere, tum cupiditatem luminis illos habuisse, tum apparatu bellico usos esse confiteri: armis enim bellicis omnis hostis contra adversarium se tegit et munit; non contra id, quod cupit esse præmium certaminis. Si ergo non erat adversarius, quatenus ipsi ignorabant, quomodo non sunt contraria, cupere et belligerare? Quomodo autem illud etiam non est magnopere repugnans, eos qui in iis quæ secundum naturam sunt nunquam concordes fuerunt, inter se ad bellandum conspirasse? Simul, inquit, contra lumen consilium ceperunt. Qui enim membris suis inter se vicissim pascebantur, et semper nulla unquam intermissione facta contra se insaniebant, quomodo in iis quæ præter naturam sunt, ad habendam cupiditatem et ad commotionem iræ contra Deum concordes fuerunt

Εἰ τοίνυν μὴ ᾔδεσαν τὸ κωλῦον ἐναντίον, ἄλογον πάντη τὸ ἐπιστρατεύειν, ἐφ' οἷς οὐκ ᾔδεσαν κωλυόμενοι· ὁπλίζεσθαι γὰρ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς, ὥς φησι, C πυρὶ καὶ σκότῳ, εἰ προῄδεσαν τῶν ἀλλοτρίων εἰργόμενοι. Ἐπεὶ δὲ παντελῶς ἠγνόουν, οὐκ ἀπίθανον μόνον, ἀλλὰ καὶ σαφῶς μαχομένου λόγου, ὅπλισίν τε καὶ στρατιὰν διαγράφειν, κατὰ μηδενὸς παντελῶς ἐναντιοῦσθαι προσδοκωμένου. Οὐχ ἧττον δὲ ἐναντίον καὶ τὸ πῆ μὲν ἐπιθυμίαν πρὸς τὸ φῶς ἐκείνοις γενέσθαι λέγειν, πῆ δὲ παρασκευῇ πολεμικῇ κατ' αὐτοῦ κεχρῆσθαι τούτους ὁμολογεῖν· ὅπλον γὰρ πάντως πολεμικὸν κατὰ τοῦ ἀνθισταμένου προβάλλεται πολέμιος ἅπας, οὐ καθ' οὗ ἔχει τὴν ἐπιθυμίαν ἐπάθλου. Εἰ τοίνυν μὴ ἦν κατὰ τὴν αὐτῶν ἄγνοιαν ὁ ἀνθιστάμενος, πῶς οὐκ ἐναντίον τὸ ἐπιθυμεῖν τῷ πολεμεῖν; Πῶς δὲ οὐχὶ λίαν κἀκεῖνο μαχόμενον, εἴγε οἱ μηδέποτε συμφωνήσαντες ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἀλλήλοις συνέπνεον; Ὁμοῦ γὰρ, φησὶ, κατὰ τοῦ φωτὸς ἐβουλεύσαντο. D Οἱ γὰρ τὰ ἀλλήλων μέλη τρεφόμενοι, καὶ μηδέποτε τῆς κατ' ἀλλήλων μανίας παυσάμενοι, πῶς ἐν τοῖς παρὰ φύσιν εἰς ἐπιθυμίαν ἅμα καὶ ὀργὴν κατὰ τοῦ κρείττονος συνεφώνησαν;

Si vero juvit spectasse lumen, nonne oportebat duci eos a Deo ad perfectam naturæ mutationem, adhibita illis curatione ad fruendum ipso bono, hoc est, Deo perfecte? Quomodo juvit spectaculum luminis visi profectos ad bellandum cum exercitu; quibus hoc ipsum lumen non permisit contra seipsos furorem amplius exercere, ut quidem exercere oportebat; contra se vero ipsum præter quam oportebat, permisit? Verum in his quidem

Εἰ δὲ ὤνησεν αὐτοὺς ἡ θέα τοῦ φωτὸς, πῶς οὐκ ἔδει γε πρὸς ἀγαθοῦ πρὸς τελείαν αὐτοὺς τῆς φύσεως μεταβολὴν ξεναγωγηθῆναι τῇ ἐπιτροπῇ τῆς ἐντελοῦς τοῦ κρείττονος ἀπολαύσεως; Πῶς δὲ ὤνησεν ἡ θέα τοῦ φανέντος φωτὸς στρατευσαμένους, οἷς τὴν μανίαν οὐκέτι κατ' ἀλλήλων δεόντως ἐνεργεῖν τοῦτο συνεχώρησε, καθ' ἑαυτοῦ δὲ παρὰ τὸ δέον ἔτρεψεν; Ἀλλὰ πολὺ μὲν ἐν τούτοις τοῖς πλάσμασι τὸ ληρῶδες· ταῦτα δὲ καὶ ἄλλως ἀσύγγνωστα δειχθείη. Γῆν

γὰρ ὀνομάζουσι τοῦ ἀγαθοῦ· ποίαν δὲ ταύτην πρὸ τῆς δημιουργίας; Προλαμβάνει δὴ παρ' αὐτοῖς τὰ ὀνόματα τῶν πραγμάτων τὴν γένεσιν· πρὶν γὰρ ὁμολογῆσαι τὸν Θεὸν πεποιηκέναι, λέγει εἶναι ὁ χαλεπώτατα μανεὶς τὸ μηδέπω γεγενημένον. Γῆ γὰρ, εἰ μὲν ἐγένετο, ἦν· εἰ δὲ μὴ γενομένη ὑπῆρχε, συναγένητος ἦν τῷ Θεῷ. Γῆς δὲ τίνα χρείαν ἔχει ὁ Θεὸς, γῇ μὴ κεχρημένος; Ἀναλογίστως γῆν Θεοῦ ὀνομάζει, πρὶν ταύτην εἰπεῖν γεγονέναι· οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἦν πρὸ δημιουργίας μαρτυρῆσαι ταύτῃ τὸ γενέσθαι.

A commentis multum deliramenti est, quæ aliter etiam convincimus, non posse condonari: nominant enim terram boni (id est, Dei;) qualem vero terram ante mundi creationem? Apud eos scilicet ortum rerum anticipant nomina: prius enim quam fateantur creasse Deum mundum, ait absurdissimus Manichæus, esse quod nondum factum erat. Terra namque, si quidem fuerat, erat: sin vero non erat facta, erat simul cum Deo ingenita. Quid vero opus erat Deo terra, qua non fuit usus? Sed hic insipienter terram Dei vocat, antequam dicat factam esse: nec enim ante creationem poterat testimonium dici de terra facta.

Cap. XIX. *Malum principium videre lumen non potuit.*

Ἔπειτα Θεοῦ μὲν ἐστι φῶς αἰσθητὸν δημιούργημα, αὐτὸς δὲ φῶς ἂν εἴη νοητὸν, οὐκ αἰσθητόν; B Εἶδεν οὖν ἡ κακία, φησὶ, τὸ φῶς τοῦ ἀγαθοῦ. Εἰ μὲν τὸ αἰσθητὸν φῶς, οὔπω κόσμος, οὔτε γένεσις κόσμου· πῶς εἶδε τὸ μηδέπω γεγενημένον; τοῦ γὰρ κεχρημένου μήπω τυγχάνοντος ἀνθρώπου, τίνι χρήσιμον ἦν τὸ φῶς; συγγενῆ γὰρ τῷ κεχρημένῳ τὰ χρήσιμα· οὐ γὰρ δὴ Θεῷ χρήσιμον ἦν ἀπηλλαγμένῳ πάσης αἰσθητῆς μετουσίας. Εἰ δὲ αὐτὸν τὸν Θεὸν, ὅσπερ ἐστὶ νοερὸν φῶς, πάντως ὁμοιώματι φύσεως εἶδε τὸ ὅμοιον. Ἀνάγκη τοίνυν αἰσθητὸν φῶς αὐτὴν ἑωρακέναι· αἰσθητὸν δὲ πρὸ τῶν αἰσθητῶν, τοῦ τίνος χάριν ὑπῆρχε. Πῶς δὲ ὅμως σκότος ὁρᾷ φῶς; Εἰ γὰρ ἐθεάσατο φῶς, οὐκ ἂν εἴη σκότος· πολλὴν γὰρ ἔχει τὴν κοινωνίαν ἡ αἴσθησις πρὸς τὸ αἰσθητόν. Φυσικὴ γὰρ ἡ ἐπιβολὴ δι' ὁμοιότητα τῆς ὄψεως πρὸς τὸ φαινόμενον· αὐτίκα ἀναμάσσεται ἅμα τούτου τὸν C χαρακτῆρα διὰ τὴν ἔννομον τῆς φύσεως κοινωνίαν· σῶμα μὲν γὰρ σῶμα ὁρᾷ· ὅμοιον δὲ τῷ ὁμοίῳ ἐπιβάλλει, καὶ οὐκ ἔνεστι τὸ κρεῖττον καὶ ἀναβεβηκὸς τῇ φύσει, καίτοιγε οὐκ ἐναντίως ἔχον (8*), πλὴν ὅτι γε ἀσώματον τῷ ὑποβεβηκότι, ἅτε δὴ σωματικῷ πάντως οὐχ ὁρατόν· ἄρα γε τὸ ἐναντίον τῷ ἐναντίῳ, εἴγε ἐστὶν, ἀόρατον· οὐκοῦν συγγενῆ καὶ φίλα, καὶ οὐδαμῶς ἐναντία.

Deinde a Deo quidem creatum est lumen in aspectum cadens; ipse autem Deus lumen est intelligibile non sensibile. Vidit igitur, inquit, nequitia lumen summi boni. Si lumen, quod in sensum cadit, nondum erat mundus, nec ortus mundi, quomodo igitur vidit quod nondum factum erat? cui enim fuisset usui, nondum homine qui uteretur, creato? utilia enim utenti cognata sunt: non enim Deo qui ab omni participatione sensili liber est, utile erat. Si autem ipsum Deum, quod est lumen intelligibile, omnino vidit similitudine naturæ simile; necesse igitur erat ut ipsa lumen sensibile vidisset; sensibile autem quorsum fuisset, et in quem usum ante sensibilia creata? Alioqui quomodo tenebræ vident lumen? Si enim viderunt lumen, diabolus non erat tenebræ; magnam enim societatem et conjunctionem habet sensus cum sensibili. Naturalis enim conjectus oculorum propter similitudinem aspectus cum re quæ videtur, statim exprimit figuram ejus propter legitimam naturæ communionem; corpus enim corpus videt. Simile in simile intendit aciem; neque possunt oculi naturæ inferioris quod natura præstantius et excellentius est videre, nedum quod naturæ contrariæ est. Si autem, quod est naturæ excellentioris, quippe cum non sit contrarium, præterquam incorporeum, ab inferiore utpote corporeo omnino non potest videri; sane contrarium a contrario, si modo est, videri non potest. Sunt igitur ista quæ scilicet se vident, cognata et amica et nequaquam contraria.

Cap. XX. *Materia ex Manete ascendere conatur. Materiæ amor erga sobolem Dei.*

Ἀλλὰ πλῆρες ὀλέθρου βαρβάρου τὸ πλάσμα (9)· D φησὶ γάρ· Οὐ μόνον εἶδεν ἡ ὕλη, ἀλλὰ καὶ ἐπιβῆναι ἐβουλεύετο, ὥσπερ τινὰ σπουδὴν τιθέμενος ταύτην εἰς ἀπόδειξιν τῆς πρὸς τὸ φῶς κοινωνίας· τάχα καὶ μετέγνωσαν οἱ ἐξ αὐτῆς, ὅτι ἐν ἀπλέτοις αἰῶσι τοῖς προλαβοῦσιν ἀπείρατοι ἐγεγόνεισαν τοῦ φωτός. Καὶ τίνα τρόπον σκότος μεταποιεῖται φωτός; ἢ τίνος χάριν ἐπελθεῖν τούτῳ γε βούλεται; Ἆρά γε ἵνα τὴν φύσιν μεταβάληται, καὶ γένηται φῶς; ἢ ἵνα γράφῃ (9*) φωτὶ ἐναντίαν τῆς φύσεως τροφήν; Ἀλλ' ἀγνοοῦσα, ἐπιβῆναι ἤθελε· καίτοι, εἰ μὲν ἔγνω, λόγον εἶχε τὸ μεταποιηθῆναι· οὖσαν δὲ φύσει κακίαν καὶ ἀγνο-

Sed plenum est commentum barbara pernicie: ait enim, non solum vidit materia, sed decrevit ascendere tanquam studium quoddam adhibens ad demonstrandum habere se communionem et societatem cum lumine: fortasse eos qui ex ipsa nati sunt, pœnituit, quod infinitis sæculis superioribus non fuissent experti lumen: et quomodo tenebræ adsciscunt et vindicant sibi lumen? aut quorsum, et in quem usum volunt tenebræ invadere lumen? an ut naturam mutent et efficiantur lumen? an ut nutriantur lumine, alimento naturæ contrario? At ignorans voluit ascendere. Etenim si cognovisset,

(8*) Ἔχον. Post hanc vocem deesse in textu nonnulla videntur.

(9) Ἀλλὰ πλ. κ. τ. λ. Hunc locum ita reddit Basnagius: *Barbari figmentum pernicie plenum est.* Barbarus enim ille, inquit, qui talia finxit, est Manes Persa.

(9*) Ἢ ἵνα γρ. An ut imprimat alimentum naturæ lucis contrarium? Basn.

ratio constaret cur mutari voluisset : nunc autem cum natura sit nequitia et ignorans, integra eversio totius rei et causæ est non fugere a contrario.

Quod autem magis a ratione aversum est, ait missam fuisse a bono potestatem, non jam lumen sensibile, sed velut diceret, sobolem Dei. Hanc cum vidisset materia, concupivit quidem tanquam amans eam ; impetum vero in eam fecit et absorbuit, et suis potestatibus distribuit ; qua via fieri non poterat, ut videret missum ex natura boni ; hoc, inquit, effectum est, ut absorbere posset missum. Utar enim adhuc amplius eodem verbo, quoniam si vel solum vidit, quod ex substantia Dei propagatum erat, non est opus alio quopiam verbo ad evertendum commentum. Vidit enim omnino tanquam similis simile. Quod enim est penitus secundum naturam contrarium, et summe contrarium, nunquam videre poterit contrarium, nec propinquabit ei, quia si vel solum videat, ratio contrarii prorsus tollitur.

A οὖσαν, ἀνατροπὴ παντελὴς τῆς ὑποθέσεως τὸ μὴ καὶ φυγεῖν τὸ ἐναντίον.

Τὸ δὲ δὴ μεῖζον εἰς ἀλογίαν, ἀποσταλεῖσαν δύναμιν τοῦ ἀγαθοῦ, οὐκέτι φῶς αἰσθητόν· ἀλλ' ὡς ἂν φαίη, προβολὴν τοῦ Θεοῦ θεασαμένη, προσκισσᾷ μὲν ὡς ἐρῶσα, ὁρμᾷ δὲ καὶ καταπίνει, καὶ ταῖς ἰδίαις δυνάμεσι διανέμει· ᾗ δὲ καὶ θεάσασθαι τὸ ἐκ τῆς φύσεως τοῦ ἀγαθοῦ πεμφθὲν ἀδύνατον ἦν, ταύτῃ δυνατόν φησι γεγονέναι, καὶ καταπιεῖν τοῦτο. Ἐπὶ πλέον γὰρ τῷ αὐτῷ χρήσομαι λόγῳ, ὡς, εἰ καὶ μόνον εἶδε τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ προβεβλημένον, ἑτέρου τινὸς οὐκ ἂν δεόμεθα (10) λόγου πρὸς ἀνατροπὴν τοῦ πλάσματος· εἶδε γὰρ πάντως, ὡς ὁμοία τὸ ὅμοιον. Τὸ γὰρ πάντῃ κατὰ φύσιν ἐναντίον καὶ πρὸς ἄκραν B ἀντιότητα κεχωρηκὸς, οὔτ' ἂν ἴδοι τὸ ἐναντίον, οὔτ' ἂν προσεγγίσειεν αὐτῷ· ἐπειδὴ διαφθείρεται τῆς ἐναντιότητος ὁ λόγος παντελῶς, εἰ καὶ μόνον ἴδοι.

Cap. XXI. *Deus invisibilis.*

Hoc autem addit cæteris quæ dixit, absurdius, et secum vehementer pugnans ; ne opus sit, ut alius contra eum dicat. Amavit enim, inquit, potestatem illam visam tanquam oblita penitus naturæ propriæ : non illa quidem oblita est, quæ non erat : sed hi sunt suorum commentorum immemores ; aiunt enim, priusquam hæc seditionem moveret, non habuisse cognitionem boni ; ne cognitione boni naturam ab ipso accusatam ornent. Nonne amentia est, putare eam quæ in se non habet unde cognoscat esse bonum, potuisse videre, et postquam vidit, desiderasse ? longe enim majus est substantiam aspectu videre, quam cognoscere esse. Primum non solum nos, sed potestates angelicæ excellentiores, esse quidem bonum cognoscimus, ac cognitione sola ad pietatem in Deum alimur ; tanto vero excellentius angeli, quanto natura sunt excellentiores : videre autem substantiam Dei neque nobis, nec illis licet : siquidem nos quandiu corpus secundum naturam induti sumus, nec angelos ipsos videre possumus.

Τοῦτο δὲ προστίθησι τῶν εἰρημένων ἀτοπώτερον ἰσχυρῶς ἑαυτῷ μαχόμενος· ἵνα μηδεὶς ἕτερος δεηθῇ πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν. Φησὶ γάρ· Ἠράσθη τῆς φανείσης δυνάμεως, ὥσπερ ἐπιλησθεῖσα παντελῶς τῆς ἰδίας φύσεως· οὐ μὲν δὴ ἐκείνη γε ἡ μὴ οὖσα, ἀλλ' οὗτοί γε τῶν ἰδίων πλασμάτων· εἰ γὰρ πρὶν ἐπαναστῆναι ταύτην φασὶ γνῶσιν τοῦ ἀγαθοῦ μὴ ἐσχηκέναι, ἵνα C μὴ σεμνώσωσιν ἀγαθοῦ γνώσει τὴν παρ' αὐτοῦ φύσιν διαβεβλημένην· πῶς οὐκ ἄλογον τὴν μὴ ἔχουσαν ἐν αὐτῇ τὸ εἰδέναι, ὅτι ἔστι τἀγαθὸν, ταύτην καὶ ἰδεῖν δυνηθῆναι, καὶ θεασαμένην ἐπιθυμῆσαι ; μεῖζον γὰρ ἀσυγκρίτως τοῦ γνῶναι, ὅτι ἔστι τὸ θεάσασθαι ὄψει τὴν οὐσίαν. Αὐτίκα οὐχ ἡμεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀγγέλων αἱ ἀναβεβηκυῖαι δυνάμεις, ὅτι μὲν ἔστι τἀγαθὸν, γινώσκομεν, τῇ γνώσει καὶ μόνῃ πρὸς τὴν εὐσέβειαν τρεφόμενοι, ἀγγέλων δηλαδὴ ἀναβεβηκότων κατὰ τὴν γνῶσιν, ὅσον καὶ κατὰ φύσιν· τοῦ δὲ Θεὸν κατ' οὐσίαν ἰδεῖν, οὔθ' ἡμῖν οὔθ' ἐκείνοις μετόν· ὅπου ἡμῖν οὐδ' ἀγγέλους αὐτοὺς, ἐν ὅσῳ τὸ κατὰ φύσιν περικείμεθα σῶμα, δυνατὸν ἰδεῖν.

Manifestum enim est et plane concessum, qui videt simile sibi videre. Si quis vero existimet futile esse quod dicimus ; videmus enim solem, lunam et stellas, præterea apud nos lapides, aurum, argentum, denique mare ipsum et omnia animalia, ac nullo pacto his similes sumus ; advertat iste, quod etsi eorum quæ enumeravimus, diversæ species sint ; at horum omnium genus supremum corpus est. Substantia namque partim inaspectabilis est, ut incorporea ; partim aspectabilis, ut corpus. Prima igitur partitio omnia hæc tanquam genus separat et distinguit. Quare corpus corpus videt ; et quatenus corpus, simile et cognatum est videns viso, quamvis sint diversæ horum species propter varietatem et ornatum universi.

Δῆλον γὰρ καὶ σαφῶς ὁμολογούμενον, ὡς ὅ τι βλέD πων, ὅμοιον ἑαυτῷ ὂν, τοῦτο βλέπει. Εἰ δέ τις ἀπαιδεύτως οἰηθείη σαθρὸν εἶναι τὸ ῥηθὲν (ἐμβλέπομεν γὰρ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἀστέρας, ἔτι μὴν ὑφ' ἡμᾶς λίθους, χρυσόν τε καὶ ἄργυρον, καὶ συνόλως τήν τε θάλασσαν καὶ τὰ ζῶα σύμπαντα, καὶ οὐ δήπου τούτοις ὅμοιοί ἐσμεν), μανθανέτω, ὡς, εἰ καὶ διάφορα τὰ εἴδη τῶν κατηριθμημένων, ἀλλά γε τούτων ἁπάντων ἀναβεβηκὸς γένος τὸ σῶμα· τῆς γὰρ οὐσίας τὸ μὲν ἀόρατον, ὡς ἀσώματον, τὸ δὲ ὁρατὸν, ὡς σῶμα. Ἡ τοίνυν πρώτη τομὴ πάντα ταῦτα ὡς ἂν γένος ἀφορίζει· σῶμα τοίνυν, σῶμα βλέπει· καὶ καθὸ σῶμα, ὅμοιον καὶ συγγενὲς τὸ ὁρῶν τῷ ὁρωμένῳ, εἰ καὶ διάφορα τούτων τὰ εἴδη διὰ τὸ ποικίλον καὶ κόσμιον τῷ παντί.

Ridiculum enim esset, si quia flos pulcherrimum

Ἐπεί τοι γέλως ἂν εἴη χρυσοῦ τε τὸ ἄνθος, ἐπειδὴ

(10) Forte δεοίμεθα vel δεώμ. Edit.

γε κάλλιστον τῇ ὄψει φαίνεται, καὶ αἰθάλης τὸ ἀνανθὲς, μὴ ἑκάτερον, ὅπερ καὶ ὄντως ἐστὶ, καλεῖσθαι χρῶμα· χρῶμα γὰρ, εἰ καὶ διάφορον, ἑκάτερον· ὄψις γὰρ ἡ αὐτὴ ὁμοίως ἑκατέρῳ κοινωνεῖ. Οὕτω δὴ πάντα τὰ σώματα ὁρατὰ, εἰ καὶ διάφορα τῷ εἴδει, φάσκει μέν· εἰ δὲ σώματα σωμάτων κρείττω, τὸ κωλῦον οὐδὲν, πλήν γε σώματα πάντα· ὅθεν οὐδὲ προσκυνητὸν μάλιστα τῷ ὁρῶντι τὸ ὁρατὸν, ὡς καταλαμβανόμενον πρὸς αὐτοῦ.

A aspectum habet, et ab auro differt, et quod est floridum differt a viridi, non uterque vocaretur, qui in re est, color : color enim est uterque, tametsi diversus : idem enim aspectus cum utroque conjunctionem et societatem habet. Sic omnia corpora sunt aspectabilia, licet differentes sint species. Esse autem corpora alia aliis præstantiora, nihil prohibet, quin omnia corpora sint spectabilia : ex quo fit, ut non sit quod sub aspectum cadit maxime et præcipue, adorandum ab eo qui illud cernit, tanquam ab ipso comprehensum.

Cap. XXII. *Materia Deum non vidit. Neque lumen absorbuit.*

Εἰ τοίνυν εἶδε τὸ ἐκ τῆς οὐσίας ἡ ὕλη τοῦ Θεοῦ, συγγενείᾳ πλείστῃ τε καὶ ὁμοιότητι πρὸς τὴν θέαν ἦλθε, καὶ οὐδὲν πλέον ἐχρῆν πρὸς τὸν ἀσύστατον τουτονὶ μῦθον εἰπεῖν· εἰ δὲ καὶ ἐπεθύμησε τοῦ φανέντος, τὸ πάντων ἄριστον αὐτῇ προσεμαρτύρησεν ὁ ἀνόητος· ὡς κακίαν μὲν ὄνομα τεθεικέναι δοκεῖν, οὐσίαν δὲ ἀγαθὴν προσομολογῆσαι. Τί γὰρ εἰς ἀπόδειξιν καλοκαγαθίας μεῖζον τοῦ ἐπιθυμῆσαι τἀγαθοῦ; Εἰ δέ φησι καὶ ἐπελάβετο, καὶ κατέπιεν, ὡς ἐγκύμων γενέσθαι τῆς ἐναντίας τοῦ Θεοῦ οὐσίας, καὶ ταῖς ἰδίαις δυνάμεσι διένειμεν· ὢ τῆς ἀλόγου μανίας! οὐκ εἶδε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπεθύμησε· καὶ οὐκ ἐπεθύμησε μόνον, ἀλλὰ καὶ κατέπιε· καὶ οὐ κατέπιε μόνον, ἀλλὰ καὶ κατέχει. Ταῦτα πάντα σαφῶς οὐ τὴν ἐναντιότητα τῆς φύσεως ὁρίζει, ἄκραν δὲ καὶ τὴν ἀνωτάτω συγγένειαν ἀμφοῖν ὁμολογεῖ.

Si igitur materia vidit, quod ex substantia Dei erat, cognatione magna et similitudine ducta, ad B spectaculum venit, nec amplius opus erat dicere contra hanc fabulam, quæ consistere non potest : si vero etiam desideravit quod vidit, de re omnium optima testimonium illi perhibuit homo stultus ; ut videatur nomen quidem nequitiæ imposuisse ei, substantiam vero bonam esse eidem attestatus. Quid enim majus esse poterat ad probandum bonitatem, quam desiderasse bonum? Quod autem dicit apprehendisse et absorbuisse, ut substantia Dei contraria tanquam semine fieret gravida, et distribuisse suis potestatibus : o furorem amentis! non solum vidit, sed desideravit ; et non tantum desideravit, sed absorbuit ; et non solum absorbuit, sed etiam retinuit. Hæc omnia perspicue non contrariam naturam definiunt, sed potius summam et C altissimam cognitionem utriusque concedunt.

Εἴτε γὰρ ἀγανακτοῦσα, ὅπερ λογισμοῦ δεῖγμα τυγχάνει, εἴτε καὶ ἐπιθυμοῦσα κατέπιε τὸ φανὲν, φύσεως ἄντικρυς κοινωνία ταῦτα γένοιτ' ἄν· εἰ γὰρ ἄκρως ὑπῆρχεν ἐναντία, συνῆλθεν οὐδαμῶς ἂν ἑκάτερα. Οὐ συνεῖδε δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις βάρβαρος οὐδὲ τοῦτο, ὅτι ἡ ἀποσταλεῖσα παρὰ τοῦ Θεοῦ δύναμις, εἰ μὲν ἀσώματος ἦν, τομὴν οὐδεμίαν παρεδέξατο ἄν· ὡς μηδαμῶς καταδιαιρεθῆναι δύνασθαι κατ' οὐσίαν εἰς τὰς ἐναντίας δυνάμεις, μήτε μὴν καταποθῆναι· τὸ γὰρ ἀσώματον τίνα ἂν καταποθείη τρόπον; Εἰ δὲ σωματικὴ, πᾶν σῶμα κατατεμνόμενον καὶ κατακερματιζόμενον ἀναιρεῖται τρόπον τινὰ, καὶ ζῆν οὐκέτι δύναται τὴν ἰδίαν ζωήν. Τοιγαροῦν ἢ ἀσώματος ἦν ἡ ἀποσταλεῖσα παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ δύναμις, καὶ οὐδαμῶς οὔτε κατεπόθη, οὔτε εἰς πολλοὺς διῃρέθη, καὶ πέπαυται, καὶ οὕτω παντελῶς ὁ μῦθος· ἢ σωματική τις ἐτύγχανε καὶ ἀνῄρηται πάντη, καὶ ἀπόλωλε πρὸς τῆς κακίας, ὅπερ ἐστὶ χαλεπώτερον εἰς ὕβριν τοῦ ἀγαθοῦ· μᾶλλον δὲ ἰσχυρότερον εἰς ἀνασκευὴν τοῦ μύθου· σῶμα γὰρ καθ' ἑαυτὸ διαιρεθὲν καὶ διασκορπισθὲν, (νοῦς γὰρ οὐ διαιρεῖται), ποίαν ἔχει τὴν ἰσχὺν, ὥστε ὑποτάττειν τὴν κακίαν, τὸ τοσαύτην γε βλάβην καὶ ὕβριν εἰς τὴν ἰδίαν φύσιν ὑπομεῖναν, ὡς ἠφανίσθαι καὶ ἀπολωλέναι δοκεῖν; τοῦτο γὰρ ἴδιον σώματος κατατεμνομένου.

Sive enim succensens, quod quidem ratiocinationis indicium est, sive desiderans absorbuit quod vidit, hæc plane ad communitatem naturæ pertineant. Si enim summe contraria fuissent, nequaquam utraque coissent. Ut alia omittam, neque hoc barbarus advertit, quod potestas a Deo missa, siquidem incorporea erat, nullam partitionem recepisset, ut nullo modo posset dividi secundum substantiam in contrarias potestates, ac multo minus absorberi : quod enim expers corporis est, quonam modo absorbeatur? Si vero corporea erat, omne corpus sectum et in frusta partitum quodam modo perit et non potest vitam suam vivere. Igitur vel D incorporea erat potestas a bono missa, et nullo modo absorpta est, nec in multos divisa est, atque ita ex toto fabula sublata est : vel corporea quædam potestas erat, et a nequitia deleta est et interitum cepit ; quod est ad contumeliam Dei sceleratius, quin potius ad eversionem fabulæ valentius : corpus enim per se divisum et dissipatum ac dispersum (mens enim non dividitur), quas vires habet ad subigendam nequitiam, quod tantum detrimentum et contumeliam in naturam propriam accepit, ut videatur deletum esse et interiisse? hoc enim corporis divisi proprium est.

Cap. XXIII. *Deus substantiam suam non misit. Manes in Deum furens.*

Τὸ δὲ δὴ παραλογώτερον, εἰ θελήσας Θεὸς γῆν ἐξελέσθαι τῆς κακίας, τὸ ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως γυ-

Quod autem amentius est, si cum voluisset Deus terram eripere nequitiæ, ex natura propria emisit

illud nudum ad contumeliam et interitum ipsius substantiæ, tot sæculis sessurum et habitaturum simul cum nequitia, et particeps ejus futurum, ac cum ea pariter peccaturum. Quod quidem vel unam horam aut punctum temporis substantiam Dei passam esse, ut nequitiæ subjecta esset, et pariter cum ea deliquisset, omnem amentiam superat. Quanto melius erat traditam esse terram, quam substantiam Dei comprehensam esse? Si enim non fuisset ferenda incursio in terram, ut materia ordinem perturbaret, quanto minus ferenda erat tanta servitus, et naturæ divinæ subjectio, idque non ad brevissimum tempus, sed ad universum et immensum sæculum? ut neque nequitia peccare desisteret, et Deus cum ea per potestatem ex se genitam peccaret.

Unde consequens est, neque Deum voluisse mittere nequitiæ ex substantia sua genitum ad peccandum cum ea: nec illud missum inductum fuisse et obtemperasse, ut ad tantum malum et luem proficisceretur; ut impleretur scilicet omni iniquitate et injustitia, simul et impietate, idque pro terrena liberatione terræ non jam tunc captæ, sed capiendæ, tanquam non potuisset Deus aliter huic terræ præesse. Vide quam plane infirmum mentiatur Deum Manichæus in Deum furens, tanquam defensor possessionum alicujus pupilli, et cujus infirmitatem necessarium est confiteri, ut partes patroni impleat. Ut enim contra defendens nequitiam nequaquam per se consistentem, omnia quidem fecisse contra Deum narrat, seditionem, impetum in res ejus, postremo, quod est omnium flagitiosissimum, obtinuisse omni sæculo substantiam ejus, eamque in infinitas partes divisisse, præfocare, et in se ipsa reprimere, habereque eam sociam in omni prava actione et intemperantia; Deum autem non potuisse locum suum ullo alio modo neque valenter eripere, neque saltem vacare a peccato, quod naturam ejus decebat.

Quæ enim id quod ex ipso secundum substantiam genitum est, pariter cum materia peccat, plane in eum qui genuit, redundant. Sic demum omnem potentiam in Deum testimonio suo tribuit nequitiæ; Deum vero dicit passum esse omnium durissima: et audet subjungere, quod potestas Dei missa sopivit materiam tanquam belluam cantione, non solum summe contraria, sermone omni probabilitate carente miscens, et quæ nullo pacto esse possunt, secundum naturam commento suo largiens, sed contra quam vult hic etiam conficiens et concludens: ex utrisque enim ait hunc Deum universum hoc fabricatum esse. Corpus vero hominis esse quidem nequitiæ; animam vero Dei, sive cum sint unius formæ, sive cum jam ex contrariis composita; quorum neutrum, ut paulo post docebimus, consistere potest. Corpus tamen solum

A μνὸν προσήκατο εἰς ὕβριν χαλεπὴν, καὶ διαφθορὰν αὐτῆς γε τῆς οὐσίας, τοσοῦτον αἰῶνα καθεζόμενον κακίᾳ συνοικῆσον, καὶ μεθέξον αὐτῆς, καὶ συναμαρτῆσον αὐτῇ· ὅπερ μίαν γοῦν ὥραν ἢ χρόνου στιγμὴν παθεῖν τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ, ὡς ὑποταγῆναι κακίᾳ, καὶ ταύτῃ συναμαρτῆσαι, καὶ πάντων ἀλογώτερον ἂν εἴη. Καὶ πόσῳ δὴ βέλτιον ἦν γῆν παραδοθῆναι, καὶ μὴ τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ καταληφθῆναι; Εἰ γὰρ οὐκ ἀνεκτὴ πρὸς ἀταξίαν τῆς ὕλης ἡ κατὰ γῆς ἔφοδος, πόσῳ μᾶλλον ἀφόρητος ἡ τοσαύτη δουλεία καὶ ὑποταγὴ τῆς τοῦ Θεοῦ φύσεως, καὶ οὐ πρὸς τὸ βραχύτατον, ἀλλὰ πρὸς ὅλον καὶ ἄπλετον αἰῶνα; ὡς τὴν μὲν κακίαν (10') τοῦ ἁμαρτεῖν μὴ πεπαῦσθαι, Θεὸν δὲ συναμαρτάνειν αὐτῇ, διὰ τῆς ἐξ αὐτοῦ προβεβλημένης δυνάμεως.

B Ὅθεν εἰκὸς, οὐδὲ Θεὸν πρὸς τὸ συνεξαμαρτάνειν ἐθελῆσαι πέμψαι τῇ κακίᾳ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ προβεβλημένον, οὔτ' ἐκεῖνο πεισθῆναί τε, καὶ ὑπακοῦσαι πρὸς τοσοῦτον ὄλεθρον ἀφικέσθαι, ὥστε πάσης ἀνομίας τε καὶ ἀδικίας, ἅμα καὶ δυσσεβείας ἐμπλησθῆναι ὑπὲρ τοῦ γηΐνου, τὴν ἤδη ληφθεῖσαν, ἀλλὰ τὴν καταλαμβάνεσθαι μέλλουσαν ἐλευθερωθῆναι, ὡς οὐχ οἷόν τε ὂν ἑτέρως ταύτης τὸν Θεὸν προστῆναι. Ὅρα ὅσην ἀδυναμίαν καταψεύδεται τοῦ Θεοῦ σαφῶς ὁ κατὰ τοῦ Θεοῦ μανείς· ὥσπερ κτημάτων ὀρφανοῦ τινος προϊστάμενος, οὗ τὴν ἀσθένειαν ἐπάναγκες ὁμολογῆσαι, ἵνα τὰ τῆς συνηγορίας πληρωθῇ· ὡς γὰρ τοὐναντίον, τὴν οὐδαμῶς ὑφεστηκυῖαν κακίαν πρεσβεύων, πάντα μὲν αὐτὴν κατὰ Θεοῦ δεδρακέναι, C λέγει ἐπαναστῆναι, ἐπιβῆναι τοῖς αὐτοῦ θελῆσαι· τέλος, τὸ πάντων κατὰ Θεοῦ χαλεπώτερον, τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἐγκρατῆ σύμπαντα τὸν αἰῶνα γενέσθαι, καὶ κατατεμεῖν ταύτην, ὡς οὐκ ἐνδέχεται, εἰς ἄπειρα τμήματα, ἀποπνίγειν τε καὶ ἀποθλίβειν ἐν ἑαυτῇ, καὶ συμμέτοχον ἑαυτῆς ἐν πάσῃ κακοπραγίᾳ καὶ ἀκολασίᾳ ἔχειν· Θεὸν δὲ μὴ δυνηθῆναι μήτε τὸν ἴδιον τόπον ἕτερόν τινα τρόπον δραστηρίως ἐξελέσθαι, μήτε τὸ ἀναμάρτητον γοῦν ἑαυτῷ πρεπόντως τῇ φύσει τηρῆσαι.

Ἃ γὰρ τὸ ἐξ αὐτοῦ προβεβλημένον κατ' οὐσίαν τῇ ὕλῃ συναδικεῖ, ἄντικρυς εἰς αὐτὸν ἀνατρέχει τὸν προβεβλημένον. Οὕτω δὴ πᾶσαν δυναστείαν κατὰ Θεοῦ τῇ κακίᾳ προσμαρτυρῶν, Θεὸν δὲ τὰ πάντων D ἀνήκεστα πρὸς αὐτῆς πεπονθέναι λέγει, καὶ τολμῶν ἐπάγει, ὅτι δὴ κατεκοίμησε τὴν ὕλην ἡ ἀποσταλεῖσα τοῦ Θεοῦ δύναμις, ὡς τὸ θηρίον ἐπῳδῇ, οὐ μόνον ἀπιθάνως τὰ ἄκρως ἐναντία τῷ λόγῳ κιρνῶν, καὶ τὰ μηδαμῶς κατὰ φύσιν ἐνδεχόμενα τῷ ἰδίῳ πλάσματι χαριζόμενος, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἢ βούλεται, καὶ ἐνταῦθα κατασκευάζων· ἐξ ἀμφοῖν μὲν γὰρ τούτοιν φησὶ Θεὸν δημιουργῆσαι τόδε τὸ πᾶν· τοῦ δὲ ἀνθρώπου εἶναι μὲν τὸ σῶμα τῆς κακίας· εἶναι δὲ τὴν ψυχὴν τοῦ ἀγαθοῦ, εἴτε μονοειδῆ, εἴτε συγκειμένην ἐκ τῶν ἐναντίων· καὶ ταύτῃ, ὡς ἑκάτερον μικρὸν ὕστερον δείξομεν, σύστασιν οὐδὲ μίαν ἔχον. Σῶμα μέντοι καθ' ἑαυτὸ οὐδὲν τῶν κακῶν οὐδ' ἐπινοεῖ, οὔτε ὀργῇ·

(10') *Κακίαν*. *Nequitiam* vocat semper Satanam auctor. TURR.

οὔτε γὰρ φονεύει, οὔτε μοιχεύει, οὔτε ληστεύει, οὔτε ἄλλο τι τῶν ἀδικημάτων ἐργάζεται, ψυχῆς αὐτῷ μὴ παρούσης.

A ac per se nihil mali neque cogitat, neque facit; non enim occidit, neque adulteratur, neque latrocinatur, nec aliam injuriam facit, cum non adest anima.

Cap. XXIV. *Mistio animæ cum corpore.*

Καίτοι τούτων καὶ τῶν τοιούτων ἕνεκεν ἐπινενόηται τῷ Μάνεντι τῆς ἐναντίας ἀρχῆς ἡ ὑπόστασις, καὶ τῶν ἐναντίων ἡ κρᾶσις, ὡς ἂν τὸ αἴτιον αὐτῶν εὑρεθείη. Εἰ δὲ ἡ κρᾶσις τῆς ψυχῆς τοῦ ἀγαθοῦ πρὸς τὸ σῶμα τοῦ κακοῦ, τῶν ἀδικημάτων ἀνθρώποις παρέσχε τὰς ἀφορμὰς, καθ' ἑαυτὸ γὰρ οὐ πλημμελεῖ σῶμα· βέλτιον ἦν μὴ συγκραθῆναι τὴν πεπλασμένην τοῦ ἀγαθοῦ δύναμιν τῇ μὴ οὔσῃ κακίᾳ· οὐ γὰρ ἂν τῶν κατὰ ἀνθρώπους ἁμαρτημάτων οὐδὲν ἐπολιτεύετο, οὐδ' ἂν ὑπῆρχεν ὅλως. Ποῖος γὰρ B ἦν ὁ φόνος, τοῦ φονευομένου μὴ ὄντος, εἴγε μὴ διὰ τῆς τῶν ἐναντίων κράσεως, κατὰ τὸν γελοιότατον λόγον, ἐγεγόνει κόσμος; ποία δ' ἂν μοιχεία, τοῦ σώματος μὴ ὄντος, μήτε καθ' ἑαυτὸ γοῦν ἐπιθυμοῦντος, εἰ μὴ ψυχὴ ἡ τοῦ ἀγαθοῦ κατεπέμφθη; δυοῖν γὰρ θάτερον· ἢ τοῦ ἀγαθοῦ οἰκονομίᾳ χρὴ φάσκειν συνελθεῖν τἀναντία, ἵνα γένηται ὡς πρὸς ἀγαθοῦ κόσμος, καὶ ὅλως αὐτὸς αἴτιος ἂν εἴη τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν, εἴγε ἑκὼν τῇ κακίᾳ προσεχρήσατο κατὰ τῶν γενησομένων· ἢ ἐβιάσθη πρὸς τῆς κακίας, καὶ ἤδη τὰ νικητήρια κατὰ τοῦ ἀγαθοῦ ἀπενήνεκται ἡ κακία.

Atqui ob hanc causam excogitavit Manichæus hypostasim principii contrarii et mistionem contrariorum, ut causa malorum reperiretur. Sed si admistio animæ, quæ Dei est, cum corpore, quod diaboli, causas et primordia injuriarum ac peccatorum hominibus præbuit, per se autem non delinquit corpus: melius erat, ut anima a Deo creata non admisceretur nequitiæ non exstanti: nullum enim ex peccatis quæ homines committunt, in vita cerneretur neque penitus esset. Quod enim esset homicidium nemine occiso? Si per mistionem contrariorum, ut est in hac fabula ridicula, non fuisset factus mundus: quod adulterium esset non exstante corpore, neque per se concupiscente, nisi anima quæ Dei est, missa esset in corpus? alterum enim ex duobus relinquitur: aut dicendum esse, gubernatione Dei provida coisse contraria, ut tanquam a bono Deo fieret mundus, atque ita ipse omnino malorum in hominibus auctor esset, siquidem volens usus est nequitia contra eos qui futuri essent; aut vi coactum esse a nequitia, et jam nequitiam victoriam devicto Deo reportasse.

Cap. XXV. *Materia ante creationem mala facere non potuit. De mundi creatione absurda Manetis sententia.*

Ποῖος γὰρ ἦν, αὖθις λέγω, φόνος, εἰ μήτε ἄνθρωπος ἦν, μήτε ξίφος, μήτε ἄλλο τι τῶν φονικῶν ἐργαλείων, εἰ μὴ διὰ τῆς συνόδου τῶν ἐναντίων κατεσκευάσθη ὁ κόσμος; Ἡ γὰρ ὕλη καθ' ἑαυτὴν, εἰ καὶ πρὸς ἀλλήλους οἱ ἐξ αὐτῆς ἐστασίαζον, φόνον μὲν οὐκ ᾔδει, οὐ γὰρ εἶχε θνητὸν, ὃν φονεύει· μοιχείαν ἠγνόει, οὐ γὰρ κατεγγυήσεις γάμων παρ' αὐτῇ ἐπολιτεύοντο· οὐ μὴν οὐδ' ἐσυκοφαντεῖτο, οὐδὲ γὰρ ὅλως τὸ κρίνειν εἶχεν, ἄλογος οὖσα· φιλαργυρίας δὲ τῶν κακῶν τῆς ῥίζης καὶ φιλοδοξίας, οὐδὲ ἕως προσηγορίας ἐμέμνητο· ἡ γὰρ φυλαργυρία παρὰ ἀνθρώποις, διὰ τὴν χρείαν, ἧς ἠλευθέρωτό γε ἐκείνη· καὶ ἡ φιλοδοξία λογισμοῦ πάθος, ἧς οὐ μετεῖχεν, ἀλόγιστος οὖσα· γαστριμαργία τε καὶ πορνεία, καὶ ἀῤῥενοφθορία παρ' αὐτῇ χώραν οὐκ εἶχε· καὶ συνόλως πάντα τὰ κακὰ ἃ παρὰ ἀνθρώποις ἀναφαίνεται, οὐδαμῶς εἶχεν ἡ ὕλη πρὸ κόσμου.

C Sed dicam iterum, quale homicidium erat, si neque homo erat, neque gladius, nec aliud genus teli aut instrumenti ad occidendum, nisi per conjunctionem contrariorum ædificatus esset mundus? Materia enim per se ac sola, quanquam nati ex ipsa seditionem in seipsos movebant, homicidium quidem ignorabat; non enim habebat mortalem, quem occideret; adulterium nesciebat, quia sponsiones nuptiarum apud eam non versabantur: nec erat calumnia, omnino enim judicare non poterat, esset cum rationis expers. Cupiditas autem divitiarum, quæ est omnium malorum radix, ne nominabatur quidem; cupiditas enim divitiarum apud homines est propter usum et necessitatem, qua erat liberata materia. Ambitio non participabat perturba- D tionem rationis, quia erat in materia vacuitas rationis: gulæ ac ventris vitium, et fornicatio, ac masculorum concubitus apud eam locum non habebant: et ut summatim dicam, omnia mala quæ apud homines feruntur, ante mundum ædificatum minime habebat materia.

Ὥστε οὐκ ἐπεδέθη τῇ συγκράσει, ἀλλὰ τοὐναντίον κατὰ τὴν ἀνόητον αὐτῆν ὑπόθεσιν, ὥσπερ ἵππος πεδίου λαβομένη, διαθέει πρὸς τὴν ἀδικίαν τῶν κακῶν φερομένη· ἃ γὰρ μηδαμῶς ὑπῆρχε πρὸ κόσμου κακὰ, ταῦτα, ἀφ' οὗ κόσμος, ἐν κόσμῳ ἐμπολιτεύεται. Κἂν γὰρ θείη τις κατὰ τὸν ἐκείνου λόγον, στασιάσαι καὶ μανῆναι κατ' ἀλλήλων τοὺς τῆς ὕλης, καὶ μυρία ἀλλήλους διαθεῖναι κακὰ, καὶ κατὰ τοῦ φωτὸς στρατεῦσαι· οὐ μέντοι τὸν κατάλογον τῶν κατηριθμημένων ἀνθρωπίνων κακῶν ἐκείνοις ὑπάρξαι φαντασθήσεται·

Itaque non fuit ligata commistione, sed potius contra convenienter eidem causæ amenti, sicut equus campum nactus, cursu fertur ad injustitiam malorum hominum: quæ enim erant ante mundi fabricationem mala, ex quo mundus est, in mundo versantur. Quamvis enim ponamus, ut ille dicit, natos ex materia fecisse seditionem, et furore in seipsos fuisse percitos, et infinitis malis se vicissim affecisse, et contra lumen exercitum eduxisse; non tamen bibens ea mala quæ in homine nume-

raximus, cum illis fuisse cogitatione fingetur; quia non poterant humana mala agi priusquam homo esset: et ubi esse potest qui dicat, quod ligata nequitia frenata est, quæ neque malorum humanorum meminerat; postquam vero ligata est, de his accusatur

A ἐπειδή γε οὐδὲ ἐνεδέχετο τὰ ἀνθρώπινα κακὰ πρὶν ἄνθρωπον γενέσθαι πράττεσθαι· καὶ ποῦ ἂν ὁ φάσκων εἴη, ὡς ἐσωφρονίσθη πεδηθεῖσα ἡ κακία, ἡ πρὶν μὲν πεδηθῆναι τῶν κατὰ ἀνθρώπους κακῶν οὐδὲ μεμνημένη, μετὰ δὲ τὸ πεδηθῆναι ἐπὶ τούτοις διαβαλλομένη;

Quid autem nocebat bono sola secum ordinem perturbans, et non habens cui perturbationem ordinis inferret? evertere enim bonum nullo pacto poterat. Si autem nitebatur invadere in loca aliena, aliter impetum ejus amentem reprimere oportebat: quæ enim prius non nocebat, ordinem contra se perturbans, nunc quidem videtur aliud quid assumpsisse, in quod tanquam in familiare et conjunctum perturbationem ordinis nocentiorem efficiet. Continuo dicemus, quod etiam homines per seipsos malefici, volent quidem aliquid mali facere; non habentes autem in quem faciant, otiosi reperiantur; se vero ipsi benevole aspiciant ob concordiam ad maleficium: materia autem neque volebat, non enim consilium capiebat cum esset expers rationis; neque poterat, cum esset sola et per se. Igitur quæ a Manichæo vocatur materia, videtur sumpsisse fere a bono per animam veriorem materiam ad operationem nequitiæ, quam nesciebat; accusabatur enim ante mundi fabricam de perturbatione ordinis nobis ignota, et minime apparente. Didicit autem operari manifesta mala, et quæ cernuntur: excitavit ergo belluam cantio, et nequaquam sopivit, ut ille dicit.

Τί γὰρ ἔβλαπτε τἀγαθὸν, καθ' ἑαυτὴν ἀτακτοῦσα, καὶ μὴ ἔχουσα ᾧ τὴν ἀταξίαν προστρίψηται; τρέψαι μὲν γὰρ τἀγαθὸν οὐδαμῶς οἵα τε ἦν· εἰ δὲ ἐπιβαίνειν ἐπεχείρει τοῖς μὴ ἰδίοις τόποις, ἑτέρως αὐτὴν ἐχρῆν ἀναστεῖλαι τῆς ἀλόγου φορᾶς· ἡ γὰρ καθ' ἑαυτῆς πρότερον ἀβλαβῆ τὴν ἀταξίαν ἐνδεικνυμένη, νῦν γε δοκεῖ προσειληφέναι τι ἕτερον, καθ' οὗ ὡς συνόντος τὴν ἀταξίαν βλαβερωτέραν ἐνδείξεται αὐτίκα· καὶ ἄνθρωποι καθ' ἑαυτοὺς κακοῦργοι βουλή-B σονται μέν τι κακὸν δρᾷν, μὴ ἔχοντες δὲ καθ' οὗ δράσαιεν, ἀργοὶ ἂν ἀποδειχθεῖεν· ἀλλήλους δ' ἂν ἴδοιεν εὐνοϊκῶς συμφωνίᾳ τῇ περὶ τὸ κακόν. Ἡ δὲ ὕλη οὔτε ἠβούλετο· οὐδὲ γὰρ ἐβουλεύετο ἄλογος οὖσα, οὔτε ἐδύνατο, μόνη καὶ καθ' ἑαυτὴν οὖσα. Ἆρ' οὖν ἡ καλουμένη παρὰ τοῦ Μάνεντος ὕλη διὰ τῆς ψυχῆς ὕλην ἀληθεστέραν πρὸς τοῦ ἀγαθοῦ κινδυνεύειν προσειληφέναι δοκεῖ εἰς ἐνέργειαν κακίας, ἣν ἠγνόει· ἐνεκαλεῖτο γὰρ πρὸ κόσμου ἀταξίαν, ἄδηλον ἡμῖν καὶ μὴ φαινομένην. Ἔμαθε δὲ ἐνεργεῖν δῆλα καὶ φαινόμενα κακά· διύπνησεν ἄρα τὸ θηρίον ἡ ἐπῳδὴ, καὶ οὐδαμῶς κατ' ἐκεῖνον ἐκοίμησεν

Si autem dicit noluisse Deum ut fieret mundus, percunctandum est, quis erat, qui voluit? an malitia, quæ non habebat cognitionem? Quis est qui ex utrisque fecit quæ sunt? nunquid materia? non esset in admiratione ejus operatio. Sed nunquid non voluit Deus, coactus tamen est? Si ita esset, magis subjectus fuisset quam subjecisset, atque supervacaneum esset illum admirari sapientiam Dei vi coactam, et damnum eorum, qui futuri erant; quæ enim nullo modo mala erant ante conjunctionem contrariorum, neque saltem nominabantur, hæc post ortum mundi floruerunt.

C Εἰ δὲ λέγοι, Οὐκ ἤθελεν ὁ Θεὸς γενέσθαι κόσμον, ἐρωτητέον, Καὶ τίς ἦν ὁ βουλόμενος; ἆρα ἡ κακία, ἡ μὴ ἐγνωκυῖα; Τίς δέ ἐστιν ὁ κατασκευάσας ἐξ ἀμφοῖν τὰ ὄντα; ἢ ὕλη; οὐκ οὖν θαυμασία τὴν ἐνέργειαν (11). Ἀλλ' ἄρα Θεὸς οὐκ ἤθελε μὲν, ἠναγκάζετο δέ; οὐκ οὖν ὑπετάγη μᾶλλον ἢ ὑπέταξε; Καὶ περιττὸν κἀκεῖνο θαυμάζειν, τἀγαθοῦ τὴν σοφίαν βιασθεῖσαν εἰς τὴν βλάβην τῶν γενησομένων· ἃ γὰρ οὐδαμῶς ἦν κακὰ πρὶν συνελθεῖν τἀναντία, οὔτε μὴν ὄνομα γοῦν αὐτῶν ἐπολιτεύετο, ταῦτα μετὰ κόσμου γένεσιν ἤνθησαν.

CAP. XXVI. *Deus auctor peccati secundum Manem. Mistionem animæ cum materia Manes admittit.*

An non est absurdum dicere, voluisse Deum perturbationem ordinis, quæ nobis demonstrari non potest, a materia tollere, et actionis malorum quæ videmus et in hominibus apparent, omni ordine et ratione carentis auctorem fuisse? Perturbationem namque ordinis de qua materiam damnabat, verbo solum proferre potuit, non tamen rebus ipsis et operibus demonstrare: mala autem, ex mistione ista contrariorum confícta, et quæ fieri non potuit, oculis cernens insanus homo, dissimulare ea non potest. Quare dum docere vult, non esse Deum auctorem injustitiæ humanæ, maxime esse plane confitetur, imo plenius quam si hoc solum studeret.

D Καὶ πῶς οὐκ ἄτοπον φάσκειν, βουλόμενον τὸν Θεὸν ἀταξίαν τὴν ἡμῖν γε ἀναπόδεικτον τῆς ὕλης παῦσαι, ἀταξίας ἀποδεικνυμένων κακῶν καὶ φαινομένων ἀνθρώποις παραίτιον γενέσθαι; Τὴν μὲν γὰρ ἀταξίαν, ἣν κατεψηφίζετο τῆς ὕλης λόγῳ μόνον παράγειν, οὐ μὴν καὶ δεῖξαι τοῖς ἔργοις δεδύνηται· τὰ δὲ κακὰ τὰ ἀπὸ τῆς μυθώδους καὶ μὴ ἐνδεχομένης τῶν ἐναντίων κράσεως, ὀφθαλμοῖς ὁρῶν ὁ ἀνόητος, οὐ καταδύεται. Ὥστε βουλόμενος τὸν Θεὸν ἀναίτιον τῆς κατὰ ἀνθρώπους ἀδικίας ἀποφῆναι, αἰτιώτατον αὐτῶν ἄντικρυς ὁμολογεῖ πλέον ἢ τοῦτο καὶ μόνον ἐσπούδαζεν.

(11) *Οὐκ ἂν θαυμ.* Quia ab aliquo quod sine cognitione et ratione fit, non est admirabile in eo, a quo fit. TURR.

Φέρε δὴ τὰ πραττόμενα κακὰ πρὸς ἀνθρώπων κατίδωμεν, τίνι προσῆκε φιλαλήθως· ἐπιχειρήσει μὲν γὰρ ἴσως καὶ τῆς ψυχῆς κρᾶσιν εἰσηγήσασθαι τῶν ὡς ὑπείληφεν ἐναντίων· εἴτε δὲ αὐτὴ μονοειδὴς ὑπάρχει ἐκ τἀγαθοῦ παρ' αὐτῷ, εἴτε καὶ ἐκ συνθέσεως τῶν ἐναντίων ἐκ τῆς μερίδος τοὐναντίου τοῦ ἀγαθοῦ, ῥᾳδίως ἀποδειχθήσεται, κατὰ τὴν ἀσεβῆ ταύτην ὑπόθεσιν, τὰ κακὰ γινόμενα. Ἔστι μὲν οὖν ἀσώματος ἡ ψυχή, καὶ μηδαμῶς σύνθεσιν κατ' οὐσίαν, καὶ μάλιστα ἐναντίων ἀποδεχομένη· οἱ γὰρ ἐκ διαφόρων συντιθέναι δόξαντες αὐτὴν οὐ τὴν οὐσίαν ποικίλην καὶ πρὸς ἑαυτὴν διαφερομένην εἰσηγήσαντο, ἀλλὰ τὰς ἐνεργείας αὐτῆς ἐκ τῶν ὁρωμένων ὑπέγραψαν, ἵνα λόγον ἁπλοῦν καὶ περιληπτικὸν αὐτῆς ποιήσασθαι μὴ δυνηθέντες.

A Age jam, consideremus mala quæ ab hominibus fiunt, ad quem vere pertinent. Aggredietur, fortasse introducere mistionem animæ cum contrariis quam suspicatus est. Sive ipsa anima sit μονοειδής, id est, simplicis et unius formæ ex bono apud ipsum, sive ex compositione contrariorum ex parte ejus quod est bono contrarium; facile secundum hoc impium fundamentum et principium demonstrabuntur mala quæ fiunt. Est igitur anima expers corporis, quæ nullo pacto compositionem secundum substantiam, præsertim contrariorum, recipit. Qui enim visi sunt eam componere, non substantiam variam et a se differentem introduxerunt, sed operationes ejus ex iis quæ videntur, descripserunt, cum non possent
B exstruere unam simplicem definitionem qua comprehenderetur.

Cap. XXVII. *Unde procedat animæ peccatum. Ratio præest vitiis et virtutibus.*

Εἰ γὰρ καὶ ταῖς διαφόροις ποιότησιν ἃς ἐπεδέχεται ἄλλοτε ἄλλως, διαφέρεται πρὸς ἑαυτήν, ὅμως κατ' οὐσίαν ἔργον ὑπάρχουσα τοῦ Θεοῦ, ἀμετάβλητός τέ ἐστι, καὶ οὐχ ἐκ διαφόρων σύγκειται· ἐναντίων μέντοι κράσεων τοσοῦτον ἀφέστηκεν, ὅσον καὶ τοῦ καθ' ἑαυτὴν σῶμα εἶναι δοκεῖν. Θῶμεν δὲ κατὰ τὴν ἐκείνου ψευδολογίαν, εἴγε καὶ τοῦτο λέγειν ἐπιχειροίη, ὡς καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ ἀνθρώπου συνέστηκεν ἐξ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ· οὐχὶ τὸ μὲν λογιστικὸν αὐτῆς κατ' ἐκεῖνον ἀναθετέον τῷ ἀγαθῷ, τὸ δ' ἀλόγιστον εἴη τῇ κακίᾳ; δῆλον, ὡς οὐδὲν ἂν ἕτερον εἰπεῖν ἔχοι. Τῆς τοίνυν ἐπιθυμίας κινουμένης σφαλερῶς εἴτε ἐκ μόνου τοῦ σώματος, εἴτε καὶ ἐκ τοῦ προσήκοντος τῇ κακίᾳ μέρους τῆς ψυχῆς, ἆρ' αὐτόματος πρόεισιν ἡ πρᾶξις; Οὐχὶ δὲ φθάνει μὲν ἐν ἀνθρώπῳ σκέψις καὶ βουλή, ἔπειτα κρίσις, καὶ αἵρεσις τῆς πράξεως, καὶ οὕτως εἰς ἔργον ἡ ἐπιθυμία προφέρεται; Ἔγκλημα δὲ κακίας ἐκ τῆς πράξεως, οὐκ ἐκ τῆς ἐπιθυμίας γίγνεται· ὡς, εἰ μένειεν ἐπὶ χώρας ἡ ἐνθύμησις τῆς ἐπιθυμίας εἰς ἔργον τῇ αἱρέσει τοῦ λογισμοῦ μὴ προϊοῦσα, πρῶτον μὲν ἂν ἁρπασθείη θᾶττον, ἐξαπτομένη τε ἅμα καὶ σβεννυμένη· ἔπειτα οὐδαμῶς ἂν ἔγκλημα νομισθείη, οὐ μόνον κοινόν, ἀλλ' οὐδὲ κατὰ τὸ ἄκρον τῆς ἀρετῆς εἰ κρίνοιτο.

Etsi enim variis qualitatibus quas alias aliter recipit, a se differt; tamen secundum substantiam quæ opus Dei est, immutabilis est, et non componitur ex diversis; a contrariis tamen mistionibus tantum abest, ut ipsa per se corpus esse videatur. Ponamus igitur, ut ille mentitur, si quidem hoc dicere aggrediatur, esse scilicet animam hominis compositam ex bono et malo, nonne quod in ea est particeps rationis, opinione istius attribuendum est bono, id est, Deo; quod vero
C ratione caret, nequitiæ? liquet, nihil aliud posse dicere. Excitata ergo (lubrica) cupiditate sive ex corpore, sive ex ea parte animæ quæ ad nequitiam pertinet, an fortuito actio prodit? Nonne antegreditur in homine consideratio et consilium, deinde judicium et electio actionis, atque ita desiderium ad effectum perducitur? Crimen vero nequitiæ ex actione, non ex desiderio conflatur; ut si maneat in loco cogitatio desiderii non progrediens ad opus per electionem partis ratiocinantis, primum quidem cito potest desinere incensum simul et exstinctum: deinde nequaquam existimabitur crimen, non solum commune, sed neque si judicetur secundum summum virtutis.

Φαίνεται τοίνυν τῷ λογικῷ τῆς ψυχῆς εὐλόγως ἀνατιθέμενα τὰ ἁμαρτήματα, καὶ οὔτε τῷ σώματι, οὔτε ἄλλῳ μέρει τινὶ ταύτης· ὡς τὸν μὲν ἀλόγιστον κακίαν ἀπηλλάχθαι τῆς αἰτίας τῶν παρ' ἡμῖν κακῶν, ἅτε μηδὲ ὑπάρχουσαν, κινδυνεύειν δὲ κατὰ τὸν ἐκείνου λόγον ἐκ τῆς μερίδος τἀγαθοῦ ταῦτα προφέρεσθαι· εἴ γε μὴ ἑτέρῳ χρησαίμεθα φιλαλήθει λόγῳ. Εἰ μὲν γάρ, μὴ διαγινώσκουσα τὴν ποιότητα τῆς ἐπιθυμίας, ἐπὶ τὴν πρᾶξιν ἀλογίστως ἐχώρει ἡ ψυχή, διισχυρίσαιτ' ἄν τις, ὡς ἐκ τοῦ ἀλογίστου μέρους φέρεται τὰ παραλόγως πραττόμενα· εἰ δὲ πολλάκις αὐτὸς ὁ λογισμὸς πῆ μὲν αἱρεῖται, ὡς ὑποκαταχλινόμενος ἐκὼν ἀγωγῇ φαύλῃ, τὴν ἐπιθυμίαν, πῆ δὲ παραιτεῖται πάλιν, ὅταν φόβος αὐτὸν ὁστισοῦν ἀναστείλῃ, ἢ ἐπιθυμία γοῦν ἀρετῆς ἀνθελκούσης πρὸς ἑαυτήν· δῆλον, ὡς ὁ λογισμός ἐστιν ὁ μόνος οἰ-

D Apparet igitur peccata convenienter rationi, parti animæ rationis participi assignata esse et ascripta, et non corpori, nec ulli alii parti hujus animæ. Ut nequitia quidem ratiocinationis expers liberata sit a culpa atque accusatione eorum malorum quæ apud nos sunt, quippe cum nec ipsa exstet, videanturque hæc secundum sermonem illius, ex parte Dei depromi, licet nulla alia ratione vera uteremur. Si enim anima non discernens qualitatem cupiditatis, ad actionem sine ulla ratiocinatione procederet: affirmare quis posset, quæ inconsiderate ac præter rationem fiunt, ex parte rationis experte depromi. Sin autem sæpenumero ratio ipsa jam eligit cupiditatem, tanquam prava institutione flexa libens, jam rursus repudiat, cum aliquis metus eam refrenat, aut desiderium

virtutis ad se attrahentis; liquet solum rationem esse, quæ recte et prave facta sibi vindicat et asciscit.

A κειούμενος τὰ καλῶς τε καὶ ὡς ἑτέρως πραττόμενα.

Hic versatur et vertitur ad occurrendum contra excussio eorum quæ male a Manichæo probata sunt: non enim, ut apparet, ullum materiæ peccatum est in nostris actionibus, sed animæ, vel partis hujus quæ est rationis particeps, quæ, Manichæo auctore, ad partem Dei pertinet.

Καὶ πρὸς τοὐναντίον ἐνταῦθα χωρεῖ τῶν ἀποδεικνυμένων τῷ Μάνεντι κακῶς ἡ ἐξέτασις· οὐδὲν γὰρ τῆς ὕλης, ὡς ἔοικεν, ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἁμάρτημα, ἀλλὰ τῆς ψυχῆς ἢ τοῦ ταύτης λογιστικοῦ, ἣ τῇ τοῦ ἀγαθοῦ μοίρᾳ προσῆκε μετ' ἐκεῖνον.

Ad hæc si accideret, ut in iis qui pudicitiam colunt, esset insitum, non excitari ad cupiditatem; posset quis in impudicis liberare rationem a criminibus, quasi cupiditas rationem ex toto ab actionibus averteret, quam cupiditatem ille dicit esse ex parte mali. Sed si quis maxime apud eos qui pudicitiam amplectuntur, hac via et ratione eam colere reperiat, quod illi cupiditates naturæ ratione frenant et cohibent: perspicue concluditur, rationem esse quæ delinquit et virtutem colit, quæ utrumque et virtutem et vitium novit. Quare autem insita nobis sit peccatorum cupiditas, dicemus cum erit opportunum, docentes, pertinere hoc maxime ad admirationem Creatoris.

Πρὸς δὲ τούτοις, εἰ τοῖς σωφροσύνην ἀσκοῦσιν ἀκίνητον συνέβαινεν εἶναι τὴν ἕξιν πρὸς ἐπιθυμίαν, ἀπήλλαξεν ἄν τις παρὰ τοῖς ἀκολασταίνουσι τῶν ἐγκλημάτων τὸν λογισμὸν, ὡς τῆς ἐπιθυμίας τὸ ὅλον ἀποφερομένης τῶν πραττομένων, ἣν ἂν ἐκεῖνος ἐκ τῆς τοῦ κακοῦ μερίδος φαίη τυγχάνειν. Εἰ δέ γε μά-B λιστα παρὰ τοῖς σωφροσύνης ἀντιποιουμένοις ταύτῃ τὸ ἀσκητικὸν εὕροι τις ἂν, ὅτι λογισμῷ τῆς φύσεως κωλύουσι τὰς ἐπιθυμίας· σαφῶς ἀποδείκνυται, ὡς ὁ λογισμός ἐστιν ὁ πλημμελῶν τε καὶ κατορθῶν, ὁ ἑκάτερα εἰδὼς, ἀρετήν τε καὶ κακίαν. Διὰ τί μέντοι ἔμφυτος ἡμῖν τῶν ἁμαρτημάτων ἡ ἐπιθυμία, κατὰ καιρὸν ἐροῦμεν, ἀποδεικνύντες γε τοῦτο μάλιστα συντείνειν εἰς θαῦμα τοῦ δημιουργήσαντος

CAP. XXVIII. *Confirmatio hujusce doctrinæ.*

Quod autem nunc quæritur, si non satis confectum est, nullo modo peccata nostra esse opus alicujus materiæ aut nequitiæ, sed contra solius rationis; licet etiam aliter confirmare quod dictum est. An aliud quid dicere possunt esse homicidium quam malum, et scortationem atque adulterium, et furtum, et mendacium? Si non aliud possunt, perspicuum est quod mala erunt. Quid? si judex occidit eum qui injuriam fecit, cædes igitur lege sancitur? Atqui idem efficit, qui violente occidit, et qui lege: sed propositum distinguit factum. Quin potius eadem est actio ejus, qui cum sua, et qui cum aliena se miscet; sed propositum separat, quæ similiter facta sunt.

Τὸ νῦν δὲ ζητούμενον εἴγε μὴ αὐτάρκως ἀποδέδεικται, ὡς οὐδαμῶς ὕλης τινὸς ἢ κακίας ἐστὶν ἔργον τὰ ἡμέτερα πλημμελήματα, τοὐναντίον δὲ μόνου τοῦ λογισμοῦ· ἔνεστι γὰρ καὶ ἑτέρως συστῆναι τῷ λεγομένῳ· ἆρα μή τι ἄλλο φήσαιεν εἶναι φόνον, C ἢ κακὸν, πορνείαν τε καὶ μοιχείαν, κλοπήν τε καὶ ψεῦδος; Δῆλον, ὡς ἔσται μάλιστα κακία. Τί οὖν; ἐὰν ὁ δικαστὴς ἀναιρῇ τὸν ἠδικηκότα φονεύσας, φόνος ἄρα νομισθείη; καίτοι τὸ ἔργον ταὐτὸν τοῦ πρὸς βίαν φονεύοντος, καὶ τοῦ νόμῳ ἀναιροῦντος· ὁ δὲ σκοπὸς διΐστησι τὸ πραττόμενον. Ἀλλὰ καὶ μὴν ἡ αὐτὴ πρᾶξις πρὸς τὴν ἰδίαν τε καὶ ἀλλοτρίαν τῷ ἀνδρὶ τῆς κοινωνίας· ὁ δὲ λογισμὸς χωρίζει τῷ σκοπῷ τὰ παραπλησίως γινόμενα.

Præterea furari a Manichæo quæ sunt apud eum, vel instrumenta, vel cibos, annon videtur idem opus esse atque furtum criminosum facere? non tamen ratione idem est, sed penitus differens. Deinde si furens homo gladium repetat, quem deposuit sanæ mentis cum esset, ut necesse sit ei cui commissum est depositum mentiri non se accepisse, quid verbis differt mendacium a vera perfidia, nisi proposito asseverantium discernantur?

Ἔτι μὴν τὸ κλέψαι παρὰ τοῦ Μάνεντος τὰ πρὸς ἐπιβουλὴν αὐτῷ παρακείμενα, ἢ ἐργαλεῖα, ἢ ὄψα, πῶς οὐκ ἂν δόξειε ταὐτόν γε εἶναι τὸ ἔργον κλοπῇ τῇ διαβεβλημένῃ; οὐ μέντοι ταὐτὸν τῷ λογισμῷ, ἀλλὰ πάντῃ διάφορον. Πρὸς δὲ τούτοις εἰ ἀπαιτοίη D μανεὶς ἄνθρωπος ξίφος, ὅπερ παρέθετο νήφων, ὡς ἀναγκαῖον εἶναι τῷ ὑποδεξαμένῳ ψεύσασθαι μὴ εἰληφέναι· κατὰ τί ἂν διαφέροι τοῖς ῥήμασι τὸ ψεῦδος πρὸς τὴν ὄντως ἀγνωμοσύνην, εἰ μὴ τῷ σκοπῷ διακρίνοιτο τῶν ἰσχυριζομένων;

Ex his igitur patet actionem ut plurimum non per se explorari, sed mentem vel cogitationem ejus qui suscepit. Eadem ratio in contrariis reperiri potest. Si quis enim pecuniam vel alimentum impertiat egenti, non ut illi benigne faciat, sed ut laudem eorum qui vident aucupetur; nonne perspicuum est factum quidem esse pulcherrimum et benignum, propositum tamen valde humile et criminosum? Si quis prolixe precetur et frequenter jejunet, religionem et tolerantiam hominibus osten-

Δῆλον τοιγαροῦν ἐκ τούτων, ὡς οὐδὲ ἡ πρᾶξις ὡς ἐπὶ πολὺ καθ' ἑαυτὴν δοκιμάζεται, ἀλλ' ἡ διάνοια καὶ ὁ λογισμὸς τοῦ μετιόντος· εὕροι γὰρ ἄν τις καὶ ἐν τοῖς ἐναντίοις τὸν αὐτὸν λόγον. Εἰ γὰρ μεταδοίη τις χρημάτων ἢ τροφῆς τῷ πενομένῳ, οὐκ ἐκεῖνον φιλανθρωπευόμενος, τὸν δὲ παρὰ τῶν ὁρώντων ἔπαινον θηρώμενος· πῶς οὐ δῆλον, ὡς τὸ μὲν ἔργον κάλλιστον καὶ φιλάνθρωπον, ὁ δὲ σκοπὸς λίαν ταπεινὸς καὶ διαβεβλημένος; Εἰ δέ τις καὶ προσεύχοιτο μακρὰ, καὶ νηστεύοι πυκνὰ, ἀνθρώποις εὐλάβειαν ἅμα

καὶ καρτερίαν ἐπιδεικνύμενος· εὔδηλον, ὡς οὐ διὰ τὸ ἔργον ἂν εἰκότως ἐπαινεθείη, διὰ δὲ τὸν νοῦν τῶν πραττομένων ψεχθείη. Οὐ μὴν ἀλλ' εἴ τις ἕτερος σωφρονοίη, καὶ τῶν γε πλειόνων ἐπιθυμιῶν ἀπέχοιτο, οὐ πόθῳ τῆς ἀρετῆς, φειδοῖ δὲ χρημάτων· οὐκ εὔδηλον, ὡς ὁ τοιοῦτος διὰ πάθος παθῶν ἑτέρων κρατεῖ, αὐτὴν δὴ τὴν κατὰ τὸ φαινόμενον καρτερίαν ἀντὶ κακίας τῷ σκοπῷ μετερχόμενος;

A tans, liquet non esse propter opus laudandum, sed propter mentem quam in iis quæ fecit habuit vituperandum. Quinetiam si quis alius temperans sit, et a multis cupiditatibus abstineat non desiderio virtutis, sed ut pecuniæ parcat, annon satis manifestum est hunc qui sic est, affectione affectiones alias vincere, ipsam vero tolerantiam specie extrinsecus apparente pro nequitia animo et proposito suscipere?

Εἰ τοίνυν πολλάκις καὶ τὰ νομιζόμενα κακὰ τῇ διανοίᾳ τοῦ πράττοντος ἀγαθὰ ἀναφαίνεται, ἢ μηδὲ κακά, καὶ τοὐναντίον τὰ ἐπὶ τὸ βέλτιον ὑπειλημμένα ὡς κακὰ διελέγχεται τῇ αἱρέσει καὶ τῷ σκοπῷ τοῦ μετιόντος· τίς ἂν ἔτι λοιπὸν ἀντιλέγειν ἔχοι, ὡς οὐχ αἱ πράξεις ὡς ἐπὶ πολὺ παρά γε τῇ ἀληθείᾳ δοκιμάζονται, ὁ δὲ νοῦς ἐστι τῶν πραττομένων ὁ βασανιζόμενος;

Si igitur sæpe quæ prava existimantur, ex animo facientis honesta esse apparent; vel quæ non prava existimantur, sed contra potius honesta et bona putantur, voluntate et proposito suscipientis convincuntur nequitiæ, quis jam potest contradicere, ex magna parte actiones non apud veritatem ex- B plorari; mentem vero esse, quæ in iis quæ aguntur, excutitur?

Ποῖα τοίνυν ἔργα τῇ κακίᾳ λογιούμεθα; τὰ δοκοῦντα εἶναι κακά, ἅπερ ἐστὶν ἀγαθά, ὅτε ἀρετῆς διανοίᾳ πράττεται; Ποῖα δὲ τῷ ἀγαθῷ ἀναθήσομεν; τὰ φαινόμενα ἀγαθά, ἅπερ λογισμῷ κακὰ γίνεται; Οὐκοῦν ἀποτόμως οὐδέτερα οὐδετέρῳ· μόνον δὲ τὸ λογιστικὸν καὶ ἡγεμονικώτατον τοῦ νοῦ τοῦ πράττοντος διακρινοῦμεν, πότερον ὀρθῶς μετῆλθεν ἢ μὴ τὸ πραττόμενον· τὸ δὲ ἡγεμονικώτατον τῆς τοῦ ἀνθρώπου διανοίας, ὅτι παντάπασι προσῆκε κατὰ τὸν ἐκείνου λόγον τῷ βελτίονι μέρει τῆς ψυχῆς, κἂν μυριάκις μαίνοιντο οἱ ἐκ τοῦ Μάνεντος, οὐκ ἂν ἀρνηθεῖεν.

Quæ igitur opera ascribemus nequitiæ? illane quæ videntur mala, quæ quidem sunt bona, quando ratione virtutis fiunt? Quæ vero asciscemus bono? an quæ apparent bona esse, quæ quidem ratione mala fiunt? Igitur neutra neutri solummodo: solum rationem, et quod in mente actionem suscipientis præcipuum est, dijudicabimus, utrum recte suscepit, an secus. Quod autem maxime principale mentis hominis est, pertinere ad meliorem partem animæ, ut ille tradit, licet infinite insaniant Manichæi, non possunt negare.

Ἄδικον τοιγαροῦν παντελῶς κρίσιν κατὰ τῆς παρ' αὐτοῦ πεποιημένης ὕλης ἐξενήνοχεν ὁ Μάνης, ἀντιθεὶς ἃ μηδαμῶς αὐτῇ προσῆκεν, εἴγε καὶ ἐτύγχανεν οὖσα τῶν παρὰ ἀνθρώποις πραττομένων αἰτία· τοὐναντίον δὲ μᾶλλον τῆς τοῦ ἀγαθοῦ μερίδος εὐλόγως ἂν νομισθείη, εἴγε ἐναντίως δύο τινές εἰσιν ἀρχαὶ κατὰ τὴν ἐκείνου μανίαν.

Iniquum igitur judicium pronuntiavit Manichæus contra materiam a se factam, assignans illi quæ C nullo pacto ei conveniebant, si eorum quæ apud homines fiunt, causa erat. Imo contra potius ad partem boni convenienter rationi pertinere existimarentur, si duo quædam principia contraria sunt, ut ille insane tradit.

Cap. XXIX. *An potestatem absorptam iterum recepit Deus. Manetis blasphemiæ adversus Deum.*

Σπουδάζειν δέ φησι τὸν Θεὸν τὴν καταποθεῖσαν δύναμιν, ἣν καλεῖ ψυχὴν ἁπάντων, αὖθις πρὸς ἑαυτὸν ἀναδέξασθαι· ἵνα μὴ τὸ ἑαυτοῦ ἀπεράντως ἀεὶ προσδεδεμένον τῇ ὕλῃ, καὶ τιμωρούμενον διατελῇ. Τί οὖν τὴν ἀρχὴν παρεβάλετο τοῦτο, ὥστε τοσοῦτον αἰῶνα μηδ' ἀναπνεῦσαι δυνηθῆναι, καὶ πλέον παθεῖν μᾶλλον ἢ δρᾶσαι; Εἰ μὲν γὰρ περιεῖχεν ὁ μῦθος, ὡς τοῦ μὲν Θεοῦ μηδὲν ὑβρισθέντος εἰς τὴν ἰδίαν οὐσίαν, μήτε κατὰ γοῦν τὸ βραχύτατον ἐνσχεθέντος λίαν ἀπρεπῶς τῇ ὕλῃ, ἀλλ' ἑτέρου δή τινος ἀλλοτριωτάτου τῆς αὐτοῦ φύσεως, ἅμα δὲ καὶ εὐθὺς ἐξαιρεθέντος καὶ τούτου, ὡς ἐν τύπῳ μᾶλλον ἢ ὑποκατακλίσει τὴν τοιαύτην πεποιῆσθαι δοκεῖν μεταχείρησιν, ἔσχεν ἂν τὸ γοῦν πιθανὸν ἐν ψεύδει τὸ πλάσμα. Νυνὶ δὲ ἄπλετος μὲν αἰών, καὶ τοῦτο δή φασιν ἐκ τῆς φύσεως ὂν τοῦ Θεοῦ καθειργμένον διατελεῖν· ὡς αὐτὸν εἶναι δοκεῖν τὸν κατεχόμενον τῇ ὁμοιότητι τοῦ κατεχομένου, καὶ τῷ γε ἐκ τῆς φύσεως αὐτοῦ τοῦτο τυγχάνειν· ὅθεν καὶ πλείονί γε σπουδῇ πρὸς ἑαυτὸν αὖθις ἀναλέξασθαι τοῦτο ποθεῖ· ἡ δὲ ὕλη ἁπλῆ καὶ ἀπαθὴς ὑπάρχει, ὡς δράσασα μᾶλλον ἢ παθοῦσα.

Dicit præterea studuisse Deum, ut potestatem absorptam, quam vocat animam omnium, rursus ad se reciperet; ne quod erat ex ipso, materiæ alligatum, et in supplicio semper sine ullo fine permaneret. Quid igitur principio hoc protrahebat, ut tot sæculis neque respirare posset, et magis pateretur quam ageret? Si enim in fabula esset, Deum D quidem nullam contumeliam in substantiam suam accepisse, neque vel paululum inhæsisse materiæ valde indecoræ, sed alium quemdam alienissimum a natura ejus, et hunc continuo ereptum esse, ita ut hujusmodi prehensio magis apparendo in speciem, quam succumbendo facta esse videretur, habuisset commentum paulum saltem ad suadendum in mendacio. Nunc vero immensum sæculum ponunt, et hoc esse ex natura Dei, manere vinculis constrictum, ut ipse Deus comprehensus esse videatur propter similitudinem ejus qui detentus est, et quia hoc quod captum tenebatur, ex natura ejus erat; unde majore studio ad seipsum, ut aiunt, recolligere desiderabat: materia autem simplex erat et ἀπαθής, utpote magis agens quam patiens.

Ex his perspicitur omnia quæ ille planus com- A posuit, ad blasphemiam Dei composuisse, qui nihil horum contra se fecit. Itaque vult, inquit, et studet, ut ad se recipiat illam virtutem: et hæc est apud ipsos salus exspectata et beatitudo, esse scilicet redditum Deo, quod erat ejus proprium. Ipse igitur exspectabat sibi finem, sperans accipere beneficium; siquidem recuperaturus est, quod ex natura ejus est, libertatem; ut quæ destruxit ædificet, et nihil aliud, et spe nutritus sedeat tolerans, et in finem intuens, ut se ipsum quodammodo a nequitia liberet: quod quidem si retardetur, et non cito fiat, ipse sit qui tarditate punitur.

Ἐκ τούτων γε δῆλον, ὡς ἅπαντα ἃ συνέθηκεν ὁ πλάνος, εἰς βλασφημίαν συντέθεικε τοῦ Θεοῦ, τοῦ μηδὲν τούτων καθ' ἑαυτοῦ πεποιηκότος· ἀναλαβεῖν τοίνυν πρὸς ἑαυτὸν ἐθέλει καὶ σπουδάζει, φησὶν, ἐκείνην τὴν δύναμιν (11*)· καὶ τοῦτό γέ ἐστιν ἡ παρ' αὐτοῖς ἐλπιζομένη σωτηρία καὶ μακαριότης, τὸ ἀποδοθῆναί γε τῷ Θεῷ τὸ οἰκεῖον αὐτοῦ. Ἆρ' οὖν αὐτὸς εἰς ἑαυτὸν ἀναμένει τὸ τέλος ἐλπίζων ὡς εὐεργετησόμενος, εἴγε μέλλοιτο ἐκ τῆς φύσεως αὐτοῦ τὴν ἐλευθερίαν ἀπολαμβάνειν· ἵνα ἃ κατέλυσεν οἰκοδομήσῃ, καὶ πλέον οὐδέν· καὶ τῇ ἐλπίδι τρεφόμενος κάθηται καρτερῶν, καὶ πρὸς τὸ τέλος ἀφορῶν, ἵνα ἑαυτὸν τρόπον τινὰ τῆς κακίας ἐλευθερώσῃ· οὗ δὲ βραδύνοντος, καὶ μὴ θᾶττον γιγνομένου, αὐτὸς ἂν εἴη διὰ τῆς βραδύτητος ὁ τιμωρούμενος.

Liquet enim non esse penes ipsum celeritatem B finis; olim enim in hac re spem habuit; quoniam aliud ridiculum dicit Manichæus, quod cum ii qui erant ipsius materiæ, sentirent se male perituros lumine paulatim ablato, ex adverso machinati sunt carnis constructionem ad vinciendas magno vinculo animas. Quare ut ille tradit, perspicuum est, quandiu illi carnem suppeditabunt, tandiu animæ Dei inhærescent materiæ et vinctæ tenebuntur: eritque penes illos non circumscribi mundum tempore, et non erit in potestate boni finis ejus.

Δῆλον γὰρ, ὡς οὐδὲ ἐπ' αὐτῷ τυγχάνει ἡ ταχύτης τοῦ τέλους· πάλαι γὰρ ἂν τούτῳ χρησάμενος τῆς ἐλπίδος ἀπολέλαυκεν· ἐπειδὴ καὶ λόγος ἕτερος καταγέλαστός ἐστι τοῦ Μάνεντος, ὡς οἱ τῆς ὕλης αἰσθανόμενοι, ὅτι κακῶς ἀπολοῦνται, τοῦ φωτὸς κατὰ μικρὸν ἀφαιρουμένου, ἀντεμηχανήσαντο τῆς σαρκὸς τὴν κατασκευὴν δεσμὸν μέγιστον ταῖς ψυχαῖς. Ὥστε δῆλον κατὰ τὸν αὐτοῦ λόγον, ἕως ἂν ἐκεῖνοι τὴν σάρκα χορηγήσωσιν, ἕως δὴ τούτου αἱ ψυχαὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἐνσχεθήσονται· καὶ ἔσται ἐπ' ἐκείνοις τὸ μὴ περιγραφῆναι χρόνῳ τὸν κόσμον, οὐχὶ δὲ ἐπὶ τῷ ἀγαθῷ τὸ τέλος αὐτοῦ.

CAP. XXX. *Manetis contradictiones.*

Quid aliud dicere potest qui advertit, quam quod C non constat sibi Manichæus; quin potius huc et illuc se transferens a seipso redarguitur? Qui enim ait, Deum esse fabricatum mundum, quomodo rursus ait eos qui sunt materiæ filii, opposuisse ei carnem, tanquam partita esset Deo cum illis fabricatio mundi; et hac quidem ratione facta Deo violentia, concedens vero illis hoc tanquam munus, non compleret universum secundum propriam voluntatem.

Τί δ' ἂν φαίη τις συνορῶν, ὡς οὐχ ἵσταταί που λόγος τῷ Μάνεντι, ἀλλ' ὧδε κἀκεῖσε μεταγόμενος ὑφ' ἑαυτοῦ διελέγχεται; Τοῦ γὰρ κόσμου δημιουργὸν φάσκων εἶναι τὸν Θεὸν, ὅπως οὖν αὖθις τοὺς τῆς ὕλης φησὶν ἀντιτιθέναι αὐτῷ τὴν σάρκα, ὥσπερ Θεοῦ μεριζομένου πρὸς ἐκείνους τὴν δημιουργίαν· καὶ κατὰ τοῦτο μὲν βίαν ὑπομένοντος, τῇ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἀντιδόσει τὸ πᾶν οὐ κατὰ γνώμην ἰδίαν συμπληροῦντος.

Tanquam autem causæ suæ et principii oblitus planus, dicit futuram esse pestiferam materiæ ademptionem et ereptionem virtutis illi admistæ, qua posuerat frenatam esse perturbationem ordinis in illa principe materia. Si enim cum adest, nequitiam ligat, rursus recedens relaxat; erit magna D causa lætitiæ ipsi materiæ hæc ereptio. Si igitur ad extremum spes ipsi est, rediturum esse ad Deum quod ab ipso disjunctum fuit, quod a principio decrevit, et adegit illud subire infinitis sæculis laborem inanem et malas sordes, non in eo spem maximam et beatitudinem ponere, si rursus recuperaretur? Materia enim nullo pacto apparet refrenata ac repressa, imo contra potius majorem licentiam ad excogitanda prava opera adepta.

την αρχην

Ὡς δὲ τῆς ὑποθέσεως ἐπιλελησμένος ὁ πλάνος τῆς ἑαυτοῦ, ὀλέθριον τῇ ὕλῃ φησὶν ἔσεσθαι τῆς κρατείσης αὐτῇ δυνάμεως τὴν ἀφαίρεσιν, δι' ἧς αὐτὴν ὑπέθετο τὴν ἀρχὴν ἀτακτοῦσαν σωφρονισθῆναι· εἰ γὰρ παροῦσα δεσμεύει τὴν κακίαν, ἀναχωροῦσα πάλιν ἀνίησι, καὶ ἔσται λίαν κατὰ τὴν ἀρχαίαν.... τοῦτ' ἔστι χαρᾶς αἰτία καὶ τῇ ὕλῃ ἡ ταύτης ἀφαίρεσις· ἃ οἷα πρὸς ἡδονῆς ἀφαιρουμένης. Εἰ τοίνυν οὐ παρὰ τὸ τέλος, ὅμως ἐλπὶς αὐτῇ τυγχάνει, ἵνα πρὸς Θεὸν ἐπανέλθῃ διαζευχθεῖσα αὐτοῦ, τί τὴν ἀρχὴν ἀφωρίζετο, ἄπλετον αἰῶνα ὑποσχεῖν μάταιον πόνον καὶ ῥύπον κακὸν, καὶ ἀντὶ μεγίστης ἐλπίδος καὶ μακαριότητος τίθεσθαι τὸ αὖθις ἀναληφθῆναι; Ἡ γὰρ ὕλη οὐδέν γε οὐδαμοῦ δέδεικται σωφρονισθεῖσα· τοὐναντίον μὲν οὖν πλείονος λαβομένη τῆς ἐξουσίας εἰς πονηρῶν ἔργων ἐπίνοιαν.

At oportebat, inquit, hanc ligare: cum igitur paulatim abstracta erit virtus detenta, quid fiet? liquet, rursus reversuram esse materiam ad per-

Ἀλλ' ἔδει, φησὶ, δεθῆναι ταύτην· ὅταν οὖν ἀποσπασθῇ κατὰ μικρὸν ἡ κατεχομένη δύναμις, τί γενήσεται; εὔδηλον, ὡς αὖθις ἡ ὕλη πρὸς τὴν φυσικὴν

(11*) Τὴν δύναμιν. Supra verti sæpe *potestatem*; sic vocabat Manichæus animam. TURR.

ἀταξίαν ἐπανήξει. Οὔ, φησίν· ἐν γὰρ τῷ τέλει περιγενήσεται ταύτης, καὶ βῶλον ἀπεργασάμενος αὐτὴν ὑφ' ἑαυτῆς φλέγεσθαι παρασκευάσει. Τί οὖν τὴν ἀρχὴν μὴ τοῦτο πεποίηκεν; Ἆρ' οὐκ ἐβούλετο ἢ οὐκ ἠδύνατο; Εἰ μὲν γὰρ μὴ ἐβούλετο, πῶς αὖθις βουλήσεται, μεταγνούς, ἢ τὸ βέλτιον ἐπικρίνας; Οὐκ ἦν δὲ καὶ ἄλλως πρὸς ἀγαθοῦ μὴ τὴν ἀρχὴν παντελῶς καταργῆσαι κακίαν, εἴγε οἷός τε ἦν. Εἰ δὲ μὴ ἠδύνατο, ἀδυναμίας μὲν κίνδυνος ἀνακύπτει κατὰ τοῦ πλασαμένου· πῶς δὲ ὅμως ὕστερόν ποτε δυνήσεται; ἆρα προσλαβὼν δύναμιν, ἣν μὴ εἶχεν, ἢ αὐξηθεὶς ἢ ἐπιδούς; εἰ γὰρ ἀγένητα ἄμφω τἀναντία, οὐδέτερον οὔτε αὔξησιν οὔτε μείωσιν ἐπιδέχεται.

A turbationem. Negat Manichæus: Nequaquam, inquit; ad extremum enim vincet eam, facietque ut redacta in glebam a seipsa comburatur. Cur igitur non fecit hoc a principio? Utrum non voluit, an non potuit? Si noluit, quomodo rursus volet, pœnitentia ductus, judicans et eligens quod melius est? Nonne pertinebat ad bonum aliter a principio funditus delere nequitiam, si quidem poterat? Sin vero non poterat, periculum infirmitatis in auctoritatem mundi emergit. Quomodo ergo postea poterit? an viribus quas non habebat, assumptis, vel augescens, vel accessionem et incrementum adhibens? si enim ambo contraria ingenita sunt, neutrum accretionem aut imminutionem recipit

Ὅλον τοιγαροῦν ἀσύστατον τοῦ βαρβάρου τὸ πλάσμα. Τί δέ; ἆρ' αἴσθησιν εἰληφέναι φησὶν, ὡς τοῦ πλείονος μέρους ἢ τοῦ γοῦν ἐλάττονος ἀποσπασθέντος τῆς συγκραθείσης τῇ ὕλῃ δυνάμεως; εἴγε ἀφ' οὗ σελήνη αὔξει καὶ μειοῦται, διατελεῖ Θεὸς κατὰ βραχὺ τὸ οἰκεῖον ἀπολαμβάνων. Καίτοιγε τοσοῦτος παρῆλθεν αἰὼν, καὶ οὔτε τὸ ἀνθρώπινον γένος ἀριθμῷ γε τῶν ζώντων ἠλάττωται, οὔτε ἄλλο τι τῶν τετραπόδων μείωσιν ὑπέστη τινὰ, ἀλλὰ συνήθως τὰ γιγνόμενα γίγνεται καὶ ἀπογίγνεται· καὶ ἔτι μᾶλλον εἰς πλῆθος ἡ ἀνθρωπότης ἐπιδέδωκε. Πόθεν τοίνυν ἐκεῖνος ὁ παραπαίων οἴεται ἀφαιρεῖσθαι κατὰ βραχὺ, ἣν πλαττόμενός φησι συγκραθῆναι τῇ κακίᾳ δύναμιν; εἴγε τὰ αὐτὰ ὡσαύτως ἔχει κατὰ κόσμον· τὸ αὐτὸ μὲν γὰρ τῆς ἡμέρας μέτρον, τὸ αὐτὸ δὲ τῆς νυκτός· καὶ οὔτε τὸ φῶς ἠλάττωται, οὔτε τὸ σκότος ἐπλεόνασεν· ὁ γὰρ αὐτὸς ἡλίου δρόμος καὶ σελήνης, καὶ μία δὴ τάξις ἡ ἐξ ἀρχῆς γενομένη διαμένει.

Totum igitur commentum barbari consistere nequit. B Quid vero? an dicit Manichæus, sensu se percepisse majorem vel minorem partem virtutis admistæ materiæ ereptam et ademptam? Siquidem ex quo luna crescit et decrescit, Deus, inquit, paulatim recuperat quod lunæ proprium est; et tamen tot sæculis lapsis, neque genus humanum numero viventium imminutum est, nec ullum aliud genus quadrupedum diminutionem ullam cepit: quin potius quæ facta sunt, solito more fiunt, et desinunt esse; et adhuc magis humanitas in multitudinem crevit. Unde igitur insanus ille opinatur paulatim auferri virtutem, quam fingit admistam esse nequitiæ? Siquidem eadem similiter se habent in mundo; eadem enim est mensura diei, eadem C noctis; neque lumen magis tenue factum est, neque tenebræ majores: idem namque est cursus solis et lunæ, id est, idem ordo qui a principio factus est, perseverat.

Cap. XXXI. *Secundum Manem, substantia Dei patitur, si animæ puniantur. Deus implet profundum unde materia. Diabolorum malitiæ progressus.*

Ἐρωτητέον δὲ κἀκεῖνο, Εἰ αἱ ἁμαρτήσασαι ψυχαὶ, καὶ μυρίοις ἐνεχθεῖσαι κακοῖς ἐν τῷ βίῳ, τίσουσι δίκην ὧν ἐπλημμέλησαν, ἢ οὔ; Εἰ μὲν οὖν τίσουσιν, ὃ δὴ καὶ αὐτὸς ὁμολογεῖ ἐν τῇ βώλῳ, ταύτας ἐμπαγήσεσθαι ἅμα τῇ κακίᾳ λέγων· εὑρεθήσεται ὁ Θεὸς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν τιμωρούμενος· οὗ τί ἂν γένοιτο ἀτοπώτερον; εἰ δὲ ἀτιμώρητοι ἔσονται, οὐκ ἄλυπος καὶ ἀζήμιος μόνον ἡ ἁμαρτία, ἀλλὰ καὶ πλέον ἂν ἔχειν δοκοίη τῆς δικαιοσύνης· εἴγε καὶ ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι τὴν ἡδονὴν προσάγοι τῷ μετιόντι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι τιμωρίας αἰτία μὴ γένοιτο.

Percontandum etiam illud: Num animæ quæ peccaverunt et infinitorum malorum in vita reæ fuerunt, dabunt pœnas eorum quæ commiserunt, an non? Si quidem dabunt, quod quidem et ipse confitetur, cum ait in gleba has infigendas esse cum nequitia, reperietur Deus naturam suam punire: quo quid absurdius et flagitiosius fieri potest? Si vero impunitæ et inultæ erunt, non solum neque dolorem neque damnum afferet peccatum, sed etiam plus justitiæ habere videbitur: quandoqui-D dem in hoc sæculo voluptatem afferat suscipienti et in futuro non sit supplicii causa.

Πρὸς δὲ τούτοις ἅπασι θαύμαστον αὐτοῦ κἀκεῖνο, ἔνθα φησὶν, ὡς, τῆς κακίας ἐνταυθοῖ ἀσχολουμένης, Θεὸς ἐν τῷ μεταξὺ τὸ βάθος ἀναπληροῖ χώματι ὅθεν ἀνέκυψεν ἡ ὕλη, κατὰ τὴν αὐτοῦ δεινοτάτην ἔκστασιν μὴ συνιέντος, ὡς τὸ ἐπιβαλλόμενον. Εἰ μὲν ἀπὸ τῆς γῆς εἴη τοῦ ἀγαθοῦ, τίνα τρόπον ἔχει χώραν, ἐν τόπῳ γε ἐναντίῳ; εἰ δὲ ἐκ τῶν μερῶν τῆς κακίας τὸ οἰκεῖον οὐκ ἐκκλείσει (12) τὴν αὐτόθεν ὡρμημένην. Κάθηται δὲ Θεὸς κατὰ τὸν Μάνεντα δι' αἰῶνος μεταφέρων χώματα, καὶ κατὰ βραχὺ προσχωννύων βάθη

Præter hæc omnia, illud est in isto stupendum, ubi ait, quod nequitia hic occupata, id est ligata, Deus interim profundum implet aggere unde materia emersit; nihil ipso in gravissima mentis alienatione intelligente ὡς τὸ ἐπιβαλλόμενον, ut quod injiciebatur. Si erat ex terra boni, quomodo in loco contrario recipitur? Si autem ex partibus nequitiæ, quod ex parte nequitiæ est et ei convenit, non includet inde exortam materiam. Sedet autem Deus, auctore Manichæo, transferens semper ag-

(12) Ἐκκλείσει. An ἐγκλείσει? Sic legebat interpres.

geres, et paulatim quædam profunda aggeribus replens. O amentem furorem! ad quem pluribus vel saltem respondere res est ridicula.

Si vero vultis scire, dæmones ipsos non esse malos a radice, neque habere radicem vitii et turpitudinis, sed voluntate huc processisse, cum non essent natura mali, neque natura ascripti ignorantiæ, non nox et tenebræ secundum substantiam, sed habitu et studiis, et tractatione hujusmodi studiorum facti tales, inquiramus disputando. Cæca igitur natura neque minimum quidem aspectum habebit, et ipsa ignorantia neque stillam cognitionis sibi vindicabit, neque nox ipsa et tenebræ sic natura ortæ vel in parvum splendorem mutabuntur: apparet autem cognovisse dæmones Salvatorem, ac Dominum confessos esse: *Scimus*, inquiunt, *quis sis Filius Dei vivi* [1]. Cognoscere autem non potest ignorantia, neque videre cæcitas. Sciunt, et verum dicunt scientes, et non per calumniam; dicunt enim, tametsi non legitima et sincera affectione, veritatem. Non jam de cæca natura aut ignorantia accusantur; alioqui ne minimum quidem vidissent, nec ei supplices fuissent, neque cessissent dicto, neque secernere potuissent eum qui apparuit, sed potius existimassent ex suis esse, nihilque inter seipsos et illum interesse.

A τινά. Ὦ τῆς ἀλόγου μανίας! πρὸς ἣν ἐν τοῖς πλείοσι καὶ γέλως τὸ γοῦν ἀποκρίνασθαι.

Καὶ ἄλλως ἐν ἀνθρώποις ἀναγκαία τῆς βασάνου ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ συγχώρησις, ὡς ἂν δοκιμωτέρα τυγχάνοι ἡ αἵρεσις τῆς ἀρετῆς, εἰ μηδὲ θάνατον εὐλαβοῖτο. Πονηροὺς δὲ καὶ πλεονεκτικοὺς ὅταν ἴδωμεν ἔστιν ὅτε κρατοῦντας, καὶ τὰς ἀρχὰς πιστευομένους· ἰστέον, ὅτι συγχώρησίς ἐστι καὶ τοῦτο τῆς οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ· ἐπειδὰν γὰρ τὰ τῆς ἁμαρτίας πλεονάζῃ τῶν ἀρχομένων, κόλασις ἂν γένοιτο δικαία τῶν ἀρχόντων ἡ ἀδικία, τιμωρουμένων ἃ πράττουσι, καὶ D κολαζόντων ἃ ποιοῦσιν· ὡς ἂν γένοιτο μάλιστα δῆλον, ὅτι παρανομία ἀτιμώρητος οὐκ εἴη. Ὀρθότης μὲν δικαστοῦ δόξειεν ἄν, ἐπειδή τι μὴ πράττει κακὸν, τοὺς ποιοῦντας κολάζειν. Εἰ δ' αὐτοὺς ὁ δικάζων, τῶν γε τοιούτων ἀπαρχόμενος, τοὺς τὰ αὐτὰ μετιόντας κολάζει, καὶ μάλιστα δαψιλέστερον, ὡς ἂν πείθοι μηδὲν αὐτὸς φαῦλον διαπράττεσθαι· ἄντικρυς κρατοῦν καὶ λίαν φοβερὸν ἀναφαίνεται τὸ δίκαιον πρὸς τὸ δίκην ὑπομένειν τοὺς διὰ σκαιότητα τρόπων τοιούτοις ἄρχουσι δικαίως περιπίπτοντας· ἀποφάσεις γὰρ καὶ τοιαῦται σαφεῖς παρὰ Θεοῦ κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων ἐν Γραφαῖς ταῖς ἁγίαις γεγένηνται.

Ὁ μέντοι χαλεπώτατα Μανεὶς, ἵνα παρ' αὐτῷ κρατήσῃ τὸ δόγμα τῆς ἀγεννήτου κακίας καὶ τῆς κατὰ Θεοῦ βλασφημίας, οὐδὲν ἀσυκοφάντητον κατα-

λοιπα τῆς τοῦ Θεοῦ διοικήσεως. Πολλάκις δὲ ἔστιν ἰδεῖν καὶ δικαίους ἡμαρτηκότας ὑπὸ ἀσεβεῖς γενομένους· ὥσπερ εὐγενῆ παῖδα πατρὶ μὴ πειθόμενον, διὰ ξένου τυπτόμενον, ἵνα μετὰ τῆς ἀλγηδόνος τῶν πληγῶν, καὶ ἡ ἀτιμία τοῦ διακονουμένου μεταβάλῃ τὸν πλημμελοῦντα· ἓν γάρ τι καὶ μόνον, ἔφαμεν, καὶ ἀληθές ἐστιν, ὡς ὁ πρὸς Θεοῦ γενόμενος ἄνθρωπος ἀπαιτεῖται κατὰ τὸν βίον τὸ συνέσει λογισμοῦ κατορθῶσαι τὸ κατὰ μηδὲν ἀδικεῖν τὴν ἀρετήν· ᾧ δή τις προσέχων καὶ μόνῳ (30*), [μακαριώτατος ἂν γένοιτο, κἂν] μηδὲν ἕτερόν τι κατὰ τὸν βίον ἔχῃ. Τοῦτο τοίνυν εἰ δι' ὅλου τοῦ περὶ Προνοίας λόγου μνημονεύοιτο, οὐδὲν ἂν ὑποπτεύοιτο πρὸς ἀνισότητα καὶ ἀταξίαν τῶν πρὸς Θεοῦ διοικουμένων· εἰ μὲν γὰρ εὕροι τις ἄν, ὡς ἄλλῳ μὲν ἀνεῖται τῆς εὐσεβοῦς ἀρετῆς ἡ πορεία, ἄλλῳ δὲ ἀποκέκλειται, ἐνταῦθα πρὸς τὸ νῦν κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν καὶ ἡ ἀνισότης διαβολὴν ἂν ἔχειν ἔδοξε τῆς διοικήσεως· εἰ δὲ δι' οὗ καὶ μόνου γένοιτ' ἄν τις ὡς ἀληθῶς μακάριος, τοῦτο κοινὸν ἐπίσης πρὸς ἐξουσίαν τοῖς ἅπασι πρόκειται· ποίαν διαφορὰν εἴποι γε (31) ἄν τις, κἂν ᾖ φιλαίτιος, ἢ ἀνισότητα, ὁπότε τῶν ἐκτὸς αἱ πλεονεξίαι αὖθις πρὸς ἰσότητα τοῖς λογισμοῖς ἀνακλῶνται; ὡς οὐχ ἔλαττον μὲν ἢ καὶ μᾶλλον ἡδομένου τοῦ πένητος οἷς προσφέρεται τροφίοις τοῦ πλησίου.

A prætermisit, quin eam calumniaretur. Videmus sæpe justos qui deliquerunt sub ditione et potestate impiorum esse, ut sic castigentur, sicut cum generosus filius, qui patri non paret, a peregrino et hospite verberatur, ut dolor plagarum et ignominia verbera adhibentis delinquentem mutent: unum enim est ac solum et verum, ut diximus, quod Deus ab homine in vita requirit, ut efficiat sapienti cogitatione, ne virtutem ulla ex parte offendat: quod quidem si attendat vel solum hoc, beatissimus sit, quamvis nihil aliud in vita habeat. Hoc igitur si in universo sermone de Providentia commemoretur, nulla suspicio relinquetur de inæqualitate et perturbatione ordinis in iis quæ a Deo gubernantur. Si quis enim reperire posset B quod aliis laxata esset vita virtutis piæ et sanctæ, aliis vero clausa; videretur contra hoc caput bonorum esse in inæqualitate accusatio gubernationis. Sin vero id quo solo potest quis vere beatus esse omnibus æque communiter propositum est, ut possit esse compos ejus; quam oppressionem aut inæqualitatem poterit quis objicere quamlibet accusandi cupidus? Quandoquidem habere plus bonorum externorum rursus rationibus ad æqualitatem revocatur, ut non minus vel etiam magis delectetur pauper iis cibis qui ei adhibentur quam dives.

Καὶ τὰ περὶ σκέπην δὲ ὁμοίως ἔχει, κἂν ἧττον ὑπάρχει τίμια, καὶ τύπος αἰσθήσεως τὰ συνήθως παρακείμενα, ὡς μηδένα τοῦ πλείονος ἐπαισθάνεσθαι, διὰ τῆς συνηθείας τῆς αἰσθήσεως ἀμαυρουμένης· μηδὲ ἄλλον τοῦ ἐλάττονος, καὶ τοῦτον διὰ συνηθείας τὸ ἐνδέον πρὸς τὴν αἴσθησιν μὴ ἄγοντα. Αὐτίκα βάρβαροι γυμνοὶ τό γε πλέον τοῦ σώματος διάγοντες, καὶ ἄστρωτοι καθεύδοντες, καὶ λυπροῖς αἰδέσμασι διαιτώμενοι, οὐχ ἠνέσχοντο πώποτε καταλιπεῖν τὴν φίλην δίαιταν, ὡς διὰ τῆς συνηθείας τὸ ἐνδέον αὐτῶν μηδὲν καθορῶντες, μᾶλλον δὲ ταύτην μηδ' ἀπολιπεῖν οἷοί τε ὄντες· ἢ θᾶττον μὲν ἂν καὶ τὸ ὑγιαίνειν καταλίποιεν, θᾶττον δ' ἂν καὶ τὸ πρὸς κρυμοὺς καὶ ἡλιακὴν φλόγα καρτερεῖν ἀποκτήσαιντο.

Similiter evenit in iis quæ ad tegumentum corporis pertinent: quamvis viliora sint, sensum informant quæ ei consueverunt apponi, ut nemo C quod plus est sentiat, sensu consuetudine hebetato; nec alius quod minus est quia propter consuetudinem non percipit sensu quod deest. Hinc continuo fit ut Barbari, quod majus est, nudo corpore vitam degentes, et sine stragula veste cubantes, et asperis indumentis utentes, nunquam paterentur ut relinquerent rationem vivendi gratam, ut qui propter consuetudinem quid eis desit non intelligunt, imo qui non possunt hanc relinquere, et potius ac libentius desinerent recte valere, et mallent frigora et ardorem solis tolerare.

Cap. XI. *Communio bonorum et malorum. Bella cur Deus permittit*

Καὶ πρός γε τὸ ζῆν οὐδεὶς οὐδενὸς πλέον ἔχει κατὰ τὸν βίον· κοιναὶ μὲν γὰρ πᾶσιν αἱ φυσικαὶ διαναπαύσεις ἀνακλίσεών τε καὶ ὕπνων, κοιναὶ δὲ τροφαὶ καὶ ἀπολαύσεις, εἴ τις τὸ μὲν διάφορον συνετῶς παρέλθοι, τὴν δὲ χρῆσιν τῇ αἰσθήσει δοκιμάζοι· κοιναὶ δὲ οὐχ ἔλαττον ἀκριβῶς καὶ αἱ λῦπαι ψυχῶν τε καὶ σωμάτων· καὶ μᾶλλον εὑρεθείη τις ἂν τούτων ὑπερβολὴ παρὰ τοῖς πλέον κατὰ τὸν βίον ἔχειν δοκοῦσιν. Ὥστε καὶ τούτων κατὰ τὸ ἀληθὲς οὕτως ἐχόντων, ποῦ ἂν εἴη τὸ ἄνισον τῆς τοῦ Θεοῦ διοικήσεως, ποικιλίαν, οὐχ ἀνισότητα τοῖς καθ' ἡμᾶς ἀντιθέντος; ἕτερον γὰρ τυγχάνει ποικιλία σοφίας ἐν κόσμῳ διαπρέπουσα, καὶ ἕτερον ἀταξία διοικήσεως. Εἰ δέ τις εὕροι ἂν τοὺς μὲν ἀπαθεῖς φύσει τῶν ἀνθρώπων,

Atque ad vitam degendam, ac jucunde quidem D degendam, nemo plus quam alius habet in vita. Communia sunt omnibus, quibus natura recreamur, accubationes et epulares somni; communia alimenta, et eorum fructus ac jucunditates, si quis prudenter præstantiam quidem eorum prætereat, usum vero sensu experiatur et probet. Communes item sunt non minus exacte animarum et corporum dolores; atque in his quidem magis reperietur exsuperantia apud eos qui in vita plus habere videntur. Quare cum hæc ita sint, ubi erit inæqualitas in gubernatione Dei, qui varietatem, non inæqualitatem in rebus nostris posuit? aliud enim est varietas sapientiæ quæ in mundo decorem habet;

(30*) *Μόνῳ*. Post hanc vocem nonnulla deesse videntur. (Quæ nos supplendo, uncis inclusimus.)

(31) *Εἴποι γε*. Vulg. ἐποιεν. Edit.

aliud perturbatio ordinis in gubernatione. Si quis reperire posset alios quidem homines natura ab affectionibus animæ et corporis liberos, alios vero non liberos; rursus alios sine cibo viventes, alios cibo alentes vitam; aut alios qui nequitiam suscipere non possent, alios qui possent; item alios mortales, alios immortales: recte iste inæqualitatem gubernationis reprehenderet, et turbationem ordinis, quasi magis sortitione quam ratione res nostras Deus procuraret. Sed, si idem modus in ortu omnium, una et eadem naturæ educatio; et eorum quæ necessaria sunt, sine quibus vita degi non potest, communis est omnibus ex æquo suppeditatio; finis autem omnium unus et solus: cum appareat summa æqualitas in omnibus, vel cæcus prorsus est, qui Dei providentiam tanquam non ordinatam accusat, vel oculis malevolis et inimicis res aspicit, et ob eam causam non est dignus fide. Etenim, si perturbatio ordinis in varietate inest, decorum varietatis, quod sapientem artificem magnopere decet, reprehendit iste. Pergat etiam improbare varietatem colorum, et diversitatem ac differentiam ciborum ac potionum, quæ mirabiliter sensus recreant eorum quibus adhibentur.

A τοὺς δὲ ἐμπαθεῖ; καθ' ἑκάτερον ψυχήν τε καὶ σῶμα· καὶ τοὺς μὲν ἄνευ τροφῆς (31*)· ἢ τοὺς μὲν ἀνεπιδέκτους κακίας, τοὺς δὲ δεκτικούς· ἔτι μὴν τοὺς μὲν θνητοὺς, τοὺς δὲ ἀθανάτους· καλῶς ἂν ὁ τοιοῦτος ἀταξίαν τε καὶ ἀνισότητα κατείποι τῆς διοικήσεως, ὡς ἀποκληρώσει τινὶ μᾶλλον ἢ λόγῳ τοῦ Θεοῦ τὰ καθ' ἡμᾶς διοικοῦντος. Εἰ δὲ τρόπος μὲν ὁ αὐτὸς τοῖς πᾶσι γενέσεως, μία δὲ καὶ ἡ αὐτὴ τῆς φύσεως ἡ ἀνατροφὴ, τῶν δὲ ἀναγκαίων, ὧν ἄνευ συστῆναι ἀδύνατον, κοινὴ τοῖς ἅπασιν ἐπίσης ἡ χορηγία, τέλος δὲ τῶν ἁπάντων ἓν καὶ μόνον· τῆς ἰσότητος πρὸς ἄκραν ἀκρίβειαν ἐν ἅπασι φαινομένης, ἢ τυφλὸς παντελῶς ὁ διαβάλλων εἰς ἀταξίαν τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν, ἢ ἐχθροῖς ὄμμασι καθορῶν τὰ πράγματα, ἥκιστα πιστεύεται δίκαιος. Εἰ γὰρ ἡ διαφορὰ τὴν B ἀταξίαν ἔχει, τὸ κόσμιον τῆς ποικιλίας, τεχνίτῃ γε πανσόφῳ λίαν ἁρμόττον, ὁ τοιοῦτος διαβάλλει. Καὶ προϊὼν κακιζέτω καὶ τὸ ποικίλον τῶν χρωμάτων, καὶ τῶν ἐδεσμάτων καὶ πομάτων τὸ διάφορον· ἅπερ ἀναλαμβάνει γε θαυμασίως τὰς αἰσθήσεις τῶν προσφερομένων.

Hinc profecti sunt miserrimi homines, qui ad defendendum fatum videntur sibi confirmare malum inæqualitatis, duobus principiis introductis: ostensum tamen est prudentibus nullam in rebus nostris inæqualitatem esse.

Ἐντεῦθεν ἐξῆλθον οἱ λίαν ἀθλιώτατοι, πρὸς εἱμαρμένην τὸ ἄτοπον τῆς ἀνισότητος διὰ ταῖν δυοῖν ἀρχαῖν βεβαιοῦν δοκοῦντες· ἀλλὰ δέδεικται μὲν τοῖς ἔμφροσιν, ὡς οὐδεμία τις ἀνισότης ἔνεστιν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς.

Quia vero bella etiam assignant, et attribuunt nequitiæ, quomodo varia fata, ipsorum opinione, multorum aliquando millium in unum tempus, imo in unam horam incidunt? an unum fatum conciliat hos et copulat inter se? annon est ridiculum existimare hoc? Ex quo fit ut inæqualitas fati, quæ est gravis morbus errantium, locum in rebus non habeat. Bella autem principium sumunt ex avaritia; geruntur autem permissu Dei: malum enim horum est ipsa causa, id est cupiditas, quæ avaritiam parit: quod quidem malum ab hominibus non a Deo proficiscitur, ut in iis quæ prius dicta sunt patefactum est.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοὺς πολέμους τῇ κακίᾳ προσνέμουσι, τίνα τρόπον εἱμαρμέναι διάφοροι κατ' αὐτοὺς, C πολλῶν ἔστιν ὅτε χιλιάδων ὑφ' ἕνα καιρὸν, μᾶλλον δὲ ὑπὸ μίαν ὥραν πιπτουσῶν; ἆρα μία τις εἱμαρμένη συνάπτει τούτους ὑφ' ἑαυτῇ; καὶ πῶς οὐ πάντῃ τοῦτό γε ὑπολαμβάνειν γελοιότατον; Ὅθεν τὸ μὲν ἄνισον τῆς εἱμαρμένης, τὸ χαλεπὸν τῶν πεπλανημένων νόσημα, χώραν ἐν τοῖς πράγμασιν οὐκ ἔχει· πόλεμοι δὲ τὴν μὲν ἀρχὴν ἐκ πλεονεξίας λαμβάνουσι, τὴν δὲ ἐνέργειαν πρὸς Θεοῦ συγχωρουμένην ἔχουσι· κακὸν μὲν γὰρ τούτων ἡ ἀφορμὴ, λέγω δὴ τῆς πλεονεξίας ἡ ἐπιθυμία· ὅπερ ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐχὶ Θεοῦ πλημμέλημα, τοῖς ἔμπροσθεν δέδεικται.

CAP. XII. *Mors non mala. Cur vero timetur. Justorum et impiorum mortis finis, qualis.*

Mors naturæ est non mala. Ortus et mors natura sunt a Deo sancita; non quidem ut pereant qui moriuntur, sed ut apponantur iis qui sunt. Non enim esset Boni solis hominibus qui sunt largiri ut sint et nati sint, sed etiam eos qui non sunt creando adjungere ad eos qui sunt: ut qui sunt nati, cursu vitæ satis emenso, ut a cursu requiescant, mortem accipiant non quæ eos ad pereundum ducat, sed quæ alio singulos pro dignitate transferat, et qui non sunt, aditum habeant ad capiendum ortum. Mors igitur lege naturæ sancita non est mala, quocunque modo accidat: nec enim inquirendum est de variis casibus propter quos accidit. Unus modus communis omnibus co-

Θάνατος δὲ τῆς φύσεως οὐ κακός· γένεσις γὰρ καὶ θάνατος πρὸς Θεοῦ φύσει νενομοθέτηται· οὐ τῶν D γε τελευτώντων ἀπολλυμένων, ἀλλὰ τῶν γινομένων τοῖς οὖσι προστιθεμένων. Ἀγαθοῦ (32) γὰρ οὐκ ἂν εἴη τὸ μόνοις τοῖς οὖσιν ἀνθρώποις τὸ εἶναί τε καὶ γεγονέναι δωρεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς μὴ ὄντας προκατασκευάζειν τοῖς οὖσιν· ὡς ἂν οἵ τε γενόμενοι, διαδραμόντες αὐτάρκως τοῦ βίου τὸ στάδιον, ἀντὶ ἀναπαύσεως τοῦ δρόμου τὸν θάνατον λάβωσιν, οὐκ εἰς ἀπώλειαν αὐτοὺς ἄγοντα, ἀλλ' ἑτέρωσε κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστου μετάγοντα· οἵ τε μὴ ὄντες πάροδον εἰς τὸ γενέσθαι λάβωσιν. Οὐκοῦν θάνατος ὁ τῇ φύσει νενομοθετημένος οὐ πονηρὸς, κἂν ὁπωσοῦν ἐπίοι· οὐδὲ γὰρ τὸ διάφορον τῶν περιστάσεων, δι' ὧν ἐπισ-

(31*) Ἄνευ τροφ. Deest hic aliquid ut fiat oppositio inter bonum et malum, ciborum penuriam et abundantiam; ideo reponendum credo, τοὺς δὲ μετὰ τροφῆς, *illos vero qui cibis fruuntur*. Basn.

(32) Ἀγαθοῦ. *Boni*, hoc est, *Dei*. Turr. — Sic sæpe alibi.

σιν, ἐξεταστέον. Ἕνα δὲ τρόπον κοινὸν τοῖς πᾶσιν ὄντα γνωστέον, λέγω δὴ τὸ μὴ δίχα περιστάσεώς τινος καὶ ἀνάγκης ἀναχωρεῖν ψυχὴν ἀπὸ σώματος, ἀλλὰ παραμένειν ἕως ἂν τὸ φυσικὸν αὐτῆς καταγώγιον ἀκαθαίρετον διαμένοι· τούτῳ μέντοι τῷ φυσικῷ καὶ κοινῷ συνυπάρχει τι δέος, ὅπερ εἰς τιμωρίας ὑποψίαν ἀναγκαίως παρείληπται, οὐ μέντοι ἐν τοῖς πᾶσιν, ἀλλ' οἷς γε ἡ διάνοια πρόχειρος εἰς ἁμαρτίαν, πρὸς ἀνατροπὴν ταύτης. Ὁ μὲν γὰρ ἔμφρων κατ' ἀρετὴν, ἄραγε τοῦ πλημμελεῖν, καὶ τοῦ οἴεσθαι μοχθηρὸν εἶναι τὸν θάνατον ἀπήλλακται· ὁ δὲ φιλαμαρτήμων, ἀπὸ μὲν τῆς αὐτῆς ἀνοίας ἀφ' ἧσπερ καὶ πλημμελεῖ, τὸν θάνατον εὐλαβεῖται. Ἀναγκαῖον μέντοι τῆς ἀνοίας ἔχει τὸ τοιοῦτον παρακολούθημα, ἵνα τὸ ἀδεὲς δεδιὼς, ὃ προσῆκεν ἀληθῶς δεδιέναι, λέγω δὴ τῆς ἁμαρτίας διαφύγῃ τὴν βλάβην. Ἐπειδὰν οὖν πλεονάσῃ παρ' ἔθνεσι τὰ τῆς ἁμαρτίας, ἧς γε τυγχάνει ἓν εἶδος τὸ τῆς ἀπληστίας, ἑαυτοῖς παραίτια γίγνεται τῆς κατὰ τὸ φαινόμενον τιμωρίας, ἥτις κατὰ μὲν τὸ ἀληθὲς ὡς οὐκ ἂν εἴη τιμωρία λέλεκται, φύσει κοινῇ κατὰ πάντων ὡρισμένη· εὐεργετεῖ δὲ τούς τε πίπτοντας ἐν πολέμῳ καὶ τοὺς διασωζομένους, τοῖς μὲν ἁμαρτίας τέλος παρέχουσα, τοῖς δὲ ὑπόδειγμα δέους ἐμποιοῦσα· εὐεργετεῖ δὲ, κἂν δίκαιοι τῷ πλήθει συναπέλθωσιν· ὡς γὰρ τοῖς ἀδίκοις τέλος τῆς ἀδικίας ὁ θάνατος, οὕτω δὲ καὶ δικαίοις ὡς νικηταῖς τρόπον τινὰ στεφάνων ἀρχή

A gnoscendus est, qui est discessus animæ a corpore, non sine casu quodam et necessitate, sed exspectandum est, quandiu domicilium naturale durat et non dissolvitur: cum hoc tamen naturali domicilio et communi simul inest quidam metus, qui quidem necessario de suspecto supplicio suscipitur; non tamen ab omnibus, sed ab iis quibus mens est prompta et facilis ad peccatum; ad hujus enim aversionem metus ille suscipitur. Qui enim degit ex virtute, is quidem peccare desivit, et non opinatur durani esse mortem. Qui vero deditus est peccatis, eadem imprudentia qua peccat, mortem timet. Necessarium tamen est ut hanc imprudentiam hic metus consequatur, ut qui timebat id in quo non erat timor, vere timeat quod timere oportet, damnum, inquam, ex peccato. B Quia igitur gentes peccatis redundant, quorum species una est insatiabilem esse, ipsæ sunt sibi causa supplicii, id est mortis; quod quidem dictum est non esse vere supplicium, quod natura est omnibus definitum, beneficio autem afficit eos qui in bello cadunt, et eos qui evadunt incolumes: illis quidem finem peccandi affert, his vero exemplum timoris proponit. Afficit autem beneficio, licet justi cum multitudine vulgi a vita recedant; sicut enim injustis mors est finis injustitiæ, sic justis tanquam victoribus quodammodo est initium coronarum.

Ὥστε θαυμάσιον διὰ τῆς πανσόφου προνοίας τοῦ Θεοῦ συμβαίνει· τὸ γὰρ δοκοῦν κολάζειν, εὐεργετεῖ· καὶ οὐδὲ δι' ὧν αὐτὸς ἄντικρυς κατασκευάζει ἀνιαρῶν εἶναι δοκούντων, ἀλλὰ δι' ὧν ἀνθρώποις αὐτομολοῦσι συγχωρεῖ· ὥστε πόλεμος οὐχ ἔργον Θεοῦ, ἀλλὰ συγχώρησις ἀναγκαία εἰς μὲν ὑποψίαν τιμωρίας κατὰ τῆς ἁμαρτίας, κατὰ δὲ τὸ ἀληθὲς, εἰς τέλος αὐτῆς· ἔνθα κἂν δίκαιος πέσῃ, δίκαιον δὲ πολεμεῖν ἀπεικὸς, μειζόνως εὐεργετεῖται· μεῖζον γὰρ τοῦ παυθῆναι κακίας τὸ καρπῶν ἀπολαῦσαι τῶν τῆς ἀρετῆς πόνων, ὅπερ εὐσεβέσι μετὰ θάνατον ὑπάρχει. Οἱ δὲ πρὸς ταῦτα διαμαχόμενοι, πρὶν τὸ καθόλου διελέγξαι κακὸν, τὸ μέρος διαβάλλουσιν· εἰ γὰρ ὡς ἀπὸ κακίας ὑφεστηκυίας, καὶ ἀρχῆς ἀνάρχου, τοὺς πολέμους ἡμῖν κατακομίζουσιν, αὐτόν γε τὸν θάνατον καὶ μόνον κακίσαι προσῆκον ἦν αὐτοῖς· περιττὸν γὰρ τὰς προφάσεις ἐξετάζειν, τοῦ ἀναγκαίως συμβαίνοντος ἀκρίτου μένοντος.

Unde hoc per providentiam Dei sapientissimam C admirabile evenit, ut quod videtur punire, beneficium fiat. Non dico videri punire per ea quæ Deus haud dubie facit, quæ acerba et aspera videntur, sed per ea quæ hominibus transfugis permittit; quamobrem bellum istorum non est opus Dei, sed permissio necessaria. In speciem quidem ad puniendum peccatum, vere autem ad imponendum finem peccato; ubi quamvis justus cadat (justum autem bellare non decet), majus beneficium accipit; majus enim est percipere fructum laborum virtutis, quod piis post mortem contingit, quam desinere peccare. Qui autem contra hæc disceptant, priusquam probent bellum esse ex omni parte malum, partem ejus accusant. Si enim bellorum originem ex nequitia per se exsistente et D ex principio ingenito duci dicunt, oportebat eos ipsam mortem, et quidem solam vituperare: supervacaneum enim est causas bellorum excutere et inquirere, cum quod necessario accidit, in id judicium non cadat.

Cap. XIII. *Mortem malam non esse, iterum confirmatur.*

Πῶς δ' ἂν τὸν θάνατον κακίσαι δυνηθεῖεν, ἀπολύοντά γε τῆς ὕλης, κατὰ τὸν λόγον τοῦ ἀπατεῶνος, τὴν ψυχήν; Ὥστε κατὰ μὲν τὴν κοινὴν δόξαν ἥκιστά γε θάνατος κακόν· τὸ γὰρ ἀναγκαίως τοῖς πᾶσι συμβαῖνον οὐ κακόν· μάτην αὐτὸν διὰ τοὺς πολέμους διαβάλλουσιν, οὐδὲν πλέον ἐπάγοντα τῶν κατὰ φύσιν ἀποκειμένων. Εἰ δέ τις τὴν πρόφασιν αὐτὴν τῶν πολέμων κακίζοι, εἴτ' οὖν ὀργὴν, εἴτ' ἔχθραν, εἴτε καὶ πλεονεξίαν, οὐκ ἂν διαμαρτάνοι τοῦ πρέποντος· ἀν-

Quomodo autem possunt mortem malam dicere, quæ, ut Manichæus fallaciter tradit, animam a materia liberat? Quare communi omnium sententia nequaquam malum est mors: quod enim necessario omnibus accidit, non est malum. Inaniter autem mortem, quæ propter bella accidit, accusant; quæ nihil amplius affert quam quod secundum naturam constitutum est. Si quis vero ipsam causam bellorum malam esse dicat, sive ira sit, sive inimi-

citia, sive avaritia, non aberravit a recto et decenti. Tribuendum tamen est hoc hominibus pravo animo affectis.

Quod autem mors mala minime sit, illa etiam ratione et via probari potest. Si enim mors non omnibus definita et decreta esset, accideret ut justus semper laboraret in stadio virtutis nullum fructum percipiens præter sudores, et injustus in voluptatibus peccatorum immortalis degeret; essetque utrumque valde absurdum. At mors injustam voluptatem delinquenti reprimit et cohibet; et justo labori quietem affert. Etenim quia necessarium est homines posse peccare, id quod est causa ut possint ex virtute vivere; potestas autem a Deo data ad comparandam virtutem apud majorem partem hominum ad facilitatem peccati declinat, ut admirabilior sit virtus difficultati admista, utilis est utrisque mors, justo et injusto; illi quidem quietem a laboribus affert, huic vero peccatorum finem.

Si igitur mors bona est, et non solum non mala, ut ostensum est, et non solvit animam, ut Manichæus opinatur, a materia quæ non est, sed eo modo quem diximus; quare principium nequitiæ in bellis excogitabimus, et non potius solum injustum animum ac voluntatem accusabimus? Quod enim inde evenit, quod quidem providentiæ Dei assignabitur, justum; non ex bello solum, sed quocunque modo mors accidat, universe bonum esse natura, in superioribus conclusum et confectum est. Quare bellum est accusandum, non mors quæ inde accidit, quæ utiliter constituta est, sed animus ac propositum non juste bello utentium, cujus non est auctor qui res nostras procurat.

A θρώποις μέντοι λογιστέον τοῦτό γε, μοχθηρίᾳ προθέσεως οὕτω διατεθειμένοις.

Ὅτι δὲ ὁ θάνατος ἥκιστα κακὸς, δειχθείη μάλιστα ἂν ἐκείνως· εἰ γὰρ μὴ κατὰ πάντων ὥριστο, ὅ τε δίκαιος διὰ παντὸς ἂν ἐπόνει πρὸς ἀρετὴν, οὐδὲν πλέον τῶν ἱδρώτων καρπούμενος, ὅ τε ἄδικος ἐν ἡδοναῖς ἂν τῶν ἁμαρτημάτων ἀθάνατος διῆγε· καὶ ἦν ἂν ἑκάτερον λίαν ἄτοπον. Ὁ δὲ θάνατος καὶ τὴν ἄδικον ἡδονὴν τῷ πλημμελοῦντι καταστέλλει, καὶ τὸν δίκαιον πόνον τῷ δικαιοπραγοῦντι καταπαύσει· ἐπειδὴ γὰρ ἀναγκαῖον ἀνθρώποις τὸ δύνασθαι ἁμαρτάνειν, αἴτιον ὂν τοῦ δύνασθαι κατορθοῦν· ἡ δὲ ἐξουσία παρὰ Θεοῦ δοθεῖσα πρὸς τὴν καλοῦ κἀγαθοῦ κτῆσιν παρὰ τοῖς πλείοσι πρὸς τὸ εὔκολον τῆς ἁμαρτίας ἀποκλίνει· ὡς θαυμασιωτέραν B εἶναι τὴν ἀρετὴν δυσχερείᾳ συγκεκραμένην, ὠφέλιμός γε ὁ θάνατος ἑκατέροις, δικαίῳ τε καὶ ἀδίκῳ· τῷ μὲν ἀνάπαυλαν τῶν πόνων, τῷ δὲ τέλος τῶν ἁμαρτημάτων παρέχων.

Ἀγαθοῦ τοίνυν εὑρισκομένου, οὐχὶ μόνον μὴ κακοῦ τοῦ θανάτου, οὐ κατὰ τὸν Μάνεντος λόγον, ὡς ἀπολύοντος τῆς μὴ οὔσης ὕλης τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ τὸν εἰρημένον τρόπον, τοῦ τίνος χάριν ἀρχὴν κακίας ἐπινοήσαιμεν ἂν τοῖς πολέμοις, οὐχὶ δὲ μόνον τὴν ἄδικον πρόθεσιν τῶν χρωμένων διαβαλοῦμεν; Τὸ γὰρ ἀποβαῖνον, ὅπερ ἄν τις λογίσαιτο τῇ προνοίᾳ τοῦ Θεοῦ, δίκαιον, οὐκ ἐκ πολέμου μόνον, ἀλλὰ κατὰ πάντα τρόπον καθόλου τῇ φύσει ἀγαθὸν, οὐ μόνον οὐ κακὸν τοῖς ἔμπροσθεν ἀπεδείχθη. Ὥστε τὸν πόλεμον διαβλη- C τέον, οὐ τὸν ἀποβαίνοντα θάνατον συμφερόντως κείμενον, ἀλλὰ τῶν χρωμένων, καὶ μάλιστα μὴ δικαίως τὴν πρόθεσιν, ἧς ὅγε προνοῶν τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ἀναίτιος.

Cap. XIV. *Sterilitas, fames, terræ motus, an a Deo. Mala hominibus utilia.*

Rursus est aliud genus eorum quæ Manichæus dementissimus accusat, terræ motum dico, pestem, famem ex sterilitate, ex locustis et aliis hujusmodi, tanquam a principio contrario hæc proficiscantur: sciunt vero omnes, solere plerumque omnes homines, paucis exceptis, in rebus lætis et prosperis laxare mentes, et affectionibus succumbere, nullamque virtutis et laborum pietatis memoriam habere: atque hoc quidem quodammodo consentanee accidit. Postquam enim satietas ciborum et potionum immoderata propter magnam ubertatem hominibus incidit, ventre pinguiore facto, crassitudo mentis et remissio cogitationis accedit: anima autem gravata subjicitur affectibus a ratione alienis. Si qua vero calamitas ex iis quas numeravimus accidat, minus curant ventrem homines, minusque voluptatibus inserviunt: temperantiam autem et pietatem pro virili consectantur, et, quoad fieri potest, meliores mores induunt, pressi magis quam secundis rebus lætificati. Quæ igitur nequitiæ attribuemus opinione Manichæi? illane quæ sensui quidem acerba sunt, effectu vero valde utilia? Quæ rursus

Αὖθις ἕτερον εἶδος, ὧν ὁ χαλεπώτατα Μανεὶς αἰτιᾶται, σεισμὸν, καὶ λοιμὸν, καὶ λιμὸν, ἀφοριῶν τε καὶ ἀκρίδων, καὶ τῶν τοιούτων, ὡς ἐξ ἐναντίας ἀρχῆς καὶ τοῦτο γινόμενον· δῆλον δὲ τοῖς ἅπασιν, ὡς ἐν μὲν ταῖς λίαν εὐθυμίαις τε καὶ εὐπραγίαις εἰώθασιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, πλὴν ὀλίγων, πάντες ἄνθρωποι διαχαυνοῦσθαι τὴν διάνοιαν, καὶ τοῖς πάθεσιν ὑποκατακλίνεσθαι, καὶ μνήμην ἀρετῆς τε καὶ πόνων εὐσεβείας οὐδεμίαν ἔχειν· καὶ τοῦτό γε εἰκότως τρόπον τινὰ συμβαίνει. D Ἐπειδὰν γὰρ πλησμονὴ σιτίων τε καὶ ποτῶν ἄμετρος διὰ πολλὴν εὐπορίαν ἀνθρώποις ἐγγένηται, γαστρὸς ἐπιπλέον πιαινομένης, παχύνεται μὲν ὁ νοῦς, ὑπτιοῦται δὲ ὁ λογισμός· βαρυνομένη δὲ ἡ ψυχὴ, τοῖς ἀλογίστοις πάθεσιν ὑποβάλλεται. Εἰ δέ τις συμβαίη τῶν καταλεγομένων συμφορῶν, ἧττον μὲν γαστρὸς φροντίζουσιν ἄνθρωποι, ἧττον δὲ ταῖς ἡδοναῖς δουλεύουσι, σωφροσύνην τε καὶ εὐσέβειαν, ὅση δύναμις, μεταδιώκουσι· καὶ βελτιοῦνται τὸν τρόπον, ὡς οἷόν τε, πιεζόμενοι μᾶλλον ἢ εὐθηνούμενοι. Ποῖα τοίνυν προσοίσαιμεν τῇ κακίᾳ κατὰ τὸν ἐκείνου λόγον; τὰ τῇ μὲν αἰσθήσει λυπηρὰ, τῇ δὲ ἐνεργείᾳ λίαν ὠφέλιμα; Ποῖα δὲ τῷ ἀγαθῷ; τὰ ἡδέα μὲν, ἔστι δ᾽ ὅτε βλαβερώτατα;

(33) καὶ πῶς οὐ δόξει παιδαγωγὸς εἶναι μᾶλλον πρὸς ἀρετὴν ἡ κακία τοῦ ἀγαθοῦ; πολλάκις γὰρ, οὓς μὴ μετέβαλεν ἐπὶ τὸ κρεῖττον εὐθηνία, μετεποίησέ τις προσπεσοῦσα λύπη καὶ συμφορά· δέονται γὰρ ἄνθρωποι καὶ τοιούτων τινῶν ἀναμνήσεων κατὰ καιροὺς, πρὸς τὸ διεγείρεσθαι τὸν νοῦν, καὶ τῆς πλείονος ῥᾳστώνης ἀπαλλάττεσθαι.

Εἰ μὲν γὰρ εὐθηνουμένους ἦν ἰδεῖν αὐτοὺς, τῶν γοῦν μεγάλων ἀδικημάτων ἀπεχομένους, μέτρια δὲ πλημμελοῦντας, ἦν ἄν τις εὔλογος καταδρομὴ, ὡς οὐ κατὰ λόγον καὶ τῶν τοιούτων συμβαινόντων· εἰ δὲ πρὸς τελείαν τοῦ χορηγοῦντος λήθην τὴν διηνεχῆ τῶν ἀναγκαίων ἀφθονίαν λαμβάνουσιν· ἀναγκαῖόν ποτε καὶ τὸ διεγείρεσθαι ταῖς συμφοραῖς εἰς μνήμην Θεοῦ, ᾧγε προσῆκεν ἀδιάλειπτον τῆς ὑπὲρ ἡμῶν κηδεμονίας ὁμολογεῖν τὴν χάριν. Ὥστε νουθετῶν Θεὸς ἀνθρώπους οἰκονομεῖ τὰ τοιαῦτα, οὐχ ὀργῆς τινος πάθει κατεχόμενος, ἀλλὰ κηδεμονίας καὶ τῆς τῶν δεομένων ἐπιστροφῆς μεταποιούμενος. Οὐδὲ γὰρ φιλανθρωπίας τῆς ἀνωτάτω καὶ ἀκριβοῦς ἂν εἴη τὸ ὑποκορίζεσθαί γε χρηστότητι τὰ ἀνθρώπινα πάθη, καὶ τῷ ἀνεπιπλήκτῳ τὴν αὔξησιν αὐτοῖς ἐπιτρέπειν· τοὐναντίον γὰρ τοῦτο πρὸς ἀπανθρωπίαν ὁρᾷ, εἴγε, βουλόμενος τῆς κατὰ τὸ φαινόμενον μὴ ἐξίστασθαι χρηστότητος, ἐπιβούλως συγχωροίη πρὸς ἔκλυσιν κακίας πάντη καταπίπτειν τοὺς ἀνθρώπους· λέγω δὲ, τὰ χρηστὰ παρέχων, καὶ τὰ νομιζόμενα λυπηρὰ ἀναγκαίως ἐπάγει· οὐδὲ γὰρ πατὴρ πλημμελοῦντα παῖδα τύπτων ἀπάνθρωπος· τοὐναντίον μὲν οὖν, εἰ μὴ πρὸς ἐπιστρέφειαν ἄγοι τοῦτον, οὐ δόξει φειδὼ πατρικὴν ἐνδείκνυσθαι· οὐδὲ τέμνων καὶ καίων ἰατρὸς ἑλκῶν νομάς· ἀλλ' ὅσῳ τοῦ λόγου τῆς τέχνης μεταποιεῖται, τοσούτῳ φειδόμενος τοῦ κάμνοντος προσάγει τὴν ἀλγηδόνα τῶν αὐστηροτέρων βοηθημάτων, ὡς ἀπολουμένου μὲν πρὸς τῶν ἑλκῶν τοῦ κάμνοντος, εἰ μὴ τοῦτον βοηθηθείη τὸν τρόπον· σωθησομένου δὲ, τομῆς τε καὶ καυτῆρος, εἰ δέοι, προσαγομένων.

A bono? jucunda ne, quæ quandoque nocentissima sunt? sæpe enim, quos prosperitas ad meliorem frugem non mutavit, luctus et calamitas converterunt: indigent enim homines quandoque hujusmodi admonitionibus ad excitandam mentem, et ut a multa mollitudine liberentur.

Si enim videremus secundis rebus florentes, a magnis saltem injuriis abstinere, et parva maleficia committere, posset aliquis cum ratione in hæc invehi, tanquam contra rationem acciderent: sin vero abundare semper necessariis, oblivionem summam largitoris affert istis, necesse est, ut aliquando calamitatibus memoria Dei excitetur; cui oportebat sine intermissione gratias agere pro nostrarum rerum providentia et procuratione. B Unde admonens Deus homines, talia dispensat ac gubernat, non perturbationi iræ inserviens, sed curam amplectens eos convertendi, quos opus est convertere. Nec enim excellentissimæ et perfectæ erga homines charitatis esset, humanas ægritudines præ lenitate extenuare, et incrementum eis permittere non increpando: quin potius contra, ad inhumanitatem hoc spectaret, si cum vellet non recedere ab ea lenitate quæ speciem tantum habet, insidiose permitteret in dissolutionem nequitiæ omnino homines decidere. Dico autem lenia præbere ratione, et ea quæ acerba putantur, necessario infligere. Nec enim pater cum filium delinquentem verberat, inhumanus est: contra potius, si hunc ad conver- C sionem non traduceret, paternam providentiam ac misericordiam habere non videretur. Nec enim medicus cum secat et urit ulcus serpens, inhumanus est; imo quanto magis rationem artis adhibet, tanto magis ut ægrotum sanet, dolorem ex severioribus remediis inducit; tanquam interiturus sit æger ab ulceribus, nisi hoc modo auxilietur ei; sanandus vero, sectione et ustione adhibitis.

Cap. XV. *Malorum asperitas hominibus tribuenda, qui malis abutuntur. Manes secum pugnat.*

Ὥστε, κατὰ τὸ ὑπόδειγμα, ἄνθρωποί εἰσιν οἱ τά γε ἀνιαρὰ ποιοῦντες καθ' ἑαυτῶν μᾶλλον ἢ ὁ Θεὸς, οἱ τὴν χρείαν καὶ τοὺς καιροὺς προθέσει γε οἰκείᾳ προκατασκευάζοντες διὰ τῶν οἰκείων παθῶν· ὡς γὰρ τοῦ καυτῆρος οὐχ ὁ ἰατρὸς ποιεῖ τὸν καιρόν τε καὶ τὴν χρείαν, ἀλλὰ τὸ ὑποκείμενον ἕλκος καὶ τὸν ἰατρὸν ἐπείγεται, καὶ τὸν καυτῆρα καλεῖ, οὕτω δὴ καὶ τὰ ἀνθρώπινα πάθη προκαλεῖται τῶν εἰς θεραπείαν συντεινόντων παρὰ Θεοῦ τὴν ἐπιμέλειαν, ἥκιστά γε ἀνεχομένου τῶν ἀνθρώπων, ὡς οἰκείου ἔργου μὴ διὰ παντὸς προνοεῖν· ἐπέτρεψε μὲν γὰρ ἀνθρώποις τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς καλοκαγαθίας ἐλευθέριον ἔχειν τὴν αἵρεσιν. Ὑπερείδει μέντοι τὸ πρὸς τὰ πάθη σαθρὸν ἡμῶν δι' ὧν ἐναργῶς ἔστιν ὅτε νουθετεῖ καὶ ἐπιπλήττει· οὔτε διηνεκῶς ἐπάγων τὰ αὐστηρότερα, ἵνα μὴ τῇ ἀνάγκῃ τῆς κατηφείας τὸ ἐλευθέριον ἐκβάλῃ· οὔτε ἄφετον πάντη τὴν ὁρμὴν τῆς ῥᾳστώνης ἡμῖν

Quamobrem, ut hoc exemplum docet, homines potius quam Deus sunt, qui aspera et acerba sibi inferunt, qui usum et opportunitates temporis pro- D posito proprio per affectus suos præparant: sicut enim medicus non facit, ut opus sit urere et tempus urendi, sed ulcus et medicum adducit et ustionem vocat; sic humanæ affectiones Deum accersunt ad ea adhibenda, quæ ad curationem pertinent; qui minime patitur, quin hominibus semper tanquam operi suo provida cura prospiciat. Commisit enim hominibus, ut haberent liberam electionem virtutis ac probitatis. Quod tamen in nobis est infirmum ad affectiones, fulcit ac firmat per ea quæ interdum ad admonendum et increpandum manifesto adhibet; neque perpetuo quæ austeriora et acerbiora sunt, inducens, ut necessitate et vi mœroris libertatem non excludat; neque rursus relin-

(33) *Καὶ πῶς.... ἀγαθοῦ. Et quomodo malum non videbitur esse pædagogus ad virtutem, potius quam bonum?* Hæc fugerunt interpretem.

quens nobis appetitum segnitie omnino solutum, ne anticipationes affectionum sine curatione dimittat; utrumque sapientia ineffabili ad utilitatem hominum dispensat et moderatur, qui uniuscujusque tempus opportunum novit.

Statim ut videris terræ motum aut siccitatem aut incursionem locustarum, simul sane omnes fere homines videas ad metum flexos, et ad supplicandum ei qui potest hæc depellere. Si autem ea quæ videri solent jucunda et placida, humanam rationem laxam ac remissam reddunt; molesta vero et acerba excitant, et ad statum magis pium convertunt: an non dicat aliquis, illa quidem pro corporibus, hæc vero pro animis a Deo gubernari? Num igitur quæ animas ad pietatem et virtutem commovent, appellanda sunt mala? etsi enim sensui sufferentium molesta sunt et tristia, ad salutem tamen hominum necessario infliguntur.

Manichæus vero demens semper se secum pugnare ignorat. Etenim si accretio materiæ nocet, quis non sentiat, contra quam dicit, accidere? Augebitur enim hæc contra homines, qui semper in rebus lætis et secundis sunt, et deliciis indulgent, et ventri et voluptatibus infra ventrem deserviunt: minuetur vero vehementer fame, peste, morte, quæ non permittunt proficere eam ad injustitiam accretionis. Quamobrem consentaneum erat, ut hæc potius vocaret bona, convenienter suo fundamento et principio, quam mala: sic enim meliorem rationem videretur assecutus, quam si rursus ratione referens jucunda ad alia contraria principia, rursus mala vocasset; utraque enim sunt bona ratione a Deo data. At ille gaudens peccato ad constituendam et conflandam nequitiam per se, ut opinatur, consistentem, dolorem capit ex monitionibus Dei efficacibus, quibus meliores facti homines, et sæpenumero aliqui perfecte ad virtutem traducti, dogma ejus falsum esse declarant.

Ad hæc omnia, si non accideret aliquando, ut quæ Deus communiter omnibus hominibus donat et largitur, prohiberentur, largitionem eorum ac suppeditationem ad vim alicujus naturæ immutabilis homines retulissent; neque cum acciperent, gratias largienti egissent; neque habentes, unquam petiissent.

Privantur igitur interdum ad breve tempus, ut petant; et rursus accipiunt, ut gratias agant ei qui dat, agnoscentes ipsum esse qui præbet, et non alia quæpiam natura suppeditans præter Deum, expers judicii et immutabilis. Vult autem Deus, ut ei gratias habeant homines, quo digniores fiant ut dona ejus accipiant, non ut ipse fructum aliquem sibi metat. Vult autem eos bona petere, ut accipientes ea, eum sentiant qui suppeditat: qui læ-

A καταλιμπάνων, ἵνα μὴ τὰς προλήψεις τῶν παθῶν ἀνιάτους ἀφίῃ· ἑκάτερα δὲ ἀῤῥήτῳ σοφίᾳ πρὸς ἀνθρώπων ὠφέλειαν οἰκονομεῖ ἑκάστου τὸν δέοντα καιρὸν ἐπιστάμενος.

Αὐτίκα ἴδοις ἂν σεισμὸν, ἢ ὄμβρου ἔνδειαν, ἢ ἀκρίδων ἐπιφορὰν, ἢ ἅμα σχεδὸν ἅπαντας ἀνθρώπους πρὸς εὐλάβειαν ἐπικλινομένους, καὶ πρὸς ἱκεσίαν τοῦ μεταγαγεῖν τὰ τοιαῦτα δυναμένου. Εἰ δὲ τὰ μὲν δοκοῦντα συνήθως ἡδέα καὶ χρηστὰ τὸν ἀνθρώπινον λογισμὸν ὑπτιοῖ, τὰ δὲ ἀνιαρὰ διεγείρει, καὶ συστρέφει πρὸς εὐσεβεστέραν κατάστασιν· πῶς οὐκ ἄν τις ἐκεῖνα μὲν ὑπὲρ σωμάτων, ταῦτα δὲ ὑπὲρ ψυχῶν φαίη πρὸς Θεοῦ διοικεῖσθαι; Ἆρ' οὖν τὰ διεγείροντα ψυχὰς εἰς εὐσέβειάν τε καὶ ἀρετὴν κλητέον
B κακά; κἂν γὰρ τῇ αἰσθήσει τῶν ὑποκειμένων ἀνιαρὰ τυγχάνῃ, πρὸς μέντοι σωτηρίαν ἀνθρώπων ἀναγκαίως ἐπάγεται.

Ὁ μέντοι πρὸς ἀλήθειαν Μάνης πάντη ἑαυτῷ μαχόμενος ἀγνοεῖ· εἰ γὰρ ἐπιβλαβὴς τῆς ὕλης ἡ αὔξησις, τίς οὐκ ἂν αἴσθοιτο, ὡς τοὐναντίον ἢ λέγει συμβαίνει; Αὐξηθήσεται μὲν γὰρ αὕτη κατὰ ἀνθρώπων ἀδιαλείπτως, εὐθηνουμένων, καὶ τρυφαῖς ἐσχολακότων, γαστρὶ καὶ τοῖς μετὰ γαστέρα δουλευόντων· μειωθήσεται δὲ εἰς τὰ μάλιστα διὰ λιμῶν καὶ λοιμῶν καὶ θανάτων πρόοδον, ταύτῃ μὴ ἐπιτρεπόντων πρὸς ἀδικίαν αὐξήσεως. Ὥστε καὶ εἰκὸς ἦν αὐτὸν ἀγαθὰ ταῦτα καλεῖν κατὰ τὴν ὑπόθεσιν τὴν ἑαυτοῦ μᾶλλον ἢ κακά· οὕτω δ' ἂν ἔδοξε βελτίονος ἐφ-
C ικέσθαι λόγου, εἰ μὴ πάλιν τὰ ἡδέα πρὸς ἄλλας ἐναντίας ἀρχὰς τῷ λόγῳ φέρων, αὖθις κακὰ προσηγόρευσεν· ἀγαθὰ γὰρ ἀμφότερα λόγῳ πρὸς ἀγαθοῦ Θεοῦ ἐπαγόμενα. Ὁ δὲ χαίρων τῇ ἁμαρτίᾳ πρὸς σύστασιν τῆς ὑφεστώσης, ὡς οἴεται, κακίας, λυπεῖται πρὸς τὰς ἐνεργεῖς τοῦ Θεοῦ νουθετήσεις, δι' ὧν ἄνθρωποι βελτιούμενοι, πολλάκις δὲ ἔνιοι τελείως πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβαλλόμενοι, ἀσύστατόν γε αὐτοῦ τὸ δόγμα τῆς πλάνης ἀποφαίνουσι.

Πρὸς δὲ τούτοις (34) ἅπασι τῶν συνήθως ὑπὸ Θεοῦ δωρουμένων κοινῇ πᾶσιν ἀνθρώποις μηδεμία (35) ἐστιν ὅτε συνέβαινε κώλυσις, φορᾷ φύσεως ἄν τινος ἀμεταβλήτου τὴν χορηγίαν αὐτῶν ἀνέθεσαν (36) ἄνθρωποι· καὶ οὐκ ἂν μὲν, δεχόμενοι ταῦτα, χάριν ὡμολόγησαν τῷ διδόντι, οὐκ ἂν δὲ ᾔτησαν, μὴ ἔχον-
D τες.

Στεροῦνται τοιγαροῦν ἐνίοτε πρὸς ὀλίγον, ἵνα αἰτήσωσι· καὶ δέχονται αὖθις, ἵνα χάριν ὡμολογήσωσι τῷ χορηγοῦντι· γινώσκοντες, ὡς αὐτός γέ ἐστιν ὁ παρέχων, καὶ οὐ φύσις ἄλλη τις παρὰ τὸν Θεὸν ἄκριτός τε καὶ ἀμετάβλητος (37) ἡ χορηγοῦσα. Βούλεται δὲ ὁ Θεὸς εἰδέναι χάριν ἀνθρώπους αὐτῷ, ἵνα ἀξιώτεροι τοῦ λαμβάνειν τὰ παρ' αὐτοῦ γένωνται, οὐχ ἵνα τι καρπώσηται εἰς ἑαυτόν. Βούλεται δὲ ἀγαθὰ τούτους αἰτεῖν, ἵνα δεχόμενοι αἴσθησιν τοῦ χορ-

τῷ διδόντι.

(34) *Πρὸς δὲ τούτ.* Hæc habentur in *Parallelis Damasc.* pag. 788, exstantque infra in *Supplem.* ad hos libros Titi Bostrensis, § III.

(35) *Μηδ.* Leg. cum Parall. εἰ μηδεμία τίς ἐστιν.

(36) *Ἀνέθ.* Parall. ἠθέλησαν. Mox τῷ Θεῷ pro

(37) *Ἀμετάβλητος.* Parall. ἀμεταμέλητος. Lo cum integrum sic reddit Billius: *Agnoscentes...., non alteram quamvis præter Deum naturam esse, quæ indiscriminatim et sine pœnitentia subministret.*

ηγοῦντος ἔχωσι· χαίρει μὲν γὰρ τὰ παρ' ἑαυτοῦ διδούς· χαίρει δὲ μᾶλλον ἀξίοις διδούς· ὡς τῆς φιλανθρωπίας τρόπον τινὰ ἀτιμαζομένης, εἰ μὴ πρὸς εὐαισθήτους γίγνοιτο· εὐλόγου δὲ λίαν ἀποφαινομένης, εἰ πρὸς τὸ δέχεσθαι τὸν χορηγοῦντα ὑπὲρ πάντα ἔχοιεν οἱ δεχόμενοι.

A tatur dandis suis; sed magis lætatur, cum dat dignis: tanquam benignitas erga homines quodammodo inhonorata sit, nisi gratis et benevolis hominibus exhibeatur; quæ valde rationi consentanea tunc apparet, cum ii qui bona accipiunt, omnibus bonis largientem præponunt.

CAP. XVI. *Mors necessaria, ut nativitas. Mala proficere rursum demonstratur.*

Κἂν πόλεις δὲ καταπίπτωσιν ἐπιφυομένης ἀσεβείας, οἷα δὴ καὶ πρώην ἐπὶ τοῦ λίαν ἀσεβήσαντος (38) καὶ τῶν εἰδώλων τὴν πλάνην ἀναμνήσαντος, φθείρεται ἡ ἁμαρτία, καὶ μειοῦται ἡ κατὰ Θεοῦ πλάνη· θανάτου δὲ κατὰ φύσιν πλέον οὐδὲν γίγνεται· καὶ ἥκιστα κακὸν τὸ τῆς θείας ἐπιστρεφείας· τοὐναντίον μὲν οὖν, ὡς ἐν φαρμάκου εἴδει, ἀγαθόν· κακὸν δὲ μόνον τὸ τὴν συμφέρουσαν οἰκονομίαν κακίζειν· ὁ γὰρ παιδοποιίαν διαβάλλων ὡς αὐξητικὴν τῆς ὕλης, οὗτος, θάνατον ἀθρόον (39) κακίζων, νοῦν γε ἀνθρώπινον ἆρ' ἔχειν ἂν δοκοίη, μαχόμενα λίαν ἑαυτῷ φανταζόμενος; Ἀλλ' οὔτε παιδοποιία κακή, τὸ ἀείζωον τῷ θνητῷ γένει ποιοῦσα, καὶ προστεθεῖσα τῇ δημιουργίᾳ τοὺς γιγνομένους· οὔτε θάνατος, κἂν πολὺς ἀθρόως ἐπενεχθείη, πονηρός, οὐκ ἐπὶ ζημίᾳ κατὰ ἀνθρώπων ὑπὸ Θεοῦ κείμενος, ἀλλ' ἐπ' ὠφελείᾳ τῇ ἀνωτάτω, δικαίοις τε καὶ ἀδίκοις ὡρισμένος.

Et si civitates concidant exorta impietate, sicut nuper contigit, cum ille impiissimus dominaretur, et errorem idololatriæ recoleret ac renovaret, peccatum interimitur, et error in Deum minuitur: nihil vero amplius accidit quam mors secundum naturam; et quod fit ad divinam conversionem, nequaquam malum est, sed contra potius bonum est, B tanquam speciem medicinæ habens. Malum vero tantum est, utilem Dei gubernationem improbare. Qui enim procreationem liberorum reprehendit tanquam augentem materiam, cum mortem universam improbet; an humanam mentem habere videtur, valde sibi ipsi repugnantia cogitatione fingens? At neque procreatio mala est, quæ facit ut genus mortale semper vivat, et adjungit ad fabricam mundi eos qui procreantur; neque mors quamvis universe inferatur, mala est; nec a Deo constituta, ut homines jacturam et damnum faciant, sed ad utilitatem summam justis et injustis decreta est.

Τὸ δὲ κατὰ μέρος ἑκάστῳ συμβαῖνον φυσικῶς, τοῦτο πολλοῖς ἀθρόως εἰ ἐπέλθοι, κατὰ φύσιν μὲν ἔπεισι, καὶ πλέον οὐδέν· τοσούτῳ δὲ οὐ κατὰ μέρος μείζονα τοῦ οἰκονομοῦντος τὴν κηδεμονίαν σημαίνει, ὅσῳ τὸ μὲν οὐδὲν τεκμήριον κατακρίσεως τῶν ἁμαρτανόντων ἔχει· τὸ δὲ τῇ κατὰ τὸ φαινόμενον ἀγανακτήσει, τοὺς μὲν τελευτῶντας τὸν εἰρημένον πάλαι τρόπον εὐεργετεῖ, τοὺς δὲ ζῶντας ἐπιστρέφει.

Quod autem unicuique privatim accidit naturaliter, hoc si multis confertim adveniat, naturaliter quidem contingit; nihilque amplius est, quam C quod singulis contingit: sed tanto majorem curam gubernantis, quam illud quod privatim accidit, significat, quanto in illo privato minus indicii est judicii divini in delinquentes. Hoc autem generalius propter speciem quam habet divinæ iræ, morientes quidem beneficio afficit, sicut ante explicatum est, viventes vero convertit.

Εἰ δέ τις, πολλῶν πολλάκις τοιούτων γιγνομένων, δείκνυσι τὸν ἀνθρώπινον βίον τοῖς αὐτοῖς ἐμπλεκόμενον ἀδικήμασι, παραπλήσιον ἐμοί γε δοκεῖ πάσχειν ὁ τοιοῦτος, εἴ τις, ἐν λίμναις καὶ θαλάττῃ τοὺς ἰχθύας ὁρῶν, οἴοιτο τὴν ἁλιευτικὴν τέχνην ἀργεῖν, τοὺς θηρωμένους οὐχ ὁρῶν, τοὺς δὲ νηχομένους ἐν τοῖς ὕδασι βλέπων· ἢ ὥσπερ, εἴ τις πολλοὺς κάμνοντας ὁρῶν, μηδὲν τὴν ἰατρικὴν ἐνέργειαν οἰηθείη.

Si quis vero objiciat, quamvis multa hujusmodi sæpenumero fiant, nihilominus tamen humanam vitam eisdem maleficiis implicatam esse similiter; hic quidem judicio meo facit, ut si quis pisces in lacu aut mari videns, existimet artem piscandi otiosam et inutilem esse, quia pisces captos non videt, natantes in aquis videt: aut perinde est, ut D si quis multos ægrotos cernens, curationem medici nihil esse arbitretur.

Πολλῶν γὰρ εὐεργετουμένων εἰς εὐσέβειάν τε καὶ ἀρετήν, δι' ὧν ἔστιν ὅτε τὰ φοβερὰ Θεὸς οἰκονομεῖ, ὁ φιλαίτιος τὸ μὲν κατορθούμενον ἀρνεῖται, τὸ δὲ φιλόνεικον τῶν πολλῶν εἰς ἁμαρτίαν ὀνειδίζει.

Cum enim multi proficiant ad pietatem et virtutem, illis pertimescendis quæ Deus aliquando sua gubernatione operatur; qui criminandi studio tenetur, quod perfectum est negat, et quod multi in peccato perseverantes contendunt, exprobrat.

Καίτοι φαμὲν οὐδ' ἡμεῖς ἀναγκαστικὰ τοῖς πολλοῖς εἶναι τὰ τοιαῦτα, ἀλλ' ἀποτρεπτικὰ τοῦ ἁμαρτάνειν τοῖς εὐγνωμονοῦσιν· αὐτίκα πρὸς ὀλίγον ἐπαγόμενα ταχέως ἀποπαύεται, ἵνα μὴ βιάσηται μᾶλλον, ἢ

Atqui neque nos dicimus habere talia vim cogendi multos, sed dehortandi a peccato gratos et benevolos; quæ ad breve tempus invecta, celeriter quiescunt, ne magis vim afferant, quam suasione mu-

(38) *Λίαν ἀσεβ.* Julianum Apostatam dicit. TURR.

(39) *Θάνατον ἀθρόον.* Si enim mala est procreatio, malum erat Manichæum natum esse, quo nihil sibi repugnantius dicere poterat. Ipse enim putabat se verum dogma tradere. Docere autem veritatem ut putabat, quis dicat malum esse? ID.

tent : rursus vero, quæ erant in consuetudine, exercentur, in quibus animus et voluntas eorum qui mutati sunt, spectatur et exploratur, ut ii sola memoria exemplorum infirmitatem suam fulciant et stabiliant, qui sunt grati et æqui. Imo vero potius dicendum est, si cum talia contingant, pauci quidam et valde rari sunt qui vitam mutant; an non multo plus ad nequitiam cogitatio hominum profecisset, si per hæc quæ accidunt, non fieret a peccatis avocatio?

Quod si nullus hinc utilitatem caperet, quod quidem fatuum est dicere; præstaret reprehendere homines, qui nec hoc quidem modo juvari volunt, quam culpam negligentiæ in Deum transferre, quasi non amplius studio convertendi utentem; qua ratione utendum est in eos qui nullum sensum talium capiunt. Est autem compertum iis qui sunt grati et æqui, non solum aliquos ad perfectam mutationem in melius capiendam metum impellere, sed aliis etiam appetitum et audaciam ad injustitiam occulte imminuere.

A πειθοῖ μεταβάλῃ· αὖθις δὲ τὰ συνήθη πολιτεύεται τὸ δόκιμον τῆς προθέσεως τοῖς μεταβαλλομένοις ἐμποιοῦντα, ἵνα καὶ μόνην τῶν ὑποδειγμάτων τὴν μνήμην ἀντ' ἐρείσματος ἔχοιεν τῆς ἑαυτῶν ἀσθενείας οἱ εὐγνώμονες. Ῥητέον δὲ μᾶλλον, ὡς, εἰ καὶ, τῶν τοιούτων συμβαινόντων, ὀλίγοι τινὲς καὶ εὐαρίθμητοι τυγχάνουσιν οἱ διαμειβόμενοι, πῶς οὐκ ἂν ἐπέδωκεν ἐπὶ πλεῖστον πονηρίας τῶν ἀνθρώπων ὁ λογισμὸς, εἴπερ ἡ διὰ τῶν τοιούτων ἀποτροπὴ μὴ ἐπίοι;

Εἰ δὲ καὶ μηδεὶς ἐντεῦθεν ὠφελεῖτο, ὅπερ ἠλίθιον εἰπεῖν, βέλτιον ἀνθρώπους ἐλέγχεσθαι, ὡς μηδὲ τοῦτον τὸν τρόπον ἐνδιδόντας, ἢ Θεὸν ἀμελείας ἂν αἰτίαν ὑπέχειν, ὡς μηκέτι ἐπιστρεφείᾳ χρώμενον· ᾧ χρηστέον λόγῳ κατὰ τῶν μὴ ἐπαισθανομένων· δῆλον γὰρ B τοῖς εὐγνώμοσιν, ὡς οὐ μόνον πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβολῆς ὁ φόβος ἄγει, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀποῤῥήτως μειοῖ τὴν πρὸς ἀδικίαν ὁρμὴν καὶ τόλμαν.

CAP. XVII. *Creatio noctis et tenebrarum.*

Veniamus deinceps ad rationem creationis, quam iste planus calumniatur; ac primum de tenebris et nocte inquiramus, quod potissimum iste mente cæcatus vituperat : tenebras enim quæ in nocte apparent, illarum tenebrarum Manichæus cogitat esse quasi per se sint, intelligit esse indicium, ejus scilicet, quod non est; nihil penitus videns, nec intelligens, sed ad instar cæci hominis in res ipsas offendens et incurrens; vocatque tenebras, et velut horret, ut non opus habeat disputatione, ut falsitas doctrinæ ejus argumentatione concludatur, ut qui nomen rei e se ipsa vituperatæ usurpet. Dicendum ergo est, vocari quidem has tenebras, non tamen secundum substantiam exsistere : adveniunt enim, et recedunt quotidie, suntque consequentes in modum umbræ; non sunt enim creatæ per se ut substantia, nequaquam; mundo autem creato, est umbra. Nascitur enim homo, qui per se est; sequitur autem eum umbra secundum molem corporis, et neutiquam cum eo ipso fabricata est, sed advenit ut situm et locatum est corpus, et ut est luminis circuitus et conversio. Siquidem nox et tenebræ, cum sit mundus corporeus, solummodo sunt consequentes, non autem sunt fabricatæ in modum substantiæ creatæ.

Cum enim sol diurnum cursum absolvit, et vertitur ad recessus proprios, necesse est ea quæ sunt intra mundum, omnia inumbrari, cum sit extra quod illuminat, sic Deo volente : causas, cur ita voluerit, paulo post pro viribus dicemus. Illud statim dicendum est, quæ habent molem corpoream interdiu in contrariam partem luminis positi umbras jacere; et transfertur simul cum lumine in contrarium umbra; et ubi est usque ad meridiem sol, ibi est post meridiem umbra. Ubi autem umbra post meridiem, sol est post hunc. Umbra vero diurna umbra est, et non omnino tenebræ; quia

Ἔλθωμεν δὴ λοιπὸν καὶ εἰς τὸν περὶ δημιουργίας λόγον πρὸς τοῦ ἀπατεῶνος συκοφαντουμένης· καὶ πρῶτόν γε περὶ σκότους καὶ νυκτὸς ἐξετάσωμεν, ὅπερ μάλιστα κακίζει τὴν διάνοιαν ἐσκοτωμένος· σκότος γὰρ ἐν νυκτὶ φαινόμενον, ἐκείνου τοῦ σκότους ὁ Μάνης εἶναι φαντάζεται ὡς ὄν, τεκμήριον τοῦ μὴ ὄντος λαμβάνει, μηδὲν παντελῶς μήτε βλέπων, μήτε νοῶν, C ἀλλὰ τυφλοῦ δίκην τοῖς πράγμασι προσπαίων· καὶ καλεῖ σκότος, καὶ οἱονεὶ φρίττει, ὡς μηδὲ λόγου δεόμενος πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἑαυτοῦ ψευδολογίας, ὡς αὐτόθεν διαβεβοημένου πράγματος τὸ ὄνομα λαμβάνων. Ῥητέον τοίνυν, ὡς τοῦτο δὴ σκότος καλεῖται μὲν, οὐ μὴν ὑφέστηκε κατ' οὐσίαν· ἐπισυμβαίνει δὲ καθ' ἡμέραν καὶ ἀποσυμβαίνει, παρακολούθημα, καὶ σκιᾶς τρόπον ὑπάρχον· δεδημιούργηται μὲν γὰρ εἰς ὑπόστασιν οὐσίας οὐδαμῶς, κόσμου καὶ δημιουργηθέντος, σκιὰ τυγχάνει· ἄνθρωπος τίκτεται μὲν γὰρ καθ' ἑαυτὸν, παρακολουθεῖ δὲ αὐτῷ πρὸς τὸν ὄγκον τοῦ σώματος ἡ σκιά· καὶ οὐ δήπου συγκατεσκευάσθαι δόξειεν ἐν ἑαυτῷ, ἀλλ' ἐπισυμβαίνει πρὸς τὴν τοῦ σώματος θέσιν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ φωτὸς περίοδον. Οὕτω δὴ καὶ νὺξ καὶ σκότος, σωματικοῦ τοῦ κό-D σμου δηλαδὴ τυγχάνοντος, παρακολούθημα μόνον ἐστὶν, οὐ μὴν δημιουργήματος τρόπον οὐσιῶδες κατεσκεύασται.

Τοῦ γὰρ ἡλίου τὸν μεθημερινὸν δρόμον περαίνοντος, πρὸς δὲ τὰς ἰδίας ἀναχωρήσεις τρεπομένου, τοῦ κόσμου τὰ ἐντὸς ἐπάναγκες ἅπαντα σκιάζεσθαι, ἔξω τυγχάνοντος τοῦ φωτίζοντος, οὕτω δὴ Θεοῦ βουληθέντος, δι' ἃς αἰτίας μικρὸν ὕστερον ὡς δυνάμεις ἐροῦμεν· αὐτίκα καὶ μεθ' ἡμέραν πρὸς τὸ ἀντικείμενον μέρος τῆς τοῦ φωτὸς θέσεως, τὰ ἀνέχοντα τῶν σωματικῶν ὄγκων παραπέμπει τὰς σκιὰς, καὶ συμμεταβαίνει τῷ φωτὶ πρὸς τοὐναντίον ἡ σκιά· καὶ οὗ μὲν ἕως μεσημβρίας ἥλιος, μετὰ ταύτην γίνεται σκιά· ἡ δὲ σκιὰ μεθ' ἡμέραν, καὶ οὐ παντελῶς σκότος· ἐπειδὴ τὸ περιέχον πανταχόθεν ἀνειμγὸς καὶ τοῖς σκιαζο-

μένοις τόποις τοῦ φέγγους παρέχει τὴν μετουσίαν. Εἰ A γοῦν οἰκόν τινα τελείως ἀποκλείσεις, ὡς μηδὲ στενὴν γοῦν εἴσοδον καταλιπεῖν τῷ φωτὶ αὐτῷ, νύκτα ποιήσεις καὶ ἐν μεσημβρίᾳ. Τοῦτο δὴ καὶ ἐν νυκτὶ γίνεται πρὸς τοὺς ἰδίους χώρους ἡλίου γενομένου. Ὥστε ἡ νὺξ στέρησις ἂν εἴη φωτός. Μάθοι δ' ἄν τις σαφέστερον τὸ γινόμενον, εἰ νοήσειεν, ὡς ἐν νυκτὶ μέν ἐστί που διαμένων καὶ ὑπάρχων ὁ ἥλιος, μεθ' ἡμέραν δὲ οὐδαμοῦ τὸ σκότος, ἀλλὰ παντελῶς διαλυόμενον ἀφανίζεται. Ὥστε φωτὸς μὲν γέγονεν οὐσία, σκότους δὲ οὐδαμῶς.

quod continet cum sit undique apertum, locis etiam quæ umbram habent, præbet luminis participationem. Itaque si domum quampiam ex omni parte bene claudas, et neque vel angustus aditus lumini relinquatur, noctem efficies etiam in meridie. Hoc autem fit in nocte, sole loca sua ambiente et circumeunte. Unde nox est privatio luminis. Potest autem hoc quod fit, clarius percipi, si quis considerat, alicubi esse et manere noctu solem, interdiu vero nusquam esse tenebras, sed penitus dissolvi et tolli. Quare substantia luminis facta est, non autem tenebrarum.

CAP. XVIII. *Noctis necessitas. Utilitates ex ea profluentes.*

Σκοπητέον δ' ὅμως νυκτὸς ὅσον τὸ ἀναγκαῖον. Ἔστιν ἀνάπαυλα πρῶτον κοινὴ τοῖς πᾶσιν· ὁ γὰρ B μεθ' ἡμέραν ὕπνος τὸ ἀναγκαῖον τῆς νυκτὸς μᾶλλον παραδείκνυσιν, ἧς γε τοσοῦτος ὑπάρχων ὁ χρόνος οὐχ ἱκανὸς διαναπαῦσαι τὰς αἰσθήσεις ἀνθρώποις· καὶ τοῦ μὲν μεθ' ἡμέραν ὕπνου οὐχ ἴση τοῖς πᾶσι μετοχή· τὸ δὲ ἐν νυκτὶ κοινὸν, καὶ ἐπίσης τοῖς πᾶσι τῆς διαναπαύσεως τὸ μέτρον, οὐκ ἔχον ἀνωμαλίαν πρὸς τὰ βιωτικὰ πλεονεκτήματα. Ὅπερ οὐκ ἔλαττον τὴν ἰσότητα τοῦ Δημιουργοῦ ὡς πρὸς ἓν γένος τὸ τῶν ἀνθρώπων μαρτύρεται. Ἔπειτα εἰ διαπαντὸς ὑπῆρχεν ἡμέρα ἀδιάδεκτον ἔχουσα τὸ διάστημα, οὐκ ἂν ἐμετρήθη χρόνος εἰς μέρη μὴ τετμημένος. Ἡ δὲ καθ' ἡμέραν τοῦ χρόνου τομὴ διὰ τῶν μορίων τούτων καταριθμεῖσθαι ποιεῖ· χωρὶς δὲ χρόνου διαγνώσεως ἄλογος ἂν ἐν τοῖς πλείοσι γέγονεν ἀνθρώποις ὁ βίος· C τὸ δὲ δὴ μεῖζον, οὐκ ἂν φωτὸς γέγονεν ἀπόλαυσις, σκότους μὴ παρακειμένου τὸν εἰρημένον τρόπον νυκτερινοῦ. Φῶς γὰρ σωματικὸν ἀδιάλειπτον, οὐδ' ὅτι φῶς ἐστιν, ἐγνώσθη ἄν· πρὸς γὰρ ἀντιδιαστολὴν σκότους φῶς ὠνόμασται καὶ ἐστίν. Οὐκ ἂν οὖν θαυμαστόν τι ἦν, ὡς ἔστι δημιούργημα φανὲν, εἰ μήγε ἡ θέσις τοῦ δοκοῦντος ἀντικεῖσθαι παρεδείκνυεν αὐτό.

Considerandum vero est, quam sit necessaria nox. Primum, est communis requies omnibus; somnus enim diurnus magis necessitatem noctis declarat, cujus quidem tempus tam longum non sufficit hominibus, ut a sensibus requiescant, et diurnum somnum capere non æqualiter omnibus licet : in nocte vero communis est omnibus et æqualis mensura ad requiescendum, nullam inæqualitatem habens ad avaritias vitæ et plus habendi cupiditates. Quod quidem non minus æqualitatem Creatoris testatur, tanquam uni generi hominum æqualiter prospicientis. Deinde, si semper esset dies, et spatio diei non succederet nox, non possemus metiri tempus non divisum in partes. Divisio autem diurni temporis facit, ut liceat tempus per has particulas numerare. Nisi autem tempus discerneretur, in multis rebus non posset hominibus ratio vitæ iniri et constare; et quod majus est, non esset voluptas luminis fruendi, si non essent tenebræ nocturnæ in proximo eo modo quem diximus. Lumen enim corporeum continuum neque quod lumen esset, cognosceretur : lumen enim dicitur et est, ut a tenebris distinguatur. Non igitur creatum, nisi comparatio ejus quod videtur contrarium, illud ostenderet.
esset, ut esse apparet admiratione dignum a Deo

Ὥστε καὶ τἄλλα μὲν πολλὰ χάριν ὁμολογητέον ἐπὶ τῇ νυκτὶ τῷ πανσόφῳ Δημιουργῷ· μάλιστα δ' ὅτι τοῦ φωτὸς ἐμποιεῖ τὴν αἴσθησίν τε καὶ τὴν ἀπόλαυσιν, οὐκ ἂν ἄλλως διαγνωσθέντος, ὅτιπερ ἐστίν.

Quamobrem oportet gratias agere Deo, sapientissimo Creatori, cum propter alia multa, tum maxime quia fecit, ut lumen sentiremus et eo frueremur; quod quidem esse non aliter discernere potuissemus.

Ἀλλ' ἐκπλαγείη τις ἂν τὴν ἄῤῥητον τοῦ Θεοῦ σοφίαν, ὅτι, τοσούτων καὶ ἔτι πλειόνων ἀναγκαίων τε D καὶ χρησίμων διὰ σκότους ἀνθρώποις ὑπαρχόντων, ὅμως δὲ ἐπειδὴ σκότους ἦν ὄνομά τε καὶ πρᾶγμα, οὐ κατεσκεύακεν αὐτὸ κατ' οὐσίαν, ἀλλὰ συμβαίνειν καὶ ἀποσυμβαίνειν αὐτὸ πεποίηκεν· ἵνα καὶ ὡς ὂν τά τε ῥηθέντα καὶ ἔτι πλείω παρέχῃ, καὶ ὡς μὴ ὂν ἥκιστα διαβάλῃ τὸν Δημιουργόν. Ἄμεμπτος τοιγαροῦν ἡ νὺξ, ἀλλὰ καὶ θαυμασία παντοίως τῇ χρήσει.

Est autem obstupenda ineffabilis Dei sapientia, quod cum tot et adhuc plures necessariæ hominibus et opportunæ utilitates ex tenebris exsistant, tamen quia erat nomen et res tenebrarum, non fecit eas secundum substantiam, sed fecit ut venirent et recederent; ut quasi essent ea quæ diximus, et adhuc plura commoda præberent; et quasi non essent, minime mundi fabricator accusaretur. Extra culpam igitur et querelam est nox, quin potius usu est omnibus modis mirabili.

Φασὶ δὲ λῃστὴν ἐν νυκτὶ κακουργεῖν. Καὶ τί δεῖ πρὸς τὴν νύκτα; εἰ γὰρ μὴ ἐνεδέχετο καὶ ἐν ἡμέρᾳ κακοπραγεῖν τοὺς βουλομένους, ἐχρῆν τῆς νυκτὸς διαβάλλεσθαι τὸν καιρόν. Ἐπεὶ δὲ τὴν εὐκαιρίαν τῆς κακουργίας ὁ δρῶν ἀναμένει, κἂν ἐν ἡμέρᾳ, κἂν ἐν νυκτὶ παραπέσοι, τὴν πρόθεσιν τοῦ δρῶντος, οὐ τὸν

Sed aiunt, latronem noctu latrocinari. Sed quid hoc contra noctem? si enim non contingeret de die latrocinari eos qui latrocinari volunt, oporteret tempus nocturnum accusare. Sed quia latro opportunitatem furti exspectat, sive die sive nocte incidat, animus maleficium facientis, non tempus est

crimini dandum: verumtamen si maleficus nocti pareret, dormiret sane; hoc enim solum nox jubet.

A καιρὸν αἰτιατέον· πλὴν εἰ νυκτί γε ἐπείθετο κακοῦργος ἅπας, ἐκάθευδεν ἄν· τοῦτο γὰρ καὶ μόνον παρεγγυᾷ.

CAP. XIX. *Mendacii cum tenebris comparatio.*

Præterea considerandum est similiter inter se contraria videri lumen et tenebras, veritatemque et mendacium. Quod enim est lumen corpori, hoc est veritas animæ; et quod tenebræ oculis, hoc ignorantia et mendacium menti. Homo enim nihil aliud est quam anima et corpus. Utrique parti suppeditat Deus, corpori lumen; per corpus enim lumine corporeo fruitur; per animam vero veritate spirituali.

C Ἐπεὶ δὲ τὴν μὲν ἀλήθειαν αὐτοῖς τοῦ Ὄντος γεγονέναι προσομολογεῖ, αἰτίαν δὲ τούτων εἶναι τὴν μὴ οὖσαν κακίαν φησί· φέρε καὶ νῦν ἀποδείξωμεν, ὅπως τὰς μεγάλας ἐνεργείας ἀνατίθησι, καὶ τὰ μείζω θαύματα τῇ διαβαλλομένῃ πρὸς αὐτοῦ κακίᾳ μὴ νοῶν, ἅτε δὴ τὸν λογισμὸν τυφλώττων, τὰς παραδόξους ἐν ταῖς ἱστορίαις τοῦ Θεοῦ τοῦ δημιουργοῦ τῶν ὅλων οἰκονομίας.

Φησὶ δὲ πρὸς λέξιν αὐτὴν ἐκεῖνος, ἢ ἕτερός τις τῶν ἀπ' ἐκείνου, ἐπιγράψας τὸ κεφάλαιον περὶ τῆς ἀνθρωπίνης πρωτοπλαστίας· *Ἐπειδὴ γὰρ ἔγνωσαν οἱ ἄρχοντες, ὡς ἐκ τοῦ παραιρεῖσθαι τὸ ἀπαξαπλῶς ἐμπῖπτον εἰς αὐτοὺς μέρος τοῦ φωτὸς, ταχὺς ἐπ' αὐτοὺς ὁ θάνατος ἥξει· τὴν εἰς τὰ σώματα τῆς ψυχῆς κάθοδον ἐμηχανήσατο, ἀναδραμεῖν μὲν* D *αὐτὴν μηδόλως ζητοῦντες, ἀνελθοῦσαν δὲ μηδὲ τῆς ἄνωθεν λήξεως ἀξίαν εὑρίσκεσθαι, μιάσματι τῆς σαρκὸς ἀνεχομένην.*

Καὶ μετ' ὀλίγα· *Διὸ ἕκαστος αὐτῶν*, φησὶ, *τῶν τῆς ὕλης ἀρχόντων, ὃν τρόπον προείπομεν, τῆς γενομένης κινήσεως ἕνεκεν, καὶ τοῦ φανέντος πρῶτον ἐπὶ τὴν λύτρωσιν τῆς ψυχῆς, τῆς θύρας πρῶτον ἀνοιγείσης, ὑπ' ἐκπλήξεως ἄκων καταπέμψας τὴν ἐν αὐτῷ δύναμιν, ἐμόρφωσεν ἑαυτὸν εἰς θήραμα τῆς ψυχῆς, καὶ μίμημα αὐτοῦ ἔπλασεν ἐπὶ τῆς γῆς, τοῦ δυσαποσπάστως ἔχειν ἠνάγκασε τὰς ψυχὰς κατακηλουμένας. Καὶ πλά-*

A ti a bono data esse dicit, ut putat. Sed nec hæc quidem iste inventor blasphemiæ affirmat esse ex toto a contrario Dei vacua et pura, sed esse in his multa a materia, quam vocat, admista, oportereque his ablatis sola relinquere, quæ ad partem boni reputat pertinere.

Sic correctionem sanctarum Scripturarum, ut opinatur, solus aggrediens, et hac potissimum ratione ausus videri Paracletus, plurima quidem tollit, pauca vero Novi Testamenti relinquit, quæ concentum ac concordiam cum cognatis sermonibus desiderant.

Putat quidem omnem blasphemiam eis imposuisse, ut qui illa solum reliquerit, quæ ad illa monB stra quæ fingit, trahi possint: nihilo vero minus etiam hæc ipsius amentiam, et furorem summum coarguunt, ut juvante Deo aperte disputatio, cum in eis versabitur, docebit.

Ostendendum igitur primo est quam dementer in sanctas Scripturas veteres blasphemus est, consentiens hactenus cum se antiquioribus, viris pravis et ab Ecclesia ejectis, impietate vero omnes illos superans. Si igitur sicut gentiles historiis Scripturarum penitus non credunt, sic etiam ille non credens Scripturis, nequaquam aut fortuito facta esse quæ in eis narrantur, diceret, neque nos quidquam contra eum de his disputaremus, nec ipse majorem confutationem per hæc subiret.

C Sed quia veritatem Dei in eis fuisse attestatur, causam vero horum esse ait nequitiam, quæ nihil est, age, doceamus nunc, quomodo magna opera ac magis admiranda nequitiæ quam ipse accusat, attribuit; quippe qui cæca ratione non intelligit admirabiles Dei creatoris universorum gubernationes ac providentias, quæ in historiis feruntur.

Ait igitur ad verbum sive ille, sive alius quispiam ejus discipulus, qui caput inscripsit de prima formatione humana: *Quia cognoverunt magistratus materiæ, quod, si omnino pars luminis quod in eos incidit, omnino auferretur, mors eis adventura esset, machinati sunt descensum animæ in corpora: quæ* D *quidem ne ullo modo rediret, unde descendisset, ipsi curarent; reversa vero, ut non reperiretur digna habitatione supera, utpote fœditate carnis inquinata et polluta.*

Et paulo post: *Quamobrem unusquisque eorum qui sunt magistratus materiæ, sicut diximus prius, propter motum factum, et propter eum qui primum apparuit ad redemptionem animæ, janua primum aperta, præ terrore invitus dimissa virtute suæ in eo erat, formavit seipsum ad venandam animam, et imitationem sui finxit in terra, coegitque animas delinitas, ut difficile ab ea imitatione abstraherentur. Ac primum quidem Adam ab eis formatus, ac*

(49) Ἀσφάλειαν. Aliter legebat interpres.

fictus est instrumentum cupiditatis et esca animarum e cœlo descendentium et machina ad trudendum eas in corpora.

Primum autem considerandum est, quantam sapientiam opinione sua ascribit et attestatur magistratibus materiæ, quam omnino de ignorantia condemnat et vituperat, tanquam machinatis per carnem descensum animæ ad eos, ne privarentur lumine eis admisto, qui rursus redire animam non sinerent; sin vero rediret, indigna superna habitatione tanquam sordibus carnis polluta declararetur, quasi non posset Deus animam a se creatam integre servare, victus machinis magistratuum materiæ. Ac de his quidem adhuc dicere annon est ridiculum?

B Quia vero ait, primum quod magistratus materiæ formaverunt, esse Adam instrumentum cupiditatis, et escam supernarum animarum: didicimus hinc clare eum dicere, esse hominem formatum a materia, quæ minime est, qui materiæ et nequitiæ ubique plus tribuit simulatione accusationis. Nunc autem ipsam dicit hominem fecisse, animal omnium animalium quæ in mundo corporeo sunt, præstantissimum ac maxime regium, utpote ratione præditum et admirabile tum ratione naturæ tum institutis atque exercitationibus. Quæstionem autem ponit de universo mundo, quare factus est?

De homine autem, dum nititur demonstrare, non esse a Deo formatum, movet alias quæstiones dementes: *Quomodo*, inquit, *dedit Deus Adæ mandatum? alterum enim ex duobus necesse est: aut cognoscebat quod transgressurus esset, et sic non solum frustra et inaniter dedit, sed ipse est in culpa et reus peccati illius: aut si dicatur ignorasse, necesse est dicere, Deum ignorantia præditum esse*: ut jam mandatum quidem a nequitia, ut opinatur, datum fuerit ad insidiandum homini, et non ad aliam usum: adjutum vero magnopere fuisse, et liberatum hominem, cum credidit consilio serpentis, quem angelum Dei esse decernit. *Cæcus enim*, inquit, *erat. Cum autem gustasset vetitum, cognovit se esse nudum, et tegumento invento usus est; cognovitque bonum et malum. Sic magnam cepit utilitatem.*

D *Quomodo*, inquit, *Deum decet, ut dicat: « Ecce Adam factus est tanquam unus ex nobis, sciens bonum et malum*[11-16]*. Nunc autem ne forte mittat manum suam, et sumat etiam de ligno vitæ, et comedat, et vivat in æternum? » Si enim poterat recuperare immortalitatem, invidus fuit, qui ex paradiso virum ejecit, et a participatione ligni vitæ exclusit, quo participato semper immortalitatem habere poterat.*

A *σμα αὐτῶν ἐστι πρῶτον ὁ Ἀδὰμ, ὄργανον ἐπιθυμίας καὶ δέλεαρ τῶν ἄνωθεν ψυχῶν καὶ μηχάνημα τοῦ αὐτὰς εἰς σώματα ἐμπίπτειν*

Σκοπητέον μὲν δὴ πρῶτον, ὅσην σοφίαν προσμαρτυρεῖ τοῖς ἄρχουσιν, ὡς οἴεται, τῆς ὕλης, ἣν ἐπ' ἀγνοίᾳ πάντη κακίζει· ὡς, ἵνα μὴ ἀφαιρεθῶσι τοῦ προσμιγέντος αὐτοῖς φωτὸς μεμηχανημένοις διὰ σαρκὸς τὴν εἰς αὐτοὺς κάθοδον τῆς ψυχῆς, ἀναδραμεῖν μὲν αὖθις αὐτὴν οὐκ ἐῶντες· εἰ δὲ καὶ ἀναδράμοι, ἀναξίαν ἀποφαίνεσθαι τῶν ἄνω μεμιασμένην σαρκί· ὡς ἀδύνατον εἶναι πάντη τῷ ἀγαθῷ τὴν παρ' ἑαυτοῦ ψυχὴν ὁλόκληρον διασώσασθαι, ταῖς μηχαναῖς τῶν ἀρχόντων τῆς ὕλης ἡττώμενον. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἔτι καὶ λέγειν πῶς μὴ γέλως ᾖ;

Ἐπεὶ δέ φησιν, ὅτι πλάσμα πρῶτόν ἐστι τῶν ἀρχόντων τῆς ὕλης ὁ Ἀδὰμ, ὄργανον ἐπιθυμίας καὶ δέλεαρ τῶν ἄνωθεν ψυχῶν· τέως μεμαθήκαμεν, ὅτι σαφῶς πεπλάσθαι πρὸς τῆς μὴ οὔσης ὕλης τὸν ἄνθρωπον λέγει, ὁ πανταχοῦ τῇ ὕλῃ καὶ τῇ κακίᾳ τὸ πλέον νέμων προσποιήσει διαβολῆς. Καὶ νῦν δὴ ἄνθρωπον αὐτὴν πεποιηκέναι λέγει, τὸ βασιλικώτατον καὶ ἀρχικώτατον πάντων δὴ τῶν ἐν τῷ σωματικῷ κόσμῳ ζώων, ἅτε δὴ μόνον λογικὸν ὑπάρχον, καὶ θαυμάσιον τῷ τε λογισμῷ τῆς φύσεως καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν. Ἐπαπορεῖ μὲν δὴ καὶ περὶ τοῦ παντὸς κόσμου, τοῦ χάριν ἐγένετο.

Περὶ δὲ ἀνθρώπου δεικνύειν ἐπιχειρῶν, ὡς οὐκ ἔστι πλάσμα Θεοῦ, κινεῖ μὲν ἀνοήτως καὶ ἕτερα. C *Πῶς δὲ καὶ ἐντολὴν ἐδίδου*, φησὶν, *ὁ Θεὸς τῷ Ἀδάμ; δυοῖν καὶ θάτερον, ἢ ἐγίνωσκεν ὡς παραβήσεται, καὶ οὐ μάτην μόνον ἐδίδου, ἀλλὰ καὶ αἴτιος αὐτοῦ· ἢ ἀγνοοῦντα λέγειν, ἀνάγκη τὸν Θεὸν ἀγνοίᾳ περιβεβλῆσθαι*· ὡς τὴν ἐντολὴν δεδόσθαι μὲν, εἰς ἐπιβουλὴν δὲ τοῦ ἀνθρώπου πρὸς τῆς κακίας, ὡς οἴεται, καὶ οὐδενὸς ἑτέρου· ὠφελῆσθαι δὲ τὰ μέγιστα καὶ ἠλευθερῶσθαι τὸν ἄνθρωπον πεισθέντα συμβουλῇ τοῦ ὄφεως, ὃν ἄγγελον εἶναι τοῦ ἀγαθοῦ διορίζεται· *Τυφλὸς μὲν γὰρ ἦν*, φησί· *γευσάμενος δὲ τοῦ ἀπηγορευμένου, εἶδεν ἑαυτὸν, ὅτι γυμνὸς ἦν· καὶ σκέπῃ τῇ εὑρεθείσῃ κατεχρήσατο· καὶ ἔγνω τἀγαθόν τε καὶ τὸ κακόν. Οὕτως μάλιστα ὠφέληται, παραβεβηκὼς* (50) *τὸ πρόσταγμα τοῦ ἐπιβούλως πλάσαντος.*

Πῶς δὲ, φησὶ, *πρέποι Θεῷ λέγειν· « Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν; Καὶ νῦν μήποτε ἐκτείνας τὴν χεῖρα λάβῃ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ φάγῃ, καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. » Εἰ γὰρ ἐνῆν ἀθανασίαν ἀπολαβεῖν, φθονερὸς δὲ ὁ ἐξελαύνων τοῦ παραδείσου τὸν ἄνδρα καὶ ἀποκλείων αὐτῷ τὴν μετουσίαν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, οὗ μετέχων ἐς ἀεὶ τὴν ἀθανασίαν ἔχειν οἷός τε ἦν.*

[11-16] Gen. III, 22.

(50) *Παραβ.* Omisit Interpres hæc verba, quæ Titi argumentum conficiunt: *Cum transgrederetur mandatum Dei, qui ipsum tanta cum sapientia creaverat.* Ridet scilicet Titus Manichæos, qui utilitatem ex peccato fluxisse autumabant. Basn.

LIBER TERTIUS.

CAP. I. *Manichæi Vetus Testamentum calumniantur : Evangelia circumcidunt.*

Ἐξεργασώμεθα δὲ καὶ τὸν περὶ τὸν νόμον μετρίως, εἰς τὸν περὶ τῆς ἀρχῆς κεκινημένοι λόγον· ἀποδέχεσθαι γὰρ νενομίκασι τὸ Εὐαγγέλιον· μέμφεσθαι δὲ ἐσπουδάκασι τῷ νόμῳ καὶ τοῖς προφήταις· καὶ πᾶσαν μὲν διαβεβλήκασι τὴν Παλαιὰν, τιμήσειν δὲ ὑπονενοήκασι τὰ Εὐαγγέλια, σχηματιζόμενοι μᾶλλον τὴν τῶν Εὐαγγελίων τιμήν· ἵνα τὸν σχηματισμὸν δέλεαρ τῶν ἀπατωμένων λάβωσιν. Οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ συντέθεινται τοῖς Εὐαγγελίοις, τιμᾶν ὁμολογοῦσι τὰ Εὐαγγέλια· ἀλλ' ἐπειδὴ τετίμηται τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ, προσποιοῦνται· ἔδει γὰρ αὐτοὺς, εἴγε τὰ Εὐαγγέλια ἐτίμων, μὴ περιτέμνειν τὰ Εὐαγγέλια, μὴ μέρη τῶν Εὐαγγελίων ἐξυφελεῖν, μὴ ἕτερα προσθεῖναι, μήτε λόγῳ μήτε ἰδίᾳ γνώμῃ τὰ Εὐαγγέλια προσγράφειν. Οὐδὲ γλῶσσα ἔχει τὰ Εὐαγγέλια ταῦτα, καὶ ἀναγνώσει παραπέμπουσι· προσγεγραφήκασι γοῦν ὅσα βεβούληνται, καὶ ἐξυφείλαντο ὅσα κεκρίκασι· καὶ λοιπὸν ὀνόματι, καὶ ἐν τούτῳ ψεύδονται, καλοῦσι τὸ Εὐαγγέλιον, τὸ σῶμα τοῦ Εὐαγγελίου μὴ τετηρηκότες σῶμα, ἀλλ' ἕτερον σῶμα γραμμάτων, μέχρι τοῦ ὀνόματος τοῦ Εὐαγγελίου φθάνον, πεποιηκότες ταῖς ἰδίαις βουλήσεσι. Μεῖζον γὰρ τῶν ἄλλων (51) ἠτιμάκασι τὰ Εὐαγγέλια· οἱ μὲν γὰρ οὐ δέχονται, καὶ μὴ δεχόμενοι οὐ διαφθείρουσιν, ἀλλὰ μόνον ἀποσείονται, οὐ μὴν καὶ ἐμβατεύουσι τοῖς γράμμασιν· οἱ δὲ εἰληφέναι δοκοῦντες, ἐνεβάτευσαν, ἐνεχόρευσαν, ἐνεκαπήλευσαν τοῖς γράμμασι· καὶ γοήτων ἔργα καὶ πονηρῶν δεδράκασιν. Ἐκεῖνοι ἠπίστησαν, ψιλῇ τῇ ἀπιστίᾳ κέχρηνται· ἃ μὴ πιστεύουσι, φιλολογῆσαι οὐκ ἠνέσχοντο· οὗτοι, ἐν μέσῳ γενόμενοι, λύειν τὴν ἁρμονίαν ἐπικεχειρήκασι· καταλύειν τὸν ῥυθμὸν τετολμήκασι τεχνασμένοις μαθήμασιν, ὑπόθεσιν ἀπάτης τὸ ὄνομα τοῦ Εὐαγγελίου παρεσκευακότες. Εἰ γὰρ ᾔδεισαν τὸ Εὐαγγέλιον, οὐκ ἠγνόουν τὸν νόμον· εἰ δὲ ἠγνόησαν τὸν νόμον, πῶς τὸν Ἰησοῦν παρεδέξαντο; δίχα γὰρ νόμου Ἰησοῦς οὐ παραλαμβάνεται· ὁ γὰρ τὸ τέλος ποθῶν τὴν ἀρχὴν περιεργάζεται· ὁ δὲ τῆς ἀρχῆς γινόμενος ὑπερόπτης κενοπαθεῖ, κενολογεῖ, πρὸς τέλος ἄφιξιν οὐκ ἔχει.

A Postquam autem de principio breviter disseruimus, pertractemus quæstionem de lege : decreverunt enim amplecti Evangelium ; legem vero et prophetas reprehendere studuerunt. Ac totum quidem Vetus Testamentum calumniati sunt, Evangelia vero honorare se suspicati sunt, honorem potius Evangeliorum simulantes ; ut esset simulatio invitamentum eorum quos deciperent. Nec enim quia assentiuntur Evangeliis, honorare se Evangelia confitentur : quin potius quia honorant nomen Jesu, fingunt honorem Evangeliorum : oportebat autem eos, si quidem Evangelia honorabant, non circumcidere Evangelia ; non demere de Evangeliis, non alia apponere, neque verbis et propria sententia Evangelia ascribere. Nec enim eorum
B lingua hæc Evangelia habet, et eorum lectionem prætermittunt. Ascripserunt itaque quæcunque voluerunt, et detraxerunt quæcunque judicaverunt : et postea nomine appellant Evangelia qui corpus Evangelii non servaverunt, sed potius aliud corpus litterarum, quod usque ad nomen tantum Evangelii pertingit, propria voluntate fecerunt. Plus enim quam gentiles Evangelia inhonoraverunt : illi non recipiunt, et non recipiendo non corrumpunt, sed solum rejiciunt, non tamen calcant litteras : hi vero cum recepisse videbantur, calcaverunt, insultarunt et adulteraverunt litteras ; et quod præstigiatores et improbi faciunt, fecerunt. Illi non crediderunt solum, et quibus non crediderunt, de
C eis a se disseri non patiuntur : hi vero in medium prodeuntes conati sunt concentum solvere ; modulationem doctrinis artificio fabricatis tollere ausi sunt, præparato nomine Evangelii, ut esset fallaciæ causa. Si enim Evangelium cognovissent, legem non ignorassent : quod si legem ignoraverunt, quomodo Jesum receperunt? sine lege enim Christus non recipitur : nam qui finem desiderat, principium investigat : contra vero, qui est principii contemptor, vanus est, vane loquitur, non potest in finem evadere.

CAP. II. *Lex necessaria Christianis.*

Εἰ δὲ *τέλος νόμου Χριστὸς*, ματαιοπονοῦσι, νόμου μὲν φυγάδες ὄντες, Ἰησοῦν δὲ εἰδέναι ἐπαγγελλόμενοι. Εἰ μὴ νόμος λαλήσει, ὁ Κύριος οὐκ ἐπιγινώσκεται· ἡ γὰρ σιωπὴ τοῦ νόμου, ἄγνοια τοῦ κηρυττομένου· ἡ δὲ τοῦ νόμου μάθησις, ἐπίγνωσις τοῦ προκαταγγελλομένου. Εἰ γὰρ Μωϋσέως ἤκουον, ἐπίστευον εἰς τὸν παρεληλυθότα. Ἀμέλει οὐ πιστεύεται ὁ ἐγηγερμένος,

Si autem *finis legis* est *Christus* [16], frustra laborant qui legem fugiunt, et cognitionem Jesu se
D habere profitentur. Nisi lex loquatur, Dominus non agnoscitur : taciturnitas enim legis, ignoratio est prædicati : rursus vero cognitio legis, notitia est prænuntiati. Si enim Moysem audirent, crederent in eum qui venit. Sane quidem neque suscitato

[16] Rom. x, 4.

(51) Ἄλλων. Interpres legebat ἐθνῶν.

creditur, nisi lex fidem faciat audientibus. Et si A quidam dicat : *Mitte Lazarum, ut nuntiet fratribus meis, ne et ipsi veniant in hunc locum tormenti ;* et respondente Abraham : *Habent Moysem et prophetas*, dicat : *Nisi quis ex mortuis resurgat, non credent ;* audiet tamen iste : *Si Moysem et prophetas non audierunt, neque si quis a mortuis resurgat, audient* [17]. O rem miram ! neque si quis a mortuis excitatus nuntium afferat, ei creditur sine lege et prophetis, imo neque Dominus Jesus apostolis apparere voluit transfiguratus, nisi adhibitis lege et prophetis ; et qui potuit testimonium a Patre ferre, non inhonoravit consortionem sanctorum : quin potius cum vellet certissimam fidem in conspectu apostolorum facere, quod in montem eos adducebat, et transfigurabatur, ostendebat Moysem et B Eliam, ut testimonio esset consociatio sanctitatis illorum : et ut is qui Jesum recipit, socios ejus ne dedecoret ; ne si ejus stipatores et ministros parvifaciat, regem ipsum inhonoret.

εἰ μὴ πίστιν ὁ νόμος τοῖς ἀκούουσιν ἐμποιήσει. Κἂν γάρ τις λέγῃ, *Πέμψον Λάζαρον, ἵνα ἀναγγείλῃ τοῖς ἀδελφοῖς μου μὴ ἐλθεῖν εἰς τὴν ὁδὸν τῆς βασάνου ταύτης*· καὶ λέγοντος Ἀβραὰμ, *Ἔχουσι Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας*, εἴπῃ· *Ἐὰν μή τις ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ, οὐ μὴ πιστεύσουσιν*· ἀκούσεται, *Εἰ Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν οὐκ ἤκουσαν, οὐδὲ ἐάν τις ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ, ἀκούσονται.* Βαβαί! οὔτε γὰρ ἡ τοῦ ἐγηγερμένου παραγγελία τῇ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν (52).... ὁ Ἰησοῦς δίχα τῆς συνουσίας αὐτῶν οὐδὲ τοῖς ἀποστόλοις φαίνεσθαι ἠξίωσε· καὶ δυνάμενος ὑπὸ τοῦ Πατρὸς μαρτυρεῖσθαι, οὐκ ἠτίμασε τὴν συνουσίαν τῶν ἁγίων· ἀλλὰ ταῖς ὄψεσι τῶν ἀποστόλων πίστιν ἀκριβεστάτην βουλόμενος παρασχέσθαι, ὡς ἀνῆγεν ἐν τῷ ὄρει καὶ μετεμορφοῦτο, ἐδείκνυε Μωϋσέα καὶ Ἠλίαν, ἵνα ἡ συνουσία τῆς ἁγιότητος γένηται μαρτυρία· καὶ ἵνα ὁ δεχόμενος τὸν Ἰησοῦν τοὺς συνόντας μὴ ἀτιμάσῃ, ἵνα μὴ, τοὺς δορυφόρους καὶ ὑπηρέτας εὐτελίζων, αὐτὸν ἀτιμάζων ᾖ τὸν βασιλέα.

Cap. III. *Legem perfecit Christus.*

Denique tantam curam legis et prophetarum Salvator habuit, ut nihil ex lege non perfecerit ; omnia autem quæ scripta erant, patraverit, clamaretque : *Non veni solvere legem, sed adimplere* [18] ; ingrederetur autem in templum, et turpes inde administrationes domus Dei ejecerit, ut reddens domum puram, re ipsa plenissime persuaderet se suarum ac paternarum rerum procurationem suspicere. Clamat enim : *Domus Patris mei domus orationis vocabitur ; vos autem fecistis eam speluncam latro- C num* [19]. Et quia sunt infinitæ Scripturæ quibus illorum absurda opinio redargui potest ; nos ne prolixe scribentes librum in longum producamus, permittemus aliis uti verborum analogiis : nos autem brevitate usi, ad ea quæ contra Scripturas dicunt, pergemus. Recipientes Evangelium non recipiunt legem, quia non totum et integrum Evangelium recipiunt ; alioqui legem reciperent, si universum Evangelium tenerent : nunc autem primo cauponati Evangelium, consentanee legem non recipiunt. Convincuntur igitur non tenere legem, propter latrocinium in Evangelio. Si autem Evangelio testimonium tribuunt, et legem non honorant, testimonium inhonorant : non jam enim est hoc legem inhonorare, sed potius non credere testanti : ac si unum D quidem Evangelium testaretur, aliud vero taceret, et unius tantum dedecoratio esset ; non tacerent alia Evangelia, quæ dedecorationem unius communem ducerent.

Τοσαύτην γοῦν ἐπιμέλειαν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν πεποίηται ὁ Σωτὴρ, ὡς μηδὲν ἀτελὲς ποιῆσαι τοῦ νόμου· πάντα δὲ ἀνύειν τὰ γεγραμμένα, βοᾷν δὲ, *Οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι*, εἰσιέναι δὲ ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ τὰς ἀτόπους οἰκονομίας ἐξωθεῖν, ἵνα, τὸν οἶκον καθαρὸν ἀποδοὺς, πίστιν ἀκριβεστάτην τῷ πράγματι παράσχῃ, ὡς οἰκείων καὶ πατρῴων ἐπιμελόμενος πραγμάτων. Βοᾷ γάρ· *Ὁ οἶκος τοῦ Πατρός μου οἶκος προσευχῆς κληθήσεται· ὑμεῖς δὲ αὐτὸν πεποιήκατε σπήλαιον λῃστῶν.* Καὶ ἐπειδὴ μυρία ἐστὶ λόγια δυνάμενα δυσωπεῖν τὴν ἄτοπον ἐκείνων δόξαν, ἡμεῖς, ἵνα μὴ λόγοις πλείοσι χρώμενοι εἰς μῆκος ἐξαγάγωμεν τὸν λόγον, τοῖς μὲν ἄλλοις ἐπιτρέψωμεν ταῖς ἀναλογίαις τῶν ῥημάτων χρῆσθαι· ἡμεῖς δὲ, συμμέτρως χρησόμενοι, πρὸς αὐτὰς τὰς ἀντιθέσεις τῶν λογίων χωρήσωμεν. Τὸ Εὐαγγέλιον παραδεχόμενοι, τὸν νόμον οὐ παραδέχονται· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ὁλόκληρον τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον παραδέχονται· ἢ γὰρ ἂν καὶ τὸν νόμον ἐλάμβανον, εἰ ὁλόκληρον τὸ Εὐαγγέλιον ἐδέχοντο· νῦν δὲ πρῶτον τὸ Εὐαγγέλιον καπηλεύσαντες (53), εἰκότως τὸν νόμον οὐ παραδέχονται. Ἐλέγχονται οὖν διὰ τὸ λελῃστευκέναι τὸ Εὐαγγέλιον. Εἰ δὲ τὸ Εὐαγγέλιον μαρτυρεῖ, καὶ οὐ τιμῶσι τὸν νόμον, ἠτιμάκασι τὴν μαρτυρίαν· οὐκέτι γὰρ ἡ ἀτιμία τοῦ νόμου, ἀλλ' ἡ ἀπιστία τοῦ μαρτυροῦντος· καὶ εἰ μὲν ἓν τῶν Εὐαγγελίων ἐμαρτύρει, ἕτερον δὲ ἐσιώπα, καὶ καθ' ἑνὸς μόνον ἐγίγνετο ἡ ἀτιμία· οὐκ ἂν ἐσιώπα τὰ ἄλλα Εὐαγγέλια, κοινὴν ἀτιμίαν τὴν τοῦ ἑνὸς ἀτιμίαν ἡγούμενα.

[17] Luc. XVI, 28-31. [18] Matth. V, 17. [19] Matth. XXI, 13 ; Marc. XI, 17 ; Luc. XIX, 46.

(52) *Τῶν προφ.* Verba desunt aliquot in Græcis ; sed sensum implevit Turrianus optime. Basn.

(53) *Καπηλ.* Illi cauponantur Evangelium, qui in fabulam illud vertunt, et cogitata sua cum gratia miscent. Sic Theodor. II Cor. II, 17, interpretatur *cauponari* verbum. Turr. — In Græco καπηλεύσαντες, vox deducta a mercatoribus qui merces adulterant et prostituunt. Pollux. *Onomast.* Id.

CAP. IV. *Lex et Evangelium de Christo consentiunt.*

Εἰ δὲ Μάρκος λέγει· *Ἀρχὴ τοῦ Εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καθὼς γέγραπται ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ·* ὁ δὲ Ματθαῖος· *Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ·* καὶ ὁ μὲν προπάτορα τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως οἶδε τὸν Ἀβραὰμ, καὶ τιμᾷ τὸν Δαβίδ· ὁ δὲ συνάπτει τὸ Εὐαγγέλιον τῷ νόμῳ· καὶ τοῦ Εὐαγγελίου ἀρχὴν τὸν νόμον νενόηκεν· ἀληθεύει ὁ Σωτὴρ λέγων· *Ὁ ὑμᾶς ἀθετῶν ἐμὲ ἀθετεῖ·* οὐκέτι γὰρ μέχρι τοῦ νόμου ἵσταται ἡ ἀτιμία, ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν ἀναβαίνει τὸν Σωτῆρα. Καὶ οἱ μὲν Ἰουδαῖοι ἀκουέτωσαν· *Εἰ Μωσέως ἠκούετε, ἠκούετε ἂν ἐμοῦ· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν·* οἱ δὲ Μανιχαῖοι ἀκουέτωσαν· *Εἰ τοῦ Εὐαγγελίου ἠκούετε, τοῦ νόμου ἠκούετε· περὶ γὰρ τοῦ νόμου τὸ Εὐαγγέλιον γεγράφηκεν·* ἀλλ' Ἰουδαῖοι μὲν, κάλυμμα λαμβάνοντες, οὐδὲ τὸν νόμον νενοήκασιν, οὐδὲ τὸν καταγγελλόμενον ἐπέγνωσαν· οἱ δὲ αἱρεσιῶται ὀφθαλμοὺς ἔχουσιν οὐ βλέποντας, ὦτα ἔχουσιν οὐκ ἀκούοντα· διὰ τὸ μὴ παρακύψαι εἰς τὰ Εὐαγγέλια, τῷ νόμῳ ἐμαχέσαντο· ἰδοὺ γὰρ ὁ μὲν Ἰωάννης βοᾷ· *Ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλμένος παρὰ Θεοῦ, ὄνομα αὐτῷ Ἰωάννης· οὗτος ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός.* Οἶδε τὸν μάρτυρα, καὶ οἶδε τὸν μαρτυρούμενον· καὶ τὸν μάρτυρα προγράφει· *Ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται μέχρις Ἰωάννου.* Οὐκοῦν ὁ Ἰωάννης μαρτυρεῖ, καὶ ὁ νόμος μάρτυρ, καὶ μαρτυρεῖται ὁ νόμος.

A Si vero Marcus ait : *Principium Evangelii Jesu Christi, sicut scriptum est in Isaia propheta*[20] ; Matthæus autem : *Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham*[21] ; et hic quidem progenitorem Jesu secundum carnem scit esse Abraham, et David honorat; conjungit Evangelium cum lege, et legem cognovit esse principium Evangelii ; fatetur verum Salvator, cum ait : *Qui vos spernit, me spernit*[22], non enim usque in legem evadit dedecus, et ibi residet, sed in ipsum Salvatorem redundat. Ac Judæi quidem audiant : *Si Moysem audiretis, audiretis utique me; de me enim scripsit ille*[23]. Manichæi vero audiant : *Si Evangelium audiretis, et legem audiretis; de lege enim scripsit Evangelium.* Verum Judæi quidem velo oculis adhibito, neque B legem intellexerunt, neque nuntiatum agnoverunt. Hæretici vero oculos habent cæcos, et aures surdas : quia non introspiciunt in Evangelium, legem oppugnaverunt. Joannes enim clamat : *Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes : hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine*[24]. Cognovit testem, et cognovit de quo erat testimonium, et testem præscribit inquiens : *Lex et prophetæ usque ad Joannem*[25]. Joannes igitur testatur, et lex testis est, et testimonium legi perhibetur.

Ὅρα ἡλίκον ἀτόπημα ἡ περὶ τὰς μαρτυρίας ἀπιστία νομίζει. Καὶ τοιαῦτα τούτων φθεγξαμένων, οὐδὲ ὁ Λουκᾶς σιωπᾷ· φησὶ γὰρ τὴν αὐτὴν φωνὴν (54), καὶ συνῳδὰ τοῖς ἄλλοις φθέγγεται, καὶ διηγεῖται, ὅτι ἄρτι μὲν ὁ Γαβριὴλ τῇ Μαρίᾳ φανεὶς ἠφίει οὐράνιον ἀσπασμὸν, λέγων· *Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· ὡς δὲ ἐκείνη ἐπὶ τῷ λόγῳ ἐταράττετο καὶ διελογίζετο ἐν ἑαυτῇ λέγουσα, ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος· ἔλεγε· Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται· καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· καὶ βασιλεύσει εἰς τοὺς αἰῶνας· καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος.* Καὶ τιμᾶται Δαβὶδ, καὶ πατὴρ ὁμολογεῖται Σωτῆρος, καὶ μένει ἡ ἀρχὴ, καὶ παραδίδοται τῷ Κυρίῳ, καὶ τέλος οὐ δέχεται, τῆς ἀρχῆς ἐν τῷ ἀτελευτήτῳ σεμνυνομένης. Καὶ ταῦτα μὲν αἱ τῶν Εὐαγγελίων ἀρχαί· ἔδει γὰρ ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἀρχῶν τὸν λόγον ὑφᾶναι, ἵν' οὕτω, κατόπιν τις βαδίζων τοῦ λόγου, καὶ τὴν ἀκολουθίαν καὶ τὴν ἁρμονίαν τῶν λόγων κατανοῇ ἐξ ὅλων τῶν Εὐαγγελίων.

Vide, non credere testimoniis, quantum absurdi afferat. Atque hi quidem cum talia dixerint, neque C Lucas silet; eadem enim voce usus est, et aliis evangelistis consona loquitur narratque, quod Gabriel quidem apparuit Mariæ, et cœlestem salutationem ei attulit, inquiens : *Ave, gratia plena, Dominus tecum. Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus, et cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei : Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum : ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur : et dabit illi Dominus sedem David patris ejus : et regnabit in domo Jacob in æternum : et regni ejus non erit finis*[26]. Honoratur David, et pater ejus esse conceditur, et stat ac durat principatus ejus, traditurque Domino, et finem non habet, cujus gloria perpetua D est. Atque hæc quidem sunt principia Evangeliorum : oportebat enim, ut ex principiis sermonem texeremus. Post quæ, qui pone gradiatur, consecutionem et concentum sermonum ex universis Evangeliis intelligat.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἡ ἀποστολικὴ διακονία χαρακτῆρα σώζει εὐαγγελικὸν, καὶ ὁ Παῦλος οἶδε, καὶ τὴν δια-

Quia vero etiam apostoli ministri Evangelii stylum evangelicum servant, et Paulus quoque eum

[20] Marc. I, 1. [21] Matth. I, 1. [22] Luc. X, 16. [23] Joan. V, 46. [24] Joan. I, 6, 7. [25] Luc. XVI, 16. [26] Luc. I, 28-33.

(54) *Τὴν αὐτὴν φωνήν.* Eadem voce, patris scilicet, quia David patrem Christi vocavit sicut Matthæus. TURR.

novit, et ministerium passionum suarum in parte A Evangelii metitur [27]; ait enim: *Secundum Evangelium meum per Jesum Christum* [28], nos neque principia Apostoli prætermittemus: quin illa commemoremus ut omnes Scripturas, et principia Scripturarum percurrentes, una eorum voce legem dispensemus. Scribens igitur Hebræis sic ait: *Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem universorum, per quem et sæcula fecit* [29]. Hoc in loco Patrem Filii cognovit, et Patrem Filii cognoscens, non partitur rem, non tacet de antiquis, non ascribit alios prophetas, sed Deum prophetarum, et Patrem Filii. Paulus non partitus est, neque divisit; imo totum prædicat, illum quidem a prophetis adoratum, hunc vero partu editum; atque hujus quidem Patrem, qui illos habuit adoratores, et sibi supplices. Cui enim supplices sunt illi prophetæ, hujus Filius est Christus. Si autem Filium honoras, eos vero qui Patri supplicant, accusas et conviciis insectaris, ore effers quæ vis: succenset Filius; non patitur contumelia Patrem affici. Si enim Pater Filii inhonorationem suam ducit, quanto magis Filius contumeliam Patris vilitatem suam esse reputabit?

κονίαν ἑαυτοῦ τῶν παθημάτων ἐν μέρει Εὐαγγελίου μετρεῖ· φησὶ γάρ· *Κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ*· ἡμεῖς μηδὲ τὰς ἀρχὰς τοῦ Ἀποστόλου παραλείψωμεν, ἀλλὰ κἀκείνων εἰς μνήμην ἔλθωμεν, ἵνα, πάσας τὰς Γραφὰς καὶ ἀρχὰς τῶν Γραφῶν παρελθόντες, τῇ ὁμοφωνίᾳ τοῦ νόμου οἰκονομήσωμεν. Γράφων μὲν τοῖς Ἑβραίοις, οὕτως λέγει· *Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Υἱῷ, ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ ἐποίησε τοὺς αἰῶνας*· ἐνταῦθα Πατέρα οἶδεν Υἱοῦ· καὶ Πατέρα ἐπιστάμενος Υἱοῦ, οὐ μερίζει τὸ πρᾶγμα, οὐ σιωπᾷ περὶ τῶν παλαιῶν, οὐ προφήτας ἑτέρους προσγράφει, ἀλλὰ Θεὸν προφητῶν, καὶ Πατέρα B Υἱοῦ· καὶ ὁ μὲν Παῦλος οὐ μεμέριχεν, οὔτε διεῖλεν, ἀλλ' ἕνα ἢ τὸν αὐτὸν κηρύττει, ὑπ' ἐκείνων μὲν προσκυνηθέντα, τοῦτον δὲ τεκνωθέντα· καὶ τούτου μὲν γεννήτορα, ἐκείνοις δὲ προσκυνηταῖς καὶ οἰκέταις χρησάμενον· οὗ γάρ εἰσιν οἰκέται οἱ προφῆται, τούτου ἐστὶν Υἱὸς ὁ Χριστός. Εἰ δὲ τὸν Υἱὸν τιμᾷς, τοὺς δὲ οἰκέτας διαβάλλεις καὶ λοιδορεῖς, τῷ στόματι φθέγγῃ ἃ βούλει· ὁρᾷς, ὅτι ἀγανακτεῖ ὁ Υἱός· οὐκ ἀνέχεται Πατρὸς ὑβριζομένου. Εἰ γὰρ ὁ Πατὴρ τὴν τοῦ Υἱοῦ ἀτιμίαν ἰδίαν ἀτιμίαν λελόγισται, πόσῳ μᾶλλον ὁ Υἱὸς τὴν τοῦ Πατρὸς ὕβριν ἰδίαν εὐτέλειαν λογιεῖται;

CAP. V. *Variæ hæreses circa legem. Tres hæretici legem vituperant.*

Sed ut sensim pergentes, paulatim ad erubescendum compellamus, sic aggrediemur argumen- C tari: Si Dei est lex, quare legem non tenent? Sin vero legem criminaris, cujus verba ac vox lex est? cujus potestate, quæ scripta sunt, locuta est lex? Hic partitæ sunt hæreses, nec jam uno modo sermocinantes, sed sibi repugnantes: ac Valentiniani quidem sic, Manichæi vero aliter, secus Marcion. Sputa, non verba testimonium sunt contra legem. Valentiniani quidem, Justus, inquiunt, erat Deus legis; et cum justus esset, non erat Pater Filii. Jesus, inquiunt, bonus, bonus autem et Pater; ac Pater quidem bonus; et bonum quod genitum est; Deus vero legis justus. Taliter disserentes non intellexerunt, qualem habitudinem habeat justum ad bonum; neque de eo cogitaverunt, quod si quid justum, est et bonum; et si quid bonum, est et D justum. Cum autem hujusmodi cogitationes concipere non potuerint, hoc solum eos interrogemus: Si justus est Deus legis, et non est Pater Filii, non est justus Jesus: et quomodo justitiam a Filio requirimus? si non est genitus a justo, quomodo judicat? quomodo judicio decernit? quomodo commissum est ei a Patre tribunal? quomodo unicuique reddit secundum opera sua? quomodo verum est quod ait Paulus: *Iis qui secundum patientiam boni operis gloriam et honorem et incorruptionem*

Ἵνα δὲ καί, κατ' ὀλίγον φοιτῶντες, κατὰ βραχὺ δυσωπήσωμεν, οὕτως ἐπιχειρίσωμεν· Εἰ Θεοῦ ὁ νόμος, διατί οὐ παραδέχονται τὸν νόμον; Εἰ δὲ διαβάλλεις τὸν νόμον, τίνος ῥήματα καὶ φωνὴ ὁ νόμος; τίνος δυνάμει τὰ γεγραμμένα παρὰ τοῦ νόμου λελάληται; Ἐνταῦθα γὰρ αἱ αἱρέσεις διαιροῦνται, καὶ οὐκέτι ὅμοια διαλέγονται· ἀλλ' ἑαυταῖς μαχόμενα· καὶ Οὐαλεντινιανοὶ μὲν ὧδε, Μανιχαῖοι ὧδε, ἑτέρωθι δὲ Μαρκίων. Πτύσματα, καὶ οὐ ῥήματα κατὰ τοῦ νόμου μαρτυροῦσι· καὶ Οὐαλεντινιανοὶ μέν, Δίκαιος, φασίν, ἦν ὁ τοῦ νόμου Θεός· καὶ δίκαιος ὤν, οὐ Πατὴρ ἦν τοῦ Υἱοῦ. Ἰησοῦς, φασίν, ἀγαθός· ἀγαθὸς δὲ καὶ ὁ Πατήρ· καὶ ὁ μὲν τοῦ Υἱοῦ Πατὴρ ἀγαθός, καὶ ἀγαθὸν τὸ γεννώμενον, ὁ δὲ τοῦ νόμου δίκαιος· καὶ τοιαῦτα διαλεγόμενοι, οἵαν σχέσιν τὸ δίκαιον πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἔχει οὐ νενοήκασι· καὶ ὅτι, εἴ τι δίκαιον, καὶ ἀγαθόν, καὶ εἴ τι ἀγαθόν, δίκαιον, οὐδ' ἐν φαντασίᾳ εἰλήφασι. Μὴ δυνάμενοι δὲ τοιαύτας φαντασίας ἔχειν, τοῦτο μόνον ἐρωτάσθωσαν· Εἰ δίκαιος ὁ τοῦ νόμου Θεός, καὶ οὐκ ἔστι Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, οὐκ ἔστι δίκαιος ὁ Ἰησοῦς· καὶ πῶς τὴν δικαιοσύνην ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ ἀπαιτοῦμεν; Εἰ οὐ γεγέννηται ἀπὸ τοῦ δικαίου, πῶς κρίνει; πῶς δικάζει; πῶς τὸ βῆμα ἐγκεχείρισται ἀπὸ τοῦ Πατρός; πῶς ἑκάστῳ ἀποδίδωσι πρὸς ἃ ἔπραξε; πῶς ἀληθεύει Παῦλος, λέγων, *Τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ ζητοῦσι ζωὴν αἰώνιον*· (55) ὁ Θεὸς συνερ-

[27] Coloss. I, 24. [28] Rom. II, 16. [29] Hebr. I, 1, 2.

(55) *Ὁ Θεὸς συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν*. In textu Pauli Rom. II, 7-9. non exstant hæc verba: neque ea sane legebat interpres. Quin et importuna huic loco videntur. Apostoli enim verbis præmittenda

γεῖ εἰς τὸ ἀγαθόν· *τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας πειθομένοις* A *τῇ ἀδικίᾳ, ὀργὴ καὶ θυμός· θλίψις καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου, τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακόν*; Λέλυται γὰρ τὰ ῥήματα, εἰ ὁ τοῦ δικαίου ὅρος τῷ Υἱῷ οὐκ ἀποδίδοται. Εἰ δὲ τιμωρία μὲν κατὰ τῶν ἐπταικότων κεῖται, καὶ μέτρον τιμωρίας ἡ τοῦ δικαίου ἐπιστασία γίγνεται· τιμαὶ δὲ καὶ δωρεαὶ τοῖς εὐδοκιμοῦσιν ἀποταμιεύονται· καὶ σταθμίζεται ἡ τιμὴ τῇ τοῦ δικαίου ἐπικρίσει· πῶς διαστέλλονται, καὶ οὐ συστέλλονται τὴν προπέτειαν; Εἰ δὲ ὁ Μονογενὴς μὲν τοιοῦτος, οὐ τοιοῦτος δὲ ὁ Πατήρ· οὐκέτι ὅμοιος ἐξ ὁμοίου γεγέννηται· οὐκέτι εἰκὼν τοῦ γεγεννηκότος· οὐκέτι *χαρακτήρ*· οὐκέτι *ἀπαύγασμα*· οὐκέτι ὁ βλέπων τὸν Υἱὸν βλέπει τὸν Πατέρα, εἴγε μὴ *ὅσα ἔχει ὁ Υἱός, ἔχει ὁ Πατήρ*· καὶ βοᾷ ὁ Σωτὴρ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· *Πάτερ δίκαιε, καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω, ἐγὼ δὲ* B *σε ἔγνων*. Τί πράξωμεν; νῶτα δῶμεν τῷ ῥήματι τοῦ Σωτῆρος; ἀπιστήσομεν; τῷ γεγραμμένῳ; ἢ τὸ μὲν ῥῆμα θαυμάσομεν· τῆς γὰρ ἀληθείας ἐστὶ ῥῆμα. Οὐαλεντίνους δὲ ὡς μεμηνότας καὶ δαιμονιῶντας ἔξω τῶν θεοπρεπῶν καὶ ἱερῶν συνεδρίων στήσωμεν.

A *quærunt, vitam æternam: iis autem qui sunt ex contentione, et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio: tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum* [30]? Soluta enim sunt et evanuerunt hæc verba, si definitio justi non accommodatur et redditur Filio. Si autem iis qui deliquerunt, constitutum est supplicium, et justus qui præest, supplicium metitur; contra vero honores et munera servantur bene meritis, et honor delectu ac dijudicatione justi ponderatur: quomodo non discindunt et comprimunt petulantiam? Si autem talis quidem est Unigenitus, Pater vero non est talis; non jam ex simili similis genitus est: non jam est imago ejus, qui genuit; non *figura*, non *splendor* [31]: non jam B qui videt Filium, videt Patrem, si non *quæcunque habet Filius, habet Pater* [32]: et clamat Salvator in Evangelio: *O Pater juste, mundus te non novit, ego vero te novi* [33]. Quid agemus? terga demus verbo Salvatoris, ne credamus scripto: aut habeamus in admiratione verbum? est enim verbum veritatis. Valentinos vero tanquam insanientes et a dæmone actos extra conventus ac confessus sanctos et Deum decentes collocabimus.

Ἀλλ' ἐπειδὴ ἄτοπόν τι πάσχομεν τὸν κατὰ τῶν αἱρεσιωτῶν μηκύνοντες λόγον, μὴ ταύτης τῆς ὑποθέσεως ἡμᾶς ἑλκούσης, ἀνακαλεσώμεθα τὸν λόγον, καὶ ἐπὶ τὴν ὑποκειμένην ὑπόθεσιν χωρήσωμεν· καὶ ταῦτα τοῦ λυσιτελοῦς ἕνεκεν ἐσκεμμένοι, ἵνα μήτε οὗτος ὁ λόγος πάντη σεσιωπημένος ἡμῖν ὑπάρχῃ· τριχῇ γὰρ ἡ πονηρία διῃρημένη κατὰ τοῦ νόμου ἐφθέγξατο· καὶ τοσαύταις χρησαμένη διαιρέσεσι, τοσούτοις κέχρηται C καὶ τοῖς ὑπηρέταις καὶ προστάταις τῆς βλασφημίας, ᾑρημένη τοὺς ὑπηρετῆσαι δυναμένους· καὶ διὰ Οὐαλεντίνου μὲν σμικρύνειν τὸν νόμον, καὶ χωρίζειν τὸ Εὐαγγέλιον· διὰ δὲ Μαρκίωνος ἐκτρώματός τινος εἶναι τὴν τοῦ νόμου Γραφήν· διὰ δὲ Μανιχαίου, πονηροῦ τινος, ἀφεγγοῦς, ὅλον σκότους· τοιαῦτα γὰρ πράττει· τοιαῦτα ῥημάτια συντίθησι· κενολεκτεῖ διὰ συνθέσεως ῥήματα, καταπλήττων ἀκοὰς ἀγυμνάστους.

Sed quia aliquid indecorum nobis accidit, dum sermonem contra hæreticos longe protrahimus, cum nos negotium susceptum non eo trahat; revocemus sermonem, et ad propositum et institutum pergamus: his hactenus utiliter consideratis, ut sermo de istis non omnino nobis præteritus sit. Tripartita enim nequitia contra legem locuta est, C totidem ministris et præfectis blasphemiæ usa, Valentino quidem ad minuendam et extenuandam legem, et separandum Evangelium; Marcione vero ad tradendum, esse Scripturam legis abortionem quamdam; Manichæo autem ad mentiendum, esse legem cujusdam mali, splendore carentis et ex toto tenebricosi. Talia enim agit, talia verba componit; vana loquitur; aures rudes et inexercitatas compositione verborum in admirationem traducens.

CAP. VI. *An adventus Filii Dei dæmoni cognitus. Angelis incognita Dei consilia.*

Διὸ τοιαῦτα ἐρωτῆσαι δεῖ· Εἰ ὁ πονηρὸς τὸν νόμον ἔγραψεν, ὁ ἀφεγγὴς ἐκεῖνος, καθόλου καὶ διόλου σκότος ὤν, πῶς ᾔδει ἔλευσιν Ἰησοῦ; πῶς ᾔδει ἄφιξιν αὐτοῦ; πῶς, μήπω τῶν πραγμάτων πεπραγμένων, D συνῆκεν ἃ ἐβουλεύσατο ὁ Θεός, καὶ προκατήγγειλε, καὶ προεδήλωσε; Φανεραὶ γὰρ αἱ τοῦ νόμου Γραφαί, ἄνωθεν μαρτυροῦσαι τὴν ἄφιξιν τοῦ Υἱοῦ. Εἰ μὲν γὰρ ἐροῦσιν, Ὁ νόμος οὐκ ἐδήλωσεν, οὔτε προφῆται προεσήμαναν, κατὰ τῶν προφανῶν φθεγγόμενοι ἐλεγχθήσονται· οὐχ ἡμῶν πλεκόντων τὸν ἔλεγχον, ἀλλ' αὐτῶν τῶν Εὐαγγελίων φανερῶς φθεγγομένων, καὶ ἄνω καὶ κάτω βοώντων· πῇ μὲν ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, πῇ δέ· *Οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι*. Εἰ δὲ ἐκ

Quamobrem percontari oportet: Si malus ille sine splendore, et totus et ex toto tenebræ, legem scripsit, quomodo cognovit adventum Filii? quomodo eum D adesse? quomodo ante eventum rerum intellexit quæ Deus consilia ceperat, et prænuntiavit ea, et prædixit? Manifestæ enim sunt Scripturæ legis, quæ a principio adventum Filii testantur. Si enim dicent contra ea quæ in manifesto sunt, loquentes, non prænuntiasse legem, neque prophetas præsignificasse; redarguentur non a nobis nostris confutationibus, sed ab ipsis Evangeliis apertis verbis; cum ubique clamant, nunc quidem, ut impleatur quod dictum est per Isaiam prophetam, nunc vero: *Non veni solvere legem, sed implere* [33]. Si vero ex his convi-

[30] Rom. II, 7-9. [31] Hebr. I, 3. [32] Joan. XVII, 25. [33] Matth. V, 17.

quæ paulo ante auctor dixit: *Quomodo unicuique reddit secundum opera sua? — Iis qui secundum*, etc.

cti consentiunt, quid ad hoc respondebunt? *Si enim nemo novit, quæ sunt hominis, nisi Spiritus Dei* [34]; qui autem legem scripsit, novit quæ erant in Deo, et sciebat quæcunque Deus volebat, et idcirco scripsit accurate et scienter, erat *igitur ex Deo, et Deus et in Deo;* et ideo quæcunque volebat Deus, locutus est, sciens quæ in Deo erant, et non ignorans. Si autem nemo cor nostrum novit, sed solus novit qui id fecit, et latet cor nostrum alios, non potest tamen latere Deum. Quæ autem volebat Deus, non ignorabat nequitia, sed sciebat; et hic quidem volebat, illa vero cognoscebat: quomodo non tribuunt nequitiæ magnam amplitudinem, quam non potuit celare Deus de consiliis et voluntate sua? quomodo non detrahunt Deo, qui non potuit celare nequitiam? Ac ridemus quidem viros, qui cum aliquid contra hostes moliuntur et machinantur, consilium excogitatum in apertum efferunt.

Qui talia loquuntur, et hujusmodi sermonem serunt, non vident facere se, ut ludibrio sit Deus; qui cum militet tanquam dux exercitus adversus nequitiam, consilia sua non occulte servaverit, ne nequitiæ patefierent. Quod si divinæ et angelicæ potestates non possunt intelligere, quid consilii capiat Pater, solusque Filius intelligit, et enarrat: *Deum nemo vidit unquam: unigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarravit* [35]: quomodo malæ potestates ea quæ in Deo erant, cognoverunt, cum neque divinæ potestates hæc scire possint, nisi ea tradente et enarrante Unigenito discant? Quod autem ipsa lex omnia quæ ad adventum ejus pertinent, prius narret: *Ecce*, inquit, *Virgo in utero habebit, et pariet Filium* [36]. Alius propheta non ignorat locum: *Et tu Bethleem, terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda* [37]. Alius locum definit, ubi positus: *Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui* [38]. Alius fugam in Ægyptum, et reditum ex Ægypto: *Ex Ægypto vocavi Filium meum* [39]. Alius habitationem in ætate puerili: *Terra Zabulon et terra Nephthalim, viam maris ultra Jordanem: populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam* [40]. Alius etiam Præcursorem non ignorat: *Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus* [41]. Denique si quis vellet prophetias ex lege colligere, totum Evangelium componere videretur conscribendis rebus in eo gestis propheticis verbis, narrans studiose, et φιλολόγος non sine spiritu ejus disciplinas, ejus doctrinas, ejus baptisma, ejus miracula, judicium factum, proditionem Judæ, quæ in patibulo facta, fel, acetum in siti porrectum, ipsam sepulturam et monumentum, descensum ad inferos, ipsam resurrectionem, et ad extremum assumptionem. Tunc enim, quod superest, clamabit: *Tollite portas, principes, vestras*, et

A τούτου σαφῶς ἐλεγχόμενοι συντίθενται, τί ἀποκρινοῦνται; *Εἰ γὰρ οὐδεὶς οἶδε τὰ τοῦ Θεοῦ, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ*, ὁ δὲ νόμον γράφων ᾔδει τὰ ἐν τῷ Θεῷ, καὶ ἠπίστατο ὅσα ἐβούλετο ὁ Θεὸς, καὶ διὰ τοῦτο γεγράφηκεν ἐξ ἐπιστασίας καὶ ἐπιστήμης ὁ γράφων· *ἄρα Θεοῦ* ἦν, *καὶ Θεὸς* ἦν, *καὶ ἐν τῷ Θεῷ* ἦν· καὶ διὰ τοῦτο ὅσα ἐβούλετο ὁ Θεὸς λελάληκε, νοῶν τὰ ἐν τῷ Θεῷ, καὶ οὐκ ἀγνοῶν. Εἰ δὲ τὴν ἡμετέραν καρδίαν οἶδεν οὐδεὶς, μόνος δὲ οἶδεν ὁ Ποιητής· καὶ λανθάνει μὲν ἡμετέρα καρδία τοὺς ἄλλους, οὐ δύναται δὲ λανθάνειν τὸν Θεόν· ἃ δὲ ἐβούλετο ὁ Θεὸς, οὐκ ἠγνόει ἡ πονηρία, ἀλλ' ᾔδει· καὶ οὗτος μὲν (56) ἐβουλεύετο, ἐκείνη δὲ ᾔδει· πῶς οὐ μέγα μέγεθος διδόασι τῇ πονηρίᾳ, δυναμένῃ μηδὲ τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ ἀπόκρυφον ἔχειν; πῶς δὲ οὐ διαβάλλουσι τὸν Θεὸν, μὴ B δυνάμενον μήτε πονηρίαν κρύπτειν; Καὶ γελῶμεν μὲν τοὺς ἄνδρας, ὅτε τι πράττοντες κατὰ τῶν πολεμίων, εὐφώρατον ποιοῦσι τὸ σκέμμα.

Τοιοῦτον δὲ πλέκοντες λόγον, οὐχ ὁρῶσιν, ὅτι χλεύην κατὰ τοῦ Θεοῦ σκευάζουσιν· ὅτι στρατηγῶν κατὰ τῆς πονηρίας ὁ Θεὸς, τὰ σκέμματα τὰ ἴδια ἀφανῆ οὐ τετήρηκεν· ἀλλ' εἶχεν αὐτὰ εὐφώρατα τῇ πονηρίᾳ γινόμενα. Εἰ δὲ καὶ αἱ θεῖαι δυνάμεις καὶ ἀγγελικαὶ οὐ δύνανται νοῆσαι τί βουλεύεται ὁ Πατὴρ, μόνου νοοῦντος καὶ ἐξηγουμένου τοῦ Υἱοῦ· *Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο·* πῶς αἱ πονηραὶ δυνάμεις ᾔδεισαν τὰ ἐν τῷ Θεῷ; οὐδὲ τῶν θείων δυνάμεων ταῦτα δυναμένων εἰδέναι, εἰ μὴ πα- C ράδοσις μαθημάτων ἐκ τῆς τοῦ Μονογενοῦς ἐξηγήσεως παραδοθῇ; Ὅτι δὲ αὐτὸς ὁ νόμος πάντα τὰ τῆς ἀφίξεως αὐτοῦ προλαβὼν διηγεῖται· *Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται Υἱόν·* ἕτερος δὲ προφήτης τὸν τόπον οὐκ ἀγνοεῖ· *Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα·* ἕτερος καὶ τὸν ὅρον τῆς θέσεως· *Ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ·* ἕτερος δὲ καὶ τὴν εἰς Αἴγυπτον φυγὴν καὶ τὴν ἀπ' Αἰγύπτου ἐπάνοδον· *Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν Υἱόν μου·* ἄλλος τὴν οἴκησιν τὴν ἐν τῇ νέᾳ ἡλικίᾳ αὐτῷ γενηθεῖσαν· *Γῆ Ζαβουλὼν, γῆ Νεφθαλεὶμ, ὁδὸν θαλάσσης πέραν τοῦ Ἰορδάνου· ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει φῶς εἶδε μέγα·* ἕτερος δὲ καὶ τὸν Πρόδρομον οὐκ ἀγνοεῖ· *Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ* D *ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου· εὐθείας ποιεῖτε τοὺς τρίβους αὐτοῦ.* Καὶ ὅλως εἰ βουληθείη τις, ἀναλεγόμενος τὰς ἐκ τοῦ νόμου προφητείας, ὅλον τὸ Εὐαγγέλιον συνθεῖναι, τὰ ὧδε πεπραγμένα ῥήμασι προφητικοῖς συγγράφων, φανήσεται φιλομαθής τις καὶ φιλολόγος, μὴ δίχα πνεύματος ἐξηγούμενος παιδεύματα αὐτοῦ, διδασκαλίας αὐτοῦ, βάπτισμα αὐτοῦ, σημείων ἐπιτελέσεις, τὸ γεγονὸς κρῖμα, τὴν προδοσίαν τοῦ Ἰούδα, τὴν ἐπὶ τοῦ ἰκρίου οἰκονομίαν, τὴν χολὴν καὶ τὸ ὄξος τὸ ἐν δίψῃ δεδομένον αὐτῷ, τὴν ταφὴν αὐτὴν καὶ τὸ μνημεῖον, τὴν οἰκονομίαν τὴν ἐν

[34] Rom. II, 11. [35] Joan. I, 18. [36] Isa. VII, 14. [37] Mich. V, 2. [38] Isa. I, 3. [39] Ose. XI, 1. [40] Isa. IX, 1, 2. [41] Isa. XL, 3.

(56) Ἐβουλεύετο. Interpres legisse videtur ἐβούλετο.

τῷ ᾅδῃ, τὴν ἔγερσιν αὐτὴν, τὸ τελευταῖον καὶ τὴν A ἀνάληψιν· τότε γὰρ λοιπὸν καὶ βοήσεται· *Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης·* τότε τοῦτο προσθήσει καὶ τὸ γεγραμμένον παρὰ τοῦ Δαβίδ· *Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.* Εἰ οὖν ὁ νόμος οὕτως ἠκρίβωσε τὴν ἄφιξιν τοῦ Υἱοῦ καὶ μακρόθεν προήγγειλεν, οὐκέτι διαβάλλεται, οὐκέτι ἄλλῳ προσγράφεται. Ὁ γεννήσας προελάλησεν· ὁ βουλευσάμενος λόγῳ προέλαβε τὰ πράγματα· Θεὸς ἐγέννησε· Θεὸς λέγει· *Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.* Θεὸς ἀπέστειλε· Θεὸς διὰ Μωσέως ἐλάλησε· *Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν· αὐτοῦ ἀκούσεσθε πάντα, ὅσα ἐὰν λαλήσῃ ὑμῖν.* B Ὁ Θεὸς ἐβουλεύσατο, καὶ ὁ βουλευσάμενος οὐκ ἐσιώπησε· τὴν βουλὴν προεμήνυσε, πίστιν ἐμποιῶν διὰ τῶν προμηνυθέντων· *Καλεῖται,* φησὶ γὰρ, *τὸ ὄνομα αὐτοῦ Μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς, σύμβουλος, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος.* Καὶ τοιοῦτος μὲν ὁ τοιοῦτος ἔλεγχος.

elevamini, portæ æternales, et introibit rex gloriæ [42]; tunc adjunget hoc, quod a David scriptum est: *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* [43]. Si igitur lex adeo diligenter adventum Filii descripsit, et longinquo tempore antequam res evenirent, eas prænuntiavit, non jam accusatur, non jam alteri ascribitur. Qui genuit, prædixit. Qui deliberavit, res dicto anticipavit. Deus genuit. Deus dicit: *Filius meus es tu, ego hodie genui te* [44]. Deus misit me. Deus per Moysem locutus est: *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus ex fratribus vestris; ipsum audietis, quæcunque loquetur vobis* [45]. De iis ipsis omnibus Deus deliberavit; et cum deliberasset, non tacuit; consilium ac deliberationem prænuntiavit, per prænuntiata fidem faciens: *Vocatur*, inquit, *nomen ejus, Magni consilii angelus, admirabilis, consiliarius, princeps pacis, pater futuri sæculi* [46]. Atque hæc quidem confutatio sic habet.

Cap. VII. *Lex bona jubet*

Ἐπειδὴ δὲ τῷ πονηρῷ προσγράφουσι τὸν νόμον, τί φήσουσιν ἐάν τις αὐτῶν πεύσηται, εἰ ὁ πονηρὸς πονηρὰ παραινεῖ, καὶ οὐ δύναται μὴ παραινεῖν πονηρὰ, εἴποτε καὶ καλὰ παραινέσει, καὶ ἀγαθὰ συμβουλεύσει; Εἰ μὲν γὰρ ἐροῦσιν, ὅτι πέφυκε καλὰ παραινεῖν, καὶ ἀγαθὰ συμβουλεύειν, λύουσι πάλιν τὸν ἑαυτῶν ὅρον· οὐκέτι γὰρ πονηρὸς ὁ μὴ πονηρὰ παραινῶν· οὐκέτι πονηρὸς ὁ ἀγαθὰ συμβουλεύων. C Εἰ δὲ οὐδεμία προαίρεσις ἀγαθὴ ἀπὸ πονηροῦ προσέρχεται, ποίας τάξεως ἐροῦσιν ἐκείνας τὰς παραινέσεις· *Οὐ πορνεύσεις· οὐ μοιχεύσεις· οὐ κλέψεις· οὐ ψευδομαρτυρήσεις;* Ποίας τάξεως ἐροῦσιν ἐκεῖνο τὸ γεγραμμένον· *Οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλα, οὐ παντὸς ὁμοίωμα, οὔτε ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ, οὔτε ὅσα ἐν τῇ γῇ, οὔτε ὅσα ἐν τοῖς ὕδασι;* Ποίας μερίδος φήσουσι τὰ προστάγματα· *Οὐκ ἐπιθυμήσεις τοῦ βοὸς τοῦ ἀδελφοῦ σου, ἢ τοῦ ὑποζυγίου, ἢ τῆς γυναικὸς, ἢ παντὸς κτήνους;* Εἰ μὲν γὰρ σεμνὰ καὶ θεῖα καὶ ἐράσμια τὰ τοιαῦτα φήσουσιν, ἐντραπήσονται ὑπὸ τῶν παραινέσεων τὸ μέγεθος τοῦ συμβεβουλευκότος ἠγνοηκότες· εἰ δὲ φαῦλα αὐτὰ ἐροῦσι καὶ διαβεβλημένα, καὶ φαῦλόν ἐστι τὸ μὴ πορνεύειν, καὶ φαῦλόν ἐστι τὸ μὴ ἐπιθυμεῖν ἀλλοτρίων, καὶ τοιαῦτά ἐστι τὰ φαῦλα· D σκόπει οἷα νοήσουσιν ἀγαθά· σκόπει, ὅτι προαγωγοί εἰσι τῶν ἡδονῶν, καὶ πρόξενοι τῶν εἰδώλων, καὶ αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας εὑρεταί· οἱ γὰρ τὸν νόμον διαβάλλοντες ὑπὲρ ἀνομίας πρεσβεύουσιν.

Οἱ τὸν νόμον τὸν τὰς ἡδονὰς ἀναιροῦντα, τὸν τὴν ἀπάτην καταλύοντα, τὸν δεισιδαιμονίαν καταργοῦντα ἐξοστρακίζοντες, τί ἕτερον, ἢ εἰσοικίζουσι τὰς ἡδονὰς καὶ εἰσφέρουσι τὰς ἐπιθυμίας; Ἵνα ἡ ἡδονὴ ἀνέ-

Quia vero legem attribuunt malo, quid dicturi sunt, si quis eos percontetur, si malus mala suadet; et non potest non suadere mala; si quandoque bona suadebit, etiam bona consilia dabit? Si enim dicant, aptum esse natura ad suadendum bona, ad dandum bona consilia, rursus definitionem suam solvunt. Non enim jam malus est, qui bona dat consilia. Sin autem nulla bona voluntas ac deliberatio a malo proficiscitur, cujus ordinis dicent esse illas suasiones ac monitiones: *Non fornicaberis; non adulterabis; non furtum facies; non falsum testimonium dices* [47]. Cujus ordinis dicent esse illud, quod scriptum est: *Non facies tibi idola, nec ullius similitudinem, neque quæcunque in cœlo, neque quæcunque in terra, neque quæcunque in aquis* [48]? Cujus partis esse illa dicturi sunt: *Non concupisces bovem fratris tui, aut subjugale, aut uxorem, aut omne jumentum* [49]? Si enim hæc honesta et divina atque amabilia esse dixerint, ipsæ monitiones efficient, ut se ipsi erubescant, qui amplitudinem ejus qui monuit, ignoraverunt. Sin vero dixerint prava esse hæc et in crimine, et pravum est non scortari, et pravum ac vitiosum est non concupiscere aliena, et hujusmodi sunt, quæ mala sunt, adverte, qualia bona esse intelligunt; et quomodo prostitutores sunt voluptatum, et conciliatores idolorum, ac turpium cupiditatum inventores. Qui enim legem accusant, pro vitio a lege alieno obeunt legationem.

Qui legem, quæ voluptates tollit, quæ fallaciam evertit, quæ superstitionem exstinguit, relegant, quid aliud faciunt quam voluptates domum introducunt, et cupiditates accersunt? Ut autem volu-

[42] Psal. xxiii, 7. [43] Psal. cix, 1. [44] Psal. ii, 7. [45] Deut. xviii, 15, 18. [46] Isa. ix, 6. [47] Exod. xx, 14-16. [48] ibid. 4. [49] ibid. 17.

ptas licenter in mentes irrumpat, legem ex habitationibus ejecerunt, ne lege usi, a lege pudore afficerentur. Sed quomodo lege ejecta aures suas venales præbent cupiditatibus, apparet lex esse interfectrix nequitiæ : hi autem indocte et inerudite aggressi sunt accusare legem : ac lex quidem nequitiam odit, hi vero legem oderunt. Evertit quidem superstitionem lex, hi vero audent legem evertere. Opponamus igitur res. Si lex nequitiæ contraria est, hi autem legem oppugnant, succensent propter nequitiam, quia lex nequitiam criminatur : etenim quia non patiuntur ut accusetur nequitia, idcirco legem ipsi accusaverunt, ut accusatio nequitiæ nullas vires haberet, lege in crimen vocata. Si lex idola tollit, et multitudinem deorum solvit, hi autem tela in legem torserunt : consentaneum erat, ut multitudinem deorum denuntiarent. Ut igitur multitudo deorum confirmaretur, legis præceptum apud eos vetitum est, quod ait : *Audi, Israel, Dominus Deus tuus Dominus unus est*; et, *Diliges Dominum Deum tuum* [80]; et, *Ne forte aspiciens in cœlum, et videns solem, et lunam, et stellas, adores ea* [81]. Contra hæc verba tela jecerunt; contra hæc præcepta exasperati linguam tanquam gladium acuerunt : idcirco a dæmonibus aguntur, et omnia venerantur, nec aliud sciunt quam omnia adorare : ac semper se humi sternunt, et mentem habent elatam, errantque ac vagantur sensu animi : omnia pro sua licentia verterunt in deos : vicerunt gentiles et multitudine, et vanitate, gentiles ex gentilibus oriundi, et magnitudine flagitii gentilium ignorantias illorum superantes.

A δην εἰσβάλλῃ ἐν ταῖς διανοίαις, τὸν νόμον ἐκ τῶν οἰκήσεων ἤλασαν, ἵνα μὴ νόμῳ χρησάμενοι ὑπὸ νόμου ἐντραπῶσιν. Ἀλλὰ πῶς τὸν νόμον ἀποσεισάμενοι ἀναπεπταμένας ἑαυτῶν τὰς ἀκοὰς παράσχωνται ταῖς ἐπιθυμίαις· φαίνεται δὲ ὁ νόμος κακίας ἀναιρέτης· οὗτοι δὲ ἀμαθῶς καὶ ἀπαιδεύτως διαβάλλειν τὸν νόμον ἐπικεχειρήκασιν· καὶ ὁ μὲν νόμος κακίαν μισεῖ, οὗτοι δὲ νόμον μισοῦσι· καὶ καταλύει μὲν τὴν δεισιδαιμονίαν ὁ νόμος· οὗτοι δὲ λύειν τὸν νόμον τολμῶσιν. Ἀντιθῶμεν οὖν τὰ πράγματα. Εἰ ὁ νόμος κακίᾳ ἀντίκειται, οὗτοι δὲ νόμῳ μάχονται, ἀγανακτοῦσι διὰ κακίαν, ὅτι ὁ νόμος κακίαν διαβάλλει· μὴ φέροντες B γὰρ τὴν τῆς κακίας διαβολὴν, τὸν νόμον διαβεβλήκασιν, ἵνα ἡ κατὰ τῆς κακίας διαβολὴ μὴ ἰσχύσῃ, τοῦ νόμου διαβεβλημένου. Εἰ ὁ νόμος τὰ εἴδωλα ἀναιρεῖ, καὶ τὴν πολυθεΐαν καταλύει, οὗτοι δὲ ὅπλα κατὰ τοῦ νόμου κεκινήκασιν· εἰκότως πολυθεΐαν κατήγγειλαν· ἵνα γὰρ ὁ τῆς πολυθεΐας ἰσχύσῃ λόγος, τὸ τοῦ νόμου παρ' αὐτοῖς κεκώλυται παράγγελμα τὸ λέγον· *Ἄκουε, Ἰσραὴλ, Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστι*· καὶ, *Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου*· καὶ, *Μὴ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἰδὼν τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, προσκυνήσῃς αὐτοῖς*. Πρὸς ταῦτα τὰ ῥήματα ὅπλα κεκινήκασι· πρὸς ταῦτα τὰ παραγγέλματα τραχυνθέντες, ὡς μάχαιραν τὴν γλῶσσαν ἠκόνησαν· διὰ τοῦτο δαιμονῶσι, καὶ πάντα τιμῶσι, καὶ οὐδὲν ἴσασιν, εἰ μὴ πάντα προσκυνεῖν· C καὶ ἀεὶ πίπτουσι χαμαὶ καὶ γνώμην ἔχουσιν ἐπηρμένην· καὶ πλανῶνται καὶ ῥέμβονται τῇ διανοίᾳ· πάντα τεθεοποιήκασιν ἐπ' ἐξουσίας· καὶ τὴν πλάνην ἐσχήκασι (57)· νενικήκασι τοὺς Ἕλληνας τῷ πλήθει, καὶ τῇ κενότητι Ἕλληνες Ἑλλήνων γεγονότες, καὶ τῷ μεγέθει τῆς αὐτῶν ἀτοπίας τὰς ἐκείνων ἀμβλύνοντες ἀγνοίας.

CAP. VIII. *Nihil flagitiosum in lege.*

Ne quis autem arte fallacissima studiose et accurate usus dicat, Simulavit lex, et quædam pulchra furata, tanquam sua protulit, cum vellet sua flagitia honestare, et partes honestatis inseruit studio obtegendi turpitudinem aliarum partium : age, excutiamus primo, utrum aliquid absurdum et flagitiosum apud legem appareat, atque ita flagitium istorum redarguatur. Secundo, si quasdam partes vitii ulciscendo dissipavit, reddens eos qui credebant, liberos ab omni parte vitii; non jam lex simulata apparebit, quin potius inimica et hostis vitii et nequitiæ. Tertio, si quædam honesta circumseminavit, et non omnem speciem virtutis cum littera legis conjunxit, ut quædam videatur scripsisse, plura vero reliquisse; habeat vim aliquam refutatio legis. Sin vero universa quæ honesta et decora sunt, omnino in litteris legis posita sunt : admiremur legem, et Dei legem confiteamur, dicamusque sermonem Dei esse; in hos

A γέγονεν· οὐ γὰρ ἡ τῶν ἀνθρώπων ἀναίρεσις ἐζητεῖτο, ἀλλ' ἡ τῶν τρόπων μεταβολὴ ἠρευνᾶτο. Καὶ ἐπειδὴ γέγονε τὸ ζητηθὲν, καὶ μετεβλήθησαν οἱ ἄνδρες, ἐφάνη τοῦ φιλανθρώπου ἡ δωρεά· ἐβόησε συνηγορῶν ὁ δικάζων· εἶπε τῷ ἑαυτοῦ οἰκέτῃ· *Εἰ σὺ ἐφείσω ὑπὲρ τῆς κολοκύνθης ὑπὲρ ἧς οὐκ ἐκακοπάθησας, ἣ ὑπὸ νύκτα ἐγένετο καὶ ὑπὸ νύκτα ἀπώλετο· ἐγὼ δὲ οὐ φείσομαι ὑπὲρ Νινευὶ τῆς πόλεως τῆς μεγάλης, ἐν ᾗ κατοικοῦσι πλείους ἢ δώδεκα μυριάδες ἀνδρῶν καὶ κτήνη πολλά;* Καὶ φειδοὺς ἦν Θεὸς, καὶ φανερὸς ἦν ὁ φθεγγόμενος· ὁ νῦν μὲν ταῦτα εἰρηκὼς, ἐν δὲ ἑτέρῳ προφήτῃ βεβοηκώς· *Οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν·* ὁ ὑπὸ τῶν ἐπισταμένων ὑμνεῖν δοξολογούμενος οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων ὁ Κύριος, μακρόθυμος καὶ πολυέλεος· B τηλικοῦτον γὰρ πέλαγός ἐστιν οἰκτιρμῶν παρὰ τῷ Θεῷ, ὡς καὶ τὴν ἐλαχίστην καὶ βραχυτάτην, καὶ τῶν πάνυ φαυλοτάτων πρὸς μετάνοιαν ῥοπὴν, μὴ ἀτίμητον ἐᾶσαι. Σχεδὸν γὰρ εἰς πέρας κακίας ἐληλακότος τοῦ Ἀχαὰβ, καὶ ὀλίγως πως κατανυγέντος, τετίμηκεν ὁ Θεὸς, καὶ ἔδειξε τῷ οἰκέτῃ τὸ πρᾶγμα, καὶ συνέστειλε τὴν ἀπειλὴν, χρόνον τῆς ἐπιτιμίας μεταξὺ καταλιμπάνων· *Εἶδες*, φησὶ, *πῶς κατενύγη Ἀχαάβ; οὐ μὴ ἐπάξω τὰ κακὰ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ, ἀλλ' ἐν ἡμέραις ἄλλαις·* ἵνα καὶ τὴν ἐλαχίστην ῥανίδα τῆς μετανοίας τιμήσῃ τῇ πρεπούσῃ τιμῇ ὁ Θεός.

Sed hæc hactenus, ne disputatio de lege omnino præteriretur non tractata et excussa. Hoc solum addemus, fuisse legem umbram futurorum bonorum; pædagogum vero adjuvare puerum et ætatem pueritiæ, quousque magister suscepta grandiore ejus habitudine, majoribus disciplinis eum tradat: commodius enim et aptius hoc principio tanquam fundamento jacto, poterit quis confirmare, quomodo *lex per Moysem data, gratia vero et veritas a Christo facta sit* [98].

C Καὶ ταῦτα μὲν μέχρι τούτου προειρηκότες κατελέξαμεν, ἵνα καὶ ὁ περὶ νόμου λόγος μὴ παντελῶς ἀγύμναστος καταλελειμμένος ὑπάρχῃ· μόνον τοῦτο προσγεγραφηκότες, ὅτι σκιὰ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν· καὶ γὰρ παιδαγωγὸς συμπράττει τῷ παιδὶ καὶ τῇ νέᾳ ἡλικίᾳ, μέχρις οὗ ὁ διδάσκαλος τὴν ἕξιν παραλαβὼν τοῖς μαθήμασι τοῖς μείζοσι παραδῷ· καιριώτερον γάρ τις δυνήσεται, ταύτην ἰδίαν ὑπόθεσιν θέμενος, κατασκευάσαι πῶς μὲν *διὰ Μωσέως ὁ νόμος, ἀπὸ δὲ Κυρίου ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια ἐγένετο.*

Cap. XVI. *Creatio a diabolo secundum Manichæos.*

Nos autem alias argumentationes abortionis istius attingamus, proposita alia hujus opinione in Scripturis absona et absurda; ut ea excussa et evoluta, quoad fieri potest, mentes illaqueatas ex opinione amente eripere possimus. Porrexit enim se usque ad fabricam mundi; et hoc quod cernitur creatum, a diabolo creatum esse vult; esseque hominem a diabolo formatum; atque animam quidem a Deo, esse tamen corpori a diabolo aptatam, et factum hominem; qui substantiam quidem corporis ex substantia diaboli acceperit, substantiam vero animæ tanquam spolium et exuvias ex Deo sumpserit: ut anima quidem sumpta sit ex Deo, traxerit vero de Deo spolium diabolus: atque ita ex substantia diaboli et spolio Deo detracto fabricatum esse hominem, ex corpore et anima

D Ἡμεῖς δὲ καὶ τῶν ἑτέρων ἐπιχειρήσεων τοῦ ἐκτρώματος ἐφαψώμεθα, τὴν ἄλλην ἄτοπον αὐτοῦ δόξαν ἐν τοῖς λογίοις παρατιθέντες, καὶ ταῖς ἐξετάσεσι γυμνοῦντες, ὅπως, εἴ γε οἷόν τέ ἐστι, τὰς αἱρεθείσας διανοίας τῆς ἀλόγου δόξης ἐξυφαιρῆσαι δυνηθῶμεν. Ἐξέτεινε γὰρ ἑαυτὸν καὶ μέχρι τοῦ δημιουργήματος· καὶ τοῦτο τὸ φαινόμενον ποίημα τοῦ ἀπατεῶνος εἶναι ποίημα βούλεται· καὶ εἶναι τὸν ἄνθρωπον πλάσμα τοῦ πονηροῦ· καὶ εἶναι μὲν τὴν ψυχὴν ἀπὸ Θεοῦ, εἶναι δὲ παρὰ τοῦ πονηροῦ ἡρμοσμένην· καὶ γεγονέναι τὸν ἄνθρωπον, τὴν μὲν οὐσίαν τοῦ σώματος ἀπὸ τῆς οὐσίας εἰληφότα τοῦ πονηροῦ, τὴν δὲ οὐσίαν τῆς ψυχῆς, ὡς σκῦλον ἢ λάφυρον ἀπὸ Θεοῦ ληφθεῖσαν, ὑπὸ δὲ τοῦ πονηροῦ λαφυραγωγηθεῖσαν· οὕτως ἔκ τε τῆς λαφυραγωγηθείσης καὶ τῆς οὐσίας τοῦ πονηροῦ γεγονέναι τὸν ἄνθρωπον, ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος·

[95] Jon. iv, 10, 11. [96] Ezech. xxxiii, 11. [97] III Reg. xxi, 29. [98] Joan. i, 17.

καὶ τῆς μὲν ψυχῆς μὴ αἴτιον εἶναι τὸν πονηρὸν, μήτε πεποιηκέναι οὐσίαν ψυχῆς, τῆς δὲ εἰς κρίσεως μόνης τῆς ἐν σώματι ἐνεργὸν εἶναι· σκυλεύσας γὰρ, ὥς φασιν, εἰσέκρινε τῇ σαρκί· τὴν δὲ σάρκα αὐτὴν, καὶ τὴν πλάσιν αὐτῆν, καὶ τὸν χαρακτῆρα, καὶ τὴν τοιαυτήνδε μορφὴν, καὶ τὴν οὐσίαν ὅλην, ἔργον εἶναι καὶ πλάσιν τοῦ ἀπατεῶνος. Ἐξ ἐναντίων γοῦν γεγονέναι τὸν ἄνθρωπον ὁμολογοῦντες, οὐδὲ τὸν τῶν ἐναντίων ἴσασι λόγον· οὐδὲ ὅτι ἔστι τινὰ τῶν ἐναντίων, ἅτινα ἀμιγῆ ἐστιν ἐν αὐτοῖς, μηδεμίαν πρὸς ἑαυτὰ μίξιν καὶ κοινωνίαν δέξασθαι δυνάμενα, ἀλλὰ τῇ νομιζομένῃ κοινωνίᾳ ἀναιρέσεως ἑαυτῶν ὄντα αἰτία, μὴ δυνάμενα ὁμοῦ εἶναι· ἀλλὰ τοῦ ἑτέρου ἀναιρουμένου, διὰ τὴν τοῦ ἑτέρου ἐπικράτησιν.

A constantem : atque animæ quidem non esse auctorem diabolum, neque substantiam ejus fecisse, sed solius ingressus animæ in corpus effectorem esse; detractam enim tanquam spolium, ut ipsi aiunt, In carnem immisit; carnem vero ipsam, et formationem, et figuram, et talem formam, ac totam substantiam opus esse et formationem diaboli. Fatentes igitur factum esse hominem ex contrariis, neque quæ sit contrariorum ratio sciunt; neque sciunt, esse quædam contraria quæ inter se commisceri non possunt, quia nullam inter se communionem neque mistionem habere queunt; quin potius causa sunt interitus sui in illa quæ putatur, communione, quia non possunt simul esse; imo aliud tollitur, quia aliud dominatur.

CAP. XVII. *Corpus non est a diabolo, et anima a Deo.*

Ἰδοὺ γὰρ ἐν ἑνὶ κοιτωνίσκῳ ἡμέρα καὶ νὺξ οὐκ ἂν εὑρεθείη· ἐπεὶ μόνον φῶς εὑρεθὲν προαναιρεῖ τὸ σκότος. Ἰδοὺ ἐν μιᾷ ψυχῇ σωφροσύνη καὶ πορνεία οὐκ ἂν φανείη· ἐπεὶ μόνη σωφροσύνη, φανεῖσα, ἐκποδὼν γενέσθαι τὴν πορνείαν ποιεῖ. Ἰδοὺ θεοσέβεια καὶ ἀσέβεια ἐν ἑνὶ ἀνθρώπῳ οὐκ ἂν γένοιτο· ὅπου γὰρ εὐσέβεια φαίνεται, οὐδὲ ῥανὶς ἀσεβείας φανείη. Ἐπικρίνει δὲ καὶ ὁ Ἀπόστολος, καὶ σφραγίζει τὰ εἰρημένα· *Τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; Τίς μερὶς Χριστῷ πρὸς Βελίαλ;* Τὰ γὰρ ἑαυτοῖς ἐναντία φίλα ἑαυτοῖς οὐκ ἂν γένοιτο· καὶ μίαν ἁρμονίαν οὐκ ἂν ποιοῖ τὰ ἑαυτῶν διεστηκότα· οὐδὲ γὰρ ἔκ τε ῥυθμοῦ καὶ ἀῤῥυθμίας μία γίνεται ἁρμονία, οὔτε ἐκ σιωπῆς καὶ λαλιᾶς μία γίγνεται σύστασις· μόνον γὰρ τὸ ἓν εἶναι ὀφείλει, τοῦ ἑτέρου συστῆναι οὐκ ἀνεχομένου. Εἰ δὲ τὸ σῶμα ἦν τοῦ πονηροῦ, καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ Θεοῦ, πῶς εἰς μίαν ἁρμονίαν τοῦ ἀνθρώπου ἀποδέδοται; πῶς εἰς μίαν διάθεσιν καὶ φιλίαν; Ἰδοὺ γὰρ ἥρμοσται, καὶ γέγονεν εἷς ἄνθρωπος· καὶ τῇ ἁρμονίᾳ ἐστὶν εἷς. Ἰδοὺ ἡ ψυχὴ ἐστι τοῦ σώματος, καὶ φιλεῖ καὶ στέργει· *Οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησεν· ἀλλ' ἐκτρέφει καὶ θάλπει αὐτήν.* Εἰ δὲ δὴ τῷ ἑτέρῳ μέλει περὶ τοῦ ἑτέρου, καὶ τὴν ἀλγηδόνα τοῦ σώματος, ἰδίαν ἀλγηδόνα ἡγεῖται ἡ ψυχή· καὶ οὐ διαιρεῖται τῶν παθημάτων, ἀλλ' οἰκειοῦται πρὸς τὰ τραύματα, οἰκειοῦται πρὸς τὰ παθήματα· καὶ ὅτε μὲν ἀλγεῖ τραυμάτων ἕνεκεν, ἀνιᾶται, ἀνώδυνον εἶναι μὴ δυναμένη· ὅτε δὲ ἡδυπαθεῖ, καὶ ὑπὸ τῆς ἡδονῆς ἐρεθίζεται, μετέχει τῶν κινημάτων καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ συνεφάπτεται τῶν ἐρεθισμῶν· καὶ λήγει μὲν ὁμοίως, λαμβάνει δὲ ἐπίδοσιν ὡσαύτως. Καὶ ληγούσης μὲν ψυχῆς ἀπὸ τῶν κινημάτων τῶν παθῶν, συλλήγει καὶ τὸ σῶμα, καὶ καθησυχάζει· ἐπιτριβομένης δὲ τῆς ἐπιθυμίας ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τῶν ἐρεθισμῶν ἐπιτριβομένων, ἡδύνει καὶ τὸ σῶμα, καὶ φλεγμαίνει· καὶ γίγνονται ἴσως μὲν οἱ ἐρεθισμοὶ, ἴσως δὲ καὶ τῶν ἐρεθισμάτων αἱ ἀποθέσεις καὶ ἐκλείψεις. Εἰ δὲ ἐξ ἐναντίων ἦν, καὶ τὸ μὲν σῶμα τοῦ πονηροῦ ἦν, ἡ δὲ ψυχὴ τοῦ Θεοῦ· πρῶτον μὲν οὐκ ἂν ἐγεγόνει σύνοδος, οὔτε αὐτὴ ἡ μακρὰ κρᾶσις ἐπετελεῖτο· δεύτερον

B Ecce, in uno cubiculo dies et nox inveniri non potest, quia solum lumen inventum prius sustulit tenebras. Ecce, in una anima pudicitia et scortatio non possunt cerni; quia sola pudicitia, si apparuerit, fugat et amandat scortationem. Ecce, pietas et impietas in homine uno nunquam erunt; ubi enim pietas cernitur, neque stilla impietatis apparebit. Confirmat autem Apostolus, et signat quæ dicta sunt : *Quæ*, inquit, *societas luci ad tenebras? Quæ pars Christo cum Belial*[99]? Quæ enim sunt sibi contraria, non possunt esse sibi amica; et unus concentus non poterit facere, ut quæ sunt unius concentus discrepent : nec enim ex numeroso et non numeroso unus concentus, et una modulatio efficitur, nec ex silentio et locutione C una compositio fit. Unum enim solum esse oportet, altero sublato, quod non patitur ut simul sit. Si autem corpus esset diaboli, et anima Dei; quomodo unus concentus hominis ex eis conflatus esset? quomodo una amicitia et affectio? En, aptatus et factus est unus homo, et concentu ac convenientia unus est. Ecce anima copulata est cum corpore, et illud amat et affectione complectitur : *Nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit et fovet eam*[1]. Si autem alterum alterius curam habet, et dolorem corporis suum ducit anima; et non disjungitur affectionibus, sed adjungit se ad vulnera, adjungit se ad affectiones; et cum corpus dolet propter vulnera, in tristitia et molestia est anima, quæ non potest esse expers doloris. D Cum vero voluptatem percipit, et a voluptate titillatur; anima etiam motus corporis participat, et titillationes simul attingit : ac similiter quidem desinit, accipit vero similiter incrementum. Cum anima, inquam, desinit perturbationibus moveri, simul desinit corpus, et conquiescit. Cum vero cupiditas in anima remoratur, titillationibus etiam in corpore remoratis, corpus suavitate perfundit, et inflammat; fiuntque æqualite. titillationes, et æqualiter titillationum abjectiones et defectiones. Si autem ex contrariis esset homo, ac corpus quidem

[99] II Cor. VI, 14, 15. [1] Ephes. V, 19.

diaboli esset, anima vero Dei : primum quidem non facta fuisset conjunctio utriusque, nec ipsa diuturna mistio perficeretur. Secundo, quamvis alterum ab altero reciperetur, et utrumque tamen, quæ sua essent, propria et privata duceret ; quæ vero alterius, aliena : et neque voluptas corporis, animæ voluptas fieret ; neque vulnera corporis dolores animæ essent ; sed utrumque per se voluptatem, et dolorem sibi impertiret. Quomodo autem diabolus illinc, quod suum non erat, sumere potuit ? quomodo anima, quæ non est hujus, sed alterius, et nullam admistionem ejus habet, sed est alterius substantiæ, et substantiæ omnino a diabolo alienæ ; quomodo, inquam, in alienis et externis est ? et admistionem corporis diaboli tanquam vinculum patitur et tolerat, et ligata est in non suo ? quomodo carnem propriam esse ducit, et sanctam facit atque eam ad virtutem præparat, ut quoad fieri potest, similem Deo efficiat ? Cum enim corpus castum est, et non sordidatum neque maculatum ; cum sanctum est et honestum, cum sermo ejus sanctus et rectus, cum aspectus justus, cum motus ejus divini sunt : quid aliud est hoc quam similem esse Deo ? Ac de his quidem hæc dicta sint.

A δὲ τὸ ἕτερον τὰ τοῦ ἑτέρου οὐκ ἂν παρεδέχετο· ἀλλ' ἑκάτερον ἴδια μὲν τὰ ἑαυτοῦ, ἀλλότρια δὲ τὰ τοῦ ἑτέρου ἐλογίζετο· καὶ οὔτε ἡ ἡδονὴ τῶν σωμάτων ἡδονὴ ψυχῆς ἐγίγνετο, οὔτε τὰ τραύματα τῶν σωμάτων ἀλγηδόνες ψυχῆς ἐγίγνοντο· ἀλλ' ἑκάτερον καθ' ἑαυτὸ, καὶ τὴν ἡδονὴν ἑαυτῷ, καὶ τὰ τραύματα ἐμερίζετο. Πῶς δὲ καὶ ὁ διάβολος ἴσχυσε τὸ μὴ ἴδιον ἐκεῖθεν λαβεῖν ; πῶς δὲ καὶ ἡ ψυχὴ μὴ τούτου οὖσα, ἀλλὰ ἄλλου οὖσα, καὶ μηδεμίαν ἐπιμιξίαν ἔχουσα πρὸς τὸ χωρίον τοῦτο, ἀλλ' οὖσα ἑτέρας οὐσίας καὶ πάντη ἠλλοτριωμένης τῆς οὐσίας τοῦ πονηροῦ, ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις ἐστὶ καὶ ξένοις ; καὶ τὴν τοῦ σώματος ἐπιμιξίαν φέρει δεσμὸν πονηροῦ, καὶ δέδεται οὐκ ἐν ἰδίῳ ; καὶ ἰδιοποιεῖται τὴν σάρκα, καὶ ἁγίαν αὐτὴν ποιεῖ, καὶ πρὸς ἀρετὴν αὐτὴν παρασκευάζει, ὡς ἀφ- B ομοιοῦσθαι κατὰ τὸ δυνατὸν τῷ κρείττονι ; ὅταν γὰρ ἁγνὸν ᾖ καὶ ἀῤῥύπαρον καὶ ἀκηλίδωτον, ὅταν ἅγιον ᾖ καὶ σεμνὸν, ὅταν ἁγίας ἔχῃ τὰς λαλιὰς, ὅταν δεξιὰς ἔχῃ τὰς βλέψεις, ὅταν θείας ἔχῃ τὰς κινήσεις· τί ἕτερον, ἢ ἀφομοιοῦσθαι τῷ κρείττονι ; καὶ ἐξεικάζεται τῷ καλῷ, καὶ ἀναφέρει χαρακτῆρα τοῦ κρείττονος (63) ; Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως εἰρήσθω.

Cap. XVIII. *Scripturæ testimonia de creatione corporis et animæ a Deo.*

Pauca autem ex Scripturis apponamus, ut appositio Scripturarum illos ad erubescendum se adigat, et nobis fidem majorem conciliet. Salvator enim cum in Evangelio de formatione viri et mulieris meminit, formationem ad Patrem suum et conditorem universi referens, aiebat : *Qui fecit hominem ab initio, masculum et feminam fecit eos ; et dixit : Propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem suam, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carnem unam : itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet* [1]. Novit cujus esset corpus et cujus anima, confitendo auctorem utriusque, et Patrem confitendo ; et retinet ac cohibet humanas cogitationes, volens, ut non possint disjungi quæ facta sunt ; non concedens, ut ulla humana sententia ac voluntate, quæ bene aptata sunt, separare liceat. In Evangelio autem iis qui falso videbantur eodem studio et cura teneri, occulta tamen et quæ intus erant in homine, negligebant, aiebat : *Stulti, nonne qui fecit quod foris est, quod intus est, fecit* [2] ? Si autem, quod intus est, anima est ; quod autem foris, corpus ; et qui fecit quod intus est, animam fecit ; et qui fecit quod foris est, corpus fecit : igitur qui est animæ auctor et effector, corporis auctor et effector est : et Deus est, qui utrumque fecit et aptavit et conjunxit, qui hanc harmoniam decentissimam coagmentavit. Ipse autem Salvator quam accurationem corpori in sermonibus suis adhibet,

Ὀλίγα δὲ καὶ τῶν λογίων παραθώμεθα, ἵνα καὶ ἡ τῶν λογίων παράθεσις ἐντροπὴν μὲν ἐκείνοις, ἡμῖν δὲ πίστεως ἀκρίβειαν ποιήσῃ. Ὁ γὰρ Σωτὴρ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τῆς πλάσεως μεμνημένος ἀνδρὸς C καὶ γυναικὸς, καὶ τὴν πλάσιν ἀναφέρων ἐπὶ τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα καὶ ποιητὴν τοῦ παντὸς, ἔλεγεν· *Ὁ κτίσας ἀπ' ἀρχῆς, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· καὶ εἶπεν· Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα· καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ· καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Ὃ οὖν ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω.* Καὶ τὸν ὅρον τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς αἴτιον ὁμολογῶν, οἶδε, καὶ Πατέρα ὁμολογεῖ· καὶ ἐπέχει τὰς ἀνθρωπίνας ἐπινοίας, ἀχώριστα εἶναι τὰ πεποιημένα βουλόμενος. καὶ μὴ ἀνθρωπίνῃ γνώμῃ χωρίζειν τὰ καλῶς ἡρμοσμένα ἐπιτρέπων. Ἐν δὲ τῷ Εὐαγγελίῳ τοῖς δοκήσει τῆς αὐτῆς ἐπιμελείας ἐχομένοις, ἠμεληκόσι D δὲ τῶν κρυπτῶν καὶ τῆς ἔνδον ἐπιμελείας, φησίν· *Ἄφρονες, οὐχ ὁ ποιήσας τὸ ἔξωθεν καὶ τὸ ἔνδοθεν ἐποίησεν ;* Εἰ δὲ τὸ μὲν ἔσωθέν ἐστιν ἡ ψυχὴ, τὸ δὲ ἔξωθεν τὸ σῶμα, καὶ ὁ ποιήσας τὸ ἔσω τὴν ψυχὴν πεποίηκε, καὶ ὁ ποιήσας τὸ ἔξω τὸ σῶμα πεποίηκεν· ὁ ψυχῆς ποιητὴς καὶ σώματος ἂν εἴη ποιητής· καὶ Θεός ἐστιν ὁ ἀμφότερα ποιῶν καὶ ἁρμόζων καὶ συνάπτων, ὁ τὴν ἁρμονίαν ταύτην τὴν ἱεροπρεπεστάτην ἡρμοσμένος. Αὐτὸς δὲ ὁ Σωτὴρ ἐν ταῖς ἑαυτοῦ διαλέξεσιν οἵαν ἐπιμέλειαν ποιεῖται τοῦ σώματος, ὅταν λέγῃ· *Εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐ-*

[1] Matth. xix, 4-6. [2] Luc. xi, 40.

(63) *Καὶ ἐξ.... κρείττονος*. Hæc omisit interpres.

νούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. *Ὁ δυνάμενος χωρεῖν χωρείτω!* Ταύτην γὰρ ἐπιμέλειαν τῷ σώματι ἀποδεδωκὼς, καὶ ἅγιον αὐτὸ καὶ ἀπαθὲς, καὶ ἀνήδονον παρασκευάζων, καὶ πᾶσαν ἐπιθυμίαν ὑποτέμνων καὶ ὑποκείρων τῷ λόγῳ, τὴν πρὸς τὸ σῶμα ἐπιμέλειαν δείκνυσι, καὶ τὴν πρὸς τὴν σάρκα κηδεμονίαν σημαίνει· κηδόμενος δὲ καὶ φροντίζων τὴν ἰδιότητα ἐκ τῆς κηδεμονίας κηρύττει, μέχρι τοῦ βλέμματος φθάνων· ἵνα μὴ τὸ βλέμμα, ὡς ἔτυχε κινούμενον, ῥυπαρίας καὶ κηλῖδος ἐμπιμπλῆται, ἀλλὰ τὴν εὔτονον ἔχον κίνησιν ἡρμοσμένον διατελῇ· λέγει γὰρ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· *Πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.* Καὶ τὸ ἐν τῷ σώματι πάθος τῇ καρδίᾳ συμμετρεῖ, καὶ τοῦ βλέμματος ἐπιμελούμενος, κοινὴν τὴν ἐπιμέλειαν τῆς καρδίας ποιεῖται· πάθος βλέμματος, πάθος καρδίας εἰσηγησάμενος, καὶ ἐπιμέλειαν ὀμμάτων ἐπιμέλειαν τοῦ διανοητικοῦ θέμενος. Οὐδὲ γὰρ ἑτέρως βλάψει τὸ ὄμμα, ἢ ὡς βλάψει ὁ νοῦς· οὐδὲ γὰρ οἷόν τέ ἐστι τὸ ὄμμα διαστρέφεσθαι, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ διαστρέφεσθαι· ἐπιεικῶς γὰρ ψυχῆς καὶ ἁπλῶς ὁρώσης, ἐπιτηδείως ὄψεται τὰ ὄμματα.

A cum ait : *Sunt eunuchi, qui se castraverunt propter regnum cœlorum. Qui poterit capere, capiat* [4]! Adhibens enim hanc diligentiam et studium corpori, et efficiens ipsum sanctum et perturbationibus ac voluptatibus vacuum, et omnem cupiditatem verbo amputans et detondens; procurationem corporis demonstrat, et curam carnis providam significat. Sollicitudine autem et accuratione suam esse prædicat, progrediens usque ad curam aspectus; ne si aspectus fortuito ac temere moveatur, omni labe et macula impleatur; quinimo si constanter et graviter cietur, in apta modestia perseveret : ait enim in Evangelio : *Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo* [5]. Commotionem in corpore cum corde com- **B** metitur, et aspectum curans, communem curam adhibet cordi ; commotionem aspectus, commotionem cordis reputans esse, et accurationem aspectus, accurationem mentis. Nec enim aliter nocebit oculus, quam ut nocebit mens ; quia non potest oculus depravari, non depravata anima : si enim anima est in æquitate et recte videt, apte et convenienter oculi cernent.

Cap. XIX. *Christus corpus habuisse ostenditur.*

Ἐνταῦθα γοῦν τὴν ἄτοπον βλέψιν παραβλεψάμενος, τὴν ἁγίαν παρεισάγει· ἵνα οἱ ὀφθαλμοὶ ὀρθὰ βλέπωσι, καὶ τὰ βλέφαρα νευέτω δίκαια· ἐπαίρει γὰρ τὰ ὄμματα, κάτω αὐτὰ κεκάμφθαι μὴ ἐπιτρέπων, ἀλλὰ διανιστῶν αὐτὰ καὶ διεγείρων, καὶ ἐπηρμένα αὐτὰ παρασκευάζων. Διὸ, πολλὴν ἐπιμέλειαν τῶν σωμάτων ποιούμενος, καὶ σῶμα πεφόρηκε, καὶ εἰς σῶμα ἦλθεν. Εἰ μὲν οὖν οὐκ ἦλθεν ἐν σώματι, τί φήσουσι περὶ τοῦ σταυροῦ, καὶ τοῦ τύπου τῶν ἥλων, καὶ τοῦ τύπου τῆς λόγχης, καὶ τοῦ μνημείου, καὶ τῆς ταφῆς; Εἰ δὲ ἐκ τούτων ἐλεγχόμενοι ὁμολογοῦσι σῶμα τὸν Σωτῆρα εἰληφέναι, τί ἐροῦσιν, εἰ μήτι καὶ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ πονηροῦ πεπλάσθαι φήσουσι, καὶ μηκέτι μόνον τὸ ἀνθρώπινον σῶμα εἶναι τοῦ πονηροῦ, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα τοῦ εὐεργέτου; οὐ φείσονται καὶ μέχρι καὶ ταύτης τῆς ἐπινοίας φθάσαι, καὶ τὴν γλῶτταν ἐκτεῖναι κατὰ τοῦ Σωτῆρος. Ὁ γὰρ μελετῶν κατὰ τῶν ἐκείνῳ διαφερόντων διαλέγεσθαι, οὗτος, ἀκονήσας τὴν γλῶτταν, κατ' αὐτοῦ διαλεχθήσεται. Ὁ δὲ Σωτὴρ καὶ βαπτίσματι διελούετο ἐν τῷ Ἰορδάνῃ· ὕδασι περιεῤῥαίνετο· τίς ὢν καὶ τυγχάνων; εἰ μὲν γὰρ οὐ σῶμα φέρων, οὔτε σῶμα ἔχων, τί κοινὸν πνεύμασι καὶ ποταμοῖς; Τίς ἀγγέλων, ποία δύναμις, ποία κυριότης, ποία ἀρχὴ, ποία ἐξουσία καταβέβηκεν εἰς λουτρὸν, καὶ πεῖραν ὑδάτων ἔσχεν; Εἰ δὲ δύναμις μὲν οὐδὲ ἐξουσία, οὔτε θρόνος οὐδεὶς εἰς ὕδατα κατῆλθεν, ἀζήτητον γέγονε τὸ πρᾶγμα καὶ σαφές· καὶ δῆλον γέγονε τὸ ζητούμενον. Ἀλλὰ ἀνῄει ἀπὸ τῶν ὑδάτων· ἐπειράζετο ὑπὸ τοῦ διαβόλου· ἐπείνα, ἐδίψα, ἔπλει, ἐκοιμᾶτο, ὥδευεν, ἐκοπία, ἐβάδιζε· πεινῶν ἐπὶ τὴν συκῆν ἦλθε· τὸ τελευταῖον ἐκρίνετο, ἐσταυροῦτο. Τίς ταῦτα

Hic igitur repudians turpem aspectum oculorum, sanctum aspectum inducit : ut oculi, inquit, recta videant et palpebræ justa intueantur : erigit enim et extollit oculos, non permittens simul ut flectan- **C** tur, sed potius excitat, et ut erecti sint, facit. Idcirco Salvator gerens magnam providentiam et procurationem corporum, corpus gestavit et in corpus venit. Si igitur non venit in corpore, quid dicturi sunt de cruce et fixura clavorum et lanceæ, et monumento ac sepultura ? Sin autem his convicti corpus sumpsisse Salvatorem confitentur, quid dicent, si non sunt dicturi, ipsum quoque a diabolo formatum esse; et non jam solum corpus humanum esse diaboli, sed etiam corpus Salvatoris benefici nostri ? non enim parcent nec abstinebunt se, quin usque in hanc cogitationem evadant, et linguam in Salvatorem protendant. Qui enim contra ea quæ ad illum pertinent, disputat, hic linguam acuens contra ipsum disputabit. Salvator autem baptismo **D** etiam in Jordane abluebatur, et aquis aspergebatur ; quis erat ? et quid erat ? si enim corpus non gestabat neque corpus habebat : quid commune est spiritibus cum fluminibus ? Quis angelus, quæ virtus, quæ dominatio, quis principatus, quæ potestas ad lavacrum descendit et aquas experta est ? Quod si neque virtus, neque potestas, neque thronus in aquas descendit : extra quæstionem posita est res : factum est perspicuum, quod quærebatur. Imo ascendit ab aquis, tenebatur a diabolo, esuriebat, sitiebat, navigabat, dormiebat, iter faciebat, defatigabatur, ambulabat, esuriens venit ad ficum : postremo judicatus est et crucifixus. Quis

[4] Matth. xix, 12. [5] Matth. v, 28.

hæc proclamabat? quis hæc testabatur? Taceant linguæ, loquantur acta : os habent res : nec amplius aerem pulsantes, sonum emittamus : os habent scripta : et si nos taceamus, non tacent res ; et si nos non loquamur, quæ scripta sunt, non possunt non loqui.

Igitur quia sic sunt hæc, et acta fidem habent, et narratio actorum vera est, et clamant ipsæ actiones vi sua, habuisse corpus Salvatorem, et corpus mortale; et quod propter nostra corpora corpus gestavit : quod reliquum est, simile quærit : propter nos venit illius corporis sui effector, et nostrorum effector. Si enim aliud fuisset illud, curam aliis non adhibuisset corporibus. Si autem factum est, et factum a Deo, factum vero est propter nos : igitur propter propria fiebat, ut quæ propria erant, salva essent. Illud fecit, illius effectione omnium suorum libertatem operatus. Gratiæ igitur debentur ei qui corpora nostra fecit ; qui eorum ignaviæ atque pigritiæ prospexit et consuluit ; qui misit Filium suum in corpore, et nostris corporibus pignus dedit ; ut non jam amplius flectamur et humi cernamus, sed simus elati et erecti communitate corporum.

ἐβόα ; τίς ταῦτα ἐμαρτύρει ; Σιωπάτωσαν αἱ γλῶσσαι· λαλείτωσαν αἱ πράξεις· στόμα ἔχουσι τὰ πράγματα· μηκέτι, τὸν ἀέρα κρούοντες, τὸν ἦχον ἀποπέμψωμεν· στόμα ἔχουσι τὰ γεγραμμένα· κἂν ἡμεῖς σιωπήσωμεν, οὐ σιωπᾷ τὰ πράγματα· κἂν ἡμεῖς μὴ λαλήσωμεν, οὐκ ἀνέχεται μὴ λαλεῖν τὰ γεγραμμένα.

Ἐπειδὴ οὖν ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ πισταί εἰσιν αἱ πράξεις, καὶ τῶν πράξεων δυνάμεις, ὅτι σῶμα εἶχεν ὁ Σωτήρ, καὶ σῶμα θνητὸν, καὶ σῶμα ἐφόρεσε διὰ τὰ ἡμέτερα· τὸ ὅμοιον λοιπὸν ζητεῖ· ἥκει δι' ἡμᾶς ὁ ἐκείνου ποιητὴς, καὶ τῶν ἡμετέρων ποιητής. Εἰ γὰρ ἕτερον (64) ἦν, οὐκ ἂν περὶ ἑτέρων ἐκείνου πρόνοιαν ἐποιεῖτο· εἰ δὲ πεποίηται ὑπὸ Θεοῦ, πεποίηται δὲ ὑπὲρ ἡμῶν, ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἐποιεῖτο. Ἵνα γὰρ τὰ ἴδια ἑαυτοῦ σώσῃ, ἐκεῖνο ἐποίησε, τῇ ἐκείνου ποιήσει πάντων τῶν ἰδίων τὴν ἐλευθερίαν ἐργασάμενος. Χάρις οὖν τῷ πεποιηκότι τὰ ἡμέτερα σώματα, τῷ προνοησαμένῳ καὶ ἐῤῥᾳθυμηκότων αὐτῶν, καὶ ἀποστείλαντι τὸν ἴδιον Υἱὸν ἐν σώματι, καὶ δεδωκότι ἐνέχειρον τοῖς ἡμετέροις σώμασιν, ἵνα μηκέτι κάμπτωμεν, καὶ χαμαὶ ὁρῶμεν, ἀλλὰ ὦμεν ἐπηρμένοι τῇ κοινωνίᾳ τῶν σωμάτων.

Cap. XX. *Conclusio.*

Illos igitur deceptores et fallaces in hoc etiam attendemus, quod in corpora invaserunt, et in corpus auctoris processerunt, ac contra œconomiam et dispensationem Dei linguam extenderunt ; ac contra libertatem nostram ad usum et exercitationem linguæ loqui non dubitaverunt circulatores quidam et circumforanei. Congessimus acervum verborum pravitatis istius : licet enim ex uno aliud accusare ; imo omnia deinceps persequentes, omnia inutilia et aliena existimare. Idcirco nos in omnes sermones ipsorum hucusque delapsi, ne magnitudinem libro præbeamus, his hactenus dictis terminemus, facta ex paucis aliorum indicatione, et ex dictis prius eorum confutatione confecta. Opus autem est diligentia studiosis, ut omnes præstigias prætervecti aures servent, ne a pravitate capiantur ; ut sint custodes suarum aurium, partim eas aperientes, cum verus sermo pulsat ; partim claudentes, cum falsus et dolosus, veritatem simulans laborat, ut in conclave mentis irrumpat. Multi enim ficti et simulati pulsant aures, dicentes : *Ego sum Christus* [6], et multos decipient : *Unus autem solus Christus* [7], qui est liberator, præses victoriæ, beneficus, qui dispositione pulsat, qui libertatem in ipso aditu conciliat, qui simul ut ingreditur, peccata excludit, qui in ingressu amicitiam cum Patre tribuit, qui mox ingrediens tropæa in anima ponit.

Εὐτελίσωμεν οὖν καὶ ἐν τούτῳ τοὺς ἀπατεῶνας ἐκείνους, ὅτι καὶ κατὰ τῶν σωμάτων βεβαδίκασι, καὶ κατὰ τοῦ πλάστου κεχωρήκασι, καὶ κατὰ τῆς οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ τὴν γλῶτταν ἐξέτειναν· καὶ κατὰ τῆς ἐλευθερίας ἡμῶν λαλεῖν οὐ παρῃτήσαντο, ἀγύρται τινὲς ὄντες καὶ ἀγοραῖοι, ἄθροισμα λόγων πονηρίας συναγηοχότες· ἔστι γὰρ τὸ ἓν ἐχόμενον τὸν ἕτερον αἰτιᾶσθαι· ἀλλὰ μὴ πάντα ἐφεξῆς ἐπεξιόντας, πάντα ἀχρεῖα καὶ ἔκφυλα ἡγεῖσθαι. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς εἰς ἅπαντα λόγον αὐτῶν κατιόντες, μὴ πολὺ μῆκος παράσχωμεν τῷ λόγῳ, μέχρι τούτων στῶμεν, διὰ τῶν ὀλίγων καὶ τὰ ἄλλα ὑποδείξαντες, καὶ διὰ τῶν προλεχθέντων τὸν ἔλεγχον κατασκευάσαντες. Ἐπιμελείας δὲ τοῖς σπουδαίοις χρεία, ἵνα πᾶσαν γοητείαν ὑπερβεβηκότες, ἀλήπτους τὰς ἀκοὰς ἀπὸ τῆς πονηρίας διαφυλάξωσιν· ὅπως κλειδοφύλακες ὦσι τῶν ἑαυτῶν ἀκοῶν, καὶ πῇ μὲν ἀνοιγνύοντες, ὅτε κρούει ὁ ἀληθὴς λόγος· πῇ δὲ ἀποκλείοντες, ὅτε ὁ ψευδὴς καὶ πεφενακισμένος σχηματιζόμενος τὴν ἀλήθειαν εἰσβάλλειν ἐν τῷ ταμείῳ τῆς διανοίας σπουδάζει. Πολλοὶ γὰρ πεπλασμένοι καὶ ἐσχηματισμένοι τὰς ἀκοὰς κρούουσι, λέγοντες· *Ἐγώ εἰμι ὁ Χριστὸς*, καὶ πολλοὺς πλανήσουσιν· *Εἷς δὲ μόνος ἐστὶν ὁ Χριστὸς*, ὁ ἐλευθερωτὴς, ὁ τροπαιοῦχος, ὁ εὐεργετικὸς, ὁ διαθέσει κρούων, ὁ ἐλευθερίαν τῇ εἰσόδῳ μνηστευόμενος· ὁ ἅμα τῷ εἰσβαλεῖν ἐξοικίζων τὰς ἁμαρτίας, ὁ ἐν τῇ εἰσόδῳ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς τὸν Πατέρα ἀποδιδοὺς, ὁ παραχρῆμα τῇ εἰσόδῳ τῇ ἑαυτοῦ τροπαῖα.

[6] Matth. xxiv, 23. [7] I Cor. viii, 6 ; I Tim. ii, 5.

(64) *Εἰ γὰρ ἕτερ.* Id est, si non fuisset ejusdem naturæ corpus, scilicet humanum, anima intelligente præditum. Turr.

ΤΙΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΤΑ ΜΑΝΙΧΑΙΩΝ.

Ὑπόθεσις τοῦ πρώτου λόγου.

Ὁ πρῶτος περιέχει λόγος ἔλεγχον καὶ ἀνασκευὴν τῶν μάλιστα κεφαλαίων τοῦ δόγματος τῶν Μανιχαίων, ὡς ἀλλοτρίως πάντη πρὸς τὰς κατὰ φύσιν κοινὰς ἐννοίας ἐχόντων.

Ὑπόθεσις τοῦ δευτέρου λόγου.

Ὁ δεύτερος ἀποδείκνυσιν, ὡς οὐκ ἔκ τινος τῆς γε μὴ οὔσης ἀνάρχου κακίας, καὶ ἐναντίας τῷ Θεῷ ἀρχῆς ἄνθρωπος πλημμελεῖ· καὶ ὡς οὐδὲν κατ' οὐσίαν ἐν τοῖς οὖσι κακόν· οὔτε μὴν τις ἀνισότης ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐστι· καὶ ὡς μάτην καὶ λίαν ἀσεβῶς κακίζουσι τὴν τῶν ὅλων οἰκονομίαν. Καὶ ὅλως τὸν περὶ Προνοίας ἅπαντα λόγον κεφαλαιωδῶς B περιλαμβάνει, ἀποδεικνὺς, ὡς οὐδεμία ἀνάγκη δευτέραν τινὰ καὶ ἐναντίαν ἀρχὴν τῷ Θεῷ ἐκ τῶν πραγμάτων ὑπονοεῖν.

Ὑπόθεσις τοῦ τρίτου λόγου.

Ὁ τρίτος ὑπὲρ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν ποιεῖται λόγον, ὡς παρὰ τοῦ Θεοῦ πάσης τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης δοθείσης, καὶ ὡς οὐδὲν τῶν αὐτόθι πεπραγμένων τε καὶ λελεγμένων εὔλογόν τινα κατηγορίαν ἔχει τοῦ ποιήσαντός τε καὶ λαλήσαντος· καὶ ὡς συνᾴδει πάντα τῇ Καινῇ Διαθήκῃ· ὡς μηδὲ ἐντεῦθεν ἀνάγκην εἶναι, δευτέραν τινὰ καὶ ἐναντίαν ἀρχὴν τῷ Θεῷ ὑπονοεῖν.

Ὑπόθεσις τοῦ τετάρτου λόγου.

Ὁ τέταρτος ἐξαιρεῖ καὶ τὴν Καινὴν Διαθήκην τῆς C ἐκείνων κατὰ Θεοῦ βλασφημίας, ὡς οὐδὲ πρὸς αὐτὴν παντελῶς ἐχόντων τινὰ κοινωνίαν, καὶ ὡς μάτην ἐκβιάζονται μέρη γέ τινα ταύτης πρὸς σύστασιν τῆς αὐτῶν ἀσεβείας· καὶ ὡς ἡ κατὰ τὸν διάβολον ὑπόθεσις οὐδὲν αὐτοῖς συναίρεται πρὸς ἃ λέγουσι κατὰ Θεοῦ.

A *TITI, EPISCOPI BOSTRENSIS, ADVERSUS MANICHÆOS.*

Argumentum libri I.

Primus liber continet confutationem præcipuorum capitum doctrinæ Manichæorum, quæ sunt penitus aliena, et cum communibus notionibus natura insitis et anticipatis pugnantia.

Argumentum libri II.

Secundus liber docet et explanat, non peccare hominem ex quodam malo æterno et sine principio ac Deo contrario, quod quidem non est: et nullum esse malum secundum substantiam in iis quæ sunt; nec ullam inæqualitatem in nostris rebus; ac vane et valde impie gubernationem universi improbari et reprehendi. Denique omnem de Providentia disputationem summatim complectitur, docetque minime necesse esse suspicari ex rebus, ullum esse secundum principium, Deo contrarium.

Argumentum libri III.

Tertius liber pro lege et prophetis disputat: quippe cum totum Vetus Testamentum a Deo datum sit, et nihil eorum quæ in eo facta aut dicta sunt, probabilem accusationem ejus qui fecit et dixit, habeat; sintque omnia cum Novo Testamento consentientia: ut nec ex hac parte necesse sit cogitare aliquod secundum principium Deo contrarium.

Argumentum libri IV.

Quartus liber Novum Testamentum ab illorum blasphemia in Deum defendit, ut qui nullam prorsus communionem cum eo habeant, et frustra ac vane quasdam partes ejus ad constituendam suam impietatem per vim trahant; quodque id quod diabolice subjiciant, nihil eos juvat ad ea stabilienda quæ contra Deum dicunt.

SUPPLEMENTA

E *Parallelis Damascenicis* Rupefucaldinis, ad libros IV *adversus Manichæos* Titi Bostrensis episcopi.

I.

Ex Joannis Damasceni sacr. Parallel. *Opp. tom.* II, *pag.* 763, *edit. Paris.* 1712.

Τοῦ ἁγίου Τίτου ἐπισκόπου Βόστρων ἐκ τοῦ κατὰ Μανιχαίων λόγου α' (65).

Πῶς οὖν, φῆς, ἀναστήσεται τὸ σῶμα, εἰ σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύνανται; οὐ τοίνυν ἐστὶ, φασὶν, νεκρῶν ἀνάστασις. Οὔτε τοῖς ἀνωτέρω διὰ πλειόνων λεχθεῖσι τὸν νοῦν οὐ παρέχουσιν, ἀλλ' ὥσπερ τινὲς ἐν διαμοναῖς πραγμάτων ἀδικωτάτων, τὸ ἑαυτοῖς προσφιλὲς εἰς τὴν ὑπόνοιαν τῆς σφε-

D *Sancti Titi episcopi Bostrorum, ex libro* I *contra Manichæos.*

Quinam igitur fiet, inquis, ut corpus resurgat, si caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt? nequaquam igitur est resurrectio mortuorum. His quæ superius copiose dicta sunt, animum non advertunt; sed, velut quidam iniquissimis in negotiis perseverantes, id quod sibi ad impietatem

(65) *Ἐκ τοῦ κατὰ Μανιχ. λόγου α'*. Nequaquam hæc in libris Titi Bostrensis *contra Manichæos*, ut nunc exstant ex translatione Turriani, reperi. LEQUIEN.

suam arridere suspicantur, non quod justum est, eligunt. Caro passionibus obnoxia non resurgit, inquit Apostolus, neque crassum corpus una cum ægritudinibus suis vivet. Quocirca perspicuam quæstionis interpretationem subdit: *Ecce mysterium vobis dico: omnes quidem non dormiemus, sed omnes immutabimur* [8]. Unde nos qui salvi futuri sumus, mutationem admittemus, corporibus meliore statu ac conditione donatis. Ac corpus quidem erit, quod nobis mutatione illa dabitur: at non perinde caro et sanguis cum infirmitate complicata. Non enim hoc ipso quod corpus aliquid sit, illud continuo caro quoque est. Sol plane et luna et omnis cœlestis chorus, corpus omnino sunt, nequaquam autem caro. Ejusmodi porro speciem quamdam habebit corpus quod resurget; ita ut sanctorum animæ cum corpore deinceps habitent, quod alimento corporali tamen amplius non egeat; quin nec in oblectationes, neque in molestias et dolores incidat; sed in gloriæ suæ consortem animam divinum illum cultum ullatenus transferat, finitis certaminibus, et anima decreto Dei in requiem suam digressa. Insuper vero hoc totum aperit et elucidat, ac resurrectionis rationem edisserit, dicendo: *Quoniam oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem* [9]. Hinc verum sit illud: *Corruptio incorruptionem hæreditate non obtinet* [10]. Nam si quispiam hoc diceret, quod caro una cum insitis in ea affectionibus resurgens, ejusmodi sit vitam actura, ut eadem simul cum anima perpetiatur et agat, rationi consentaneum non esset, quod bona spe careret. Sin vero illud ipsum mutationem in meliorem et felicem statum accipit, hoc egregie demonstravit ita loquens: *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem.* Justa quidem remuneratio est instrumenti, quod laborum animæ particeps fuit: nec vero ea damnosa est, nec laboribus obnoxia. Atqui in hac beata vita tales esse eorum qui salvandi sunt, animas oportet; ut cognatum quidem sibi corpus recipiant, non autem ipsum grave et terrenum, carnalisque cupiditatis plenum, quemadmodum antea; quando nempe necessarium erat, ut cum eis virtutis certamine probaretur. Iniquum siquidem fuisset, si corpus quod animæ laborum in hujusce vitæ functionibus consors fuit, præmiorum ejus retributione non donaretur.

A τέρας ἀσεβείας, οὐ τὸ δίκαιον αἱροῦνται. Οὐκ ἔστι σάρξ ἐμπαθὴς ἀνισταμένη, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, οὐδὲ παχὺ σῶμα αὖθις μετὰ τῶν παθῶν πολιτεύεται (66). Διὸ ἐπάγει σαφῆ ἑρμηνείαν τῆς ἐπαπορήσεως· *Ἰδοὺ μυστήριον ὑμῖν λέγω· πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα·* ὥστε μεταβολὴν ἕξομεν οἱ σωθησόμενοι ἐπί τινα κρείττονα σωμάτων κατάστασιν. Καὶ σῶμα μὲν ἔσται τὸ ἐκ μεταβολῆς διδόμενον ἡμῖν, οὐκέτι δὲ σάρξ καὶ αἷμα ἀσθενείᾳ συμπεπλεγμένα. Οὐ γὰρ εἴ τι σῶμα, πάντως καὶ σάρξ. Ἥλιος γοῦν καὶ σελήνη καὶ πᾶς ὁ οὐράνιος χορὸς, σῶμα μὲν καθόλου τυγχάνει, σάρξ δὲ οὐδαμῶς. Τοιαύτην τινὰ ἰδέαν λήψεται τὸ ἀνιστάμενον σῶμα, ὥστε τὰς τῶν ἁγίων ψυχὰς συνοικήσειν σώματι λοιπὸν, οὐκέτι γε τροφῆς δεομένῳ σαρκικῆς, B οὐκέτι δὲ ἡδοναῖς τε καὶ λύπαις, καὶ ἀλγηδόσι περιπίπτοντι, ἀλλ' εὖ μάλα ὁμοδόξῳ τῇ ψυχῇ προσάπαν τὴν ἔνθεον λατρείαν μηδέποτε ἀνατείνοντι, πεπαυμένων τῶν ἀγωνισμάτων, καὶ πρὸς ἀνάπαυλαν τῆς ψυχῆς ἀνακεχωρηκυίας δόγματι Θεοῦ. Ἐπὶ δὲ τούτοις σαφηνίζει ἅπαντα τὸν λόγον, καὶ τὸν τρόπον τῆς ἀναστάσεως ἐξηγεῖται λέγων· *Ὅτι δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν.* Ἀληθὲς ἂν εἴη τό· *Ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν οὐ κληρονομεῖ.* Εἰ μὲν γάρ τις τοῦτο ἔλεγεν, ὅτι ἡ σάρξ ἅμα τοῖς ἐμφύτοις πάθεσιν αὖθις ἀναστᾶσα ζήσεται, τὰ αὐτὰ πάσχουσά τε καὶ δρῶμας (66*) ἅμα τῇ ψυχῇ, ἣν ἂν ἄλογος οὐκ ἔχουσα ἀγαθὴν ἐλπίδα· εἰ δὲ μεταβολὴν αὐτὸ δὴ τοῦτο λαμβάνει κρείττονος καὶ μακαρίας ἕξεως, ὅπερ δεικτικῶς σημαίνει, φάσκων· C *Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν.* Δικαία μὲν τοῦ συγκαμόντος ἐργαλείου τῇ ψυχῇ ἡ ἀπόδοσις, οὐκ ἐπιζήμιος δὲ καὶ ἔτι ἐπίπονος ταύτῃ. Ἀλλ' ἐν τῷ μακαρίῳ (βίῳ) ταύτας ἔσεσθαι τῶν σωζομένων τὰς ψυχὰς ἀπειληφυίας μὲν τὸ σύμφυτον αὐταῖς σῶμα, οὐ μέντοι βαρὺ καὶ γεῶδες, καὶ σαρκικῆς ἐπιθυμίας γέμον, καθάπερ τὴν ἀρχὴν, ὅτε δὴ προσῆκον ἦν τῷ ἀγῶνι τῆς ἀρετῆς ἐνευδοκιμῆσαι ταύταις. Ἀδικία γὰρ, εἰ μὴ τὸ συμπονῆσαν τῇ ψυχῇ σῶμα κατὰ τήνδε τὴν πολιτείαν ἀποδῴη συναπόλαυσιν.

II.

Ibid. pag. 747.

Sancti Titi episcopi Bostrorum, ex libro II contra Manichæos.

Dicendum igitur est, hominem a Conditore rerum in vitam productum esse, ut nihil aliud negotiaretur, nisi pietatem ac virtutem. His enim

D *Τοῦ ἁγίου Τίτου ἐπισκόπου Βόστρων.*

(67) Ῥητέον τοίνυν, ὅτι πρὸς τοῦ δημιουργήσαντος ὁ ἄνθρωπος εἰς τὸν βίον παρήχθη, ἐμπορευσόμενος ἕτερον οὐδὲν ἢ μόνον εὐσέβειαν καὶ ἀρετήν. Ταῦτα

[8] I Cor. xv, 51. [9] ibid. 53. [10] ibid. 50.

(66) *Πολιτεύεται.* An πολιτεύσεται?
(66*) forte leg. δρῶσα Edit.
(67) *Ῥητέον.* Hoc fragmentum reperitur in *Parallelis* infra Littera π, tit. xxv, ubi pro ἐμπορευσόμενος legitur ἐμπορευόμενος. Hæc porro spectare noscuntur ad librum II, leguntur enim supra § VII, ejusdem libri: ubi quoque altera lectio ἐμπορευόμενος occurrit.

γὰρ κτησάμενος, καλῶς ἂν διανήξαιτο τόνδε τὸν βίον· ἀμελήσας δὲ τούτων, χαλεπῶς ἂν διαβαπτισθείη πλανώμενος.

A comparatis, recte ævum istud transmeaverit: si n vero neglexerit, errore suo gravi casu submergetur.

III.

Ibid. pag. 788.

Τοῦ ἁγίου Τίτου, ἐκ τοῦ Περὶ Προνοίας.

(68) Πρὸς δὲ τοῖς ἅπασι τῶν συνήθως ὑπὸ Θεοῦ δεδομένων κοινῇ πᾶσιν ἀνθρώποις εἰ μηδεμία τίς ἐστιν ὅτε συνέβαινε κώλυσις, φορᾷ φύσεως ἄν τινος ἀμεταβλήτου τὴν χορηγίαν αὐτῶν ἠθέλησαν ἄνθρωποι, καὶ οὐκ ἄν, δεχόμενοι ταῦτα, χάριν ὡμολόγησαν τῷ Θεῷ, οὐκ ἂν δὲ ᾔτησαν ἔχοντες. Στεροῦνται τοιγαροῦν ἐνίοτε πρὸς ὀλίγον, ἵνα αἰτήσωσι· καὶ δέχονται αὖθις, ἵνα χάριν ὁμολογήσωσι τῷ χορηγοῦντι, γινώσκοντες, ὡς αὐτός γέ ἐστιν ὁ παρέχων, καὶ οὐ φύσις ἄλλη τίς ἐστι παρὰ τὸν Θεὸν, ἄκριτός τε καὶ ἀμεταμέλητος, ἡ χορηγοῦσα. Βούλεται δὲ ὁ Θεὸς εἰδέναι χάριν αὐτῷ, ἵνα ἀξιώτεροι τοῦ λαμβάνειν παρ' αὐτοῦ γένωνται, οὐχ ἵνα τι καρπώσηται εἰς ἑαυτόν. Βούλεται γὰρ τὰ ἀγαθὰ τούτους αἰτεῖν, ἵνα, δεχόμενοι, αἴσθησιν τοῦ χορηγοῦντος ἔχωσιν. Χαίρει μὲν γὰρ τὰ παρ' ἑαυτοῦ διδοὺς, χαίρει δὲ μᾶλλον ἀξίοις διδούς· ὡς τῆς φιλανθρωπίας τρόπον τινὰ ἀτιμαζομένης, εἰ μὴ πρὸς εὐαισθήτους γένοιτο.

Sancti Titi, ex libro De Providentia, *ex libro* II contra Manichæos.

Præter hæc omnia, nisi quæ a Deo universis hominibus perinde concedi solent, identidem impediri contingeret immobilis cujusdam naturæ impetu; horum largitionem nihil curassent homines; nec iis obtentis Deo gratias agerent, neque bonum compotes facti, ullatenus precarentur. Ad tempus igitur aliquod donis privantur, ut exorent; rursumque accipiunt, ut largitori confiteantur, agnoscentes ipsum esse qui tribuit, nec alteram quamvis præter Deum naturam esse, quæ indiscriminatim et sine pœnitentia subministret. Vult itaque Deus sibi gratiam haberi, ut homines evadant digniores qui ab ipso accipiant, non ut sibi ipsi emolumenti quidpiam redeat. Vult enim ut bona postulent, quibus acceptis largitorem sentiant. Gaudet enim dando quæ sua sunt; sed gaudet amplius dignis impartiendo: ac si benignitas ipsius modo quodam dedecoraretur, nisi in eos qui bene affecti sunt, impenderetur.

B

IV.

Ibid. pag. 783.

Τοῦ ἁγίου Τίτου, ἐκ τοῦ Περὶ Προνοίας.

(69) Οὐκ ἐχρῆν, ὡς ἔοικε, κατὰ τοῖς πᾶσιν ὑπάρχειν τοῦ Θεοῦ τὰ τεκμήρια, καὶ τὸν ἄρρητον καὶ ἀκατάληπτον νοῦν πάντη γνώριμον εἶναι ἀνθρώποις· ὅπου γε καὶ βασιλέως ἀνθρώπου καὶ ἄρχοντός ἐστιν, ὅτι τὰ πλεῖστα τῶν βουλευμάτων κρύπτεται, ὡς καὶ τὸ πραττόμενον ἄδηλον εἶναι, ὅτῳ λόγῳ πράττεται. Οὐ τοίνυν θαῦμα, εἰ ἄνθρωποι μὴ χωροῦσιν ὅλως τῆς διοικήσεως τοῦ Θεοῦ τὸν λόγον, οἷς ἁρμόττει καὶ δίχα τοῦ πολυπραγμονεῖν ὑπείκειν τε καὶ ἡσυχάζειν, καὶ ἥκιστα ἀνταίρειν κατὰ τῆς ἀρρήτου διοικήσεως. Πολλάκις γὰρ οὐδὲ τεχνίτην, εἴτουν οἰκοδομίας, ἢ ναυπηγίας, ἢ χαλκευτικῆς ἔμπειρον, αἰδούμενοι περιεργαζόμεθα, ποιοῦντά γε τὸ οἰκεῖον ἕκαστον· ἀλλὰ τῇ πείρᾳ καταπιστεύσαντες, ἐκδεχόμεθα τὸ ἔργον ἰδεῖν. Ἔστι δὲ καὶ ὅτε σφαλλομένῳ οὐκ ἐπαισθανόμεθα. Τί δ' ἂν εἴποιμι περὶ τῆς ὑπὲρ πάντα νοῦν σοφίας τοῦ Θεοῦ; ἣν προσῆκε, καὶ νοοῦντάς τε καὶ μὴ νοοῦντας, ἐκπλήττεσθαί τε καὶ τιμᾷν. Εἰ δέ τις, διὰ τὸ μὴ καταλαμβάνειν τὸν λόγον τῶν πλειόνων τῶν πρὸς τοῦ Θεοῦ γινομένων, ἐκπέσοι πρὸς ἀτοπίαν τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης (70) ἀθλιώτατος, καὶ πάλιν

C *Sancti Titi, ex libro* De Providentia, *ex libro* II contra Manichæos.

Minime consentaneum erat, ut videtur, Dei consilia pervia omnibus fieri, et inexplicabilem illam atque incomprehensibilem mentem omni ratione hominibus exploratam esse: quando vel regis qui homo est, ac principis pleraque consilia occulta sunt, ita ut obscurum sit quam ob causam agatur id quod agitur. Nihil mirum igitur, si homines divinæ gubernationis rationem non capiant; quibus conveniat, posita curiositate, cedere et conticere, nec prorsus adversus ineffabile regimen illud obmurmurare. Enimvero sæpe accidit, ut neque ab artifice, sive domus struendæ, sive compingendæ navis, sive æris fundendi perito, ejus reverentia aliquid inquiramus, dum ille quodvis opus suum facit; sed ejus experientiæ fidem habentes, opificium videre præstolamur. Quinimo, quandoque etiam illius errata non animadvertimus. Quid itaque dicam de Dei sapientia, quæ mentem omnem excedit? quam, sive intelligamus, sive non intelligamus, nos oportuit admirari ac venerari. Quod si quispiam, ex eo quod multarum quæ a Deo fiunt,

D

(68) *Πρὸς δὲ τοῖς ἅπ.* Excerpta sunt hæc ex lib. II Titi Bostrensis, § XV, ubi rectius legitur, πρὸς δὲ τούτοις; atque ita legisse videtur interpres. Uterque locus conferatur.

(69) *Οὐκ ἐχρῆν*, κ. τ. λ. Auctor *Parallelorum* ista descripsit ex lib. II, § XXVIII.

(70) *Πρὸς ἀτοπίαν τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης*. Leg. π. ἀ. τ. κατὰ τοῦ Θεοῦ δ. Apud Titum lib. II, § XXXIII, sic legitur, πρὸς ἀτόπους κατὰ Θεοῦ δόξας. Quæ rectius quam Billius ita reddidisse videtur Turrianus: *Si quis.... non assequitur, decidat in absurdas de Deo opiniones.*

rationem non comprehendat, in hanc miser vecordiam contra Dei gloriam cadat; tum ille rursus amentiam prodet suam, ceu qui obcæcati sensus sui ducatum sequatur.

A ἀνόητος ὁ τοιοῦτος, ὡς αὐτῇ γε τῇ τυφλώσει τῆς ἰδίας διανοίας ὁδηγῷ χρώμενος.

V.

Ibid. pag. 785.

Sancti Titi episcopi Bostrorum, ex libro IV contra Manichæos.

Fides in Deum cognitio Dei est, quæ ex visibili creatura rerumque naturalium cogitationibus parta, cum benevolentia et amore erga ipsum per virtutis ac vitii scientiam eidem gratissima est.

Τοῦ ἁγίου Τίτου ἐπισκόπου Βόστρων ἐκ τοῦ λόγου δ'.

Ἔστιν ἡ κατὰ Θεὸν πίστις γνῶσις Θεοῦ, διά τε τῆς ὁρωμένης δημιουργίας καὶ τῶν φυσικῶν ἐννοιῶν μετ' εὐνοίας καὶ ἀγάπης τῆς πρὸς αὐτὸν κατ' ἐπιστήμην ἀρετῆς καὶ κακίας εὐαρεστοῦσα Θεῷ.

ΤΙΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΣΤΡΩΝ

ΕΙΣ ΤΑ ΒΑΙΑ.

TITI BOSTRENSIS EPISCOPI ORATIO IN RAMOS PALMARUM.

I. Ut immensa abyssus, aquarum fontes copia scaturit, iique jugi impetu decurrentia flumina regerunt, quæ terram obeuntia, irrigent, ut iis illa irrigua, panem in cibum fructificet, vinumque ad lætitiam hominum; eaque illi annona potiti, Scripturæ illud adimplent: *Edent pauperes et saturabuntur, et laudabunt Dominum qui requirunt eum* [11]; sic quoque ineffabilis Domini nostri Jesu Christi benignitas, ex suæ bonitatis ac benignitatis immensa abysso, sacras nobis solemnitates in quibus nostram operatus est salutem, ceu fontis venas profluit: sancti autem Spiritus gratia in solemnitatibus efficax, implet *fluminis impetus* [12]: deiferos utique viros, *doctrinam* habentes *in docendo* [13]; qui spiritalem ac rationalem humani generis terram lustrantes, Ecclesiam sanctam lætificent; *civitatem* illam *Regis magni* Jesu Christi [14], juxta quod scriptum est: *Fluminis impetus lætificant civitatem Dei* [15]. Ecclesia denique lætificata ac delectata a pinguedine cordis [16], regnantem in ipsa Dominum laudat atque glorificat. Age itaque, ut et hodie quod ipse de se ipso per sanctos prophetas suos prædixit, eloquamur, eam pro virili nostra parte nostram scrutemur salutem quam nobis Rex noster festa hac luce molitus est. Age exquiramus cujusnam gratia Regem eum nedum homines laudaverint, sed et angelicæ virtutes.

B Ὥσπερ ἡ ἀμέτρητος ἄβυσσος βρύει ἀφθόνως τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, καὶ αἱ πηγαὶ ἀποβλύουσιν ἀκρατήτους ποταμούς· οἱ δὲ ποταμοὶ ἐπισκέπτουσι τὴν γῆν, καὶ μεθύσκουσι αὐτήν, τοῦ καρποφορῆσαι ἄρτον εἰς βρῶσιν, καὶ οἶνον εἰς εὐφροσύνην τῶν ἀνθρώπων· οἱ δὲ ἄνθρωποι, ἀπολαύοντες, πληροῦσι τὸ γεγραμμένον· *Φάγονται πένητες, καὶ ἐμπλησθήσονται, καὶ αἰνέσουσι Κύριον οἱ ἐκζητοῦντες αὐτόν*· οὕτως καὶ ἡ ἄφατος φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκ τῆς ἀμετρήτου ἀβύσσου τῆς ἀγαθότητος καὶ φιλανθρωπίας αὐτοῦ πηγάζει ἡμῖν τὰς ἁγίας ἑορτάς, ἐν αἷς τὴν σωτηρίαν ἡμῶν εἰργάσατο· καὶ αὐτὸς μὲν ἑορτὰς πηγάζει· ἡ δὲ χάρις τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἡ ἐνεργοῦσα ἐν ταῖς ἑορταῖς *τὰ ὁρμήματα τοῦ ποταμοῦ* πληροῖ· λέγω δὴ τοὺς θεοφόρους ἄνδρας, τοὺς *διδασκαλίαν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ* κεκτημένους· καὶ αὐτοὶ ἐπισκέπτονται τὴν νοητὴν καὶ C λογικὴν γῆν τῆς ἀνθρωπότητος, εὐφραίνοντες τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν, ἥτις ἐστὶ *πόλις τοῦ μεγάλου βασιλέως* Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὸ γεγραμμένον· *Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ*. Ἡ δὲ Ἐκκλησία, εὐφραινομένη καὶ ἡδυνομένη ἀπὸ πιότητος καρδίας, αἰνεῖ καὶ δοξολογεῖ Κύριον τὸν ἐν αὐτῇ βασιλεύοντα. Φέρε δὴ καὶ σήμερον εἰπεῖν, ὃ προανεφώνησεν αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ διὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ προφητῶν, ἐρευνήσωμεν πρὸς τὴν δύναμιν ἡμῶν τὴν σωτηρίαν, ἣν ὁ βασιλεὺς ἡμῶν ἐπραγματεύσατο ἡμῖν ἐν ταύτῃ τῇ ἑορτῇ· φέρε κατανοήσωμεν ἕνεκεν τίνος βασιλέα αὐτὸν ὕμνησαν οὐ μόνον οἱ ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ αἱ ἀγγελικαὶ δυνάμεις.

II. Causa igitur ejusmodi cantici, juxta quod videbatur, Lazari suscitatio fuit, quemadmodum ait Evangelium: *Cogitaverunt autem Judæi, ut et Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant*

D Ἡ αἰτία οὖν τῆς ὑμνῳδίας ἡ ἔγερσις Λαζάρου ἦν κατὰ τὸ φαινόμενον, καθώς φησι τὸ Εὐαγγέλιον· *Ἐβουλεύσαντο δὲ Ἰουδαῖοι, ἵνα καὶ τὸν Λάζαρον ἀποκτείνωσιν· ὅτι πολλοὶ δι' αὐτὸν ὑπῆγον*

[11] Psal. XXI, 27. [12] Psal. XLV, 5. [13] Rom. XII, 7. [14] Psal. XLVII 3. [15] Psal. XLV, 5. [16] Isa. LV, 2.

τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐπίστευον εἰς τὸν Ἰησοῦν. A Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία τῆς δοξολογίας τῶν πιστῶν κατὰ τὸ φαινόμενον· λεληθότως δὲ καὶ κρυπτῶς ἡ ἔγερσις πάσης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. Καὶ ὥσπερ [τοὺς ἀνθρώπους] τὸ τοῦ Λαζάρου σημεῖον καὶ ἔγερσις ἐκείνη ὑμνολογεῖν ἐποίησε τοὺς ἀνθρώπους τὸν Κύριον, οὕτως καὶ τοὺς ἁγίους ἀγγέλους δοξολογεῖν παρεσκεύασε τὸ σημεῖον τῆς ἐγέρσεως πάσης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως· καὶ ὅσον μείζων ἡ τῶν πάντων ἔγερσις τῆς ἐγέρσεως Λαζάρου, τοσοῦτον καὶ ἡ δόξα τότε μειζοτέρα. Καὶ ἡ μὲν συνείδησις τῶν βοώντων, ἐξισταμένη τῷ θαύματι, ἐκίνει αὐτοὺς δοξάζειν· ἡ δὲ θεία οἰκονομία τὴν ἔγερσιν (71) πάσης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως λεληθότως ἐκίνει οὐ μόνον τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀγγέλους, θαυμάζειν τὸν Ἰησοῦν. Εἶδον γὰρ, ἀληθῶς εἶδον, καὶ ἔμαθον, καὶ B κατεσοφίσθησαν σοφίαν, ἣν οὐχ ᾔδεισαν, αἱ ἀγγελικαὶ δυνάμεις διὰ τῆς Ἐκκλησίας τῶν πιστῶν ἐκφαινομένην ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὰ πάντα κτίσαντος, τὴν πρὸ τῶν αἰώνων ἐν αὐτῷ κεκρυμμένην· λέγω δὴ τῶν διδαχῶν, καὶ ἐπαγγελιῶν, καὶ θαυματουργιῶν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, καθώς που ὁ θεσπέσιος Παῦλός φησιν· *Ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις διὰ τῆς Ἐκκλησίας ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ.* Μανθάνουσι γὰρ αἱ ἄνω δυνάμεις, ἅπερ οὐδέπω εἶδον, οὐδὲ ἤκουσαν. Κτίσματα γάρ εἰσι· καὶ τὸ κτίσμα οὐκ ἔστιν, ὃ μὴ χρείαν ἔχει μαθεῖν. Ἀλλ' οὐδὲ τὰ μέλλοντα γενέσθαι γινώσκουσιν, εἰ μή τι δ' ἂν ὑπὸ τῆς ἁγίας καὶ σεπτῆς καὶ προσκυνητῆς Τριάδος μυηθῶσιν. Ἔμαθον οὖν καὶ ἐπεβεβαιώθησαν τὴν ἀνάστασιν τοῦ Ἀδὰμ, θεωρήσαντες C τὸν Θεὸν ἐγείραντα τὸν υἱὸν τῆς χήρας. Ὡς χήρα γὰρ ἐγένετο ἡ γῆ, ἀποθανόντος τοῦ πρωτοπλάστου αὐτῆς υἱοῦ. Ἰδόντες δὲ αὐτὸν πάλιν ἐγείραντα τὴν θυγατέρα τοῦ ἀρχισυναγώγου, κατεσοφίσθησαν, ὅτι καὶ τὴν Εὔαν μετὰ τοῦ Ἀδὰμ ἐγερεῖ. Πάλιν ἀναστήσας τὸν παῖδα τοῦ ἀλλοφύλου ἑκατοντάρχου, ἐδίδαξε καὶ [εἰς] τοῦτο, ὅτι καὶ τὰ ξένα ἔθνη ἐγερεῖ. Ἰδοὺ τρεῖς διαφοραὶ τῶν νεκρῶν. Ἐγείραντος δὲ τὸν Λάζαρον τὸν τεταρταῖον νεκρὸν, καὶ τεταρταῖον ἐκ τοῦ μνημείου, τὸν ὑπὸ τεσσάρων στοιχείων συσπασθέντα, τὸν ὀζέσαντα, τὸν σαπέντα, τὸν ὑπὸ σκωλήκων κυριευθέντα, ἐγνωρίσθη ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις ταῖς ἐπουρανίοις, καὶ τοῖς ἐπιγείοις, ὅτι πᾶσαν τὴν ἐκ τεσσάρων συσταθεῖσαν ἀνθρωπότητα D ἐγερεῖ, κἂν ὤζεσεν ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ τῆς παραβάσεως· κἂν ἐσάπη ἐν τῇ ἀσεβείᾳ τῆς εἰδωλολατρείας· κἂν ὡς ὑπὸ σκωλήκων, ὑπὸ δαιμόνων κατεκυριεύθη, *καὶ ἐζωγρεύθη εἰς τὸ ἐκείνων θέλημα.* Ταῦτα οὖν ἰδόντες οἱ ἄγγελοι κρυπτῶς, καὶ ἄνθρωποι φανερῶς, ἐξέστησαν, ἐξεθαμβήθησαν, καὶ ἤρξαντο βοᾷν καὶ λέγειν· *Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις.* Οὐχ ὡς σημειοφόρον δὲ μόνον ἐπῄνουν, ἀλλὰ καὶ ὡς βασιλέα ὅτι ᾐχμαλώτευσε πᾶσαν τὴν ἀπ' αἰῶνος ὑπὸ τοῦ διαβό-

ex Judæis, et credebant in Jesum [17]. Et hæc quidem manifesta ratio laudationis illius fidelium : occulta autem ac abditior resurrectio est universæ naturæ hominum. Ac sicut signum Lazari ejusque suscitatio hominum animos ad celebrandum canticis Dominum excitavit, sic et signum suscitandi universi humani generis angelos sanctos ad laudandum permovit. Quantum vero totius universitatis hominum resurrectio, Lazari unius suscitationi præcellit; tantum quoque gloria ac laudatio id temporis præstabit. Ac conscientia quidem clamantium hominum miraculo excitata ad laudandum movebat, divina autem providentia nedum homines, sed et angelos ad Jesu admirationem ob naturæ totius futuram resurrectionem occulte instigabat. Viderunt enim, viderunt re vera didiceruntque, ac quam nescirent sapientiam edoctæ sunt cœlestes virtutes per fidelium Ecclesiam [18], ab universorum creatore Deo, in quo ante sæcula abscondita esset, novum elucentem; eam nimirum quæ in Domini Jesu doctrinis ac promissionibus miraculisque consistit, quemadmodum admirabilis Paulus quodam loco dicit : *Ut innotescat nunc principalibus et potestatibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei* [19]. Docentur enim supernæ virtutes necdum ab ipsis visa auditave. Etenim sunt creaturæ; nec ulla sit creatura, cui non doctrina necessaria sit. At neque noverunt futura, nisi quid sancta ac adoranda Trinitate docente acceperint. Didicerunt ergo, certumque argumentum futuræ resurrectionis Adami acceperunt, videntes filium viduæ a Deo suscitatum [20]. Protoplasto enim terræ filio mortuo, ea tanquam vidua effecta est. Rursus autem videntes suscitatam archisynagogi filiam [21], sapienter intellexerunt Evam quoque cum Adamo suscitandam. Tum vero suscitato puero centurionis alienigenæ [22] hoc abunde Deus docuit, fore ut externas quoque gentes suscitaret. En tibi tres mortuorum differentias. At Lazarum suscitando quartum mortuum, quatriduanum illum a sepulcro, elementis quatuor distrahentibus, olentem, putrem, vermibus mancipatum; notum factum est principatibus ac cœlestibus potestatibus terrenisque hominibus, fore ut tandem Deus universam hominum naturam elementis quatuor constantem suscitaret, quanquam illa in prævaricationis peccato feteret, quanquam in idololatriæ impietate putruisset, quanquam ei dæmones instar vermium dominarentur, *et captivam tenerent, ad suam ipsorum voluntatem* [23]. Cum hæc ergo angeli arcana ratione, homines autem conspicua cernerent, vehementius admirati obstupuerunt, cœperuntque clamare ac dicere : *Hosanna in altissimis* [24]. Porro laudabant, non ut tantum signiferum, sed ut etiam regem; quod omnem

[17] Joan. XII, 10. [18] Ephes. III, 10. [19] ibid. [20] Luc. VII, 11. [21] Matth. IX, 18; Marc. V, 22; Luc. VIII, 42. [22] Matth. VIII, 5. [23] II Tim. II, 26. [24] Matth. XXI, 9.

(71) Τὴν ἔγ. Deest δια.

quam a sæculo diabolus morsque captivitatem A subjectam habuissent, ipse captivasset [25]. His enim ac similibus de causis, eum divini prophetæ regem prædicant.

III. Quia porro præfati prophetæ convivæ sunt rationalium animorum; ac sicut menses annui spatii circulo per partes humana corpora alunt, ita et ii, nos quoque per partes, seu potius communiter instructis epulis, dum interim festa agimus, seu etiam ubique, fidelium alunt animos ac divinis doctrinis Christianos inebriant. juxta quod eorum aliquis dicit: *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ* [26]. Venite, audiamus, et narrabunt nobis omnes qui diligunt regnum Dei, quid de eo prophetet magnus Zacharias, gloriosus ille inter prophetas. Intelligamus quid fausti nuntii præco B proferat, multis sæculis præcurrens regno. Venite, atque ut convivæ rationales, fruamur verbis procedentibus de ore Dei, per spiritalem convivam Zachariam; cui obtigerit, ut suis nos epulis festa hac luce exciperet; quemadmodum ait Dominus: *Non in solo pane vivet homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei* [27]. Nam quia homines tristitiam oderunt, amant vero gaudium, incipit a gaudio clamare, dicens: *Gaude vehementer, filia Sion. Gaude vehementer*, inclamat captivitati propheta [28]. *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei* [29]. Quamobrem *gaude?* et quamobrem *vehementer* delectare et gaude? Quia venit qui convertat te, sicut olim prædixit pater Regis qui C convertit te: *In convertendo Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati: tunc repletum est gaudio os nostrum, et lingua nostra exsultatione* [30]. Gaude, inquit, velut postliminio reversa a captivitate dæmonum et sæculi hujus potestate, ad cœlestem illam Jerusalem, quam pater tuus Abraham exspectabat, uti ait quodam loco beatus Paulus: *Vos autem accessistis ad Sion montem et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem et multorum millium angelorum frequentiam, et ecclesiam primitivorum qui conscripti sunt in cœlis, et judicem Deum vivum, et spiritus justorum perfectorum* [31]. *Unde fugit dolor, tristitia et gemitus* [32]: *Ubi justorum omnium lætantium habitatio est* [33]. Tunc delectare et jucundare et gaude vehementer filia, hujus utique, D Sion. Cur vero, inquit, vehementer gaudebo, o propheta? *Gaude*, quia non ultra doloribus illis mancipanda sis: *vehementer* autem, eo quod liberator tuus haud habeat uti alii reges, sed sit rex æternus, et cujus regnum æternum sit, quemadmodum ait Gabriel angelus ad ejus matrem ac virginem Mariam: *Et regni ejus non erit finis* [34]: ac sicut ejus regnum æternum est, ita salus tua æterna erit. Propter hoc ergo, *Gaude vehementer; prædica, filia Sion.* Quid prædicabo, o propheta? Prædica

λου καὶ τοῦ θανάτου αἰχμαλωτισθεῖσαν αἰχμαλωσίαν. Ἕνεκεν τούτων καὶ τῶν τοιούτων βασιλέα αὐτὸν κηρύττουσιν οἱ θεῖοι προφῆται.

Ἐπειδὴ δὲ οἱ προειρημένοι προφῆται ἑστιάτορες τῶν λογικῶν ὑπάρχουσι· καὶ ὥσπερ οἱ μῆνες τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ μέρος τρέφουσι τὰ ἀνθρώπινα σώματα, οὕτως καὶ οὗτοι κατὰ μέρος ἡμᾶς, μᾶλλον κοινῶς τρέφουσι κατὰ ἑορτὴν, ἢ καὶ πάντοτε τὰς ψυχὰς τῶν πιστῶν, καὶ μεθύσκουσι ταῖς θεϊκαῖς διδασκαλίαις Χριστιανοὺς, καθώς που εἷς ἐξ αὐτῶν φησι· *Μεθυσθήσονται ἀπὸ πιότητος οἴκου σου.* Δεῦτε ἀκούσωμεν, καὶ διηγήσονται ἡμῖν πάντες οἱ ἀγαπῶντες τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, τί περὶ αὐτῆς ἡμῖν προφητεύει ὁ μέγας Ζαχαρίας, ὁ ἔνδοξος ἐν προφήταις. Συνίωμεν ὃ κῆρυξ εὐαγγελίζεται, προτρέχων τῆς βασιλείας πρὸ πολλῶν τῶν χρόνων. Δεῦτε, ἀπολαύσωμεν, ὡς λογικοὶ δαιτύμονες, τὰ διὰ στόματος Θεοῦ ἐκπορευόμενα ῥήματα διὰ τοῦ πνευματικοῦ ἑστιάτορος Ζαχαρίου· αὐτῷ γὰρ ἔλαχε θρέψαι ἡμᾶς ἐν τῇ ἑορτῇ ταύτῃ· καθώς φησιν ὁ Κύριος, ὅτι *Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ.* Ἐπειδὴ γὰρ ἡ λύπη παρὰ τοῖς ἀνθρώποις μισητὴ τυγχάνει, ποθητὴ δὲ ἡ χαρά· ἀπὸ χαρᾶς ἄρχεται βοᾶν λέγων· *Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών. Χαῖρε σφόδρα*, βοᾷ ὁ προφήτης πρὸς τὴν αἰχμαλωσίαν. *Ὢ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ!* Διὰ τί *χαῖρε;* καὶ διὰ τί *σφόδρα* τέρπου καὶ εὐφραίνου; Ὅτι ἥκει ὁ ἐπιστρέφων σε, καθὼς προανεφώνησεν ὁ Πατὴρ τοῦ ἐπιστρέφοντός σε βασιλέως λέγων· *Ἐν τῷ ἐπιστρέψαι Κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν Σιὼν, ἐγενήθημεν ὡς παρακεκλημένοι· τότε ἐπλήσθη χαρᾶς τὸ στόμα ἡμῶν, καὶ ἡ γλῶσσα ἡμῶν ἀγαλλιάσεως.* Χαῖρε, φησὶν, ὅτι ὑπεστράφης ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τῶν δαιμόνων, καὶ ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ αἰῶνος τούτου, εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἣν ἐξεδέχετο ὁ πατήρ σου Ἀβραὰμ, καθώς που ὁ μακάριος Παῦλός φησιν· *Ὑμεῖς δὲ προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ κριτῇ Θεῷ ζῶντι, καὶ πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων· ὅθεν ἀπέδρα ὀδύνη, λύπη καὶ στεναγμός· ἔνθα πάντων τῶν δικαίων εὐφραινομένων ἐστὶν ἡ κατοικία.* Τότε τέρπου καὶ εὐφραίνου, καὶ χαῖρε σφόδρα, θύγατερ, ταύτης τῆς Σιὼν, δῆλον. Καὶ διὰ τί φησι, Σφόδρα χαίρω, ὦ προφῆτα; *Χαῖρε*, διότι οὐκέτι ὀδύναις ἐκείναις αἰχμαλωτεύσῃ· *σφόδρα* δὲ, διότι οὐχ ὡς οἱ λοιποὶ βασιλεῖς, οὕτως ὁ ῥυόμενός σε· ἀλλὰ βασιλεὺς αἰώνιος, καὶ αἰωνία αὐτοῦ ἡ βασιλεία, καθώς φησιν ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ πρὸς τὴν μητέρα αὐτοῦ καὶ παρθένον Μαριάμ· *Καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος·* καὶ καθὼς αἰωνία αὐτοῦ ἡ βασιλεία, οὐ-

[25] Psal. LXVII, 19; Ephes. IV, 8. [26] Psal. XXXV, 9. [27] Matth. IV, 4. [28] Zach. IX, 9. [29] Rom. XI, 33. [30] Psal. CXXV, 1, 2. [31] Hebr. XII, 22, 23. [32] Isa. LI, 11. [33] Psal. LXXXVI, 7. [34] Luc. I, 33.

A τως αἰώνια σου ἡ σωτηρία. Διὰ τοῦτο οὖν *Χαῖρε σφόδρα· κήρυττε, θύγατερ Ἱερουσαλήμ.* Τί κηρύξω, ὦ προφῆτα; Κήρυττε τῷ βασιλεῖ σου, τῷ κατελθόντι ἀπὸ τῶν ὑψωμάτων τοῦ οὐρανοῦ σῶσαί σε, εὐχαριστίαν, δοξολογίαν, ὑμνολογίαν. Κήρυττε *Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις*, ὅθεν παρεγένετο σῶσαί σε· *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.* Καὶ σκόπει μοι τὸν εὐαγγελιστὴν, πῶς διπλοῦν τὸν Χριστὸν κηρύττει. Ἐν τῷ γὰρ λέγειν, *Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις*, τὴν ὑψηλὴν τῆς θεότητος φύσιν δηλοῖ· ἐν δὲ τῷ λέγειν· *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου*, τὴν τῆς ἀνθρωπότητος οὐσίαν σημαίνει· τὸ εὐλογημένον σπέρμα, ὃ εὐλογήθη ὁ εὐλογημένος Ἀβραὰμ, ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ εὐλογηθῆναι πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. *Εὐλογημένη*, φησὶν, *ἡ ἐρχομένη βασιλεία τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαβίδ.*

B Ἀναλάβωμεν πάλιν τὴν φωνὴν τὴν προτέραν, καὶ ὥσπερ μασθὸν προφητικὸν ἐκπιέσωμεν· ἔτι γὰρ ἔχει γάλακτος. Φησὶ γάρ· *Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών· κήρυττε, θύγατερ Ἱερουσαλήμ.* Καὶ τίνος ἕνεκεν *θύγατερ Σιὼν*, καὶ οὐ Σιών; καὶ *θύγατερ Ἱερουσαλὴμ*, καὶ οὐ Ἱερουσαλήμ; Πρόσεχε συνετῶς, παρακαλῶ. Ὥσπερ γὰρ τὰ ὀνόματα τῶν βοτανῶν, καὶ τῶν πετεινῶν, καὶ τῶν τετραπόδων, καὶ τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὴν διαφορὰν τῆς μορφῆς καὶ τῆς δυνάμεως οὕτω καὶ τὸ ὄνομα κέκτηται, οὕτως ἑκάστη κεραία τῶν θείων λογίων ἰδίαν δύναμιν καὶ θεωρίαν κέκτηται. Οὐκοῦν ἐρευνήσωμεν, τί δήποτε τὴν νῦν πιστὴν Ἱερουσαλὴμ πρῶτον καλεῖ ὁ προφήτης θυγατέρα Σιὼν [κήρυττε, θύγατερ Ἱερουσαλήμ]. Φησὶ

C γάρ· *Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών· κήρυττε, θύγατερ Ἱερουσαλήμ.* Σιὼν ἑρμηνεύεται *διψῶσα.* Ἔστι δὲ αὕτη ἡ συναγωγὴ τῶν δικαίων καὶ προφητῶν· τῶν ἀπ' αἰῶνος μέχρι τῆς Χριστοῦ παρουσίας· διψήσαντες ἑνωθῆναι καὶ εὐαρεστῆσαι τῇ θείᾳ καὶ προσκυνητῇ οὐσίᾳ τῆς θεότητος, καθὼς φησιν ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων Πέτρος· *Ἵνα γένωνται θείας κοινωνοὶ φύσεως.* Οὗτοι, ζητοῦντες τὸν Χριστὸν καὶ διψῶντες, ἐκλήθησαν Σιὼν, καθὼς εἷς ἐξ αὐτῶν ἔλεγεν· *Ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρὸν τὸν ζῶντα.* Ὅταν δὲ ἐπέτυχον καὶ ἤγγισαν, μᾶλλον δὲ *ὤφθησαν καὶ ἐθεώρησαν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ*· οὕτω γὰρ λέγει ἑτέρα ἔκδοσις· ἐγένοντο Ἱερουσαλὴμ, ὁρῶντες Θεὸν, καὶ σκοπευτήριον πάσης

D τῆς γνώσεως. Θυγατέρα δὲ ταύτης Σιὼν καλεῖ τοὺς διὰ τῆς πίστεως διψῶντας, καὶ διὰ τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν τοῦ Εὐαγγελίου, ζητοῦντας εὑρεῖν τὸν Κύριον, τὸν ἐν αὐτοῖς κεκρυμμένον, καθὼς φησι τὸ ἅγιον Πνεῦμα· *Αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων τὸν Κύριον, ζητούντων τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ.* Καὶ ὅταν ἐπιτύχωσι, καλοῦνται θυγάτηρ τῆς προειρημένης Ἱερουσαλὴμ, θεωροῦντες τὸν Θεὸν, καὶ σκοποῦντες τὴν πνευματικὴν γνῶσιν. Παρακαλῶν δὲ ὁ προφήτης διὰ τοῦ πνεύματος τὸν Θεὸν ἀναδεῖξαι τὴν τοιαύτην Σιὼν καὶ Ἱερουσαλὴμ, φησί· *Μνήσθητι τῆς συναγωγῆς σου, ἧς ἐκτήσω ἀπαρχῆς.* Οὐχ-

A regi tuo, qui venit de excelsis cœlorum ut te salvet, gratiarum actionem, glorificationem, laudum cantica. Prædica *Hosanna in altissimis* [35], unde is te salvaturus advenit: *Benedictus qui venit in nomine Domini* [36]. Tu vero mihi evangelistam considera, ut duplicem Christum prædicet. Dicendo enim, *Hosanna in altissimis*, sublimem naturam divinitatis ostendit; dicendo autem: *Benedictus qui venit in nomine Domini*, substantiam designat humanitatis: semen, inquam, illud benedictum, quod benedictus Abraham in benedictionem accepit, ut in semine ejus benedicerentur omnes gentes terræ [37]. *Benedictum*, inquit, *quod venit regnum patris nostri David* [38].

B IV. Resumamus priorem vocem, ac velut prophetica ubera exprimamus: quippe adhuc lac habent. Ait siquidem: *Gaude vehementer, filia Sion; prædica, filia Jerusalem.* Quorsum vero, *filia Sion*, non Sion? Quorsum *filia Jerusalem*, non Jerusalem? Quæso attendas sapienter. Quemadmodum enim olera, volucres, quadrupeda animalia atque homines, pro varia forma atque virtute, alia atque alia acceperunt nomina, sic sane singuli divinorum eloquiorum apices, virtutem propriam ac sensum spiritalem habent. Scrutemur ergo, quamobrem propheta, fidelem Jerusalem, primum appellet filiam Sion; subindeque filiam Jerusalem.

C Nam ait: *Gaude vehementer, filia Sion; prædica, filia Jerusalem.* Sion exponitur *sitiens.* Hæc porro justorum ac prophetarum congregatio est, qui fuerunt a sæculo usque ad Christi adventum: qui nimirum uniri sitierunt, ac placere divinæ adorandæque divinitatis substantiæ, quemadmodum ait Petrus apostolorum princeps: *Ut divinæ efficerentur consortes naturæ* [39]. Hi, inquam, Christum quærentes ac sitientes appellati sunt Sion, quemadmodum eorum aliquis ait: *Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum* [40]. Ubi autem adepti sunt ac accesserunt, seu potius *viderunt ac contuiti sunt faciem ejus*; sic enim habet alia editio; facti sunt Jerusalem Deum videntes, ac totius scientiæ specula. Hujus porro Sion filiam vocat, fideles in Do-

D mino qui sitiunt per fidem, quique exsequendo evangelica præcepta, Dominum in eis occultatum invenire quærunt, uti ait Spiritus sanctus: *Hæc est generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Jacob* [41]. Ubi autem consecuti sunt, vocantur filia præfatæ Jerusalem, videntes Deum ac scientiam spiritalem speculantes. Porro propheta Deum obsecrans in spiritu, ut eam Sion ac Jerusalem exhiberet, ait: *Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio* [42]. Ergo cum hac matre tua, tu Sion *Gaude vehementer, filia* cœlestis *Jerusalem*: clama cum tua illa matre: *Hosanna in*

[35] Matth. XXI, 9. [36] ibid. [37] Genes. XVIII, 18. [38] Marc. XI, 10. [39] II Petr. I, 4. [40] Psal. XLI, 3. [41] Psal. LXXIII, 2. [42] ibid.

altissimis : Benedictus qui venit in nomine Domini.

A οὖν μετ' αὐτῆς τῆς μητρός σου Σιών, *Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Ἱερουσαλὴμ* ἐπουρανίου· μετὰ τῆς μητρός σου βοῶσα· *Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.*

V. Quid vero ait Evangelium : *Cum appropinquassent Hierosolymis, et venissent Bethphage* [43] ? Idcirco enim ivit in cœnaculum, ad montem Olivarum (quod est Ecclesia fidelis populi), ut eum manducarent. *Tunc misit* Dominus *duos ex discipulis suis.* Sunt hi, chori duo, prophetarum scilicet et apostolorum. Apostoli enim cum docerent gentes, secum habebant a Deo inspirata oracula prophetarum quæ Christo testimonium perhiberent, quomodo vidit magnus inter prophetas Ezechiel : *Rota*, inquit, *in rota, volans ac currens* [44]. Dicens Jesus : *Ite in castellum quod contra vos est,* misit eos in universum gentium orbem : hactenus enim gentiles contrarii erant fideli Ecclesiæ Judaici populi. Porro opportuno eos tempore misit in castellum gentium, quod contra erat : quippe illud paratum erat, ut præfatos duos choros prophetarum ac apostolorum reciperet. Et ut *ei pullum adducerent* ; nempe gentes, super quas ascenderet ac regnaret, juxta quod Psalmista ait : *Regnavit Deus super gentes : Dominus sedens super sedem sanctam suam* [45]. *Super quem nemo unquam hominum sedit* [46]. Nam neque Deum sessorem habebant ac regnantem super eas, neque legem neque prophetas. *Solvite*, inquit, *illum, et adducite mihi.* Apostoli enim a tenebris gentes absolverunt : hoc est, a Dei ignorantia, ab errore, a peccato, ab alieni servitute, a potestate tenebrarum principis sæculi hujus [47] : adduxeruntque ad eorum creatorem ac opificem Dominum. Ac ecce, super eas sedet regnatque, uti super cherubim, clamantes atque dicentes : *Hosanna in altissimis : Benedictus qui venit in nomine Domini ; pax in cœlo, et gloria in altissimis.* Sic enim Lucas ait [48]. Cur is vero, *Pax in cœlo*, dicit ? Numquid enim angeli non habebant in cœlo pacem ? Habebant sane, ac plane habebant pacem in se ipsis : illam nimirum pacem, *quæ exsuperat omnem sensum* [49], quemadmodum sapientissimus Paulus ait : habebant in cœlo pacem ; haud tamen cum hominibus habebant. Cœlum per se ipsum pace gaudebat. Ut autem angeli universum humanum genus Lazari signo congregatum viderunt, gentesque solutas pulli instar, ad auctoris servitutem accedentes ac regnum ; cœlum quoque pacis fœdera cum hominibus iniit, clamaveruntque unanimiter, atque dixerunt, *Benedictus qui venit in nomine Domini : pax in cœlo, et gloria in altissimis. Et imposuerunt super pullum vestimenta.* Significant hæc, quam ipse eis dedit gratiam in gentibus [50], per quam Jesum super eas sedere fecerunt ; nec id solum, sed et per proprias quoque eorum virtutes, quemadmodum significat sacer Evangelista dicens : *Alii autem sternebant ve-*

Καὶ τί φησι τὸ Εὐαγγέλιον· *Ὅτε ἤγγισαν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἦλθον εἰς Βηθφαγῆ;* Ἵνα γὰρ φάγωσιν αὐτὸν οἱ πιστοὶ, ἤρχετο ἐν τῷ ὑπερῴῳ πρὸς τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν (ὅ ἐστιν ἐκ τοῦ λαοῦ πιστὴ Ἐκκλησία). *Τότε ὁ Κύριος ἀπέστειλε δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ·* οἵτινές εἰσι δύο χοροὶ τῶν προφητῶν καὶ ἀποστόλων. Μαθητεύοντες γὰρ τὰ ἔθνη οἱ ἀπόστολοι, εἶχον μεθ' ἑαυτῶν τὰ θεόπνευστα τῶν προφητῶν λόγια, τὰ μαρτυροῦντα τῷ Χριστῷ, ὃν τρόπον ἐθεώρησεν αὐτοὺς Ἰεζεκιὴλ ὁ μέγας ἐν προφήταις· *Τροχὸς*, φησὶν, *ἐν τροχῷ, πετόμενος καὶ τρέχων.*
B Λέγοντος πρὸς αὐτοὺς τοῦ Ἰησοῦ· *Πορευθέντες εἰς τὴν κατέναντι κώμην·* ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τῶν ἐθνῶν· ὅτι ἐναντίοι ἦσαν τέως τῆς ἐκ τοῦ λαοῦ πιστῆς Ἐκκλησίας. Καιρῷ γὰρ εὐθέτῳ ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὴν κατέναντι κώμην τῶν ἐθνῶν· ἑτοίμη γὰρ ἦν δέξασθαι τοὺς προειρημένους δύο χοροὺς τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν. *Καὶ ἀγαγεῖν πρὸς αὐτὸν τὸν πῶλον·* οἵτινές εἰσι τὰ ἔθνη· τοῦ ἐπιβῆναι καὶ βασιλεῦσαι ἐπ' αὐτὰ, καθώς φησιν ὁ Ψαλμῳδός· *Ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ ἔθνη· Κύριος κάθηται ἐπὶ θρόνου ἁγίου αὐτοῦ· ἐφ' ᾧ οὐδεὶς ποτε ἀνθρώπων κεκάθικεν.* Οὐδὲ γὰρ Θεὸν εἶχον ἐπιβαίνοντα καὶ βασιλεύοντα ἐπ' αὐτὰ, οὐδὲ νόμον οὐδὲ προφήτας. *Λύσαντες αὐτὸν*, φησὶν, *ἀγάγετέ μοι.* Ἔλυσαν γὰρ τὰ ἔθνη οἱ ἀπόστολοι ἀπὸ
C τῆς σκοτίας, τουτέστι τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγνωσίας, ἀπὸ τῆς πλάνης, ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἀπὸ τῆς δουλείας τοῦ ἀλλοτρίου, ἀπὸ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου· καὶ ἤγαγον πρὸς τὸν κτίστην καὶ δημιουργὸν αὐτῶν Κύριον. Καὶ ἰδοὺ κάθηται ἐπ' αὐτὰ, καὶ βασιλεύει ὡς ἐπὶ τῶν χερουβὶμ, κράζοντα καὶ λέγοντα· *Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις.* Οὕτω γάρ φησιν ὁ Λουκᾶς. *Εἰρήνη ἐν τῷ οὐρανῷ*, τίνος ἕνεκεν λέγει; Οὐκ εἶχον οἱ ἄγγελοι εἰρήνην ἐν τῷ οὐρανῷ; Ναί· καὶ πάνυ εἶχον ἐν ἑαυτοῖς τὴν εἰρήνην· *εἰρήνην τὴν ὑπερέχουσαν πάντα νοῦν*, καθώς φησιν ὁ σοφώτατος Παῦλος· εἶχον εἰρήνην ἐν οὐρανῷ· ἀλλὰ
D μετὰ τῶν ἀνθρώπων οὐκ εἶχον. Ὁ οὐρανὸς εἰρήνην εἶχε καθ' ἑαυτόν. Ὅταν δὲ ἴδον οἱ ἄγγελοι πᾶσαν τὴν ἀνθρωπότητα ἀγειρομένην διὰ τοῦ σημείου τοῦ Λαζάρου, καὶ τὰ ἔθνη λυόμενα δίκην τοῦ πώλου, καὶ ἐρχόμενα εἰς τὸ βασιλεύεσθαι ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ αὐτῶν· τότε εἰρηνεύθη καὶ ὁ οὐρανὸς μετὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὁμοθυμαδὸν ἔκραζον καὶ ἔλεγον· *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις. Καὶ ἐπέθηκεν ἐπάνω τοῦ πώλου τὰ ἱμάτια·* ἅτινα σημαίνουσι τὴν χάριν τὴν παρ' αὐτοῦ δοθεῖσαν αὐτοῖς ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ δι' αὐτῆς ἐπεβίβασαν τὸν Ἰησοῦν ἐπ' αὐ-

[43] Matth. XXI, 1. [44] Ezech. I, 17. [45] Psal. XLIX, 9. [46] Marc. XI, 2. [47] Ephes. II, 2. [48] Luc. XIX, 38. [49] Philipp. IV, 7. [50] Galat. II, 8.

τά· οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ διὰ τὰς ἰδίας ἀρετὰς, **A** καθὼς σημαίνει ὁ εὐαγγελιστὴς, λέγων· *Ἄλλοι δὲ ὑπεστρώννυον τὰ ἱμάτια αὐτῶν* (72) *ἐν τῇ ὁδῷ*. Εἰς τοῦτο δὲ τὰς ἰδίας ἀρετὰς, ἃς συνέζευξαν χάριτι, αἰνίττεται, ὡς φανερῶς λέγει ὁ θεσπέσιος Παῦλος· *Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως, εἰρήνην ἔχωμεν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν ἐν τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν ταύτην, ἐν ᾗ ἑστήκαμεν, καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ.* Ἕως δὲ [τούτου] τὰ τῆς χάριτος. *Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν ἡμῶν, εἰδότες, ὅτι θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται· ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν· ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα· ἡ δὲ ἐλπὶς οὐκ αἰσχύνει· ὅτι ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐκκέχυται εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν διὰ Πνεύματος ἁγίου,* **B** *τοῦ δοθέντος ἡμῖν.* Τὸ δὲ, *Ἐν τῇ γῇ ὑπεστρώννυον*, ὅτι σωματικῶς καὶ φανερῶς καὶ αἰσθητῶς ἐθεωροῦντο αἱ ἀρεταὶ αὐτῶν ἐνώπιον τῶν ἐθνῶν, καθὼς καὶ ἐν ἑτέρῳ πού φησι πρὸς ταῦτα λέγων ὁ Ἀπόστολος· *Οἷα εἴδετε ἐν ἐμοὶ καὶ ἠκούσατε καὶ παρελάβετε, ταῦτα πράξατε.* Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανίωμεν.

stimenta sua in via. Per hoc enim proprias eorum virtutes quas gratiæ conjunxerunt, indicat, quemadmodum admirabilis Paulus aperte ait: *Justificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum: per quem et habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, et gloriamur in spe gloriæ Dei* [31]. Hactenus quæ spectant ad gratiam. *Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus nostris: scientes quod tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationem; probatio vero spem; spes autem non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis* [32]. Quod autem ait, *Sternebant in via*, eo dictum sit, quod eorum virtutes coram gentibus corporaliter palamque ac sensibili ratione aspectandæ proponerentur, uti etiam alio quodam loco ad idem ait Apostolus: *Quæ vidistis in me et audivistis et accepistis, hæc agite* [33]. Verum ad propositum revertamur

Οἱ δὲ ὄχλοι οἱ προάγοντες καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες ἔκραζον, μετὰ αἴνων καὶ κλάδων ἐλαιῶν καὶ βαΐων· οἵτινες σημαίνουσι τὴν πρακτικὴν ἐργασίαν τοῦ ἔξω ἀνθρώπου· καὶ βάϊα φοινίκων, οἵτινες μηνύουσι τὴν πνευματικὴν καὶ πρακτικὴν καὶ γνωστικὴν καὶ καθαρὰν τοῦ ἔσω ἀνθρώπου ἐργασίαν. *Ἔκραζον λέγοντες· Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις.* Ἐν ἀληθείᾳ γὰρ πάντες οἱ ὄχλοι τῶν δικαίων καὶ προφητῶν καὶ ἱερέων, οἵτινές εἰσιν οἱ προάγοντες καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες, πίστει κράζουσι, καὶ λέγουσιν· *Ὡσαννὰ* **C** *τῷ υἱῷ Δαβίδ· Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις·* ὡς ὁ εὐαγγελιστής φησι· *Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος· Εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιών.* Πρὸς τίνας λέγεις, *Εἴπατε*, ὦ προφῆτα; Ἰδοὺ σὺ κηρύττεις· ἰδοὺ σὺ λέγεις. Ἐγὼ, φησὶν, ἐπεθύμουν ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι· οὐκ ἐγὼ μόνος, ἀλλὰ καὶ *πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι*. Ἀλλὰ καὶ τοῖς εὑρισκομένοις καὶ μαθητευομένοις, καὶ θεωροῦντας (73) καὶ ἀκούοντας τοῦ βασιλέως Σιὼν λέγω, ἵνα εἴπωσι καὶ κηρύξωσιν· *Εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιών· Ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι.* Καὶ οὐκ εἶπε ψιλῶς, *ἔρχεται*· ἀλλ' *ἔρχεταί σοι*· τουτέστι, σοῦ γενέσθαι, καὶ ἐν σοὶ οἰκῆσαι. *Ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι δίκαιος καὶ σώζων.* **D** Σώζων ἀπὸ τῆς δουλείας τοῦ ἐχθροῦ τοὺς πιστεύοντας ἐπ' αὐτόν. *Πραῢς καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου*· τουτέστι ταπεινόφρων, καὶ ἐν τῇ ταπεινοφροσύνῃ αὐτοῦ *ἐξολοθρεύων τὰ ἅρματα τῆς βασιλείας Ἐφραΐμ*· τουτέστι τοῦ διαβόλου, ὃς ἐβασίλευσεν ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη. Ἐξωλόθρευσε δὲ καὶ κατὰ τὸ γράμμα καὶ τὴν βασιλείαν τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐπαύθη. *Καὶ ἵππον*, φησὶν, *ἐξ Ἱερουσαλήμ*· τουτέστι πᾶσαν τὴν ὑπερηφανίαν τῆς

VI. *Turbæ autem quæ præibant et quæ sequebantur clamabant*, cum laudibus et ramis olivarum atque palmarum. Significant olivarum rami actuosam operationem exterioris hominis: rami autem palmarum, spiritalem activamque ac contemplativam atque puram hominis interioris operationem. *Clamabant dicentes: Hosanna in altissimis.* Re vera enim omnes turbæ justorum, et prophetarum ac sacerdotum, quos intelligimus præeuntes atque sequentes, fide clamant, dicuntque: *Hosanna filio David: Benedictus qui venit in nomine Domini: Hosanna in altissimis:* quemadmodum sacer evangelista ait: *Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est per prophetam, dicentem: Dicite filiæ Sion.* Quibusnam propheta ais, *Dicite?* En ipse prædicas: en ipse dicis. Ego, inquit, desiderabam videre et audire: nec ego tantum, sed et *multi prophetæ et justi* [33*]. Verum dico, cum inventuris ac discipulis, tum iis qui vident ac audiunt Regem Sion, ut dicant ac prædicent: *Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi.* Non nude dixit, *venit*: sed, *venit tibi*: hoc est, ut sit tuus, et habitet in te. *Ecce rex tuus venit tibi justus et salvans.* Salvans ab inimici servitute credentes in eum. *Mansuetus, et sedens super pullum filium subjugalis:* hoc est, humilis, suaque humilitate *dispergens currus regni Ephraim* [34]; hoc est diaboli, qui regnaverat super Israel et super gentes. Sed et ad litteram, regnum quoque populi Judæorum disperdidit, illudque jam desiit. *Et equum de Jerusalem:* hoc est, omnem eorum principatus superbiam humili pullo suo. Porro, Jacob cum benediceret Judam, factamque ad Abraham ac Isaac patres suos benedictionem, quæ est Christus, declararet, ait: *Alligans ad vitem pullum*

[31] Rom. v, 1, 2. [32] ibid. 3, 5. [33] Philipp. iv, 9. [33*] Matth. xiii, 17. [34] Zach. ix, 10.

(72) *Αὐτῶν.* Apud Matthæum xxi, 8, ἑαυτῶν.

(73) *Καὶ θεωρ.* Forte καὶ πρὸς θεωρ.

suum [55]. Ad vitem enim de Ægypto translatam [56], quæque totam implevit terram per doctrinam prophetarum ejus atque justorum, universas gentes alligavit. Nam pullus in lege immundus erat, uti et gentes. *Alligans ad vitem pullum suum.* Quid ita? Ut ab ea legem ac prophetas ac in eis latentem Dei scientiam acciperent: hoc est, Christum; qui est benedictio ac purgatio gentium. Quippe ait: *Et ad helicem pullum asinæ suæ.* Est helix, quod ex vite germinat: Christus nimirum, qui germinavit ex vite synagoga translata de Ægypto; quemadmodum ipsemet ad eum Jacob ait: *Ex germine, fili mi, ascendisti:* inque eo gentes insolubili vinculo alligatæ sunt.

A αὐτῶν ἀρχῆς διὰ τοῦ ταπεινοῦ αὐτοῦ πωλου. Ὁ δὲ πατριάρχης Ἰακὼβ, εὐλογῶν τὸν Ἰούδαν, καὶ ἐκφαίνων τὴν εὐλογίαν τὴν πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, λέγει· *Δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ.* Πρὸς γὰρ τὴν ἄμπελον τὴν μεταστᾶσαν ἐξ Αἰγύπτου, τὴν πληρώσασαν πᾶσαν τὴν γῆν ἀπὸ τῆς διδαχῆς τῶν προφητῶν αὐτῆς καὶ δικαίων, ἐδέσμευσε πάντα τὰ ἔθνη. Ὁ γὰρ πῶλος ἀκάθαρτός ἐστιν ἐν τῷ νόμῳ· οὕτω καὶ τὰ ἔθνη. *Δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ.* Διὰ τί; Ἵνα δέξωνται παρ' αὐτοῦ (74) τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας, καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς θεογνωσίαν· τουτέστι τὸν Χριστὸν, ὅς ἐστιν εὐλογία τῶν ἐθνῶν καὶ κάθαρσις. Φησὶ γάρ· *Καὶ τῇ ἕλικι τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ.* Ἕλιξ ἐστὶ τὸ βλάστημα τὸ ἐξ ἀμπέλου· ὅς ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἐξ ἀμπέλου τῆς συναγωγῆς τῆς ἐξ Αἰγύπτου βλαστήσας, καθὼς αὐτὸς ὁ Ἰακὼβ φησι πρὸς αὐτόν· *Ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέβης·* καὶ ἐδεσμεύθησαν τὰ ἔθνη ἐν αὐτῷ ἀλύτως.

VII. Et nos itaque insolubiliter Christo alligemur. Siquidem omnino ab ejus solemnitatibus salutem obtinere contendimus; nos quoque ipse una cum Lazaro, *a mortuis operibus* [57] nostris *quæ sine Deo sunt facta*, suscitaturus est [58]. Sic ipsi in Bethania concœnabimus, quam interpreteris, *domum obedientiæ.* Sic a captivitate oblivionis animi pariter ac corporis sensus apte colligemus, clamantes ac dicentes: *Hosanna in altissimis: Benedictus qui venit in nomine Domini;* in suam ipse Jerusalem ingressurus: non jam ut patiatur, uti tunc; sed ut salvet eam, Salvatorque ab ea glorificetur, quomodo David eam compellans ait: *Lauda, Jerusalem, Dominum; lauda Deum tuum, Sion* [59]. Dixit iterum: *Lauda* ac *lauda;* animo pariter ac corpore. *Quoniam confirmavit vectes portarum tuarum* [60]: nempe fidem, spem et charitatem, meditationem ac studium cœleste, longanimitatem, patientiam. *Benedixit filiis tuis in te* [61]: nempe infantibus fidelibus, qui Dominum cum ramis susceperunt; cum novis utique fructibus: infantibus, inquam, sugentibus lac doctrinæ Christi. Credentes enim in eum, mox laudant, sicut scriptum est: *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem* [62]. Efficiamur pro immundo pullo sacrum ei vehiculum, ut in nos ascendat. Currum ei nostrarum cogitationum jungamus, et *regnabit* super nos *in sæcula, et regni ejus non erit finis* [63]. Hilarem vitæ rationem ceu ramos olivarum assumamus, ut quemadmodum ait regius Psaltes, *Faciem nostram in oleo exhilaremus* [64]. Et iterum: *Servite Domino in lætitia* [65]. Divinam rursum ac spiritalem operationem in interiori homine ceu palmarum ramos tollentes, sequamur, gratias ei agentes: ac pro candore quidem, rectam intemeratamque ac simplicem assumamus fidem; pro agilitate autem, patientem spem; spem inquam, quæ pungat ac jugulet cogita-

B Οὐκοῦν δεσμευθῶμεν καὶ ἡμεῖς εἰς τὸν Χριστὸν ἀλύτως. Ἐὰν ὅλως ἀγωνιζώμεθα τοῦ σωθῆναι ἀπὸ τῶν ἑορτῶν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς συνεγερεῖ ἡμᾶς τῷ Λαζάρῳ *ἀπὸ τῶν νεκρῶν* ἡμῶν *ἔργων, τῶν χωρὶς αὐτοῦ γενομένων.* Οὕτω συνδειπνοῦμεν αὐτῷ ἐν τῇ Βηθανίᾳ, ἥτις ἑρμηνεύεται *οἶκος τῆς ὑπακοῆς.* Οὕτως ἁρμοδίως συνάγωμεν (75) τοὺς λογισμοὺς ἡμῶν ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας τῆς λήθης μετὰ τῶν αἰσθητηρίων τοῦ σώματος, κράζοντες καὶ λέγοντες· *Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις· Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου*, εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἑαυτοῦ Ἱερουσαλήμ· οὐ διὰ τὸ παθεῖν, ὥσπερ τότε, ἀλλ' ἵνα σώσῃ αὐτὴν, καὶ δοξασθῇ ὑπ' αὐτῆς· καθὼς φωνεῖ αὐτὴν Δαβὶδ λέγων· *Ἐπαίνει, Ἱερουσαλὴμ, τὸν Κύριον· αἴνει τὸν Θεόν σου, Σιών.* Δεύτερον εἶπεν· *Ἐπαί-* C *νει καὶ αἴνει,* ψυχῇ καὶ σώματι. *Ὅτι ἐνίσχυσε τοὺς μοχλοὺς τῶν πυλῶν σου·* οἵτινές εἰσι πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη, μελέτη, μακροθυμία, ὑπομονή. *Εὐλόγησε τοὺς υἱούς σου ἐν σοί·* οἵτινές εἰσι τὰ πιστὰ νήπια τὰ δεχόμενα τὸν Κύριον μετὰ τῶν κλάδων· τουτέστι μετὰ καρπῶν νέων· τὰ θηλάζοντα τὸ γάλα τῆς διδασκαλίας τοῦ Χριστοῦ. Πιστεύοντες γὰρ εἰς αὐτὸν, εὐθέως αἰνοῦσι, καθὼς γέγραπται· *Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον.* Γενώμεθα αὐτῷ ὄχημα ἅγιον ἀντὶ ἀκαθάρτου πώλου, ἵνα ἐπιβῇ ἐφ' ἡμᾶς. Ζεύξωμεν αὐτῷ τὸ ἅρμα τῶν λογισμῶν ἡμῶν, καὶ *βασιλεύσει* ἐφ' ἡμᾶς *εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος.* Λάβωμεν ἱλαρὰν πολιτείαν ὡς κλάδη ἐλαιῶν, D *Τοῦ ἱλαρῦναι τὸ πρόσωπον ἡμῶν ἐλαίῳ,* καθώς φησιν ὁ Ψαλμῳδός· καὶ πάλιν· *Δουλεύσατε τῷ Κυρίῳ ἐν εὐφροσύνῃ·* ἄρωμεν πάλιν ἐν τῷ ἔσω ἀνθρώπῳ τὴν θεϊκὴν καὶ πνευματικὴν ἐργασίαν, ὡς τὰ τῶν φοινίκων βάϊα, καὶ ἀκολουθήσωμεν εὐχαριστοῦντες αὐτῷ· καὶ ἀντὶ μὲν τῆς ἀσπρότητος [ἁπλότητος] τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμίαντον καὶ ἁπλῆν πίστιν· ἀντὶ δὲ τῆς ὀξύτητος τὴν ὑπομονητικὴν ἐλπίδα· τὴν κεντοῦσαν

[55] Genes. XLIX, 11. [56] Psal. LXXIX, 9. [57] Hebr. VI, 1. [58] Joan. XI, 3. [59] Psal. CXLVII, 1. [60] ibid. 2. [61] ibid. [62] Psal. VIII, 3. [63] Luc. I, 32, 33. [64] Psal. CIII, 15. [65] Psal. XCIX, 2.

(74) *Παρ' αὐτοῦ.* Scrib. παρ' αὐτῆς.

(75) *Συνάγωμεν.* Forte συνάξομεν.

καὶ σφάζουσαν πάντα λογισμὸν ἐπαιρόμενον, αἰχμα- A λωτεῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ· καὶ ἀντὶ τῆς γλυκύτητος τοῦ φοίνικος τὴν γλυκεῖαν ἀγάπην, τὴν συνισταμένην ἐκ τῶν προῤῥηθέντων πίστεως, καὶ ἐλπίδος, καὶ τῶν λοιπῶν, ἵνα πληρωθῇ ἐν ἡμῖν τὸ ῥηθέν· *Δίκαιος ὡς φοίνιξ ἀνθήσει· ὡσεὶ κέδρος ἡ ἐν τῷ Λιβάνῳ πληθυνθήσεται.* Ἀκολουθήσωμεν αὐτῷ εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν· εἰσέλθωμεν μετ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἱερὸν, ἵνα τὰς τραπέζας τῶν ἐν ἡμῖν κολλυβιστῶν καταστρέψῃ, καὶ τοὺς δαίμονας τοὺς πωλοῦντας τὰς περιστερὰς, τοὺς ἐν πλάνῃ πετομένους λογισμοὺς, ἀποδιώξῃ ἀφ' ἡμῶν μετὰ πάντων τῶν πωλούντων ἐν ἡμῖν καὶ ἀγοραζόντων· καὶ ἀντὶ σπηλαίου λῃστῶν ποιήσῃ ἡμᾶς κατὰ τὸν ἀρχαῖον ἱερὸν ναὸν ἅγιον, ἐν ᾧ οἰκεῖ καὶ περιπατεῖ Χριστός· ἵνα τοῖς τυφλοῖς ἡμῶν φῶς χαρίσηται, καὶ τοὺς κωφοὺς ποιήσῃ ἀκοῦσαι, καὶ B τοὺς χωλοὺς περιπατῆσαι, καὶ τοὺς νεκροὺς μετὰ Λαζάρου ἐγείρῃ. Ὅπου γὰρ οἰκεῖ ζωὴ, ἐκεῖ ἀνάστασίς ἐστιν· ἵνα μετὰ Λαζάρου, καὶ τῶν ὄχλων καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, μετὰ νηπίων καὶ θηλαζόντων, καὶ μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων κράξωμεν βοῶντες· *Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις· Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου·* Χριστὸς Κύριος καὶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, *ὁ βασιλεὺς τῶν αἰώνων.* Αὐτῷ δόξα, τιμὴ, κράτος καὶ προσκύνησις, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A tionem omnem extollentem se [66], ut nos a Dei scientia captivet: pro palmæ demum dulcedine, dulcem charitatem, quæ ex præfatis, fide, spe ac reliquis constat, ut in nobis impleatur quod dictum est: *Justus ut palma florebit; sicut cedrus quæ in Libano est, multiplicabitur* [67]. Sequamur euntem in sanctam civitatem: ingrediamur cum eo in templum, ut in nobis mensas nummulariorum subvertat [68], ac dæmones vendentes columbas: nempe cogitationes in errore volantes, cum omnibus qui in nobis emunt venduntque, a nobis expellat, ac pro spelunca latronum, sacrum nos templum, uti antiquum illud, in quo Christus habitet ac deambulet, faciat; quo cæcis nostris largiatur visum, ac surdos faciat audire, et ambulare claudos, mor- B tuosque cum Lazaro resuscitet. Ubi enim vita habitat, ibi resurrectio est: ut cum Lazaro et turbis ac discipulis ejus, cumque infantibus ac angelis sanctis clamemus dicentes: *Hosanna in altissimis: Benedictus qui venit in nomine Domini*: Christus Dominus et Deus noster, *rex sæculorum* [69]. Ipsi gloria, honor, potestas et adoratio, cum Patre et Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[66] II Cor. x, 5. [67] Psal. xci, 13. [68] Matth. xxi, 12. [69] I Tim. i, 17.

ANNO DOMINI CCCXIV-CCCLXXIV.

MARCELLUS ANCYRANUS EPISCOPUS

—

DIATRIBA

DE CAUSA MARCELLI ANCYRANI

(Montfaucon., *Biblioth. nova Patrum*, I, li.)

—

PROŒMIUM ET DIVISIO OPERIS.

De Marcelli Ancyrani doctrina, etsi ab ipso Marcelli ævo ad hoc usque tempus ab insignibus viris disceptatum sit, res tamen adhuc in ancipiti manet: alii namque illum temeratæ fidei reum agunt, alii ut rectæ fidei vindicem defendunt, alii quæstionis difficultate deterriti, non audent in utramvis partem ferre judicium. Ad postremos autem incunctanter accederem, nisi ex eo, quod jam primum publicatur, opusculo nova Marcellianis rebus lux oriretur. Hujus adminiculo non sine spe enodandæ, in multis saltem, rei hactenus perplexæ et intricatæ, huic Diatribæ manum admovemus, totamque hæc in capita distribuimus. Præit compendiaria de vita Marcelli narratio; hinc exquiritur, qui fuerit ille Marcello ascriptus error; tum an in ejus contra Asterium libro deprehendi potuerit; deinde num errorem illum in decursu vitæ verbo vel scripto tradiderit; itemque an ab Athanasio a communione remotus fuerit; demum agitur de Marcelli et Ecclesiæ Ancyranæ ad Athanasium legatione, quam nunc primum edimus.

CAPUT PRIMUM.

COMPENDIARIA DE VITA MARCELLI NARRATIO.

Qui anno 374 saltem centenarius e vivis excessit, Marcellus, anno circiter 274, Aureliano rerum potiente, natus sit oportet, eodem ferme tempore quo Paulus Samosatenus, cujus hæresin restaurasse fertur Marcellus, Antiochena sede pulsus est. Ante annum 314 in Ancyranum episcopum adlectus, Ancyranæ synodo eodem anno celebratæ interfuit. Hinc in Nicæna synodo in Arium et asseclas acriter invectus, eorum in se inflammavit odia. Excitata vero dissensio in apertum bellum erupit, cum Asterio sophista Arianorum vindice in edito ab se libro catholicam fidem oppugnante, Marcellus insigni opere Asterium adortus, Arianorum primipilares omnes exagitavit. Hæc princeps causa irarum, hi sævi dolores Arianorum, qui exinde classicum in Marcellum canentes, eum et scriptis et moliminibus sunt aggressi. Siquidem ulciscendæ injuriæ cupidine, primo Jerosolymam, teste Socrate, Marcellum evocant, causam dicturum; deinde vero Constantinopolin accersunt, abnuentemque ejurare hæresin, quam in libro ejus efferri contendebant, gradu dejiciunt, ipsique Basilium subrogant. Hinc Eusebius Cæsariensis duobus contra Marcellum libris tribusque aliis vario titulo Arianorum res vindicavit: atque ita gregalibus suis oblata crimina depulit, ut se ipse proderet Arianum. Tum ibidem contra Marcellum rem strenue gessit, quem violatæ sanæ doctrinæ reum egit: ac instaurati Pauliani et Sabelliani erroris accusavit. Hac autem in re non prorsus infausto conatu Marcellum adortus est: exinde namque non modo Arianis invisus, sed etiam Catholicorum multis suspectus esse cœpit.

Sub hæc defuncto Constantino, cum aliis exsulibus Marcellus sedi restitutus, non sine tumultu ac cædibus locum repetiit. Nec diu postea extorris denuo factus, ad Julium papam receptum habuit. Ibi fidens adversarios provocat ad judicium, Julio fidei suæ formulam offert, nullo, ut planum est, vitio laborantem: suum contra Asterium librum defendit, truncas sententias ab Eusebianis pravum in sensum detortas, adulteratam verborum seriem in Romana 50 episcoporum synodo comprobat, dicta tuetur et explicat: demumque ab Julio et episcopis ad communionem ut innoxius admittitur anno 342. Arianis vero non quiescentibus, detrectantibusque Romanum judicium, parem sub hæc fortunam expertus est in Sardicensi synodo œcumenica: ubi postquam causam dixerat, purgatus ipse, Ariani præsules damnati anathemateque percussi sunt. Jam prona Marcello omnia erant: et post dictam secundum ipsum duabus in synodis sententiam, spes videbatur esse neminem Catholicorum ausurum ultra de sincera ejus fide dubitare. Verum secus res cessit: nam sive quia Marcellus, quæ in libro suo ita adtemperate enuntiata erant ut possent in bonam malamve partem deflecti, in quotidianis fabulationibus secundum hæreticam sententiam explicaret; sive quia Photinus ejus discipulus parem impietatem, imo graviorem, palam et in Ecclesia deprædicaret, qua de causa nec diu postea damnatus depositusque est; hinc Marcelli fama in deterius versa: crescebat in dies suspicio, multi Catholicorum palam hominem, ut Sabellio affinem, damnabant: resque illo deducta est, ut etiam Athanasio, quicum ipsi hactenus necessitudo et familiaritas intercesserat, suspectus esse cœperit. Neque tamen, narrantibus licet Hilario et Sulpicio Severo, ab Athanasio tunc damnatus, et a communione remotus fuit, ut mox commonstrabitur. Postremis Athanasii vitæ annis nova omniumque forte gravissima in Marcellum tempestas excitatur: cum Basilius ille Magnus et alii bene multi coorti sunt, et virum impietatis causa damnandum prædicant: tum Athanasio auctores sunt, ut hominem a catholica fide alienum ab Ecclesiæ communione depellat. Sensit Marcellus vir annosissimus et pene centenarius, jam proximum esse ut Athanasius ille, olim amicus et fortunarum consors, sententiam adversum se diceret, et cum jam periculum portenderetur, sci et totius Ancyranæ Ecclesiæ nomine Eugenium diaconum aliosque ad Athanasium oratores mittit, commendatitiis episcoporum Græciæ et Macedoniæ, quibuscum pacem et societatem fovebat Athanasius, litteris instructos: qui recitata fidei suæ formula, erroris ab se et pravæ opinionis suspicionem dimoverent: quia vero hæc fidei professio in omnibus suis partibus catholica est, ascriptamque Marcello hæresin anathemate ferit, ab Athanasio et Ægyptiis episcopis admissa, eorumque suffragiis munita est. Hallucinantur ergo qui Marcellum putant ab Athanasio Basilii instigatione damnatum, e quorum numero Tillemontius. Nam, ut in hoc egregio opusculo videas, Athanasius, qui Ecclesiæ Ancyranæ oratoribus postulata concedit, eorumque fidei formulæ astipulatur, etiam eas, quas expetunt, commendatitias litteras haud dubie dederit necesse est. Sub hæc autem diem obiit Marcellus, annis circiter duobus antequam Epiphanius de Marcellianis in *Panario* scriberet, scilicet anno circiter 374. Nam, cum Epiphanius *Panarium* suum sit orsus anno 375, ut testificatur ipse, et anno sequente 376 ad Manichæorum hæresin (numero LXVI) devenerit, ut ibidem legis, eodem anno Marcellianorum hæresin (numero LXXII) scripsisse videtur, ubi narrat a duobus circiter annis obiisse Marcellum. Erat porro tum Marcellus, ut videtur, centenario major, utpote qui jam anno 336 senex, canus, et in episcopatu consenuisse dicatur ab Eusebio, itidemque ab Athanasio: quæ frequens senectutis repetitio sexagenario majorem spectare putatur. Post Marcelli decessum, discipuli ejus, Ancyranæ Ecclesiæ clerici, ad episcopos et confessores Diocæsareæ agentes adierunt, prolatisque commendatitiis Athanasii, quem τρισμακάριον vocant, litteris, dataque fidei formula huic non absimili, sed bre-

viori, communionis societatem rogabant, qua impetrata, recesserunt. Demumque Basilius, horum exemplo et auctoritate motus, licet ægre, Marcelli clerum et ipse communioni suæ restituisse creditur. En paucis totam de Marcello narrationem. Si quid vero præter vulgarem eruditorum opinionem hic enuntiatum deprehendas, id certis testimoniis asseritur, ut in sequentibus palam erit.

CAPUT II.

QUI FUERIT ERROR MARCELLO ASCRIPTUS.

I. *De Marcelli sententia varia traduntur.* II. *Quid Basilius de Marcelli errore dicat.* III. *Quid Epiphanius.* IV. *Quid Chrysostomus.* V. *Quid Theodoretus.* VI. *Quid Eusebius Cæsariensis.* VII. *Summa doctrinæ Marcellianæ.*

I. De Marcelli sententia varia traduntur.

Non prorsus difficultate vacat, quæ fuerit illa, de qua Marcellus accusabatur, hæresis : etsi namque apud Basilium et Theodoretum Marcellianæ sententiæ capita non obscure ferantur, Eusebius tamen, qui cum æquali suo disceptabat, quique ex libro Marcelli singula excerpsit, quæ vel errorem, vel erroris speciem præferrent, in quibusdam non ita facile cum Basilio et Theodoreto conciliatur. Idcirco e re visum est fore, ut allatis in medium iis, quæ ab iisdem scriptoribus de Marcelli opinione narrantur, quæ vere fuerit illa diligenter excutiamus.

II. Quid Basilius de Marcelli errore dicat.

Basilius igitur in epist. 52, quæ est ad Magnum Athanasium, hæc habet : Ἐπιζητεῖται δὲ κἀκεῖνο παρά τινων τῶν ἐντεῦθεν ἀναγκαίως ὡς καὶ αὐτοῖς ἡμῖν καταφαίνεται, τὸ τὴν Μαρκέλλου αἵρεσιν αὐτοὺς ὡς χαλεπὴν καὶ βλαβεράν, καὶ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως ἀλλοτρίως ἔχουσαν, ἐξορίζεσθαι. Ἐπεὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐν πᾶσιν οἷς ἐπιστέλλουσι γράμμασι, τὸν μὲν δυσώνυμον Ἄρειον ἄνω καὶ κάτω ἀναθεματίζοντες καὶ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐξορίζοντες οὐ διαλείπουσι· Μαρκέλλῳ δὲ, τῷ κατὰ διάμετρον ἐκείνῳ τὴν ἀσέβειαν ἐπιδειξαμένῳ, καὶ εἰς αὐτὴν τὴν ὕπαρξιν τῆς τοῦ Μονογενοῦς θεότητος ἀσεβήσαντι, καὶ κακῶς τὴν τοῦ Λόγου προσηγορίαν ἐκδεξαμένῳ, οὐδεμίαν μέμψιν ἐπενεγκόντες φαίνονται· ὃς Λόγον μὲν εἰρῆσθαι τὸν Μονογενῆ δίδωσι, κατὰ χρείαν καὶ ἐπὶ καιροῦ προσελθόντα, πάλιν δὲ εἰς τὸν ὅθεν ἐξῆλθεν ἐπαναστρέψαντα, οὔτε πρὸ τῆς ἐξόδου εἶναι, οὔτε μετὰ τὴν ἐπάνοδον ὑφεστάναι. Καὶ τούτου ἀπόδειξις αἱ παρ' ἡμῖν ἀποκείμεναι βίβλοι τῆς ἀδίκου ἐκείνης συγγραφῆς ὑπάρχουσιν. Ἀλλ' ὅμως τοῦτον οὐδαμῶς διαβάλλοντες ἐφάνησαν, καὶ ταῦτα αἰτίαν ἔχοντες, ὡς τὸ ἐξ ἀρχῆς κατ' ἄγνοιαν τῆς ἀληθείας εἰς κοινωνίαν αὐτὸν ἐκκλησιαστικὴν παραδεξάμενοι. Id est : *Quæritur autem hic a nonnullis ut necessarium, quod itidem nobis videtur; ut Marcelli hæresin illi, tanquam malam et noxiam, et a sana fide alienam exterminent. Quoniam ad hoc usque tempus in omnibus quas scribunt litteris exsecrandum Arium, sursum ac deorsum versantes anathematizare, atque ex Ecclesiis eliminare non cessant; Marcellum vero, qui*

A *ex diametro oppositam Ario impietatem extulit, atque in ipsam Unigeniti deitatis exsistentiam impie egit, Verbique appellationem male accepit, nulla accusatione impetunt : qui Unigenitum quidem dici Verbum tradit, quatenus ad usum et ad tempus prodit, ac rursus ad eum ex quo prodiit revertitur : neque ante egressum, esse, nec post regressum, subsistere ait. Cujus rei argumentum sunt apud nos reconditi iniquæ illius Syngraphæ libri. Attamen hunc nullatenus improbare visi sunt : quin et in hoc culpandi, quod eum a principio per ignorantiam veritatis ad ecclesiasticam communionem receperint.*

Idem Basilius epist. 74, ad Eustathium, Apollinarium et Paulinum, hæc habet : Ὁ μέντοι Παυλῖνος εἰ μέν τι καὶ περὶ τὴν χειροτονίαν ἐπιλήψιμον
B ἔχει, αὐτοὶ ἂν εἴποιτε· ἡμᾶς δὲ λυπεῖ τοῖς Μαρκέλλου πεποιθὼς δόγμασι, καὶ τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ ἀδιακρίτως εἰς τὴν κοινωνίαν αὐτοῦ προσιέμενος. Οἴδατε, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, ὅτι πάσης ἡμῶν τῆς ἐλπίδος ἀθέτησιν ἔχει τὸ Μαρκέλλου δόγμα· οὔτε Υἱὸν ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει ὁμολογοῦν, ἀλλὰ προενεχθέντα, καὶ πάλιν ὑποστρέψαντα εἰς τὸν ὅθεν προῆλθεν, οὔτε τὸν Παράκλητον ἰδίως ὑφεστηκέναι συγχωροῦν· ὥστε οὐκ ἂν τις ἁμάρτοι Χριστιανισμοῦ μὲν παντελῶς ἀλλοτρίαν ἀποφαίνων τὴν αἵρεσιν, Ἰουδαϊσμὸν δὲ παρεφθαρμένον αὐτὴν προσαγορεύων. Hoc est : *Paulinus vero an quod ad ordinationem spectat culpandus sit, vos ipsi dixeritis; nos sane contristat, quod Marcelli dogmatibus fidem habeat, et sectatores illius*
C *sine discrimine ad communionem admittat. Scitis, colendissimi fratres, Marcelli dogma omnem spem nostram irritam facere, quod neque Filium in propria hypostasi confiteatur, sed productum, et ad eum ipsum, ex quo processerat, iterum reversurum tradit : neque Paracletum propriam habere hypostasin concedit; ita ut nequaquam aberret si quis hanc hæresin prorsus a Christianismo alienam esse declaret, eamque corruptum quemdam Judaismum appellet.* Epistola vero 78, hæc habet de Nicæna fide loquens: Εἰσὶ γάρ τινες, οἳ καὶ ἐν ταύτῃ τῇ πίστει δολοῦντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, καὶ πρὸς τὸ ἑαυτῶν βούλημα τὸν νοῦν τῶν ἐν αὐτῇ ῥημάτων ἕλκοντες· ὅπου γε καὶ Μάρκελλος ἐτόλμησεν, ἀσεβῶν εἰς τὴν ὑπόστασιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ψιλὸν αὐτὸν
D ἐξηγούμενος λόγον, ἐκεῖθεν προφασίσασθαι τὰς ἀρχὰς εἰληφέναι, τοῦ ὁμοουσίου τὴν διάνοιαν κακῶς ἐξηγούμενος. Hoc est : *Sunt enim quidam qui in hac fide* [*Nicæna*] *sermonem veritatis dolo adulterent, et ad libitum suum verborum mentem detorqueant. Quandoquidem et Marcellus, de hypostasi Domini nostri Jesu Christi impie sentiens, ac nudum illum merumque verbum esse exponens, illinc ausus est se causas impietatis sumpsisse prætexere, Consubstantialis sensu perperam exposito.* Hæc Basilius de hæresi Marcello ascripta.

III. Quid Epiphanius.

Epiphanius vero in *Panario*, hæresi LXXII, pauca de Marcelli hæresi effert, aitque solum ipsum Sabellianismi accusatum fuisse, ejusque discipulos

tres hypostases confiteri noluisse : verum illo tempore liberum erat eis vel tres vel unam tantum hypostasin confiteri, dum rectam servarent mentem. Nam qui Catholici unam hypostasin tantum asserebant, hypostaseos nomine substantiam indicabant, quam unam in Deo esse certum est : qui tres hypostases profitebantur, his non substantiam, sed cujusque personæ subsistentiam intelligebant : atque ita illi verbo tantumtenus dissentiebant. Quæ vero Fragmenta Acacii Cæsariensis contra Marcellum affert Epiphanius, ea omnia ceu compendium sunt fusioris Eusebii Cæsariensis contra Marcellum tractationis, de qua mox agemus.

IV. Quid Chrysostomus.

Joannes Chrysostomus in *Ep. ad Hebr.* c. I, Marcellum culpat quod dixerit, verbum ἐνυπόστατον, quod ita intelligas, quasi ejusdem non modo substantiæ, sed etiam hypostasis sit atque Pater : eumdem vero Marcellum, quasi Photini, Sabellii, Pauli Samosateni ὁμόφρονα non semel insectatur ibidem, ac cum hæreticorum pessimis enumerat.

V. Quid Theodoretus.

Theodoretus lib. II *Hæreticarum fabularum* de Marcello hæc habet : Μάρκελλος δὲ ὁ Γαλάτης τούτῳ μὲν παραπλησίως ἠρνήθη τῶν ὑποστάσεων τὴν τριάδα· ἔκτασιν δέ τινα τῆς τοῦ Πατρὸς θεότητος ἔφησεν εἰς τὸν Χριστὸν ἐληλυθέναι, καὶ ταύτην Θεὸν Λόγον ἐκάλεσε· μετὰ δὲ τὴν σύμπασαν οἰκονομίαν πάλιν ἀνασπασθῆναι, καὶ συσταλῆναι πρὸς τὸν Θεὸν, ἐξ οὗπερ ἐξετάθη· τὸ δὲ πανάγιον Πνεῦμα παρέκτασιν τῆς ἐκτάσεως λέγει, καὶ ταύτην τοῖς ἀποστόλοις παρασχεθῆναι. Καὶ ἁπαξαπλῶς ὑπέθετο Τριάδα ἐκτεινομένην καὶ συστελλομένην κατὰ διαφόρους οἰκονομίας. Id est : *Marcellus autem Galata, similiter ut ille, negavit hypostasium trinitatem. Extensionem vero quamdam deitatis Patris in Christum venisse dixit, et hanc Deum Verbum appellavit : peracta autem universa œconomia, rursum attractam esse, reversamque ad Deum, ex quo extensa fuit. Spiritum vero sanctum ulteriorem extensionem extensionis esse, et hanc apostolis datam fuisse secundum diversas œconomias.*

VI. Quid Eusebius Cæsariensis.

Jam ex Eusebio ipso, qui contra Marcellum scripsit, loca afferamus ad Marcellianam illam hæresin intelligendam opportuna. Ait itaque (p. 4, 5*) hanc esse Marcelli opinionem, Verbum silens, ante creationem, in Patre fuisse, unum cum Deo Patre, sempiternum, ἀΐδιον, non genitum, ita ut Pater quidem et Filius diversis nominibus efferantur ; sed unum tamen sint essentia et hypostasi, οὐσίᾳ δὲ καὶ ὑποστάσει ἓν ὄντα, uti Sabellius docuit : Verbum item ante emissionem esse simile verbo nostro silenti, ὅμοιον τῷ ἐν ἡμῖν σιωπῶντι· cum emittitur vero ad operationem, esse simile verbo nostro, cum loquimur. Illud (p. 6) porro Verbum cum carnem assumpsit, tunc Filium Dei factum

A fuisse, Jesum Christum vocatum, regemque appellatum, item imaginem Dei invisibilis, et primogenitum omnis creaturæ, nihil autem horum prius exstitisse, ac post judicium hæc omnia amissurum esse ; ipsumque nudum esse Verbum humano simile (p. 19), non autem Filium esse Dei vivum et subsistentem ; non fuisse Dei imaginem antequam homo fieret ; existentiam ὕπαρξιν et ὑπόστασιν Filii Dei tollere Marcellum ait (p. 33, 35, 36), ac dicere ipsum fuisse nudum solummodo verbum ad jussa exsequenda ; Marcellum item qui in Sabellium invehitur, Sabellio paria sentire, qui Patrem et Verbum unum esse dicat ; ipsumque (p. 167, 174) tres ὑποστάσεις negare, et unam ὑπόστασιν τριπρόσωπον, καὶ τριώνυμον, id est substantiam B tripersonalem, et trinominem dicere. Hæc præcipue in Marcelli libro culpat Eusebius : ubi nonnulla, ipsaque orthodoxæ sententiæ verba, utpote Arianus, tanquam hæretica carpit et confutat ; alia vero, quæ sane ut erronea probe reprehenduntur, haud ita clare in Marcelli locis enuntiantur, ut inferius videbitur ; ita ut quæ diserte et nulla ambage apud Basilium et Theodoretum effertur Marcelli hæresis, adeo perplexe apud Eusebium jaceat, ut in utramvis partem facile deflectas.

VII. Summa Marcellianæ doctrinæ.

Ex allatis porro testimoniis Marcellianæ sententiæ summam duxeris : Unus ab æterno Deus exsistit : cujus λόγος, seu ratio, aut verbum, nam C utroque modo exprimitur, pariter æternum, unum est cum Deo ipso οὐσίᾳ καὶ ὑποστάσει, substantia et hypostasi, ita ut nulla sit inter utrumque distinctio : estque verbum silens, internum, sive ἐνδιάθετον. Spiritus item sanctus in Deo ab æterno fuit, nulla similiter nisi nominis et rationis distinctione. Cum autem Deus operatur et loquitur, tunc Verbum ceu quædam emissio, extensio et dilatatio deitatis prodit, et post gestum opus ad Deum revertitur, et in pristina conditione manet. Pariter emissum fuit Verbum, ut carnem assumeret ; tuncque Filius Dei effectum est, rex item, Christus, imago Dei invisibilis, et primogenitus omnis creaturæ, cum antea nihil eorum fuisset : ac post judicium hæc omnia amissurum, atque ut prius unum D cum Patre futurum est. Ut autem Verbum est extensio et dilatatio Dei, sic et Spiritus sanctus ulterior extensio et dilatatio est, παρέκτασις τῆς ἐκτάσεως ; qui pariter a Deo emittitur et ad Deum revertitur ut Verbum, unusque est cum Deo et Verbo sine ulla distinctione. Hæc Marcelli sententia est, secundum Eusebii explicationem, cui, sed non ita clare, astipulantur Basilius et Theodoretus. Si porro talis ejus doctrina fuerit, in nullo vere differat a Sabellio et Patripassianis : nullam quippe distinctionem personarum admittit, et illam extensionem et ulteriorem dilatationem, nullam propriam ὕπαρξιν et ὑπόστασιν, exsistentiam et hypo-

* Paginas intellige editionis Parisiensis quarum seriem textui Eusebiano inserendam curavimus. Vide tom. XXIV Edit.

stasin, habere docet. Verum, si Marcelli loca ab Eusebio allata serio expendantur, non ita facile est in Marcellum sententiam dicere, ut mox commonstrabitur.

CAPUT III.

AN MARCELLO ASCRIPTUS ERROR IN EJUS CONTRA ASTERIUM LIBRO DEPREHENDI POTUERIT.

I. *Asterius pro Arianis scribit, contra Asterium Marcellus, quem refutat Eusebius.* II. *An Marcellus dicat Patrem et Verbum solis nominibus distingui.* III. *An dixerit Verbum* ἀγέννητον *esse, et Filium non fuisse ante Mariam.* IV. *Cur dicat Verbum post incarnationem tantum esse imaginem Dei, et primogenitum omnis creaturæ.* V. *In libro Marcelli nihil aperte erroneum fuisse videtur.*

I. Asterius pro Arianis scribit, contra Asterium Marcellus, quem refutat Eusebius.

Asterius ille sophista circulator, qui, ut ait Athanasius, grassante in Christianos Maximino, Christi ejurata fide, idolis immolaverat, nascenti Arianismo nomen dedit, librumque evulgavit, quo catholicam doctrinam impeteret, Arianamque vindicaret. Marcellus vero Arianis a principio infensissimus, Asterium edito opusculo refutavit, Arianorumque principes Eusebium Nicomediensem, Eusebium Cæsariensem, Paulinum Tyri, Narcissum Neroniadis et alios passim eodem in libro lacessivit : qua re permotus Eusebius Cæsariensis, quinque libros edidit : ubi Arianorum causam pro viribus defendens, eorum antesignanos a Marcello exagitatos laudibus ad sidera tollit, in Marcellumque Sabellianismi nomine acriter invehitur. Sub hæc autem de Marcelli sententia etiam inter Catholicos disputatum est : aliis jure accusatum Marcellum pugnantibus; aliis sanam ejus esse fidem tuentibus. Nos igitur, ponderatis rebus et expensis Eusebii accusationibus, quid sit illa de re sentiendum indagabimus.

II. An Marcellus dicat Patrem et Verbum solis nominibus distingui.

Hanc primo in Marcellum criminationem affert Eusebius (p. 5), quod dixerit, Verbum ab æterno unum esse cum Patre οὐσίᾳ καὶ ὑποστάσει, essentia et hypostasi; ita ut solis nominibus mutuo differant : esseque Verbum æternum et ingenitum : quod, ut ait ille, ipsissima est Sabellii opinio. Quod autem Pater et Verbum οὐσίᾳ sive essentia unum essent, id Catholici omnes dicebant; Ariani vero diversas in Patre et Verbo et separatas disparesque essentias esse contendebant : idipsumque pugnat Eusebius ut in præliminaribus ad commentaria *in Psalmos* comprobatum est. De hypostasi, ὑποστάσει, vero quæstio erat etiam inter Catholicos : quorum alii tres hypostases in Trinitate profitebantur, alii unam, non re, sed nomine tantum inter se discrepantes. Nam cum Ariani ab exortu hæreseos tres hypostases in Trinitate professi essent, ac ὑπόστασις, teste Athanasio, substantiam ex se significet; multi Catholicorum non nescii Arianos, dum tres hypostases proferrent, A tres substantias separatas et dispares intelligere, unam tantum hypostasin, sive, ut illi explicabant, substantiam in Deo esse contendebant; ita tamen ut Patrem, Filium et Spiritum sanctum, alium et alium et alium esse profiterentur; alii vero formulam trium hypostasium ad trium distinctionem opportunam admisere, dum unam pariter substantiam in Deo esse dicerent. Athanasius autem modo unam, modo tres in Deo hypostases dicit; et in synodo Alexandrina anni 362, cui præerat Athanasius, liberum esse definitur vel unam hypostasin dicere, dum trium distinctio servetur, vel tres hypostases profiteri, dum una tantum substantia dicatur. Non culpandus ergo Marcellus, quod Patrem et Verbum hypostasi unum esse dixerit, dum B alium et alium esse professus sit, nec distinctionem abstulerit. Id vero ex allatis ab Eusebio Marcelli locis examinandum venit. Ait igitur Marcellus (p. 35), referente Eusebio : Οὐκοῦν πρὸ μὲν τοῦ κατελθεῖν, καὶ διὰ τῆς Παρθένου τεχθῆναι, Λόγος ἦν μόνον. Ἐπεὶ τί ἕτερον ἦν, πρὸ τοῦ τὴν ἀνθρωπίνην ἀναλαβεῖν σάρκα, τὸ κατελθὸν ἐπ' ἔσχατον τῶν ἡμερῶν, ὡς καὶ αὐτὸς γέγραφε, καὶ τὸ γεννηθὲν ἐκ τῆς Παρθένου; Οὐδὲν ἕτερον ἢ Λόγος. Hoc est : *Itaque priusquam descenderet, et ex Virgine nasceretur, Verbum erat solummodo. Nam quid aliud erat, priusquam humanam carnem assumeret, id quod in novissimis diebus descendit (quemadmodum ipse scribit), et quod de Virgine natum est? Nihil aliud quam Verbum.* Marcellus sane, qui contra C Sabellium agens, Patrem negat incarnatum, hæc scribere non potuit, quin Verbum a Patre distinctum crederet. Et paucis interpositis hæc Marcelli verba afferuntur : *Discat igitur, Verbum Dei, non ut illi volunt, Verbum* καταχρηστικῶς *appellatum; sed quod revera,* ὡς ἀληθῶς, *exsistebat, Verbum.* Ubi, illud, *revera*, Verbum exstitisse vere et per se, nec unum et idem cum Patre fuisse, denotat. Alibi vero (p. 39) ait Marcellus : Πρὸ γὰρ τῆς δημιουργίας ἁπάσης ἡσυχία τις ἦν, ὡς εἰκὸς, ἐν τῷ Θεῷ τοῦ Λόγου ὄντος. Hoc est : *Ante omnem rerum creationem erat, ut par est credere, quies in Deo, exsistente apud Deum Verbo.* Ubi nihil non Catholicum deprehendas : nam quod dicit Verbum D esse in Deo vel apud Deum, Joannis est. Etenim alii ex SS. Patribus, in quibus Athanasius passim, et Augustinus, idipsum esse, πρὸς τὸν Θεὸν καὶ ἐν τῷ Θεῷ, *apud Deum et in Deo* esse dicebant; alii vero et quidem magno numero, illud ἐν τῷ Θεῷ, quia in Evangelio ita non legitur, suspectum habebant : nam quod Pauliani, Sabelliani, Marcelliani, et Photiniani forteque alii, omnis inter Patrem et Filium tollendæ distinctionis causa, hac loquendi ratione abuterentur, illud ἐν τῷ Θεῷ, rejiciebant. Quod vero ait Marcellus, ante creationem fuisse quietem in Deo, sive silentium, ut alias loquitur; id sanam fidem nihil lædit. Licet enim in Deo nulla conditionis vel status mutatio vere exsistat, et Verbum perinde ante, quam post creationem et incarnationem in

A Deo Patre manserit et maneat; humano tamen loquendi more, descendisse, exiisse, egressum esse, pariterque quiescere et silere dicitur. Paulo post autem (p. 40) hæc Marcelli verba vehementer carpit Eusebius : *Sciebat autem illud conducere, ut crederent unum Deum esse. Ideo sic eum alloquitur : « Ego sum qui sum* [1]*; » ut extra se nullum alium esse Deum doceret. Proclive est autem, ut arbitror, cuique prudenti, id ab humano quodam, exiguo et humili exemplo intelligere : neque enim potest quisquam verbum hominis potentia et substantia separare. Unum est enim atque idem cum homine Verbum :* quæ si seorsim ab aliis accipiantur, a recta sane fide desciscunt. Verum ex aliis Marcelli locis palam videtur eum comparatione
B hominis et verbi sui uti; ut comprobet Verbum unam et eamdem, quam Pater habet, substantiam habere : nam paulo inferius hæc Marcelli verba leguntur : Τίς γὰρ οὕτως ἢ τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἢ τῶν ἀνδρῶν δικαίων ἀξιόπιστος ἦν, τὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ προσώπου ὁρισθεῖσαν αὐτῷ τιμωρίαν λῦσαι· εἰ μὴ αὐτὸς ὁ Λόγος ὁ συμπαρὼν καὶ συμπλάττων, πρὸς ὃν ὁ Πατὴρ, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον*, ἔφη, οὐκ ὄντος ἑτέρου Θεοῦ τοῦ συμπλάττειν αὐτῷ δυναμένου; Id est : *Quis enim tanta dignitate fuit, vel sanctorum angelorum, vel justorum virorum, qui destinatum ex persona Dei homini supplicium solveret, nisi Verbum solum, quod una Deo aderat, et una cum illo efformabat hominem : ad quem Pater dicebat : « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram :* [2] *» cum non esset alius Deus, qui cum illo efformare posset?*
C Hinc mihi planum videtur, Marcellum distinctionem inter Patrem et Verbum admisisse, atque alium et alium existimasse : unumque solummodo negasse; videlicet Verbum alium a Patre Deum esse, aliamque substantiam obtinere. Verum Eusebius, qui, uti alias commonstratum est, aliam a paterna deitatem, aliamque substantiam in Verbo constituit, ex consequenti Marcellum damnaverit necesse est, qui adversam huic opinionem propugnat : quod vero adjicit Marcellum putare, Patrem et Verbum unum et idem esse, solisque nominibus distingui; id ille non ex perspicuis Marcelli dictis comprobat : sed quia æstimat, Patrem et Verbum
D si unus et idem numero Deus sit, unum etiam esse secundum alias omnes rationes, ita ut nulla distinctio deprehendatur; ideo Marcellum, qui Patrem et Verbum unum Deum unamque substantiam esse defendit, nullam omnino nisi nominum distinctionem admittere contendit. Si vero Marcellus vere distinctionem inter Patrem et Verbum admiserit, hinc explices illam Dei Patris dilatationem et extensionem, quam Marcellum docuisse testificantur; dicasque si vere Marcellus ita dixerit, ipsum his vocibus nihil aliud intellexisse, quam emissionem Filii ad creationem peragendam : quam SS. Patres passim exprimunt. Hanc vero dilatationem et extensionem, quam secundum Marcelli sententiam Verbum fuisse narrant Basilius et Theodoretus, ne semel quidem memorat Eusebius Cæsariensis : unde palam sit in libro Marcelli *contra Asterium* nihil hujusmodi deprehensum esse.

III. An dixerit Verbum ἀγένητον esse, et Filium non fuisse ante Mariam.

Ad hæc Marcello crimini dat Eusebius, quod dixerit, Verbum ingenitum esse ac tunc solum Filium Dei factum fuisse, cum carnem assumpsit ex Maria. Verum non sat sibi constare videtur Eusebius : nam in excerptis Marcelli quæ affert, nomen Patris et Filii, Patris item et Verbi, etiam pro tempore creationem antecedente passim usurpatum videas; sub initium ergo lib. I, p. 4 et 5, hanc effert Marcelli sententiam : Λόγον αὐτὸν μόνον διδοὺς ἡνωμένον τῷ Θεῷ· καὶ τοῦτο εἶναι ἀΐδιον καὶ ἀγέννητον, ἕν τε εἶναι καὶ αὐτὸν τῷ Θεῷ, ὀνόμασι μὲν διαφόροις Πατρὸς καὶ Υἱοῦ χρηματίζοντα, οὐσίᾳ δὲ καὶ ὑποστάσει ἓν ὄντα. Id est : *Ipsum tantummodo Verbum esse concedens, Deo unitum : ipsumque æternum esse et ingenitum; unumque esse cum Deo, nominibus quidem diversis Patris et Filii vocatum, essentia vero et hypostasi unum.* In Marcelli excerptis ab Eusebio allatis, semper ille Patris et Verbi nomine utitur : unde videtur Eusebius ex consequenti tantum hanc hæresin Marcello affinxisse : nimirum sic ille frequenter in libris *contra Marcellum* argutatur : Si Verbum est ἀΐδιον, sempiternum, inde sequitur non fuisse genitum : nam quod gignitur, posterius est illo qui gignit, vereque dicitur non fuisse antequam gigneretur, atque adeo ἀΐδιον sive sempiternum esse nequit. Cum ergo Marcellus dicat Verbum esse ἀΐδιον sive sempiternum, non genitum fuisse credat oportet. Sic ille cum Arianis loquitur, non animadvertens non magis repugnare Patrem ab æterno gignere, quam ab æterno esse : nec posterioritatem ullam temporis in Filio inde inferri, quod gignatur : nam esse et gignere in Deo Patre simul sunt et intelliguntur, nec aliud sine alio esse unquam potuit; atque adeo Filium æternum perinde atque Patrem esse, ut semper docuit catholica Ecclesia. Quod autem spectat ad vocem ἀγέννητον, *non genitum*, quam Verbo ascribi a Marcello testificatur Eusebius, duo potissimum sunt consideranda : primo quidem non haberi illam in excerptis Marcelli quæ affert Eusebius; proinde videri ex conjectura et consequentia Marcello ascriptam fuisse, quia videlicet ex Eusebii ratiocinio superius allato, quod ἀΐδιον sive æternum est, non potest esse genitum. Secundo autem certum est Arianos in vocibus ἀγένητον, *non factum*, et ἀγέννητον, *non genitum*, semper lusisse, ut sexcenties apud Athanasium observes. Nam, quia Pater solus ἀγέννητος, sive *non genitus*, est, fatentibus etiam Catholicis; illi voce ἀγέννητος et ἀγένητος promiscue et subdole utentes, Filium non esse ἀγένη-

[1] Exod. III, 14. [2] Gen. I, 26.

τον sive *non factum*, atque adeo factum et conditum fuisse dicebant. Eadem vero ratione potuit Eusebius Marcello de Filio loquenti vocem ἀγέννητον, sive *non-genitum* affingere; qui ἀγένητον, sive *non-factum* dixisset. Et sane qui vere Patrem et Filium in Trinitate admittit, ut Marcellus, generationem admittat necesse est; neque potest dicere Filium esse ἀγέννητον sive *non-genitum*.

IV. Cur dicat Verbum post incarnationem tantum esse imaginem Dei et primogenitum omnis creaturæ.

Adjicit Eusebius dixisse Marcellum, Verbum tunc solum imaginem Dei invisibilis et primogenitum omnis creaturæ factum fuisse, cum carnem assumpsit. Hæc vero diserte habet Marcellus (p. 24): *Consequens esse arbitror paucis de imagine disserere; scripsit enim* [*Asterius*] : *Alius autem est ex* B *ipso genitus, qui est imago Dei invisibilis. Ideo imaginis Dei invisibilis meminit Asterius, ut doceat, Deum a Verbo tantum differre, quantum differt homo ab imagine sua.* Et nonnullis interjectis addit: *Palam igitur est, Verbum, antequam corpus nostrum assumpsisset, per se non exstitisse imaginem invisibilis Dei.* Quia igitur Ariani hoc Scripturæ loco, *Est imago Dei invisibilis*, ad suam tutandam hæresin abutebantur; Marcellus ratus imaginem Dei invisibilis, visibilem esse, nec rem invisibilem imaginis rationem obtinere, hunc locum de Christo incarnato et visibili proferri pugnat, ut Asterii argumento obsistat. Etsi vero hic Scripturæ locus congruentius possit ad argutationem Arianorum confutandam explicari, C eo tamen nomine Marcellus non erroris accusandus est, dum ne similitudinem cum Patre sustulerit; quod ne credideris admisisse: nemo enim unquam Marcellum inter Anomœos computavit. Quæ vero fuerit ea in re plana et perspicua Marcelli sententia, ex paucis quæ supersunt excerptis, expiscari non possumus: nam verisimile est Eusebium multa consulto tacuisse: certum item est, narrantibus synodis Romana et Sardicensi, loca Eusebium subdole detruncasse, et mutilas sententias attulisse, ut facilius posset Marcello hæc et illa pro libidine vitio vertere. Pariterque in interpretatione dicti illius, *Primogenitus omnis creaturæ* [1], nihil hæreseos deprehendas. *Quocirca*, sic ille, *sanctissimum istud Verbum non di-* D *cebatur ante incarnationem, primogenitus omnis creaturæ. Nam quomodo fieri poterat, ut is, qui semper erat, alicujus esset primogenitus? sed primus ille novus homo, in quem omnia volebat Deus instaurare, sacræ Scripturæ primogenitum omnis creaturæ appellant.* Nimirum Ariani hoc dictum, *primogenitum omnis creaturæ*, ad suum de Verbo Dei tuendum errorem usurpabant: eo enim processerant impietatis ut dicerent, Verbum Dei inter res creatas primum esse. Quare Marcellus in hominem Christum dicti hujus interpretationem derivabat ut Asterii argumentum depelleret; qua in re nihil A ille a catholica doctrina deflectebat, ut conspicuum est.

V. In libro Marcelli nihil aperte erroneum fuisse videtur.

Ex his porro liqueat in Marcelli contra Asterium libro nihil erroris aut hæreticæ sententiæ, aperte saltem deprehensum fuisse: nam quæ Eusebius affert, ad sanam doctrinam reduci facile possunt. Quodsi quid ulterius præter rectam opinionem dixisset Marcellus, id sane non prætermissurus erat Eusebius, qui in Marcellum commotus et nullam non sectatus lædendi viam, non solum ea quæ cum colore saltem aliquo carpi et reprehendi possunt, sed etiam ea quæ sana et orthodoxa sunt, exagitat et impietatis accusat. Cum autem synodus Romana sub Julio anno 342, et Sardicensis anno 347, librum Marcelli, examinatis et ponderatis sententiis, errore vacuum declaraverint, non potest in Marcelli librum sententia dici. Verum aliunde tanta est virorum insignium, qui adversum tuentur, auctoritas, ut vix excusare Marcellum liceat. Quamobrem existimo, rem ita temperasse Marcellum, ut si quid pravæ opinionis in libro suo inseruerit, id verborum ambagibus et circuitionibus involutum, facile potuerit in bonam partem deflecti; cum autem ille in familiaribus colloquiis ad pravam sententiam dicta sua derivarit, hinc in multorum offensionem incurrisse, ut infra dicitur.

CAPUT IV.

NUM MARCELLUS ERROREM DE VERBO ET FILIO DEI IN DECURSU VITÆ VOCE VEL SCRIPTO TRADIDERIT.

I. *Marcellum Photini discipuli hæresis in suspicionem adduxit.* II. *In colloquiis ipse errores sparsisse putatur.* III. *Athanasius eum pro suspecto, Basilius pro hæretico habuit.* IV. *Marcellus et Marcelliani in fidei professionibus catholice loquuntur.*

I. Marcellum Photini discipuli hæresis in suspicionem adduxit.

Marcellus synodorum Romanæ et Sardicensis judicio absolutus, ut dictum est, utcunque sarcito, quod in fama tulerat, detrimento, jam suspicione liber et vacuus videbatur. Verum nec diu postea, novis etiam Catholicorum accusationibus impetitus est. Occasio fuit exorta Photini hæresis: is enim sub Marcelli disciplina institutus, ac deinde in Sirmiensem episcopum adlectus, quem magistro suo ascripserat Eusebius errorem late spargere cœpit, Christum non ante ortum ex Maria Virgine Filium Dei fuisse dictitans: quare ille multis in synodis damnatus abdicatusque est: *Et hoc ipsum*, inquit Sulpicius Severus, *Marcellum gravabat, quia Photinus auditor ejus fuisse in adolescentia videbatur.* Haustum a Photino ex Marcelli magisterio errorem opinabantur multi: cum maxime, licet in suo adversus Asterium libro ejusmodi nihil aperte profiteretur; aliqua tamen essent, quæ viderentur eam in partem propendere. Importune igitur magistro accidit, ut quam ille doctrinam tradidisse

[1] Coloss. I, 15.

accusatus fuerat, eamdem discipulus palam disseminaret. Hinc multis suspectus Marcellus esse cœpit, quod putarent Photinum eorum interpretem agere, quæ Marcellus doctor obscure et subdole scripsisset.

II. In colloquiis errores sparsisse putatur.

Alia item intervenit suspicandi occasio; Marcellus enim *nova quædam miscere, et ambiguis prædicationibus, ejus in quam Photinus erupit, doctrinæ viam quærere deprehensus est* (1). Homo quippe garrulus et loquacissimus, ut habet Eusebius, et ex ejus quæ supersunt fragmentis videre est, dum in quotidianis fabulationibus et colloquiis, obscurius in libello tradita explanaret, ad eam quam in synodis Romana et Sardicensi repudiaverat, opinionem recidere forte comperiebatur. Hinc late, per Orientem maxime, sparsus rumor Marcellum impie de Filio Dei sentire, eademque ipsa docere quæ in Arianorum accusationibus ferebantur. Non una tamen fuit omnium de Marcello sententia; nam, Epiphanio teste, multi pro Marcello stabant, in quibus Paulinus Antiochenus episcopus : idque signum est manifestum, non palam et aperte Marcellum impia protulisse dogmata; sed ita perplexe locutum, ut hinc opinionum facta sint divortia; aliis catholice, perverse et impie aliis sentire virum putantibus.

III. Athanasius eum pro suspecto, Basilius pro hæretico habuit.

Gravis item Marcello hinc parta invidia videtur, cum duo Ecclesiæ lumina Athanasius et Basilius errore infectum hominem suspicati sunt. De Athanasio quippe hæc testificatur Epiphanius : Ἠρόμην δὲ αὐτὸς ἐγὼ χρόνῳ τινὶ τὸν μακαρίτην πάπαν Ἀθανάσιον περὶ τούτου τοῦ Μαρκέλλου, πῶς ἂν ἔχοι περὶ αὐτοῦ. Ὁ δὲ οὔτε ὑπεραπελογήσατο, οὔτε πάλιν πρὸς αὐτὸν ἀπεχθῶς ἠνέχθη· μόνον δὲ διὰ τοῦ προσώπου μειδιάσας ὑπέφηνε, μοχθηρίας μὴ μακρὰν αὐτὸν εἶναι, καὶ ὡς ἀπολογησάμενον εἶχε. Id est : *Cum aliquando beatum papam Athanasium interrogarem, quid de Marcello existimaret, ille neque purgavit hominem, neque vero asperius notavit : sed leniter arridens, non multum ab improbitate abhorruisse significavit : et in eorum loco, qui sese purgassent, habuit.* Longe acrior Basilius, Marcellum pro hæretico habet, ejus impietatem Arianæ ex diametro oppositam æstimat, damnandum hominem censet, quia *unigenitum quidem dici verbum tradit, quatenus ad usum et ad tempus prodit, ac rursus ad eum ex quo prodiit revertitur : neque ante egressum, esse, nec post regressum, subsistere ait. Cujus rei argumentum sunt iniquæ illius syngraphæ libri.* Cætera superius allata sunt. Jam vero quæratur num iniqua illa συγγραφή, quam memorat Basilius, idem ipse liber sit, qui in synodis Romana et Sardicensi errore vacuus declaratus est.

A Non alium sane librum videtur carpere Basilius : non legitur enim Marcellum alium edidisse librum, quam illum contra Asterium, cui titulus, *De subjectione Domini*, teste Hilario. Verum dicet quispiam, an Basilius hæreticum ac damnandum librum censeat, qui in synodis Romana et Sardicensi ut orthodoxus admissus fuerit. Huic argumento ut occurratur, repetenda illa quæ supra diximus, Marcellum videlicet ita rem temperare potuisse, ut dicta ejus possent in bonam malamve partem deflecti. Cum autem ille synodorum judicio præsens causam defenderet, et sanam catholicamque dictorum mentem tueretur ; SS. Patres, quod nullam liber impietatem palam et præ se ferret, et effata ejus catholice possent, ut Marcellus contendebat, B accipi, ut insontem cum libro suo hominem absolutum dimiserunt. Nam quid vere in animo volveret Marcellus, quid imo pectore sentiret, id unius Dei judicio permittebatur. Sub hæc, ut arbitrabantur multi, cum in familiaribus colloquiis Marcellus dicta sua secundum hæreticam mentem discipulis explanaret, ejusque rei fama late vagaretur, tunc demum subdole actum Marcello creditum est, ipseque sui interpres librum prava mente conscriptum declarasse videtur. Etsi porro res in dubio versetur, num vere Marcellus in eam, de qua plerumque accusatus fuit, impietatem deciderit : nam cum Epiphanius Marcello æqualis, varias hac de re orthodoxorum sententias tunc fuisse testificetur, C nec audeat ipse alterutram in partem concedere, quid possumus nos tot ab inde elapsis sæculis æstimare ? grave tamen argumentum contra Marcellum hinc eruitur, quod tanti doctores Basilius et Athanasius, quibus non facile erat verba dare, eum vel prorsus hæreticum, vel admodum suspectum habuerint.

IV. Marcellus et Marcelliani in fidei professionibus catholice loquuntur.

Ut ut sit de Marcelli opinione, exploratum sane est cum illum, tum discipulos ejus in fidei formulis quas obtulere, ubi sibi ascriptum errorem damnant et repudiant, non pœnitentium et resipiscentium more id agere; sed addita semper D cautione adversariorum calumnias depellere, nec se ita sentisse confiteri. Id observes apud Epiphanium in Formula fidei Marcelli, Julio oblata, ubi is se ita sensisse negat ut Ariani dictitabant : et in luculenta fidei formula in legatione Eugenii, quam nunc primum e tenebris eruimus, sic legitur : *Neque enim censemus alium esse Filium, alium esse Verbum, ut quidam nos sentire mentiti sunt :* item in Expositione fidei ad Diocæsarienses episcopos oblata, aiunt Marcelliani se libenter Patribus respondere sciscitantibus, ut falso oblata sibi temeratæ religionis crimina propulsarent, διὰ μάλιστα τοὺς βουλομένους ματαίως θρυλλεῖν περὶ ἡμῶν τινα

(1) Hilar. *Fragm.*

ψευδῆ. Cum autem Marcellus et discipuli secundum orthodoxam sententiam fidei formulas suas semper concinnarint, et aliunde a multis sanctorum Patrum Marcello æqualium pro hæreticis vel suspectis habiti fuerint, non mirum si tanta fuerit circa Marcelli fidem sententiarum varietas, quantam exhibet Epiphanius.

CAPUT V.

NUM ATHANASIUS MARCELLUM UNQUAM A COMMUNIONE SUA REMOVERIT.

I. *Athanasius Marcellum a communione sua non removerat ante annum* 358. II. *Nec instigante postea Basilio id egit.*

I. Athanasius Marcellum a communione sua non removerat ante annum 358. Fragm. 2, p. 1300.

Athanasius, qui multis annis Marcello fortunarum consors et amicus fuerat, demum sparsis rumoribus, et clarorum hominum testimoniis abductus, quem prius pro facultate defenderat, suspectum habere cœpit. Id Epiphanio teste ediscimus: cui, utpote ab Athanasio ipso audita narranti, fidem derogare non licet. Verum Hilarius, item æqualis, eo ventum esse testificatur, ut etiam Marcello communionem Athanasius negaret. *Sed cur abnegatæ communionis*, sic ille, *Athanasius reus esse rescribitur? Nunquid propter libri vitium Marcellus abstentus est? Testes ipsi sunt, ex institutis ejus Photinum perversitatis istius initia sumpsisse. Nam negata sibi ab Athanasio communione, ingressu sese ecclesiæ Marcellus abstinuit. Ita communio cum eo in ista fide de subjectione et traditione regni docet : negata rursum pravitate doctrinæ alterius ostendit.* Ex Hilario, ut videtur, mutuatus Sulpicius Severus, idipsum narrat his verbis : *Interjecto deinde tempore, Athanasius cum Marcellum parum sanæ fidei esse comperisset, a communione suspendit. Habuitque ille hanc verecundiam, ut tanti viri judicio notatus sponte concederet. Cæterum antea innocens, postea depravatus, videri poterat jam tum nocens fuisse, cum de eo fuerat judicatum.* Sed hæc Hilarius, quem Sulpicius auctorem habet, ex synodi Sirmiensis, in qua Photinus anno 349 damnatus est, rescripto mutuatur. Cum autem hanc synodum Ariani solummodo præsules celebraverint, nulla iis fides habenda, qui sexcenta similia contra Athanasium et Marcellum, tum verbo tum scripto, spargere solebant. Ad hæc Athanasius saltem ad annum usque 358, Marcellum ut insontem et fraudibus Arianorum circumventum defendit, ut videre est in *Apologia contra Arianos*, in *Apologia de fuga*, et in *Historia Arianorum ad monachos* : unde propalam sit non modo communionis societatem cum illo fovisse; sed etiam nondum in illam venisse contra Marcellum suspicionem, quam memorat Epiphanius. Et sane concors est pene omnium sententia, huic Hilarii testimonio, utpote ab Arianis accepto, nullam esse fidem habendam.

II. Nec instigante Basilio id egit.

Non desunt qui Marcellum quidem in tempore per Hilarium annotato, nondum ab Athanasio damnatum fuisse existiment ; sed deinde commovente Basilio, ab Athanasio Marcellum et Marcellianos a communione remotos fuisse arbitrentur. Et hæc item est Tillemontii opinio. Verum ignorabant illi Marcellum et asseclas Eugenii et aliorum deputatione Athanasii judicium prævertisse. Cum enim instaret Basilius, urgerent alii episcopi damnandumque Marcellum Athanasio dictitarent, re comperta, Marcellus, ut eorum conatus et molimina interpellaret, oratores qui causam apud Athanasium suam agerent, ac sui Ancyranæque Ecclesiæ nomine fidei professionem emitterent, delegavit. Cumque legatorum formula sanam prorsus et orthodoxam fidem præferret, huic Athanasius cum aliis qui aderant episcopis astipulatus, litteras commendatitias rogantibus concessit. Quod jam neminem inficias iturum arbitror.

CAPUT VI.

DE MARCELLI ET ECCLESIÆ ANCYRANÆ AD ATHANASIUM LEGATIONE, QUAM NUNC PRIMUM EDIMUS.

I. *Hujus legationis exemplar unde prodeat.* II. *Qua occasione et quo anno facta legatio fuerit.* III. *De fidei professione Marcelli nomine recitata.* IV. *De subscriptionibus Ægyptiorum præsulum.* V. *Qui fuerit negotii exitus.*

I. Hujus legationis exemplar unde prodeat.

Prodiit ex bibliotheca Scorialensi legatio Marcelli et Eccl. Ancyranæ ad Athanasium. Hujus autem exemplar Mediolani in biblioth. Ambrosiana inter codices Græcos recenti manu scriptum deprehendimus. Estque aureum hoc opusculum omnibus suis numeris et partibus absolutum : subscriptiones tamen Ægyptiorum præsulum in fine subnexæ, truncatæ, ut liquidum est, ac mutilæ sunt ; ita ut ipsius Athanasii nomen, quod aliis haud dubie præmissum erat, exciderit. Hæc porro subscriptionum sors fuit, ut amanuensium incuria perirent : quia illi mera nomina ad rem nihil pertinere arbitrabantur : inde est, quod Sardicenses subscriptiones mutilæ sint, pariterque Alexandrinæ anni 321. In contestatione autem populi Alexandrini anno 356 facta, subscriptiones, quæ magno numero erant, a librariis penitus omissæ sunt. Nil ergo mirum hic subscriptiones mancas et mutilas haberi.

II. Qua occasione et quo anno facta legatio fuerit.

Quæ causa, quæve occasio hujus mittendæ legationis Marcello fuerit, haud difficile est augurari. Cum enim anno circiter 371 Basilius et alii episcopi apud Athanasium id molirentur, ut Marcellum tanquam novæ hæreseos Arianis ex diametro oppositæ auctorem, ab Ecclesiæ communione submoverent : non nescius Marcellus id eos in perniciem suam machinari, ut proximum periculum declinaret, commendatitias episcoporum

Achaiæ et Macedoniæ ad Athanasium litteras A efflagitavit : nam cum his maxime Athanasio doctrinæ consortium et epistolaris familiaritas intercedebat : Καὶ τούτου τοῦ δόγματος, inquit Basilius (2) de Athanasio, κοινωνούς μοι παρεχομένου, τούς τε τῆς Μακεδονίας, καὶ τῆς Ἀχαΐας ἐπισκόπους ἅπαντας. His impetratis litteris Marcellus tum suo, tum totius Ancyrani cleri nomine, oratores mittit ad Athanasium ; Eugenium scilicet diaconum, aliosque, qui oblata sibi crimina depellerent, et fidei professionem coram Athanasio et Ægyptiis præsulibus recitarent. Hæc porro legatio in annum 372 commode referatur, cujus computi ratio hoc modo statuitur. Basilius anno 370 in Cæsariensem episcopum cooptatus est : cui frequens cum Athanasio epistolarum usus fuit, in ea- B rum quæ supersunt postrema de damnando Marcello agitur, eamque nos in annum 371 conferendam putamus. Hujus autem occasione susceptam legationem et adventum Eugenii Alexandriam in sequentem annum conjicimus, quia tot missis ultro citroque Basilii ad Athanasium, Athanasii ad Basilium litteris, anni 370 finem, et sequentis maximam partem elapsam putamus. Id autem ex conjectura tantum dicimus, quia exploratum videtur id extremis Athanasii vitæ annis, et fortasse mensibus actum esse. Attamen nonnisi augurando, litterarum ultro citroque missarum spatia metimur. Certum nihilominus videtur ab anno 371 ad 373 quo Athanasius e vivis excessit, legationem C esse factam.

Ut autem cum negotii series, tum legationis γνησιότης apertior evadat, nonnulla hic observare operæ pretium fuerit. Nimirum quo tempore Athanasius et Basilius, missis utrinque epistolis, de rebus ecclesiasticis agebant, scilicet ab anno 370 ad 373 mutuam item Athanasio fuisse cum Epicteto Corinthi et aliis Achaiæ et Macedoniæ episcopis litterarum de rebus fidem spectantibus consuetudinem, ut in epistola Athanasii ad Epictetum Corinthi anno 371 missa videre est, itemque ex allato supra Basilii loco comprobatur. Cum ergo novi quidpiam de catholica fide in Ecclesiis Achaiæ et Macedoniæ agitaretur, res statim ad Athanasium deferebatur, ut tanti doctoris auctori- D tate, si quid novi a temerariis hominibus, qui bene multi illa tempestate erant, circa Christi doctrinam proferretur in medium ; statim vel comprimeretur, vel confutaretur, ne vulgatum malum latius serperet. Ne multa, inter episcopos Achaiæ et Athanasium mira erat doctrinæ et religionis consonantia. Cum ergo Marcellus se a Basilio, qui item magna erat apud Athanasium auctoritate, acriter impetitum cerneret, ac instigante Basilio se ab Athanasio damnandum fore prospiceret ; ut tanti periculi molem, episcoporum Achaiæ et Macedoniæ commendatione, declinaret, litteras ab iis communionis expetiit, et impetravit, queis munitos legatos suos ad Athanasium misit. In hac autem legatione omnia mirifice quadrant : nam præter illas a Macedoniæ et Achaiæ episcopis, quo tempore illi cum Athanasio de rebus fidei conjunctis animis tractabant, expetitas litteras ; in fidei professione legationi subjuncta, contra Anomœos maxime, quasi tunc tumultuantes agitur, quod apprime eidem tempori conveniat ; et post fidei formulam a legatis coram Athanasio recitatam, commendatitias ipsi ab Athanasio litteras postulant, quas impetratas, synodo Diocæsariensi protulerunt, ut infra dicimus.

III. De fidei professione Marcelli nomine recitata.

Athanasius, ut qui multorum et Basilii maxime narratu abductus, suspectam Marcelli fidem haberet, oratores de doctrina percontatur. Illi fidei formulam edunt, primoque hæresin Arianam damnant anathemate, ac τὸ ὁμοούσιον profitentur. Hinc sibi ascriptam Filii et Verbi distinctionem repudiant, affirmantque sycophantas esse, qui se ea de re in crimen vocarent : Sabellium proscribunt, tresque in Trinitate subsistentes confitentur. Οὐ γὰρ, inquiunt, ἀνυπόστατον τὴν Τριάδα λέγομεν· ἀλλ' ἐν ὑποστάσει αὐτὴν γινώσκομεν· id est, *Non enim Trinitatem sine substantia sive hypostasi dicimus esse, verum in hypostasi ipsam cognoscimus.* Ubi animadvertere est Marcellum pro assueto sibi more unam tantum hypostasin in Trinitate admittere, quia ὑπόστασιν pro substantia accipiebat. Qua de re actum est in synodo Alexandrina anno 362, ubi allatis ultro citroque rationibus, tam iis qui unam tantum, e quorum numero Marcelliani ; quam iis qui tres hypostases profitebantur, ut suas sibi formulas retinerent concessum est ; dum ii qui unam, trium distinctionem ; ii vero qui tres hypostases dicebant, unitatem substantiæ profiterentur. Sub hæc autem contra Anomœos agitur, qui Filium Patri dissimilem, Spiritum vero sanctum creaturam esse dicebant. Hinc proceditur ad eorum repudiandam sententiam, qui dicerent Filium Dei in sanctum hominem ex Maria natum perinde atque in aliquem ex prophetis advenisse : quam hæresin a Paulo Samosateno, ut putabatur, ortam, postea redintegravit Nestorius, qua de re gravia in Oriente dissidia excitata sunt : demum damnata Pauli Samosateni et Photini impietate, clauditur fidei formula, qua nullam quarto sæculo luculentiorem, fideique Catholicæ congruentiorem reperias.

IV. De subscriptionibus Ægyptiorum præsulum.

Hac edita confessione, oratores commendatitias litteras ab Athanasio postulant impetrantque. Tum Athanasius cæterique, qui conventui interfuerant, fidei professionem suffragiis et subscriptione sua muniunt. Hæ porro subscriptiones mutilæ ad nos devenerunt ; ita ut Athanasii nomen, quod suffra-

(2) Epist. 75. Vide item epist. Athanasii ad Epictetum Corinthi.

giis haud dubie præmissum fuerat, non compareat, quatuorque tantum præsulum nomina supersint. Primus est Theodulus Oxyrinchi, cujus nuspiam memoria occurrit. Alter est, Plenes episcopus Hermothi, sive Hermethi, is ipse, ut videtur, qui ab Alexandro ordinatus, ab Arianis in Ammoniacam relegatus fuerat anno 356, quique jam in episcopatu consenuerat. Tertius est Ischyrion episcopus Leonto, sive Leontopolis : idem fortasse qui in synodo Tyria causam Athanasii cum aliis Ægyptiis præsulibus strenue gessit. Postremus est Isaac episcopus. Cujus nominis quidam reperitur inter Ægyptios episcopos in subscriptionibus Sardicensibus. Alii interciderunt.

V. Qui fuerit negotii exitus.

Jam vero restat, ut qui tanti negotii exitus fuerit aperiamus. Athanasius anno 373 defunctus est : Marcellus vero sequenti 374 ut dictum est. Post ejus obitum, paulo antequam de Marcello scriberet Epiphanius, nam rem ille admodum nuperam esse testificatur, quidam Ancyrani ex Marcelli discipulis, Patres Diocæsareæ pro fide exsulantes adierunt; videlicet Photinus, Eustathius, alter Photinus, Sigerius, presbyteri; Hyginus diaconus, Heraclides subdiaconus, Cyriacus προστάτης, id est, patronus vel defensor, prolatisque commendatitiis et communicatoriis Athanasii litteris quas a legatis postulatas impetratasque supra meminimus, fidei confessionem edunt (1), cui symbolum Nicænum subnectunt. Est autem confessio non absimilis ei quam Athanasio obtulerant : verum in hac diserte, τρία πρόσωπα, sive tres personas in Trinitate confitentur, quod sane magistri sui Marcelli opinioni apprime consonat : nam ille Deum τριπρόσωπον, sive tripersonalem esse dicit, qua de re accusatus ab Eusebio fuerat : errores vero Marcellianis ascriptos anathemate damnant. His conspectis Diocæsarienses confessores, qui plerique omnes Athanasio familiares fuerant, ipsos ad communionem recipiunt. At Basilius (epist. 293) ardentior ecclesiasticæ fidei vindicandæ cupidine, quia semel conceptam de Marcelli impietate opinionem vix missam facere poterat, cum Diocæsariensibus patribus non leviter expostulat, quod Marcellianos ad communionem inconsultis aliis episcopis admiserint : ait vero : Τέως δὲ νῦν καταξιώσατε ἡμῖν ἀποστεῖλαι τὰς προτάσεις, ἐφ' αἷς ἐδέξασθε τοὺς Μαρκέλλου· ἐκεῖνο εἰδότες, ὅτι, κἂν πάνυ τὸ καθ' ἑαυτοὺς ἀσφαλίσησθε, μόνοις ἑαυτοῖς ἐπιτρέψαι πρᾶγμα τοσοῦτον οὐκ ὀφείλετε· ἀλλὰ χρὴ καὶ τοὺς ἐν τῇ δύσει, καὶ τοὺς κατὰ τὴν ἀνατολὴν κοινωνικοὺς συμψήφους αὐτῶν τῇ ἀποκαταστάσει γενέσθαι· id est : *Vel nunc saltem nobis mittere dignemini rationes et causas, quibus ad recipiendos Marcelli gregales inducti estis : non nescii, etiamsi res vestras tuto et considerate statuisse videamini, non tamen licuisse vobis ipsis rem tanti momenti permittere; sed oportuisse eorum qui tam in Occidente, quam in Oriente vestræ communionis erant, calculos et sententiam circa restitutionem illorum exspectare.* Hæc Basilius; vel ignorans ea, quæ Alexandriæ in gratiam Marcelli et asseclarum ab Athanasio gesta fuerant; vel, ut vero similius, ratus Marcellum et Marcellianos in fidei formulis, quas Athanasio et Diocæsariensibus obtulerant, subdole et fraudulenter egisse. Etsi vero Diocæsariensium ad Basilium responsum nusquam compareat, cum rebus ipsis, tum subsequentibus gestis suadentibus, exploratum videtur, Diocæsarienses Basilio reposuisse : non licuisse sibi iis, qui omnes Marcello attributos errores proscripserant anathemateque damnarant, quique symboli Nicæni fidem professi, insuper a magno illo Athanasio aliisque Ægyptiis episcopis recepti admissique fuerant, ut ejusdem Athanasii litteræ fidem faciebant, communionem ecclesiasticam denegare. His demum, ut credere est, mitigatus Basilius, licet ægre, ad Marcellianos recipiendos animum appulit, ea tamen cautione ut ne videretur se ad Marcellianos accessisse sed Marcellianos in Ecclesiam Dei reductos fuisse. Hæc quippe scribit (epist. 321) ad Petrum Alexandrinum præsulem : Πολλάκις οὖν ὀχληθεὶς παρὰ τῶν Γαλατῶν, οὐδέποτε ἠδυνήθην αὐτοῖς ἀποκρίνασθαι ἀναμένων τὰς ὑμετέρας ἐπικρίσεις [ἀποκρίσεις]. Καὶ νῦν, ἐὰν ὁ Κύριος δῷ, καὶ θελήσωσιν ἀνασχέσθαι ἡμῶν, ἐλπίζομεν τὸν λαὸν προσάξειν τῇ Ἐκκλησίᾳ· ὡς μὴ αὐτοὺς ἡμᾶς ὀνειδίζεσθαι Μαρκελλιανοῖς προσκεχωρηκέναι, ἀλλ' ἐκείνους μέλη γενέσθαι τοῦ σώματος τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ· ὥστε τὸν πονηρὸν ψόγον τὸν κατασκεδασθέντα ἐκ τῆς αἱρέσεως ἐναφανισθῆναι τῇ ἡμετέρᾳ προσλήψει, καὶ μὴ ἡμᾶς καταισχυνθῆναι ὡς προσθεμένους. Græca afferre visum est, quia insignis hic locus a Micræo interprete præpostere versus fuerat : sic nos reddimus : *Galatis frequenter et moleste urgentibus, adhuc non potui quidquam respondere, quod vestram exspectarem responsionem. Nunc autem, si faverit Dominus, nobisque ipsi morigeri esse velint, speramus nos populum in Ecclesiam reducturos esse; ut ne possint illud nobis exprobrare, nos ad Marcellianorum partes accessisse; sed vere dicatur illos membra corporis Ecclesiæ Christi factos esse; ita ut circumquaque sparsa hæreseos illius infamia, per eorum ad nos accessionem admissionemque de medio tollatur, neque nos tanquam ad partes eorum accedentes, pudore ac dedecore afficiamur.* Hæc conditio, hic modus a Basilio pro Marcellianis recipiendis propositus, et Petro Alexandrino Athanasii successori, ut verisimile est, et Marcellianis, qui pacem et communionem tantopere flagitabant, pergratus perque jucundus fuit. Nam sub hæc nulla de Marcello vel asseclis quæstio occurrit. Hunc ordinem, et exitum Marcelliani tumultus fuisse mecum spero fatebuntur eruditi.

(1) Epiphan. p. 843.

CHRIST. HENR. GEORG. RETTBERG

PRÆFATIO

Ad suam editionem cui titulum fecit : *Marcelliana*, Gottingæ 1794, in 8.

Quidnam consilii in edendis hisce secutus sim, paucis tamen, expediendum videtur.

Cum in perscrutandis veterum Ecclesiæ Græcæ scriptorum de Deo sententiis ad Marcellum Ancyræ ep. devenissem, perquam incommodum mihi quidem accidebat,

1. Quod nemo veterum ejus mentem aut cepisse videbatur, aut vere expressisse. Conferantur modo testimonia, quæ C. H. Vogel in *Diss. de Marcello* Goettingæ 1757 ab Eusebio inde usque ad Gennadium colligere voluit, cum his quæ nunc exhibeo;

2. Quod libri Eusebiani *Contra Marcellum* et *De theologia ecclesiastica*, ad calcem edit. Morell. Paris. 1628 editi, admodum confusi, mendosi obscurique sunt (*a*). Atqui ex iis præcipue vera Marcelli eruenda est sententia, nisi quod Eusebius fortissima quæque ac longe optima præteriisse videri possit: eorum vero habitus, qualem modo dixi, in causa est, quod nonnulla Marcello tributa sunt, et adhuc tribuuntur, a quibus ipse abhorruit;

3. Quod scripta Marcelliana ita dispersa sunt, ut plura volumina adire sit necesse, si, qua judex juratus religione debet, in urnam velis tabularum demittere, cumque ea de capite civis decernere.

Quatuor autem, quantum equidem scio, ex violenta illa ac turbulentissima tempestate, tanquam tabulæ ad littus sunt ejectæ, ipsa levitate sua, ut quibusdam videbitur, fluctuum iræ insultantes. Ac prima sunt fragmenta libri Περὶ τῆς τοῦ Υἱοῦ ὑποταγῆς, ab hoste Eusebio in supra dictis libris, partim etiam ab Epiphanio in excerptis Acacianis, t. I, p. 838 sqq., servata. Alterum est libellus Julio Rom. oblatus, quem Epiphanius nobis servavit l. c., p. 834 sqq. Tertium, mihi quidem dubium, *Eugenii diaconi Legatio ad Athanasium pro causa Marcelli* et confessio fidei Eccl. Ancyranæ. Ejus nobis, ut est præclare de Græcis litteris omnino, ac singulatim de hac parte meritus, Montfauconius copiam fecit t. II *Coll. N. PP. et SS. Gr.*, addita *Diatr. de causa Marcelli*, multis jam laudata. Quartum denique confessio est cleri Ancyrani ad exsulantes Diocæsareæ episcopos, quam idem Epiphanius habet.

Commodum igitur aliis forte videbitur, si superiora tria hic colligerem, ita ut fragmenta, quæ primo loco posui, a mendis purgatiora, ac sicubi necesse videbatur, nova versione (nam quæ Montacutii fertur, nullum omnino sensum pluries fundit) uberioribusque animadversionibus explanata proponerentur, his vero reliqua duo subjicerem. Sic luculentius utique pateat, quibus veluti gradibus, si tamen, ad ejusmodi verba descenderit, quæ et Athanasianis paulo mollioribus approbare posset.

Satis de consilio quod in Marcellianis secutus sum. Paucis te adhuc morari liceat, quæ locum in adnotationibus non habebant, nec tamen prætereunda videntur.

Eusebius Cæs. sæpe parva quoque insectatur, v. e. quod Salomonis scripta προφητείαν nominarit, quod nonnulla Scripturæ sanctæ loca aliter, h. e. ex alia forte recensione protulerit, etc., quæ quidem neglexi, nisi ubi cum dogmate eorum connexa videri possint. Nonnunquam ne intellexit quidem verba, ut fragm. XXIII (*b*), aut sensum eorum pervertit. Ubique autem eodem modo disputat, qui tum quidem multis placebat, nec nostra ætate obsolevit, non ut rem ipsam aggrediatur, sed ut ex adversarii verbis, quæcunque libitum erat, eliciat, eaque absurditatis arguere conetur. Porro undique partium studium odiumque elucescit, adeo inconsultum atque immemor, ut in Marcello damnet quæ ipse alibi scripserat. Sumpsit autem exemplum a Marcello, qui non minore odio in Asterium, Paulinum, Eusebios, etc., exarserat, nec Origeni adeo pepercerat, quanquam huic non iniquus, et ab eo nonnulla etiam mutuatus. Jam si quis cogitet, quam vehementer Origenem Eusebius sit admiratus, quod vel ex *Hist. eccl.* lib. VI et Socrate II, 20, apparet; quem honorem, levissime dico, Paulino habuerit, ut ex *Hist. eccl.* lib. X intelligitur; denique theologiam, quam ecclesiasticam vocavit, ab Ariana sententia mollioribus tantum verbis distare: non quidem excusatum habebit, dabit tamen humanitati veniam.

Inter eos qui Marcelli sententiam evertere studuerunt, Athanasium nemo veterum aut recentiorum, quem equidem legerim, nominavit. Is tamen, nisi or. 5 contra Arianos panniculus est, ut alia plurima, adsutus, ipsum illum *De subjectione Filii* librum refellere voluit; quod cuique patebit, qui perlectis hisce fragmentis ad istius orationem demum accesserit. Ubique Sabellium quidem nominat, sed Marcellum intelligit, ut alii ejusdem ætatis solent, qui non Sabellium modo, sed et Sabellios rhetorice appellant: quod neglectum Epiphanio aliisque veterum, ex recentioribus vero C. Wormio (qui tamen vel semel p. 40 errorem agnoscit) et qui hunc incauti sequuntur, mirarum turbarum causa fuit. Arianorum parcius, et tanquam præteriens, eorumque exemplo commoneus, meminit. Unde hoc saltem conficitur, titulum aliud promittere, aliud dare paginas; deinde et hoc, Marcellum auctori σαβελλίζειν visum. Sed panniculum alienum esse aio, qualis est *De æt. subst. F. et Sp. S. de hum. nat. susc.* qualis et *C. gentes* et *De incarn. verbi Dei*, etc.

Basilium M., quo puero adhuc Marcellus librum *De subjectione Filii* scripserat, quid imprimis permoverit, ut Marcello ejusque sequacibus paulo esset iniquior, ut videtur, si ex me quæras, duo mihi occurrerunt: alterum, quod fidei, quam a teneris imbiberat, tenacissimus esset, ut ingenue fatetur in ep. ad Neocæsarienses, quæ est LXXV, p. 326, 327; alterum, quod Marcellus cum suis instituta ejus monastica reprehendissent, ut patet ex ep. LXXIII, p. 314.

(*a*) Vide tom. XXIV Eusebii textum cum mss. codicibus et ipsa qui hic præfatur Rettbergii editione conferendum curavimus. EDIT. PATR.

(*b*) Vide editionem nostram. Fragmentorum Rettbergii numeros inter parentheses positos textui inseruimus Ib.

In iis, quæ *Epiphanius* habet, mirari satis non potui, *primo*, quod nullam prorsus libri *De subjectione Filii*, nullam Eusebii Cæs. mentionem fecit, h. e. ignoravit fundum quasi ac sedem totius causæ, nisi quantum ex lacinia quadam Acacianæ disputationis, eaque ipsa non multum indicante, cognosci potest; deinde quod confessionem illam cleri Ancyrani, de qua supra dixi, pro Marcelliana sibi venditari passus est; denique quod Athanasium, de Marcello quid sentiret, rogavit, si is utique Marcellum scripto refutaverat, Athanasius contra, quem in refutatione ista μαίνεσθαι dixerat, ὡς ἀπολογησάμενον εἶχε.

Cæterum, si internam Patris, Filii ac Spiritus sancti relationem spectemus, sejunctis quæ minoris sunt momenti, ad Irenæi imprimis, ac Dionysii Rom. ipsiusque Athanasii aut quam proxime accedit Marcelli sententia, ita ut coeuntium ac divergentium colorum finem medium dirigere non magis audeam, quam in iride, aut illa ipsa est.

FRAGMENTA LIBRI MARCELLINI

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΥΙΟΥ ΥΠΟΤΑΓΗΣ

Vide Eusebii libros *contra Marcellum* et *De ecclesiastica theologia*, tom. XXIV. Vide etiam Epiphanium in excerptis Acacianis; t. I, p. 838 seq. editionis Dion. Petavii quam nostra repræsentat.

EJUSDEM MARCELLI LIBELLUS

JULIANO ROM. PONT. OBLATUS.

Vide Epiphanium in iisdem excerptis, p. 834 seqq.

EUGENII DIACONI LEGATIO

AD S. ATHANASIUM

Pro causa Marcelli Ancyrani, et Confessio fidei Ecclesiæ Ancyranæ.

—

Ἔκθεσις πίστεως πρὸς Ἀθανάσιον ὑπὸ Εὐγενίου διακόνου.

(1) Τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἐπισκόπῳ Ἀθανασίῳ Εὐγένιος διάκονος.

1. Οἱ μὲν κληρικοὶ καὶ οἱ λοιποὶ ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας, μετὰ τοῦ Πατρὸς ἡμῶν Μαρκέλλου συναγόμενοι, ἀπέστειλαν ἡμᾶς πρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν, ἔχοντας παρά τε τῶν τῆς (2) Ἑλλάδος καὶ τῆς Μακεδονίας ἐπισκόπων συστατικά. Ἐπειδὴ δὲ ἐλθόντες ἐμάθομεν διαβληθέντας ἑαυτοὺς ὡς ἑτεροδόξους· σύ τε, καλῶς ποιῶν, ἠθέλησας μαθεῖν πῶς φρονοῦμεν περὶ τῆς εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εὐσεβείας· ἀναγκαίως καὶ προθύμως γράφομεν ταῦτα πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν· ἵνα γινώσκῃς τοὺς μὲν διαβάλλοντας ἡμᾶς μάτην εἰρηκότας καθ' ἡμῶν, ἡμᾶς δὲ ἔχοντας τὴν καθολικὴν τῆς Ἐκκλησίας πίστιν. Ἡμᾶς δὲ λέγομεν, συναριθμοῦντες καὶ τοὺς ἀποστεί-

Expositio fidei ad Athanasium facta ab Eugenio diacono.

Sanctissimo et beatissimo episcopo Athanasio. Eugenius diaconus.

1. Clerici quidem ac cæteri qui Ancyræ in Galatia sunt, una cum Patre nostro Marcello congregati, nos ad tuam pietatem commendatitiis episcoporum Græciæ et Macedoniæ litteris munitos delegarunt. At quandoquidem accedentes comperimus, nos tanquam aliena doctrina imbutos, calumniis impetitos fuisse; tuque jure ac merito ediscere voluisti, quam sententiam et doctrinam teneamus erga Dominum nostrum Jesum Christum: necessitate compulsi, sed alacriter tamen, hæc ad tuam pietatem rescribimus; ut cognoscas eos, qui nos calumniis impetivere, isthæc falso adversum nos protulisse, nosque catholicam Ecclesiæ tenere fidem. Cum

(1) Non insolens isto sæculo fuit, ut scripta de rebus ecclesiasticis tradita, epistolari forma præsentibus darentur. Sic primo Operum Athanasii tomo p. 313 epistola Alexandri ad clerum Alexandrinum hoc singulari titulo insignitur : *Alexander presbyteris diaconisque Alexandriæ et Mareotæ, præsens præsentibus, dilectis in Domino fratribus, salutem*, data videlicet iis qui præsentes aderant. Eodem ritu Eugenius legatus expositionem suam, Ancyranæ Ecclesiæ nomine, concinnavit. Vide in Præfatione ad Athanasii Opera n. 19.

(2) De his in Diatriba de Marcello supra.

porro de nobis loquimur, universos item populos A qui nos miserunt, qui non pauci sane, sed ingenti multitudine sunt, nobiscum annumeramus.

2. Nos igitur in primis anathemate damnamus Arianam hæresim; credimusque, quemadmodum et Patres nostri in Nicæna synodo confessi sunt, ex substantia Patris esse Filium et consubstantialem Patri, ipsumque neque rem creatam neque rem factam esse : verum omnia opificia per ipsum facta fuisse. Neque enim censemus alium esse Filium, alium esse Verbum, ut quidam nos sentire mentiti sunt; sed ipsum Verbum esse Filium, sapientiam, virtutem Patris, in qua omnia, ut nos docuit Apostolus [1] cum visibilia, tum invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates; omnia demum per ipsum et in ipsum creata sunt. B Cum ita porro sentiamus, anathemate ferimus nominatim impiissimum Sabellium, et cum ipso quotquot ejus doctrinæ astipulantur, et dicunt, ipsum Patrem esse Filium; ipsumque quando Filius efficitur, non ulterius esse Patrem; et quando fit Pater, non esse tunc Filium. Nos quippe confitemur Patrem æternum, Filio æterno exstante ac subsistente; Spiritum quoque sanctum sempiterne exstantem atque subsistentem. Non enim Trinitatem sine subsistentia sive hypostasi dicimus esse, verum in hypostasi ipsam cognoscimus.

3. Sed, etiamsi hæc satis sint ad commonstrandum eadem nos atque Patres nostri sententia esse, attamen quia nonnulli sunt, qui cum dissimulanter C profiteantur se minime cum Ario sentire, idem tamen quod ille sentiunt; atque dicunt, Filium quidem dissimilem esse Patri, Spiritum autem sanctum esse rem creatam, unamque ex rebus factis; cum nos, tum ii, qui nos huc delegarunt, hujusmodi hæreses anathemate ferimus. Neque enim Filius dissimilis est Patri, sed consubstantialis ipsi Patri est; neque Spiritus sanctus res est creata, aut una ex rebus conditis, sed sanctæ Trinitatis est : atque confidenter profitemur, nihil aliunde inductum aut creatum in sancta Trinitate esse. Nam Spiritus sanctitatis est, non qui sanctificetur, verum in quo omnes sancti sanctificantur. Perfectio quippe nostra in Patre et Filio et Spiritu sancto datur atque efficitur. Unaque fides est in unum Deum D per Filium in Spiritu sancto. Plenioris itaque majorisque testimonii causa, anathemate ferimus eos qui sentiunt ac dicunt : Fuit aliquando *monas*, sive unitas, cum nondum esset Filius; et fuit aliquando *dyas*, quasi dicatur duitas, cum nondum esset Spiritus sanctus. Scimus enim sanctam Trinitatem sempiternam, semper perfectam fuisse, ac eodem modo se habuisse. Quamobrem ab Ecclesia catholica alienos reputamus eos qui sentiunt atque dicunt : Fuit cum non esset Filius, atque ex non exstantibus factus est Spiritus sanctus.

λαντας ἡμᾶς πάντας λαούς· οὐ γὰρ ὀλίγοι, ἀλλ' ἀναρίθμητον πλῆθός εἰσιν.

